Bibliothecæ Secr. Coll. Rom. Soc. Jesu

RATIONARII CHRONOGRAPHICI MISSIONIS EVANGELICÆ

PARS ALTERA

ACTVS APOSTOLICOS

A B

Apoſtolis, Apoſtolorumq; Diſcipulis, Martyribus, Pontificibus, Epiſcopis, Doctoribus, Monachis, & Mendicantibus Religioſis Operarijs, præcipuè à Capuccinis Pedemontanæ Prouinciæ pro Catholico Regno in Ciſalpina Gallia fundando, & propagando exantlatos hiſtorialibus numeris calculans.

RATIOCINANTE

FR. MATHIA FERRERIO

A Caballario Maiore, eiuſdem Inſtituti Theologo, & Prouinciæ Alumno.



AVGVSTÆ TAVRINORVM,

Apud Carolum Ianellum.

M. DC. LIX.

Ad Apoſtolicæ militiæ Capuccinos Tyrones in Gallia Ciſalpina, ſuos in Chriſto Fratres, ac Venerabiles Patres.

S. P. P.

DIrectorium pro nuper vobis commiſſa Eccleſiaſtica Miſſione ritè adminiſtranda neceſſarium præoptaueram, atque præcogitaueramme collineaturum, poſtquam à ſuperioribus mihi demandatum, ac commendatum Rationarium ſupputare compleſſem. Verùm enimuerò tùm virium fatigatione, tùm gerendorum multiplicitate præpeditus, non quod volui, ſed quam valui, per modum alloquij, & colloquij vobis collegis, ac commilitionibus noſtris iunioribus in Eccleſiaſticis Caſtris militantibus Capuccinis pugilibus ex maiorum reſponſis, & Patrum geſtis per ratiocinia à nobis calculatis, ac numeratis epytomaticè recollectam Methodum Apoſtolicam indicare potiùs, quàm explicare decreui; quò Euangelici proprij tyrocinij religioſa primordia honorificè, & proficuè ponere, ſimul & prudenter componere, & confirmare quiſque veſtrum valeat, in chriſtianæ pietatis augumentum, & catholicæ religionis prouentum, nec non Eccleſiaſtici Regni profectum, & incrementum, pariter atq; fidelium, ſeu infidelium animarum ſaluationem.

Compendioſa methodus cur?

Antiquus ille Iſraelitici populi director, veteranus Hebraicæ militiæ moderator Moyſes congruè ſibi commendata in Iudça gente iuniores vt erudiret, monebat: *Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te: Memento dierum antiquorum, cogita generationes ſingulas: Interroga Patrem tuum & annuntiabit tibi, Maiores tuos, & dicent tibi.* Cuius vocibus admonefactus patiens Idumæorum Magiſter, & ipſe cōmonefaciebat adoleſcentiores ſuos alumnos: *Interroga generationem priſtinam, & diligenter inueſtiga Patrum memoriam, & ipſi docebunt te, loquentur tibi, & de corde ſuo proferent eloquia.* Huiuſcemodi igitur veterum Magiſtrorum oraculis moniti, & edocti nos recentiores: *Laudemus viros glorioſos, & religioſos Parentes noſtros*: interrogemus de Miſſione ſua *Homines magnos virtute, ac prudentia ſua praditos, nuntiantes populis ſacratiſſima verba, homines diuites in virtute, pulchritudinis ſtudium habentes; Vt omnes iſti in generationibus gentis ſua gloriā adipiſcantur, & qui de illis nati fuerint, relinquant nomen narrandi laudes eorum.* Ad vos igitur dilectiſſimi Fratres conuerto admonitorios hos ſermones meos, ſingulariter vnumquemq; veſtrum alloquendo, atque commonefaciendo à Sanctiſſimis Patriarchis Moyſe, & Iob ſpiritualibus mutuatis interrogatiuis præindicatis notis.

Deut. cap. 4. & cap. 32.

Iob. cap. 8.

Eccleſiaſtici cap. 44.

INTERROGA DE DIEBVS ANTIQVIS QVI FVERVNT ANTE TE. Fuerſit ante te, & ante omnes Apoſtolicos Miſſionarios Capuccinos in acie Eccleſiaſtica pro ſpirituali Christi Regno decertantes in Gallia Ciſalpina primiores, & primarij religioſi Athletæ quatuor, nempè Fr. Fr. Valerianus à Pinerolio, Mauritius à Murra Aſtenſi, Stephanus à Gombolato, & Philippus à Pancalerio, qui de diebus antiquis, ſcilicet de origine, inſtitutione, ac neceſſaria conſtitutione Miſſionis Capuccinorum interrogati.

Reſpōdentes *ANNVNTIABVNT TIBI:* Quod Apoſtolatus inſtituēdi neceſſitas multiplex aſſignatur à Doctoribus, ſimul & dignoſcitur ab vſu rerū peritioribus, nēpè ex parte Diuinæ prouidentiæ in neceſſarijs ad ſalutem non deficientis: 2 Ex parte ſpiritualis præſidentiæ Dei viceſgerentium in Eccleſiaſtica Hierarchia: 3. Ex parte humanæ indigentiæ per ſe à malo reſurgere non valentis: Denique 4. Ex parte culpabilis malitiæ legitimæ bonitati, atq; veritati aduerſantis. Quamobrem in Catholica Eccleſia ominoſi nimis ſextidecimi ſæculi circa finem ab Caluinizantibus, & Lutherizantibus Hæreſiarchis ſchiſmatica facta inuaſione, ſuprema ad funera properante Orthodoxa Fide apud Subalpinos, periclitantis, immò iàm iàm pereuntis Religionis interpellante neceſſitate, Clemens VIII. Romanus Pontifex, poſtulante Carolo Emmanuele I. Sabaudię Duce, in ſua Pedemontana regione, & Prouincia Capuccinorum Miſſionem inſtituit anno nonageſimo extra quingentos, & mille.

Reſponſum de neceſſitate inſtituendæ Miſſionis.

INTERROGA PATREM TVVM, MEMENTO DIERVM ANTIQVORVM. Quādo ſcilicet prærecenſitus Sum. Pontifex Clemens Capuccinorum Miſſiones in Subalpinis Vallibus conſtituit, illas ne immediatè per ſe, vel mediantibus Hierarchici Ordinis Pręſulibus ſtatuit? Interroga præmemoratos parentes noſtros? Et ipſi.

Reſpōdentes *ANNVNTIABVNT TIBI.* Duplicē mittēdi exiſtere poteſtatē: Primariam vnam, ſupremam, & independentem: propriam alteram ordinariam, vel

§ 2 dele-

Secundum reſpõſum de modo inſtitutæ Miſſionis.

delegatam, non tamen ſupremam, ſed dependentem: Illa ſoliùs Sum. Pontificis Romani, & Supremi in Eccleſia Hierarchæ, quam attamen totam, & totaliter per ſe exercere nequaquam valet immediatè omnibus, & ſingulis per Vniuerſum Miſſionibus incumbendo, & aſſiſtendo, ideo mediatè per ſubordinatas poteſtates ordinarias, vel delegatas Cardinalium, Nuntiorum, Epiſcoporum, Abbatum, Inquiſitorumq; eas ſtatuit, & adminiſtrat. Quemadmodum & prænotato tempore inſtituit, & hactenus adminiſtrauit noſtras has Capuccinorum Eccleſiaſticas Miſſiones mediantibus Sanc. Rom. Eccleſiæ Cardinalibus, Nuntijs, Archiepiſcopis, & Inquiſitoribus Taurinenſibus, per quos tàm facultates ſpirituales, quã corporales ſubuentiones congruas, opportunas, ac neceſſarias miſſis Apoſtolicis Operarijs tranſmittere conſueuit.

INTERROGA PATREM TVVM: COGITA GENERATIONES SINGVLAS, nempè ſubordinatos Principatus Eccleſiaſticos Cardinaliũ, Nuntiorũ, Epiſcoporũ, Abbatũ, & Inquiſitorũ, per quos ſtatutę ſunt Capuccinorũ Miſſiones, & interroga præſignatos Parentes noſtros: Quoniam per Subalternatos, atq; ſubalternantes Hierarchicos Præſules præcipuus ipſe Hierarcha Romanus nos Capuccinos in Ciſalpina Gallia Euangelicos Operarios miſit, mittit, & conſeruat, quid Eminentiſſimis Cardinalibus, Reuerendiſs. Nuntijs, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Inquiſitoribus, eorumue Generalibus Vicarijs ſubiectionis præſtare, iuriſdictionis agnoſcere, ac ſubuentionis poſtulare conuenit, cunctos per generationes ſingulas Capuccinos Miſſionarios? Et ipſi.

Reſpondentes *ANNVNTIABVNT TIBI* de omnibus, & ſingulis proportionaliter. Et Primò: Quia Eminẽtiſs. Cardinales Principes exiſtũt Vrbis, & Orbis, vnde & præſunt toti Eccleſię, in Vniuerſum dirigendis Miſſionibus Eccleſiaſticis vniuerſos ad placitum, ſiue pro opportunitate eos adhibet Romanus Antiſtes, ſignanter verò præſidentes, & reſidentes in Congregationibus tùm Vniuerſalis Romanæ Inquiſitionis, tùm Generali de Propaganda Fide à Gregorio XV. ad hoc ſpecialiter electa, & erecta: Huius per Præfectos, ac Purpuratos Collegas extraordinaria ſubſidia, ac prouiſiones Miſſionarijs noſtris: Illius verò coram conſcriptis Patribus conſueto ante ſe in conuocato conſeſſu Sancti Officij aduerſus hæreticam prauitatem congregatis ipſe Sum. Pontifex ordinarias Apoſtolandi, abſoluendi, ac diſpenſandi quinquennales facultates Præfectis Capuccinarum Miſſionum ſuis ſocijs communicandas immediatè per ſe concedere, & tranſmittere conſueuit. Vnde hos Collaterales Sacros Cardines à cunctis conuenit reuereri, & venerari, præſertim à Capuccinis Euangelicis Operarijs, qui pro grauioribus Eccleſiaſtici Regni, atque Ortodoxæ Fidei negotijs ſuis in Miſſionibus peragendis, & perficiẽdis, maioribus pro difficultatibus amouendis, acerbioribuſque perſecutionibus remouendis, ſemetipſos à perſequentium grauaminibus vindicandis, nec non proprij tum officij, tũ perſonæ pro ſpiritualibus, ſiue corporalibus neceſſitatibus ſubleuandis Eminẽtiſſimos ad tutelares Patronos confugere debent, aut mediatè per ſui regularis Miſſionum Præfecti commendatitias epiſtolas, aut (ſi peculiaris alicuius indigentiæ conditio ſuadet) immediatè per ſupplices ſuas litteras.

Tert. Reſpõſum de S. R. Eccl. Cardinalibus.

Secundò. Quoniam Apoſtolici Nuntij cum auctoritate Legati à latere apud cunctos ferè Chriſtianos Principes, atque Catholicos Reges ordinariò reſident; quò fidelium populorum ſalutis vrgentioribus neceſſitatibus pro opportunitate, vel importunitate expedite magis occurrant, & ſuccurrant; ideo ſingulariter his Orthodoxæ Fidei pręcipua negotia, & conſiderabiliores indigentias committit Sum. Pontifex, quibus pro perficiendis, ſiue auferendis cum Apoſtolicæ Miſſiones apprimè conducant; Miſſionarij religioſi illis inter omnia commendari ſolent. Illuſtriſſimis igitur, ac Reuerendiſs. Apoſtolicis Nuntijs apud Sereniſſimum Regalem Sabaudiæ Ducem Taurini ordinariè reſidentibus humillimam ſubiectionẽ, ac reuerentiam profitentes Capuccini Miſſionarij Pedemontanæ Prouincię poſtquam à regularibus ſuis Superioribus electi, vocati, & ordinati fuerint, horum cum obedientialibus litteris ſe ſiſtere debent, approbationem (iuxta ſupra ſuo loco ſignatum decretum Vrbani), petere, deinde pro abſoluendis à Cenſuris reſeruatis, exceptis in quibuſdam criminibus tum duelli, tum Bullæ Cænę, extraordinarias nonnullas facultates ab illis poſtulare, ſicuti & commendatorias epiſtolas ad Superiores Eccleſiaſticas, ſiue ſæculares Dominationes pro commendati ſibi miniſterij exigentijs, atq; plenaria executione procurare, tum deniq; pro corporalibus ordinarijs neceſſitatibus perſonalibus, ac realibus pecuniaria ſubſidia, & peculiaria patrocinia petere, & præſtolari, in anguſtijs, & aduerſis ad eos confugiendo, ſiue ſingulorum propria, ſiue Pręfectorum communi adhibita interpellatione, pręcipuè ſi Apoſtolico demandato in exercitio impediti, vel perturbati extiterint.

Quart. Reſponſum de Nũtijs Apoſtolicis.

Tertiò Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Abbates quia proprijs in Diœceſibus, vel ditionibus ordinariam habent iuriſdictionem, ſimul & plenariam poteſtatem in

ſuos

ſuos ſubditos, illis pariter ſubiectarum ſibi animarum procurandæ ſalutis, illibateq; Fidei aſſeruandę competit onus, ad quod perferendum,& pręſtandum pręcipuè inſeruit Apoſtolicum opus miſſorum religioſorum. Ideo huic & ipſos, & conſtitutos illorum Vicarios Generales, ſiue Abbatiales fauere, atq; cooperari congruit. Conuenit autem Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Archiepiſcopis,Epiſcopis, & Abbatibus, ſiue illorum reſpectiuè Generalibus Vicarijs ſingularibus eorum in ditionibus Capuccinos Miſſionarios,pro cōcionibus habendis benedictionem,pro confeſſionibus excipiendis licentiam, pro autem à reſeruatis ipſorum Caſibus abſoluendo auctoritatem reportare, deniq; pro Quadraginta horarum triduana celebratione Epiſcoporum conſenſum (ſi ibi erunt Epiſcopi) requirere. Debitum iterum eſt, & erit Euangelicos profeſſores religioſos, licet ob emiſſam profeſsionem ab Ordinariorum iuriſdictione exemptos ſimul & propter delegatum miniſterium Apoſtolicum Miniſtros non dependentes,Diœceſanis nihilominus Præſulibus, & Eccleſiaſticis Prælatis obſequioſam exhibere reuerentiam, congruamq; reuerentialem profiteri ſubiectionem, vti legitimos Apoſtolorum ſucceſſores, proprioſq; animarum Paſtores, ac precipuos directores, necnon primarios Eccleſiaſticę Hierarchię Dynaſtas, ac Dominos eos venerando, & recognoſcendo. Quint.Reſponſum circaEpiſcopos, & Ordinarios.

Quartò. Quoniam Epiſcopale onus Catholicæ Orthodoxæ Fidei in ſubiecta ſibi plebe conſeruandæ ponderoſius exiſtit;quam vt vnius ſingularis ordinarij Paſtoris,licet validioribus humeris ſuſtentari valeat;voluit,quia debuit ipſe Princeps PaſtorũRomanus Antiſtes ordinarijs operarijs,ſcilicet Epiſcopis,& Abbatibus delegatos cooperarios ſuperaddere,&copulare,ſacros ſcilicet aduerſus hæreticã prauitatem Inquiſitores, quorum pro catholica Fide canonicum Tribunal primus erexiſſe legitur Innocentius Papa III. cui tum ipſe,tum ſucceſſores ordinariam contra hæreticalem perfidiam inquirendi, procedendi, & iudicandi auctoritatem contulerunt: quam aſſignatis ſingulari ſuæ ditioni cunctis in locis per ſe ipſos cum ſufficienter exercere nequeant aduerſus hæreticum virus, vt non iuribus dumtaxat, ſed & ſpiritualibus viribus, atq; Apoſtolicis armis validiùs pugnent; additi, & adſciti fuerunt Miſſionarii religioſi ex varijsOrdinibus regularium,quorum proprium munus computatur hæreſes expugnare, & veritates legitimas prædicare: Ad quod egregium facinus, & perarduum opus plenariè conſummandum cum nequaquam conſuetę Miſſionarijs conceſſę facultates ſufficiant;Hierarchico ordine ſeruato hi ſubalternati Miniſtri Euangelici ad ſubalternantes Eccleſiaſticos ordines, & Præſules confugere debent, opportunè recurrendo. Cum igitur Reuerendiſſimi Inquiſitores conſuetam propriam auctoritatem procedendi contra hæreticam prauitatem delegatam habeant pro ſe, cum poteſtate ſubdelegatis Miniſtris eam communicandi; ideò Miſsionarij, qui his in Miſsionibus reſident, vbi exercetur Sanctæ Inquiſitionis Officium, ad Inquiſitores, vel horum Vicarios Generales recurrere debẽt pro facultate recipiẽdi, & recõciliãdi ad catholicam fidẽ cõuerſos,& reduces huiuſcemodi in vtroq; Foroabſoluẽdi. Rurſus quiVicarias Sãctæ Inquiſitionis Vices ab Inquiſitoribus oblatas,& collatas acceptauerint, eas fideliter, & ſolicitè exercere decet, iuxta litterarum ſibi tranſmiſſarum tenores, & terminos. inquirendo, & procedendo, tum demum Inquiſitiones ſumptas, & initiatos iuridicè proceſſus ad ipſorum Inquiſitorũ Tribunal tranſmittere cõuenit. Illis autem in Miſsionibus vbi nec viget,nec exercetur Sanctum Inquiſitionis Officium,poſſunt Miſsionarij quoſcumq; ad catholicam Fidemvenientes recipere, conciliare, & abſoluere iuxta conceſſarum facultatum Pontificium diploma §.2. prudenter, & cautè illarum in vſu ſe ſe gerentes. Sext.Reſponſum circaInquiſitores.

Quintò. Denique quia Miſſionarij propriè mittuntur Parochorum in ſubſidiũ, auxilium, atque præſidium à Superioribus poteſtatibus; ideò Apoſtolici Operari nec pro confeſſionibus audiendis, nec pro catechiſmo, aut concionibus habendis illorum tenentur beneplacitum exquirere, aut præſtolari, ſed ſolummodo Parochialia eorum in præſentia adminiſtrandi ab ipſis licentiam debent reportare,non tamen illorum in abſentia, tunc enim Pontificia conceſſione, ſingula, & omnia Parochialia munia eos cõuenit exercere,peragere,& adminiſtrare in locis ſuæ ditionis. Optimè autem & Miniſtris, & Sacris Miniſterijs conſultum fuerit,ſi & ordinarius operator, & delegatus cooperator, hoc eſt Eccleſiæ Rector, & Miſſionarius vno, eodemquemet charitatis ſenſu, atque mutuo zeloſi conſenſu procedentes ſibi inuicem Sacroſanctis in Myſterijs perficiendis cooperentur, auxilientur, & opitulentur, æmulantes chariſmata meliora, gloriam ab hominibus non aucupantes, vel expectantes, ſed vtiliora cuncta pro ſalute animarum proſequentes, & certatim perficientes. Sept.Reſponſum de Parochis.

INTERROGA PATREM TVVM,ET MAIORES TVOS: Quoniã cogitãdo generationes per ſingulas,ideſt ſingulorũ,& omniũ hactenus emiſſorũ ad opus Apoſtolicũ Capuccinorum prouiſiones, exordiendo à priſcis illis maioribus noſtris Fratribus

Valeriano, Mauritio, Stephano, & Philippo, reperies vniuerſos, & ſingulos à regularibus noſtræ Religionis Præſulibus Ordinarijs Miniſtris Generalibus, vel Prouincialibus Patribus, aut Capitulis miſſos, rationabiliter tibi perquirendum occurrit: Quam ſubiectionem, obedientiam, ac dependentiam illis profiteri, ac præſtare obligentur, & teneantur ad Apoſtolicū miniſteriū aſſumpti Capuccini huius Pedemontanæ Prouinciæ alumni? Et ipſi.

Reſpondentes *DICENT TIBI*: Quod propriè religioſæ profeſſionis vigore cuncti, & ſinguli etiam Eccleſiaſticæ militiæ profeſſores Pugiles debent regularibus ſuis Superioribus omnimodam, quam cęteri religioſi monaſticam ſubiectionem, ac obedientiam in omnibus, quæ vel Regulæ obſeruationi, vel animæ propriæ ſaluationi, vel demandati ſibi miniſterij eſſentiali executioni non aduerſantur: virtutę autem tàm Minoricæ Regulæ, quàm Capuccinarum Conſtitutionum eam tenentur illis profiteri dependentiam; vt eundi ad Infideles, & perfidos Hæreticos conuertendos à ſuis Miniſtris Generalibus, vel Prouincialibus licentiam petant, obtineant, ac reportent. Et hoc de iure communi: cuius in obſeruantiam, & executionem Prælati noſtræ Congregationis Generales, Prouinciales, ac Diffinitores in Capitulis Generalibus, aut Prouincialibus eligunt, vocant, & nominant Capitularibus in epygraphis, ſiue tabulis tùm ex religione vniuerſa, tùm ex ſingularibus Prouincijs mittendos idoneos Operarios, eoſque Hierarchicis Præſulibus ordinandos repræſentant, & mittunt. De iure autem ſpeciali Delegato à Sum. Romano Pontifice Vrbano VIII Cum Prouincialis Miniſter Fratrum Minorum Capuccinorum Pedemontanæ Prouincię conſtitutus, & inſtitutus ſit Prefectus Miſſionum, ac Miſſionariorum in regione Pedemontij, hoc eſt in Vallibus Subalpinis exiſtentium, cui & immediatè Sum. Pontifex pro tempore exercendas Apoſtolicas facultates ſuis collegis, ac ſocijs communicandas confert, & tranſmittit; ideò huic conuenit quoque mittentis proprios immediatè exercere actus, nempè eligere, vocare, præſentare, ordinare, & præſidere. Eſt namque Miſſionum Præfectus ſimul, & ſemel Capuccinorum Pedemontanæ Prouinciæ Prouincialis Miniſter, vnde tùm in Capitulis, tùm in Congregationibus Prouincialibus vnà cum Patribus Diffinitoribus ad Subalpinas Miſſiones mittendos Theologos, & Sacerdotes ſuos ſubditos immediatè eligit, & vocat, Apoſtolicoque Reuerendiſs. Nuntio approbandos præſentat, approbatos autem ordinat, ideſt ſibi collatas Apoſtolandi facultates communicat, auctoritates confert, miniſteriali diplomate conſignato: aſſociatos rurſus ſuis obediētialibus litteris ad aſſignatam vnicuiq; Stationem mittit, & cum Socio Sacerdote dimittit, nec tamen in abſolute liberam cuiuſque facultatem remittit, imò ſingulis, & omnibus præſidere, & prouidere perſeuerat, pro opportunitatibus viſitando, & ſubueniendo, corrigendo, ac admonendo cum opus fuerit. Vnde ipſos ſic amādatos Capuccinos Miſſionarios, Apoſtolicoq; miniſterio applicitos decet, imo debēt cūctis ſibi in occurrētibus, & accidētibus indigētijs, difficultatibus, & neceſſitatibus officij, vel perſonæ ad propriū immediatū Præſidem, & Præfectum immediatè confugere, illum conſulere, ab ipſoq; ſubſidium, & patrocinium poſtulare, atq; exercitare, in omnibus, & per omnia ipſius iuſſa, & imperata exequentes. ſimul & ex debito adimplentes, menſtruas, vel ſemiannales propriorum Apoſtolicorum geſtorum relationes mittendo, vt ipſi maioribus Præſulibus tranſmittant. Si quando verò peculiare, præcipuum, perarduumq; diſcrimen aliquod Regno Eccleſiaſtico immineat, vel diſcriminoſum fidei negotium perurgeat, quod validiores, & maiores ſiue ſpiritualis, ſiue ſæcularis Principatus poteſtates requirat; tūc pro neceſſaria huiuſcemodi potentioris brachij inuocatione vt in plurimum ſuum Præfectum (ſi exigentia moras conceſſerit) prius conſulant, cuius monita ſuſcipientes, & conſilia exequentes, ritè, & rectè magis arduis in facinoribus & aggrediendis, & perficiendis inoffenſo pede procedent: multò magis ſi ad eoſdem maiores Magiſtratus nullas Præfecto inconſulto cuiuſcumque negotij, vel perſonæ litteras exarabunt, aut poſtulationes, ſiue interpellationes ſolicitabunt. Iura Principum Eccleſiaſticorum, vel temporalium cuſtodire ſatagant, omniq; ſtudio, & efficacia ſubditis populis cuſtodienda ſuadeant.

INTERROGA GENERATIONEM PRISTINAM. Hoc eſt anteceſſores tuos Apoſtolicos Miniſtros quanā Euangelica methodo, aut miniſteriali modo ipſi hactenus opus ſuum proſecuti fuerint, pariter & munus exercuerint, nec non onus ſuſtinuerint Miſſionarij officio fungentes, ſiue miſſionum proprios actus perficientes?

Reſpondentes & ipſi *DOCEBVNT TE*: Quod Munus Euangelicū cum ſit arduum opus, non contemplatiua quies, quadruplex inſigne infert, atque includit onus præcipuum, nempè propugnare veritatem, expugnare falſitatem, conſeruare orthodoxæ fidei integritatem, & augere Religionis chriſtianæ pietatem: quæ tripliei ſpeciali inſtrumento conſequuntur Apoſtolici Operarij ſcilicet: Verbi Dei iugi prædicatione: Inſcientium, ſiue paruulorum ſolicito catechiſmo: Et Sacra-

mento-

Marginal notes: Conſt. c. 11. — Oct. Reſponſum circa Regulares Superiores, & Præfectos. — Non. Reſponſum circa inuocationem brachij ſæcularis. — Decim. Reſponſum de Prædicationis methodo.

mentorum diligenti adminiſtratione. Quod tunc dignè,& ſufficienter pręſtatur, quando huiuſcemodi in miniſteriorum præſtatione maiorum Apoſtolorum, D. Pauli præcipuè præſcripta, & regulas exequimur, ſimul & veſtigijs inheremus. Pro legitima igitur Diuini eloquij prædicatione,ad Timotheum ille ſcribebat: *Teſtificor coram Deo, & Chriſto Ieſu,qui iudicaturus eſt viuos,& mortuos per aduentum ipſius, & regnum eius: prædica verbum,inſta opportunè, & importunè: argue,obſecra,increpa in omni patientia, & doctrina*: quaſi diceret: Conteſtor, & proteſtor coram 2 Timot.c.4. tremendo Vniuerſalis Iudicis Dei, & Saluatoris Ieſu Chriſti tribunali, quod tunc legitima, non ſpuria erit Apoſtolica prædicatio,quando prædicabitur non adulterabitur Sacra Scriptura,quando annũciabitur verbum Dei,non autem verba cauponantium hominum vana, curioſa,inania, ac ſæcularia fructu vacua. Inſta igitur prædicando nõ ad opportunitatem dumtaxat carnis,& ſanguinis, ſed & ad importunitatem, ſpiritus, non carnis exequens placita. Prædicans autem verbum Dei Inſtanter, argue liberè, ſed prudenter malos, bonos obſecra, increpa pertinaces non indignatiua zelothypia commotus, ſed moderato zelo ſecundum ſcientiam adductus: ideò in omni patientia, manſuetudine, benignitate, & charitate, ſimul & in doctrina, quia doctrina, & veritas in rationali Iudicij ornant pectora Sacerdotum. Non igitur doctas fabulas ſequutus populis annunties Sacratiſſima verba,ſed ſpeculator factus Diuinorum oraculorum. Quia legitimi Euangelij promulgatores, ſiue concionatores doctrinis ſcholaſticis, poſitiuis, moralibus, atque dogmaticis, methodo tamen faciliori, & intelligibiliori ſuas debent ſermocinationes conficere pro exigentia, atque opportunitate materiæ, Myſterij, temporis, loci, & perſonarum, ſingulis, & omnibus Dominicis, atque feſtis præcipuè inſignioribus totius anni, ſignanter In Aduentu, & Quadrageſima: vnde & propria aſſerta,dicta,theoremata, ac dogmata conuenit confirmare ſcripturarum Oraculis; Patrum reſponſis, Sacrorum Interpretum dictis, antiquorum traditionibus, Canonum ſanctionibus, Conciliorum Decretis, Sanctorum deſcriptis placitis. In proponendis, & exponendis ſacrarum litterarum ſententijs ex quaternis illarum ſenſibus, nempè Anagogico, Allegorico, Morali, & Litterali quartum hunc tribus anterioribus præponere ſtudeant, huic tertium (Moralem ſcilicèt) copulando; licèt namque quatuor illi ſcripturarum ſenſus ſibi inuicem contentiant, & conueniant in veritate, & authoritate apud fideles; perfidi nihilominus noſtræ tempeſtatis hæreſiarchæ, & hæretici, falſitati propriæ latebras quærentes, binos priores veluti fidelis veritatis olores reſpuunt, ac reijciunt, ſicuti acceptare tamquam legitimos renuunt nonnullos ex Canonicis libros, non alio fulti iure, aut fundamento, quàm eo: ſic pro ratione voluntas, & voluptas. Quamobrem prudenter & ſibi, & ſuæ prædicationi conſulet Sacer Orator, ſi propoſitum tùm pro concione, tum pro diſputatione à ſe dogmaticum thema fulciat litteraliter expoſitis, ſeu exponendis Diuinis Oraculis, ſcripturam per ſcripturas,ideſt ſententias veteris cum teſtamenti noui teſtimonijs confirmando, aut Euangelium ex Notabile. expoſitione Canonicarum epiſtolarum, ſignanter D. Pauli explicando, cuius teſtimonium, & ſenſum in omnibus, & per omnes ſuas prædicationes, pariter & diſputationes curet adhibere, vt inſipientium, & multipliciter deſipientium perfidiam confundat. Peroptimè autem prædicando procedet, ſi proprias ſuas conciones ex Euangelicis Oraculis D. Pauli epiſtolarum litteralibus explicationibus confirmatis conflatas, atq; compoſitas proponat, propoſitas rurſus immediatis euidentioribus rationibus practicis ſuffulciat: hac namq; demonſtratiua faciliori methodo Prædicatoris veridici (vti mihi contigit) & nomen, & exiſtimationem ab ipſis aduerſarijs gaudebit obtinere, & reportare.

Debitũ Catechiſmi inſinuat Apoſtolus dicẽs: *Debitor sũ ſapiẽtibus,& inſipiẽtibus* Rom.cap 1. quia plurimi *dicendo ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt* Quamobrem legitima Diuina Sapientia miſit ancillas ſuas; vt vocarent ad arcem prudentiæ, & charitatis Ciuitatem paruulos, & inſipientes: *Si quis eſt paruulus veniat ad me,& inſipientibus loquuta eſt: ambulate per vias prudentiæ*. Hæc igitur non ſapientium catecheſis duabus partibus conſtat: neſcientium ſcilicet inſtructione, & inſipientium, ſiue deſipientium reductione, quod eſt dicere: Catechiſmo paruulorum, & pędagogia hęreticorum. Primus ideſt Catechiſmus ſufficienter exercetur, ſi ſingulis ſaltem Dominicis totius anni Doctrinæ Chriſtianę,ac morum diſciplinę præcepta, canones, & regulas iuxta Orthodoxorum Patrum legitima placita longanimiter,patienter, perſeueranter, & humaniter pro familiari ſermone, aut domeſtico alloquio, ſiue in foro, ſiue in diuerſorio, ſiue in Vicis, Villis, & caulis, ſignanter verò in Sacellis, & Templis explicent, tradant, & declarent opportunis & horis,& modis, non ſpontè ſolos aduentantes, aut conuenientes expectando, ſed & refugientes, oſcitantes, atq; renuentes inquirendo, adeundo, inuitando, munuſculis alliciendo, imò ſuauiter compellendo iuxta Euangelici Patris familias monitum: *Compelle intrare*. Secunda, hoc eſt catholica pędagogia perfidorum,com-

Prouerb. 9.

Pro catechiſmo.

D. Luc.c.14.

pletur

pletur didaſcalica diſputatione non clamoroſa, ſed tranquilla, nec indignabun-
da, ſed pacifica, zelo veritatis aperiēdæ, & deſiderio legitimæ religionis dignoſcē-
dæ, non propriæ temerariæ credulitatis, & opinionis, ſeu hæreticæ falſitatis propu-
gnādæ, & mordicus ſuſtētādæ. Contra quos pertinaces hæreſum defenſores & tute-
lares ſpurios Phyliſteos procedendum eſt non cum armis Saul, nempè cū Philoſo-
phicis ſophiſmatibus, ſiue dialecticis ſubtilitatibus, diſtinctionibus, ac ratiocinijs,
Coloſſ. c. 2. vti D. Paulus Coloſſenſes admonebat: *Hoc autem dico: nemo vos decipiat in ſublimi-
tate ſermonum. Videte ne quis vos decipiat per phyloſophiā, & inanem fallaciā ſecūdum tra-
ditionem hominum, ſecundum elementa Mundi, & non ſecundum Chriſtum.* Quia ſic di-
ſceptantes aucupantur proceſſum in infinitum, nec aliquando dabitur finis inqui-
ſitionis, & diſputationis eorum. Ideo procedere debet Catholicus Anthagoni-
ſta aduerſum Goliath armis Dauidicis baculo, & lapide in nomine Domini mu-
Lib. 1. Reg. c. 17. nitus. Cum baculo, vt eneis Ieſu mortificationem in ſuo corpore iugiter cir-
cumferens per perfectioris vitæ exempla, ac lapide firmo ſolidioris doctrinæ bina
percuſſione corda concutiat. Hoc eſt ad incarnatæ Sapientiæ, Doctoriſq; noſtri
Exod. 6. Chriſti imitationem aduerſus Hæreticos homines gemina methodo, tamquam
D. Luc. 20. vtraq; manu pugnare: Primò ſcripturarum propoſitis teſtimonijs, ſicuti ipſe cō-
tra Sadducæos teſtimoniū ex Exodo obiecit, referente D. Luca. Secundò Oppoſitis
Pro diſputatione. euidentioribus rationibus ab vſuali, morali, politica, ac manuali communi ap-
probata experientia adſcitis, ad hominem arguendo, quomodo ipſe Phariſęos, eo-
rumque diſcipulos cum Herodianis confutauit, & reiecit politica in aggreſſione,
& diſceptatione apud D Matthæum: *Magiſter licet cenſum dari Cæſari, an non? Oſtē-
dite mihi numiſma cenſus: cuius eſt imago hæc, & ſuperſcriptio? dicunt ei: Cæſaris. Red-*
D. Matt. c. 22. *dite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* Sicuti & in ſequentibus eo-
dem capite relatis ſibi illatis queſtionibus reſpondit, & perfidorum impudentiam
repulit, quæ peculiariter eſt animaduertenda nobis methodus. Poterit igitur,
immò tenebitur Eccleſiaſticæ militiæ Tyro ſe ſe quotidie in peruolutandis, & per-
ſcrutandis ſacris voluminibus, ſimul & ſcholaſticis diſputatis dogmatibus ad pra-
xim reducendis: deducendo varia grauia tum abſurda, tùm inconuenientia, ne
dicam impoſſibilia, quæ hæreticis placitis conceſſis conſequentur. Hoc ſi ſtudio-
sè præſtiterit nouus Apoſtolici ordinis Athleta, breui temporis intercapedine ſui
laboris, & ſtudij vberrimos prouentus in profectum fidei aſſequetur. Garrulos
enim ſciolos, ſophiſtas, diſceptatores Sectarios Pſeudominiſtros proculdubio ob-
muteſcere, & veritatem fateri compellet.

Sacramentorum legitimum adminiſtratorem deſcribit Apoſtolus, dum ad Co-
1. Corint. c. 4. rinthios ſcribit: *Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſterio-
rum Dei, hic iam queritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur.* Fidelem di-
ſpenſatorem Sacrorum inquirit Paulus, quia fidelem, & prudentem ſeruum à ſuo
Domino, & Magiſtro Chriſto ſuper fidelium familiam conſtitutum intellexerat
D. Mat. c. 24. ex D. Matthæi Euangelio: *Quis putas eſt fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Do-
minus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore?* Fidelitas, & prudentia ido-
neum conſtituunt miniſtrum diſpenſatorem omnium Sacramentorum nouæ le-
gis, ſed præcipuè Pœnitentiæ, cuius legitima adminiſtratio ſicuti apprimè eſt ne-
Vndecimum Reſponſū circa Sacramētorum adminiſtrationem. ceſſaria; ità & quam maximè difficilis, ac perardua dignoſcitur. Capuccini Miſ-
ſionarij hac in Ciſalpina Apoſtolatione, Pontificia auctoritate, libera pollent
poteſtate adminiſtrandi vniuerſa Sacramenta, etiam Parochialia vbi, & quan-
do abſuerint Parochi, vbi verò, & quando adfuerint, de eorum licentia. Quamo-
brem ſatagere illos conuenit, vt fidelitatem exhibeant in labore opportuno, &
importuno ſufferendo, vnicuique indigentium animarum, ſine acceptatione per-
ſonarum, neque turpis lucri gratia, ſed gratioſè accurrendo, & opportunè ſpiri-
tualiter ſuccurrendo: Prudentiam verò profiteantur: ab indignis dignos ſecernen-
do, prouidèque animaduertendo, ne porrigant Sacra prophanis, aut mittant mar-
garitas ante porcos, vel è contra temerè ſpiritualia ſubſidia egentibus ſubtrahant,
petentibus denegent, deſiderantibus diſtribuere negligant pro exigentia ſubiecto-
rum fidelium, temporum, & locorum ſufficienter. Soliciti igitur in omnibus ſtu-
deant charitatem adhibere, ſed præſertim Sacramentalibus ad ſe aduentan-
tium, ſiue accedentium alienigenarum, aut indigenarum in confeſſioni-
bus, etiam generalibus totius anteactæ vitæ patienter, & longanimiter ex-
cipiendis. Hoc namque pium opus, præcipuumque Sacerdotale onus omnes,
qui fuerunt ante nos Capuccini Miſſionarij omni, qua valuerunt, volue-
runt ſufferentia, & patientia ſuſtinere, & exercere, exercendo pariter ſe ſe
Sacramētum Pœnitentiæ. tùm in ſtadio Theologiæ moralis, tùm in ſtudio ſaluris animarum: pro qua ſalute
apprimè conducit, ex tàm varia, multiplici, nec admodum proficua diuerſitate
opinionum neothericorum ſcriptorum eas ſiue probabiliores, ſiue tutiores deli-
gere, quæ in facto, & in caſu ſibi tunc pro praxi propoſito confitentis ſaluationi,
atque curationi magis expedire, atque conducere prudenti confeſſario videbitur:

Ad Tyrones Capuccinos.

Sanctorum Patrum, & inſigniorum Eccleſiæ Doctorum iàm olim probatas ſententias recentiorum obſcurioris nominis, & eruditionis Theologorum non vſquequaque cnmprobatis placitis iuſtè præferendo: non carni aut ſanguini indulgendo, ſed proprium periculum, ac proximi damnationem declinando. Sit igitur Confeſſarius fidelis Deo, ſibi ipſi, & proximo; ne humano timore, aut reſpectu ad infidelitatem in miniſterio declinet: ſit prudens; vt vulneratis quibuſque conſcientijs tùm curatiuam, tùm præſeruatiuam congruam medelam apponat, iuxta Lateranenſ. Concilij ſalubre monitum: *Sacerdos autem ſit diſcretus, & acutus, & more periti Medici ſuperinfundat oleum, & vinum vulneribus ſauciati, diligenter inquirens & peccatoris circumſtantias, & peccati, per quas prudens intelligat, quale illi conſilium debeat exhibere, & cuiuſmodi remedium adhibere, diuerſis experimentis vtendo ad ſanandum ægratum*. Hoc in ſaluberrimo exercitio conſiderabiliori ſimul, & neceſſariori non accellerationem affectet Confeſſarius, ſed confeſſionis etiam prolixioris perfectionem, & iuſtam conſummationem curet: multitudine confluentinm expectantium ne ſoliciterur; ſed ſolicita longanimitate in miniſterio perſeueret: ignaros, vel verecundos pęnitentes docendo, monendo, interrogando, hortando, raro verò minitando, ſed opportunè corrigendo, & ſuauiter carpendo, in fine tamen peractæ delictorum confeſſionis. Viſcera miſericordiæ, benignitatis, dilectionis, ac compaſſionis contritis, puſillanimis, timidis, dolentibus, & afflictis aperiat; talibus enim modis, & demonſtrationibus dura corda emoliuntur, & tenera fulciuntur, ac corroborantur. Caueat autem ab imprudentia ln interrogando, ſpecialiter fęminas, & adoleſcentiores etiam mares circa carnis crimina, & circumſtantias non neceſſarias. In his, quæ ideo ſunt mala, quia prohibita iure humano poſitiuo, ſi quemquam offenderit bona fide procedere, dubitet autem an admonitus reſipiſcat, relinquat eum in ſua conſcientia; non ſic tamen, ſi delicta ſint iure Diuino prohibita, & damnata. Pręcaueant autem Capuccini Miſſionarij ab imprudentia, & temeritate, ſiue ſaltem à nimia facilitate in vſu tum Pontificalium, tùm Epiſcopalium facultatum à reſeruatis abſoluendi, reconciliandi, diſpenſandi, & commutandi, nec eis niſi in Foro conſcientiæ perutantur pro opportunitatibus, & exigentijs conſcientiarum; ne vſus in abuſum tranſeat. Ideo ſedulò præ occulis, & præ manibus habeant diplomata Caſuū reſeruatorum, tum Pontificalium Bullæ Cœnæ Domini, tum Epiſcopalium ſingulorum; ſignanter ſtudioſè perlegant Epygraphem facultatum à Summ. Pontifice per Præfectum ſibi conceſſarum, & communicatarum, accuratèque conſiderent, & ſufficienter cognoſcant illarum naturam, ac qualitatem, nempè latitudines, limitationes, amplitudines, & reſtrictiones, vniuerſalitates, & ſingularitates; ne indifferenter eas adhibendo, ab intentione concedentium, & conceſſorum extenſione legitima differant. Differunt namque generaliter diſcurrendo (vt ſequitur).

Concil. Lateranenſ. c. 21.

Notabile.

Facultates Spirituales.

Conceſſæ Liberæ.

- Prædicandi, & Exponendi Verbum Dei.
- Catechizandi, ſiue Catechiſmum exercendi.
- Concedendi, & Lucrandi Indulgentias.
- Celebrandi omnibus in locis, etiam coram Hæreticis.

Limitatæ

- Adminiſtrandi omnia Sacramenta, etiam Parochialia.
- Abſoluendi à peccatis, & Cenſuris, etiam reſeruatis.
- Recipiendi, & reconciliandi reduces ad Eccleſiam.
- Diſpenſandi ſuper irregularitatibus.
- Diſpenſandi in Matrimonijs, & iure petendi debitum.
- Commutandi vota ſimplicia.
- Legendi libros prohibitos Hæreticorum.

INTERROGA, ET DILIGENTER INVESTIGA PATRVM MEMORIAM qualiter & ipſi Euangelico in opere laborantes, & in labore Apoſtolico operantes, propriæ tum perſonæ, tum conſcientiæ curam geſſerint pro vtriuſq; hominis conſeruanda incolumitate, & integritate ſeruanda, pariterque in quotidianis ſuis neceſſitatibus ſubleuandis? Et ipſi.

Reſpōdētes *LOQVENTVR TIBI* Doctoris noſtri Ieſu Chriſti cōſiderabilia valde illa verba, ex D. Matthęi Euangelio: *Quid prodeſt homini ſi Mundum vniuerſum lucretur, anima verò ſua detrimentum patiatur?* Quid proderit religioſo viro Operario Capuccino ſi Apoſtolicis ſuis aſſiduis fatigationibus perfidas gentes vniuerſas ad Fidem conuertat, ſe ſe verò accidioſè negligendo cum Infidelibus perdat? Ideò in primis, & ante omnia ſaluti propriæ cuiuſque religioſi Miſſionarij conſulendū

D. Matth. c.

erit:

Digitized by Google

erit: Præcauendo ab inſidijs, atque doloſè in via paratis Sathanæ laqueis, à Mundi fraudulenter oblatis illecebris, à concupiſcentiæ illatis blanditijs: opportunè ſelectis, & deſignatis horis priuatæ orationi, Miſſarum celebrationi, & Diuini Officij deuotæ recitationi quotidie infallibiliter, & inuiolabiliter incumbendo, propriò tandem ſpirituali profectui ex propoſito inſiſtendo: Nuſquamque, & numquam, cum poſſibilitas, & opportunitas ſuppetit, à ſibi commendato Euangelico Miniſterio feriando, ſed cunctarum virtutum actibus iugiter perſiſtendo: Repetita pluries maiorum placita, & Superiorum monita diligenter obſeruando, ſcilicèt: De mulieribus cuiuſcumque conditionis, & gradus intra domeſticos lares, hoc eſt Apoſtolicæ ſuæ domus limina, non admittendis, neque introducendis: De nõ neceſſaria ſeculariũ virorũ, ac fęminarũ cõuerſatione, ac familiaritate euitanda: De exteras per domos refectionis, ſiue viſitationis cauſa non circumcurſando: De pace, ac concordia cum Collegis, & Socijs, necnon cum cęteris cunctis, religioſiſque præcipuè conſeruanda: De charitatis erga indigentes proximos, ægenos, ægrotos, oppreſſos, & miſeros quoſque ſpiritualibus ſimul, & corporalibus operibus præſtandis: Deque tandem Apoſtolicis proprijs geſtis manuali in codice rationario ſignatis per opportuna tempora Miſſionum Præfectum commonefaciendo. Admonitus autem & ipſe ſit Miſſionarius, quod cum Apoſtolici ordinis Corypheus D. Paulus ad Timotheum Epiſcopum ſcribens ex vtriuſque Fęderis pagina doceat, & dicat: *Qui benè præſunt Presbyteri, duplici honore digni habentur, maximè qui laborant in verbo, & doctrina: dicit enim ſcriptura: Non alligabis os boui trituranti. Et dignus eſt operarius mercede ſua.* Ideò mittentes vniuerſi cunctis per Vniuerſum miſſis Euangelicis Operarijs alimoniaria ſtipendia, & congruos commeatus prouident, præſtant, tranſmittunt, aut certè ſuppeditandos procurant, ſicut curat Romanus Antiſtes, vt de ſuo Apoſtolico ærario pecuniaria religioſa alimonia per ſuos Taurini reſidentes ordinarios Apoſtolicos Nuntios ſuppeditetur in Gallia Ciſalpina excubantibus Miſſionarijs Capuccinis: qua vt licitè, ac ſine præiudicio regularis ſuæ profeſſionis Minoricæ peruti valeant; voluit D. Conradus Tartarinus Epiſcopus Foroliuienſis, tunc Apoſtolicus Nuntius, Pontificia ſibi auctoritate collata (vti ſupra proprio Calculo) anno 1602. à conſueta mendicatione Capuccinos Stationarios in Eccleſiaſticis Caſtris actualiter militantes diſpenſare: declarando, & concedendo; vt in Dominicæ vineæ cuſtodia, atque cultura laborantes conducti Operarij ex denàrio diurno à Magno Patrefamilias, nēpè à Romano Pontifice per procuratores ſuos, aut benefactores præſtito, liberè, ſed diſcretè victui, ac officio, ſiue perſonæ neceſſaria comparare, & ſibi prouidere valeant Miſſionarij, numquam tamen, & nuſquam immediatè pecunias politicè, & ciuiliter pertractando, ſed mediatè per amicum ſpiritualem, aut ſubſtitutos à pecuniarum largitoribus: quos tamen ſubſtitutos de explicito, vel implicito conſenſu dantis ipſi Miſsionarij plures ſucceſsiuè multiplicare pro exigentia, abſque conſcientię offendiculo valebunt, iuxta peculiarem declarationem ad hoc præcipuè editam à Reuerendiſs. D. Taurini tunc Archiepiſcopo Carolo Brolia, pro inſtituendis Miſsionibus laborante (ſicuti congruo calculo numeramus) Prohibuerat namque in D. Petri Cathedra reſidens Paulus V. per Cardinalis Mellini datam epiſtolam (quam peculiari ſuo numero ſignauimus) Fratribus Minoribus Capuccinis Miſsionarijs in vſu, & conſumptione pecuniarij ſibi ſuppeditati ſtipendij omnimodam immediatam pecunię contrectationem: Hancque Pontificiam prohibitionem Paulus alter à Cęſena noſtræ Religionis tunc tēporis Generalis Miniſter, & Pater, tamquam rationabilem obſeruari mandauit, exponendo, & declarando, quod Fratres Minores Capuccini Miſſionarij in recurſu ad pecuniam pro ſuis neceſsitatibus à Sũmis Põtificibus Clemēte V. & Nicolao III. præſcriptum, & traditum modum obſeruare tenentur. Liberum igitur erit religioſis Pugilibus Capuccinis cum congrua conſueta ſtipendia Apoſtolica non adeſſent, aut ſuppeterent, tùm ex quæritatis, tùm ex oblatis, tùm proprio labore, atque religioſa induſtria, ſiue Sacerdotali Miniſterio acquiſitis eleemoſynis corporalibus ſuis tàm ſanitatis, quàm infirmitatis indigentijs, atque exigentijs opportuna, atque neceſſaria ſubſidia prouidere, eo ſemper excepto, quod per ſe ipſos denarios, vel pecunias politicè non contrectent. Pro iſtius modi autem denariorum, vel pecuniarum neceſſarijs ſubſidijs ſuos ad Prouinciales Miniſtros, & Præfectos ante omnia recurrant, qui omni ſolicitudine, & charitate pro virili neceſſitates patientibus ſuccurrent: Tum in his, tum conſimilibus in locorum, aut ſociorum mutationis opportunis indigentijs.

Duodec. Reſponſum de modo curandæ propriæ ſalutis.

1. Timot. c. 5.
Deut. c. 25.
D. Matth. c. 10.
D. Luc. c. 10.

De recto vſu pecuniarum.

INTERROGA, ET DILIGENTER INVESTIGA PATRUM MEMORIAM: Quos terminos poſuerunt Hierarchici Præſules, aut regulares Apoſtolici operis Præſides ſingulis Miſſionarijs pro ſingularibus in Miſſionibus Apoſtolando, ideſt quæ Oppida, vel quas Villas, & Valles diſcretè, & diſtinctè excolendas aſſignauerunt, cum Romanus ipſe Summ. Pontifex Apoſtolicis ſuis in exaratis diplomatibus

Capuccinis Stationarijs collectiuè, & copulatiuè vniuerſis cuſtodiendas aſſignet Lucernæ, & adiacentes cunctas Valles Subalpinæ regionis, ſignanter verò Marchionatum Salutiarum,&circumuicinia loca? Et ipſi.

Reſpondentes *LOQVENTVR TIBI* (ex præcitatis Oraculis) *Memento dierum antiquorum, diligenter inueſtiga Patrum memoriam*. Vel ex Hieremia Propheta: *State ſuper vias,& videte,& interrogate de ſemitis antiquis.* Nulluſque inuenietur ab initio à quoquã Eccleſiaſticæ militiæ ſęculari, aut regulari Præſide militibus militandi, & percurrendi præfixus terminus in Galliæ Ciſalpinæ limitaneis plagis, immò integrum decertandi aduerſus Vallicolas hæreticos Eccleſiaſticum campum Capuccinis indiſcretè fuiſſe aſſignatum; quò auxiliares copiæ religioſorum vellitum per omnes,& ſingulas ex hæreſum ſchiſmate periclitantes Villas, & Subalpinas Conualles percurrendo perluſtrarent, & perluſtrando ad legitimarum dominationum debitam ſubiectionem reducerent. Poſtquam autem Capuccini limitanei milites determinatis in locis Miſſiones fixas ſtatuerunt, priores Miſſionarij illi Vigiles Stationi, hoc eſt Villæ primariæ, & principaliori ad Eccleſiaſticas vigilias obſeruandas ſibi aſſignatæ propinquiora Vallis,vel regionis Oppida, Pagos, & populationes, immò Conualles ipſas cuſtodiendas ſibi aſſumpſerunt, ex condicto excolendi agri, vel vineæ colendæ portionem congruam ſibi inuicem diſtribuentes, & aſſignantes, in quibus per plurimos annos, ideſt vſque modo elaborando perſeuerauerunt: ſicque longiori, & antiquiori vſu, ac conſuetudine terminos ſingulis Miſſionibus, ſingularibuſque Miſſionarijs conſtituerunt Parentes noſtri, vt ſequitur.

Hierem. c.6.

Tertiumdecimũ Reſponſum de terminis Miſſionum.

I. Perrerij ad Miſſionem, & Miſſionarium ſpectat cura totius Vallis San-Martini.

II. Petruxiæ dimidiatæ eiuſdem Vallis, nempè à Diblono incluſiuè, vſque ad dimidiam Vallem Cluſoniam.

III. Portarum reliquum Petruxinæ Vallis, nempè à Diblono excluſiuè vſque ad Abbatiæ Pagum, in quo aliquandiù olim reſedit Miſſionarius.

IV. Draconerij dimidium Vallis Macræ, à portis ſcilicèt Lothuli excluſiuè Buſcham vſque,citra, & trans flumen,

V. Accelij eiuſdem Macrenſis Vallis reliqua portio pro vtraque parte fluminis ad Alpium vſque iuga.

VI. Verzolij à Venaſca Varaytanæ Vallis Oppido incluſiuè, vſque ad Mantham, non excluſo Coſtiliolarum Pago.

VII. Caſtridelphini à Brutiaſco incluſo, vſque ad Alpes eiuſdem Vallis reliquum totum directum, & collaterale.

VIII. Paduſanæ vniuerſa Padi Vallis à Veſul o Monte, vſquequo perueniatur ad terminos Reuelli citra, & trans fluenta aquarum.

IX. Cadralij à ſummitate Granæ Vallis vſque ad conterminos excluſos Cunei, & Buſchæ, incluſis tamen Oppidis Bernexij,& Ceruaichæ.

X. Demontij geminæ integræ Sturianæ Valles ſuperior, & inferior.

XI. Pancalerij totum ipſius Oppidi territorium, excluſis quibuſdam Lucernenſis Vallis complanis populationibus.

XII. Vallis Soanæ (quando de mandato Superiorum reaſſumetur) vniuerſa ipſa ſupera Vallis citra, & trans amnem.

Hi ſunt termini quos poſuerunt Patres noſtri religioſi Vigiles pro diſcretione limitum ſingulis Miſſionibus, ſingularibuſque Capuccinis Miſſionarijs in Gallia Ciſalpina. Quos tamen nequaquam ſic diuiſorios ſtatuerunt, quin per tempora, & opportunitates mutuo conuenientes ſibi inuicem cooperentur, opitulentur, accurrant, & ſuccurrant in miniſterio Apoſtolico perficiendo collegæ Capuccini; cum ab ipſis olim primordijs omnes ſimul in Eccleſiaſtici Regni bonum conſpirantes, circumeuntes copulatiuè, vel ſigillatim mobilem communiter,& vnanimiter vbique Miſſionem exercerent, ſine locorum, aut ditionum diſcretione, ac differentia; ſed omnes, & ſinguli coeuntes vnicam expeditam Euangelicorum Pugilum aciem conficerent, ſimul & in periclitantium Eccleſiarum volucre ſubſidium conflarent. Hoc dumtaxat animaduertentes ſingulares Miſſionarij, vt à ſingulis Epiſcopis vicinarum Diœceſum, ad quas Apoſtolaturi accedebant, prius benedictionem pro concionibus, licentiam pro confeſſionibus, & beneplacitum pro Reſeruatis reportarent. Quam communicationem ipſe Præfectus Miſſionum conſueuit approbare, ac ratam habere, quotieſcumque à ſuis ſocijs admonitus, & requiſitus fuerit; cum illa ſit de iure primariæ inſtitutionis, magiſque conueniat, atque expediat Collegas Confratres eiuſdem profeſſionis in cooperarios aſſumere, quam extraneos Sacerdotes adſciſcere.

INTERROGA TANDEM GENERATIONEM PRISTINAM, ET DILIGENTER INVESTIGA PATRVM MEMORIAM: Quo inoffenſo pede,& faciliori greſſu, immò fauorabiliori progreſſu Eccleſiaſticis in Caſtris militare, atque in

profe-

profectum religionis, & Fidei proficere contingat? quod eſt dicere. A quibus abſtinere conueniat non tyronem ſolummodo, ſed & quemlibet Apoſtolicum veteranum athletam in Subalpinis Miſſionibus excubantem.

Reſpondentes & ipſi *DOCEBVNT TE, LOQVENTVR TIBI, ET DE CORDE SVO PROFERENT ELOQVIA*: Capuccinis Miſſionarijs in Ciſalpinis Sacris Excubijs perſiſtentibus in primis & ante omnia, quinimmò in omnibus, & per omnia præcauẽdũ erit à pluribus, ſed modo breuiter pro meo epitomatico propoſito à ſequẽtibus, nempè

Primò à fermento Phariſæorum, Scribarum, & Sadducæorum, ſcilicèt ab Hæreticorum deceptoria Hyppocriſi, quoniam garrulis, & doloſis compoſitis verbis religionem ſimulant, ſed nequioribus factis profanationem intentant, & perpetuò moliuntur.

Secundò à publicis ſimul, & ſolemnibus ex condicto citatis cum aduerſatijs dogmaticis diſputationibus. Ex his enim nonniſi turbæ clamoroſæ diſceptationes, ſeditiones, atque rixationes exoriri conſpiciuntur. Si quando obuiantes Therſites Pſeudominiſtri, vel Scioli Sectarij religionare certamen obtulerint, vel aggreſſi nos fuerint malignis, & maledicis verbis in Religionem Catholicam garrientes, tunc conſurgendum aduerſus eos in prælium, & fortiter dimicandum cum moderamine inculpatæ tutelæ, pro vt ratio, & occaſio dictauerit.

Tertiò A præiudicata Prælatorum, Magiſtratuum, Inquiſitorum, aut Parochorum legitima auctoritate: A Ius dicendo vti Cauſidici, neque tamquam Iudices ſententias proferant, immò vti religioſi arbitri pacificè lites, ac diſſidia componant.

Quartò A Reipublicæ locorum negotijs, ſeu publico ære ſub quouis pietatis, aut iuſtitiæ titulo adminiſtrandis, vel apud Principes, ac Magiſtratus in odium tertij pertractandis.

Quintò A per ſe immediatè contrectandis pecuniarijs ſibi quoquo modo, vel à quauis perſona præſtitis ſubſidijs, & eleemoſynis, etiam neceſſarijs.

Sextò A publicè, etiam iuſtè carpendis religioſis Sacerdotibus, vel Præſulibus pariter, & à cuiuſuis perſonæ in dignitate conſtitutæ ſingulari publica reprehenſione, & detractione.

Septimò A diſſidijs, & ſimultatibus, etiam rationabiliter cum Parochis, Rectoribus, ſeù religioſis exercendis.

Octauò A ſtudioſa, & anxia temporalium, licèt neceſſariorum ſolicitudine, procuratione, & mendicatione, immò à cuiuſlibet proprij commodi, vel vtilitatis minus honorifica ſuſpicione.

Nonò A mulierum, etiam honeſtarum, ac religioſarum nimia familiaritate.

Decimò A frequentioribus conuiuijs, & conuitationibus intra, vel extra domeſticos lares, etiam cum deuotis amicis, ſignanter ieiuniorum temporibus.

Vndecimò A ſuſſurationibus ſimul, & ſuſurronum incentiuis relationibus, præſertim a ſimulatis Catholicis inter religioſos ſtudioſè diſſidia ſeminantibus facilè, & obuiam excipiendis. Immò huiuſcemodi cum adulatoribus vulpeculis (quas plurimas reperiet in locis Miſſionum) nec cibum ſumere, aut confidentiæ verbulum communicare, quia doloſi circuitores mendaces perpetuò, & malorum incẽtores ore loquaci, & mendaci lingua ignem, & aquam afferre geſtiunt, & profitentur, ſignanter vt in odium Eccleſiæ inter Sacerdotes, & Miſſionarios iurgia excitent, & foueant.

Duodecimò Præcaueant tandem ne ad nutum cuiuſuis, etiam zelotis perſonæ, immò neque ad ipſius Parochi, aut Paſtoris ſuggeſtionem pro concione ſingularia aut vitia arguant, aut vitioſos quoſlibet ſingulariter increpent, ſed correptiones, admonitiones, & increpationes pro proprio inſtituto opportunè, congruè, & generaliter proſequantur.

Hæc ſunt Sanctiſſima verba, quæ propria prolixa experientia edocti dicebant nobis religioſi Patres noſtri primiores illi Capuccini Miſſionarij, quorum ab Apoſtolico ore illa excipiens, fideliter, & breuiter, de corde ſuo proferens, vobis refert.

Veſtrum Omnium.

Minimus, ſed Amantiſſimus Frater, & Seruus.

Fr. Matthias à Cabalariomaiore eiuſdem Apoſtolici Ordinis veteranus profeſſor Capuccinus, licèt immeritus.

ANTE-

ANTELOQVIVM
Pro Argumento Operis.

DE vniuerſo Iure non ciuili dumtaxat, atque Canonico, quinimmò naturali, ſimul ac Diuino tenentur alienæ priuatæ, vel publicæ rei pertractatores, qnin & eò exactiùs publici tùm officij, tùm beneficij tàm ciuilis politici, quàm Eccleſiaſtici religioſi adminiſtratores à ſe adminiſtratę Prouinciæ fideles reddere rationes, ſiue adminiſtrationis exercitæ coram ſupremo aut Domino, aut dominio ſolemnem ſubire ſindicatum, completum peracti miniſterij proferendo, & offerendo Rationarium. Quamobrem integerrimum quondam Idumęorum Ordinarium Antiſtitem, Iobum dixi (ſeriò illi colludens, ſapientialiterq; colloquens) necdum humanatum Patris Verbum intertogabat aliquando: Iob. c. 38
Numquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent tibi: adſumus. Aenigmaticè pronuncians, quod euangelicè renunciat D. Lucas ab eodemmet Incarnato iàm Verbo de miſſis proprijs Diſcipulis: *Et reuerſi Apoſtoli narrauerunt illi, quæcumq; fecerant:* Luc. c. 9.
Apoſtolicæ ſibi delegatæ, ſimul, & à ſe exercitatæ euangelizationis Sacroſancti Euangelij Diuino Auctori Ieſu Chriſto, euangelicæ prædicationis cœleſti Directori mittenti actitatæ Miſſionis referendo rationes, iuxta interpretationem congruam Purpurati interpretis Vgonis, inde ſic imitationem ſuadentis: *Reuerti ad Chriſtum, & renunciare quod factum eſt, eſt de factis Deo gratias agere; & totum virtuti eius attribuere. Et ſic reuerti debent Prædicatores, & Prælati peracto officio ſuo: vnde Iob cap. 38. Numquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent tibi: adſumus?* Vgo Cardin. in Luc. c. 9.
Sicuti redeuntia opportunè adfuerunt gemina Apoſtolantia fulmina Paulus, & Barnabas, ipſomet D. Luca teſtante: *Inde nauigauerunt Antiochiam, vnde erant traditi gratiæ Dei in opus, quod compleuerunt. Cum autem veniſſent, & congregaſſent Eccleſiam; retulerunt quanta feciſſet Deus cum illis.* Actor. c. 14.
Quàm appoſitè, quàm prudenter, quàm ſapienter? Vnde fuerant emiſſi ad Apoſtolandum, illuc nempè Antiochiam ſuæ Apoſtolationis rationes completas relaturi regrediuntur. *Nauigauerunt Antiochiam* (ait Gloſ. Interlin.) *illam priorem, ex qua exierunt, ſegregati à Spiritu Sancto in opus Euangelij, retulerunt, quanta feciſſet Deus, aſſignauerunt fructum ſui laboris in doctrina, & ſignis: Deus cooperatus eſt obedientiæ illorum*, Barnabæ ſcilicet, & Pauli, de quo rurſus Apoſtolica geſta proferunt: *Cum veniſſemus Hieroſolymam introibat Paulus nobiſcum ad Iacobum, omneſq; collecti ſunt ſeniores, quos cum ſalutaſſet; narrabat per ſingula, quæ Deus feciſſet in Gentibus per miniſterium illius. At illi cum audiſſent; magnificabant Deum.* Glos. interl. Act. 21.
Verè defucata, verè ſincera, verè ſimplex, & prudens Apoſtolicorum actuum enarratio fidelis; quando propria præclara facinora recenſentes, ad magnificandum Deum excitant audientes, non ſuam ipſorum æſtimationem aucupantur: ſecundum D. Ioannis Chryſoſtomi piam animaduertentiã: *Vides quàm alienus eſt à faſtu; narrabat per ſingula, quæ fecerat Deus per miniſterium illius, non vanæ gloriæ ſtudio, ſed Dei volens miſericordiam declarare, & multo illos implere gaudio. Vide quomodo audientes glorificauerunt Deum, non Paulum. Sic enim narrauit, vt potè Deo accepta ferens.* D. Ioã. Chriſoſt. in Act. 21.
Referebat nihilominus, quoniam multum & ſubordinatis Hierarchicis Pręſulibus deferebat, ſicuti ipſe profitetur ad Galatas ſcribens: *Poſt annos quatuordecim iterum aſcendi Hieroſolymam cum Barnaba, & aſſumpto Tito, aſcendi autem ſecundum reuelationem, & contuli cum illis Euangelium, quod prædico, ne forte in vacuum currerem, aut cucurriſſem.* Gala t. 2.
Recenſitas; ac repetitas aſcenſiones in corde, & opere ſuo diſponebat, quemadmodum ab anteceſſoribus ſuis Apoſtolis ſæpius præſtitum accipiebat à ſuæ peregrinationis comite Euangelico D. Marco: *Et conuenientes Apoſtoli ad Ieſum, renunciauerunt illi omnia, quæ egerant, & docuerant.* D. Marc. c. 6.
Has emiſſorum diſcipulorum ad magnum ſuum Magiſtrum, & mittentem doctorem Ieſum iteratas reuerſiones, pariterq; geſtorum, ac doctrinarum ratiocinatas ratiocinationes iuſta trutina perpendens Archiepiſcopus Bulgarienſis Theophilactus, non exigui ponderis corollarium recenſendum deducit, dicendo: *Apoſtoli poſtquam prædicauerunt, congregantur apud Ieſum, vt & nos diſcamus; ſi quando in miniſterium mittimur, ne nos totos ab eo, qui mittit, abripiamus, ſed illum ſciamus caput, & ad eum redeamus, annunciemuſq; ei omnia, quæ vel docuimus, vel fecimus. Quieſcere autem facit Chriſtus Diſcipulos; vt ſciant Prælati laborantes in verbo, & doctrina dignos, quibus detur ſua quies.* Theophilac. in Marc. c. 6.
Ideo de cęlo à Diuino Thearca ad euangelizandum electus, vocatus, ordinatus, atque miſſus Apoſtolici Ordinis Archimandrita Paulus, ſuperno nihilominus irradiatus lumine, coram Congregatione fidelium, & Apoſtolis ſiſtit ſe Hieroſolymis, demandatiq; ſimul, & exer-

D. Hieron. Epiſt. ad Galat. cap. 2.

Vgo Cardin. in Marc. 6.

citi miniſterij exactiores reddit rationes, iuxta D. Hieronymi explicationem: *Cum veniſſem Hieroſolymam ſecundum reuelationem Dei, Congregationi fratrum per adificationem meam reddidi Rationem ſeorſum, & Apoſtolis; vt manifeſtarem eis, recto ordine me Chriſti Euangelium prædicare*. Et hoc in exemplum pariter, & aſſeclarum documentum aſſerit ſuprarecenſitus Cardinalitius commentator: *Argumentum, quod minores doctores, & prædicatores debent dicere ſuis maioribus, quomodo prædicauerunt, & docuerunt. Galat. 2. Contuli cum illis euangelium, quod prædico.*

Hebr. 1.

Coloſ. 1.

2. Corint. 3.

Philip. 1.

Prædicat equidem Ius vniuerſum Humanum, atque Diuinum, quod de ſpeciali debito Eccleſiaſtici Apoſtolici exerciti officij, nos Fratres Minores Capuccini Pedemontanæ Prouinciæ *in miniſterium Euangelicum miſſi* ad Valles Galliæ Ciſalpinæ hæretica phreneſi laborantes reducendas tenemur: Primò humillimas *gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum*, Fateri: *Quia omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt, qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti, non littera, ſed ſpiritu, littera enim occidit, ſpiritus autem viuificat: Nobis enim donatum eſt, vt pro Chriſto patiamur, idem certamen habentes*, nempè Fidei.

Secundò vnde egreſſi, à Romana ſcilicet Pontificia Sede, traditi ſumus gratiæ Dei, à Spiritu Sancto ſegregati in opus Euangelij, quod complere ſtudemus, & regreſſi congregationi fidelium, ideſt vniuerſalis Eccleſiæ Primario Antiſtiti, Romanoq; Pontifici referre quanta fecerit Deus nobiſcum: noſtri laboris fructum in doctrina, & ſignis aſſignando, nec non quo nàm pacto cooperatus fuerit Deus obedientiæ noſtrorum pro Eccleſiaſtico Spirituali Regno, Orthodoxaq; Fide elaborantium.

In Religioſæ igitur noſtræ fidelitatis authenticum, veridicumq; monumentum venientes, & conuenientes minimi nos Apoſtolicę militię profeſſores ingredimur coram ſeniorum, nempè Conſcriptorum Patrum conſeſſu, conſedentemq; ſiue potiùs præſidentem Magnum Hierarcham venerantes cernui, narramus per ſingulas ſexdecim Miſſionum, quæ Deus fecerit in ſeductis gentibus per miniſterium noſtrum; vt & audientes zelotes Pręſules multo exhilaremus gaudio, & exhilaratos ad impenſiùs magnificandum Deum prouocemus, vt potè cuncta Deo accepta referentes. Poſt igitur quatuordecim, vel quindecim olympiades, iterum aſcendimus legitimam Hieroſolymam, aſcendimus autem ſecundum reuelationē Dei nempè inſpirationem per ędificationem noſtram nos Fratres, & Minores doctores in Dei Eccleſia Catholica prædicatores, ac Præſules Capuccini Subalpinæ Prouincię, ſimul ac Ciſalpinæ Miſſionis Apoſtolici operis cultores, & Pręfectus; quò inſtar Diſcipulorum Chriſti ad magnum noſtrum Magiſtrum, atque Directorem reuertentes, caput noſtrum, immò totius Vniuerſalis Eccleſię viſibile agnoſcamus, profiteamur, & proteſtemur Diui Petri legitimum ſucceſſorem: ad cuius ſacros pedes prouoluti, non Euangelij ſolummodò quod prædicamus, quinimmò tamquam Apoſtolorum indigni alumni cunctorum, quæ egimus, & docuimus, fideles rationes reddimus: vniuerſa in Eccleſiaſtici Regni inſtaurationem, profectum, & augmentum, ſimul, & propugnationem, ac defenſionem, verbo, opere, immò labore, ſudore, certamine, & ſanguine à noſtris religioſis athletis pręſtita, validèque perpetrata annunciantes calculato iſto in Rationum Codice, ad hoc, vt vniuerſæ Eccleſiaſticę Herarchiæ innoteſcat, haud quaquàm Capuccinos in vacuum currere, aut cucurriſſe, dum quaternas per Mundi partes emiſſi Eccleſiaſticas plurimas Miſſiones exercent, Rationarium Chronographicum ſupputandum curauimus, cuius in Ratiocinijs per opportuna, & importuna tempora, loca, vitę, ac fidei diſcrimina exanthlata certamina, in promotionem Catholicę Religionis pertentata molimina fideliter enumerata calculamus: computando à Supremis Hierarchis, nec non Hierarchici ordinis Præſulibus liberaliter militantibus ſuppeditata ſtipēdia, & impenſa temporalia, atque ſpiritualia ſubſidia à Clemente VIII. fęlicis recordationis Romano Pontifice, primo mittente, ad vſque toti Eccleſiæ proficuam aſſumptionem, prouidamq; adminiſtrationem fęliciter regnantis Alexandri Septimi, cuius noſtris ſæculis pacificum, & pacificans ſceptrum proſperè ad plures annos omnipotens Deus dirigere dignetur.

Ad

Facultates, & Approbationes.

Al Reu. Padre nel Signore, Il Padre Mattia di Caualermaggiore, Guardiano de Capuccini di Saluzzo. Fr. Agoſtino da Sauigliano dell'iſteſs'Ordine Miniſtro Prouinciale nel Piemonte Sal. &c.

FACENDO io co'P. P. Deffinitori vna graue Seſſione in Diffinitione ſopra li negotij delle Miſſioni della noſtra Prouincia, col'interuento anco, e parere del M. R. P. Gio. da Moncalieri, habbiamo concordemente riſoluto eſſer coſa molto cōueniente il douerſi ricercar, e metter inſieme le coſe notabili occorſe nelle ſudette Miſſioni, ne hauendo ritrouato in Prouincia perſona più habile della P.S.R. à lei drizziamo queſt'impiego: Et io le ne conferiſco il merito di S. Vbedienza, confidando nell'Integrità, e ſolito tuo zelo, che ſia per promouerla, e ſottentrare à queſto poco peſo. Sarà dunque contenta la P. S. R. tutto quel tempo, che puotrà ſottrahere à ſuoi ordinarij ſtudi, & occupationi del Conuento, impiegarlo nel portarſi à tutte le Miſſioni della noſtra Prouincia, & iui eſplorare tanto da Frati, quanto da Secolari le coſe degne di memoria, & accoppiate inſieme, e ben diſpoſte coll'aiuto di quelle, che ſi trouano già nell'Archiuio farne vn'opera degna del ſuo talento à gloria di Dio Benedetto, e beneficio della Prouincia: Il tutto ſia con la benedittione del Signore, e ſi contenti pregarlo per me. Monte li 30. Maggio 1648.

Fr. Agoſtino Miniſtro Prouinciale.

Nos Frater Ioannes Miniſter Prouincialis de conſilio R. R. P. P. Diffinitorum mandamus, & committimus infraſcriptis Patribus Vocalibus ex antiquioribus, & rerum vſu peritioribus, vt noſtræ Prouinciæ Miſſionum hiſtoriam a P. Fr. Mathia à Caballario Maiore contextam videant, & recognoſcant, examinando vtrum rerum geſtarum veritati conueniat, & concordet, ſicque de peracta recognitione fideliter referant coram nobis, atque teſtentur: Dat. Salutijs nouis Maij 1653.

Fr. Ioannes à Foſſano Miniſter Prouincialis.

Nos infraſcripti Fratres Vocales in præſenti Capitulo Salutijs hoc anno congregato deputati iuxta R. Patris Prouincialis præſcriptum legimus, & recognouimus prænotatam hiſtoriam Miſſionum noſtræ Prouinciæ Pedemontanæ, quam rei veritati conſonam in ſubſtantia inuenimus, ſi quid autem leuioris conſiderationis diuerſum offendimus, fideliter emendauimus. In quorum fidem nos huic conteſtationi ſubſcripſimus. Dat. Salutijs Idib. Maij 1653.

Ego Fr. Angelus à Montecalerio Concionator Capuccinus, & Guard. Conu. Salutiarum atteſtor, &c.
Ego Fr. Seraphinus à Taurino Sacerdos Capuccinus atteſtor, &c.
Ego Fr. Amedeus Taurinenſis Concionator Capuccinus atteſtor, &c.
Ego Fr. Gregorius à Monteregali Concionator Capuccinus atteſtor, &c.
Ego Fr. Raphael Taurinenſis Concionator Capuccinus atteſtor, &c.
Ego Fr. Archangelus à Moxio Concionator Capuccinus atteſtor, &c
Ego Fr. Ioannes à Sauiliano Sacerdos Capuccinus atteſtor, &c.
Ego Fr. Ambroſius à Montecalerio Concionator Capuccinus atteſtor, &c.
Ego Fr. Ioannes Chryſoſtomus à Taurino Concionator Capuccinus atteſtor, &c.
Ego Fr. Cherubinus à Pinerolio Sacerdos Capuccinus atteſtor, &c.
Ego Fr. Petrus à Planitia Concionator Capuccinus atteſtor, &c.
Ego Fr. Raphael à Strambino Sacerdos Capuccinus atteſtor, &c.
Ego Fr. Paulus à Taurino Concionator Capuccinus atteſtor, &c.
Ego Fr. Cherubinus Nicienſis Sacerdos Capuccinus atteſtor, &c.
Ego Fr. Paulus-Maria à Corniaro Concionator Capuccinus teſtor, &c.
Ego Fr. Franciſcus à Podaueriuo Concionator Capuccinus teſtor, &c.

Ego Fr. Thomas Braydenſis Concionator Capuccinus teſtor, &c.
Ego Fr. Victor à Ripulis Concionator Capuccinus teſtor, &c.
Ego Fr. Ioannes Antonius à Raconiſio Concionator teſtor, &c.
Ego Fr. Angelus à Foſſano Concionator teſtor, &c.

Nos Fr. Ioannes Miniſter Prouincialis de conſilio RR.PP. Deffinitorum mandamus, & committimus Infraſcriptis Patribus Vocalibus ex antiquioribus, & rerum vſu peritioribus; vt noſtræ Prouinciæ Miſſionum hiſtoriam à R. P. Fr. Mathia à Cabailario-Majore contextam videant, & recognoſcant, examinando, vtrum rerum geſtarum veritati conueniat, & concordet; Sicque peracta recognitione fideliter referant coram nobis, atque teſtentur. Deprecamur inſuper omnes Vocales, vt ſi quid noui tradendum habeant, vel corrigendum (cum opus præfatum expletum ſit) antequam typis mandetur, tradant, & de corrigendis R. P. Auctorem commonefaciant. Dat. in loco noſtro Lancei 27. Aprilis 1654.

Fr. Ioannes Miniſter Prouincialis.

Nos infraſcripti Fratres Vocales in præſenti Capitulo Lancei hoc anno congregato deputati iuxta Reu. P. Prouincialis præſcriptum legimus, & recognouimus prænotatam hiſtoriam Miſſionum noſtræ Prouinciæ Pedemontanæ, quam rei veritati conſonam in ſubſtantia inuenimus; ſi quid autem leuioris conſiderationis diuerſum offendimus, fideliter emendauimus. In quorum fidem nos huic conteſtationi ſubſcripſimus. Dat. Lancei die 7. Maij 1654.

Ego Fr. Hippolytus à Taurino Concionator Capuccinus atteſtor vt, &c.
Ego Fr. Amedeus à Taurino Concionator Capuccinus teſtor, &c.
Ego Fr. Ambroſius à Montecalerio Concionator Capuccinus atteſtor, &c.
Ego Fr. Cherubinus Niciensis Sacerdos Capuccinus atteſtor, &c.
Ego Fr. Seraphinus à Taurino Sacerdos Capuccinus atteſtor, &c.
Ego Fr. Raphael à Strambino Sacerdos Capuccinus atteſtor, &c.
Ego Fr. Petrus à Planitia Concionator Capuccinus, &c.
Ego Fr. Gregorius à Monteregali Concionator atteſtor, &c.
Ego Fr. Ioannes à Sauiliano Sacerdos Capuccinus atteſtor, &c.
Ego Fr. Ioannes Chryſoſtomus à Taurino Concionator Capuccinus, &c.
Ego Fr. Victor à Ripulis Concionator Capuccinus, &c.
Ego Fr. Angelus à Foſſano Concionator Capuccinus, &c.
Ego Fr. Ioannes Antonius à Racconiſio Concionator Capuccinus, &c.
Ego Fr. Franciſcus à Podauerino Concionator Capuccinus atteſtor, &c.
Ego Fr. Ioſeph à Summaripa Concionator Capuccinus, &c.
Ego Fr. Mauritius à Ceua Capuccinus Concionator atteſtor, &c.

Decre-

Decretum S. Congregationis Generalis
DE PROPAGANDA FIDE
Habitæ die Lunæ 12. Iunij 1656.

AD relationem Eminentiſſimi D. Cardinalis Capponij, Sacra Cong. petitioni Fr. Mathię Ferrerij à Caballario Maiore Ordinis Capuccinorum Miſſionarij Apoſtolici benignè annuens, eidem licentiã conceſſit typis mandandi, & publicandi, Seruatis Seruãdis, opus ab ipſo compoſitum in duas partes diuiſum, cuius Inſcriptio eſt *Rationarium Chronographicum Miſſionis Euangelicæ à Capuccinis exercita in Gallia Ciſalpina* A R. P. MATHIA FERRERIO A CABALLARIO MAIORE *Seraphici Ordinis Capuccinorum Theologo, & Concionatore compactum, &c.* A R. R. P.P. Abbate Clemente Toſio prælibati Eminentiſſimi D. Cardinalis Capponij Theologo, & S. C. de Indice Conſultore, & Fr. Hieronymo Ari Carmelita S. Officij in Vrbe Qualificatore de mandato Eiuſdem S. Cong. prius examinatum, laudatum, & approbatum.

Locus † Sigilli.

Dioniſius Maſſarius S. C. Secretarius.

Cenſura, & approbatio.

IVbente Reuerendiſſimo Patre Magiſtro Raymundo Capiſuco S. Apoſtolici Palatij Magiſtro, vidi, ac perlegi opus inſcriptum, *Rationarium Chronographicum Miſſionis Euangelicæ à Capuccinis exercitæ in Gallia Ciſalpina in duas partes diſtributum*, &c. concinnatum ab ADM. REV. PAT. FR. MATHIA CAPVCCINO. Quod cum non ſolum ea, quæ ad Miſſionis materiam ſpectant à ſua origine, & multa cum erudirione elucidet; verum etiam quæ à Miſſionarijs agenda erunt ad Dei gloriam augendam, & profectum ſpiritualem animarum promouendum proponat; plurimam vtilitatem allaturum fore exiſtimo; nihilque contineat, quod pias fidelium aures lædere queat; ac proinde dignum cenſeo, quod non in latebris deliteſcat, ſed in publicum commodum prodeat in lucem, typiſque mandetur. In quorum fidem &c. Romæ anno Domini 1656. die verò 16. Menſis Iunij.

D. Clemens Toſius Eminentiſs. Cardinalis Capponij Theologus, & S. Congregationis de Indice Conſultor.

Licentia.

Imprimatur.

Fr. Raymundus Capiſucus S. A. P. Magiſter.

Cenſura, & Approbatio.

DE mandato Reuerendiſſimi Patris Magiſtri Raymundi Capiſuci Sac. Apoſtolici Palatij Magiſtri, Volumen duas continens partes, quod inſcribitur. *Rationarium Chronographicum Miſſionis Euangelicæ à Capuccinis exercita in Gallia Ciſalpina Auctore* ADM. REV. P. MATHIA FERRERIO *Seraphici Ordinis Capuccinorum Theologo, & Concionatore*. Vidi, & accuratè perlegi. Opus Sacra eruditione refertum, & omnibus numeris in concepta materia abſolutum reperi, Catholicæ Fidei, boniſque moribus omnino conſonum. Ac vt conijcere potui Euangelicæ veritatis promouendæ, & propagandæ valde aptum: ex eius enim lectura, qui ad Apoſtolicum munus eliguntur, & à Maioribus ad Verbum Dei miniſtrandum diriguntur qualiter tàm in profligandis hæreſibus, quàm in cuſtodiendis Orthodoxæ Fidei Dogmatibus ſe gerere debeant, ſatis ſuperque ſibi proſpectum habebunt. Quare vt pluribus proficiat prælo committendum cenſeo. Romæ ex Carmelo Sanctæ Mariæ Tranſpontinæ. Die 15. Iunij. Anni 1656.

Fr. Hieronymus Ari Ex-Procurator Generalis Carmelitarum, & Sancti Officij in Vrbe Qualificator.

Licentia.

Imprimatur.

Fr. Raymundus Capiſucus S. A. P. Magiſter.

INDEX SPECIALIOR
MISSIONIS PASSIVAE
SECVNDÆ PARTIS, SCILICET:
Capuccinorum Miſſionariorum,

Qui ſexdecim in Miſſionibus enumeranda præſtiterunt, perſonalis nomenclatura ordine alphabetico diſcretus.

A

FR. Alexander Oxibienſis, ſiue ab Vnelia, ad Perrerianam Miſſionem deſtinatus annis 1617. 1618. Cal. 9. à num. 1. ad 5. fol. 55. iterum ann. 1630. 1631. à num. 1. ad 5. f. 69. Ad Petruxinam ann. 1615. 1616. cal. 9. nu. 1. 2. fol. 120. iterum ann. 1630. 1631. cal. 15. à nu. 1. ad 8. f. 132, & tertiò ann. 1644. 1645. cal. 20. à nu. 1. ad 6. f. 147. Ad Accelienſem ab anno 1625. ad ann. 1642. cal. 15. à nu. 1. ad 10. fo. 252. Ad Caſtrumdelphinum ab anno 1619. ad 1623. cal. 10. à nu. 1. ad 7. fo. 378. Ad Vari Vallem ann. 1642. cal. 3 nu. 1. fo. 120.

Fr. Ambroſins à Montecalerio ad Perrerianam Miſſionem ann. 1621. cal. 11. à n. 1. ad 8. fol. 57. Ad Draconienſem ann. 1620. Appendix ad cal. 12. num. 1. fol. 195. Ad Pancalerienſem ann. 1635. cal. 5. nu. 1. 2. f. 532.

Fr. Ambroſius à Vernantio ad Petruxinam Miſſionem ann. 1654. 1655. cal. 23. à nu. 1. ad 5. f. 157. Ad Caſtrumdelphinum ann. 1656. 1657. 1658. cal. 22 nu. 1. f. 412. Ad Paduſanam ann. 1654. cal. 21. nu. 1. fol. 506.

Fr. Amedeus à Taurino ad Draconerienſem Miſſionem ann. 1643. cal. 25. nu. 1. 2. f. 218. Ad Pancalerienſem ann. 1641. cal. 9. à nu. 1. ad 5. fo. 535. Ad Demonnam ann. 1637. 1638. 1639. cal. 4. à nu. 1. ad 6. f. 562.

Fr. Amedeus Mediolanenſis ad San-Damiani Miſſionem ann. 1611. 1612. cal. 6. nu. 1. f. 277.

Fr. Andreas Schalenghenſis ad Verzolienſem Miſſionem ann. 1609. 1610. cal. 4 nu. 1. f. 306.

Fr. Angelus a Cherio ad Verzolienſem Miſſionem ann. 1617. 1618. 1619. cal. 8. n. 1. 2. f. 310.

Fr. Angelus ab Attela ad Accelienſem Miſſionem ann. 1610. 1611. 1612. cal. 6. nu. 1. fo. 241.

Fr. Angelus à Taurino ad Verzolienſem Miſſionem ab ann. 1622. ad 1625. cal. 10. nu. 1. 2. fo. 313. Ad Cadralienſem ann. 1631. cal. 14. nu. 4. 5. fol. 443. Ad Paduſanam ab ann. 1622. ad 1626. cal. 2. à nu. 1. ad. 5. fo. 474.

Fr. Angelus à Carignano ad Draconerienſem Miſſionem ab ann. 1627. ad 1631. cal. 16. à nu. 1 ad 8. fo. 200.

Fr. Angelus à Taurino (Bononienſis vocitatus) ad Petruxinam Miſſionem ann. 1616. Append. ad Cal. 9. num. 1. 2. fol. 121.

Fr. Angelus à Montecalerio ad Verzolienſem Miſſionem ann. 1620. 1621. cal. 9. à nu. 1. ad 5. fo. 310. Ad Cadralienſem ann. 1618. cal. 5. à nu. 1. ad 6. fo. 429 Ad Paduſanam ann. 1620. 1621. cal. 1. à nu. 1. ad 12. fol. 469.

Fr. Angelus Foſſanenſis ad Draconerienſem Miſſionem ann. 1650 Append. ad cal. 27. nu. 1. fo. 221. Ad Verzolienſem ann. 1647. 1648. cal. 21. nu. 1. fo. 327. Ad Paduſanam ann. 1646. cal. 1. nu. 1. 2. 3. fol. 497.

Fr. Antonius Maria Aſtenſis ad Oroppæum Catholicum Apoſtolatum ann. 1636. 1637. cal. 3. nu. 1. 2. 3. fo. 368.

Fr. Antonius à Ciliano ad Pancalerienſem Miſſionem ann. 1639. 1640. cal. 8. nu. 1. 2. fol. 535.

Fr. Antonius a Cena ad Verzolienſem Miſſionem ann. 1642. cal. 18. nu. 1. 2. fo 325.

Fr. Archangelus à Montecalerio ad Paduſanam Miſſionem ann. 1637. cal. 9. nu. 3. fol. 491.

Fr. Archangelus Genuenſis ad Perrerianam Miſſionem ab ann. 1600. ad 1605. cal. 3. à nu. 1. ad 5. fo. 49. Ad Accelienſem ann. 1605. cal. 3. nu. 1. 2. 3. fol. 236.

Fr. Archangelis à Moxio ad Petruxinam Miſſionem ann. 1620. 1621. cal. 12. à nu-

1. ad 6. fo. 123. Ad Accelienſem Miſſionem ann. 1622. cal. 13. nu. 1. fol. 249.

Fr. Arditius Vercellenſis ad Verzolienſem Miſſionem ann. 1625. Cal. 11. nu. 1. 2. fo. 313. Ad Cadralienſem ann. 1623. Cal. 9. nu. 1. fol 436.

Fr. Athanaſius à Montealto ad Verzolienſem Miſſionem ann. 1647. Append. 1. ad Cal. 21. nu. 1. fol. 328. Ad Cadralienſem ab ann. 1638. ad 1642. Cal. 18. à nu. 1. ad 5. fol. 449. Ad Paduſanam ann. 1648. 1649. Cal. 17. nu. 1. 2. 3. fol. 500.

Fr. Auguinus à Sauiliano ad Draconerienſem Miſſionem ann. 1623. 1624. Cal. 14. à nu. 1. ad 7. fol. 197. Ad Verzolienſem ann. 1625. Cal. 10. nu. 1. 2. fol. 313. Ad Cadralienſem ann. 1633. Append. ad Cal. 15. nu. 1. fol. 447.

B

FR. Bartholomæus à Nicia Maritima ad Perrerianam Miſſionem ann. 1613. 1614. 1615. Cal. 7. à nu. 1. ad 5. fol. 53.

Fr. Bartholomæus à Taurino ad Demontanam Miſſionem ann. 1656. Cal. 11. nu. 2. fol. 573.

Fr. Bernardus ab Auguſta Prætoria ad Draconerienſem Miſſionem ab ann. 1600. ad 1605. Cal. 4. nu. 1. 2. fol. 181. Ad Accelienſem ab ann. 1600. ad 1605. Cal. 2. à n. 1. ad 4. fol. 234. iterum ann. 1620. Cal. 13. nu. 1. fol. 249. Ad San-Damianum ab ann. 1600. ad 1605. Cal 2. nu. 1. 2. 3. fo. 272. Ad Caſtrumdelphinum ann. 1602. 1603. Cal. 1. à nu. 1. ad 5. fol. 341. iterum ann. 1614. Cal. 7. à nu. 1. ad 5. fol. 368. & tertiò ann. 1617. 1618. Cal. 9. nu. 1. 2. 3. fol. 377. Ad Cadralienſem ann. 1600. Cal. 1. à nu. 1. ad 5. fo. 420.

Fr. Bernardus à Portu-Mauritio ad Petruxinam Miſſionem ann. 1608. 1609. Cal. 6. à nu. 1. ad 9. fo. 116. Ad Draconerienſem ann. 1610. Cal. 8. nu. 1. fo. 184. Ad Verzolienſem ann. 1607. Cal. 3. nu. 1. fol. 306. Ad Cadralienſem ann. 1611. 1612. Cal. 2. à nu 1. ad 11. fol. 421.

Fr. Bernardinus à Nouis ad Petruxinam Miſſionem ann. 1605. 1606. Cal. 5. nu. 1. fo. 116. Ad San-Damianum ann. 1608. 1609. Cal. 4. nu. 1. fol. 275.

Fr. Bernardinus à Bouiſio ad Paduſanam Miſſionem ann. 1638. 1639. 1640. Cal. 10. nu. 1. 2. fol. 492.

Fr. Bernardinus à Pinerolio ad Accelienſem Miſſionem ann. 1642. 1643. Cal. 16. à nu. 1. ad 4. fo. 261. Ad Cadralienſem ann. 1647. 1648. 1649. Cal. 22. nu. 1. 2. 3. fo. 453. Ad Paduſanam ann. 1641. Cal. 11. à nu. 1. ad 5. fo. 493.

Fr. Bernardinus à Ceſpirello ad Accelienſem Miſſionem ann. 1655. 1656. 1657. Ca. 19. nu. 1. fol 266. Ad Demontanam ann. 1658. Cal. 11 nu. 2. fo. 573.

Fr. Bonauentura à Taurino ad Perrerianam Miſſionem ann. 1624. Cal. 14. nu. 1. fo. 63. Ad Caſtrumdelphinum ab ann. 1625. ad 1629. Cal. 12. à nu. 1. ad 13. fo. 381.

C

FR. Carolus à Bugella ad Cadralienſem Miſſionem ann. 1627. 1628. Cal. 11. à nu. 1. ad 8. fo. 438.

Fr. Carolus Franciſcus à Sauiliano ad Cadralienſem Miſſionem ann. 1649. Append. ad Cal. 22. nu. 1. fo. 455. Ad Paduſanam ann. 1645. Cal. 14. à nu. 1. ad 5. fol. 496. Ad Demontam ann. 1655. Cal. 11. nu. 2. fol 573.

Fr. Cherubinus à Taurino ad Accelienſem Miſſionem ann. 1618. Cal. 11. nu. 1. 2. fol 247.

Fr. Chriſtophorus à Cereali ad Perrerianam Miſſionem ann. 1611. 1612 Cal. 6. nu. 1. fo. 52. Ad Petruxinam ann. 1607. Cal. 5. nu. 1. fo. 116. Ad Draconerienſem ann. 1605. 1606. Cal. 5. nu. 1. fol. 182 Ad Accelienſem ann. 1610. Cal. 6. nu. 1. fol. 241.

Fr. Colombanus de Tridino ad Perrerianam Miſſionem ann. 1609. 1610. Cal. 5. nu. 1. fol. 52. Ad Draconerienſem ann. 1607. 1608. Cal. 6. nu. 1. fol. 183. Ad Verzolienſem ann. 1611. Cal. 5. num. 1. fol. 307.

Fr. Conſtantius Vercellenſis ad Draconerienſem Miſſionem ann. 1622. 1623. Cal. 13. nu. 1. 2. 3. fol. 196.

D

FR. Damianus à San-Damiano ad Accelienſem Miſſionem ann. 1658. Cal. 19 nu. 1. fol. 266. Ad Cadralium ann. 1656. 1657. Cal. 26. n. 1. f. 459. Ad Paduſanam ann. 1655. Cal. 21. nu. 1. 2. fol. 506.

Fr. Dominicus à Plozaſco ad Paduſanam Miſſionem ann. 1644. Cal. 13. n. 1. 2. f. 495.

E

FR. Ægidius à Brotio in Catholico Oroppæo Apoſtolatu ann. 1633. 1634. 1635. cal. 2. nu. 1. fol. 637.

Fr. Emmanuel Aſtenſis ad Cadralienſem Miſſionem ann. 1615. 1616. 1617. cal. 4 à nu. 1. ad 8. fol. 427.

Fr. Euſebius ab Eporedia ad Draconerienſem Miſſionem ann. 1647. cal. 26. nu. 2. fol. 219. Ad Cadralienſem ann. 1635. 1636. cal. 16. nu 1. 2. ſol. 447. Ad Paduſanam ann. 1651. cal. 19. n. 1. fol 504. Ad Demontanam ab ann. 1643. ad 1647. cal. 6. à n. 1. ad 8. fo. 565. Ad Vallem Soanam ann. 1637. 1638. c. 1. à n. 1. ad 17. f. 599.

F

FR. Felix à Sancta Victoria ad Draconerienſem Miſſionem ab ann. 1613. ad 1617. cal. 10. nu. 1. 2. fo. 185.

Fr. Fidelis à San-Germano in Catholico Oroppæo Apoſtolatu ann. 1620. cal. 1. à nu. 1. ad 8. fol. 634.

Fr. Franciſcus à Sancto Stephano ad Draconerienſem Miſſionem ab ann. 1600. ad 1605. cal. 4. nu. 1. 2. fol. 181. Ad Caſtrumdelphinum ann. 1602. 1603. cal. 1. nu. 1. 2. ſol. 341.

Fr. Franciſcus à Sandillano ad Cadralienſem Miſſionem ann. 1625. 1626. cal. 10. à nu. 1. ad 6. fol. 437. Ad Oroppæum Catholicum Apoſtolatum ann. 1633. 1634. 1635. cal. 2. nu. 1. fol. 637.

Fr. Franciſcus à Bugella ad Petruxinam Miſſionem ann. 1616. Append. ad cal. 9. n. 1. 2. fo. 121.

Fr. Franciſcus à Montecalerio ad Draconerienſem Miſſionem an. 1619. 1620. 1621. cal. 12. à nu. 1. ad 16. fol. 190. Ad Cadralienſem ann. 1629. 1630. cal. 12. à nu. 1. ad 6. fol. 440. Ad Pancalerienſem ann. 1620. 1621. c. 1. à n. 1. ad 9. fol. 516. iterum ab ann. 1624. ad 1629. cal. 3. à nu. 1. ad 16. fol. 523.

Fr. Franciſcus à Monteregali ad Draconerienſem Miſſionem ann. 1631. cal. 17. n. 1. fol 203. Ad Verzolienſem ann. 1627. 1628. cal. 13. nu. 1. fol. 315. iterum ab ann. 1631. ad ann. 1635. cal. 15. à nu. 1 ad 5. ſol. 318. Ad Cadralienſem ann. 1631. cal 13. nu. 1. fol. 443. Ad Pancalerienſem an. 1635. 1636. 1637. cal. 6. nu. 1. 2. 3. fol. 533. Ad Demontanam ann. 1635. Append. ad cal. 2. nu. 1. fol. 561.

Fr. Franciſcus Maria à Sauiliano ad Verzolienſem Miſſionem ann. 1629, 1630. cal. 14. à nu. 1. ad 6. fo. 316.

Fr. Franciſcus à Podauerino ad Aceelienſem Miſſionem ab ann. 1645. ad 1655. cal. 18. à nu. 1. ad 6. fol. 263. Ad Verzolienſem ann. 1655. 1656. 1657. c. 25. n. 2. f 332.

G

FF. Gabriel à Taurino ad Verzolienſem Miſſionem ann. 1615. 1616. cal. 7. nu. 1. 2. 3. fol. 308.

Fr. Gaſpar à Pinarolio ad Cadralienſem Miſſionem ann. 1619. cal. 6. à nu. 1. ad 6. fol. 431.

Fr. Gaſpar Franciſcus à Carignano ad Petruxinam Miſſionem ann. 1643. cal. 19. nu. 1. fol. 146.

Fr. Geruaſius à Taurino ad Petruxinam Miſsionem ann. 1618. 1619. cal. 11. nu. 1. 2. fol. 122. Ad Cadralienſem ann. 1620. 1621. cal. 7. à nu. 1. ad 9, fol. 433.

Fr. Gregorius à Monteregali ad Cadralienſem Miſsionem ann. 1651. cal. 23. nu. 2, 3. 4. fol. 455. Ad Pancalerienſem ann. 1644. Append. ad cal. 10. nu. 1. fol. 537.

Fr. Gulielmus à Monteregali ad Perrerianam Miſsionem ann. 1628. 1629. cal. 16. nu. 1. 2. fol. 67. Ad Pratum-lallatum anno 1628. 1629. cal. 2. à n. 1. ad 12. f. 588.

H

FR. Hieronymus à Spetia ad Petruxinam Miſsionem ann. 1610. 1611. 1612. cal. 7. nu. 1. fol. 119.

Fr. Hieronymus à Monteregall ad Perrerianā Miſsionem an. 1619. 1620. ca. 10. à n. 1. ad 9. fol. 56. Ad Aceelienſem ann. 1623. 1624. cal. 24. nu. 1. 2. fol. 250.

Fr. Hie-

Fr. Hieronymus à Pamparato ad Perrerianam Miſſionem ab ann. 1646 ad 1659. c. 29. à nu. 1. ad 29. fo. 84. Ad Miſſionem Portarum ann. 1655. 1656. cal. 1. nu. 1. 2. fol. 628.

Fr. Hilarion à Bouiſio ad Draconerienſem Miſſionem ann. 1654. 1655. 1656. cal. 30. à nu. 1. ad 5. fol. 223. Ad Pancalerienſem ann. 1652. 1653. Append. ad cal. 12. nu. 1. fol. 541. Ad Vallem Soanam ab ann. 1646. ad 1651. cal. 5. à nu. 1. ad 5. fol. 609.

Fr. Hippolytus à Taurino ad Perrerianam Miſſionem ann. 1632. 1633. cal. 20. nu. 1. 2. 3. fol. 73. Ad Draconerienſem ann. 1634. cal. 19. nu. 1. fol. 209. Ad Paduſanam ann. 1630. 1631. cal. 5. à nu. 1. ad 10. fol. 478.

Fr. Honoratus à Sancto Stephano ad Vallis Soanæ Miſſionem ann. 1643. 1644. 1645. cal. 4. nu. 1. 2. 3. fol. 607.

I

FR. Iacobus Vercellenſis ad Oroppæum Catholicum Apoſtolatum anno 1620. cal. 1. nu. 4. 5. fo. 634.

Fr. Iacobus à Monteregali ad Verzolienſem Miſſionem ann. 1658. cal. 25. nu. 3. fol. 332.

Fr. Ignatius à Nicia-Maritima ad Accelienſem Miſſionem ann. 1615. 1616. cal. 9. nu. 1. fol. 245. Ad Verzolienſem ann. 1613. 1614. cal. 6. nu. 1. fol. 307.

Fr. Ioachim ab Ayraſca ad Petruxinam Miſſionem ann. 1629. 1630. cal. 14. nu. 1. 2. 3. fol. 131. Ad Draconerienſem ann. 1625. 1626. cal. 15. à nu. 1. ad 6. fol. 199. Ad Paduſanam ann. 1627. cal. 3. nu. 1. 2. fol. 476. Ad Pratum-Iallatum an. 1629. 1630. cal. 3. nu. 1. 2. 3. fol. 591.

Fr. Ioachim à Gaxino ad Perrerianam Miſſionem ann. 1639. 1640. cal. 24. nu. 1. 2. fol. 79. Ad Draconerienſem ann. 1644. cal 25. n. 1. 2. f. 218. Ad Cadralienſem ann. 1642. cal. 19. nu. 1. 2. 3. fol 450. Ad Pancalerienſem ann. 1638. cal. 7. nu. 1. 2. fol. 534.

Fr. Ioachim à Foſſano ad Vallis Soanæ Miſſionem ann. 1638. Append. ad cal. 1. n. 1. fol. 605.

Fr. Ioannes à Montecalerio ad San-Damiani Miſſionem ann. 1614. cal. 8. à nu. 1. ad 5. fol. 278.

Fr. Ioannes à Foſſano ad Verzolienſem Miſſionem ann. 1653. Append. ad cal. 23. nu. 1. fo. 330. Ad Caſtrum-Delphinum ann. 1635. 1636. 1637. cal. 16. à nu. 1. ad 11. fol. 390.

Fr. Ioannes Vercellenſis ad Perrerianam Miſſionem ann. 1630. cal. 17. nu. 1. 2. 3. fol. 68. Ad Petruxinam ab ann. 1622. ad 1629. cal. 13. à nu. 1. ad 18. fol. 124. Ad Pratum-Iallatum ab ann. 1632. ad 1629. cal. 1. à nu. 1. ad 18. fol. 581.

Fr. Ioannes Baptiſta Scalenghenſis ad Draconerienſem Miſſionem ab ann. 1600. ad 1605. cal. 4. nu. 1. 2. fol. 181. Ad San-Damianum ab ann. 1600. ad 1605. cal. 2. nu. 1. 2. 3. fol. 272. Ad Pancalerienſem ann. 1620. 1621. c. 1. à n. 1. ad 9. f. 516.

Fr. Ioannes Baptiſta à Verzolio ad Perrerianam Miſſionem ann. 1623. cal. 13. à nu. 1. ad 6. fol. 61. Ad Cadralienſem ann. 1624. cal. 9. nu. 1. fol. 436.

Fr. Ioannes à Pigna ad Vallis Vari Miſsionem ann. 1639. 1640. cal. 1. à nu. 1. ad 12. fol. 617.

Fr. Ioannes à Ripalta ad Draconerienſem Miſsionem ann. 1637. cal. 21. nu. 1. fo. 210. Ad Verzolienſem ann. 1644. 1645. cal. 20. nu. 1. fol. 327. Ad Paduſanam ann. 1628. cal. 4. nu. 1. 2. fo. 477.

Fr. Ioannes Baptiſta à Cambiano ad Cadralienſem Miſsionem ann. 1644. cal. 19. nu. 1. 2. 3. fo. 450. Ad Paduſanam an. 1643. cal. 12 n. 2. fo. 494. Ad Demontanam ann. 1642. cal. 5. nu 1. fol. 564. Ad Vallem Soanam ann. 1639. 1640. 1641. cal. 2. à nu. 1. ad 5. fol. 605.

Fr. Ioannes Chryſoſtomus à Taurino ad Draconerienſem Miſsionem ann. 1638. cal. 22. nu. 1. fol. 210. Ad Cadralienſem ann. 1645. cal. 20. num. 3. fol. 452. Ad Pancalerienſem ann. 1658. cal. 14. nu. 1. fol. 542.

Fr. Ioannes Thomas Braydenſis ad Petruxinam Miſsionem ann. 1651. 1652. 1653. cal. 22. à nu. 1. ad 9. fol. 153. Ad Vallem Vari ann. 1641. cal. 2. n. 1. 2. fol. 620.

Fr. Ioannes Antonius à Racconiſio ad Draconerienſem Miſsionem an 1648. 1649. 1650. cal. 27. nu. 1. 2. 3. fol. 220.

Fr. Ioſeph à Foſſano ad Draconerienſem Miſsionem ab ann. 1600. ad 1605. cal. 4. nu. 1. 2. fol. 181. Ad Accelienſem ann. 1606. cal. 4. nu. 1. fol. 237. Ad Verzolienſem ann. 1604. 1605. cal. 2. nu. 1. fol. 305.

Fr. Ioſeph ab Epporedia ad Verzolienſem Miſsionem an. 1626. c. 12. nu. 1. fo. 314.

Fr. Ioſeph à Summaripa ad Perrerianam Miſsionem ann. 1631. 1632. cal. 19. à nu. 1.

ad 8. fol. 71. Ad Verzolienſem ann. 1649. 1650. 1651. cal. 22. nu. 1. 2. 3. fo. 328. Ad Caſtrum-Delphinum ann. 1643. cal. 19. nu. 1. 2. 3. fo. 398. Ad Cadralienſem ann. 1652. cal. 23. nu. 1. & 5. fo. 455. Ad Paduſanam ann. 1632. 1633. cal. 7. à nu. 1. ad 11. fo. 482. Ad Pancalerienſem ann. 1645. cal. 11. nu. 1. 2. fol. 537. Ad Vallem Soanam ann. 1654. cal. 7. nu. 1. fo. 611.

Fr. Iſidorus à Buſca ad Perrerianam Miſſionem ann. 1607. 1608. cal. 5. nu. 1. f. 52. iterum ann. 1616. cal. 8. nu. 1. 2. 3. fo. 54. & tertiò ann. 1622. cal. 11. nu. 1. fol. 60. Ad Petruxinam ann. 1617. cal. 10. nu. 1. fol. 122. Ad Accelienſem ann. 1608. 1609. cal. 5. à nu. 1. ad 8. fol. 238. iterum ſecundò ann. 1614. cal. 8. nu. 1. 2. 3. fol. 243. Ad San-Damianum ann. 1605. 1606. 1607. cal. 3. nu. 1. 2. 1. fol. 274. ann. 1610. cal. 5. nu. 1. fol. 276. iterum ann. 1613. cal. 7. num. 1. 2. fol. 277. Ad Verzolienſem ann. 1611. cal. 5. nu. 1. fo. 307.

L

FR. Laurentius à Pinerolio ad Petrerianam Miſſionem ann. 1638. cal. 23. nu. 1. 1. fol. 78. Ad Petruxinam ab ann. 1632. ad 1638. cal. 17. à nu. 1. ad 15. f. 137. Ad Caſtrum-Delphinum ann. 1629. 1630. 1631. cal. 23. à nu. 1. ad 9. fol. 386. Ad Cadralienſem ann. 1650. cal. 13. nu. 1. fo. 455. Ad Paduſanam ann. 1632. cal. 6. nu. 1. 2. 3. fol. 481.

Fr. Laurentius Computenſis ad Petruxinam Miſsionem ann. 1656. 1657. 1658. cal. 24. à nu. 1. ad 6. fol. 159. Ad Caſtrum-Delphinum ab ann. 1652. ad 1656. ca. 21. à nu. 1. ad 16. fol. 405.

Fr. Ludouicus ab Alexandria ad Perrerianam Miſsionem ann. 1605. 1606. cal. 4. nu. 1. 2. 3. fol. 50. Ad Accelienſem ann. 1607. cal. 4. nu. 1. fo. 237.

Fr. Ludouicus à Cherio ad Accelienſem Miſsionem ann. 1617. cal. 10. n. 1. 2. f. 245.

Fr. Ludouicus à Cherio, ſiuè de Buttiliera ad Accelienſem Miſsionem ann. 1619. cal. 12. nu. 1. 2. fol. 248.

Fr. Ludouicus Nicienſis, ſiue à Nicia Maritima ad Accelienſem Miſsionem ann. 1621. cal. 13. nu. 1. fol. 249. Ad Pancalerienſem ann. 1622. cal. 2. à nu. 1. ad 11. fol. 519.

M

FR. Marcellus à Taurino ad Draconerienſem Miſsionem ann. 1617. 1618. cal. 11. à nu. . ad 11. fol. 186. Ad Cadralienſem ann. 1622. cal. 8. n. 1. 2. 3. fol. 436.

Fr. Marcus Auilianenſis ad Verzolienſem Miſsionem ann. 1625. cal. 11. nu. 1. 2. fol. 313.

Fr. Mathias à Caballario Maiore ad Petruxinam Miſsionem ann. 1651. Append. ad cal. 21. nu. 1. fol. 52. Ad Draconerienſem Miſsionem ann. 1631. 1632. 1633. cal. 18. à nu. ad 11 fol. 204. iterum ſecundò ann. 1641. 1642. cal. 24. à n. 1. ad 11. f. 212. Ad Verzolienſem ann. 1640. 1641. Append ad cal. 17. à nu. 1. ad 5. fol. 323. Ad Paduſanam ann. 1633. Append. ad cal. 7. à nu. 1. ad 5. fol. 486.

Fr. Mauritius Murrenſis ad Perrerianam Miſsionem ann. 1597. 1598. cal. 2. à nu. 1. ad 7. fol. 47. Ad Petruxinam ab ann. 1596. ad 1601. cal. 1. à nu. 1. ad 12. f. 108.

Fr. Mauritius Ceuenſis ad Petruxinam Miſſionem ann. 1631. cal. 16. à nu. 1. ad 9. fol. 134. iterum ab ann. 1646. ad 1651. cal. 21. à nu. 1. ad 9. fol 149. Ad Draconerienſem ann. 1631. cal. 17. nu. 1. fol. 203. Ad Verzolienſem ann. 1635. 1636. 1637. cal. 16. nu. 1. 2. 3. fo. 321. Ad Caſtrum-Delphinum ann. 1633. 1634. ca. 15. nu. 1. 2. 3. f. 369. Ad Cadralienſem ann. 1631. cal. 13. nu. 1. fol. 443. Ad Pancalerientem ann. 1642. 1643. 1644. cal. 10. nu. 1. 2. 3. fol. 536. iterum ann. 1654. 1655. 1656. cal. 13. nu. 1. 2. fol. 541. Ad Vallem Soanam ann. 1651. 1652. 1653. cal. 6. nu. 1. 2. fol. 610.

Fr. Michael Angelus à Taurino ad Verzolienſem Miſſionem ann. 1648. Appendix 2. ad cal. 21. nu. 1. fol. 328. Ad Pancalerientem ab ann. 1646. ad 1655. cal. 11. à nu. 1. ad 11. fol. 538.

O

FR. Octauius à Carmaniolia ad Cadralienſem Miſſionem ann. 1643. cal. 19. nu. 1. 2. 3. fol. 450. Ad Paduſanam ann. 1642. cal. 12. nu. 1. fol. 494.

Fr. Octauius à Taurino ad Draconerienſem Miſſionem ann. 1651. cal. 28. nu. 1. 2. fol. 222.

Fr. Pau-

P

FR. Paulus Taurinenſis ad Perrerianam Miſſionem ab ann. 1615. ad 1629. c. 15. à nu. 1. ad 12. fo. 63. Ad Petruxinam ab ann. 1578. ad 1643 cal. 18. à nu. 1. ad 10. fol 142. iterum ann. 1654 cal. 23. nu. 1. fol. 155. Ad Draconerienſem ann. 1636. cal. 21. nu. 1. fol. 210. iterum ann. 1657. cal. 31. num. 1. fol. 224. Ad Verzolienſem ann. 1653. cal. 24. nu. 1. 2. 3. fol. 330 Ad Caſtrum-Delphinum ann. 1621. cal. 11. nu. 1. 2. 3. fol. 380. iterum ab ann. 1644. ad 1653. cal. 20. à nu. 1. ad 14. fol. 399. Ad Pancalerienſem ab ann. 1631 ad 1655. Append. ad cal 4 nu. 1. fol. 532. Ad Vallem Vari ann. 1643. cal. 4. à nu. 1. ad 6. fol. 621. Ad Miſſionem Portarum ann. 1658. cal. 1. nu. 2. fo. 628.

Fr. Paulus Maria à Gorniatn ad Perrerianam Miſſionem ann. 1637. cal. 21. nu. 1. 2. fol. 78. iterum ann. 1645. cal. 28. n. 1. 2. fol. 84 Ad Draconerienſem ann. 1639. 1640. cal. 23. nu. 1. fol. 211. Ad Cadralienſem ann. 1646. cal. 20. nu. 1. 2 fo. 453. Ad Demontanam ann. 1647. Append. ad cal. 6. nu. 1. fo. 567. iterum ann. 1653. 1654. 1655. cal. 10. à nu. 1. ad 5. fo. 572.

Fr. Petrus à Planitia ad Draconerienſem Miſſionem ann. 1635. cal. 20. nu. 1. fol. 209. Ad Pancalerienſem ann. 1623. Append. ad cal. 2. nu. 1. fol. 522. iterum ann. 1629. 1630. 1631. cal. 4. à nu. 1. ad 7. fol. 529. Ad Demontanam ann. 1643. Append. ad cal. 5. nu. 1. fol. 565.

Fr. Petrus Martyr à Taurino ad Perrerianam Miſſionem ann. 1643. cal. 27. nu. 1. 2. 3. fol. 83. Ad Caſtrum-Delphinum ab ann. 1638. ad 1643. cal. 17. à nu. 1. ad 11. fol. 394. Ad Paduſanam ann. 1652. cal. 19. nu. 1. 2. fol. 504 iterum an. 1654. cal. 21. nu. 1. fol. 506.

Fr. Philippus à Pancalerio ad Petruxinam Miſſionem ab ann. 1596. ad 1601. cal. 2. à nu. 1. ad 7. fol. 111. Ad Draconerienſem ab ann. 1600 ad 1605 cal. 3. à nu. 1. ad 18. fo. 175. Ad Accelienſem ab ann. 1600. ad 1605. cal. 2. à nu. 1. ad 4. f. 234. Ad San-Damianum ab anno 1500. ad 1605. cal. 2. nu. 1 2 3. fol. 272 Ad Verzolienſem ann. 1602. 1603. cal. 1. à nu. 1. ad 10. fo. 299 Ad Caſtrum-Delphinum ann. 1602. 1603. cal. 1. à nu. 1. ad 5. fo. 341. Ad Cadralium ann. 1600. cal. 1. à nu. 1. ad 4. fol. 420.

Fr. Philippus à Bouiſio ad Draconerienſem Miſſionem ann. 1658. cal. 31. nu. 1. fo. 224. Ad Demontanam ann. 1657. cal. 11. nu. 1. fo. 573.

R

FR. Raphael à Cherio ad Draconerienſem Miſſionem ann. 1611 1612. cal. 9. à nu 1. ad 5. fol. 184. Ad Accelienſem ann. 1613. cal. 7. nu. 1. 2. 3. fo. 242.

Fr. Raphael à Taurino ad Cadralienſem Miſſionem ann. 1632. 1633. 1634 cal. 15. à nu 1. ad 7. fo 444. Ad Demontanam ann. 1636 cal. 3. num. 1. 2. fo. 562.

Fr. Romualdus à Taurino ad Petruxinam Miſſionem ann. 1613. 1614 cal. 8. nu. 1. fol. 120. Ad Draconerienſem ann. 1609. cal. 7. nu. 1. 2. fol. 183. Ad Caſtrum-Delphinum ann. 1607. 1608. cal. 5. à nu. 1. ad 7. fo. 362.

S

FR. Seraphim à Montecalerio ad Draconerienſem Miſſionem an. 1636. Append. ad cal. 30. nu. 1. fol. 210. Ad Cadralienſem ann. 1637. cal. 17. nu. 1. 2. 3. fol. 448. Ad Paduſanam ann. 1636. cal. 9 nu. 1. 2. fol. 491 iterum ann. 1658. cal. 22. nu. 1. 2. fol 527. Ad Pancalerienſem ann. 1657. cal. 14 nu. 1. fo. 542. Ad Demontanam ann. 1633. 1634. 1535. cal 2. à nu. 1. ad 30. fol. 551. iterum an. 1651. 1652. cal. 9. à nn. 1. ad 5. fol. 570.

Fr. Siueſter à Ticino, ſiuè Papienſis, ad Verzolienſem Miſſionem ann. 1605. 1606. cal. 2 nu. 2. fol. 305.

Fr. Simeon Taurinenſis ad Verzolienſem Miſſionem ab ann. 1638. ad 1642. cal. 17. num. 1. fol. 322.

Fr. Simplicianus à Pinerolio ad Perrerianam Miſſionem ann. 1643. cal. 26. nn 1 2. fol. 82. Ad Verzolienſem ann. 1646. cal. 21. nu. 1. fol. 327. Ad Paduſanam ann. 1647. cal. 16. nu. 1. fol. 499.

Fr. Stephanus Tendenſis ad Draconerienſem Miſſionem ann. 1596. cal. 1. à nu. 1. ad 5. fol. 171. Ad Verzolienſem ann. 1508. cal. 3. nu. 1. fol. 30[illegible]. Ad Caſtrum-Delphinum primò ann. 1603. 1604. cal. 2. à n. 1. ad 31. f. 343. ſecundò ann. 1606. cal.

4. à nu.

à nu. 1. ad 6. fol. 360. Tertiò ab ann. 1609. ad 1614. cal 6. à nu. 1. ad 12. fo. 363. Quartò ann. 1615. 1616. 1617. cal. 8. à nu. 1. ad 16. fol. 369

Fr. Stephanus à Gombolato ad Petruxinam Miſſionem ann. 1601. 1602. cal 3. nu 1. 2. fo. 114. Ad Draconerienſem ann. 1596. cal. 1. à num. 1. ad 5. fol. 171. Ad Accelienſem ann. 1598. 1599. cal. 1. à nu. 1. ad 5. fol. 232. Ad San-Damianum ann. 1598. 1599. cal. 1. nu. 1. 2. fol. 271. Ad Demontanam ann. 1596. cal. 1. nu. 1. 2. 3. fol. 550.

Fr. Stephanus Taurinenſis ad Perrerianam Miſſionem ann. 1634. 1635. 1636. cal. 21. à nu. 1. ad 8. fol. 75. Ad Demontanam ann. 1641. cal. 5. nu. 1. fol. 564.

Fr. Stephanus à Vlconouo ad Verzolienſem Miſſionem ann. 1654. 1655. cal. 25. n. 1 fol. 332. Ad Paduſanam ann. 1653. cal. 20. nu. 1. 2. fol 505. iterum ann. 1656. 1657. cal. 22. nu. 1. fol. 507. Ad Vallem Soanam ann. 1642. cal. 3. nu. 1. fo. 607.

T

FR. Theodorus Ticinenſis ad Cadralienſem Miſſionem ann. 1613. 1614. cal. 3. à nu. 1. ad 6. fol. 425.

Fr. Theodorus à Cherio ad Demontanam Miſſionem ann. 1647. 1648. cal. 7. nu. 1. 2. 3. fol. 568.

Fr. Thomas à Moretta ad Oroppæum Catholicum Apoſtolatum ann. 1636. 1637. cal. 3. nu. 1. 2. 3. fol. 638.

Fr. Thomas à Sauiliano ad Caſtri-Delphini Miſſionem ann. 1642. cal. 18. n. 1. f. 398.

V

FR. Valerianus à Pinerolio ad Perrerianam Miſſionem ann. 1596 cal. 1. à nu. 1. ad 23. fol. 42. Ad Petruxinam ann. 1603. 1604. cal. 4. num. 1. 2. fol. 115. Ad Draconerienſem ann. 1597. 1598. 1599. ca. 2. à n. 1. ad 13. f. 172. Ad San-Damianum ann. 1598. 1959. cal. 1. nu. 1. 2. fol. 271.

Fr. Vbaldus à Brayda ad Cadralienſem Miſſionem ann. 1654. 1655. cal. 25. à nu. 1. ad 5. fol. 458.

Fr. Victorius Amedeus à Paſſerano ad Paduſanam Miſſionem ann. 1634. 1635. cal. 8. à nu. 1. ad 6. fol. 488. Ad Pancalerienſem ab ann. 1631. ad 1635. Append. ad cal. 4. nu. 1. fol. 532.

Fr. Victor Ripulenſis ad Perrerianam Miſſionem ann. 1641. 1642. cal. 25. à nu. 1. ad 6. fol. 80. Ad Draconerienſem ann 1645. 1646. cal. 26. nu. 1. fol. 219. iterum ann. 1652. 1653. cal 29. nu. 1. fol. 222. Ad Accelienſem ann. 1644. cal. 17. nu. 1. 2. 3. f 262. Ad Verzolienſem ann. 1643. cal. 19. nu. 1. 2. fol. 326. Ad Demontanam ann. 1650. Append. ad cal 8. nu. 1. fo. 570.

Z

FR. Zaccharias Salutienſis ad Seguſinā Miſſionem an. 1602. 1603. & an. 1612 cal. 1. à nu. 1. ad 8. fol. 285. Ad Caſtrum-Delphinum ann. 1605. cal. 3. à nu. 1. ad 8. fol. 357.

Fr. Zaccharias à Nicia-Maritima ad Verzolienſem Miſſionem ann. 1652. cal. 23. nu. 1. fol. 330. Ad Cadralienſem ann. 1653. cal. 24. nu. 1. 2. fol. 457.

RATIONARII CHRONOGRAPHICI

Alterius Partis.

PROEMIALIS RATIOCINII SYNOPSIS

Præambuli Numeri Quinque.

Primus.	Chronographicam	Galliæ Ciſalpinæ notitiam exhibet.
Secundus.	Politicam	
Tertius.	Hierarchicam	
Quartus.	Erroris	Originem perhibet.
Quintus.	Apoſtolatus	

Ab annis Mundi 1856. ad 4098. Chriſti vero 51.

Calculus Primus.

Sancti Barnabæ Apoſtoli, ad Subalpinos Præcurſoris, ab annis Chriſti 51.

Calculus Secundus.

Principis Apoſtolorum, Primi Romani Pontificis, apud Subalpinos Primarij Euangelici Operarij, ab annis Chriſti 58.

Calculus Tertius.

Communis

Apoſtolicorum Operariorum Eliæ, & Mileti, ab annis Chriſti 58.

Calculus Quartus.

Communis

Sanctorum Sauiniani, Potentiani, & Altini, ab annis Chriſti 58.

Calculus Quintus.

Sancti Nazarij Romani Martyris, ab annis Chriſti 69. & 70.

Calculus Sextus.

Communis

Sanctorum Martyrum Dionyſij Areopagitæ, Ruſtici, & Eleutherij, ab annis Chriſti 99.

Calculus Septimus.

Communis

Sanctorum Martyrum Secundi Aſtenſis, Calocери, & Calimerij Epiſcopi, ab annis Chriſti 122.

Appendix.

Sanctorum Martyrum, & Epiſcoporum Peregrini, Sauelli, Photini, Irenæi, & aliorum, ab annis Chriſti 179.

Calculus Octauus.

Sancti Dalmatij Martyris Ciſalpini, ab annis Chriſti 200.

Calculus Nonus.

Communis

Sanctorum Baſſi, & Pontij Cemelienſium, ideſt, Nicienſium Epiſcoporum, & Martyrum, ab annis Chriſti 262.

Calculus Decimus.

Communis

Sanctorum Martyrum Thebæorum Mauritij, & Sociorum, ab annis Chriſti 297.

Calculus Vndecimus.

Sancti Victoris, Primi Taurinenſis Epiſcopi, ab annis Chriſti 310.

Calculus Duodecimus.

Sancti Euſebij, Prioris Vercellenſis Epiſcopi, & Martyris, ab annis 340. ad annos 371.

Appendix.

Concilij Taurinenſis, ſub Syricio Pontifice Maximo, anno Chriſti 395.

Calculus Tertiuſdecimus.

Sancti Maximi Taurinenſis Epiſcopi, Eccleſiæ Doctoris, ab annis 420. ad annos 465.

Calculus Quartuſdecimus.

Sanctorum Monachorum, & Epiſcoporum, Honorati, Valeriani, Eugenij, ab annis 426. ad annos 495.

Calculus Quintuſdecimus.

Sancti Mauri Abbatis, ab annis 530.

Calculus Sextuſdecimus.

Diui Columbani Abbatis, ab annis Chriſti 560.

Calculus Decimus ſeptimus.

Celeberrimi Cyriaci Abbatis, ab annis Chriſti 590.

Calculus Decimus octauus.

Communis

Sancti Benedicti Epiſcopi Albenſis, & Bertulphi, ac Attale Abbatum, per integram Centuriam.

Calculus Decimus nonus.

Sancti Grati Epiſcopi Auguſtenſis, ab annis 770.

Calculus Vigeſimus.

Sancti Syagrii Nicienſis Epiſcopi, Ab Annis 777. ad Annos 787.

Calculus Vigeſimus primus

Communis

Ionæ Aurelianenſis Epiſcopi, Oldradi, Noualicenſis, & Theodomiri Abbatum, Per totam nonam annorum Centuriam.

Calculus Vigeſimus ſecundus

Communis

Guilielmi Taurinenſis, & Audacis Aſtenſis Epiſcoporum, Ab Annis 901. ad Annos 938.

Calculus Vigeſimus tertius

Communis

Ioannis Rauennenſis Archiepiſcopi, Picheriani Monaci, & Gezonis Noualicenſis Abbatis, Ab Annis 966. ad finem vſque Primi Millenarij.

Calculus Vigeſimus quartus

Guilielmi Diuionenſis Abbatis, Ab Annis 1003.

Calculus Vigeſimus quintus

Communis

Gezonis, & Landulphi Taurinenſium Epiſcoporum, & Ioannis quondam Rauennatis Archiepiſcopi, Ab Annis 1007.

Calculus Vigeſimus ſextus

Communis

Geminorum Romanorum Pontificum, Leonis Noni, & Vrbani Secundi ad Subalpinos accedentium, Ab Annis 1050.

Calculus Vigeſimus ſeptimus

Communis

Sancti Petri Damiani Cardinalis, & Oſtienſis Epiſcopi, ac Anſelmi Epiſcopi Lucenſis, Ab Annis 1059.

Calculus Vigeſimus octauus

Paſchalis Secundi Summi Pontificis, ad Synodum in Gallia Ciſalpina accedentis, Ab Annis 1106.

Calculus Vigeſimus nonus

Sancti Bernardi Abbatis Claræuallenſis, Ab Annis 1122.

Appendix

Vrbani Tertij Pontificis Maximi.

Calculus Trigeſimus

Gualla Bichetij Cardinalis, Ab Annis 1205.

Calculus Trigeſimus primus

Communis

Digitized by Google

Sanctorum Patriarcharum Dominici, & Franciſci, Ab Annis 1214.

Appendix.

Sancti Antonij Vlyſſiponen. Apoſtolici Cōcionatoris, Ab Annis Chriſti 1225.

Calculus Trigeſimus ſecundus

Communis

Quatuor Ordinum Mendicantium; Ab Annis 1255. ad Annos 1300.

Calculus Trigeſimus tertius

Sacri, & Predicatorum, & Minorum Ordinis Inquiſitorum, Per quartumdecimum Centenarium.

Calculus Trigeſimus quartus

Communis

Beati Ioannis Cardinalis Taurinenſis, & Rainerij Vercellenſis Epiſcoporum, Ab Annis 1304. ad Annos 1400.

Calculus Trigeſimus quintus

Communis

Summorum Pontificum Benedicti, Martini, & Sixti, Ab Annis 1405.

Calculus Trigeſimus ſextus

Communis

Beati Henrici Aquenſis, Alberti Aſtenſis, Perciualij Monſregalenſis, Ludouici, & Ioannis Taurinenſium, Ab Annis 1402. ad Annos 1478.

Calculus Trigeſimus ſeptimus

Communis

Sanctorum Bernardini Senenſis, Vincentij Ferrerij, BB. Angeli à Clauaſio, Demoſthenis Vercellenſis, Apoſtolicorum Nuntiorum; aliquorum præterea Inquiſitorum, ſiuè Concionatorum, Ab Ann. 1460. ad Ann. 1497.

Calculus Trigeſimus octa. Inſignior

Summorum Pontificum Iulij II. Pauli III. & Pij V. Ab Annis 1503.

Calculus Trigeſimus nonus

Communis

Sanctæ Rom. Eccl Cardinalium, Vincentij Laurei, Innocentij Cibò, Ab Annis 1547.

Calculus Quadrageſimus

Epiſcoporum, & Inquiſitorum aduerſus hæreticam prauitatem; in Subalpinis vigilantium, Ab Annis 1525.

Calculus Quadrageſimus primus

Celebrium Concionatorum, & Scriptorum aduerſus hereticam emergentem, apud Subalpinos prauitatem laborantium, Ab Annis 1525.

Calculus Quadrageſimus ſecundus

Eruditiſſimorum Patrum Societatis Ieſu, Ab Annis 1561.

Calculus Quadrageſimus tertius

Fratrum Minorum Capuccinorum, ad Pedemontanas Plagas, Valleſq; hæreſi laborantes, Emiſſorum, Ab Annis 1530.

RATIONARII

RATIONARII CHRONOGRAPHICI

Alterius Partis Præparatus,

IDEST.

RATIOCINIVM PROEMIALE

ECCLESIÆ CATHOLICÆ REGNVM, IN ITALIA, Subalpinaq; præcipuè à Noemitico Cataclyſmo, cuius Miſſione fundatum, quibus iterum per ſæcula, tum erroribus oppugnatum, tum multiplicatis Emiſsionibus propugnatum, ad præſentia vſq; tempora noſtra fuerit, per Centurias, & Calculos ratiocinatur.

CHOROGRAPHICAM SVBALPINAE Italiæ compendioſam notitiam exhibet Præambulus.

Num. I.

Anno Mũdi 1656. Diluuij anno [illegible]. Ante Chriſtum [illegible].

INTER vniuerſas Vniuerſi regiones, ac Dominationes numeris pluribus potiorem, inſignioremq; computandam eſſe Heſperiam, vulgò Italiam, vnica quidem, verùm demonſtratiua hac ratione recolligo: Quod Rex Regum, & Dominantium Dominus, Supremus Dynaſtarum Dominator Regnorum omnium Protoregni, nempè Eccleſiaſtici proprij Regni ſpectabilem illam in Regiam, ab æterno præelectam, perpetuam futuram, in perpetuumque ſtaturam ſedem fore decreuerit. Electiſſima igitur Europea hæc Prouinciarum Princeps Mediterranei Maris tergemini circumuallante finibus: Liguſtico à Meridie, ab Aquilone Adriatico, Freto ſiculo ab Oriente, ab Occidente autem prominentioribus, & rupibus, & Alpibus, ab infero ad ſuperum Mare communitur. Ab Occaſu ergo in Ortum per decies centenos, & viginti millia paſſus (teſte Solino) in longioris cruris figuram diſtenta celeberrima noſtra, Saturnia, ſexdecim, quo ab Alpibus diſcreto ampliori gremio, celebres Prouincias complectitur: Nempè Latium, Campaniam, Lucaniam, Calabriam, Apuliam, Samnium ſiue Aprutium, Picenum, Flaminiam, & Æmiliam ideſt Romandiolam, Vmbriam, Venetiam nunc Marcham Taruiſinam, Carniam ſiue Forum Iulium, & Iſtriam, Hetruriam, Liguriam, ac Galliam Ciſalpinam. Huius, poſteriori numero ſignatæ præcipuam, atque principaliorem partem, à quadringentis annis Pedemontium vocitatam, non ad ignobiliores rejiciendam, quinimmò inter inſigniores Auſoniæ regiones enumerandam deduco ex eò, quod ad Orientem Mediolanenſem Ducatum, ſimul & Montisferrati Marchionatum: Ianuenſe Dominium, ſiuè Liguriam ad Auſtrum: Delphinatum ad Occidentem: ad Aquilonem Allobrogos, ſeù Valleſianos reſpiciens, ipſa feracioris ſoli in plano centro poſita, poſſit cuiuſlibet generis, vel ſpeciei, & fruges, & fructus propria conſueta Conuallium, & Collium fœcunditate progignere. Fœni namque, & hordei, ſecalis, & riſi, frumenti, ac tritici, olei, vini, pomi, ac nucis, metallorum, lignorum, lini, ac lanæ haud mediocrem copiam parit. In complanis abundat aquarum irriguis; atque in paſcuis, ſiuè in montibus exuberat boum, & ouium, ſiue pecudum, ac iumentorum armentis, & gregibus. Cumque fauorabiliori Cœlo pariter, & benigno ſyderum aſpectu, ſeù influxu, nec non puriori aerè perfruatur; habitatores ſuos benignos, fideles, rationabiles, dociles, affabiles, induſtrios, atque ad cuiuslibet vel artis executionem, vel facultatis, ſiuè eruditionis acquiſitionem, militariſque ſimul, & equeſtris profeſſionem idoneos, aptos, expeditoſque nutrit, & multiplicat, medioctemque ad ætatis plenitudinem, ſeù dierum longitudinem perducit.

Italia Eccleſiæ ſanctæ Regni ab æterno Regia.

Italiæ Epiſcopatuum deſcriptio.

Italiæ Prouinciæ numero ſexdecim.

Gallia Ciſalpina, id eſt Pedemontium, & eius ſituatio.

Subalpinorum naturalis conditio.

Politicam Subalpinæ Italiæ breuiatem notitiam exhibet Præambulus.

Num. II.

POliticam poſſeſſionem pariter, & Supremam Dominationem partialem huius noſtræ Subalpinæ, eos, qui integrale totius Italiæ Dominium per Secula tenuerunt Principes, ac poteſtates poſſediſſe per tempora, veriſimile creditur. Recenſentur autem à Chronologicis Vmbri, & Thuſci, Latini, Romaniquæ Reges, Conſules, & Imperatores: quorum tamen Politicam Dominationem hanc quaquam perpetuam, ac perennem, ſed imperturbatam extitiſſe perlego. Allobrogos namq; ſine Burgundos, Cottiarumq; Alpium Reges, Longobardorumque Duces Subalpinæ Oenotriæ prædominatos fuiſſe, conteſtantur antiqua [illegible] torum Regnorum hiſtorica monumenta. Hanc regionem primo incoluerunt Vmbri, & Hetruſci: Ligures deinde, & Galli: deniq; e Longobardis, ex quorum gente nonnulli Duces aliquas illius regionis Ciuitates gubernarunt, quos tandem, debellato Deſiderio poſtremo illorum Rege, Carolus Magnus Franciæ Rex, & Imperator, in Comites, & Marchiones permutauit. Sicuti aſſerit Epiſcopus Salutiarum. Indiſtinctè autem ab eo prærecenſiti Comites, diſtinctè recenſentur, atq; diſcretè nominantur Marchiones Montisferrati, Eporediæ, Ceuæ, Salutiarum, & Secuſiæ: qui omnes per diſtinctas portiones, & per diuerſas ætates, collabentis Romanorum Imperij in decrepitate, idest imbecillitate, Subalpinæ Italiæ Dominio, & poſſeſſione, armis, vel ſucceſſione potiti fuerunt; vſqueque circa terminum primæ, & initium ſecundæ Chiliadis à Chriſti nati Regis aduentu, ad Mauriaṅenſes Sabaudos Comites, legitima hæreditaria ſucceſſione Secuſinos Primum factos Marchiones, temporum poſtmodum, atque Dominationum ſucceſſiua viciſſitudine, & permutatione, Pedemontij Principes, & Sabaudiæ Duces ventum eſt. Huius namq; Illuſtrioris Proſapiæ, & Regalis Familiæ quondam Comites, & Catholica Religione, & bellica congenita fortitudine præclari Sabaudum Comitatum, in Allobrogum Ducatum, Pedemontanumque Principatum, iuſtis, & honeſtis titulis acquiſitum tranſtulerunt, atq; ad præſens vſq; (licet multorum inſidijs impetiti, pariter, & bellicis inuaſionibus exagitati) tenuerunt.

> Sub cuius Imperio, & Dominatione fuerit hæc Subalpina Italia.
>
> Epiſc. Salutiarum Hiſt. Chron. c. 3.

Hierarchicam Subalpinæ Italiæ epitomaticam notitiam exhibet Præambulus.

Num. III.

SVbalpinam hanc, reliqua cum Saturnia tota, & ſæcularis, & Sacri Principatus à Noe (profana nuncupatione Saturno dicto) copulata amplifſe primordia, peruetuſti conteſtantur Auctores. Iesus Syrac præclara ſequentia de Noemo teſtatur: *Noe inuentus eſt perfectus, iuſtus, ideo dimiſſum eſt reliquum terræ, cum factum eſt diluuium, teſtamenta ſæculi poſita ſunt apud illum, ne deleri poſſit diluuio omnis caro.* Nec verò carnis modo ſeminales rationes per iuſtum à Domino reſeruatas autumandum cenſeo; quinimmo eoq; magis Religionis ſemina, apud perfectum aſſeruata, puto: iuxta religioſum placitum D. Ambroſij ſic dicentis. *Noe ad ſemen ſeruntque eſt reſeruatus, vt ex eo Iuſtitia ſemina in hominibus pullularent.* Rurſus lib. de Noe. *Deus Noe ad renouandum ſemen hominum reſeruauit, vt eſſet Iuſtitiæ ſeminarium.* Qua pariter vero à Cataclyſmi naufragio reſeruatus Iuſtus, fideli obſequentia, obedientique ſollicitudine, à Domino ſibi munus concreditum, executus fuerit; apud Annianum narrat Beroſius ſequentibus verbis: *Finito Diluuio cum Arca in Gordieo monte Armeniæ conſediſſet, deſcendiſſe Noe in loca plana, & breui mirabiliter multiplicata progenie, orbem completa eſſe hominibus ea loca; vt neceſſe fuerit multos inde recedere, ſed Noe qui [illegible] & Arſhemes (ſic eos nunc appellamus, nam id nomen poſtea eis inditum eſt) qui primum docuit eos culturam, tum ſacros ritus, & cæremonias colendi Deum, multa item naturalium rerum ſecreta mandauit literis. Adhortabatur homines Familiarum Principes, vt nouas ſedes quærerent, conderentque Ciuitates, deſignauitque tres Orbis partes Aſiam, Africam, & Europam, ſingulis Principibus Familiarum, partes, ad quas irent, diſtribuit, ſic per totum Orbem Colonias [illegible] [illegible] pollicetur, tandem petijt Kitim, quam nunc Italiam nominant, ibiq; regnauit, multaque docuit Italos, quæ ad Theologiam, Phyſiologiam, Politiam, artesque vitæ degendæ neceſſaria pertinent, earum rerum relictis multos libros reliquit ſcriptos, denique in illis locis mortalitatem exuit.* Rurſus ipſe Beroſius, vel Annianus in Beroſij Commentarijs, referente Philone addit: *Aſſumptis Colonijs deuectum eſſe in Italiam, & per Tyberim vectum, tenuiſſe ad tumulatus Hetruriam, primaſq; in Vaticanum, ſeu Ianiculum expoſuiſſe Colonias.* Ex quibus rationabiliter præpoſitis, probabiliterq; præſuppoſitis, admirabilem Supremi Monarchæ accuratam, occulatamq; prouidentiam conſpectari licet, pariter & admirari libet, vel potius conuenit: Qui Eccleſiaſtico ſuo, per ætatis futuris ſæculis, ſtatuto

> Eccleſ. c. 44.
>
> D. Ambroſ. in Pſalm. 39. & lib. de Noe c. 1.
>
> Noe à Deo reſeruatus vt [illegible] [illegible] ſemi[illegible] naret.
>
> Beroſius apud Annium lib. 3. Antiquitatum.
>
> Noe Italiam peruenit, Colonias poſuit, Italiæ [illegible].

Regno

Regno perenniter duraturam nobiliſſimam Regiam, Italicis hiſce in oris conſtruere deſignans, primarium ad lapidem pro fundamento ponendum, non Patriarcharum, Prophetarum, vel Sacerdotum quemlibet, ſed Noemum, iuxta Nazianzeni Elogium, ſecundi Mundi Parentem; ſecundum verò Veritatis Oraculum, Iuſtum, ipſiuſque Iuſtitiæ præconem, Prophetam octauum tempore Naturæ, Quartum Magnum Sacerdotem in Heſperiam miſit, Italicæque Eccleſiæ Protomagiſtrum, Orthodoxæque Religionis profeſſorem ſimul, & promulgatorem, ac Doctorem, Archihierarcam denique Illicèum conſtituit: vbi & Templa exædificauit, Aras erexit, inſtituit Sacra, Ritus pios, Religioſaſque Cæremonias deſcripſit, Sacerdotes ordinauit, Sacrificia, ac celebritates conſtituit, tandèmque Auſonijs legitima Iura præſcripſit; ſicque Deo debitum ab hominibus pietatis, ſiuè latriæ cultum præordinauit; ſacrauit, atque iureiurando adhibito, firmauit; vt vbi ſupra firmam petram firmatam, ex duobus, nempè Iudæo, & Gentili populis initiandi, & congregandi fœlicioris Eccleſiaſtici Regni, Petro primo nouæ Eccleſiæ Pontifici Maximo ſtabilem ſedem Deus erat poſiturus, & confirmaturus; ibi ſupra Iuſti, & Iuſtitiæ præconis Noe Fidem, ac Religionem gemini Mundi, nempè antiqui aquarum alluuione abſorpti Archipræſulis Quarti (nempè nouiſſimi) noui autem à Diluuio exorti, prioris antiquæ congregatæ Eccleſiæ Summi Pontificis Noemi præcurſoria Paraſceuè, ſeù præparatoria præcurſione, Pontificiam Cathedram præmitteret in Europeam Heſperiam, nempe Italiam. Cuius ſecularis Regni inter ſexdecim enumeratas Prouincias, noſtræ huius Subalpinæ, ſeù Ciſalpinæ Galliæ, ideſt, Pedemontanæ Regionis, Religionis quoque legitimæ primordia à communi exordio Noemitico, nempè Pontificali regimine excepta, & fideliter ſuſcepta connumerare conuenit. Adnumerando conſequenter, quod ſub Noe (iuxta Chronologicorum Catholicorum ſupputationem) Quarto Vniuerſalis Eccleſiæ Hierarcha, hoc eſt Supremo ſuperſtite Pontifice, per centum, & quinquaginta ſequentes annos, naturalis illius totius vitæ reſiduum, vero Deo religioſum cultum exhibere perſeuerauerint Subalpini: Eo autem & Prælatione, & mortali vita in Italia functo, & defuncto, ſub Iapheti quidem filij, Iaphetorumq; nepotum peculiari Italico; ſub Semi verò Quinti Summi Sacerdotis Eccleſiaſtico Vniuerſali Principatu, auitam Religionem fideliter coluerunt, quamdiù Sem, hoc eſt Melchiſedech Sacerdos Dei Summus, centum quinquaginta duorum annorum ſpatio, Catholicæ Hierarchiæ conſtanter clauum tenuit: Quo decedente, illique in Pontificali Cathedra ſuccedente Iſaac Patriarcha, ad
Anno 2158. creationis annos 2158. circiter tertiam Mundi ætatem, præualente per Vniuerſum Idololatria, Idolatræ Sacerdotes, Augures, & Pontifices Thuſcorum, atque Ægyptiorum; Flamineſque Romanorum, Italis Deorum cultum profitentibus præfuerunt à Tertia ad Sextam vſque Mundi ætatem: Quando Archihierarcha Chriſtus per prædeſtinatum, & deſtinatum, imò in Paſtorum apicem ordinarium pariter, & eleuatum Petrum Apoſtolum profana expulſa, Sacram Diuinorum culturam Italis reſtituendam mandauit, atque per Vniuerſalis Eccleſiæ Principes, Petri legitimos ſucceſſores ducentum & quadraginta vnum Romanos Pontifices, ad Alexandrum vſque Septimum fœliciter regnantem incluſiuè, & Orthodoxæ Fidej Oracula, & Catholicæ Religionis Canones, & Eccleſiaſtica Iura, tum Subalpinis, tum Italis cunctis, imo vniuerſis fidelibus populis adminiſtranda, perpetuiſque ſæculis indicenda decreuit. Cuius ad hanc vſque diem immutabile propoſitum, ſimul & irreuocabile Decretum ſtat inconcuſſum, iugiter perſeuerans. Perſeuerantes iterum Pedemontani fideles, non Supremi duntaxat, ſed & Subordinatorum Præſulum Taurinenſis, Vercellenſis, Nicienſis, Aſtenſis, Albenſis, Eporedienſis, Salutienſis, Montregalenſis, Foſſanenſis denique Epiſcoporum Spirituali directione, ad vſque præſentia tempora, Sacroque Principatui obtemperare perenniter perdurant.

Noe ſecundi Mundi parentē Iuſtitiæ præconem Sacerdotē in Italiā, promulgatorē Orthodoxæ religionis mittit; eò quod Sum. Pontificatus Cathedram fundare vellet.

Defuncto in Italia Noe, ſub Pontificatu Iapheti filij, inde Semi Pedemontana Regio auitam Religionem fideliter coluit.

Sub Pontificatu Iſaac Patriarchæ præualente Idololatria, Subalpini quoq; deprauati ſunt, circa annos Mundi 2158. à tertia vſq; ad ſextā Mundi ætatē, præualuit Idololatria in Italia, vſquequò adueniēte Petro Apoſtolo Diuinus cultus reſtituitur.

Originem erroris, nempè Idololatriæ in Italia Subalpina præſertim, exhibet Præambulus.

Num. IV.

NVmquam parui, ſed ſemper maximi, ſicut in fine; ita & in principio, erroris Idololatriæ primæuæ in Orbe originis tempora, à Creatione iam iam elapſa Chiliade ſecunda, tertia vix exoriente Mundi ætate, computant Chronographici, gemino ab Originali principio eam proceſſiſſe calculantes. Apud Babylonios quidem à Nino de poſteris Noe, ſecundi eius filij, Cham pronepote: Apud Chaldeos verò, vel Hebræos à Thare parente, vel ab

Iſmaele filio Abrahæ, de ſtirpe Sem prioris Noe filij. Semitas igitur, & Chamitas in Vniuerſum Idololatriæ auctores Italis, Subalpiniſque ſignanter Idolorum culturam inhæſiſſe, ex ſcripturarum Oraculis manifeſtè deduco: Et primò ex illis Geneſis verbis. *Filij Sem, Elam, & Aſſur, & Arphaxad, & Lud, & Aram, Hus, & Hul, & Gether, & Meſ.* Vbi Gloſ. Interl. explicat; *Lud à quo Lydi, Mes à quo Maſi, quos ſeptuaginta Moſoch vocant, idest Meones.* Confirmat ibi Lyranus dicens; *Mes à quo Meones.* Alexander ab Alexandris inſignis Iuriſperitus de primis apud Italos Deorum cultoribus, ſequentia profert: *Thuſcorum Gens, olim prapotens armis, totam Italiæ longitudinem ab Alpibus ad fretum Siculum, pulſis Vmbris, tenuere, quantumque à Tyberi ad Matram tractus eſt, fines propagarunt. Trans Apenninum verò ab Adria eorum Colonia; Adriaticum Mare dixerunt. In Hetruria, & Adria citrà, & trans Alpes duodecim Ciuitatibus constructis, & totidem Colonijs adductis, duodecim Magiſtratus Lucumones nuncupatos erexerunt, & in Principatus plures distributi, vnicum tamen ſibi Regem constituerunt. Hos etiam Thuſcos à cultu Deorum, & ritu ſacrificio (cuius cultores Thyoſcos Græci vocant) dictos, plerique autumant. Illorum origo à Lydijs fluxiſſe dicitur ex Meonia, Lydi autem ſunt qui quondam Meones dicti.* Hæc Alexander, qui primos Deorum adoratores Thuſcos in Italia aſſerit, hoſque à Lydijs, ſiue Meonibus prognatos affirmat: Lydios autem, & Meones Semi, primogeniti Noemi, poſteros, & deſcendentes Sacri dictati Expoſitores confirmant. Nec ſolos Semitas, ſed & Chamitas, quoque Italos, præcipuèque Subalpinos, Simulacrorum culturam edocuiſſe, ſecundo corroboro ex aliis eiuſdem Geneſ. cap. verbis. *Filij autem Cham, Chus, & Meſraim.* De hoc tertio diſſerens Genebrard Tertia Mundi ætate, ait: *In Ægyptiorum Regno primus regnauit Senis Oſyris, Meſraim autem, qui à Poetis Oſyris, Regnum illud condidiſſe videtur. Hic poſt à Idololatria a poſteris Cham Meſraim Ægyptia gentis auctor, Oſyris Italia decem annis potitur.* Hactenus Genebrardus Epiſcopus, cuius deſcriptis verbis conſonant relata ab alio Epiſcopo, nempe Albenſi, Fr. Paulo Britio: *Horum Apoſtoſis Meſraimi Oſyridis nuncupati, & Iſidis vxoris illius natum à patre, pariter regiones perluſtrando, cum Italia Gallias petendo in Alpibus Graiis, aut Penninis, & Idolo Phanum poſuiſſe, & Idolo vel Oſyridis Patris, vel Iſidis Matris, profanum cultum Alpinis incolis propoſuiſſe, Regalique auctor tute; & commendaſſe, & præcipiſſe Apis, idest Tauri Ægyptiani cultorum, inde, & Taurini populi fuere nuncupati.* Prædicta comprobant Gulielm. Baldeſ. hæc dicta. *Quondam ab Ægyptia gente Iſidi vxoris Oſyridis Taurini constructum Templum, Conſecratum facile à Taurinenſibus Ciuibus, ac Præſulibus in primiceriam Sanctorum Eccleſiam, conſecratum eſt, ad honorem Sanctorum Martyrum Thebæorum,* nempè Ægyptiorum (ego addo;) vt à quibus ſacrilega, ab eiſdem legitima Fides, ac Religio progrederetur Chamitis, ideſt Ægyptianis alienigenis. Duabus aſſertis, tertiam haud improbabilem viam, quâ ab Africanis Ægyptijs ad Subalpinos Italos profecta fuerit Gentium infidelitas, ſuperaddere poſſumus: ex eo namque quod Inſubres, & Ligures mercimonij cauſa, Ægyptiaca Emporia, Alexandriamque præcipuè ſæpè peterent, Ægyptios Gentilicios ritus, carnali ſenſuum illecebræ conuenientes, ibi conuerſantes didiciſſe, ad patriòſque lares regredientes, extraneos ignotos Deos, Deorumque ſacrilegum cultum reportaſſe, haud irrationabile fuerit conijcere. Probabiliter ergo coniectarando, ex & ſacris, & profanis teſtimonijs additis, deducimus Italos populos, Subalpinoſque ſignanter circiter Annos Mundi 2188. Diluuij 532. Abrahæ 131. ante Chriſtum 1864. à Semitis Thuſcis, & à Chamitis Ægyptijs perdoctos plures Deos, Apimque Ægyptium præſertim, coluiſſe, acceptaſſe, & Idololatriæ impietatis errorem, atque infidelitatem accepiſſe.

Gen. cap. 10. Interlinear. Lyranus.

Alexand. ab Alex. Genial. dierum lib. 3. cap. 18.

A quibus perſonis Idololatria originem traxerit, nempè à Semitis primò.

Geneſ. cap. 10. Genebrard. in Chronograph.

Idololatria Chamitis ſecundò.

Epiſcop. Albë. Paulus Britius P. ... Taurini profanum Templum Idolo constitutum filio Oſyridis tempore verò Conſtantini Imperatoris ſacratum fuit, & dicatum Martyribus Thebæis.

Guiliel. Baldeſſ. in Hiſtor. Thebæorum.

Tertià via qua Subalpini infidelitatem ebiberint aſſeritur.

Tempus deſignatum Idololatria in Subalpinis.

Anno Mundi 2188. Diluu. 532. Abr. 131. ante Christum 1864.

Originem Apoſtolatus Euangelici, ideſt Apoſtolicæ Miſſionis ad Subalpinos exhibet Præambulus.

Num. V.

PRæualente ergo, atque per antiqua multiplicata ſecula inualeſcente infandorum Idolorum cultura, & Naturæ, & temporibus legis, à tertia ad decrepitam, nempè ſextam vſque propriam ætatem, ſuæque durationis periodum, ac vltimam differentiam computruit inueteratus Mundus in ſtercore infidelitatis: donec cum Euangelica Lege, à Diuino Patre, Incarnatus Deus Filius in Mundumque miſſus miſit, & ipſe trigeſimo primo ſuæ Natiuitatis Anno electos Apoſtolos, ad Euangelizandum Mundo nouæ Religionis, Religioſique Eccleſiaſtici Regni Iura, Canones, & Sanctiones. Euangelicæ autem Eccleſiæ ab initio, & ante ſecula prædeſtinati in Europa Principatus ad Principem Regiam in nobiliſſima Italia erigendam, atque conſtituendam; Apoſtolici Senatus Hierarcham Petrum deſtinauit Apoſtolum, cui Coapoſtolum, & Collegam Paulum copulauit, quibus ex ſeptuaginta Diſcipulorum conſeſſu Condiſcipulos quoſdam aſſociauit.

Anno Mundi 4033. Chriſti 31.

qui

qui poſt Chriſti Saluatoris, & Legiſlatoris Paſſionem, Reſurrectionem, & Aſcenſionem ad Heſpericas plagas, temporibus Claudij Imperatoris appellentes, Romanæ Eccleſiæ Eccleſiarum Primiceriæ primaria fundamenta iecerunt; Petruſque præcipue Hierarchici regiminis à Domino conſtitutus Princeps, de quo Eminentiſſimus non minus Annaliſta, quàm Cardinalis Baronius hæc habet: *Anno (qui ſecundum à nobis initam rationem) numeratur à Chriſto nato Quadrageſimus quintus, Claudio Auguſto, Et Lucio Vitellio Coſſ: durante tamen adhuc anno ſecundo eiuſdem Claudij Imperij XV. Kal. Febr. à Petro Apoſtolorum Principe Romana Eccleſia inſtituitur, ac in ea Sedes Pontificia erigitur*: A Deo igitur de Iudea in Italiam, cum Coapoſtolicis Operarijs emiſſus Apoſtolici Operis Primicerius Petrus in Principe Prouinciarum Roma vniuerſalis Eccleſiæ Primatem Sedem erexit: à qua erecta miſſorum in poſterum, ad Euangelium Vniuerſo prædicandum, Apoſtolica Caſtra, Caſtrorumque Eccleſiaſticorum acies ordinatæ progredientes Idololatriæ violentiam, tyrannidem, tyrannicamque profanationem de orbis omnibus, præſertimque Italicis, ac Subalpinis Prouincijs propulſare cœperunt.

Annal Eccleſ. tom. 1. ad An. Xpi 45. nu. 1.

Tempus Romanæ Eccleſiæ, inſtitutæ à Petro Apoſtolo, & erectæ Cathedræ Pontificiæ.

PROEMIALIS SVPPVTATIO.

Ann. Mũdi 1856. Diluuij 200. Noe 800. Ante Chriſtum 2209.

INcœpit igitur à Deo Miſſio prima Noemi, Saturni à profanis nuncupati, ad Saturniam communiter Italiam vocitatam, & Religioſis Iaphericis incolendam, & orthodoxa Religione, ab eo adductis ex Armenia incolis, excolendam anno ab Orbe condito 1856. à Diluuio 200. ab illius natiuitate 800. ante Chriſtum 2209. Tuncque Eccleſiaſtici Regni in Italica Regiã Noe firmauit primordia: quæ à Iapheti poſteris veri Dei cultoribus per trecentos triginta duos circiter annos fideliter exculta pariter, & confirmata fuerunt.

Prima Miſſio Italię à Deo per Noemũ, deinde à Noe per Iaphetitas, verũ Dei cultum diſſeminantes.

Ann. Mũdi 2188. Diluuij 532. Abrahæ 151. Ante Chriſtum 1864.

Infirmata autem poſtea extiterunt per Immiſſiones, ſiue Antimiſſiones Angelorũ, malorum Semitarum ſcilicet, & Chamitarum, ideſt Sem, & Cham ſucceſſores, qui ſub nuncupationibus Meonum, & Lydorum, hoc eſt Thuſcorum ſimul, & Meſraitarum ſiue Ægyptiorum Auſoniam inuadentes, & Italas Prouincias vſurpantes Italię, Subalpinæque præſertim Aborigines nouorum Deorum adorationem docuerunt, & profanationis Antiregnum in Oenotriam induxerunt, annis à conditione Orbis 2188. à Cataclyſmo 532. ab Ortu Abrahæ 151. pariter, & 1864. ante Chriſti exortum.

Per Antimiſſiones Semitarum, & Chamitarũ, nouos Deos adorãdos Itali acceperũt.

Qui ſuo in terras opportuno aduentu, ad Mundi annos iuxta Salianum 4052. vt iam per mille octingentos ſexaginta quatuor annos, in Templo ſtantem Idololatriæ abominationem legitimæ latriæ deſolationem euerteret; & ab initio fundatum Eccleſiaſticum Regnum reſtitueret; Apoſtolorum pariter, & Diſcipulorum ad vniuerſum Miſſiones trigeſimo primo ſuæ ætatis anno inſtituit. Petrumque pariter, & Paulum Apoſtolici agminis Primicerios ad Italicam in Heſperia Eccleſiaſticam Regiam ſuſcitandam; & firmius conſtabiliendam emiſit: Barnabam autem coapoſtolicum ſtrenuum operarium, pluresque ex horum alumnis validos, quinimmò ipſum Petrum Agonothetam Primarium, ad Subalpinam gentem ab infidelitatis erroribus eruendam per ſæcula miſit, ab annis creati Mundi iuxta Salianos numeros 4098. Incarnationis Verbi 51. Pontificatus Petri 14. ſecundum Chronographiam Cardinalis Baronij, cuius Annalicam ſupputationem præcipuè inſequendo ad Europeos occiduos; ſiue occidentales Italos Ciſalpinos Gallos, bonas, ac malas per tempora miſſiones; non iam per Priſcas Chiliades, ſed per Chriſtiferas annorum Centurias calculare aggredior.

Aduentus Chriſti iuxta Salian. Anno Mundi 4052.

A Petro, & Paulo Apoſt. mittũtur viri Apoſtolici per totã Italiam, ad reſtituẽdam Orthodoxã fidẽ, poſtremò verò, & Barnabas Apoſtolus, & ipſemet Petr. ad Subalpinos deſcendunt.

Ann. Mũdi 4098. Chriſti 51. Petri Põtif. 14.

CALCVLVS

CALCVLVS PRIMVS

SANCTI BARNABÆ APOSTOLI

Ad Subalpinos Præcurſoris, & Prioris Operarij.

Annal. to. 1. Anno Chriſti 51. num. 54. Barnabas Italiã peragrãdo, Liguris Euangeliũ prædicat.

IPSIS in ſexta Mundi ætatis initijs, vniuerſam per Heſperiam regionem, à vera falſa cœpit oppugnari Religio, totamque per Galliam Ciſalpinam Euangelij veritas Gentiliſmi vanitatem expugnare incœpit præcurrente, & dirigente, ſiue primò ductante Barnaba Apoſtolo, de cuius ad Inſubres acceſſu ſcribit Baronius: *Cæterùm per hæc tempora, cùm Barnabas vnà cum Marco Cyprum profectus eſſet, viſitatis, confirmatiſque illis, quæ ibi erant, Eccleſijs, in Italiam nauigaſſe non negarim, Romam verò conceſſiſſe, illicque prædicaſſe Euangelium, quamdiù Claudius vixit, minimè conceſſum fuiſſe videtur: prohibente illo Iudæos Romæ agere. Verùm ipſum in Italiam veniſſe, & in Liguria Euangelium prædicaſſe, nobiliſſimamque Mediolanenſem Eccleſiam erexiſſe, ac longè latèque Chriſti fidem feliciter propagaſſe firmæ traditiones, eiuſdemque Eccleſiæ monumenta, complurium ſcriptorum teſtimonijs confirmata, fidem rectam, atque indubitatam faciunt.* I.

Ann. Chriſti 51. Petri Pont. 14.

D. Epiſcopus Albenſ. Hiſtor. Eccleſiæ occid. ſeculo 1. num. 20.

Celebrato Hieroſolymis concilio, & Spiritus Sancti iuſſu Paulo, & Barnabâ in Gentium Apoſtolos ſegregatis, hic breui in Italiam peruenit, Mediolanumque cum duobus diſcipulis Anatolio, vel Anataleone Græco, & Caio Romano appulſus, in illa Ciuitate Euangelicam doctrinam feliciter diſſeminauit: eamque ſicuti iam in temporalibus, ſic in ſpiritualibus, Occiduæ huius regionis Metropolim conſtituit, Viſitatiſque perſonaliter Populis Taurinis, Ciuitatibuſque Aſtæ, Albæ, Aquarum, Ebreduni, ac Cimellæ, nunc Niciæ, atque Vercellarum fideles in fidei conſtantia confirmauit, conſecratoque in Mediolanenſis Eccleſiæ Epiſcopum D. Anataleone, Cyprum regreditur, ibique martyrio coronatur: ſic D. Epiſcopus Albenſ. ex varijs Auctoribus ab ipſo in margine citatis, qui rurſus mihi in Monumentis Seraph. Relig. lib. 1. de Prouinciæ ſitu, & origine præmiſerat: *Sed appropinquante iam tempore, quo depulſis errorum tenebris, veritatis lumen exurgeret; ad diſſeminandam Chriſti fidem Barnabas ab Apoſtolis ad Alpinos delegatur, quos optimè inſtitutos, Cyprum nauigaturus Mediolanenſis Antiſtitis curæ commendat. Huic poſt vnius ſæculi curriculum, adduntur ſuffraganei, qui per præcipuas Pedemontij vrbes diſtribuuntur Antiſtites, Taurinum ſcilicet, Vercellas, Aſtam, & Albam.* II.

Barnabas cõſtituta Mediolani Metropoli, ana ſpirituali Cathedra, Taurinum, & Pedemõtij Ciuitates perſonaliter viſitat.

Ann. Chriſti 58.

Idem in Monum. Seraph. Pingon. in Aug. Taurin. ad An. Chriſti 58.

Barnabas Chriſti Diſcipulus Mediolanum, & has Ciſalpinas regiones, ac proinde Taurinos, Occidentemque verſus peragrauit, atque ita eum primum Religionis Doctorem, & Epiſcopum naſti ſunt. Poſtmodum ab Apoſtolis Cyprum miſſus, illuc, (ſiue vt alij vocant) Salamina diem clauſit. Hæc Pingonius ſua in Auguſta Taurinorum citatis Nicephoro, Caliſto, & Carolo Sigon. Prior igitur prædicauit, catechizauit, & Sacramenta Pedemontanis miniſtrauit D. Barnabas Apoſtolus. III.

Barnabas primus Fid. in Catholicam Ciſalpinis prædicat.

CALCVLVS SECVNDVS

PRINCIPIS APOSTOLORVM

Primi Romani Pontificis, Diui PETRI Apoſtoli Apud Subalpinos Primarij Euangelici Operarij.

LIcet autem Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Auctores Barnabam Primarium Ligurum, & Ciſalpinorum Doctorem Euangelicum profitentes originalis illorum fidei primitatem ei adſcribant; haudquaquam tamen dignitatis prioritatem D. Petro Apoſtolorum Primati, Italicæque Eccleſiæ Primicerio denegare contendunt; cum quod præcurrendo Barnabas inchoauerat; ipſe ſubſequendo compleuerit, hoc eſt ad perfectiorem formam, & per ſe, & ſuos emiſſos Diſcipulos perduxerit, teſtante Baron. his notis: *Quod de Petro dicendum eſt, cuius præcipui muneris erat, in his præ cæteris inſudare, cum præſertim; non ſicut in Orientalis Orbis partes, ſcimus cæteros Apoſtolos miſſos eſſe in Occidentem, vno excepto Barnabâ, qui ad breue tempus Ligures docuit: vel Iacobo (ſi tamen conſentiendum ijs, qui tradunt eum tirò vediturum Hiſpaniam penetraſſe) Cæterorum autem neminem eſſe miſſum liquidò apparet. Petri igitur muneris erat; vt qui iam complures Orientis Prouincias prædicando Euangelium peragraſſet iam (quod reliquum eſſe videbatur) luſtraret Orbem occidentalem, & vſque Britannos (quod tradunt Metaphraſtes, & alij) Chriſti fidem annuncians penetraret. Meritò igitur manifeſtum fuiſſe, ait Innocentius Epiſt. 1. ad Decium ſcribens: Eccleſias in omni Italia, Gallia, Hiſpania, Africa, Sicilia, & Inſulis interiacentibus poſitas à nullo alio, quàm à Petro vel eius Diſci-* I.

Cardin. Baron. Annal. tom. 1. Anno Chriſti 58. num. 51. A Roma in Galliam tranſiturus Petrus, Vercellas, & Taurinũ, indeq; nonaliter vſque penetrat.

Ann. Chriſti 58.

pulis,

pulis, aut ſucceſſoribus inſtitutas eſſe. Huic Cardinalitij calami veridicę expreſſioni, Epiſcopalis D. Auguſtini Salut. accedit confirmatio dicentis: *Sed quoniam ea res Taurinenſes, ac Vercellenſes tangit, quas Princeps Apoſtolorum Petrus, dum Roma in Galliam tranſiens, Noualeſiam vſque penetrauit, conſpectu ſuo dignatus eſt.* (Epiſc. Salut. Illuſtr. Hiſt. cap. 10.)

II *Prima fundamenta Fidei, per Apoſtolorum Principem in Galliam illac proficiſcentem, Vercellis iacta fuerunt, quibus ſubinde Sabinianus Petro in Gallica prædicatione ſuffectus, Romanus, & Calimerius adeò firmum Religionis ædificium ſuperſtruxerunt, vt (Bonomio teſte in vita Sancti Euſebij) ibi ab Apoſtolicis vſque temporibus, inſtituta Chriſtiana Religio, licèt multis hoſtium machinis expugnata, Diuina eiuſdem auxilio conſeruata fuerit. Sunt qui affirmant, Petrum ibi Hebraicè, Romanum Latinè, Calimerium verò Græcè prædicaſſe, quod tria hæc eſſent celeberrima totius Orbis idiomata: Sabiniano ad Senonas proficiſcenti Petrus Vercellenſem Eccleſiam commendauit, quem Senonibus in Fide confirmatis, Vercellas regreſſum, primum huius Eccleſiæ Epiſcopum creatum eſſe nonnulli autumant. Primum huius vrbis Templum, quod inter vtramque Cathedralè ſitum erat D.D. Petro, & Barnabæ Sacrum fuit.* Hactenus Frat. Paulus Epiſcopus Albenſis. (D. Petrus Apoſt. prima fundamenta Fidei Vercellis firmat. Fr. Paulus Epiſc. Albẽſ. l. 2. Ser. pia monum. Petrus Vercellẽſem Eccleſiam Sabiniano Epiſc. commendat.)

III A ſupremo igitur Chriſto Rege, Eccleſiaſtici Regni Apoſtolicus Prorex ad Italicam Regiam miſſus Petrus, coapoſtolicos operarios plures emittere, & ipſe non deſtitit: quos enumerans D. Epiſcopus Albenſis ſequentia ſcribit: *Poſita Romæ Epiſcopali ſede, omne ſtudium ſuum D. Petrus conuertit, in prouidendis, & mittendis Paſtoribus vniuerſæ Eccleſiæ, Syrumque Titinam deſtinauit, in Gallias Clementem, Martialem, Flauium, Salianum, Sauinianum, Potentianum, Xyſtum, Syricium, Amantium, Serotinum, & alios, qui per hanc Galliam Ciſalpinam iter facientes, ſemina Euangelij diſſeminarunt. Vercellenſis Eccleſia teſtatur SS. Sauinianum, & Potentianum illac tranſeuntes plurimos virorum, ac mulierum, Chriſtianæ Fidei præceptis imbuiſſe, & conuertiſſe.* Hæc ille; qui ibidem num. 25. D. Petrum ad Ciſalpinos perueniſſe pariter, & per Seguſinam Vallem ad Noualeſianos fideles vſque confirmandos penetraſſe affirmat. (Epiſc. Albẽſ. lib. Hiſt. Occid. S. 1. num. 17. Petrus Coapoſtolicos Operarios plures in Italiã mittit; ipſe verò ad Noualeſianos cõfirmãdos penetrat.)

CALCVLVS TERTIVS.

COMMVNIS.

Apoſtolicorum Operariorum ELIAE, & MILETI.

I. Ann. Christi 58.

A *Fundatione vrbis Auguſtæ Taurinorum annis 1266. Romæ Imperante Nerone, Seguſiæ Interalpina in Ciuitate contigit Cottij nouiſſimi Alpium Regis interitus, & ſepultura. Eo autem communi Subalpinorum mœrore extincto. Nero Imperator Subalpinum Regnum in Romanæ Dominationis Prouinciam redegit, cui primum Burrum Conſanguineum ſuum in Præſidẽ præfecit. Inter Neronis familiares, & domeſticos, qui Chriſti Fidem ſuſceperant, nobiliſſima quædam Romana Matrona ipſius Neronis Agnata, Priſcilla nominè cõputabatur, quæ Cæſaris perſpecto conſilio de dehoneſtanda Chriſtianorum honeſta fama, vt infames ſuas in fideles Chriſti immanitates, quibus excreſcentem primitiuã Eccleſiam ſupprimere excogitabat, cohoneſtaret. Illa prouidè proficiſcentis Præſidis, & ſibi ſecundum carnem Agnati, & ſecundum ſpiritũ eiuſdem Chriſtianæ Fidei cultoris Burri capta opportunitate ad Subalpinos peruenit, copioſa fidelium occultè Chriſtum colentium, ſtipata comitatu, inter hos autem religioſos comites præcipuè eminebant Elias, & Miletus, bini Apoſtolici viri Petri Diſcipuli, qui à Paleſtina cum eo Romam fuerant progreſſi; vnde poſtmodum ſunt egreſſi, vt doctrina, & exemplis in Pedemontium proficiſcenti puſillo credentiam gregi præſiderent. Hi igitur tandem cum Priſcilla peruenientes in Seguſinæ Vallis ſummitate incolatus ſui ſtationẽ elegerunt. Vbi Chriſtianæ pietatis operibus iugiter incumbentes, ab Apoſtolo Petro inuiſuntur, & confirmantur: eos enim Apoſtolici gregis Princeps benedixit, exorientiſque Eccleſiæ curam commendauit; in confeſſione Fidei conſtantiam demandauit: tandemque Oratorium in Saluatoris Chriſti honorem, inibi conſecrauit; ſeque eorum precationibus commendato Romam aduerſus Simonem Magum pugnaturus regreditur.* Hæc omnia ſuperſcripta refert D. Epiſc. Albenſ. (Subalpinum Regnum in Prouinciã à Nerone redigitur. D. Epiſcopus Albenſ. Hiſt. Occid. S. V. num. 24. Apoſtolici Viri Elias, & Miletus, Petri Diſcipuli, Roma Seguſiam cũ Priſcilla Matrona Chriſtiana proficiſcuntur, ſummitatemq; montium incolẽtes, & Chriſtianã Fidem prædicantes, ibi à Petro Apoſtolo inuiſuntur.)

CALCVLVS QVARTVS.

COMMVNIS

S.S. SAVINIANI, POTENTIANI, & ALTINI Apoſtolicorum Diſcipulorum, apud Subalpinos operariorum.

I. Ann. Christi 58.

V *Ercellenſis Ciuitatis pietas ſpecialiter in hoc enituit; quòd vna legitur ex prioribus Italiæ Vrbibus, quæ Fidem Euangelicam receperunt, ad prædicationem Barnabæ Apoſtoli, & Sanctorum Martyrum Chriſti Diſcipulorum Sauiniani, Potentiani, & Altini, à quibus abſque vlla vacillatione Fidem acceptauit, propter quam etiam plures, è conciuibus ſanguinem pro-* (Chron. vulg. Fratr. Minor. p. 4. vol. 2. L. 9. c. 64.)

prium

Calculus Octauus.

Sancti Dalmatij Martyris Ciſalpini, ab annis Chriſti 200.

Calculus Nonus.

Communis

Sanctorum Baſſi, & Pontij Cemelienſium, ideſt, Nicienſium Epiſcoporum, & Martyrum, ab annis Chriſti 262.

Calculus Decimus.

Communis

Sanctorum Martyrum Thebæorum Mauritij, & Sociorum, ab annis Chriſti 297.

Calculus Vndecimus.

Sancti Victoris, Primi Taurinenſis Epiſcopi, ab annis Chriſti 310.

Calculus Duodecimus.

Sancti Euſebij, Prioris Vercellenſis Epiſcopi, & Martyris, ab annis 340. ad annos 371.

Appendix.

Concilij Taurinenſis, ſub Syricio Pontifice Maximo, anno Chriſti 395.

Calculus Tertiuſdecimus.

Sancti Maximi Taurinenſis Epiſcopi, Eccleſiæ Doctoris, ab annis 420. ad annos 465.

Calculus Quartuſdecimus.

Sanctorum Monachorum, & Epiſcoporum, Honorati, Valeriani, Eugenij, ab annis 426. ad annos 495.

Calculus Quintuſdecimus.

Sancti Mauri Abbatis, ab annis 530.

Calculus Sextuſdecimus.

Diui Columbani Abbatis, ab annis Chriſti 560.

Calculus Decimus ſeptimus.

Celeberrimi Cyriaci Abbatis, ab annis Chriſti 590.

Calculus Decimus octauus.

Communis

Sancti Benedicti Epiſcopi Albenſis, & Bertulphi, ac Attale Abbatum, per integram Centuriam.

Calculus Decimus nonus.

Sancti Grati Epiſcopi Auguſtenſis, ab annis 770.

Calculus Vigeſimus.

Sancti Syagrij Nicienſis Epiſcopi, Ab Annis 777. ad Annos 787.

Calculus Vigeſimus primus

Communis

Ionæ Aurelianenſis Epiſcopi, Oldradi, Noualicenſis, & Theodomiri Abbatum, Per totam nonam annorum Centuriam.

Calculus Vigeſimus ſecundus

Communis

Guilielmi Taurinenſis, & Audacis Aſtenſis Epiſcoporum, Ab Annis 901. ad Annos 938.

Calculus Vigeſimus tertius

Communis

Ioannis Rauennenſis Archiepiſcopi, Picheriani Monaci, & Gezonis Noualicenſis Abbatis, Ab Annis 966. ad finem vſque Primi Millenarij.

Calculus Vigeſimus quartus

Guilielmi Diuionenſis Abbatis, Ab Annis 1003.

Calculus Vigeſimus quintus

Communis

Gezonis, & Landulphi Taurinenſium Epiſcoporum, & Ioannis quondam Rauennatis Archiepiſcopi, Ab Annis 1007.

Calculus Vigeſimus ſextus

Communis

Geminorum Romanorum Pontificum, Leonis Noni, & Vrbani Secundi ad Subalpinos accedentium, Ab Annis 1050.

Calculus Vigeſimus ſeptimus

Communis

Sancti Petri Damiani Cardinalis, & Oſtienſis Epiſcopi, ac Anſelmi Epiſcopi Lucenſis, Ab Annis 1059.

Calculus Vigeſimus octauus

Paſchalis Secundi Summi Pontificis, ad Synodum in Gallia Ciſalpina accedentis, Ab Annis 1106.

Calculus Vigeſimus nonus

Sancti Bernardi Abbatis Claræuallenſis, Ab Annis 1122.

Appendix

Vrbani Tertij Pontificis Maximi

Calculus Trigeſimus

Gualla Bichetij Cardinalis, Ab Annis 1205.

Calculus Trigeſimus primus

Communis

Sanctorum Patriarcharum Dominici, & Franciſci, Ab Annis 1214.

Appendix.

Sancti Antonij Vlyſſiponen. Apoſtolici Cōcionatoris, Ab Annis Chriſti 1225.

Calculus Trigeſimus ſecundus

Communis

Quatuor Ordinum Mendicantium; Ab Annis 1255. ad Annos 1300.

Calculus Trigeſimus tertius

Sacri, & Predicatorum, & Minorum Ordinis Inquiſitorum, Per quartumdecimum Centenarium.

Calculus Trigeſimus quartus

Communis

Beati Ioannis Cardinalis Taurinenſis, & Rainerij Vercellenſis Epiſcoporum, Ab Annis 1304. ad Annos 1400.

Calculus Trigeſimus quintus

Communis

Summorum Pontificum Benedicti, Martini, & Sixti, Ab Annis 1405.

Calculus Trigeſimus ſextus

Communis

Beati Henrici Aquenſis, Alberti Aſtenſis, Perciualij Monſregalenſis, Ludouici, & Ioannis Taurinenſium, Ab Annis 1402. ad Annos 1478.

Calculus Trigeſimus ſeptimus

Communis

Sanctorum Bernardini Senenſis, Vincentij Ferrerij, BB. Angeli à Clauaſio, Demoſthenis Vercellenſis, Apoſtolicorum Nunciorum; aliquorum præterea Inquiſitorum, ſiuè Concionatorum, Ab Ann. 1460. ad Ann. 1497.

Calculus Trigeſimus octa. Inſignior

Summorum Pontificum Iulij II. Pauli III. & Pij V. Ab Annis 1503.

Calculus Trigeſimus nonus

Communis

Sanctæ Rom. Eccl. Cardinalium, Vincentij Laurei, Innocentij Cibò, Ab Annis 1547.

Calculus Quadrageſimus

Epiſcoporum, & Inquiſitorum aduerſus hæreticam prauitatem; in Subalpinis vigilantium, Ab Annis 1525.

Calculus Quadrageſimus primus

Celebrium Concionatorum, & Scriptorum aduerſus hereticam emergentem, apud Subalpinos prauitatem laborantium, Ab Annis 1525.

Calculus Quadrageſimus ſecundns

Eruditiſſimorum Patrum Societatis Ieſu, Ab Annis 1561.

Calculus Quadrageſimus tertius

Fratrum Minorum Capuccinorum, ad Pedemontanas Plagas, Valleſq; à hæreſi laborantes, Emiſſorum, Ab Annis 1530.

RATIONARII

RATIONARII CHRONOGRAPHICI Alterius Partis Præparatus,

IDEST

RATIOCINIVM PROEMIALE

ECCLESIÆ CATHOLICÆ REGNVM, IN ITALIA, Subalpinaq; præcipuè à Noemitico Cataclyſmo, cuius Miſſione fundatum, quibus iterum per ſęcula tum erroribus oppugnatum, tum multiplicatis Emiſsionibus propugnatum, ad præſentia vſq; tempora noſtra fuerit, per Centurias, & Calculos ratiocinatur.

CHOROGRAPHICAM SVBALPINAE Italiæ compendioſam notitiam exhibet Præambulus.

Num. I.

Anno Mūdi 1856. Diluuij 2000. Noe 800. Ante Christum 2109.

Italia Eccleſiaſtici Regni eligitur Regia.

INTER vniuerſas Vniuerſi regiones, ac Dominationes numeris pluribus potiorem, inſigniorem q; computandam eſſe Heſperiam, vulgò Italiam, vnica quidem, verùm demonſtratiua hac ratione recolligo: Quod Rex Regum, & Dominantium Dominus, Supremus Dynaſtarum Dominator Regnorum omnium Protoregni, nempè Eccleſiaſtici proprij Regni ſpectabilem illam in Regiam, ab ęterno preelectam, perpetuam futuram, in perpetuumque ſtaturam ſedem fore decreuerit. Electiſſima igitur Europea hęc Prouinciarum Princeps Mediterranei Maris tergemini à circumuallatur finibus: Liguſtico à Meridie, ab Aquilone Adriatico, Freto ſiculo ab Oriente, ab Occidente autem prominentioribus, & rupibus, & Alpibus, ab infero ad ſuperum Mare communitur. Ab Occaſu ergo in Ortum per decies centenos, & viginti millia paſſus (teſte Solino) in longioris cruris figuram diſtenta celeberrima noſtra Saturnia, ſexdecim, ſuo ab Alpibus diſcreto ampliori gremio, celebres Prouincias complectitur: Nempè Latium, Campaniam, Lucaniam, Calabriam, Apuliam, Samnium ſiue Aprutium, Picenum, Flaminiam, & Æmiliam ideſt Romandiolam, Vmbriam, Venetiam nunc Marcham Taruiſanam, Carniam ſiuè Forum Iulium, & Iſtriam, Hetruriam, Liguriam, ac Galliam Ciſalpinam. Huius, poſteriori numero ſignatæ præcipuam, atque principaliorem partem, à quadringentis annis Pedemontium vocitatam, non ad ignobiliores reijciendam, quinimmò inter inſigniores Auſonię regiones enumerandam deduco ex eò, quod ad Orientem Mediolanenſem Ducatum; ſimul & Montisferrati Marchionatum: Ianuenſe Dominium, ſiuè Liguriam ad Auſtrum: Delphinatum ad Occidentem: ad Aquilonem Allobrogos, ſeù Valleſianos reſpiciens, ipſa feracioris ſoli in plano centro poſita, poſſit cuiuslibet generis, vel ſpeciei, & fruges, & fructus propria conſueta Conuallium, & Collium fœcunditate progignere. Fœni namque, & hordei, ſecalis, & riſi, frumenti, ac tritici, olei, vini, pomi, ac nucis, metallorum, lignorum, lini, ac lanæ haud mediocrem copiam parit. In complanis abundat aquarum irriguis; atque in paſcuis, ſiuè in montibus exuberat boum, & ouium, ſiue pecudum, ac iumentorum armentis, & gregibus. Cumque fauorabiliori Cœlo pariter, & benigno ſyderum aſpectu, ſeù influxu, nec non puriori aere perfruatur; habitatores ſuos benignos, fideles, rationabiles, dociles, affabiles, induſtrios, atque ad cuiuslibet vel artis executionem, vel facultatis, ſiuè eruditionis acquiſitionem, militariſque ſimul, & equeſtris profeſſionem idoneos, aptos, expeditoſque nutrit, & multiplicat, mediocremque ad ętatis plenitudinem, ſeù dierum longitudinem perducit.

Italia Epitomatica deſcriptio.

Italia Prouinciæ numero ſexdecim.

Gallia Ciſalpina ideſt, Pedemontij ſtatus, & opulentia.

Subalpinorum naturales conditio.

Politicam Subalpinæ Italiæ breuiorem notitiam exhibet Præambulus.

Num. II.

POliticam poſſeſſionem pariter, & Supremam Dominationem partialem huius noſtræ Subalpinæ, eos, qui integrale totius Italiæ Dominium per Secula tenuerunt Principes, ac poteſtates poſſediſſe per tempora, veriſimile creditur. Recenſentur autem à Chronologicis Vmbri, & Thuſci, Latini, Romanique Reges, Conſules, & Imperatores: quorum tamen Politicam Dominationem haud quaquam perpetuam, ac perennem, ſeù imperturbatam extitiſſe perlego. Allobrogos namq; ſiuè Burgundos, Cotiarumq; Alpium Reges, Longobardorumque Duces Subalpinæ Oenotriæ prædominatos fuiſſe, conteſtantur antiqua prædicatorum Regnorum hiſtorica monumenta. Hanc regionem primo incoluerunt Vmbri, & Hetruſci: Ligures deinde, & Galli: denique Longobardi, ex quorum gente nonnulli Duces aliquas illius regionis Ciuitates gubernarunt; quos tandem, debellato Deſiderio poſtremo illorum Rege, Carolus Magnus Franciæ Rex, & Imperator, in Comites, & Marchiones permutauit. Sicuti aſſerit Epiſcopus Salutiarum. Indiſtinctè autem ab eo prærecenſiti Comites, diſtinctè recenſentur, atq; diſcretè nominantur, Marchiones Montisferrati, Eporediæ, Ceuæ, Salutiarum, & Secuſiæ: qui omnes per diſtinctas portiones, & per diſcretas ætates; collabentis Romanorum Imperij indecrepitate, ideſt imbecillitate, Subalpinæ Italiæ Dominio, & poſſeſſione, armis, vel ſucceſſione potiti fuerunt, vſquequo circa terminum primæ, & initium ſecundæ Chiliadis à Chriſti nati Regis aduentu, ad Maurianenſes Sabaudos Comites, legitima hæreditaria ſucceſſione Secuſinos Primùm factos Marchiones, temporum poſtmodum, atque Dominationum ſucceſſiuâ viciſſitudine, & permutatione, Pedemontij Principes, & Sabaudiæ Duces ventum eſt. Huius namq; Illuſtrioris Proſapiæ, & Regalis Familiæ quondam Comites, & Catholica Religione, & bellica congenita fortitudine præclari Sabaudum Comitatum, in Allobrogum Ducatum; Pedemontanumque Principatum, iuſtis, & honeſtis titulis acquiſitum tranſtulerunt, atq; ad præſens vſq; (licet multorum inſidijs impetiti, pariter, & bellicis inuaſionibus exagitati) tenuerunt.

Sub cuius Imperio, & Dominatione fuerit hæc Subalpina Italia.

Epiſc. Salutiarum Hiſt. Chron. c. 3.

Hierarchicam Subalpinæ Italiæ epitomaticam notitiam exhibet Præambulus.

Num. III.

SVbalpinam hanc, reliqua cum ſaturnia tota, & ſæcularis, & Sacri Principatus à Noe (profana nuncupatione Saturno dicto) copulata ſumpſiſſe primordia, peruetuſti conteſtantur Auctores. Ieſus Syrac præclara ſequentia de Noemo teſtatur. *Noe inuentus eſt perfectus, iuſtus, ideò dimiſſum eſt reliquum terræ, cum factum eſt diluuium, teſtamenta ſæculi poſita ſunt apud illum, ne deleri poſſit diluuio omnis caro.* Nec verò carnis modo ſeminales rationes per iuſtum à Domino reſeruatas autumandum cenſeo; quinimmo eoq; magis Religionis ſemina, apud perfectum aſſeruata, puto: iuxta religioſum placitum D. Ambroſij ſic dicentis. *Noe ad ſemen futurorum eſt reſeruatus, vt ex eo Iuſtitiæ ſemina in hominibus pullularent.* Rurſus lib. de Noe. *Deus Noe ad renouandum ſemen hominum reſeruauit, vt eſſet Iuſtitiæ ſeminarium.* Qua nam verò à Cataclyſmi naufragio reſeruatus Iuſtus, fideli obſequentia, obedientique ſollicitudine, à Domino ſibi munus concreditum, executus fuerit; apud Annianum narrat Beroſius ſequentibus verbis: *Finito Diluuio cum Arca in Gordico monte Armeniæ conſediſſet; deſcendiſſe Noe in loca plana, & breui mirabiliter multiplicata progenie, adeò completa eſſe hominibus ea loca; vt neceſſe fuerit, multos inde recedere, ſed Noe diù ibi manſit, & Armenos (ſic eos nunc appellamus, nam id nomen poſtea eis inditum eſt) primum docuit agri culturam, tum ſacros ritus, & cæremonias colendi Deum, multa item naturalium rerum ſecreta mandauit litteris. Adhortabatur homines Familiarum Principes; vt nouas ſedes quærerent conderentque Ciuitates, deſignauitque tres Orbis partes Aſiam, Africam, & Europam; ſingulis Principibus Familiarum partes, ad quas irent, diſtribuit, ſe per totum Orbem Colonias traducturum pollicetur, tandem petijt* [illegible]*, quam nunc Italiam nominant, ibiq; regnauit, multaq; docuit Italos, quæ ad Theologiam, Phyſiologiam, Politiam, arteſque vitæ degendæ neceſſaria pertinent, earum rerum referti ſſimos libros reliquit ſcriptos, deniq; in illis locis mortalitatem exuit.* Rurſus ipſe Beroſius, vel Annianus in Beroſij Commentarijs, referente Philone addit: *Aſſumptis Colonijs deuectum eſſe in Italiam, & per Tyberim vectum, tenuiſſe ad tenuum latus Hetruriam, primaſq; in Vaticanum, ſeù Ianiculum expoſuiſſe Colonias.* Ex quibus rationabiliter præpoſitis, probabiliterq; præſuppoſitis, admirabilem Supremi Monarchæ accuratam, occulatamq; prouidentiam conſpectari licet, pariter & admirari libet, vel potius conuenit: Qui Eccleſiaſtico ſuo, perpetuis futuris ſæculis, ſtaturo

Eccleſ. c. 44.

D. Ambroſ. in Pſalm. 39. & l. de Noe. c. 1.

Noe à Deo reſeruatus vt [illegible] diuino Iuſtitiam ſeminaret.

Beroſius apud Annianū lib. 3. Antiquitatum.

Noe Italiam perueniens, Colonias poſuit, Italos docuit.

Regno

Regno perenniter duraturam nobiliſſimam Regiam, Italicis hiſce in oris con-ſtruere deſignans, primarium ad lapidem pro fundamento ponendum, non Patriarcharum, Prophetarum, vel Sacerdotum quemlibet, ſed Noemum, iuxta Nazianzeni Elogium, ſecundi Mundi Parentem; ſecundum vero veritatis Ora-culum, Iuſtum, ipſiuſque Iuſtitiæ præconem; Prophetam octauum tempore Naturæ, Quartum Magnum Sacerdotem in Heſperiam miſit, Italicæque Eccleſiæ Protomagiſtrum, Orthodoxæque Religionis profeſſorem ſimul; & promulgato-rem, ac Doctorem, Archihierarcam denique Illiceùm conſtituit: vbi & Templa exædificauit, Aras erexit, Inſtituit Sacra, Ritus pios, Religioſaſque Cæremonias deſcripſit, Sacerdotes ordinauit, Sacrificia, ac celebritates con-ſtituit, tandèmque Antonis legitima Iura præſcripſit; ſicque Deo debitum ab hominibus pietatis, ſiuè latriæ cultum prærordinauit, ſacrauit, atque iureiu-rando adhibito, firmauit; vt vbi ſupra firmam petram firmatam, ex duobus, nempè Iudæo, & Gentili populis initiandi, & congregandi fœlicioris Eccle-ſiaſtici Regni; Petro primo nouæ Eccleſiæ Pontifici Maximo ſtabilem ſedem Deus erat poſiturus, & confirmaturus; ibi ſupra Iuſti, & Iuſtitiæ præconis Noe Fidem, ac Religionem gemini Mundi, nempè antiqui aquarum alluuione ab-ſorpti Archipræſulis Quarti (nempè nouiſſimi) noui autem à Diluuio exorti, prioris antiquæ congregatæ Eccleſiæ Summi Pontificis Noemi præcurſoria Pa-rœceue, ſeu præparatoria præcurſione, Pontificiam Cathedram præmitteret in Europeam Heſperiam, nempe Italiam. Cuius ſecularis Regni inter ſexdecim enumeratas Prouincias, noſtræ huius Subalpinæ, ſeù Ciſalpinæ Galliæ, idest, Pedemontanæ Regionis, Religionis quoque legitimæ primordia à communi ex-ordio Noemitico, nempè Pontificali regimine excepta, & fideliter ſuſcepta con-numerare conuenit. Adnumerando conſequenter, quod ſub Noe (iuxta Chro-nologicorum Catholicorum ſupputationem) Quarto Vniuerſalis Eccleſiæ Hie-rarcha, hoc eſt Supremo ſuperſtite Pontifice, per centum, & quinquaginta ſequentes annos, naturalis illius totius vitæ reſiduum, vero Deo religioſum cultum exhibere perſeuerauerunt Subalpini. Eo autem & Prælatione, & mor-tali vita in Italia functo, & defuncto, ſub Iapheti quidem filij; Iaphetorumq; nepotum peculiari Italico; ſub Semi verò Quinti Summi Sacerdotis Eccleſia-ſtico Vniuerſali Principatu, auitam Religionem fideliter coluerunt, quamdiù Sem, hoc eſt Melchiſedech Sacerdos Dei Summus, centum quinquaginta duo-rum annorum ſpatio, Catholicæ Hierarchiæ conſtanter clauum tenuit: Quo decedente, illique in Pontificali Cathedra ſuccedente Iſaac Patriarcha, ad

Anno 2158. creationis annos 2158. circiter tertiam Mundi ætatem, præualente per Vniuer-ſum Idololatria, Idolatræ Sacerdotes, Augures, & Pontifices Thuſcorum, atque Ægyptiorum; Flaminesque Romanorum, Italis Deorum cultum profiten-tibus præfuerunt à Tertia ad Sextam vſque Mundi ætatem: Quando Archihie-rarcha Christus per prædeſtinatum, & deſtinatum, imo in Paſtorum apicem ordinatum pariter, & eleuatum Petrum Apoſtolum profana expulſa, Sacram Diuinorum culturam Italis reſtituendam mandauit; atque per Vniuerſalis Ec-cleſiæ Principes, Petri legitimos ſucceſſores ducentum & quadraginta vnum Ro-manos Pontifices; ad Alexandrum vſque Septimum fœliciter regnantem inclu-ſiuè, & Orthodoxæ Fidei Oracula, & Catholicæ Religionis Canones, & Ec-cleſiaſtica Iura, tum Subalpinis, tum Italis cunctis, imo vniuerſis fidelibus po-pulis adminiſtranda, perpetuiſque ſeculis indicenda decreuit. Cuius ad hanc vſque diem immutabile propoſitum, ſimul & irreuocabile Decretum ſtat incon-cuſſum, iugiter perſeuerans. Perſeuerantes iterum Pedemontani fideles, non Supremi duntaxat, ſed & Subordinatorum Præſulum Taurinenſis, Vercellenſis, Nicienſis, Aſtenſis, Albenſis, Eporedienſis, Salutienſis, Montregalenſis, Foſ-ſanenſis denique Epiſcoporum Spirituali directione, ad vſque præſentia tempora, Sacroque Principatui obtemperare perenniter perdurant.

Noe ſecundi Mundi parens, Iuſtitiæ præconem Sacerdotem in Italia, pro-mulgatorem Orthodoxæ reli-gionis mittit; eò quod Sum. Pontif. etiam Ca-thedram fun-dare vellet.

Defuncto in Italia Noe, ſub Pontificatu Iapheti filij, eadem ſemel Pede-montana Regio [illegible] Religionem fideliter coluit.

Sub Pontif. Sacer. Iſaac Pa-triarchæ præ-ualente Idololatria, Subal-pinique de-prauati ſunt, anno Mundi 2158.

à tertia vſque ad Sextam Mun-di ætatem, præ-ualuit Idolo-latria in Ita-lia, vſque quò adueniente Pe-tro Apoſtolo Di-uinus cultus reſtituitur.

Originem erroris, nempè Idololatriæ in Italia Subalpina præſertim, exhibet Præambulus.

Num, IV.

NVmquam parui, ſed ſemper maximi, ſicut in fine; ita & in principio, erroris Idololatriæ primæue in Orbe originis tempora, à Creatione iam iam clapſa Chiliade ſecunda, tertia vix exoriente Mundi ætate, com-putant Chronographici, gemino ab Originali principio eam proceſſiſſe calcu-lantes. Apud Babylonios quidem à Nino de poſteris Noe, ſecundi eius filij, Cham pronepote: Apud Chaldeos vero, vel Hebræos à Thare parente, vel ab

Iſmaele

Gen. cap. 10.
Interlinear.
Lyranus.

Alexand. ab Alex Genial. dierum lib. 3 cap. 18.

A quibus perſonis Idololatria originem traxerit, nempè à Semitis primò.

Geneſ. cap. 10. Genebrard. in Chronograph.

Idololatria à Chamitis ſecundò.

Epiſcop. Albẽ. Paul. Brit. l. 2. Pedem.

Taurini prophanum Templũ Idolo conſtruitur à filio Oſyridis, tempore verò Conſtantini Imperatoris ſacratũ fuit, & dicatum Martyribus Thebæis.

Gulielm. Baldeſ. lib. 2. Hiſtor. Thebæorum.

Tertia via quâ Subalpini infidelitatẽ ebiberint aſſeritur.

Tempus acceptatæ Idololatriæ in Subalpinis.

Iſmaele filio Abrahæ, de ſtirpe Sem prioris Noe filij. Semitas igitur, & Chamitas in Vniuerſum Idololatriæ auctores Italis, Subalpiniſque ſignanter Idolorum culturam inuexiſſe, ex ſcripturarum Oraculis manifeſtè deduco: Et primò ex illis Geneſis verbis. *Filij Sem, Elam, & Aſſur, & Arphaxad, & Lud, & Haram, Hus, & Hul, & Gether, & Meſ.* Vbi Gloſ. Interl. explicat; *Lud à quo Lydij, Mes à quo Mæſli, quos ſeptuaginta Moſuch vocant, ideſt Meones.* Confirmat ibi Lyranus dicens: *Mes à quo Meones.* Alexander ab Alexandris inſignis Iuriſperitus de primis apud Italos Deorum cultoribus, ſequentia profert: *Thuſcorum Gens, olim præpotens armis, totam Italiæ longitudinem ab Alpibus ad fretum Siculum, pulſis Vmbris, tenuere, quantumque à Tyberi ad Macram tractus eſt, fines propagarunt. Trans Apenninum verò ab Adria eorum Colonia; Adriaticum Mare dixerunt. In Hetruria, & Adria citra, & trans Alpes duodecim Ciuitatibus conſtructis, & totidem Colonijs adductis, duodecim Magiſtratis Lucumones adnuncupatos erexerunt, & in Principatus plures diſtributi, vnicum tamen ſibi Regem conſtituerunt: Eos etiam Thuſcos à cultu Deorum, & ritu ſagrifico (cuius cultores Thyoſcos Græci vocant) dictos, plerique autumant. Illorum origo à Lydijs fluxiſſe dicitur ex Meonia, Lydi autem ſunt qui quondam Meones dicti.* Hæc Alexander; qui primos Deorum adoratores Thuſcos in Italia aſſerit, hoſque à Lydijs, ſiue Meonibus prognatos affirmat: Lydios autem, & Meones Semi, primogeniti Noemi, poſteros, & deſcendentes Sacri citati Expoſitores confirmant. Nec ſolos Semitas, ſed & Chamitas quoque Italos, præcipuèque Subalpinos, Simulacrorum culturam edocuiſſe, ſecundò comprobo ex alijs eiuſdem Geneſ. cap. verbis: *Filij autem Cham, Chus, & Meſraim.* De hoc tertio diſſerens Genebrard. Tertia Mundi ætate, ait: *In Aegyptiorum Regno primum regnauit Sorus Oſyris, Meſraim autem, qui à Poetis Oſyris, Regnum illud condidiſſe videtur. Hic ex[?] & Idololatria à poſteris Cham Meſraim Aegyptia gentis auctor, Oſyris Italia decem annis potitur.* Hactenus Genebrardus Epiſcopus, cuius deſcriptis verbis conſonant relata ab alio Epiſcopo, nempe Albenſi, Fr. Paulo Britio: *Horum Apollinem Meſraimi Oſyridis nuncupati, & Iſidis vxoris illius natum à patre, partas regiones perluſtrando, exque Italia Gallias petendo in Alpibus Grais, aut Penninis, & Idolo Phanum poſuiſſe, & Idoli, vel Oſyridis Patris, vel Iſidis Matris, profanum cultum Alpinis incolis propoſuiſſe, Regalique [illegible] auctor [illegible]; & commendaſſe, & præcepiſſe Apis, ideſt Tauri Aegyptiani cultum, [illegible], & Taurini populi fuere nuncupati.* Prædicta comprobant Gulielm. Baldeſ. hæc dicta: *Quondam ab Aegyptia gente Iſidi vxoris Oſyridis Taurini conſtructum Templum, Conſtantiniano ſeculo à Taurinenſibus Ciuibus, ac Præſulibus in primicerium Pedemontij Eccleſiam, conſecratum eſt; ad honorem Sanctorum Martyrum Thebæorum*, nempè Ægyptiorum (ego addo,) vt à quibus ſacrilega, ab eiſdem legitima Fides, ac Religio progrederetur Chamitis; ideſt Ægyptianis alienigenis. Duabus aſſertis, tertiam haud improbabilem viam, quâ ab Africanis Ægyptijs ad Subalpinos Italos profecta fuerit Gentium infidelitas, ſuperaddere poſſumus: ex eo namque quòd Inſubres, & Ligures mercimoniæ cauſa, Ægyptiaca Emporia, Alexandriamque præcipuè enauigantes petebant; Ægyptios Gentilicios ritus, carnali ſenſuum illecebræ conuenientes, inibi conuerſantes didiciſſe, ad patrioſque lares regredientes; extraneos ignotos Deos, Deorumque ſacrilegum cultum reportaſſe, haud irrationabile fuerit coniectari. Probabiliter ergo coniecturando, ex & ſacris, & profanis teſtimonijs adductis, deducimus Italos populos, Subalpinoſque ſignanter circiter Annos Mundi 2188. Diluuij 532. Abrahæ 151. ante Chriſtum 1864. à Semitis Thuſcis, & à Chamitis Ægyptijs perdoctos plures Deos, Apimque Ægyptium præſertim, colere occepiſſe, & Idololatriæ impietatis errorem, atque infidelitatem acceptaſſe.

Anno Mũdi 2188. Diluuij 532. Abrahæ 151. Ante Chriſtum 1864.

Originem Apoſtolatus Euangelici, ideſt Apoſtolicæ Miſſionis ad Subalpinos exhibet Præambulus.

Num. V.

Anni Mũdi 4097. Chriſti 45.

PRæualente ergo, atque per antiqua multiplicata ſæcula inualeſcente infandorum Idolorum cultura, & Naturæ, & temporibus legis, à tertia ad decrepitam, nempè ſextam vſque propriam ætatem, ſuæque durationis periodum, ac vltimam differentiam computruit inueteratus Mundus in ſtercore infidelitatis: donec cum Euangelica Lege, à Diuino Patre, Incarnatus Deus Filius in Mundumque miſſus miſit, & ipſe trigeſimo primo ſuæ Natiuitatis Anno electos Apoſtolos, ad Euangelizandum Mundo nouæ Religionis, Religioſique Eccleſiaſtici Regni Iura, Canones, & Sanctiones. Euangelicæ autem Eccleſiæ ab initio, & ante ſæcula prædeſtinati in Europa Principatus ad Principem Regiam in nobiliſſima Italia erigendam, atque conſtituendam; Apoſtolici Senatus Hierarcham Petrum deſtinauit Apoſtolum, cui Coapoſtolum, & Collegam Paulum copulauit, quibus ex ſeptuaginta Diſcipulorum conſeſſu Condiſcipulos quoſdam aſſociauit,

qui

qui poſt Chriſti Saluatoris, & Legiſlatoris Paſſionem, Reſurrectionem, & Aſcenſionem ad Heſpericas plagas, temporibus Claudij Imperatoris appellentes, Romanæ Eccleſiæ Eccleſiarum Primiceriæ primaria fundamenta iecerunt, Petruſque præcipuè Hierarchici regiminis à Domino conſtitutus Princeps, de quo Eminentiſſimus non minus Annaliſtà; quàm Cardinalis Baronius hæc habet: *Anno (qui ſecundum à nobis initam rationem) numeratur à Chriſto nato Quadrageſimus quintus, Claudio Auguſto, Et Lucio Vitellio Coſſ: durante tamen adhuc anno ſecundo eiuſdem Claudij Imperij XV. Kal. Febr. à Petro Apoſtolorum Principe Romana Eccleſia inſtituitur; ac in ea Sedes Pontificia erigitur:* A Deo igitur de Iudea in Italiam, cum Coapoſtolicis Operarijs emiſſus Apoſtolici Operis Primicerius Petrus in Principe Prouinciarum Roma vniuerſalis Eccleſiæ Primatem Sedem erexit: à qua erecta miſſorum in poſterum, ad Euangelium Vniuerſo prædicandum, Apoſtolica Caſtra, Caſtrorumque Eccleſiaſticorum acies ordinatæ progredientes Idololatriæ violentiam, tyrannidem, tyrannicamque profanationem de orbis omnibus, præſertimque Italicis, ac Subalpinis Prouincijs propulſare cœperunt.

Annal. Eccleſ. tom. 1. ad Ann. Chr. 45. num. 1.

Tempus Romanæ Eccleſiæ, inſtitutæ à Petro Apoſtolo, & erectæ Cathedræ Pontificiæ.

PROEMIALIS SVPPVTATIO.

Anni Mũdi 1656. Diluuij 200. Noe 800. Ante Chriſtum 2209.

INcœpit igitur à Deo Miſſio prima Noemi, Saturni à profanis nuncupati, ad Saturniam communiter Italiam vocitatam, & Religioſis Iaphericis incolendam, & orthodoxa Religione, ab eo adductis ex Armenia incolis, excolendam anno ab Orbe condito 1656 à Diluuio 200 ab illius natiuitate 800 ante Chriſtum 2209 Tuncque Eccleſiaſtici Regni in Italica Regiã Noe firmauit primordia: quæ à Iapheti poſteris veri Dei cultoribus per trecentos triginta duos circiter annos fideliter exculta pariter, & confirmata fuerunt.

Prima Miſſio Italiæ à Deo per Noemũ, deinde à Noe per Iaphetici, verũ Dei cultum diſſeminantes.

Anno Mũdi 2188. Diluuij 532. Abrahæ 151. Ante Chriſtum 1864.

Infirmata autem poſtea extiterunt per Immiſſiones, ſiue Antimiſſiones Angelorũ malorum Semitarum ſcilicet, & Chamitarum, ideſt Sem; & Cham ſucceſſores, qui ſub nuncupationibus Meonum, & Lydorum; hoc eſt Thuſcorum ſimul, & Meſraitarum ſiue Ægyptiorum Auſonium inuadentes, & Italas Prouincias vſurpantes Italiç, Subalpinæque præſertim Aborigines nouorum Deorum adorationem docuerunt, & profanationis Antiregnum in Oenotriam induxerunt, annis à conditione Orbis 2188. à Cataclyſmo 532 ab Ortu Abrahæ 151. pariter, & 1864 ante Chriſti exortum.

Per Antimiſſiones Semitarum, & Chamitarũ, nouos Deos adorãdos Itali acceperũt.

Anno Mũdi 4098. Chriſti 51. Petri Põtif. 14.

Qui ſuo in terras opportuno aduentu, ad Mundi annos iuxta Salianum 4052. vt iam per mille octingentos ſexaginta quatuor annos, in Templo ſtantem Idololatriæ abominationem legitimæ latriæ deſolationem euerteret; & ab initio fundatum Eccleſiaſticum Regnum reſtitueret; Apoſtolorum pariter; & Diſcipulorum ad vniuerſum Miſſiones trigeſimo primo ſuæ ætatis anno inſtituit. Petrumque pariter, & Paulum Apoſtolici agminis Primicerios ad Italicam in Heſperia Eccleſiaſticam Regiam ſuſcitandam, & firmius conſtabiliendam emiſit: Barnabam autem coapoſtolicum ſtrenuum operarium, pluresque ex horum alumnis validos, quinimmò ipſum Petrum Agonothetam Primarium, ad Subalpinam gentem ab infidelitatis erroribus eruendam per ſæcula miſit; ab annis creati Mundi iuxta Salianos numeros 4098. Incarnationis Verbi 51. Pontificatus Petri 14. ſecundum Chronographiam Cardinalis Baronij, cuius Annalicam ſupputationem præcipuè inſequendo ad Europeos occiduos; ſiue occidentales Italos Ciſalpinos Gallos, bonas, ac malas per tempora miſſiones; non iam per Priſcas Chiliades, ſed per Chriſtiferas annorum Centurias calculare aggredior.

Aduentus Chriſti iuxta Salian. Anno Mundi 4052.

A Petro, & Paulo Apoſt. miſſi ſunt viri Apoſtolici per totã Italiam, ad eã ſtituẽdam. Orthodoxã fidẽ; poſt eorũ bo¹rũ, & Barnabas Apoſtolus, & ipſemet Petrus ad Subalpinos deſcendunt.

CALCVLVS PRIMVS

SANCTI BARNABÆ APOSTOLI

Ad Subalpinos Præcurſoris, & Prioris Operarij.

IPSIS in ſextæ Mundi ætatis initijs, vniuerſam per Heſpericam regionem, à vera falſa cœpit oppugnari Religio, totamque per Galliam Ciſalpinam Euangelij veritas Gentiliſmi vanitatem expugnare incœpit præcurrente, & dirigente, ſiue primò ductante Barnaba Apoſtolo, de cuius ad Inſubres acceſſu ſcribit Baronius: *Cæterùm per hæc tempora, cùm Barnabas vnà cum Marco Cyprum Profectus eſſet, viſitatis, confirmatiſque illis, quæ ibi erant, Eccleſijs, in Italiam nauigaſſe non negarim, Romam verò conceſſiſſe, illicque prædicaſſe Euangelium; Quamdiù Claudius vixit, minimè conceſſum fuiſſe videtur: prohibente illo Iudæos Romæ agere. Verùm ipſum in Italiam veniſſe, & in Liguria Euangelium prædicaſſe, nobiliſſimamque Mediolanenſem Eccleſiam erexiſſe, ac longè latèque Chriſti fidem fœliciter propagaſſe firmæ traditiones, eiuſdemque Eccleſia monumenta complurium ſcriptorum teſtimonijs confirmata, fidem rectam, atque indubitatam faciunt.* I.

Annal. tō. 1. Anno Chriſti 51. num. 54. Barnabas Italiā peragrādo, Liguris Euangeliū prædicat.

Ann. Chriſti. 51. Petri Pont. 14.

Celebrato Hieroſolymis Concilio, & Spiritus Sancti iuſſu Paulo, & Barnaba in Gentium Apoſtolos ſegregatis, hic breui in Italiam peruenit, Mediolanumque cum duobus diſcipulis Anatolio, vel Anataleone Græco, & Caio Romano appulſus, in illa Ciuitate Euangelicam doctrinam fœliciter diſſeminauit: eamque ſicuti iam in temporalibus, ſic in ſpiritualibus, Occiduæ huius regionis Metropolim conſtituit; Viſitatiſque perſonaliter Populis Taurinis, Ciuitatibuſque Aſtæ, Albæ, Aquarum, Ebreduni, ac Cimellæ nunc Niciæ, atque Vercellarum fideles in fidei conſtantia confirmauit, conſecratoque in Mediolanenſis Eccleſia Epiſcopum D. Anataleone, Cyprum regreditur, ibique martyrio coronatur, ſic D. Epiſcopus Albenſ. ex varijs Auctoribus ab ipſo in margine citatis, qui rurſus ſuis in Monumentis Seraph. Relig. lib. 1. de Prouinciæ ſitu, & origine præmiſerat: *ſed appropinquante iam tempore, quo depulſis errorum tenebris, veritatis lumen exurgeret; ad diſſeminandam Chriſti fidem Barnabas ab Apoſtolis ad Alpinos delegatur, quos optimè inſtitutos, Cyprum nauigaturus Mediolanenſis Antiſtitis curæ commendat. Huic poſt vnius ſeculi curriculum, adduntur ſuffraganei, qui per præcipuas Pedemontij vrbes diſtribuuntur Antiſtites, Taurinum ſcilicet, Vercellas, Aſtam, & Albam.* II.

D. Epiſcopus Albenſ. Hiſtor. Eccleſię occid. ſeculo 1. num. 20.

Barnabas cōſtituta Mediolani Metropolitana ſpirituali Cathedra, Taurinum, & Pedemōtij Ciuitates perſonaliter viſitat.

Ann. Chriſti. 53.

Barnabas Chriſti Diſcipulus Mediolanum, & has ciſalpinas regiones, ac proinde Taurinum, Occidentemque verſus peragrauit, atque ita eum primum Religionis Doctorem, & Epiſcopum nacti ſunt. Poſtmodum ab Apoſtolis Cyprum miſſus, illuc (ſiue vt alij vocant) Salamina diem clauſit. Hæc Pingonius ſua in Auguſta Taurinorum citatis Nicephoro, Calixto, & Carolo Sigon. Prior igitur prædicauit, catechizauit, & Sacramenta Pedemontanis miniſtrauit D. Barnabas Apoſtolus. III.

Idem lib. 1. mon. Seraph. Pingon. in Aug. Taurin. ad An. Chriſti 58.

Barnabas primus Fidem Catholicam Ciſalpinis prædicat.

CALCVLVS SECVNDVS

PRINCIPIS APOSTOLORVM

Primi Romani Pontificis, Diui PETRI Apoſtoli Apud Subalpinos Primarij Euangelici Operarij.

LIcèt autem Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Auctores Barnabam Primarium Ligurum, & Ciſalpinorum Doctorem Euangelicum profitentes originalis illorum fidei primitatem ei adſcribant; haudquaquam tamen dignitatis prioritatem D. Petro Apoſtolorum Primati, Italicæque Eccleſiæ Primicerio denegare contendunt; cum quod præcurrendo Barnabas inchoauerat; ipſe ſubſequendo compleuerit, hoc eſt ad perfectiorem formam, & per ſe, & ſuos emiſſos Diſcipulos perduxerit: teſtante Baron. his notis: *Quid de Petro dicendum eſt, cuius præcipui muneris erat, in his præ cæteris inſudare? cùm præſertim; non ſicut in Orientalis Orbis partes, ſciamus cæteros Apoſtolos miſſos eſſe in Occidentem, vno excepto Barnaba, qui ad breue tempus Ligures docuit: vel Iacobo (ſi tamen conſenſerimus ijs, qui tradunt eum cito rediturum Hiſpaniam penetraſſe.) Cæterorum autem neminem eſſe miſſum liquido apparet. Petri igitur muneris erat; vt qui iam complures Orientis Prouincias prædicando Euangelium peragraſſet iam (quod reliquum eſſe videbatur) luſtraret Orbem occidentalem, & vſque Britannos (quod tradunt Metaphraſtes, & alij) Chriſti fidem annuncians penetraret. Meritò igitur manifeſtum fuiſſe, ait Innocentius Epiſt. 1. ad Decent. ſcribens: Eccleſias in omni Italia, Gallia, Hiſpania, Africa, Sicilia, ac inſulis interiacentibus poſitas à nullo alio, quàm à Petro vel eius Diſci-* I.

Cardin. Baron. Annal. tom. 1. Anno Chriſti 58. num. 51.

A Roma in Galliam trāſeūte Petro, Vercellas, & Taurinū, inde noualiciā vſque penetrat.

Ann. Chriſti. 58.

pulis,

pulis, aut ſucceſſoribus inſtitutas eſſe. Huic Cardinalicij calami veridicæ expreſſioni, Epiſcopalis D. Auguſtini Salut. accedit confirmatio dicentis: *Sed quoniam ea res Taurinenſes, ac Vercellenſes tangit, quos Princeps Apoſtolorum Petrus, dum Roma in Galliam tranſiens, Noualeſiam vſque penetrauit, conſpectu ſuo dignatus eſt.* Epiſc. Salut. Illuſtr. Hiſt. cap. 10.

II. *Prima fundamenta Fidei, per Apoſtolorum Principem in Galliam illac proficiſcentem, Vercellis iacta fuerunt, quibus ſubinde Sabinianus Petro in Gallica prædicatione ſuffectus, Romanus, & Calimerius adeò firmum Religionis ædificium ſuperſtruxerunt, vt (Bonomio teſte in vita Sancti Euſebij) ibi ab Apoſtolicis vſque temporibus, inſtituta Chriſtiana Religio, licèt multis hoſtium machinis expugnata, Diuino equidem auxilio conſeruata fuerit. Sunt qui affirmant, Petrum ibi Hebraicè, Romanum Latinè, Calimerium verò Græcè prædicaſſe, quod tria hæc eſſent celeberrima totius Orbis idiomata: Sabiniano ad Senonas proficiſcenti Petrus Vercellenſem Eccleſiam commendauit, quem Senonibus in Fide confirmatis, Vercellas regreſſum, primum huius Eccleſiæ Epiſcopum creatum eſſe nonnulli autumant. Primum huius vrbis Templum, quod inter vtramque Cathedralē ſitum erat D.D. Petro, & Barnabæ Sacrum fuit.* Hactenus Frat. Paulus Epiſcopus Albenſis. D. Petrus Apoſt. prima fundamenta Fidei Vercellis firmat. Fr. Paulus Epiſc. Albēſ. l. 2. Ser. pli monum. Petrus Vercellēſem Eccleſiam Sabiniano Epiſc. commendat.

III. A ſupremo igitur Chriſto Rege, Eccleſiaſtici Regni Apoſtolicus Prorex ad Italicam Regiam miſſus Petrus, coapoſtolicos operarios plures emittere, & ipſe non deſtitit: quos enumerans D. Epiſcopus Albenſis ſequentia ſcribit: *Poſita Romæ Epiſcopali ſede, omne ſtudium ſuum D. Petrus conuertit in prouidendis, & mittendis Paſtoribus vniuerſæ Eccleſiæ, Syrumque Ticinum deſtinauit, in Gallias Clementem, Martialem, Flauium, Iulianum, Sauinianum, Potentianum, Xyſtum, Syricium, Amantium, Serotinum, & alios, qui per hanc Galliam Ciſalpinam iter facientes, ſemina Euangelij diſſeminarunt. Vercellenſis Eccleſia teſtatur SS. Sauinianum, & Potentianum illac tranſeuntes plurimos virorum, ac mulierum, Chriſtianæ Fidei præceptis imbuiſſe, & conuertiſſe.* Hæc ille, qui ibidem num. 25. D. Petrum ad Ciſalpinos perueniſſe pariter, & per Seguſinam Vallem ad Noualeſianos fideles vſque confirmandos penetraſſe affirmat. Epiſc. Albēſ. lib. Hiſt. Occid. S. 1. num. 17. Petrus Coapoſtolicos Operarios plures in Italiā mittit; ipſe verò ad Noualeſianos cōfirmādos penetrat.

CALCVLVS TERTIVS.

C O M M V N I S.

Apoſtolicorum Operariorum ELIAE, & MILETI.

I.
Ann. Chriſti 58.

A Fundatione vrbis Auguſtæ Taurinorum annis 1266. Romæ Imperante Nerone, Seguſiæ Interalpina in Ciuitate contigit Cottij nouiſſimi Alpium Regis interitus, & ſepultura. Eo autem communi Subalpinorum mœrore extincto. Nero Imperator Subalpinum Regnum in Romanæ Dominationis Prouinciam redegit, cui primum Burrum Conſanguineum ſuum in Præſidē præfecit. Inter Neronis familiares, & domeſticos, qui Chriſti Fidem ſuſceperant, nobiliſſima quædam Romana Matrona ipſius Neronis Agnata, Priſcilla nomine cōputabatur, quæ Cæſaris perſpecta conſilio de dehoneſtanda Chriſtianorum honeſta fama, vt infames ſuas in fideles Chriſti immanitates, quibus excreſcentem primitiuā Eccleſiam ſupprimere excogitabat, cohoneſtaret. Illa prouidè proficiſcentis Præſidis, & ſibi ſecundum carnem Agnati, & ſecundum ſpiritū eiuſdem Chriſtianæ Fidei cultoris Burri capt[a]ta opportunitate ad Subalpinos peruenit, copioſo fidelium occultè Chriſtum colentium, ſtipata comitatu. Inter hos autem religioſos comites præcipuè eminebant Elias, & Miletus, boni Apoſtolici viri Petri Diſcipuli, qui à Paleſtina cum eo Romam fuerant progreſſi; vnde poſtmodum ſunt egreſſi, vt doctrina, & exemplis in Pedemontium proficiſcenti puſillæ credentium gregi præſiderent. Eo igitur tandem cum Priſcilla peruenientes in Seguſinæ Vallis ſummitate incolatas ſui ſtationē elegerunt. Vbi Chriſtianæ pietatis operibus iugiter incumbentes, ab Apoſtolo Petro ingiſuntur, & confirmantur; eos enim Apoſtolici gregis Princeps benedixit, exorientiſque Eccleſiæ curam commendauit; in confeſſione Fidei conſtantiam demandauit: tandemque Oratorium in Saluatoris Chriſti honorem, ibibi conſecrauit; ſeque eorum precationibus commendato Romam aduerſus Simonem Magum pugnaturus regreditur. Hæc omnia ſuperſcripta refert D. Epiſc. Albenſ. Subalpinum Regnum in Prouinciā à Nerone redigitur. D. Epiſcopus Albenſ. Hiſt. Occid. S. V. num. 24. Apoſtolici Viri Elias, & Miletus, Petri Diſcipuli, Roma Seguſiam cū Priſcilla Matrona Chriſtiana proficiſcuntur, ſummitatemq; mōtium incolētes, & Chriſtianā Fidem prædicantes, ibi à Petro Apoſtolo inuiſuntur.

CALCVLVS QVARTVS.

C O M M V N I S

S.S. SAVINIANI, POTENTIANI, & ALTINI Apoſtolicorum Diſcipulorum, apud Subalpinos operariorum.

I.
Ann. Chriſti 58.

VErcellenſis Ciuitatis pietas ſpecialiter in hoc enituit; quòd vna legitur ex prioribus Italiæ Vrbibus, quæ Fidem Euangelicam receperunt; ad prædicationem Barnabæ Apoſtoli, & Sanctorum Martyrum Chriſti Diſcipulorum Sauiniani, Potentiani, & Altini, à quibus abſque vlla reluctatione Fidem acceptauit, propter quam etiam plures, è conciuibus ſanguinem pro- Chron. vulg. Fratr. Minor. p. 4. vol. 2. l. 9. c. 64.

prium

prium profuderunt, inter quos ſanctus Theoneſtus, in grauiſſima perſecutione Maximini rota conſumptus Fidem firmauit. Ex vulgari Chronico Fratrum Minorum Sancti Franciſci.

Quorũ prædicatione, Fidem, & Chriſtianã pietatẽ acceperint Vercelleſes.

CALCVLVS QVINTVS.

SANCTI NAZARII ROMANI MARTYRIS.

Annal. tom. 1. ad An. Chriſti 69. nu. 41.

Albẽſ. Epiſc. ibidem n. 30.

Nazarius Pedemontanis Euangelium predicat, Gebenneſes docet.

I. Ann. Chriſti 69.

EMinentiſſimus Baron. Cardin. hæc ſcribit: *Perpetua à Diuo Petro baptizata Nazarium filium, & Africanum virum ad fidem Chriſti perduxit.* Deduco, ergo ego ex his, nouam à Lino Pontifice Petri ſucceſſore ad Ciſalpinos Martyris Miſſionem, à Reuerendiſ. Albenſ. Epiſcopo loco citato accepta ſequenti narratione: *Inter diſcipulas D. Petri Romana quædam Matrona inſignis eluxit, Perpetua nomine Africani viri Patricij vxor, quæ filio Nazario à Sancto Lino baptizato ſuaſit; vt Religionis cauſa Roma diſcederet: qui piæ Matris monitis acquieſcens, Galliam verſus iter arripiens Mediolanum peruenit; vbi tormenta perpeſſus, & eiectus Pedemontium petiit, ibique Chriſti fidem prædicauit: Vnde Tranſalpinos populos adeundo, primus Geneuæ Euangelium promulgauit, Catholicamque fidem ſeruit.* De hoc Breuiar. Rom. Quint. Kal. Auguſti in ſecundo Nocturno legit. *Nazarius à B. Lino Papa baptizatus cum in Gallias profectus eſſet.*

CALCVLVS SEXTVS.

COMMVNIS.

S.S. Martyrum DIONYSII Areopagitæ, RVSTICI, & ELEVTHERII, Apoſtolicorum Cooperariorum.

Annal. tom. 1 Anno Chriſti 98. 99. nu. 15. & D. Paulus Epiſc. Albẽſ. num. 38.

In tranſitu Pedemõtanã Eccleſiã confirmant, & inſtruunt.

I. Ann. Chriſti 99.

A*D hæc tempora, Dionyſium egiſſe in Oriente facilè omnes conſentiunt: poſt hæc verò fortaſſe Ioannis conſilio, Romam ad Clementem Pontificem ſe contuliſſe, ab eodemque vnà cum Ruſtico. & Eleutherio in Gallias eſſe amandatum; fidem faciunt, qui ex antiquioribus monumentis, res eius geſtas ſcriptis memoriæ prodiderunt. Mittendi in Gallias tam inſignem, totaque Eccleſia ſpectatum virum, ea ferè incumbebat neceſſitas quòd primi illi, à Petro ad prædicandum ibidẽ Euangelium miſſi Diſcipuli, vita functi erant: Quamobrem nobiliſſima Gallicana, iam coaleſcentis Eccleſiæ Paſtoribus deſtituta, Clemens, qui alios eò miſerat, opportunè conſuluit Dionyſium in Gallias mittere.* Hæc Baron. quibus ſe ſubſcribens Dom. Paulus Epiſcopus Albenſis addit: *In hoc, & ex hoc D. Dionyſij Areopagitæ, & ſociorum ad Tranſalpinos tendentium tranſitu, tam fideles de Noualiſio, quondam Petri diſcipuli, quam Eccleſiæ Pedemontanæ nouella reliqua germina incredibilia perceperunt incrementa; repleta cœleſtibus benedictionibus, ex Sanctis prædicationibus, doctrinis, & exemplis Virorum Sanctorum.*

CALCVLVS SEPTIMVS.

COMMVNIS.

S.S. Martyrum SECVNDI Aſtenſis, CALOCERI, & CALIMERII Epiſcopi.

Adriani Imperatoris tẽpore, fideles diuerſis afficiuntur ſupplicijs, & morte mulctãtur. Annal. tom. 2. Anno Chriſti 121. nu. 3.

I. Ann. Chriſti 121.

HAc ſecunda ſextæ ætatis Centuria, Pedemontanæ Eccleſiæ humile virgultũ in arbuſculam grandiorem iam iam coaleſcens, profuſi Martyrum cruoris effuſione largiſſimè irrigatum, ramos ſuos latiùs protendere aggreditur, atque Sanctorum Præſulum Miſſionibus excultũ vberiores in dies profectus oſtendere exorditur. *Nam ſuo in Gallias (Adriano ſcilicet Imperatori) Italicus Præſes, qui Rhætias curabat Prouincias ad Abduam Fluuium illi occurrit: & inter alia de Chriſtianis ſuggeſſit, quod obſtinatiſſimè Deos auerſaretur, impetratoque ab eo reſcripto; vt qui Deos venerari nollent, diuerſis affectos ſupplicijs, neci traderet. Fauſtinum Præsbyterum, & Iouitam Diaconum Brixiæ aſſumit in quæſtionem; Cumque Adrianus eos audire voluiſſet, nec blanditijs illos, vt Solis ſimulacrum venerarentur, adducere potuiſſet; condemnat ad beſtias: quæ cum illis parcerent, eo miraculo Calocerus, & alij quamplures ex familia Principis Chriſtianam Fidem prædicare, ac etiam profiteri cœperunt. Quos primùm tentatos, ſed in ſententia ſtabiles inuentos Imperator capite puniri mandauit. Calocerus verò vnà cum Fauſtino, atque Iouita Mediolanum perductus, diris ſubijcitur quæſtionibus, ac tandem morte mulctatus eſt,* ſuperſcripta Baronius habet. Perhibent autem acta

Aſtenſis Eccleſiæ, quòd à Calocero, dum in cuſtodia aſſeruaretur, inſtructus, & ad Chriſti fidem conuerſus S. Secundus, nobiliſſimus Aſtenſis ciuis, & Patritius à Sanctis Fauſtino, & Iouita Mediolani miraculo baptizatus, in patriamque regreſſus, Subalpinis his regionibus, quò ad vixit, Euangelium prædicauit, fidemque propagauit, patrio in Aſtenſi ſolo præſertim. Donec, à Sapritio Præſide regionis, Aſtæ capite truncatus eſt· huius vero Præceptor Calocerus, qui Liguribus populis Chriſtianam pietatem conteſtatus fuerat, Albigaunum perductus, in capite, & ipſe diminutus Martyrio adauctus, ad ſuperos peruenit.

S. Secundus Ciuis Aſtenſis baptizatus à SS. Fauſtino, & Iouita, Subalpin populis Euangelium prædicat; at Calocerus eius præceptor Ligures Chriſtianam pietatem docet. Acta Eccleſiæ Aſtenſis.

II. Idem Baronius, eodem numero proſequitur dicens: *Nec præterimus, in eorumdem Martyrum actis notatum haberi, Romanum Pontificem, qui his temporibus præerat Dei Eccleſiæ, (Alexander ſcilicet) vnà cum multis, in Catacumbis perſecutionis cauſa lataiſſe, atque Calimerium Epiſcopum ordinatum Mediolanum miſiſſe;* Hunc igitur præmiſſum Cardinalis ingreſſum conſequitur. D. Epiſcopi Albenſ. Hiſtoricus progreſſus, in quo ſequentia deſcribit: *Adriani Imperatoris perſeuerante ſæuitia in Chriſti membra, Roma digreſſus Mediolanum progreditur Calimerius natione Græcus, quem Sanctus Caſtricianus Antiſtes benignè excipiens, virique pietate, ac religione perſpecta ſacris initiauit. Hic poſtea Epiſcopali Cathedra, ob illius mortem ſuffectus Paſtorali vigilantia, omnique ſolicitudine Ligurum conuerſioni incubuit, vniuerſoſque Subalpinos populos Alpium Liguſticarum, Maritimarum, ac Cottiarum lumine fidei illuſtrare contendit: tandem apud ipſos Ligures, tempore Eleutherij Pontificis, dum fidei propagationi ſtudet, ſub Marco Aurelio Imperatore Martyrij palmam adipiſcitur.*

Epiſc. Alb. ſeculo 2. n. 24. Calimerius Mediolanenſis Eccleſiæ factus Epiſcop. Ligures, & Subalpinos populos, fidei lumine illuſtrare contendit.

A P P E N D I X

Sanctorum Martyrum, & Epiſcoporum PEREGRINI, SAVELLI, PHOTINI, IRENÆI, & aliorum.

I. Anno Christi 200. REferente Domino Epiſcopo Britio Occidentalis huius Italiæ fideles, his temporibus, in Subalpinis, & Interalpinis ciuitatibus frequenter ſacros celebrabant Conuentus, conciones congregabant, Sacroſanctiſque Myſterijs exercendis inſiſtebant, (vti de Aſtenſibus peculiariter, Sancti Secundi Martyris conſcripta acta teſtantur) hæcque ſpiritualia ſubſidia, per tempora ſubminiſtrabant Sacerdotes, & Epiſcopi, à Romano Pontifice ad Tranſalpinos Gallos deſtinati, hàc pertranſeuntes, illincque Romam regredientes, pro opportunis propriæ Eccleſiæ neceſſatijs excipiendis Oraculis. Inter quos antiquorum caracteribus præcipui ſignantur Peregrinus, Sauelus, à Sancto Xiſto conſecratus Auſerienſis Epiſcopus, & Martyr, Photinus, & Irenæus Lugdunenſes Antiſtites, pluresque Viennenſes Præſules, quorum illis ſæculis ſpiritualis iuriſdictionis terminos, cum conterminantibus Mediolanenſibus Epiſcopis, diuidebant Alpes, Subalpiniſque Eccleſijs, & hi, & illi pro opportunitate accurrebant, & ſuccurrebant, agitatis tunc primitiuæ Religionis priſcis temporibus.

Epiſcopus Albenſ. n. 32. Subalpinis Eccleſijs accurrunt, & ſuccurrunt, omnes, & ſinguli Sacerdotes, & Epiſcopi diuerſi à Romano Pontifice, ad Tranſalpinos Gallos deſtinati.

CALCVLVS OCTAVVS

Sancti DALMATII Martyris, Ciſalpinis Prædicantis.

I. TErtio hoc ſextæ ætatis centenario, Pedemontanus ſpiritualis ager totus Chriſti militum ſanguine abluitur, dum Martyrum pluriſicatis miſſionibus, Euangelica fides excolitur, ac multiplicatur. Per decem priora decurrentis tertij ſæculi luſtra, non alios in Occidua hac Italica Domini vinea operarios, quàm priorum illorum Roma cum Priſcilla Neronis nepte Noualiſium peruentorum fidelium diſcipulos, alumnos, ac religioſos ſucceſſores operatos inuenio. Qui Anachoreticum viuendi, & conuerſandi modum profitentes, ad Cineſij Montis radices, inter Cottias Alpes morabantur; vnde per tempora egrediebantur adiacentiumque populationum Subalpinæ Prouinciæ fideles incolas perluſtrabant, viſitabant, in fide inſtruebant, & confirmabant infideles verò, à perfidia reuocare ſatagebant. Poſtquàm autem operoſæ huius Apoſtolicæ fatigationis miniſterio proximis in iuuandis incubuiſſent; ad contemplationis accubitum, intra rupes alpeſtres repoſita religioſa ad clauſtra regrediebantur. Sicuti conteſtatur D. Albenſ. Epiſcopus, qui Ciſalpinæ Eccleſiæ his temporibus plurimùm in fide promouendæ profuiſſe teſtatur, & Monæ Burrij Mediolanenſis, & Criſpini Ticinenſis Epiſcoporum, vitæ ſanctimoniam, & doctrinæ Euangelicæ prædicationem.

Catholicæ Fidei profectum in Pedemontio operãtur Noualiſẽſes Religioſi. Hiſt. Occid. Eccleſ. S. 3. num. 7.

Baron. Ann. Chriſti 225. num. 3. Alb. Epiſcop. num. 26.

Cornelius Pŏtifex Maximus Roma eiectꝰ ad Ciſalpinos venit, Dalmatiumq; fidelem cooperatorem Subalpinę Domini Vineæ reperit.

Primus poſt Barnabã, Dalmatius Albenſes Fidem Catholicam docet.

D. Epiſcopus Salut. Chronol. c. 9.

II.

Anno Chriſti 255.

Cardinalis Baronius ad annum Chriſti 225. ſub Gallo, & Voluſiano Imperatoribus Sancti Cornelij Pontificis eiectionem, & exilium notat num. 3. cui ſuos numeros copulans Dominus Albenſ. Epiſcopus ait. *Cornelius Roma eiectus, ad Ciſalpinos peruenit, Alpeſque maritimas penetrauit, vbi Dalmatium, Patritium Romanum, & Senatorem (illius tunc patre Germaniam moderante) adinuenit, cuius ex occurſu non mediocrem Cornelius lætitiam percepit, quippè qui gemino, & carnalis affinitatis, & Chriſtianæ fidei religionis atque charitatis vinculo cum Dalmatio copulabatur. Huic igitur ſatis ſuperque congratulatus, quòd ſtrenuum, & fidelem in Domini ſubalpina vinea cooperatorem cum nactus fuiſſet: Romanus Antiſtes confirmationis Sacramentum Interalpinis illis fidelibus, ad Dalmatij prædicationem conuerſis impertiuit, mox Romam reuerſus, Marti ſacrificare renuens martyrio coronatur, perſeuerante ſub ſupra recenſitis Imperatoribus adhuc Decij perſecutione, iuxta Baron. anno Chriſti 255. Sanctus Dalmatius autem per Ciſalpinas has regiones Chriſti Euangelium iugiter diſſeminans, Albam Pompeiam appulſus, ibi primus poſt Barnabam Apoſtolum, & Saluatoris, & ſalutis notitiam impertitus eſt.* Hæc ex Albenſ. à quo nequaquam diſcrepans Dom. itidem Salutienſis Antiſtes ſuperaddit. *In antiqua Padona, quæ nunc Cunei Burgum dicitur, Longobardi opulentam, illuſtremque Abbatiam in honorem Diui Dalmatij natione Germani erexerunt, qui iactis Mediolani, Papiæ, Albæ, in multiſque alijs Inſubriæ, & Pedemontij ciuitatibus Fidei Catholicæ fundamentis, ab incolis Roccauioni, tunc Auriati, martyrii palmam comparauit.*

CALCVLVS NONVS

COMMVNIS

S. S. BASSI, & PONTII Cimelienſium, ideſt Nicienſium Epiſcoporum, & Martyrum.

Annal. tom 2 ad annũ Xpi 254. num. 28. & 29.

SS. Baſſi, & Pontij Epiſcoporũ martyriũ refertur.

Salut. Antiſt. Chrŏol. c. 15

Baron. ann 262 num. 58

I.

Anno Chriſti 254.

Anno Chriſti 262.

CArdinalitius Annaliſta Baron. ſic ſcribit: *Sub anno ſecundo Decii Imperatoris perſecutione Orbis quoque Occidentalis iiſdem clariſſimis ſyderibus, inſtar cœli, fuit egregiè illuſtratus. At vt ad eoſdem martyres, tunc paſſos redeamus, quorum mentio viget, in tabulis Eccleſiaſticis leguntur ſub Decio pariter paſſi, &c. & apud alpes Cottias Baſſus Epiſcopus.* Huic accinit Reuerendiſſimus Salut. Antiſt. dicens: *Sub anno 254. S. Baſſus Epiſcopus Cimelienſis, qui in perſecutione Decii Imperatoris à Terennio Præſide martyrium illuſtre conſumauit, eius feſtum celebrant Nicienſes, &c.* Supradatus verò Baronius ad 262. annum progreſſus ſub num. 58. narrat alterius Cimelienſis Antiſtitis paſſionem dicens: *Eadem itidem perſecutione (nempè Valeriani, & Gallieni) ſublatus eſt Pontius;* De hoc Martyrolog. Rom. ad Prid. Idus Maij hæc annunciat: *In Gallia Sancti Pontii Martyris, cuius prædicatione, & induſtria poſtquam duo Philippi Cæſares ad Chriſti Fidem conuerſi ſunt, ipſe ſub Valeriano, & Gallieno martyrii palmam adeptus eſt.*

Albenſ. Epiſ. Sæculo 3. num. 6.

Idem nu. 17.

Pontius Roma diſceſſus ad Alpes maritimas ſe recipit, fideleſque illius Eccleſiæ fortiter in Fide confirmat.

Idem n. 23.

II.

Anno Chriſti 262.

Ex pluribus autem antiquorum monumentis, pleniorem recollectam de Sancto Nicienſi Præſule Pontio nobis porrigit notitiam Albenſ. Dom Epiſcopus diuerſis ſub annis, ac numeris ſcribens; *Sub Antonino Caracalla natus eſt Pontius prædicator, & Apoſtolus huius occidentalis Italicæ plagæ, nobiliſſimum germen Marci, & Iuliæ Romanorum, Senatoria progeniæ exortum. Pontius Patritius Romanus, Dacianæ perſecutionis declinandæ cauſa, dilargito pauperibus amplo, & prædiuite patrimonio, Roma diſcedens in maritimas Alpes ſe ſe recepit, vbi prudenti dexteritate, ac ſolerti ſollicitudine perterrefactos illius Eccleſiæ fideles, efficaciter ad mortales diuexationes forti animo perferendas adhortatus, mirabiliter confirmauit. Cimelæ (nunc Nicea nuncupata) ſibi delecto, ac decreto habitaculo, eodem tempore, quo Baſſus primus illius Vrbis Epiſcopus à Perennio Præfecto primò duriſſimo carcere mancipatus, indè crudeliſſimo virgarum, ignis, & ferri martyrio conſumptus, ad palmam euolauerat. Claudius Præfectus Cæſareo, Valeriani Imperatoris iuſſu quæſitum Pontium in Alpibus maritimis, vinculis, feris, ferro, & ignibus vexatum, tandem gladio conſumauit. Sub annis Chriſt. 262.*

CALCVLVS DECIMVS

COMMVNIS

S.S. Martyrum Thebæorum, MAVRITII, ac Sociorum.

I.

Anno Chriſti 297.

ANno 297. *creati ſunt Conſules Maximianus Auguſtus Quintò, & Gallerius Maximus Cæſar Secundò. Cum Marcellinus Papa iam ſecundum Sedis ſuæ annum auſpicaretur: quando Legio Chriſtianorum militum Thebæorum ab Oriente Romam euocatur, aduerſus nouos emergentes Tyrannos Anciandum, & Aelianum. Qui omnes Chriſti milites à Marcellino Pontifice exhortatione firmantur, vt à Fide Chriſtiana nunquam deficiant, paratique*

ſint potius millies (ſi opus eſſet) profundere vitam, quàm fidei in Chriſtum leue ſaltem diſpendium pati, cuius oratione in fidei conſtantia roborati, cum militarent in Gallijs, omnes glorioſè pro fide certantes conſecuti ſunt, apud Agaunum coronam martyrij. Ita Baronius, qui rurſus ait: *Sed & Taurini quoque, eiuſdem Legionis nobiliſſimi milites Octauius, Solutor, & Aduentor glorioſo martyrio erexere trophea victoriæ, quorum celebritati dicata eſt dies XII. Kal. Decembris.* Horum igitur Thebæorum equitum ad Ciſalpinos, & Interalpinos docendos militaris Miſſionis Apoſtolicos actus, nempè Euangelicæ prædicationis, pariter & glorioſæ operationis, nec non ad extremum vſque ſpiritum perſeuerantiæ continuatos agones, proprio ſub eorum nomine hiſtoriali excuſſo codice, fideliter refert Guilielmus Baldeſſanus Taurinenſis Metropol. Canonicus, ac eruditiſſimus Theologus, vir pietate inſignis, & antiquitatis ſcrutator ſtudioſiſſimus.

Thebæorum militum glorioſum martyrium.

Baron. tom. 2. ad annum 297. num. 1. & num. 16.

II. Hic ergo, in à ſe præpoſito Thebæorum Hiſtoriæ proemio ſic ratiocinatur: *Altera ratio me impulit ad horum equitum Thebæorum egregia facinora inquirenda, & deſcribenda; nempè inſigne exemplum mundo derelictum, quòd milites militari exercitio implicit: Apoſtolicum munus prædicandi Euangelium Exercerent, illorum temporum, & locorum neceſſitati compatientes; Vnde proprium ſanguinem pro Chriſto profundere non dubitauerunt. Huius illuſtriſſimæ Legionis ſtudium fuit; non ſolum ore, & corde proprio fidem Chriſti profiteri; ſed, & eam prædicare, & perſuadere, ipſis etiam Imperatoribus, & Tyrannis, nec modò non thura offerre Idolis, ſed, & Idolorum Aras, ac menſas ſacrificiorum euertere: Inter omnia virtutum præclara in his admirari licet puritatem fidei, quàm prædicabant, & propugnabant quam ne pollutam cernerent; proprio cruore cruentati neci ſe tradiderunt.* Hactenus ille, qui circa Hiſtorialis tractatus vltimum finem annectit ſequentia, *Ciuitas Taurinenſis maturè, nempè Apoſtolorum tempore Euangelicum lumen ab ipſo Barnaba Apoſtolo recepit: Ideò tempore Diocletiani, & Maximiani plures iàm fideles in ciuitate, & agro Taurinenſi reperiebantur; licèt occulti. Ad hanc ciuitatem peruenientes tres Thebæorum Duces Solutor, Aduentor, & Octauius, ibi per aliquot dies commorati cœperunt publicè, & priuatè ardenter Verbum Dei diſſeminare, Idola execrari, Dei cognitionem ingerere: inſtabantque concionibus die noctuque: perſoluta autem concione, vrbe egredientes trans Duriæ flumen in ſpelunca abditi ſe recipiebant, donec comprehenſi conſtanter martyrium ſubierunt.* Hæc ille de tribus recenſitis Thebanæ Legionis Ducibus, quę iterum plurimis varijs in eiuſdem Hiſtoriographę narrationis locis, de reliquis pluribus eiuſdem militiæ pugillibus confirmat. De Tutelarium verò, & Patronorum Thebæorum reliquijs his populis diſtributis Taurini, Vercellarum, Eporediæ, Aſtæ, Auguſtæ Prætoriæ, Salutiarum, Montiſregalis, Albæ Pompeiæ, Foſſani, Pinerolij, nonnullaſque Pedemontanas minores Eccleſias, vltra fidei acceptæ beneficium, beneficijs ſemper gaudere repoſitis, idem eodem libro Auctor pluribus conteſtatur.

Baldeſſanus Hiſt. Thebęorum Proemio:

Legionis Thebęæ ſtudium pro Fide Catholica Ciſalpinis prædicanda.

Solutor, Aductor, & Octauius Taurinēſibus Euāgeliū prædicant.

CALCVLVS VNDECIMVS

Sancti VICTORIS primi Taurinenſis Epiſcopi.

I.

Anno Christi 310.

PRimum numerum vndecimi Calculi, veluti toti quarto Sæculo exordialem ſignat quaſiq; communem aditum aperit nobis Dominus Epiſcopis Britius ſuo Occidentalis Eccleſiæ de ſucceſſione tractatu: talia deſignans; *Vniuerſaliter apud Pedemontanos propagabatur fides, ſollicitis cohortationibus, prædicationibus pariter, & ſollicitationibus virorum ſolitariorum in ſummitate ſecuſinæ vallis degentium; qui cùm ex primaria ad Cineſij montis radices conſtituto domicilio opportunè progredientes, veritatis Chriſtianæ lucem proximas per Heſpericas oras, ac plagas primi effudiſſent, & perenniter per Euangelicæ doctrinæ vias, ac ſemitas ſpargere perſeuerasſent, priſcæ ſuæ ipſorum primariæ habitationi Noualiſij, quaſi Nouilucij, id eſt nouæ lucis nomenclaturam acquiſierunt. Nec quidem iniuria, aut immeritò Primarium illud Romanorum fidelium ſponte pro fide à Patria exulum, antiquum receptaculum ſuccedentium per ſecula religioſorum Diſcipulorum ſacrum habitaculum nouæ exorientis religionis lucis Orizon, ſiuè ortus, tunc à Chriſticolis venit nuncupatum; quia per ſubſequentium temporum incrementa, ac differentias exædificatum inibi percelebre, & inſigne Monachorum Cœnobium, Cenobiticum poſtmodum ſtrenuiſſimorum Agoniſtarum pro fide fortiter agonizantium theatrum ſimul, & celeberrimum præclariſſimorum Præſulum Confeſſorum, pariter, & Epiſcoporum, qui Subalpinæ Eccleſiæ fidei clarum, & religionis lumen abundè communicauerunt, ſeminarium effectum eſt.*

Albēſ. Epiſc. Sæculo 4. n. 20.

Apud Pedemōtanos propagatur Fides per Solitarios viros Noualiſienſes vnde locus dictus eſt Noualiſium, quaſi noua lux.

Catholicæ Fidei, Religioniſq; percelebre ſeminarium Noualiſium eſſicitur.

II.

Anno Christi 321. & 335.

Pax Chriſtianis à Conſtantino redditur, hinc Taurinenſibus liberiora pietatis exercitia: (ſcribit Pingonius) *Edicto Conſtantini Imperatoris Idolorum fana his, qui Chriſto ſacra facerent, addicuntur. Hinc Taurinenſes commutatis Idolorum nominibus Chriſto, & eius ſanctis templa dicarunt. Hinc Phanum Iſidis D. Solutori, Phanum Dianæ Diuo Silueſtro ſacratur, ſicque de cæteris de quibus non ita conſtat, hæc ex marmorū, eo loco inuentorum coniectura.* Pingonij igitur coniecturali relationi probabilem comprobationem præſtat Dominus Albenſis

Pingon. in Auguſta Taurinorum, ad annos Chriſti 321. & 335.

Idolorū fana ſacrant, & Sāctis dicāt.

D. Albenſis Epiſcopus num. 27.

Epiſcopus Frater Paulus dicens: *Imperatoris veſtigijs inhærentes Populi ſubalpini, non modo à ſuis maioribus Iſidis vxoris Oſyridis, Coloniæ fundatoris erectum Taurinum Templum Thebæorum Martyrum Solutoris, Aduentoris, & Octauij in amplam adeò Baſilicam tranſtulerunt; vt ipſum etiam Beatæ Iulianæ Oratorium, quo quondam translata iacuerant, Martyrum Corpora, includeret; ſed etiam Fanum Dianæ in honorem Sancti Silueſtri Papæ, poſt fœlicem illius tranſitum in Ciuitatis medio ſitum dedicauerunt.*

Cuius autem fidei Propugnatoris, ſiue religionis Propagatoris tunc in Eccleſiaſtica aduerſus infideles acie ſtantis, ſolerti induſtriæ, induſtrioſæ ſolertiæ, ſeu potius infatigabili vigilantiæ, pariter, & inſuperabili fortitudini Sacri Præſulis adſcribenda veniant, à relatis Auctoribus prærecenſita egregia facinora, clarius, ſiue congruentiùs deſcriptum non inuenio, quàm apud Reuerendiſſimum Salut. Epiſc. Quia per hec quarti initiati Seculi tempora, nempè ab anno 310. Taurinenſi in Epiſcopali Cathedra Sanctum Victorem Epiſcopum conſediſſe aſſerit, ſequentibus notis: *Huius igitur nobiliſsimæ Ciuitatis (nempe Taurinenſis) Epiſcopi, & Archiep. qui ex obliuione vindicari potuerunt, hi ſunt: Sanctus Victor, qui Ædiculam in qua iacebant corpora Sanctorum Solutoris; Aduentoris, & Octauij (teſte Philiberto Pingonio) adauxit, cenſibuſque annuis dotauit:* Perſeuerante igitur, apud maiores noſtros antiquos, Apis, & Iſidis Cultores Ægyptiacæ Idololatriæ impietate, Priſcorum pariter Noualicenſium Anachoritarum, nouum fidei lumen per proximas plagas diffundentium (vnde horum habitaculum nouæ lucis domicilium, vt ſupra recenſitum eſt, meruit nuncupari) infatigabilis, & feruens pietas iugiter indefeſſa perſeuerauit, ad quartæ decurrentis Centuriæ annorum initia: quando ex Occidentalibus Prouincijs Romani Imperij, à diuino Monarcha Chriſtiferæ Crucis portentoſa oſtenſione, & Cruciferi vexillis cœleſti ducatu, ac directione emiſſis atque ex Cottianis Alpibus deſcendens Conſtantinus Magnus Imperator, ſemel apud Secuſianos, & iterum apud Taurinos populos inito certamine (iuxta Dom. Albenſ. Epiſcopi placitum) tyrannicos ſibi aduerſantium quidem hominum fudit exercitus; ſed & pariter inanium profanorum Deorum copias profligauit, Idolorumque auuernales acies euertit: Imperiali per Orbem Edicto promulgato; vt ementiti, & excogitati ſilenti, atque ceſſanti veri, ac legitimi Numinis facer, & orthodoxus cultus ſuccederet, atque impoſterum vigeret. Vnde, & factum eſt; vt profana effictorum ſimulacrorum tyrannide expulſa, legitimum Catholicæ Eccleſiæ Regnum inualeſceret, in Gallia Ciſalpina, ope, & opera Apoſtolicorum Cooperatiorum inibi laborantium, ſignanter verò validè enitente, & enixè operante Sancto Antiſtite, ac Taurinenſi Præſule Victore, qui apud Pedemontanæ Eccleſiæ antiquiora monumenta, poſt Sacros Nicienſes, ſiue Cemelienſes Epiſcopos Baſſum, & Pontium, præcedenti tertio Sæculo martyrio conſumptos primus quarti Sæculi in initijs apud Subalpinos Epiſcopatum fuiſſe legitur. III.

D. Epiſcopus Salut. Chronol. c. 5.

Hoc tẽpore, & Epiſcopalis Cathedra Taurini erigitur, & Imperatorio Cõſtãtiniano Edicto Idolorũ cultus ſiſt., fideſque propagat. in Pedemõtio per S. Victorem primum Epiſcopum Taurinenſem. D. Epiſcopus Albenſis vbi ſupra.

Anno Chriſti 340.

CALCVLVS DVODECIMVS

Sancti EVSEBII Prioris Vercellenſis Epiſcopi, & Martyris:

Ab anno 340. ad annos 371.

APoſtolicis laboribus, ac ſudoribus magis, quàm aratris aut ligonibus effoſſa, atque exculta, ſata, ac ſeminata prædicationibus Euangelicis, Martyrum itidem cruoribus infuſa, & irrigata Subalpina tellus, Regio, vel Religio vberes ſegetes, zizaniorum tamen nequaquam inmunes, aut expertes, hac quarta centuria protulit. Quapropter cœleſtis, prudens Paterfamilias ſollicitiorum operariorum multiplicare Miſſiones opportunas decreuit; eoque magis, quo Angelus malus crebriores Apoſtaticas ſuas importunas immiſſiones plurificare accellerauerat, ſecundum Annaliſticam Baronij relationem dicentem: *His quoque temporibus manifeſtè innotuit Ariana hæreſis. Arius enim, qui hactenus velut Protheus, iam à tempore Petri Martyris Alexandrini Præſulis; ſub diuerſis latuerat formis, modò inhærens Catholicis, modò verò Schiſmaticis, impius omninò detectus, ab Alexandro Epiſcopo Alexandrino ſæpè monitus, ſed in ſententia pertinax ab eodem Presbyterio exuitur.* I.

Inſurgit his tẽporibus Hæreſis Ariana.

Annal. tom. 3 num. 19. ad annos 315.

Illud autem tacendum omninò non arbitror; quòd cum Arianorum deteſtanda perfidia totam cum vniuerſo Mundo Italiam perturbaſſet; Subiungit Baron. *Beatiſsimus hic Pater noſter,* (adiungit D. Maximus Epiſcopus Taurinenſis) *dum pro aſſertione indiſputabilis veritatis, ſpiritu feruentiore conſurgens Arianis impietatibus obluctatur, & Eccleſias Dei concertantium Hæreticorum procellis, ac turbinibus perturbatas, ſerenæ fidei tranquillitate pacauit, & ſibi æterna præmia multimoda paßione quæſiuit.* Quibus autem agminibus, religioſiſque caſtris Arianæ perfidiæ violentiam compeſcere conatus fuerit; pluribus recenſet II.

Anno 335. num. 18. ex D. Max. Taurin. Epiſ. Ser. 1. de S. Euſebio.

D. Ambroſius Serm. in feſt. S. Euſeb. ſic diſſerendo: *Quamuis igitur nonnulli ſiberiſ ius teſtimoniũ dent, & argenti theſauros, nemo tamen Sancto Euſebio ditiores reliquit, ſiquidem omnes extiterant, aut Sacerdotes, aut Martyres. Nam, vt cæteros taceam, illud quàm admirabile eſt, quod in hac Sancta Eccleſia, eoſdem Monachos inſtituit eſſe, quos Clericos, vtque eiſdem penetralibus ſacerdotalia officia contineri, quibus, & ſingularis caſtimonia conſeruatur, vt eſſet in ipſis viris contemptus rerum, & accuratio Leuitarum: vt ſi videres Monaſterij lectules, inſtar Orientalis Propoſiti iudicares; ſi deuotiones Cleri perſpiceres; Angelici ordinis obſeruatione gauderes.* Vnde Epiſtola ad Vercellenſem Eccleſiam addit: *Quod ſi in alijs Eccleſijs tanto ſuppetit ordinandi Sacerdotis conſideratio; quanta verò expetitur in Vercellenſi Eccleſia, vbi duo pariter exigi videntur ob Epiſcopo, Monaſterij ſeatratia, & diſciplina Eccleſiæ? Hæc enim primus in Occidentis partibus, diuerſa inter ſe Euſebius, ſanctæ memoriæ, coniunxit, vt in ciuitate poſitus inſtituta Monachorum teneret, & Eccleſiam regeret ieiunij ſobrietate: multum enim adiumenti accedit ad Sacerdotis gratiam; ſi ad ſtudium abſtinentiæ, & ad normam integritatis iuuentatem adſtringat, & verſantes intra vrbem abdicet vſu vrbis, & conuerſatione:* Supraſcripta exhibent gemini Eccleſiæ luminares Antiſtites, & Doctores Ambroſius, & Maximus de fidei acerrimo Agoniſta Euſebio.

Ann. Chriſti 350.

D. Ambroſ. ſer. 1. de Sãct. Euſebio. Euſebius Vercelleñſis Antiſtes Monacha è vitã inſtituit, clericali coniunctam.

Idem Epiſt. l. 3. ad Vercell. Eccleſ.

III. De quo clarius, & breuius geminati itidem noſtræ ætatis Præſules, ſequentia ſcribunt: *Euſebius exul apud Ægyptios, a SS. Antonio, & Hilarione Monaſticum inſtitutum accepit, regreſſuſque in patriam, ad Inſubres retulit; quod indè D. Auguſtinus cum in Cœnobio ab Euſebio Mediolani erecto perdidiciſſet, ordinatus poſtea Epiſcopus in Africam tranſtulit, regularemque vitam Canonicis præſcripſit.* Hæc D. Epiſcopus Albenſ. Reuerendiſſimus autem D. Epiſcopus Salutiarum ſubdit: *Vercellenſis Eccleſia, quæ eſt, ex antiquiſſimis Lombardiæ, initium enim ab ipſo Apoſtolorum tempore accepit. Sanctus Euſebius, primus huius nominis, Epiſcopus Vercellarum, natione Sardus, patria Calaritanus interfuit Concilio Alexandrino ſedit ab anno 340. vſque ad 371. quo martyrio coronatus eſt ab Arianis. Sepelitur in Eccleſia ſui nominis: Vbi inter alia illius tumulo deſcripto habetur; Vltor inexplebilis fidei bellator in hoſtes, ſincerus, cultorque Dei, cuius diſcipulis, & alumni Honoratus Vercellenſ. Dionyſius Albenſis, poſtea Mediolanenſis, Gaudentius Nouarienſis Epiſcopi, ſub his temporibus egregiè pro fide decertarunt.*

Ann. Chriſti 371.

D. Epiſcopus Albenſ. Sæculo 4. n. 8a. D. Epiſcopus Salut. Chronol. cap. 10. Euſebius, eiuſque Diſcipuli ſtrenuiſſimi Fidei Catholicæ decertatores in Inſubria.

A P P E N D I X

Concilij Taurinenſis ſub STRICIO Pontifice Maximo.

I. *Taurini Epiſcopatum eſſe ex antiquiſſimis Galliæ Ciſalpinæ, conſtans fama eſt: in ea etiam iam ab anno 397. Pontif. Max. Symmachus Galliæ Prouinciæ poſtulantibus Concilium celebrauit.* Ait D. Epiſcopus Salutiarum. Conſentit Pingonius de celebratione Concilij, diſſentit tamen, de nomine Concilium celebrantis Romani Pontificis in ſua Auguſta Taurinorum ſequentia deſcribendo: *ſedente Syricio Pont. Max. eoque præſente, & Ambroſio tum Proculo Epiſcopis Mediolanenſibus: aliuſque quamplurimis viris pijs, peritiſſimiſque ad poſtulationem Prouinciarum Galliæ celebratur Concilium Taurini; quo, inter cætera Geneuenſis Eccleſia antiquiſſima populorum furoribus paulò ante oppreſſa in integrum eſt reſtituta, populi ſedati, deſignato proprio Epiſcopo.* Ad annum 389. X. Kal. Octobris ſecundum verò Onophrium Panuin. ad ann. 395.

Ann. Chriſti 395.

D Epiſcopus Salut. Chronol. cap. 5.

Pingon. in Aug. Taur.

Onuphrius Panuin. in vit. Pont.

Concilij Taurinenſ. Proemium, ſiue Epiſtola ad Epiſcopos.

II. *Fratribus dilectiſſimis, per Gallias, & quinque Prouincias diſtributis Sancta Synodus, quæ conuenit in vrbe Taurinatorum X. Kal. Octob. ann. 395. cum ad poſtulationem Prouinciarum Galliæ, ſacerdotes conueniſſemus ad Taurinenſem Ciuitatem atque in eiuſdem vrbis Eccleſia, auctore Domino, vel mediatore ſederemus; auditis allegationibus Epiſcoporum, eorum videlicet, qui iudicium ſuum fuerant poſtulati, ſingulis negotijs ſententiæ forma proceſſit, ita vt pacis bonum, & inſtituta Canonum ſeruarentur, & plurimorum conteſtationibus adhiberetur vtilis medicina,* ex tom. 1. Concil. vbi notæ ad hoc Concil. aſſerunt celebratum viuente Syricio, anno penultimo ſui Pontificatus, Arcadij, & Honorij Imp. anno tertio.

Ann. Chriſti 395.

Taurini generale Concilium celebrat. ſub Syricio Pontif. Max. in hoc enim Eccleſiæ Geneuenſis tumultus ſedantur 3. Concil. to. 1. fol. 701.

CALCVLVS XIII.

Sancti MAXIMI Taurinenſis Epiſcopi, & Eccleſiæ Doctoris celeberrimi.

Ab anno ſalutis 420. ad annos 465.

I.

Duplici turbine vexata Subalpina Eccleſia, duplicatu etiã munimine præmunitur.

QVoniam completa quarta, quintaque inchoante annorum centuria, à ſuis primordijs Catholicæ Religionis plantula proceram iam in arborem apud Subalpinos exereuerat; temporum, ac rerum moderator Dominus ad huius in acceptata fide conſtantiam experiendam, Subalpinam Eccleſiam duplicato valido ſatis Aquilone vehementer conenti prouidè permiſit. Duplicem namque fomitem, quin potius geminatum impellentem, atque extollentem turbinem, hac tempeſtate habuit Ariana Hæreſis: Vuandalorum ſcilicet, & Gothorum Eccleſiam vexantium inuaſiones. Contra quas nihilominus duplicato itidem munimine, & congeminato aggere, ſeu agmine, & pio, nempè Monaſtico inſtituto, & erudita Epiſcoporum inſtitutione, atque inſtructione ſufficienter eam præmuniuit, ac communiuit prouidus gubernator. Inter igitur Pedemontanę Eccleſiæ celebres huius quinti Sæculi, & præceptores, & ſimul, ac ſemel propugnatores acerrimos Præſules, celeberrimus cunctis ſæculis recenſetur Sanctus Maximus Taurinenſis Antiſtes, & egregius Doctor, de quo ſub anno Domini 420. hæc habet Chronologia Salutienſis Epiſcopi *Sanctus Maximus Doctor, & prædicator verbi Dei egregius, qui de ſacris rebus homilias, mirandaque ſcripſit volumina.* Eadem ferè ijſdem verbis iam olim ſcripſerat Pingonius dicens; *Anno Chriſti 440. ſub Leon. Pont. Max. & Valentiniano Imperatore Taurini floruit D. Maximus Ciuitatis Epiſcopus, qui de ſacris rebus Homilias, mirandaque ſcripſit volumina, & cum Eutiches hæreſim ſuam ſpargere cæpiſſet, validiſſimè occurrit.*

Epiſc. Salut. Chronol. ſ. 5. Sãct. Maxim. Epiſc. & Doctor egregia ſcripſit.

Ann. Chriſti 420.

Pingon. in Aug. Taurin. ad ann. 440.

Ann. Chriſti 440.

II.

Baro. Annal. tō. 6. ad ann. Chriſti 441. num. 13. Idem ibidē, ad ann. Xpi. 451. nu. 4. Maxim⁹ Taurinēs. Eccleſ. Epiſcop. eruditione, & ſanctimonia Ciſalpinos populos inſtruxit. Gennad. de viris illuſtribus cap. 40. Equiuocati Gēnadij circa D. Maximi tempora. D. Epiſcopus Albēſ. Seculo 5. n. 101. 102.

Paſtor hic igitur vigilantiſſimus pariter, & ſanctiſſimus, nec non eruditiſſimus prolixam per annorum ſeriem Ciſalpinas Eccleſias ſua tum eruditione, tum vitæ ſanctimonia inſtruxit, & protexit, vt liquidò ſatis deducere valemus ex eruditiſſimo Baronio, qui poſtquam aſſeruiſſet D. Max. Taurinenſem interfuiſſe, & ſubſcripſiſſe duobus Concilijs Rhegienſi in Gallia Narbonenſi primùm celebrato ann. 439. & Arauſicano primo ann. 442. coacto addit; *Inter alios Epiſcopos, qui Synodo Mediolanenſi (ſub Leone anno præſenti congregata) interfuerunt, legitur Sanctus Maximus Taurinenſis Antiſtes, cuius ob præſtantem eruditionem, tum etiam ob inſignem vitæ ſanctitudinem celebre nomen eſt in Dei Eccleſia: de ipſo enim iſta Gennadius habet; Max. Taurinenſ. Eccleſiæ Epiſcopus vir in Diuinis ſcripturis ſatis intentus, & ad docendum, ex tempore, plebem ſatis ſufficiens, & quæ ſequuntur. Quod autem in fine habet: (moritur Honorio, & Theodoſio regnantibus) Niſi duos Maximos Taurinenſes poſueris (quod à nemine dictum reper.) manifeſtus error deprahenditur, etenim qui huic Concilio Mediolanenſi ſub Leone Pontifice hoc tempore celebrato, interfuiſſe legitur, imò & quem Romano Concilio, ſub Hilario Leonis ſucceſſore, præſentem item fuiſſe eius acta declarant, planè longè poſt Honorij tempora, ſuperuixiſſe eum oportuit, perueniſſeque ſaltem ad Domini annum 465.* Hactenus Baron. Plura à Sancto Antiſtite Maximo perpetrata, in ſalutem Pedemontani populi egregia facinora commemorat D. Epiſcopus Albenſ. à quorum prolixiori relatione mihi propoſita compendioſa methodus præcipit abſtinere.

Ann. Chriſti 465.

CALCVLVS XIV.

COMMVNIS.

Sanctorum Monachorum, & Epiſcoporum HONORATI, VALERIANI, & EVGENII.

Ab anno 426. ad annos 495.

I.

Bellar. Card. Chronol. p. 8 Barō. Annal. tom. 5. n. 18 Epiſc. Albēſ. Sæc. 5. nū. 19 Monachi Noualiſiani enecati ſūt à militib⁹ Arianis. Idē num. 55. Idē num. 60. Barō. tom. 5. Annal. ſub anno 426.

BEllarminus Cardinalis ad annos 410. infauſtum ſatis ſignat dicens: *Roma capta ab Alarico Rege anno 1102 ab eius conditione.* Conſignat Cardinalis alter, nempè Baron. eodē anno Chriſti 410 vbi Romam à Gothis, & Vuādalis direptam affirmat, ſuaq; affirmatione haud improbabile eſſe cōfirmat, quod tradit D. Epiſc. Albenſ. A Vuandalis, ſcilicet Arianis hæreticis, trecentos, in tranſitu Alpium, Noualiſij enecatos Monachos, in odiū Catholicæ fidei circa exordiales quinti ſæculi annos quibus perdurantibus addit: *Honoratus fundator Cænobij Lerinenſis, quod ſeminarium fuit, per multas annorum centurias, Martyrum, Epiſcoporum, Confeſſorum, & Virginum.* Qui rurſus Monaſticum inſtitutum à Diſcipulis B. Euſebij citra, ab alumnis verò Sancti Honorati vltra Montes, mirificè propagatum refert. Ex Baronio, qui hæc de

Ann. Chriſti 426.

Sancto

Sancto Honorato teſtatur: *Succeſſit autem Patrocla Epiſcopo Arelatenſi Sanctus Honoratus Abbas Lerinenſis Cœnobii, quem Sanctus Eucherius primò Inſulanum, inde verò Magiſtrum Eccleſiarum appellat, cum ad Salonium ſcribit. Laudat eum etiam Sydonius Apollinaris in carmine ad Fauſtum. Porrò res ab eo geſtæ ſcriptis commendata ſunt ab eius ſucceſſore Hilario.*

Propagator Monachale Inſtitutū citra, & vltra montes.
D. Honoratus Magiſter Eccleſiarum.
D. Epiſcopus Salut Chronol. cap. 15.

II. *Sanctus Valerianus ex Monacho Lerinenſi ad Pontificatum Cimelienſem aſſumptus, boni Paſtoris officium implere ſtuduit. Huius Epiſcopi mentio habetur in epiſtola 50. Leonis Papæ ad Epiſcopos Gallarum, in hiſtoria Lerinenſi, & in lignavitæ legitur ſubſcriptus in Concilio Prouinciali Regienſi* Ann. Chriſti 439. *tempore Xyſti tertii Papæ an. 439. celebrato, & compoſuit homilias, & epiſtolas ad Monachos.* hæc ex Epiſcopo Salut. Opportunè quidem ſolandis, & confirmandis Monachis adfuit Nicienſis, ſiue Cimelienſis hic Sacer Antiſtes, & fidei Agoniſta, quandò referente Baron. perfidus Antagoniſta Attila, continuò reaſſumpta fiducia, cruentus Italiam perijt. Petendo autem (vti ſubnotat Card. Bellarminus) *Attila Hunnorum Rex flagellat* Ann. Chriſti 452. *Italiam*, non modò vt Barbarus, & Scytha, ſed acerbiùs multò, vt Arianus, vnde hæretica impellente rabiè Anno Domini 450 per Alpes Cottias Subalpinam Italiam inuadens, quingentos Noualicenſes Monachos (iuxta D. Albenſ. Epiſcopi relatum) iterum martyrio conſumpſit.

S. Valerianus Nicienſ. Epiſcopus fideliſſimus fidei Agoniſta, & Monachorum confirmator, in perſecutione Attilæ.
Baron. tom. 6 ad ann. Chriſti 452.
Bellar. 2. par. Chronol. ad ann. 450.
Albē. Epiſc. num. 103.

III. Prærecenſitus Bellar. Card. ad quintæ centuriæ exordium primordia Canonicorum Regularium refert ſequentibus notis: *Circa hæc tempora Sanctus Auguſtinus inſtituit ordinem Clericorum Regularium, qui ſimul cum ſe ipſo vitam communem agebant.* Monaſticum igitur Inſtitutum, quod Sanctus Antiſtes Euſebius, ab Ægyptijs acceptum, ad Italos delatum Vercellenſe, ac Mediolanenſe in Eccleſia plantauerat; Sanctus Epiſcopus, ac Doctor Auguſtinus mutuatū, ſecum in Africam tranſtulerat, vnde iam Magni Patris Auguſtini ſollicitudine adauctum, de Africa rurſus ad Gallicanas plagas Beatus Eugenius Carthaginenſis Præſul, & Primas Africanus reduxit, ſicuti D. Britio Epiſcopo placet, qui infra poſita habet: *Eugenius Epiſcopus Carthaginenſis, & Primas Africanus à Traſamundo Vuandalorum Rege, cum ducentis Epiſcopis exilio pulſus, ad Gallicaſq; plagas appulſus, ibidem, Ordinem, & Inſtitutum D. Auguſtini plantauit, & coluit* Ann. Chriſti 495. quod ex Baronio ille deduxit; qui D. Eugenij Afri Primatis, & Carthaginenſis Epiſcopi in Gallijs exilium, & obitum ſub Gundabundi, & Traſamundi fratrum Vuandalorum Regum Ariana perſecutione, narrat.

Bellar. Card. Chronol. p. 2.
Canonicorū Regularium Inſtitutum, ab Africa in Galliam reducitur à B. Eugenio Carthaginenſi Epiſcopo.
Albēſ. Epiſc. Sæculo 6.
Baron. tom. 6 Annal. ad an. 495. num. 15.

CALCVLVS XV.

Sancti MAVRI Abbatis apud Ciſalpinos Gallos Monaſtici ſtatus Inſtauratoris, ab anno 530.

I. APud priſcos illos prædeceſſores noſtros, Ciſalpinos Gallos religionis ſtatus in ſexto ſæculo qualis fuerit; coniectari licet ex Bellarmini Cardinalis ad finem quintæ Centuriæ deſcriptis ſequentibus verbis: *Hoc eodem tempore* Ann. Chriſti 530. *Imperator Anaſtaſius Eutychianus hæreticus erat, Reges Italiæ, Hiſpaniæ, & Africæ Ariani, Reges Francorum, Anglorum, Germanorum, Pagani, & tamen Chriſtiana Eccleſia deſtrui non potuit, quia fundata eſt ſupra petram, & portæ inferi aduerſus eam non præualebunt. Schiſma quinetiam Laurentij contra Symmachum pariter vigebat.* O infœlix, atque miſerrima illius ætatis, Ciſalpinæ Eccleſiæ conditio. Quippe quæ, inter Idololatras, & Arianos acerbiſſimos hoſtes conſtituta; modò ab his, modò ab illis ſingillatim aliquandò verò ab vtriſque copulatim feraliter diſcerpebatur; ſolis Epiſcoporum quorundam, & Monachorum inſignioribus Miſſionibus, ac certaminibus tantatecta aſſeruata, vel ſaltem poſt deiectionem inſtaurata, & reſtituta, licet domeſticis ſeditionibus, nempe tergeminato Schiſmate vexata.

Bellar. Chronol. p. 2.
Ciſalpina Eccleſia his temporibus ab Idololatris, & ab Arianis feraliter diſcerpitur, & à ſolis Epiſcopis inſtauratur.

II. *Pulcherata oppidum, antiquitùs ſic dictum, ad Padi ripam inter Gaxinum, & Taurianum ſitum, celebre fuit, vetuſtiſſima Abbatia inibi ſub titulo Sancti Mauri, ex Regularibus D. Benedicti Conſocijs erecta, qui ab Italis ad Gallicanos populos religionem propagaturus, per Pedemontium tranſiens, Vercellis in itinere moram trahens, magnum ſanctitatis ſpecimen exhibuit.* Hæc D. Epiſcopus ab Eccleſia tradidit, cui Frater Paulus Reuer. Epiſc. Albenſ. addidit: *Sedebat hac*

III *pro ætate, nēpè anno 530. in Vercellenſi Epiſcopali Cathedra Conſtantius è. de Conſtantia familia, conſtantiſſimus in religioſis viris diligendis Traſal, qui propterea aduenientem Maurum à ſuo Vercellenſi Clero honorificè excipi, & viſitari, & mandauit, & curauit. Per geminas igitur hebdomadas* Ann. Chriſti 562. *Maurus Vercellis commoratus, & Inſtitutum, & Monaſticum ſtatum à D. Euſebio, ſua in Eccleſia olim conſtitutum, modò verò collapſum releuauit, ad eamque ſanctitudinis formam reduxit, vt, & in Vercellenſi ciuitate, & in tota Pedemontana regione, miros regularis obſeruantiæ, & obſeruantioris diſciplinæ fructus produxerit.* Patet autem ex Breuiario Romano Maurum à D. Benedicto in Gallias miſſum extitiſſe, diutiuſque apud Gallos elaboraſſe; vti ſignat Baronius.

D. Epiſcopus Salut. Chronol. cap. 17.
D. Epiſcopus Albenſ. Sæc. 6. n. 108. 109.
Collapſum Monachale Inſtitutū in Pedemōtio, à S. Mauro reſtituitur.
Baron. ann. 562. num. 3.

CALCVLVS XVI.

Diui COLVMBANI Abbatis.

Baron. tô.7. Annal. ad ann. Chriſti 543. Bellar. Chronol. p. 2. ad Chriſti ann. 534. Epiſcop. Salut. Chronol. cap. 16. Noualiſiēſes Anachoretæ Regulam Sā. ctiBenedicti, his tēporibus amplexātur. D. Epiſcopus Albenſ. Sæculo 6. n. 253.

I. Ann. Chriſti 560.

D*Egebat apud Montes Simbucinos Magnus ille Catholici Orbis ſplendor, ſanctiſſimus Monachorum Patriarcha Benedictus, iamque duodecim erexerat Monaſteria*, aiebat Baron. vnde Bellarm. *Ordo Monachorum Sancti Benedicti, hoc tempore incipit*. In tota quidem Italia, ſed Subalpina præcipuè; iuxta D. Salut. Epiſc. teſtimonium aſſerentis, vel referentis: *Ad radices Montis Cineſij, ſita eſt vetuſtiſſima Abbatia Sancti Petri de Noualiſio, ſic dicta à noua luce. Hæc adhuc in humanis agente D. Benedicto, ab Abbone Patritio Romano conſtructa, eiuſque Monachis conceſſa fuit.* Cuius ex dictis manifeſtè deducimus; priſcos illos Noualeſianos ſolitarios Anachoretas Monaſticam, iuxta Euangelicum ad placitum ſibi præſcriptum, hactenus vitam profeſſos, modò, ſexti nempè ſeculi ad initium à Sancto Benedicto Monachis ſtatutam regulam, amplexatos, Benedictinæ Religionis profeſſores extitiſſe, de quorum religioſa viuendi methodo, religioniſq; progreſsù pariter, ac diuerſorum religioſorum glorioſo egreſsù, plura coaceruat D. Epiſcopus Britius nonnullos per prolixiores numeros, ex quibus paucula hæc noſtro propoſito inſeruientia decerpere libuit: *Licèt Attila Rex Hunnorum, circa Magni Leonis tempora, nempe An. 450. quingentos Noualiſios Monachos martyrio conſumpſerit; breui tamen temporum intercapedine denuo adeò multiplicati excreuerant; vt cum intra proprij Cœnobij ſtatuta clauſtra contineri nequaquam præ multitudine valerent, per Decurias, & Centurias, monaſticis ſub perfectioribus pugilibus Decurionibus, ac Centurionibus ad proximas Valles, & Alpes ad Diuinis vacandum, ab Abbate ordinatè emitterentur: quoadvſque opportunè edito, & audito religioſo Claſſico ad clauſtra reuocarentur.*

II. Ann. Chriſti 568.

Bellar. Chronol. p. 2.

Alboinus Rex Longobardorum regnare cœpit in Italia, anno 568. ſed breui occiſus fuit, vt etiam eius ſucceſſor Clephis, deinde per annos decem Rege caruerunt Longobardi, & Duces multi Prouincias ſibi diuiſerunt; donec iterum Antaris Rex electus eſt: cæterum Longobardi numquam tota Italia potiti ſunt, ſemper enim partem Italiæ, cum ipſa vrbe Imperatores Græci, per Exarchos tenuerunt. Iſta apud Bellarm. leguntur. Apud Baronium autem lego D. Gregorium Pontificem, de Longobardis talia diſſerentem: *Mox efferata Longobardorum gens, de vagina ſuæ habitationis educta, in noſtram perniciem graſſata eſt, atque humanum genus, quod in hac terra præ nimia multitudine quaſi ſpiſſæ ſegetis more ſurrexerat, ſucciſum aruit; nam depopulatæ vrbes, euerſa Caſtra, concrematæ Eccleſiæ, deſtructa Monaſteria virorum, & fœminarum; deſolata ab hominibus prædia, atque ab omni cultore deſtituta, in ſolitudine vacat terra, nullus hanc poſſeſſor inhabitat, occuparunt beſtiæ loca, quæ prius multitudo hominum tenebat.* Hæc ibi.

Barô. Annal. tom. 7. ann. 567. nū. 14. Deplorandus Eccleſiæ ſtatus ſub Longobardis.

De Scandiæ Aquilonari Prouincia igitur Longobardica gens barbara egreſſa, priorem hanc Italiæ partem Subalpinam primò occupatam, Longobardiam nuncupare voluerunt, atque atrociter diuexare, conſque perſeuerauerunt; vt cum ipſi partim Pagani, partim eſſent Ariani; tum minis, tum blanditijs; tàm pœnis; quàm propoſitis præmijs miſeros Ciſalpinæ Galliæ incolas à fide Catholica recedere compellerent: quibus ad perfidiam impellentibus, pro fide fortiter ſtantes religioſi ſeſe opponebant, vnde efferati, imò feris ferociores infideles, iniquioribus ſuis conatibus in aduerſantes ſacros Leuitas feraliter deſæuire voluerunt, ſicuti in Noualicenſibus Monachis ſignanter oſtentauerunt, de quorum inhumana ſubuerſione, & trucidatione Pingon. ſequentia narrat: *A Longobardis Noualicenſe Monaſterium euerſum, Arnulphus vir ſanctus mactatus, qui euadere potuerunt Monachi, in Taurinam Ciuitatem confugierunt, Abbate Bonitio, qui quintus fuit à D. Benedicto Ordinis Auctore.* Quibus à D. Epiſcopo Alb. hæc adduntur: *Supra Noualicenſes Monachos trucidatos pariter Vitij fideles, & religioſi inter quos clariſſimi recenſentur Sancti Iuſtus, & Flauianus, vniuerſis, & ſacris Ædibus; & Cœnobijs euerſis à Longobardis, tum Idololatriam, tum Arianam hæreſim profitentibus.*

Noualicenſis Abbatia deſtruitur, Monachiq; ſeſe omnes crudeliter à Longobardis trucidantur. Pingon. in Auguſt. Taurin. ſub ann. Chriſti 575. Epiſcopus Albenſ. Sæculo 6. n. 193.

Ann. Chriſti 575.

III. Ann. Chriſti 579.

Diuexatæ igitur, direptæ, & depopulatæ tùm Subalpinæ regionis, tum apud Ciſalpinos Monaſticæ Religionis ad inſtaurationem, ac reſtitutionem, ab Hibernia, remotiſſima Oceani Inſula, per Britanniam, & Franciam omnipotens, & ſapientiſſima Dei prouidentia vitæ perfectione, non minùs quàm ſcientiæ eruditione præclarum, in Longobardiam adduxit Sanctum Columbanum Abbatem Monachorumq; reformatorem, qui ab Agilulpho, & Theodolinda Taurinenſibus Longobardis Regibus (teſtante D. Epiſcopo Britio) velut Angelus ſuis in vrbibus exceptus, Modiolanūq; profectus, & voce, & ſcripto validiſſimè Arianam perfidiam exagitauit, pluraque ſui Ordinis Monaſteria, his in Subalpinis oris, exædificauit: vnde præclara de hoc Monachorum Protoparente Baron. quæ ſequuntur, ſcriptis exarauit: *Sancti Columbani Hiberni egregiæ ſanctitatis viri, cuius opera magnoperè in Gallijs, atque etiam in Italia propagatus eſt Monachiſmus.*

A Sācto Columbano Arianorū exagitatores: Monachorū reformatore, Monachiſmū reſtauratur. Albēſ. Epiſc. Sæculo 6. n. 260. Barô. Annal. tô. 7. ad ann. 579. nū. 14.

CALCV-

CALCVLVS XVII.

Celeberrimi CYRIACI Abbatis, ad Subalpinos Miſsi.

I.

INfœliciſſimus, Eccleſiaſticoque Regno, præſertim Italico ominoſus computatur à ſcriptoribus ſextus hic annorum centenarius: quia quò magis ferocioribus, & fortioribus, infeſtioribuſque aduerſarijs in Eccleſiam Catholicam inſurgentibus, & debacchantibus tergeminis primò Antipontificibus: Laurentio contra Symmachum, Dioſcoro contra Bonifacium ſecundum, Vigilio contra Siluerium: Secundò Longobardis Idolatris, & Arianis hoſtibus abundat; eò magis ſacrorum, ac leuiticorum, imò Pontificum propugnatorum penuriam patitur, ſicuti conteſtatur Dominus Epiſcopus Salutienſ. qui in ſua Chronol. Pedemontanorum Præſulum, ſub hoc Sæculo, vniuerſa hac in noſtra Subalpina Eccleſia memoria dignos Epiſcopos vix decem commemorat, binos Cemelienſes Magnum, & Carolinum: Quinus Vercellenſes, omnes Sanctos, ideſt, Æmilianum primum, Euſebium ſecundum, Conſtantium, Flauianum, & Vedaſtum; denique Aſtenſem vnicum Sanctum Secundum Epiſcopum, qui, vt aſſerit Bernardinus Cotins, Agilulphum Longobardorum Regem baptizauit. De quo Pingon ſequentia ſcripta reliquit, ad finem ſextæ centuriæ, nempè ad annum Chriſti 589. *Flauius Agilulphus Longobardorum Rex, à Theodolinda vidua in virum electus, hunc ex Ariano Catholicum Regina pia reddidit, vniuerſamque Prouinciam pernicioſa expurgauit hæreſi, apud Taurinos cum eſſent, Regiam in ea ciuitate ſtabilierunt*. Hactenus ille de Taurinenſium vrbe, cuius vix nominatos binos Antiſtites prædicata Tygridium, & Chronologia ſignat Agnellum viginti per annorum luſtra.

Anno Chriſti 589.

Eccleſiæ infauſtus hic centenarius.

D. Epiſcopus Salut. Chronolog.

Agilulphus Lōggbardor. Rex conuertitur, Pedemontanaque regio hæreſi purgatur.

Pingon. in Augusta Taurinorū anno Chriſti 589.

Epiſcopus Salut. Chronol. c. 4.

II.

Ad nouiſſimi verò decurrentis Sæculi luſtri terminum, infauſta nimis ſunt quæ ſubſcribo de Taurinate Antiſtite Vrſicino, qui expulſus à ſede, commendatus licet à Sancto Gregorio Magno Theodorico, & Theodoberto Regibus ac Syagrio Epiſcopo Auguſtodunenſi in vinculis nihilominus vitam abſoluit; factum fuſius tradit Dom. Epiſcopus Albenſ. aſſignans à Sancto Gregorio Magno Rom. Pont. miſſum Cyriacum Abbatem celeberrimum ad Ciſalpinas Gallias vt curaret Vrſicinum Epiſcopum Taurinenſem, ſede pulſum, & violenter dignitate expoliatum, carcerique apud Segutianos mancipatum liberari, in ſuamque ſedem reſtitui, ob idque à Pontifice, Theodorico, ac Theodoberto Francorum Regibus exaratas Epiſtolas, pariter & Syagrio Epiſcopo Auguſtodunenſi. Litteræ quidem referuntur l. 7. Epiſt. Ind. 2. Epiſt. 120 121. ipſius D. Gregor. in excuſis codicibus. Vrſicinus autem Secuſiæ in vinculis extremum ſuum diem clauſit. Præclara verò multi Cyriaci, egregiaque facinora, non ſolitaria hac legatione claudit Baron. imò honorificè vt ſequitur illius celebrem miſſionem concludit. *Quo ad Cyriacum Abbatem, tum in Gallias, tum in Hiſpanias miſſum, pertinet, idem agere. In Hiſpanijs, quod in Gallijs à Sancto Gregorio iuſſus videtur, nempe vt ad extirpandam vbique hæreſim Symoniacam, cogeret Epiſcoporum Concilia.*

Anno Chriſti 599.

D. Epiſcopus Albenſ. Sæculo 6. num. 8. Cyriacus Abbas à Gregorio Magno mittitur ad liberādū Vrſicinū Epiſc. Taurinenſ.

D. Gregor. P. l. 7. Epiſtol. Ind. 2. Epiſt. 120. & 121.

Baron. Annal. to. 8. ad ann. 599. nū. 33.

CALCVLVS XVIII

COMMVNIS

S. BENEDICTI Epiſcopi Albenſis, & BERTVLPHI, ac ATTALÆ Abbatum; aduerſus Hæreticos decertantium per integram Centuriam ſeptimam.

I.

Anno Chriſti 602.

REgnabat Longobardica gens, ſub hoc centenario in Italico Regno, in quo Taurinenſem Ducatum præcipuè fundauerat, & adminiſtrabat, vnde iuxta Pingonios numeros. *Auctoribus Agilulpho, & Theodelinda Regibus D. Ioanni Baptiſtæ Templum Taurini, et aliis in Longobardis ciuitatibus erigitur, eumque Diuum pro Tutelari, & Patrono inibi inuocare cœpit ea gens.* Præſignatis autem Pingonij numeris ſuos calculos adijcit Cardinal. Baronius aſſirmans: Monachos Monaſterij, & Abbatiæ Bobbienſis, ſub Attala, & Bertulpho Abbatibus, contra Longobardos Arianos, ſub eorum Rege Arioualdo hæretico, pugnaſſe, & plurimos conuertiſſe, in his regionibus: atque Bertulphum inter Honorium primum Pontifi. ac Arioualdum Regem compoſuiſſe diſſidia: A quibus ſupra poſitis nequaquam

Anno Chriſti 616.

Pingon. in Aug. Taurin. ad ann. 602.

Baron. Annal. tom. 8. anno 616. num. 24.

Bobbienſes Monachi aduerſus Arianos Hæreticos pugnant, & multos ad fidem conuertunt, ſub Abbatibus Attala, & Bertulpho.

diſſidet

D Epiſcopus Salut. Chrō. cap. 12.
S. Benedictus Epiſc. Albēſ. pro Eccleſia aduer. hęreſ. laborat.

diſſidet D. Epiſcopus Salut. pœnès quem legitur: quòd circiter finem huius Sæculi, ſcilicet circa annos 680. Sanct. Benedictus Albæ Pompeiæ digniſſimus Epiſcopus, plurimum pro Eccleſia aduerſus hæreſes, etiam Græcorum, laborauit, & pro vnione Græcę cum Latina Conſtantinopolim vſque penetrauit, ſextæq; Synodi interfuit. Anno Christi 680.

CALCVLVS XIX.

I.

Sancti GRATI Epiſcopi Auguſtenſis, ex Monacho Epheſino apud Subalpinos; ſeu Interalpinos Apoſtolantis, ab anno 779.

L.

OMni ſciens Deus cuius prudentiſſima prouidentia in Eccleſiaſticæ ſuæ Monarchiæ diſpoſitione non fallitur, fallere tamen artes Dæmonum, ideſt Sathanæ aduerſus Eccleſiam inſidias illudere, & diſſoluere ipſa profitetur; Immiſerat, circa ſextæ annorum centuriæ dimidium, ſubuerſor Angelus Hæreticum, imò Paganum Scandiorum Scytharum Regnum, ideſt Longobardicos Duces, Reges, ac Tyrannos ad Eccleſiaſtici Italici Subalpini præſertim Principatus euerſionem, permiſerat Deus, pariter per gemina continuata Sæcula, ſuo arcano Conſilio tolerauerat: Verùmenimuero quos infenſus hoſtis ad ſubuerſionem expugnatores miſerat, ipſe legitimus Imperator in inſtauratores, & ædificatores ſuæ Eccleſiæ ad reſtaurationem, atque ædificationem conuerſos Longobardos Reges emiſit, ſimul & tranſmutauit: vti contemplari licet in Agilulpho Catholico, Cuniperto Pio, & Ariperto huius nominis ſecundo Religioſo. De quo, in initio octauij centenarij, regnante D. Epiſcopus Salut. ſic ſcribit. *Abbatiam SS. Conſtantij, & Victoris, ſub anno 713. Aripertus Longobardorum Rex fundauit, & Monachis conceſſit.* De quo pariter, & ipſe Præſul, & Antiſtes Albenſ. plura ſubſequentia conſcribit: *Sub hoc Rege Longobardorum Ariperto mirificè refloruit in Lombardia Catholica Fides, prius ferè à Rotarii Ariano ſepulta. Aripertus enim, vix aſſumpto ſceptro, publicè Orthodoxam Religionem profeſſus, Arianam hæreſim, eſt deteſtatus, incredibili gaudio, & fidelium exultatione, præcipuéque propè ſuam Regiam in honorem Saluatoris, & celeberrimi Templi, & ampliſſimi Cænobij iecit fundamenta, magnificentiſſimè ea ditando, pariter & exornando. Inde neceſſitati fidei in Subalpinis, Taurinenſique ſignanter Diœceſi proſpiciens, ut conſuleat vt catholicus cultus, & veritas efflorèſcerent; ad Macrenſis Vallis fauces, locū, vbi pro Chriſto proprium ſanguinem fuderant Conſtantius, & Victor Thebani Duces, Baſilicam ſimul, ac illorum memoriam extitauit, peramplum Monaſterium liberaliter cenſibus donatum, in Monachorum ſancti Columbani inſtitutum profitentium habitationem conſtruendo. Quinimmò (vt plurimorum fert opinio) ab ipſo Ariperto, & ſancti Dalmatii in Gexina Cœnobium, & Sancti Iophredi in Padaſana conualle Templum reſtituta fuerunt. In Albenſi Diœceſi Sancti Petri de Ferraria, in Monfregalenſi agro Guaſti, in Ciuitate Aquenſi iterum Sancti Petri Abbatias ædificauit, in quibus Religioſi Athletæ excubantes, & hæreticæ extirpandæ, & Orthodoxæ Religioni promouendæ incumberent. Nec in Taurinenſi, & Aſtenſi ſolis ſuæ gentis Ducatibus ſed, & in Vercellenſi quoque Diœceſi catholica ſua pietatis religioſa ſemina multiplicauit: Dino namque Aemiliano ſecundo Vercellenſi Antiſtiti pro Eccleſiaſtico honorificentiori cultu, plura opulentiora donaria dilargitus eſt.*

Sub Ariperto Longobardorum Rege Fides Catholica refloreſcit

D. Epiſcopus Salut. Chrō. cap. 30.
D. Epiſcopus Albenſ. Sæculo 9. n. 66.

Anno Christi 713.

Aripertus Abbatiā SS. Cōſtantij, & Victoris fundat ad fauces Vallis Macrenſis pluraq; religioſa opera præſtitit.

Anno Christi 750.

II.

Bellarm. Card. iſta de Ariperto II. Longobardico Rege habet: *Hic Aripertus reſtituit Alpes Cottias Romanæ Eccleſiæ, Paulus Diaconus, & Leo Oſtienſis ſcilicet aſſerunt.* De Graijs quoque, & Penninis itidem Alpibus Cottianis conterminantibus infraſcripta notat Dominus Auguſtinus Epiſcopus: *In vertice Auguſtanæ vallis, quam præterlabitur Duria Balted, ad radices Montis Iouis, qui nunc D. Bernardi, vbi ipſa vallis in duas fauces bipartita, vna Tarantaſiam per Alpes Graias, altera in Valeſanos per Penninas conducit, ſita eſt Auguſta Salaſſorum, ſiue Prætoria, antiquá Ciuitas eſt. Eius, & vniuerſæ Vallis populi, licèt corrupto idiomate loquantur, Itali tamen ſunt. Epiſcopus huius Ciuitatis Sanctus Gratus quintus nominatur, natione Græcus Lacedemonienſis, Athenis liberalibus diſciplinis, optimiſque moribus excultus, Epheſum profectus, ibi Monaſticum habitum induit, ſed creatus Epiſcopus Auguſtenſis, Auguſtam veniens, breui aſſiduis prædicationibus, tum publicis, tum priuatis populum variis erroribus reſperſum repurgauit. Reliquias ſancti Mauritij Martyris, & Sociorum ſordido loco ad Rhodani fluminis ripam iacentes, Diuino admonitu, in Auguſtenſi Monaſteria, loca decentiore repoſuit, quarum pars Sedunum ab illius Ciuitatis Epiſcopo, pars Auguſtam ab ipſo Grato delata eſt. Obdormiuit in Domino VII. Idus Septembris anni, & poſt mortem continuis miraculis clarus.*

Bellar. Card. Chronol. p. 2.

D. Epiſcopus Salut. Chronol. c. 43.

Auguſtanus populus purgatur variis erroribus per ſtudia S. Grati illorū Vrbis Epiſcopi.

CALCVLVS XX.

Sancti STAGRII Nicienſis Epiſcopi,

Ad annos 787.

I. *IPſe Excellentiſſimus Francorum Rex fortiter debellans, & obſidens ciues Papienſes, dum ira Dei ſuper omnes Longobardos, qui in eadem ciuitate erant, graſſaretur, Dei nutu ciuitatem, ſimulque, & Deſiderium Longobardorum Regem, atque cunctos, qui cum eo erant, comprehendit, & ſuæ poteſtati cunctum Regnum Longobardorum ſubiugauit.* Refert Baron. Card.
Ann. Chriſti 774. de Carolo Magno Imperatore, de quo pariter Pingonius ſub eodem anno conſimilia appoſita habet: *Carolus Magnus Deſiderium Regem Longobardorum Papiæ expugnat, menſe Maio, vinctum exilio mulctat perpetuò. Hic Longobardici Regni finis in Italia, poſtquam per 205. annos ipſa ſat durum Barbarorum iugum ſerua ſubierat.* Idem Carolus Magnus Abboni Regulo Secuſiæ tractum ad Taurinos vſque detulit, à cuius ſobole Secuſini tandem Marchiones, quaſi Italicæ portæ Cuſtodes prodierunt. De illo memorabilia infra poſita refert Epiſcopus Salutiarum. *Abbatia Sancti Petri de Noualiſio ab Abbone Patritio Romano, adhuc in humanis agente D. Benedicto, conſtructa, eiuſque Monacis conceſſa, à Longobardis per Vallem Secuſinam in Galliam, ſub Rhotoaldo Duce anno 575. irrumpentibus deuaſtata, per multos annos hoſpitio deſerta fuit monachorum, qui quotquot ab impiorum furore tunc temporis euaſerant, Taurinum ſe receperunt, vbi ad annum vſque ſeptingenteſimum quinquageſimum ſextum commorati ſunt, quo alter Abbo (vt ait Pingon. in ſua Auguſta Taurinorum) alter, etiam Patricius natione Gallus, citra, & vltra Alpes potentiſſimus, primus Secuſiæ Marchio eamdem Abbatiam reſtituit, iterumque ampliſſimis redditibus locupletauit, plura bona in Italia, & Gallia ei concedendo. Imperator verò Carolus Magnus Abbonis donationes Cæſarea auctoritate approbauit.* Hæc ille. Qui aliàs iàm ſcripſerat ſub anno 777. in ſerie Nicienſium Epiſcoporum. *Sanctus Syagrius, natione Gallus, Caroli Magni Imperatoris propinquus, & Comes Brienſis, cuius precibus dictus Imperator Abbatiam Sancti Pontij, Ordinis Sancti*
Ann. Chriſti 787. *Benedicti, non longè à Nicea fundauit, Cimelenſique Ciuitatu dotauit, & quam ipſe, antequam Epiſcopus Nicienſis ordinatus fuiſſet, per aliquos annos laudabiliter rexerat. Obijt circa annos Domini 787. & eius corpus ſepulturæ mandatum eſt in Baſilica prædicti Monaſterij Sancti Pontij.*

Barõ. Annal. tom. 9. ad ann. 774.

Pingon. in Aug. Taurin. ad ann. 774.

D. Epiſcopus Sal. Chrõol. cap. 16.

Ab Abbone primo Secuſiæ Marchione reſtituta Noualicenſis Abbatia.

Idem einſdẽ Chrõol. c. 15.

Precibus S. Syagri, Carolus Magnus Imperat Abbatiam Sancti Pontij prope Niciã fũdat.

CALCVLVS XXI.

COMMVNIS

IONÆ Aurelianenſis Epiſcopi, OLDRADI Noualicenſis, & THEODOMIRI Abbatum, Taurini pro fide certantium, per totam nonam annorum Centuriam.

I. LÆthalis, & funeſtus Pedemontanis, Taurinenſibuſque præcipuè apparet nonus hic centenarius: in quo recondito Dei conſilio, Taurinenſis Eccleſiæ copioſum ouile lupo ſub paſtoris perſona ferocienti dilaniatur dum committitur. Factum narrat Baron. Card. ſub Eugenij II. Rom. Præſulis Pontificatu ſequentibus notis: *Imperator Ludouicus quemdam Presbyterum, natione Hiſpanum, nomine Claudium, qui aliquid temporis in Palatio ſuo in Presbyteratus militauerat honore; Taurinenſi Præſulem ſubrogari fecit Eccleſiæ; ſed quàm peſtiferum dogma, & ab Eccleſiæ auctoritate abhorrens, in plebem ſibi transfuderit commiſſam; libellus, quem ad Theodomirum Abbatem, ſe charitate imperante corrigentem, eumque à ſuperſtitioſa doctrina auertere volentem ſcripſit, eumdemque legere, & noſce volentibus patenter demonſtrat.* Hæc ille. Plenius autem Ambroſ.
Ann. Chriſti 825. Caſſinenſ. *Claudius quidam (inquit) homo Hagiomachus Anglus genere, Oxonia ortus, qui cum ſe totum à pueritia tradidiſſet dogmatibus Arij, progreſſu temporis infectus eſt etiam lepra Neſtorij, Vigilantij, & Eutychij, cum eſſet anno 825. ſub Eugenio II. Pont. & Ludouico Romanorum Imperatore Epiſcopus in Ciuitate Taurini, in Pedemontibus, detectus fuit hæreſiarcha à quodam viro religioſo, & Eccleſiæ Cathedralis Canonico Taur. Ludouico dicto, & correptus ea modeſtia, & humanitate quà vtilicet, ab Abbate quodam Theodomiro, per hac emendationem non ſuſcepit, imo peior euaſit, & librum apologeticum contra eumdem Abbatem Theodomirum, pro ſuarum hæreſum defenſione, conſcripſit. Verùm fauente Deo, tandem hæc beſtia à Iona Aurelianenſi Epiſcopo confuſus, & confutatus eſt, tamen ſenio confectus, pertinax mortuus eſt, & in ſterquilinio ſepultus.*

II. Quoniam obſcuros, & noxios, ideò paucos, ideſt binos, pro tota nona Centuria,

Barõ. Annal. tom. 9. ad ann. Chriſti 825. num. 65.

Theodomirus Abbas inſurgit aduerſus Claudiũ Epiſcopum Taurinẽſem hæreſiarchã.

Ambroſius Caſſinenſ. in triſph. Cath. ver. cit. Adoratio.

Ionas Epiſc. confutat, & cõfũdit Claudium Hæreſiarcham.

turia,

D. Epiſcopus Sal. Chron. cap. 6. Guliel. Baldeſſan. H. E. Ped. l. 2. M. S. Oldradus Ab. pro fide laborat. A quibus Taurinenſis Ciuitas expurgata hæreſi, Claudiuſque Epiſcopali Sede pulſus. D. Epiſcopus Salut. Chronol. c. 10. Ciuitas Vercellenſis deprædata, Clericique cæſi ab Arianis.

tentia, numeros computamus, pernicioſam primò Hiſpani, vel Angli Pſeudoepiſcopi, atque Pſeudopaſtoris hæreſiarchæ, à malo ſpiritù immiſſionem, contra quam proficuam perutilem, imo neceſſariam inſignium trium Antagoniſtarum, Ionæ Epiſcopi, Theodomiri, & Oldradi Abbatum emiſſionem numeramus. Hunc tertium inter Noualicenſes clariores Abbates ad Annum 845. D. Salutienſis Epiſcopus ſignat his verbis: *Oldradus vir ſanctitate vita, & etiam miraculis clarus*. Cuius clariorem notitiam ſuggerit Guiliel. Baldeſ. *Eldradus, ſiue Oldradus Paſtorali ſolicitud ne Taurinos Populos à Claudij Epiſcopi erroribus curauit, totis viribus, aduocato etiam ſæcularium Principum ſubſidio, vt illius hæretica dogmata, & laſphæ ſcripta abolerentur*: Tribus igitur recenſitis curatoribus ſibi inuicem voce, ſcriptis, miris, & eruditione, & ſanctimonia cooperantibus, Pſeudo paſtor Sectarius, Lupus, alienigena adulterina voce mactate, & perdere ſatagens; opportunè detectus à Taurinenſis gregis præſidentia ciectus, depoſitus, & expulſus fuit; ſi quæ ſeductæ erranerant, quæſitæ, & reductæ ſunt oues: Auſpicatiorem attamen ſortem Vercellenſi Eccleſiæ, ſub his temporibus nempè ſub anno 830. contigiſſe lego, apud D. Auguſtinum Epiſcopum Salutiarum qui de Præſidente illi Paſtore honorifica talia tradit: *Nortingus Germanus, Caroli Magni Imperatoris familiaris, Elrafridi Comitis de Calnè filius, vir in omni doctrina ſcripturarum eruditus; creatus Epiſcopus Vercellenſis Monaſterium Hirſaugienſe in Germania fundauit*. Paulò verò infra, nempè ad annum 880 ſuperaddit: *Luiduardus, ſiue Luitardus Epiſcopus Vercellenſis, à quo Ioannes VIII. Pontif. Max. auxilium aduerſus Sarracenos, Apoſtolicam Sedem infeſtantes poſtulauit. Huius Epiſcopi tempore Berengarius Foroliuienſis Dux, inde Rex Italiæ Vercellenſem vrbem expoliauit, & paulò poſt Ariani facta ſeditione, ferè totum Clerum ipſius ciuitatis occiderunt*.

Ann. Chriſti 845.

Ann. Chriſti 880.

CALCVLVS XXII.

GVILIELMI Taurinenſis, & AVDACIS Aſtenſis Epiſcoporum, Ab anno 901. ad 938.

Bellarmin. Card. Chronol. p. 2. Huius Sæculi infælicitas deſcribitur. Baron. Card. Annal. to. 10 ad ann. Xpi 900 num. 1. Genebrard. Epiſc. Chronograph. l. 4. Sæculo 10. Baldeſſan H. E. Ped. l. 2. M. S. Audax Aſtenſis Epiſc. Canonicalia Religioſa Clauſtra ædificat. Baldeſſan. vbi ſupra. Pingon. in Aug. Taurin. ſub ann. 905. Noualicenſe Monaſterium combuſtum, Monachi necati à Sarracenis. D. Epiſcopus Sal. Chronol. cap. 5. Baldeſſan. vbi ſupra. Hæreſum reliquiæ purgantur in Ciuit. Taurinẽ. per Guilielm. Epiſcopum.

CArdinal. Bellarminus decimam hanc huius prioris chiliadis à nato Saluatore annorum centuriam, infra relatis vocibus deplorat: *Vide ſæculum infælix, in quo nulli ſcriptores illuſtres, nulla Concilia, Pontifices parum ſolicitu de Republica ſed Diuina prouidentia fecit, vt nullæ ſurgerent hæreſes*. Hæc vnus; quæ iam alter Baron. Cardinal. deflenda annotauerat, quibus connotat Genebrardus Epiſcopus ſcribens: *Hungari, & Sarraceni Italiam depopulantur*, Barbarorum igitur immaniores has depopulationes fuſius enarrat Guiliel. Baldeſ. dicendo circa finem noni, & initium decimi ſæculi; *Vnghari, ſiue Hunni in Italiam venientes, & agrum & Vercellenſem ciuitatem deuaſtantes, Clerum cum Epiſcopo Luitmaro ann. 901. trucidauerunt*. Audax Aſtenſis Epiſcopus animaduertens grauiora damna, & ſpiritualia detrimenta, ab Hunnis ſuo Clero illata, in propria Ciuitate Religioſa Clauſtra pro inſtituendis, & alendis triginta ſaltem numero Canonicis, ædificauit: & quod Canonico Iure non potuit, Paterno affectù, & Paſtorali beneficentiæ hoc obtinuit, atque ab anno 904 (iuxta Salutiarum Epiſcopi numeros) ad annos 938. hanc Eccleſiam adminiſtrauit. I.

Ann. Chriſti 901.

Ann. Chriſti 904. & 938.

Sarraceni venientes ex Hiſpaniis, Subalpinas has plagas deprædantes Monaſteria Pagni, ac Falceti, Abbatiaſque SS. Conſtantij, & Dalmatij ad radices Alpium, & Sancti Petri Aquarum ſubuerterunt. Idem Barbari infideles depopulatis, & aſportatis bonis, interfectis Monachis, qui Taurinum non confugerant, Noualicenſe Cœnobium vaſtauerunt. Hæc Baldeſſan. ex Pingonio, dicente: *Graſſantibus Sarracenis, Noualicenſe Monaſterium ab impiis hoſtibus combuſtum, nec ij qui illic remanſerant, ſex mille ſexcentum, & ſexaginta ſex libri, prædicti Monaſterij in Bibliotheca aggrabantur, qui Taurinum aſportati, in ibi ab eiſdem Sarracenis ann. 910. combuſti ſunt*. Supra poſitis corriſpondent quæ D. Sal. Epiſcopus ſic refert: *Guilielmus Epiſcopus, vir doctiſſimus, ann. 906. Abbatem Dondiuertum, & Monachos Noualicenſes, à Sarracenis expulſos, in Ciuitatem Taurinenſem excepit. Hic geſta Martyrum Thebæorum edidit: Oſſa S. Secundi, eiuſdem ſacra Legionis, Taurinum tranſtulit, & in Templo D. Ioannis collocauit*. Ad hæc ſuperaddit citatus alter Guiliel. Baldeſ. *Guilielmus agnomine Pius, primus huius nominis Epiſcopus Taurinenſ. ſingulari ſuo zelo, eximiaque doctrina eam Eccleſiam pluribus annis iuuit: ſi qua enim hæreſiarchæ Claudij, impiorum dogmatum ſupererant reliquias à ſubiectis populis perpurgauit, & affatim eliminauit*. II.

Ann. Chriſti 906.

CALCVLVS XXIII

COMMVNIS

IOANNIS RAVENNATIS Archiepiſcopi, PICHERIANI Monachi, & GEZONIS Noualicenſis Abbatis,

Ab anno 966. ad finem vſque primi Millenarij.

I. HVgo Marinus Aluernus, Montis Buceri Regulus cum Iſengarda coniuge Roma redeuntes, magno ſumptu Templum D. Michaelis ad Montem Caprafium extruxerunt: Ioanne XIV. Romano Pontif. ſedente. Scribit Philib. Pingon. cui D. Auguſtin. Eccleſia ſic ſubſcribit: *In Picheriani Montis acumine, conſpicitur celeberrimum S. Michaelis Monaſterium, antiquitus Magnum Benedictinorum Monachorum Hoſpitium. Illud fundauit, & magnifica manu dotauit Hugo Marinus, propter [illegible] & Montis Buceri Dominus, dum Roma ad patrios lares cum Iſengarda vxore rediret: poſt cuius conſecrationem, facto voto ab Amizone Taurinenſi Antiſtite, anno 966. [illegible] fama miraculorum percrebreſcente, in illud Monaſterium quamplures [illegible] ac deuoti viri, religioſæ vitæ ducendæ cauſa, ſe recipiebant, præcipuè verò Ioannes Rauennæ prius Archiepiſ.* De quo ſponte abdicato Archiepiſcopatu, & Monachi vitam profitente ſubdit Baldeſſ. *Cum mirabiliter [illegible] Eccleſiam in Monte Pichiriano Sancto Archangelo Michaeli coram Primati, ab Angelis dicitur conſecrata, & ibi inſtructo Monaſterio, Monachorum inſtitutum Hunnorum, & Sarracenorum incurſionibus collapſum, [illegible] collabens, ne penitus rueret, ſuſtinuit, & inſtaurauit.* De Noualicenſi autem Cœnobio, haud ſatis longius diſſito, hæc ſuperaddit. *Ab Abbate Gezone reformati Noualicenſes Monachi in Taurini, & Bremi conſtructis Cœnobijs commorantes, eximia ſanctimoniæ exempla præferentes, non mediocre Subalpinis Incolis fidei emolumentum præſtiterunt.* Pingon. rurſus de eodem ſubnectit: *Gezon Noualicenſis Abbas Noualeſiam reſtaurauit ædificijs, illucque cum Monachis relicto Taurino rediit, Cœnobij dignitate reſtituta.*

Ann. Chriſti 966.

Pingon. in Aug. Taurin. ipſo anno 966. D. Fr[illegible] Sileir, Chron. vol. cap. 18. S. Michaelis Monaſter. deſcribitur. Noualicenſeque Cœnobium reſtituitur.

Baldeſſ. vbi ſupra.

Idem lib. 21. Gezon Ab. egregia geſta patrauit.

Pingon. in Aug. Taurin. ſub ann. 987.

Ann. Chriſti 987.

CALCVLVS XXIV

GVILIELMI Diuionenſis Abbatis,

ab anno 1003.

I. ANno 1003. Guilielmus Roberti Comitis Vulpiani filius, Monachus Sancti Michaelis de Locedio, Abbas S. Benigni Diuionenſis, tanta nituit morum integritate, tantamque præ ſe tulit ſanctitatem, vt cum adhuc viuentem Benedictus VIII. Pont. Max. quodam in diplomate, Religioſum Presbyterum, & Monachum, Angelicumque Abbatem appellarit. Hic alter Monachorum Pater, inter alias plurimas quas fundauit Abbatias, eam ſatis inſignem, quæ ſancti Benigni Fructuarienſis dicta, in Eporedienſi Diœceſi, ex liberalibus coniunctorum elargitionibus, Regiſque Arduini, & Bertæ Coniugis munificentia, in S. Benigni, & Tiburtij honorem conſtruxit: & locum, qui vepribus, arbuſtis, ſyluiſque confertiſſimus erat, auxiliante etiam Gotefrido Taurinenſi Archipræſule, religioſiſſimorum virorum fecit ſeminarium, quibus regularibus Diui Benedicti II. inſtitutis ſubiectis in primis Abbatē Ioannem Guidonis S. Martini Comitis filium, Regiſque Arduini nepotem præfecit. Monaſterium ſicut tamen fuit in honore, apud Chriſtianos Principes, vt ampliſſima priuilegia ac beneficia Sum. Pont. Imperatores, Reges, Comiteſq; ac Duces Sabaudiæ, & Marchiones Montisferrati, & plerique alij Principes tam Eccleſiaſtici quam ſæculares eidem conceſſerint.

Ann. Chriſti 1003.

Ex Chronol. Saint. Eccl. cap. 67.

Abbatia S. Benigni Fructuarienſis fundatur.

CALCVLVS XXV

GEZONIS, & LANDVLPHI Taurinenſium Epiſcoporum, & IOANNIS quondam Rauennatis Archiep.

ab anno 1007.

III.

I. DOminus Salut. Epiſc. ad ann. 1007. ſequentia breuiora de Taurinate Præſule annunciat: *Gezonus fundator Abbatiæ S. Solutoris Maioris Taurini.* Cuius fundationis prolixiorē dat notitiam, & notificat cauſas ac modū Guiliel. Baldeſſ. mox referēda ſic cōmemorans: *Gezonus Taurin. Epiſc. ordinatus cū comitij ſibi Origiis fidem,*

Ann. Chriſti 1007.

D. Epiſcopus Salut. Chron. vol. 24. 5.

Baldeſſan. H. E. Ped. lib. 21. m. ſ.

Gezon. Taurinenſis Epiſcopus Abbatiam SS. Soluteris, Aduentoris, & Octauij ad reformãdum ſæcularẽ ſtatum fundat.

S. Ioãnes Rauennates per religioſam pietatẽ in Subalpinis ſeſe tuerẽ curat. D. Epiſcopus Salut. Chronol. c. 3. d. 19.

Caburrenſis Abbatia à Landulpho Taurinenſi Epiſcopo erecta.

at pietatem promouere ſtuderet; aſciſito ad ſe B. Ioanne, quondam Archiepiſcopo Rauennate, tunc vero Monacho, & Anachoreta ... coniſilio ..., nempe vt depravatos ſui, & Cleri, & Populi mores Chriſtiana, atque fidelium integritati, pariter, ac religioſa pietati reſtitueret; vnanimi conſenſu in eam ſententiam pariter conuenerunt; vt pro ſæculari ſtato reformando, Regularis, atque Monaſticæ inſtituti exactioris obſeruantia Monachorum exemplar, ſiue exempla, ſanctimoniaque exemplaria proponerent. Quamobrem excogitato apeti mentem, & manum admouentes, in ſua Taurinenſi Metropolitana Ciuitate Epiſcopus quidem Gezonus inſignem SS. Soluteris, Aduentoris, & Octauij Monachorum Abbatiam conſtituit; qua perfectiorum ſacerdotum in celebre Collegium euaſit. Vnde ad informandam Eccleſiam, & plebem ſibi ſubiectam, idoneos, & ſtrenuos operarios aduocatos ille emittebat. Quapropter huic Abbatiali Inſulæ Præpoſito Traſuli, per Pedemontium plures exiſtentes Eccleſias ſubiectas eſſe voluit. Prudens autem Rauennates olim Archiepiſcopus, Eremita humilis effectus coedificante, & ipſe, ſiue ædificatum ampliauit Sancti Michaelis Cluſini percelebre Cœnobium, in eoque ſtrictioris diſciplinæ Monachos congregauit; quorum ope, & opera collabentem Monaſticæ obſeruantiæ diſciplinam reſtitueret, quæ reſtituta per obſeruantes religioſos operarios apud Ciſalpinos Gallos collapſam iam Chriſtianam pietatem releuaret.

Totum hunc integrum numerum diuerſis ſuis numeris conſignat D. Epiſcopus Salut. diuerſis in locis recollecta infra ſcripta referens: *Landulphus, ſiue Gandulphus Epiſcopus Taurin. qui interfuit Concilio Romano, idest Synodo Lateranenſ. ſub Benedicto VIII. Caburrum, ob antiquam in eo à Landulpho Taurinenſi Epiſcopo in honorem Deiparæ Virginis erectam Abbatiam non parum celebratur, hanc D. Benedicti Monachis ſubeſſe à primo origine voluit; cui non vulgari dote dilata, præfecit in Abbatem Ioannem quemdam eiuſdem Ordinis Monachum, mortuo, & vita integritate inſignem. Ioannes primus Abbas vir ſumma induſtria, ac ſenſibilitatis egregiæ vixit pariter cum Landulpho circa annos Domini 1010.* II. Ann. Chriſti 1010.

CALCVLVS XXVI.

C O M M V N I S

Geminorum Romanorum Pontif. LEONIS IX. & VRBANI II.

ab annis 1050.

Ambroſ. Caſſ. Triumph. Catholicæ veritatis tit. Acta Bereng. Concil. Vercellẽſe celebratũ contra Berengharium hæreſiarchã. Baro. Annal. tom. 11. ann. Domini 1050 Leonis IX. Pontificatus anno 4.

In Concilio Vercell. Berẽgar. dãnat. D. Epiſc. Salut. Chronol. cap. 30. Cõcil. c. 7.

Leo IX. Pontif. Max. occidentales Eccleſias liberat ab hæreſi, & à ſchiſmate.

Baldeſſan. H. E. Ped. l. 32. manuſcrip.

Epiſcop. Salut. Chronol. cap. 21.

Vrbanus Pontifex Maxim. Aſtenſẽ Cathedralẽ nouã conſecrat.

I. B*Erengharius Gallus, Andegauenſis Clericus, Electus Epiſcopus Turonenſis, qum eſſet corde leuis, & ſophiſta garrulus paucis elapſis annis, detectus fuit impius Hæreſiarcha, negans veritatem Corporis Chriſti in Euchariſtia: contra impium ſcripſit Lanfrancus Archiepiſcopus Cantuarienſis. Itaq; anno Salutis 1050. menſe ſeptembri, ſub Leone IX. Pont. & Henrico II. Romanorum Imperatore, Vercellis congregatum fuit Concilium trecentorum, & amplius Patrum, in quo Summ. Pontif. Leo IX. præſidebat, & vocato Berenghario, non comparuit, qui ſe excommunicatus fuit, & de Eccleſia eiectus.* Supradicta ex Ambroſ. Caſſinenſ. deſcripſi. Quibus etiam deſcribo ſequentia ex Baron. *Quæ autem contra Berengharium, poſt hæc actitata ſunt eodem anno, in Concilio Vercellenſi, a Lanfranco ſic ait pe. Dehinc declarata eſt Synodus Vercellenſis que tunc proximo ſeptembri, eodem Præſidente Pontifice eſt celebrata Vercellis: ad quam vocatus non venit, ego vero præcepto, & precibus præfati Pontificis, vſque ad ipſam Synodum ſecum remanſi, in qua in audientia omnium, qui de diuerſis huius Mundi partibus illuc conuenerant, ſententia tua expoſita, ac damnata, fides Sanctæ Eccleſiæ, quam ego teneo, & tenendam aſtruo, audita, & concordi omnium ſenſu confirmata eſt.* Ann. Chriſti 1050.

Cuius autem Vercellenſis Antiſtitis tempore, ſupradicta inibi actitata fuerint, explicat Dominus Salut. Epiſcopus dicens: *Gregorius Fontana Placentinus interfuit Concilio Vercellis, ſub Leone IX. celebrato* de hoc Conc. tom. 7. Conciliorum paucula hæc conſcripta legi. *Concilium Vercellenſe contra Berengharium, & pro Lanfranco celebratum anno Domini 1050. tempore Leonis Pap. IX.* cuius pro condigno encomio ſubiungo ex Baldeſſ. ſequentia: *Occidentales etenim Eccleſiæ permaximum debent Leoni IX. Pont. beneficia, quippe qui eas, & à Schiſmaticorum, atq; Nicolaitarum immunditijs emundauit, & Vercellis coacto Concilio ab impijs Berengharij erroribus illas expurgauit.* II.

Hunc breuiorem, ſed pleniorem numerum, nobis ſuppeditat Dominus Auguſtinus ab Eccleſia dum ait: *Otho Epiſcopus Aſtenſis, tempore huius Epiſcopi, Vrbanus II. Pont. Max. in Galliam profecturus, Aſtam ciuitatem tranſiit, ac nouam* Eccleſiam Cathedralẽ *Kal. Iulij anni 1096. conſecrauit.* III. Ann. Chriſti 1096.

CALCVLVS XXVII

COMMVNIS

Sancti PETRI DAMIANI Cardinalis, & Oſtienſis Epiſcopi, ac ANSELMI Epiſcopi Lucenſis, apud Ciſalpinos Legatorum, ab anno 1059.

I. Ann. Chriſti 1059. ANno Domini 1059. Nicolai II. Pontificis ſub priori anno de Beato Petro Damiano ſequentia habet Baron. Cardinal. *Verum ſanctiſſimi Paſtoris Zelus contineri non potuit termino illo ambitus Synodalis, ſed cum percepiſſet Mediolanenſem Eccleſiam, ſicuti Symoniaca labe, ita & Clericorum impuritate labefactatam, penituſque collapſam, ad eam reſtituendam legavit deinde viros ſanctiſſimos, atque doctiſſimos, nimirum ipſum Petrum Damian. Cardinalem Oſtienſem, & Anſelmum Lucenſem Epiſcopum.* Baronianis aſſertis ſuperaddit Salut. Epiſc. ſub ann. 1059. *Cunibertus, ſive Cuniberrus Taurinenſ. Epiſcopus, cui Petrus Damianus Cardinalis ſcribendo, perſuadere conatur, vt incontinentiam Clericorum ſua Diœceſi exterminaret, & amouere contendat: ſed quia interfuerat in quadam Synodo Mediolani, coram Guidone Archiepiſcopo, & Epiſcopis Vercellenſe, Nouarienſe, Brixienſe, & Laudenſe anno 1060. celebrata, in qua ordinatum fuerat, Clericis vxores habere licere, ideo anno ſequenti à Nicolao Papa II. cum iiſdem, excommunicatus fuit.* Baron. Card. Annal. ad an. Xpi. 1059.

II. Rem plenius tradit Guiliel. Baldeſſ. *Nicolaus II. B. Petrum Damianum Cardinal. Oſtienſ. in Lombardiam, ad Eccleſias Mediolanenſem, & Ciſalpinas cæteras miſit, aduerſus Epiſcopos Symoniacos, & concubinarios nempe Mediolanenſem, Vercellenſem, Taurinenſem, Albenſem, Aſtenſem, Brixienſem, qui in Conciliabulo conceſſerunt Clericis ducere vxores. Apoſtolicus igitur Legatus, Adelaidis cum pia Comitiſſæ, & Principiſſæ ſubſidio fultus, Taurinenſem Diœceſim perpurgare adorſus eſt: vnde circumuicini plurimum emolumenti perceperunt, ad pium opus efficaciter cooperantibus; & morum integritate, & ſanctimonia vitæ tunc temporis florentibus celeberrimis Monachis, & Fructuarienſis, & Taurinenſis, & Cluſini, & Caburrenſis Cœnobiorum. Verùm enimuerò B. Cardinalis, poſt ſuum ab Occiduis his Italis regreſſum, intelligens Symoniaci pariter, & Cleri Concubinarij in dictam reformationem ab illis Epiſcopis, Taurinenſique ſiguanter minimè (vt par erat), promouari, omninoque negligi, Adelaidis Catholicæ Principiſſæ pietatem, & religionem per litteras pulſat, Clericaliſque ſtatus reformationem maximopere illi commendat; negligenteſque Paſtores, ad incorrectos Clericorum mores corrigendos exſtimulare, & petungere; pij Principis eſſe proprium opus aſſirmans. Adhortantis igitur Sacri Præſulis monitis auſcultans prudens Comitiſſa, fructuoſius pariter, & efficaciùs vt quod ſuadebatur, efficeret, religioſioris Monachorum conuerſationis ſubſidium ad hoc opportunè adhibere, neceſſarium ſibi fore exiſtimauit. Quamobrem ex tempore nempè anno 1064. inſignem Sanctæ Mariæ in Pinarolienſi agro Abbatiam conſtruxit, in eaque ſelectorum perfectorum Monachorum Congregationem, & ſeminarium inſtituit: qui ſaniori doctrina, atque ſanctiori conuerſatione incontinentiam, & auaritiam à ſeculari Clero remouerent. Cæterum religioſa illa Virago B. Cardinalis Petri Damiani ſuaſorijs Epiſtolis excitata, ſollicitando interpellaret, & rationibus impelleret Cunibertum Taurinenſem Antiſtitem ad labefactatam Clericalem diſciplinam reſtituendam; Hic in auxilium accito ſanctiſſimo viro Nantelmo, Vltij Præpoſituræ Inſtauratore, reſtaurare & ipſe aggreſſus, & progreſſus eſt irreligioſos ſuorum Leuitarum mores; quod vt facilius, & plenius conſequerentur; tum Clericis, tum Sacerdotibus Regularem diſciplinam obſeruandam propoſuerunt, & impoſuerunt; vnde breui quamplures Canonicorum Regularium Collegia increuerunt; Quorum propterea inſtitutum citra, & vltra ſlumen ſi monte incrementum percepit.* B. Petri Legati vice ſuccedunt mittuntur ad perpurgandas Eccleſias Symoniaca labe & Clericorũ impuritate labefactatas. D. Salut. Epiſcopus Chronol. cap. 5. & Baldeſſan. H. E. Pedem. l. 22. M.S. Petrus Dam. ſubſidio Adelaidæ Principiſſæ, Taurin. Diœceſim à ſymonia atq; impuritate purgant, laborans. Ann. Chriſti 1064. Sanctæ Mariæ Pinarolij Monaſterij Abbatia ab Adelaida conſtructa, & quæc.

CALCVLVS XXVIII

PASCHALIS II. Summ. Pont. ad Synodum in Gallia Ciſalpina accedentis, anno 1106.

I. Ann. Chriſti 1106. SVperiori ſæculo, vel Calculo ponderoſiores numeros ſupputauimus nempè Abbatum, Præſulumq; Monaſticorum ad regulares greges congregandos, per hosq; ad ſecularem plebem, Clericalemq; militiam reformandam Millionem Secũdò Epiſcoporũ, & Eccleſiæ Patrũ ad Vercellenſe Concilium, in quo Berengarij nefaria commenta, & dogmata reiecerunt, atq; damnatum diriſq; deuouerunt,

Antecedẽtis ſęculi Miſſiones numerantur.

acceſſiones enumerauimus. Tertiò tandem Beati Petri Damiani Cardinalis, & Oſtienſis Epiſcopi, ſimul & Anſelmi Lucenſis Antiſtitis commemorauimus Legationem Apoſtolicam, aduerſus incontinentiam pariter, & Clericorum auaritiam effrænemq; petulantiam, à Spurio Mediolanenſi Conuentu inſipienter admiſſam, & impudenter conceſſam: cuius impudentioris, imò temerariç conceſſionis cauſa, Anathematis fulmine percuſſi, in angulo propriæ malitiæ, & turpitudinis delitescebant Paſtores, mactantibus furibus expoſitum pecus derelinquentes donec Diuino Conſilio, à Romano Hierarcha, opportuno eo prædeſtinato inſignium Miſſorum Præſulum gemino Præſidio; Religioſorũ ſuperuenientibus aduocatis ſubſidiarijs copijs, pulſo adulterino legitimum regimẽ, Eccleſiaſtico Regno reſtituitur.

II. Ann. Christi 1106.

Verùm enimuerò, quia ſenſualis corruptelæ illecebræ non ita facilè emendantur. Peruerſi enim difficilè corriguntur, & inſipientium in Mundo, ſi non infinitus; ſaltem innumerabilis eſt numerus; Ideo Paſchalis ſecundus Pont. Max. ſeptimo ſui Pontificatus anno, nempè 1106. Generale Concilium, apud Ciſalpinos ad celebrandum acceſſit, ſicuti teſtatur ſequentibus notis Card. Baron. *Sed ad Paſchalem redeamus, in Gallia Ciſalpina Synodum celebrantem, de hac ſynodo hæc in primis, qui interfuit Vriſpergenſis Abbas ſcriptis mandauit: Poſt hæc hebdomada quarta menſis Octobris, habitum eſt Cõcilium Generale in Prouincia Longobardorum, ſuper ripam Padi fluminis, loco, qui Vuaſtalis nuncupatur, vbi Præſidente per omnia Apoſtolico viro, Paſchali II. coram multitudine maxima Clericorum, nec non Laicorum, qui de diuerſorum Regnorum Eccleſijs conuenerant, præſentibus etiam Legatis D. Henrici Regis, multa ſunt (prout Canonica dictabat æquitas) de inimici zizanijs euulſa, multa de ſtructuris ſuper arenam poſitis deſtructa, plura quoque priſtini ſeminis plantaria profundius plantata, ſimul, & rigata; nonnulla etiam tutiſſima munitionis per Eccleſias propugnacula ſunt ædificata.*

Barõ. Annal. t. 12. an. 1106

Conciliũ generale apud Ciſalpinos à Paſchale II. Pontif. Max. celebratur.

CALCVLVS XXIX.

Sancti BERNARDI Abbatis Clareuallenſis, in Subalpinis Operantis. Ab ann. 1122.

D. Epiſcopus Salut. Chronol. cap. 31. & cap. 10.

D. Bernard. pro Regulari obſeruantia, & ſęcularium morũ reformatione in Gallia Ciſalpina laborauit.

ABbatiam Staphardæ Manfredus I. huius nominis Marchio Salutiarum fundauit, circa annos 1122. Magni Bernardi, & Monachorum rogatu, eam plus quàm quadraginta Monachi inhabitabant: eius verò Eccleſia, & Monaſterium noſtris temporibus Folienſibus Monachis ſunt tradita. Ita D. Salut. Epiſcopus. Qui rurſus de ſtatu Vercellẽſis Eccleſiç ſuperaddit: *Gisulphus Aduocatus ex DD. Vualdenghi, & nobilis Vercellenſis Epiſcopus Eugenium III. Pont. Max. in reditu ex Gallia, ann. 1144. Vercellis honorificè excepit: quo tempore idem Pontif. præſentibus, & aſſiſtentibus quàm plurimis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ac B. Bernardo Abbate Clareuallenſi, Eccleſiam ſanctæ Mariæ Maioris Vercellis conſecrauit.* Ex cuius autenticis relatis liquidò ſatis conſtare autumo, D. Bernardum, Benedictini Monaſtici inſtituti inſtauratorem, aliquandiù apud Ciſalpinos, regulari in Clauſtralium obſeruantia reſtituenda, pariter, & ſęculari in populo inſtruendo, elaboratum fuiſſe, Ciſtercienſium pluribus Abbatialibus congregationibus conſtructis.

I. Ann. Chriſti 1122.

Ann. Chriſti 1144.

APPENDIX

VRBANI III. Pont. Max.

D. Epiſcopus Sal. ibidem.

RVrſus de Præſulibus Vercellenſis Eccleſiæ eodem capite ſub ann. 1186. ſubiungit datus D. Sal. Epiſcopus: *Lambertus, ſiue Vbertus Cribellus, nobilis Mediolanenſis ex Archidiacono Mediol. Epiſcopus Vercellenſ. eligitur, inde ab Alexandro III. Summ. Pont. creatus Card. & Archiepiſcopus Mediolan. Lucio III. Papa defuncto, Pont. Maximus ſalutatus eſt, & Vrbanus III. dictus.*

I. Ann. Chriſti 1186.

CALCVLVS XXX.

GVALLA BICHERII Cardinalis, Apoſtolici Legati, ab anno 1205.

D. Epiſcopus Salut. Chronol. cap. 4.

GValla Bicherius nobilis Vercellenſis, maximus Chriſtianæ Fidei zelator, ex Canonico Regulari Lateranenſi, creatus fuit ab Innocentio III. Diaconus Cardinalis, ann. 1205. & ab eodem poſtea Præsbyter SS. Syluestri, & Martini, contra Albigenſes hæreticos, & Comitem Toloſanum eorum præcipuum fautorem Legatus in Galliam mittitur; qua legatione

I. Ann. Chriſti 1205.

functus,

Ann. Chriſti 1220. II. *functus, ad Ioannem Regem Angliæ miſſus eſt. Hic propria impenſa celebre Monaſterium ſancti Andreæ de Vercellis à fundamentis conſtruxit anno 1220. ita D. Epiſcopus Sal.*

Innocentius III. Occidentalem Italiam bellicis inter Imperiales, & Pontificios, quin ciuilibus, inter ipſas Lombardicas ciuitates diſſidijs, ac inuaſionibus exagitatam hæreſum labe multiplici depugnari conſpiciens; noui à ſe creati Cardinalis Gualæ Bicherij Vercellenſis & eruditione, & prudentia perſpecta, ad Longobardiæ Prouincias Apoſtolicum Legatum illum ex tempore emiſit, quò Pontificia ſibi delegata auctoritate, propriaque ſolicitudine, ac ſolertia, & vlteriores hæreſum progreſſus impediret, & imprudentium hæreticorum retunderet audaciam. Ille igitur Ciſalpinas ad plagas appulſus, morbi inualeſcentis malignitate detecta, exploratàque malitia, antequàm commiſſæ ſibi Poteſtatis Pontificiæ acutiorem Macheram exereret, perutile, imò perneceſſarium ſibi forè, adiudicauit; Prouinciale Concilium, non Eccleſiaſticorum modò, ſed, & Laicorum procerum Longobardorum, in Ciſalpinis congregare: vt quæ ſacri Præſules iura legitima ſancirent; Sæculares Magiſtratus obſeruanda, & ſibi ſubiectis populis promulganda, vnanimi ſensù, & ſubſcriberent, & exciperent. Coacto igitur Veronæ Catholicorum Conuentu, à ferendis, vel recipiendis publicis ſuffragijs ſimul, & ab adminiſtranda Republica hæreticos vniuerſos reiecit, pluraq; vriliora ſanciuit, ad quorum obſeruantiam, vrbium Conſules iureiurando præſtito, adſtrinxit: per ſingulas Ciſalpinas ciuitates ſtrenuiſſimis viris diſtributis, & conſtitutis, qui ſtatutorum executioni, & omnimodæ obſeruationi præſiderent. Hactenus Guilielm. Baldeſſ.

Cardinalis Gualla Bicherius Fidei zelator Pontificias legationes ſúgit, Monaſteriũq; Sãcti Andreę Vercellis cõſtruxit. Baldeſſan. H. E. Pedem. l. 17.

Guallabicherius iterũ legat⁹ ab Innocẽtio III. in Lõbardia, vt hæreſum ꝓgreſſus impediret, apud Ciſalpinos Generale Cõcilium celebrat.

CALCVLVS XXXI.

COMMVNIS

Sanctorum Patriarcharum DOMINICI, & FRANCISCI per Subalpinos tranſeuntium, anno 1214.

I. Ann. Chriſti 1214. C*Vm Anno 1214. ſub quodam Petro Valdono Lugdunenſi, in hac Italiæ parte lethifera Valdenſium hæreſis inualuiſſet, clementiſſimus ille rerum omnium moderator, qui olim Eccleſiæ ſuæ ſupra ſolidam petram ædificatæ, ſe numquam defuturum promiſerat, ſuſcitauit ſeraphici Patris Franciſci ſpiritum, eumq; in hanc plagam ad cohibendum hæreticorum audaciam, delegauit:* Ita D. Epiſcopus Albenſ. ſuis Seraphicis Monum.

II. Ann. Chriſti 1216. Diuus Dominicus contra Albigenſes in Galliam proficiſcens, per Pedemontanos pertranſiens, ibi aliquamdiù commoratus, vt ſuis prædicationibus illos populos in Catholica veritate contra Valdenſes firmaret; primum ſui Ordinis Monaſterium Cherij fundauit, ſuoſque prædicatores ad Subalpinos mittere cœpit, circiter ann. 1216. iuxta Baldeſſan. De B. Franciſco verò Lucas Vuadingus ſic ſcribit: *creſcente quotidie, & vrgente deſiderio martyrij, hinc per Pedemontanos, acquiſito in Oppido Cherij ſuis Conſodalibus domicilio, tetendit in Hiſpaniam.*

III. De ambobus verò ſimul his charitatiuæ neceſſitudinis, & Diuinæ ordinationis vinculis confœderatis Mendicantium Patriarchis, copulatè ita Pingonius refert: *D. Franciſcus ex Aſſiſio ciuitate Vmbriæ, in Gallias iter faciens, Charij primum paupertatis Chriſtianæ (quam profitebatur) ſodalitium inſtituit: mox Taurini, Ædicula ſibi à ciuibus conceſſa, D. Victori Sacra, quam Runerei Patritij olim conſtruxerant, aliud ſtabiliuit, quod nunc in Templum, & Cœnobium præclarum abijt. Eo quoque tempore D. Dominici natione Hiſpani Prædicatorum Ordo, in hac ciuitate ſua accepit incunabula.*

D. Epiſcopus Albenſ. Seraph. Mon. lib. 1.

Valdenſium hæreſi inualeſcente aduenit Sanctus Franciſcus.

S. Dominicus Pedemontanos populos in Fide confirmat binaque domicilia D. D. Dominico & Franciſco Cherij fundantur. Baldeſſ. H. E. P. l. 17. Vuading. Annal. tõ. 1. ann. 1213. n. 58.

Pingon. in Aug. Taurin. ſub. ann. 1214 Taurini poſt, modum etiã ambobus cõſtruũtur Cõuentus.

APPENDIX

Sancti ANTONII Vlyſſiponenſis, Apoſtolici Concionatoris.

I. Ann. Chriſti 1225. H*Oc anno, magno cum fructu prædicauit in Gallia, præcipuè in partibus Toloſanis Franciſci Diſcipulus Antonius. Cui præcipuum ſemper ſtudium, & conatus erat perpetuus; vt pernicioſiſſimas vulpeculas, quæ demoliuntur Vineam Domini Sabaoth, nempè hæreticos peſtilentes, & falſas eorum doctrinas pro viribus oppugnaret, funditùs deſtrueret, ac radicitùs extirparet. Adeò inſtructus erat efficacibus Diuinæ Scripturæ ſententijs, & ſolidis, ac perſpicuis rationibus; vt qui nefanda eſſent hæreſi imbuti, coram illo conſiſtere, aut os aperire non auderent: detegebat mirum in modum hæreticorum fraudes, & verſutias: conatus retardabat: errores abominãdos cum multa vituperatione traducebat: nec facilè quemquam, ea tẽpeſtate, vſpiam inuenire licuiſſet, qui tam acriter, & perpetuò illos inſectaretur tamq; continuã perſecutionis procellam*

S. Antonius Patauinus in partibus Toloſanis, & Mediolanẽſibus pro Catholica Fide laborat cõtra hęreſes. Lucas Vadingus Annal. t. 1. ad an. Xpi. 1225. n. 14. 16

illis excitaret, vnde factum eſt; vt paßim ab omnibus indefeſſus hæreticorum Malleus diceretur. Nec ſine fructu fuit labor viri Dei, pleriſque hæreticis, cum ipſorum fautoribus, ad veritatem, & obedientiam S. Matris Eccleſiæ reuertentibus: plures alios, & hæreticos, & hæreſium Magiſtros, ad fidem veram reduxiſſe, cum in partibus Toloſanis, tum Mediolani, tum alijs in locis Italiæ referunt eius vitæ ſcriptores. Supra poſita ex Vuading. loco indicato.

CALCVLVS XXXII.

COMMVNIS

Quatuor Ordinum Mendicantium Religioſorum Pugillum, ab anno 1255. ad annum 1300.

Bellar. Chronol. p. 2.

Ordines Mẽdicãtium hoc ſæculo confirmantur ab Honorio III. & Innocẽtio IV.

I. Ann. Chriſti 1255.

RObertus Bellarminus eruditiſſimus Cardinalis ſub hoc centenario, vel ſæculo tertiodecimo, reponit, & refert confirmationes Ordinum Mendicantium. Primò Carmelitarum ab Honorio III. & Innocentio IV. Secũdò Minorum S. Franciſci ab Innocentio, & Honorio itidem III. Tertiò Prædicatorum S. Dominici ab Honorio III. Quartò tandem de Eremitanis S. Auguſtini ſequentia dicit: Ordo Eremitarum S. Auguſtini ab Innocentio IV. hoc nomen accipit, cum antea Guilielmitæ dicerentur. Ordo Eremitarum S. Auguſtini ab Alexandro IV. reducitur ad vnum, & eumdem habitum, qui hodie eſt in vſu. Sub annis denique 1295. conſignat confirmationem Ordinis Seruorum Beatæ Mariæ.

Baldeſſan. H. E. Ped. M.S. lib. 28.

Idem lib. 29.

Studia, ac ſudores Religioſorũ Mendicantiũ pro Fide Catholica, & peccatorum cõuerſione referuntur.

II.

Ann. Chriſti 1264. & 1270.

Ann. Chriſti 1294.

Quatuor Ordines Mendicantium nempè Prædicatorum Minorum, & Carmelitarum, quibus additur quartus Eremitarum S. Auguſtini, plurimùm aduerſus, & debacchantes Chriſtianorum mores, & inualeſcentes ſectariorum errores, in Subalpinis elaborauerunt. Fr. Calbertus Sabaudus Ordinis Prædicatorum per laborioſum viginti annorum curriculum, talentum ſibi à Deo concreditum negotiatus eſt, apud Pedemontanos, haud ſine ingenti fænore conuerſionum, & inſignium peccatorum, & hæreticorum reductione, ita aſſerit Baldeſſ. ſub ann. 1264. Qui rurſus ad ann. 1270. addit: *B. Phillippus Florentinus, Seruorum B. Virginis Generalis, plurimis in Italia exantlatis laboribus, aduerſus hæreticos in Gallias proficiſci excogitauit, quare per Ciſalpinos iter faciens, ſua prædicatione plurimùm profecit. Et ann. 1294. Fr. Fr. Andreas Balducius, & Soſthenius inter ſuos primates in ciuitate Aſtenſi ſuæ Religionis primum Conuentum fundauerunt. D. Ludouicus Epiſcopus Toloſanus Ordinis Minorum, Toloſa Romam progrediens, per has regiones ſuum peragens iter, ſæpè ſæpius copioſo populorum conuentu, & conuenientium fructu, concionatus eſt. Circa hæc præterea tempora, hanc Italicam Domini vineam excolebat Venerandus Pater Vercellinus à Gallianico concionator feruidus, & inſignis Fidei Catholicæ propugnator, aduerſus hæreticas & fraudulentiam, & violentiam adeò vt Malleus hæreticorum vocitaretur;* hactenus Baldeſſ. locis citatis.

Pingon. in Auguſt. Taurin. ann. 1260. Flagellatorũ ſodalitia vnde orta in Pedemontio.

III.

Menſe Decembri Eremitarum turba è ſpeluncis, & ergaſtulis egreſſa per Ciuitates Taurinenſem, Charium, Aſtam, & alias Subalpinas nouo exemplo nudata terga flagellis aculeatis cædit, ad vſque largum cruorem, pœnitentiam exclamans. Permulti inde à flagitijs reuocati, ablata reſtituere, voluptatibus nuntium remittere, reconciliari mutuò, mutuas amicitias expoſcere voluerunt. Inde flagellatorum pia ſodalitia in hodiernum diem creuerunt. Pingon. ann. Domini 1260.

CALCVLVS XXXIII.

Sacri & Prædicatorum, & Minorum Ordinis Inquiſitorum, per totum Quartumdecimum Centenarium.

Baldeſſan. H. E. Ped. M.S. lib. 28.

Sãctæ Inquiſitionis Tribunal ab Innocentio IV. Põtifice rurſus erectum, & magnificẽtius reſtitutum.

I.

Ann. Chriſti 1250.

VBi abundauit hæretica iniquitas, ibi Deus hierarchicam ſuperabundare gratiam facit. Apud Tranſalpinos, & Interalpinos Gallos perabundabant, his ſæculis, Albigenſium, & Valdenſium ſpecialiter exorientes pariter, & excreſcentes hæreſes, atq; Ciſalpinis imminens fidei excidium ominabantur, imò potius minitabantur: minacibus igitur errantium horum Schiſmaticorum ſyderum, & aſpectibus, & malignis influxibus vt occurreret, & pernicioſiores effectus præpediret. Innoc. IV. Summ. Pontif. (iuxta Baldeſſani placitum) circa annos Domini 1250. aduerſus hæreticam prauitatem Sanctæ Inquiſitionis Officium, ſiuè Tribunal, conuenienti delegata auctoritate, & ſufficienti collata poteſtate, opportunis Iuribus, Canonibus pariter, & Iudiciarijs faſcibus attributis honorificentius erexit, ſtabiliuit, & conſtituit, variaſque, ac diuerſas, præſertim Italicas, & Ciſalpinas ad Prouincias emiſſis, & delegatis Inquiſitoribus

diuerſo-

diuerſorum Ordinum Prædicatorum præſertim, & Minorum, opera, & ſolicitudine Guilielmi Ciacconij Ciſalpini Cardinalis. Innocentij poſt modum veſtigijs inhærens, ſeù Pontificias ſolicitudines æmulans Clemens IIII. & ipſe Rom. Pont. circiter annos 1267. Sanctæ Inquiſitionis aduerſus hæreticam prauitatem officium, efficaciter, & multipliciter promouit: multiplicatis vtriuſque, & Prædicatorum, & Minorum inſtituti Inquiſitoribus. Primò namque ſui Pontificatus anno, dato diplomate, Magiſtro Ioanni Taurinenſi, Lombardię Ligurięque Miniſtro Fratrum Minorum, vt ſui Ordinis Inquiſitores octo prouideret, eoſque per Subalpinæ regionis loca, ſecundum fidei exigentiam diſtribueret mandauit. Ita citat. Guiliel. Baldeſſ.

Ann. Chriſti 1267.

Ex Prædicatorum, & Minorum Ordinum Inquiſitores ſumũtur, & in Lõbardiã mittuntur.

II. Ex cuius Eccleſiaſtica hiſtoria manuſcripta, hoc numero referenda ſic colligo: *Ad Pontificalem Cathedram aſſumptus Benedictus Decimus, dictus Vndecimus, tum propugnandæ, tum propagandæ fidei ſicut mentem præcipuè in Subalpinis applicuerat, ſic, & manus poteſtatiuas admouit. Vnde à Clem. IIII. ad Ligures, & Longobardos octo iam miſſis, tres nouos adhuc Inquiſitores ſuperaddere voluit: Fr. igitur Vgu de Borgognonis, Prædicatorum Ordinis Lombardiæ Prouincialis, Summorum Pontificum, & menti, & mandatis inhærendo, animaduertens in Gallia conterminis Subalpinis oris Valdenſes hæreticos haùd mediocriter multiplicatos, diuerſos ad diuerſas ciuitates, ac Diœceſes Taurinenſemq; ſignanter Inquiſitores emiſit. Ad Salutienſem verò Marchiam Vicarias ſuas viceſgerentem Fratrem Ioannem à Secuſia deſtinauit: eò igitur ille appulſus, quamplurimus nefandis erroribus, & hæreſibus miſerè reſperſos, & æquiter deceptos inuenit.* hactenus ille.

Baldeſſan. ibidem l. 30.

Nouos Inquiſitores ſuperaddit Benedictus Põtifex.

III. Ioannes Vigeſimus Primus, dictus Vigeſimus Secundus Summ. Pontifex Ann. 16. ſui Pontificatus, nempè à natiuitate Saluatoris 1333. per peculiare Breue datum Auenioni, octauo Idus Iulij, mandat Fr. Ioanni de Badis Ordinis Minorum, Maſſilienſi Inquiſitori, vt Fratri Ioanni Alberto de Caſtellacio, Ordinis Prædicatorum in partibus Pedemontij Inquiſitori, inter Valdenſes Angronianos, & Peruſinos periclitanti, & laboranti, vt Hæreticorum Archimandritam Martinum Paſtre à ſe carceribus detentum, puniendum, & iudicandum remittat: hæc ex D Marc. Aurel. Rorenco Lucer. vbi mox tranſcribenda vulgare idomate ſcribit: *In deſcriptis geſtis illuſtrium virorum Ordinis Prædicatorum legitur, quod ſub ann. 1374. P. Fr. Antonius Pauo ſauilianenſis Inquiſitor, dum Bricheraſij in foro per octauam Paſchæ, circa horam tertiam, abſoluto ſacro, ſacrum Dei verbum proponeret, à ſeptem hæreticis arreptus fuit interemptus, cuius corpus translatum extitit Sauilianum, ad Prædicatorum Templum, vbi pariter ſub grandiori Ara, iacet corpus Patris Bartholomæi de Ceruerij, qui Braida Cerueriam petens à quinque hæreticis grauiter ſauciatu ſocio, ipſe interimitur. Taurinum tandem translatum fuit corpus B. Petri à Ruffia Generalis Pedemontij Inquiſitoris, qui pro Fide Catholica ab hæreticis Segufiæ fuit trucidatus.*

Ann. Chriſti 1333.

Ann. Chriſti 1374.

D. Lucernẽſ. Mẽ. hiſt. c. 2.

P.P. Inquiſitores dũ aduerſ. hæreticos pugnant, interficiũtur.

CALCVLVS XXXIV.

COMMVNIS

Beati IOANNIS Cardinalis Taurinenſis, & RAYNERII Vercellenſis Epiſcoporum, ab ann. 1304. *ad* 1400.

I. *GHerardus de Sagarellis ſit iactator, & reſtaurator multarum hæreſum multos habuit diſcipulos, & inter alios Dulcinum, & Margaritam eius vxorem Nouarienſes. Et refloruit anno ſalutis 1300 ſub Clem. V. faciebat Gherardus ſuas Congregationes in partibus Pedemontis, & durauit hæc ſecta ſpatio duorum, & amplius annorum, nam poſt, iuſſa Clem. V. Pont. coacti ſunt in excelſum montem alpibus continentem, ibique fame, & frigore confecti ſunt, & Gherardus cum Dulcino, & Margarita libidinoſa capti ſunt, & Vercellas adducti, combuſti, quorum cineres in ventum ſunt diſperſi.* Iſta refert Ambroſ. Caſſ. Quæ pleniùs, ac fuſiùs D. Marc. Aurel. ſic enarrat: *comparuit his temporibus, & ipſe Gherardus Sagarellus Parmenſis, cuius diſcipuli Pſeudoapoſtoli vocitabantur, inter quos præcipuus extitit Dulcinus, filius Præsbyteri Iulij de Tragontano, à Valle Ozola Nouarienſis Diœceſis oriundi, qui Hæreſiarchæ perſonam induens, anno 1306. per partes Gattinariæ, & Serrauallis ingreſſus Montem Gazarum aſcendit; à quo illius aſſeclæ Gazari deinceps extiterant communiter nuncupati. Huius hæreſibus Vercellenſis Epiſcopus, tunc Raynerius III. protinus occurrit, & obſtitit, verùm quia ſeductorem hunc circiter ſex millia promiſcui ſexus deceptorum fidelium ſequebantur, ſub Clem. V. Pontificatu ad arma confugere neceſſum fuit: Catholicas acies ductabant Iacobus, & Petrus de Aduocatis, & Thomas à Caſanoua, qui ſeductas Gazarorum turmas in Moxio obſidentes, plurimos ex obſeſſis frigore, & fame deficere compulerunt. Dulcinus cum vxore Margarita à Tridentu, Longinoque Cattaneo Bergomenſi, aliiſque nonnullis Triuerium ſe recepit, vnde violenter omnes ſimul educti, partimque*

Ann. Chriſti 1300.

Ann. Chriſti 1304.

Ambroſius Caſſ. Triumph. Cathol. veritatis tit. Apoſtolic. hæreſ. 2.

D. Lucernẽſ. mem. hiſt. cap. 1.

Hæreſis reſtauratores Vercellis cõbuſti, & Bugellæ opera Raynerij Epiſcopi Vercellenſ.

Vercellas,

Vercellas, partim verò Bugellam perducti, à Manfredo Parmenſi Inquiſitore iudicati, & condemnati, Dulcinus Vercellis, Margarita, & Longinus Bugella in foro flammis traditi interierunt. Huic
D. Epiſcopus Sal. Chronol. c. 10. — tandem calculo ſuos numeros addens Dominus Epiſcopus ſalut. ait: *Raynerius Advocatus, tertius electus Epiſcopus Vercellenſis 1304. Dulcinum, filium Iulij Præsbyteri de Trangontano Vallis Oxolæ, Diœceſis. Nouar. peſſimum Hæreſiarcham, vnà cum Margarita de Tridento eius Socia, ſuper finibus Triuerij manu armata deuicit, & captiuos fecit, illoſque Sæculari Iudicio tradidit, ex quo facto vti benemeritus de Catholica Eccleſia à Clem. V. Sum. Pont. multa Priuilegia obtinuit.* Ann. Chriſti 1304.

Beatus Ioannes Vrſinus, ex Dominis Ripaltæ Iur. Vtriuſq. Doctor Præpoſitus, & II.
Ioannes Vrſinus Cardinalis acerrimus Hæreticorũ perſecutor in Pedemontio. Idẽ in Chronol. cap. 5. — Epiſcopus Taurini, Abbas Ripaltæ, & Cardinalis: fuit Generalis Collector decimę Papalis in Pedemõtio, & acerrimus perſecutor Hereticorum, ex quibus nõ paucos pertinaces ignis ſupplicio mulctauit. Ægidio Carillo Cardinali pro Sede Apoſtolica, contra occupatores bonorũ Eccleſię Romanę in Italia militanti, pecuniæ ſubſidium præſtitit; & cum vitam duxiſſet innocentiſſimam, & religioſiſſimam tandem plenus dierum, & miraculis clarus obijt in Domino, poſt ann. 1411. poſt mortem Beatum fuiſſe, vno ore confitentur, & affirmant omnes, quocirca Ripaltenſes Capellam ad ipſius honorem erexerunt. Ann. Chriſti 1411.

CALCVLVS XXXV.

COMMVNIS.

Summorum Pontificum. BENEDICTI; MARTINI, & XYSTI.

ab anno 1405.

EXhibet decimæ quintæ centuriæ annorum ſeries à varijs pugillibus, ſiuè potius Præſulibus exantlatos labores, & collatos honores, exponitq; in Sacro Pedemontanæ Eccleſiæ Theatro ſpectanda, & proclamanda Sacrorum I.
Antiſtitum, & ſolicitudines, & certamina aduerſus ſectarios, perduelles, Orthodoxæ veritatis acerrimos hoſtes. Quibus in expugnandis, dum decertant Prælati, concertant pariter, & religioſi in agmine ſubordinati, ſicuti ſingulis proprij peculiares aſſignati, & conſignati numeri referabunt. Inſularis igitur ſupremæ gloriæ, à recenſendis facinoribus Calculum exordientes; Magnorum Præſulum memoranda molimina, & proponimus, & prædicamus: Priori namq; in Chronographico calculandi greſſu, tergemini Summ. Romani Pontif. ſe ſe nobis obſeruandos offerunt. Primus Benedictus XIII. qui pro Sæcularium litterarum candidatis
Benedictus XIII. ſcientiarum Academiam Taurini erigit. — profeſſoribus, eminentioribus facultatibus Cæſarei, ac Pontificij, quinimò Diuini, ideſt, Theologici Iuris aduerſus Hæreticalia ſophiſmata inſtruendis, humanarum, & Diuinarum ſcientiarum Academiam auctoritate Apoſtolica conſtitutam, & præmunitam Taurini erexit, & aperiendam ſanciuit, anno 1405. iuxta Pingonios numeros dicentes: *Menſe Octobri Benedictus XIII. Pont. Max. inſtante Ludouico Principe Academiam, ſiuè omnium ſcientiarum Vniuerſitatem Taurini inſtituit, ciuitatis Epiſcopo Academiæ Cancellario declarato;* Secundus Martinus V. qui in tranſitu Taurinum ad- Ann. Chriſti 1405.
Pingon. in Aug. Taur. Martinus V. Taurinos populos bonis ſpiritualibus ditat: & Frãciſcus à Rouere Ciuis Taurinenſis Põtifex electus, Sixtus IV. nominatur. Pingon. ibi cit. ad annos 1417. & 1471. — uentans, Taurinos populos ſpiritualibus bonis ditauit, referente prædicato Pingonio. Ad ann. 1417. *Menſe Septembri, Martinus V. Pont. Max. Valentia rediens, Taurinum ingreditur, & ad pietatem maxima priuilegia Ciuitati indulget.* Hæc in Auguſta Taurinorum. Vbi pariter ad annum 1471. addit: *Franciſcus à Rouere, Leonardi filius, Cardinalis Origine Taurinas Pont. Max. creatus anno 1471. Xyſtus IV. nominatur.* Ann. Chriſti 1407. & 1417.

CALCVLVS XXXVI.

COMMVNIS.

Beati HENRICI Aquenſis: ALBERTI Aſtenſis: PERCIVALII Monſregalenſis, LVDOVICI, & IOANNIS Taurinenſ. Epiſcoporum,

ab anno 1402. ad annos 1478.

EX diuerſis, varijs in Capitulis ſuæ Chronologiæ, nempè 5. 7. 11. 13. à D. Salut. I.
Epiſcopo relatis, præclarorum Antiſtitum geſtis, vnicum nos numerum conficere tali ordine decreuimus: *B. Henricus Scarampus, vir doctrina, & ſanctitate*
D. Epiſc. Sal. in Chronol. — *inſignis, electus Epiſcopus Aquenſis, tranſlatus inde ad Epiſcopatum Feltrenſem, & Bellunenſem* Ann. Chriſti 1402.

in Conci-

in Concilio Conſtantienſi inter electores Italicæ nationis fuit numeratus pro electione noui Pontificis, & cum Archiepiſcopo Mediolanenſi, ac Epiſcopo Aſtenſi delegatus ad deprehendendum Ioannem Hus insignem Hæreſiarcham. Albertus Guttuarius Epiſcopus Aſtenſis auctoritate Patrum Concilij Conſtantienſis actualiter Ioannem Hus, Hæreſiarcham insignem depoſuit. Percivallus de Balma, nobilis Sabaudus, Epiſcopus Montiſregalis, zelator fidei, & hæreticorum vindex. Ludouicus Fr-ſini Romagnani filius ab Eugenio IV. Pontifice creatus Epiſcopus Taurinenſis; poſt ipſius Eugenij abdicationem, à Concilio Baſilienſi (cui ipſe interfuerat) confirmatus fuit. Hæreticos Valdenſes Vallium Lucernæ, Angroniæ, & Peroſiæ, Eccleſiæ Catholicæ reconciliauit. Quo anno ſcilicet Ann. Christi 1453.
1453. Et Iulij accidit Taurini, apud ædes Sancti Syluestri celeberrimum Miraculum Sanctiſſimi Eucharistiæ Sacramenti, cuius mentio apud graues Auctores illius ſæculi habetur. Hactenus cum D. Salutienſi Antiſtite; cui contonans D. Marc. Aurel. Lucern. ſubiungit: *Quarum piures ex vallicolis Valdenſibus, aut Leoniſtis dicendis tunis, potius patriam, quàm perfidiam relinquere ſtatuentes, ad Narbonenſem Galliam fugam parabant. Andreas Ionulli de Aquapendente, Ordinis Prædicatorum ſubdelegatus Apoſtolicus, ac Vicarius Sancti Inquiſitionalis Officij, Reuerendiſſimi D. Ioannis de Compeſio Epiſcopi Taurinenſis mandato, & impoſitione contra refugas, & apoſtatas hos inquirendo proceſſit, ſub anno 1475. Præcontentis rurſus Epiſcopus Taurinenſis Ioannes de Compeſia fertur; delegationem Alberti de Capitaneis, Archidiaconi Cremonenſis, ſummi Pont. reportaſſe, quo vel iuribus, vel armis Angronianos ad reſipiſcendum compelleret. Eo ſedente, Taurini ann. 1472. Corpora SS. Gozelini, & Anaſtaſij inuenta ſunt.* Ann. Christi 1472.

Héricus Scarampus, & Albert. Guttuarius Epiſcopi Aſten-ſes... hæreſiarchā deponunt, auctoritate Cōcilij Cōſtātienſis.

Ludouicus Vrſinus Epiſcopus Taurinenſis Dioeceſis hæreticos Valdēſes Eccleſiæ reconciliat.
D. Lucernēſ. mē. hiſt. c. 3.

Delegatio Pōtificia aduerſus Angronianos hæreticos.

CALCVLVS XXXVII.

C O M M V N I S

Sanctorum BERNARDINI Senenſis, VINCENTII Ferrerij, B.B. ANGELI à Clauaſio, DEMOSTHENIS Vercellenſis, Apoſtolicorum Nunciorum, aliquorum præterea Inquiſitorum, ſiue Concionatorum,

Ab annis 1460. ad annos 1497.

I. *Sanctus Bernardinus Senenſis, mirabili modo excitatus eſt, vt prædicatum iret in Galliam Ciſalpinam. Aberat ille Florentiæ, & domi Tyrocinium profitebat quidam Canonicus Monaſterij Lucenſis S. Frediani, quem ad hoc inſtitutum admiſit Bernardinus, inter ſacras preces, & meditationes, quibus iſdem inhærebat, miro quodam aſtu, per domum vſquequaque ferebatur clamans, & ingeminans hæc verba: Frater Bernardine, vade in Lombardiam Dei Verbum prædicaturus. Regreſſus vir Dei, vt ſcripsit, miro modo tantum ſibi indici miniſterium,* Ann. Christi 1418.
imperauit fratribus, vt Dei voluntatem amplius explorarent, & quos ſciuit Deo cariores, tum inter fratres, tum alibi, non aliter quàm Sanctus Franciſcus Sanctam Claram, & Beatum Silueſtrum, humiliter conſuluit, multis demum indicijs, & interiori edoctus ſpiritu, ita Deo placuiſſe, ſtatim peruenit ad Pedemontanos, vbi admirabili fructu prædicauit. Hactenus Lucas Vuading.

II. Ann. Christi 1460. *In antiquo Codice manuſcrip. Canei reperto ſic legitur: namque tunc (ſcribens circiter 1460.) pullulabat ſupra Bernenſium hæreſis Pauperum de Lugduno, qui à quibuſdam appellabantur Gazari, ab aliquibus Valdenſes, & inſinuati à Magiſtris Ioanne Flamma, & Bertramo Perè Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, & in ſummatim reperti fuerunt viginti duo relapſi, & in Caneo condemnati, igne crepati ſunt, & eorum bona Domino confiſcata, nempè Ludouico Sabaudiæ.* Hæc D. Lucernenſ. ex quo colligo, contra Valdenſes hæreticos, his temporibus, & his regionibus diuerſimodè proceſſum fuiſſe; nempè viſitatione, acceſſu, ac prædicationibus Inquiſitorum ſpecialiter Fr. Iacobi de Buronzio, Ordinis Prædicatorum, & hæreticæ prauitatis in partibus Pedemontij Inquiſitoris, vt conſtat ex Ann. Christi 1453. diplomate Nicolai V. dato anno 1453. Item citationibus, & interpellationibus, Fr. Andreæ de Aquapendente, eiuſdem Ordinis, & Sancti Officij Apoſtolici Vicarij, cunctorum denique Inquiſitorum per tempora ſucceſſiuè, à Romana Sede emiſſorum prædicatione, doctrina, cura, ſollicitudine pariter, & diligentia.

III. Ann. Christi 1481. & 1490. B. Angelus à Clauaſio, Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſeruantia, anno 1481. delegatus fuit Commiſſarius Cruciatæ à Xiſto IV. inde ab Innocentio VIII. Nuntius, & Commiſſarius Apoſtolicus aduerſus Valdenſes hæreticos, circa annos 1490. ſicuti in Chronica vulgari Ordinis Minorum traditur: In quâ pariter legitur: Quod Alexander VI. Pontif. Max. à Philippo Sabaudo Duce rogatus, vt doctrina, vitæ integritate, & conuerſationis exemplo inſignem aliquem virum, contra Hæreticos Valdenſes in conuallis Lucernæ, & vicinarum montibus ſui

Lucas Vuading. Annal. tom. 5. ad ann. 1418.
S. Bernardinus Senenſis Dei ſpiritu excitatus Pedemontanis prædicandū venit.
D. Lucernēſ. mē. hiſt. c. 2.

Contra Valdenſes hæreticos diuerſimodè proceſſit legitur hoc tēpore.

B. Angelus à Clauaſio Cōmiſſar. Apoſt. contr. hæret.

Chron. Vulg. Ord. min. p. 3. vol. 1. lib. 1. cap. 45. & vol. 2. lib. 4. cap. 63.

Dominij degentes, ſtrenuum Antagoniſtam ſibi prouideret, ille Beatum Patrem Fratrem Ioannem Demoſthenem Rantium Vercellēſem Franciſcanum de Obſeruantia elegit, plenariaq; cum ſua delegata auctoritate ad hoc emiſit; ſicuti ex diplomate an. 1497. die 29. Martij dato, manifeſtè apparet. Quam Miſſionem Minorita Seraphicus feruentiſſimè exercuit, ſub Philiberto Duce, prædicti Philippi ſucceſſore, qui ſua poteſtate compeſcuit, & Sectam Valdenſium apud Lucernenſes, & Angronianos ex parte extinxit, collaborante, & validè cooperante religioſo Demoſthene, nempè Fr. Ioanne prædicto; Prærecenſitis iterum ſub hac Annorum Centuria (licet ab initio) connumerat Baldeſſan. Sanctum Vincentium Ferrerium, Ordinis Prædicatorum qui pro opportunitate ſuarum peregrinationum, & prædicationum ad nos perueniens, ideſt per Subalpinos, ſiuè pertranſiens, ſiuè perambulans aduerſum inualeſcentes hereticos errores pro viribus declamabat, decertabat, & diſputabat, ſuiſque feruentioribus tum concionibus, tum congreſſionibus mirâ in profectum fidei operabatur. Contra peruerſos tunc temporum pariter pugnabant Beati Amedei III. Sab. Ducis, religioſioris vitæ ſanctimonia, & mirifici exẽpli integritas, ac religionis zelus.

Ann. Christi 1497.

Ex Ordine Minorũ Delegati à Põt. aduerſus Hereticos Valdenſes.

Baldeſſan. H. E. P. M. S. S. 34.

B. Vincentij Ferrerij, prędicationbus, & exẽplis Fides Catholica mirè proficit. Itẽ exemplis B. Amedei Sab. Duc.

CALCVLVS XXXVIII.

INSIGNIOR

Summ. Pont. IVLII II. PAVLI III. PII V. ab anno 1503.

I.

VNiuerſali (Europea præſertim) Orthodoxæ Eccleſiæ lugubris, & funeſta preſens annorum ſextadecima computatur Centuria, ob pernicioſiora, ſiue atrociora, nimiſque infeſta pluſquam infauſta ex Auerno ſub ea erumpentia tartarea ſectaria monſtra, multiplicatis adeo hæreticalis Hydræ venenatis capitibus, vt (teſtante Bellarmino eruditiſſimo Cardinale) vnicus annorum illius Centenarius bis centum Hæreſiarchas, hæreſumq; Auctores ſub hæreticorum Patriarcha Luthero peſſimos non minùs quàm impios, de ſeptentrionis, ſiue occidẽtalibus plagis in communem perniciem effuderit. Qui ſeductorum Lutherizantium, & Caluinizantium ſectariorum debacchantium innumeras coaceruantes, & cogentes turmas, imò turbas vniuerſis conatibus, Eccleſiaſticum pacificum Regnum ſchiſmatibus, ſeditionibus, & rebellionibus perturbare, imò de ſede exturbare pariter, & deturbare, ab huius Sæculi initijs, ad preſentia vſque tempora violenter fuerunt enixi, indeſinenterque pro viribus enituntur. Quapropter Ciſalpina Regio, quę Italicę Regię aduerſus Occiduos, ſiue Aquilonares perfidos inualores oſtia, & limina cuſtodit, validè adeò contra violentiores perduelles hactenus haud dimicare valuit, aut cautius ſe ſe cuſtodire preualuit; quin hereticalis perfidię ictus quoſdam, nonnullaq; Heretica Lutherana, ac Caluiniana vulnera, exceperit, & perpeſſa fuerit, à compluribus ſectarijs aggreſſoribus, plura per ſęcula, iam perſeuerante infeſtiori certamine; Verùm enim verò Hierarchicę Dominationis Supremus Monarcha dilectam Eccleſiam ſuam, haud vſquequaquè derelictam neglexit; quinimò aduerſus catholicæ veritatis nequiores aduerſarios firmiſſimis Miſſionum propugnaculis cunctis ſæculis adhibitis, ſufficienter eam communiuit, & firmauit: Quod ſub hac infæliciori centuria, ſingulariter præſtauit, Ciſalpiniſq; præſertim in his Cuſtodialibus Oris, & liminaribus inſuperabiles munitiones, & aggeres conſtruxit, & comportauit ſtrenuiſſimorum Agonothetarũ Eccleſiaſticorum ſignanter Summorum Pontificum:

Ann. Christi 1503.

Lugubris, & infauſta Cẽturia hęc ſub Luthero Hęreſiarcha.

Ciſalpina Regio Hæreſi Lutherana, & Caluiniana vulnerantur.

II.

Iuſtanus à Ruuere Sauonenſis Raphaelis Xyſti IV. Papæ Fratris filius, inde Pontifex Maximus Iulius II. appellatus, Creatus Epiſcopus Vercellenſis anno 1502. dictam Eccleſiam duobus ferè annis prudentiſſimè gubernauit, ſic teſtantur Dominus Epiſcopus Salutiarum.

Ann. Christi 1502.

Epiſ. Vercellenſis creatus Pontif. Max. dict. Iul. II. Epiſcop. Sal. Chronol. c. 10

III.

Qui rurſus de Statu Nicienſis Eccleſiæ ait: *Hieronymus Arſagis II. quo Præſule in hanc Ciuitatem conuenerunt anno 1537. Paulus III. Pontif. Max. Carol. V. Imper. ac Franciſcus I. huius nominis Rex Franciæ, de pace diù, multumq; differentes, quæ cum nulla poſſet conſtitui, induciæ decennales pacta fuerunt*; quo interim exorientia ſectaria germina primo in ortu ſuffocari valerent.

Ann. Christi 1537.

Idem c. 15. Paulus III. Pont. Niceæ conuenit cum Imp. Carolo V. & Galliæ Rege Frãciſ.

IIII.

Idem tertiò ibidem ſcribit. *Fr. Michael Ghiſlerius in Romana Curia Commiſſarius Sancti Officij, inde Epiſcopus Sutrinus, & Nepeſinus, Præsbyter Cardinalis, & Supremus Inquiſitor Hæreticæ prauitatis, mox Epiſcopus Montiſregalenſis, at tandem Sum. Pontif. die 7. Ianuarij anno 1566. Creatus, & Pius V. Appellatus; dum hic Pontifex Eccleſiam Montiſregalis regeret, totam illam Diœceſim perſonaliter viſitauit, multaque decreta Clero, & Populo vtiliſſima promulgauit.*

Ann. Christi 1566.

Idem c. 17. Epiſc. Montiſregalis aſſũptus ad Sum. Pontificatũ, dict. Pius V.

CALCVLVS XXXIX.

COMMVNIS

S. R. E. Cardinalium VINCENTII LAVREI, INNOCENTII CIBO, ab anno 1547.

I. Ann. Christi 1547.

DEbacchantibus Sectarijs Conuallium Ciſalpinarum Philippus Epiſcopus Iuſtinopolitanus Cardinalis Innocentij Cibò Archiepiſcopi Taurinenſis ſuffraganeus, & Reuisus Regque Regia iuſtitia Taurini ſedes quatuor verbi Dei Prædicatores miſſionem, eo neceſſario deſtinandam decreuerunt, per ampla eis auctoritate, & communicata facultate. Ita Baldeſſ. — Baldeſſan. H. E. P. M. S. lib. 37. Verbi Dei præcones quatuor mit. tuntur aduerſus Sectarios. D. Epiſcopus Saluc. Chronol. cap. 7.

II. Vincentius Laureus Calaber, profeſſione Medicus, vir omnigenarum literarum, linguæ Græcæ, & Latinæ peritiſſimus, philoſophus præſtantiſſimus, ex ordinario Medico, & intimo Conſiliario Emanuelis Philiberti Sabaudiæ Ducis, à Pio V. creatur Epiſcopus Monſregalenſis, & Nuncius Apoſtolicus primò ad eundem Ducem, & deinde ad Reges Franciæ, & Poloniæ Legatus fuit; tandem à Gregorio XIII. Cardinalis. Plura de eo apud Ciacconium; Sic D. Epiſcopus Salutiarum ſcribit, cui ſe ſubſcribens Baldeſſ. ſuperaddit, A Pio V. ob propriam in Pont. Max. electionem vacanti ſua olim Eccleſiæ Monſregalenſi Vincentius Laureus Cardinalis præficitur, vt Pedemontanam plagam ab hæreſibus expurgaret, ille verò eò appulſus, omnem ad hoc adhibuit diligentiam eò quòd adnitteret, Subalpinam regionem Eccleſiaſtico Regni in Italiam aditum aperire, ſub anno 1566. — Vincentius Laureus Epiſcopus Monteſreg. omnē adhibet diligentiā vt Pedemontanū ab hæreſib. expurget. Baldeſſ. H. E. Ped. lib. 38. manu ſcrip. Subalpina Regio aditū aperit ad Italiam.

Ann. Christi 1566.

CALCVLVS XXXX.

Epiſcoporum, & Inquiſitorum, aduerſus hæreticam prauitatem in Subalpinis vigilantium, ab anno 1525.

I. Ann. Christi 1525.

CIrca hæc tempora, Clem. VII. Pont. Max. timens Subalpinis, ne Lutheranorum impijs dogmatibus inficerentur, præcepit Epiſcopis Gebennenſi, Lauſanenſi, Montisregalenſi, Vercellenſi, Eporedienſi, Auguſtenſi, nec non Inquiſitoribus, Taurinenſiſque Ciuitatis (cuius Epiſcopus tunc Cardinalis Innocentius Cibò Romæ morabatur) præſertim; vt aduerſus hæreticam impietatem, & fraudulentiam, abſque iudicialis ſtrepitu procederent, proque, ſuarum prolatarum ſententiarum executione, ſeculares Magiſtratus in ſubſidium interpellarent. Hæc ex H. E. Baldeſſani. — Clemēt. VII. ſtudia, & decreta aduerſus Lutheriſtas Subalpinos. Bald. H. E. P. M. S. lib. 35.

II. Ann. Christi 1566. Pius V. Romanus Hierarcha conſiderans Ciſalpinas Valles, tanquam quædam prægrandia Oſtia Occidentalibus patentia, ad Italicam Eccleſiam Regiam perſentienſque à Gebennenſi Synagoga plures per tempora immitti Intramontanis Pſeudodoctores, ad populos illos deprauandos ſignanter ad, adhuc in fide ſtantem Pineroli Vallem Fr. Cyprianum de Vbertis Vercellenſem Inquiſitorem Pontum miſit, quo ille adueniens, reiecta, quæ pullulabat, perfidia, pietatem inſtaurauit, ſupradicta Baldeſſ. — Pius V. Miſſionarium concionatorē ad Pineroli vallem deſtinat. Idem lib. 38.

III. Qui ſucceſſiua temporum ſeriem contexens addit ibidem: ſub his temporibus Apoſtolicus Taurinenſis Nuncius Baccodinus, & poſt ipſum Cardinalis Vincentius Laureus & ipſe Nuncius ad Subalpinas Valles reducendas, deſtinarunt D. Gratianum Bugellenſem, Canonicum Regularem S. Hugonis, virum, vtique & morum integritate, & doctrina grauitate inſignem: qui plurimum pro fide Catholica inibi profecit. — Idem ibidē. D. Gratianus Bugellenſis Canonicus Regularis miſſus ad Subalpinas valles pro fide Catholica laborat.

IV. Ann. Christi 1583. Antonius Pichòt, eximia eruditione, ac doctrina, ſingulari virtute nobilis, ac pietate inſignis, Epiſcopus Salutiarum contra hæreticos, qui tunc propter ſeditiones, quæ in toto Gallicano Regno vigebant, multum in Marchia Salutiarum pollebant, viriliter verbis, & factis ſe geſſit, ex quo graues perſecutiones paſſus fuit, quas tamen Deo auxiliante ſuperauit; ſub ann. 1583. — Salutiarum Epiſcopus aduerſus Hæreticos in Marchia degentes viriliter agens, ſtatasque perſecutiones patitur. D. Epiſcopus Salut. Chronol. cap. 9.

CALCV-

CALCVLVS XXXXI.

Celebrium Concionatorum, & Scriptorum aduerſus hæreticam emergentem, apud Subalpinos prauitatem. Ab annis 1525.

I.

Ann. Christi 1525.

DIlexata Eccleſia Pedemontana & Clericorum diſſolutionibus, & hæreticorum inuaſionibus, à Deo miſſus aduenit Frater Thomas Illyricus Franciſcanus, per has regiones feruenter, & efficaciter proponens Verbum Dei; Vndique igitur confluentibus turbis, vt audirent eum, cœpit ipſe vehementer, & irreligioſos Leuitarum mores carpere, & nefarios ſectariorum errores confutare, tum pro ſuggeſtu viuis vocibus declamando, tum eruditis editis voluminibus, Taurini ann. 1523. impreſſis, Orthodoxas veritates edocendo, ac propugnando quibus mirificos ſpirituales pro Eccleſiaſtico Regno prouentus reportauit. Sicuti eadem tempeſtate, Frater Thomas Stridonius, & ipſe Franciſcanus ad Euangelium, apud Maritimos Ligures, & Nicienſes prædicandum egreſſus, Euangelicoque in ſemine diſſeminando, per Marinas illas plagas multiplicitur progreſſus, pro Domini horreo multiplicatas ſegetes recollegit. Hæc omnia Baldeſſan.

> Fr. Thomas Illyricus Franciſcanus prædicationibus, & exemplis irreligioſos Clericorum mores, & nefarios ſectariorum errores corrigit, & confutat. Baldeſſan. H.E.P. M.S. lib. 36. Et Fr. Thomas Stridonius apud Ligures, & Nicienſes.

II.

Contra Lutherum hæretica venena, huius ab initio ſæculi, euomentem, ſtabat, circiter decurrentis Centuriæ ſeptem luſtra, doctiſſimus Fr. Syluester à Prierio, Pedemontanus Ordinis Prædicatorum, Sacri Palatij Magiſter, qui pro Orthodoxa veritate demonſtranda eruditiſſimos Codices edidit. Pro Luthero in Subalpinis, perſtabat nequiter perfidus quidam Fr. Auguſtinus Cadralienſis, qui abunde epotos Lutheranos ſtygios latices, eos fraudulenter in Patrio ſolo impiè eructare geſtiebat, ſed Aſtæ portentoſo prodigio ſtillantis ſanguinis de confracta Hoſtia, per ſacra facientis Sacerdotis Dominici Ancelli Parochi manus, in Eccleſia Sancti Secundi, coram populo Dominica die celebrantis, confirmata Catholica Fide, reiectis, & deieratis Hæretici Leuitæ Lutheriſticis aduerſus Euchariſtici, & Sacramenti, & Sacrificij veritatem, temerarijs blaſphemijs (vt ex Pauli III. Romæ die 6. Nouembris ann. 1535. edita Bulla patet) profugus ille, his Apoſtata, & multipliciter refuga, eiectus, & anathemate percuſſus, miſerrime tandem interijt. Surrexit autem à Deo confortatus Fr. Hieronymus Niger Eremitanus Sancti Auguſtini, vir celebris, & eruditiſſimus, qui doctiſſimos tractatus de Euchariſtia, præcipuè aduerſus ſectarios, & ſacrilegos, hac tempore circiter laudabiliter ſcripſit. Idem Baldeſſ.

Ann. Christi 1535.

> Fr. Syluester à Prierio Magiſter Sacri Palatij Lutheranã hæreſim ſcriptis exagitat. Idem ibidem lib. 38. Euchariſtici Sacramenti veritas Aſtæ miraculo comprobat, perfidiuſque Lutheriſta [illegible]. Fr. Hieronymus Niger doctiſſimos tractatus de Euchariſtia ſcribit.

III.

Ann. Christi 1571. & 1587.

Fr. Thomas Iacomellus à Pinerolio, Ordinis Prædicatorum, olim Inquiſitor Taurini, fuit Epiſcopus Tolonenſis in Prouincia, & ſcripſit contra Valdenſes, & de auctoritate Summi Pontif. Ita D. Epiſc. Salut. ad annos 1564. Qui rurſus ad annos 1571. addit: Simon Maiolus Aſtenſis, Epiſcopus Vollateranus ſcripſit librum in defenſione ſacrarum Imaginum. Tandem de ſtatu Eccleſiæ Aſtenſis ſub ann. 1587. ſuperaddit: Fr. Franciſcus Panigarola Orator diſertiſſimus Epiſcopus Aſtenſis ſcripſit contra Caluiniſtas.

> Rurſus, & alij ſcriptores aduerſus ſectarios numerantur. Epiſcop. Sal. Chronol. ca. 50. & 49. & cap. 11.

CALCVLVS XXXXII.

Eruditiſſimorum P.P. SOCIETATIS IESV, ad Subalpinas Valles aduerſus Hæreſes emiſſorum, ab anno 1561.

I.

Ann. Christi 1561.

DVx Emmanuel Philibertus, non minus ad pietatem, quàm ad arma procliuis Ieſuitarum Collegia duo Camberij vnum, alterum Taurini inſtitui curauit. Carthuſianis quoque Eremitis Conſueuit nonlitte, in Montiſregalis Pedemontanorum finibus Templi, ac Monaſterij conſtructionem promouit. Quorum in contemplatione, illi ſimul actione Chriſtianos ritus fouerent, & augerent. Hæc Pingon.

> Pingon. in Aug. Taurin. ann. 1570. Collegia, & Monaſteria ab Emmanuele Philiberto, Sabaudiæ Duce fundata.

II.

Vincentius Lauretus Cardinalis, Epiſcopus Montiſregalis, regreſſus à Pontificijs Legationibus ad Nunciaturam Taurinenſem, & ſuam Monſregalenſem Eccleſiam, proſpiciens in his regionibus adauctam graſſari hæreticam luem, à Rom. Pont. expoſtulauit, & impetrauit nouas Miſſiones Patrum Societatis Ieſu, ad Valles ſubalpinas, ad quas illi peruenientes, viriliter Fidei operam nauarunt, & proſequuti ſunt. Ita Baldeſſan.

> Baldeſſan. lib. 39. Miſſiones ad Subalpinas Valles deſtinantur ex PP. Societ. Ieſu. Quibus locis, & Vallibus Apoſtolanerint Patres Societ. Ieſu. D. Lucernẽſ. M.H. cap. 41.

III.

Ann. Christi 1560. & 1561.

Ex conſuetis annuis relatorijs litteris in Religioſa Societate Ieſu conſtat; Apoſtolicas horum Patrum Miſſiones ab anno 1561. priora ſua accepiſſe exordia, conteſtatur enim illarum & ſcriptor, & auctor à Pio IV. Sum. Pont. (qui per Luſtrum ab anno 1560. regnauit) primò miſſos ad Valles Societatis Patres, etiam antequam Domicilium ſiue Collegium in Taurinenſi Ciuitate acquiſiuiſſent. Nuſquam tamen apparet, eorum Miſſiones fixas, aut alicubi ſtabiles perſtitiſſe, quinimò mobiliter Apoſtolando per vniuerſas infectas Valles opportunè circumeundo peragraſſe, à Secuſina, ad Sturianam Vallem per intermedias Peruſia, Peiroſiæ, Lucernæ, totiuſque Salutienſis Marchiæ Conualles Padi, Varaytæ, Macræ, & Granæ diſcurrendo, atque vbique plurimùm pro Catholica

Fide

Ann. Chriſti 1583. *Fide elaboraſſe, pariter, & fructificaſſe, vſque ad ann. 1583. tunc enim Lucernæ permanentem habitationem habere cœperunt: & ſubſequenti anno 1585. Bricheraſij ſecundam habitaculum firmauerunt: tandem Bibianæ ad totius Lucernenſis vallis fauces, ſtabile domicilium acquiſierunt, in quo iugiter operantes ad vſque 1626. annos perſeuerauerunt. Cum anno 1596 à Clem VIII.* Ann. Chriſti 1596. *rurſum ad Conualles, ſignanter Lucernæ, & Salutienſis Marchiæ, nempe ſtuciæ cum coapoſtolicis operarijs Capuccinis, poſtulante Carolo Emmanuele I. Sabaud. Duce conſti fuiſſent, ſtrenuèq; pro Eccleſia decertantes glorioſos, & perfidia de perfidia triumphos retexiſſent* Ita ex D. Marco Aurelio Lucernenſi.

P.P. Societ. Ieſu in Vallibus Subalphinis plurimum laborauerunt pro Fide.

CALCVLVS XLIII.

F.F. Minorum Capuccinorum ad Pedemontanas plagas, Valleſque Hæreſi laborantes Emiſſorum, ab anno 1530.

I. Ann. Chriſti 1530. ORdo Capuccinorum *confirmatur à Clemente VII. ad ann. 1535.* Scribit Card. Bellarminus Chronol. par. 2. cui ſubſcribens Baldeſſanus addit. *Origirantur Capuccini à B. Mattheo de Baſſio, vt inconata Ordinis reformatione, oblatrantium hæreticorum obſtruerentur ora. Ipſa enim eorum reformata Congregatio genuinam Euangelicam paupertatem adamuſſim obſeruandam æmulatur, & imitari conatur, à qua toto mentis, & morum commine abhorrent ſectarij.* Hæc Baldeſſ. qui ſimul cum Bellarm. in Ordinis noſtri confirmationis aſſignando tempore, fallitur, dum ad ann. vel 1530. vel 1536. illam transfert, cuius attamen diploma à Clem VII ſub ann 1528. quinto Nonas Iulij datum, refert P. Zaccharias Bouerius Annal. tom. 1. quo in loco Ann. Chriſti 1540. ſub ann. 1540. ſequentia ſcribit: *In Pedemontana regione cum tria iam Monaſteria extructa eſſent, primum Taurini, quod Sancta Maria ad Agros nuncupatur: ſecundum prope oppidum Montiſcalerij Sanctæ Brigittæ dicatum: tertium Aſtæ: quartum tandem in vrbe Montiſregalis hoc anno ædificari cæpit.*

Bellar. Chronol. par. 2. Baldeſſ. H. E. P. M. S. lib. 37.

Ordo Capuccinorum quo anno cõfirmatus à Clem VII. Pontif.

Zachar. Bouer. Annal. tom. 1. ad an. 1528 & 1540.

Ædificantur 4 Priora monaſteria Prouinciæ Pedemontanæ.

II. *Inſurgit Taurini ſeditioſorum Gallica factio, qui Hugonoti dicti: iam publicè iſtius hæreſeos ſuperbi aſſertores in Romanos Catholicos ritus, in Euchariſtiam, in Diuos, & Diuorum monumenta debacchantes: At contra ciues Conſtantiſſimi ad Carolum Regem oratores mittunt, qui (Hieronymo Ruuereo Tolonenſi Epiſcopo, tunc Ducis apud Regem internuntio adlaborante) nouas Sectas non intromitti, ſed potius ſubmoueri, atque extirpari, enixè efflagitarent, præter id vnum, omnia ſe perpeſſuros, ad id propellendum omnia profuſuros profitentur, atque ita ea* Ann. Chriſti 1562. *pernicie liberati ſunt. Quamobrem litteras ſingularis elogij, & immortalis gloriæ plenas, à Pio IV. Pont. Max. accipiunt.* Ita Pingonius ann. 1562. ſub quo pariter anno Baldeſſ. ab ijſdem ſectarijs aduerſus Capuccinos mox ſcribenda perpetrata refert: *Quoniam Fratres Minores Capuccini in agro Taurinenſi commorantes, hæreticos mores, ac hæreſeorum profeſſores exemplo, & doctrina confundebant; Quidam Præſidiarius militum Dux hæreticus eorum capiti, & agreſti Cœnobio grauiores inſidias moliri tentabat, ſed mira Dei prouidentia, ac patrocinio ſeruantur illæſi, dum intempeſta noctis tempore ad necem quæruntur, armatis agreſſorum agminibus, Clauſtra inuadentium, mirabiliter in fugam conuerſis;* Quam tamen Diuinæ protectionis oſtenſionem, pro Capuccinis à furentium perfidorum inuaſione aſſeruandis, à Deo præſtitam noſter P. Zacchar. Bouer. ad ann. 1555. retrotrahit.

Pingon. in Aug. Taurin. & Baldeſſ. H. E. P. M. S. lib. 38.

Capuccini mirabiliter liberantur ab hæreticis. Zachar. Bouer. Annal. tom. 1.

III. Ann. Chriſti 1596. Pertrahit autem citatus Guilielmus Baldeſſ. primam Capuccinorum ad Subalpinas Conualles Apoſtolicam Miſſionem ad ann. 1596. circa ſextidecimi currentis ſæculi finem dicendo: *Fratres Minores Capuccini iuſſu Clem. VIII. hoc anno, quaſdam fundauerunt, & inſtituerunt Miſſiones in conuallibus Alpium Cottiarum, & maritimarum, quod ægrè admodum pertulerunt Pſeudominiſtri illarum gentium.* Hæc ille, de primaria noſtri Apoſtolatus, apud Ciſalpinos fundatione, & erectione exponit, quibus, & ego Proemiali de Subalpinæ regionis, Religioniſque exordio, & progreſſu ratiocinio tandem finem impono; vt à Capuccinis, ab illis diebus exerciti Apoſtolatus principium, & profectum ſubſequentia per Ratiocinia, & Calculos apponam.

Baldeſſ. H. E. P. M. S. lib. 39.

Quando orta primaria inſtitutio Miſſionum Capuccinorum.

COMPLETA EPILOGETICA

PROEMIALIS RATIOCINATIO

de Progreſſu Veræ, & Falſæ Religionis in Subalpinis.

I. SVprapoſitis igitur tum Sæculorum, tum antiquorum geſtorum numeris, per modum Calculi vſque modò ſignatis, & ſupputatis, Proemialis Ratiocinij iamnunc vniuerſalem, completam ratiocinationem, ex computatis numeris, & Calculis de vera, & falſa in Subalpinis religione, de legitimis, & adulterinis ad Ciſalpinos Miſſionibus, ſic deduco: A' priſcis temporibus nempè à ſecunda Mundi ætate, immediatè à Deo Patriarchæ, Prophetæ, & Iuſtitiæ Octaui Præconis Noè prouida emiſſione, in Heſperia tota ab ipſo Parente fundatum, à filio autem Iapheto, ſiue à Iapheti nato Gomero ad Ciſalpinos delatum fuit Eccleſiaſticum Regnum.

II. Quod poſtmodum, tertia eiuſdem Orbis procedente ætate, Miſrainitarum ſcilicet Ægyptiorum, & Semitarum, ideſt Thuſcorum, Idola colentium duplicatis immiſſionibus perturbatum, atq; de loco exturbatum apparuit, profanatumq; per quartam, & quintam temporum Mundi differentiam perſeuerauit.

III. Donec ſexta ſæculi laborantis temporalis durationis ſucceſſione, à ſuperueniente de ſinu Patris legitimo, ac Diuino Rege, ſiue potius Monarcha Chriſto, Summus Pontifex, & Eccleſiaſtici Regni Prorex Petrus Apoſtolus, Coapoſtolicuſque condiſcipulus Barnabas ad Italos, Ciſalpinoſq; præſertim deſtinati iamdiù collapſum inter eos fidei Principatum inſtaurarunt, & per ſe perſonaliter accedendo, & per ſuos diſcipulos perenniter enitendo, primo exoriente, & Euangelicæ legis decurrente Sæculo.

IV. Secunda verò, ac tertia præſentis ſextæ Mundi ætatis annorum centurijs, Martyrum cruore, nempè validioribus certaminibus pariter, & agonibus ſtrenuiſſimis licèt nutans, firmatum attamen fuit Catholicæ Eccleſiæ Regnum.

V. Quod à quarto, ad nonum vſq; Chriſtiani Orbis Sæculum, Arianæ Hæreſis violenta impietate concuſſum, à S.S. Epiſcoporum ac Orthodoxorum Patrum, atq; Doctorum pia eruditione, ſanctioritque vitæ integritate fuit ſuffultum.

VI. Per decimum vero, & vndecimum annorum centenarium ab Anachoretis, Canonicis Regularibus, Monachis Orientalis Sancti Euſebij, ſiuè Occidentalis D.D. Benedicti, & Bernardi inſtituti aduerſus perſeuerantes nonnullas Hæreſes, fuit propugnatum.

VII. Duodecima poſtmodum ſæculorum Centuria, Albigenſium Gazarorum, ac Valdenſium præcipuè aggreſſionibus perturbatum: Quatuor mendicantium Ordinum religionibus, religioſis ſimul, & illarum religionum Patriarcharum Dominici, Franciſci, Albertiq; Apoſtolicis Miſſionibus recreatum refloruit.

VIII. Quouſque ſextidecimi ſæculi ipſis in exordijs, exorientibus, atque ab inferis emergentibus Lutheranis, & Caluiniſtis per Occiduas Aquilonaresq; noſtris finitimas Prouincias, ac Regiones debacchantibus ſectariorum hoſtilibus inuaſionibus, vehementer iterum concuſſum, & quaſi impulſum extitit, ſpiritualis Chriſti Eccleſiaſticum ſceptrum. Verùm enimvero validiſſimis, ſibique perpetuo ſuccedentibus Apoſtolicis Epiſcoporum, Præſulum, Inquiſitorum, Theologorum cuiuſuis religioſi inſtituti Doctorum. Præſertimque Ieſuitarum, & Capuccinorum multiplicatis Miſſionibus ſuſtentatum, atque ſuffultum, inconcuſſum ad preſens vſque perſeuerat, Deoq; confirmante perſeuerabit in ſæcula.

Recolligendo igitur multipliciter diſperſa, vltimatè tandem ſubduco: Eccleſiaſticum Regnum in Gallia Ciſalpina hactenus perduraſſe fundatum, ac propugnatum, ordinarijs, & extraordinarijs Prophetarum, Patriarcharum, & Apoſtolorum, Pontificum, Martyrum, Epiſcoporum, Doctorum, Monachorum, Canonicorum Regularium, Mendicantium, Præſulum, Inquiſitorum, Theologorum, Præconum Verbi Dei, ac denique Catholicorum Sacerdotum, per tempora legitimis Miſſionibus, ſicut acerrimè oppugnatum extitit aduerſariæ poteſtatis Pſeudomiſſionibus Paganorum, Arianorum, Iconoclaſtarum, Valdenſium, Gazarorum, Lutheranorum, Caluiniſtarum, quibus licèt reluctantibus, ſed ſuppeditatis ſtabit in æternum, & in ſæculum ſæculi. Amen.

Epilogus.

A quibus delata vera Religio ad Ciſalpinos, ſecundâ Mundi ætate.

Ægyptij, & Thuſci Religionem perturbant per tertiã, quartam, & quintam Mundi ætates.

Prima ſextæ Mundi ætatis Centuria, Apoſtoli eorũq; Diſcipuli Chriſtianam Religionem Ciſalpinis diſſeminant.

Sanguine Martyrũ firmatur Catholica Eccleſia hac ſecunda, & tertia Centuria.

A quarto vſque ad nonũ ſæculum cõfirmatur eruditione Epiſcoporũ, Patrum, & Doctorum.

Decimo, & vndecimo cẽtenario pugnant aduerſus Hæreſes Canonici Regulares, & Monachi.

Miſſionibus quatuor Ordinum Mendicantiũ adu. Hæreticos refloreſcit Cath. Fides.

Hoc ſextodecimo ſæculo per Epiſcopos, Inquiſitores, ac cuiuſcũq; Religionis Theologos præſertim Ieſuitarum, & Capuccinorum ſuffultũ extat Eccleſiaſticũ Regnũ.

Recolligitur epiloganda progreſſ. fid. & perfidiæ in Subalpinis

PER-

PERRERII APOSTOLATVS RATIOCINIVM PRIMVM

D. O. M.

CHRONOTAXIS.

AB INITIATA MVNDI REDEMPTIONE, ANNO SEXTO POST NONAGESIMVM QVINGENTESIMVM MILLENVM CIRCITER KAL. FEBR.

CLEMENTE VIII. PONTIFICE MAXIMO ANNVENTE, ET MANDANTE: CAROLO EMMANVELE. I. SABAVDO DVCE EFFLAGITANTE: IVLIO CÆSARE RICHARDO APOSTOLICO NVNCIO ORDINANTE: DOMINO ROGERIO TRITONIO PINEROLIENSI ABBATE VOCANTE: FR. SILVESTRO A MONTELEONE CAPVCCINORVM MINISTRO GENERALI ELIGENTE: A FR. GABRIELE CASALENSI IANVENSIS PROVINCIÆ PROVINCIALI MISSVS FR. VALERIANVS PINEROLIENSIS, CAPVCCINVS THEOLOGVS, ET ORATOR EXIMIVS, ELECTVS, VOCATVS, MISSIONVMQ; PRÆFECTVS ORDINATVS, EMISSVS AD SVBALPINAS CONVALLES, PRO SPIRITVALI ECCLESIASTICO REGNO INSTAVRANDO; IN PERRERII OPPIDO VALLIS NIGRÆ CENTRICO, CONGRVA AD HOC SIBI DELEGATA AVCTORITATE, APOSTOLATVS FRATRVM MINORVM CAPVCCINORVM IN GALLIA CISALPINA PRIMARIVM LAPIDEM, IDEST, AVSPICATA PRIMORDIA POSVIT.

PERRERIANI RATIOCINII SYNOPSIS

Præambuli Numeri Quinque.

Primus.	Geographicam	Relationem exhibet.
Secundus.	Politicam	
Tertius.	Hierarchicam	
Quartus.	Errorem,& Hæreſis	Originem perhibet.
Quintus.	Apoſtolatus,ideſt,Miſſionis	

Calculus Primus.

Prioris Fundatoris Apoſtolici Operarij, Fr. Valeriani à Pinerolio, Per Annum 1596.

Calculus Secundus.

Fr. Mauritij Murrenſis Cõcionatoris Apoſtolici,Per Annos 1597.1598.

Calculus Tertius.

Fr. Archangeli Genuenſis Concionatoris,Per Annos 1600. 1601. 1602. 1603. 1604.

Calculus Quartus.

Fr.Ludouici Alexandrini Concionatoris, Per Annos 1605. 1606.

Calculus Quintus.

Communis

Fr. Fr. Iſidori à Buſca, & Columbani à Tridino Concionatorum, Per Annos 1608. 1609. 1610.

Calculus Sextus.

Fr. Chriſtophori à Cereali Concionatoris, Per Annos 1611. 1612.

Calculus Septimus.

Fr. Bartholomæi à Nicia Maritima Concionatoris, Per Annos 1613. 1614. 1615.

Calculus Octauus.

Fr. Iſidori à Buſca Concionatoris, Per Annum 1616.

Calculus Nonus.

Fr. Alexandri Oxibienſis Concionatoris, Per Annos 1617. 1618.

Calculus Decimus.
Fr. Hieronymi à Monteregali Concionatoris, Per Annos 1619. 1620.

Calculus Vndecimus.
Fr. Ambroſij à Montecalerio Concionatoris, Per Annum 1621.

Calculus Duodecimus.
Fr. Iſidori à Buſca Concionatoris, Per Annum 1622.

Calculus Tertiuſdecimus.
Fr. Ioannis Baptiſtæ Verzolienſis Concionatoris, Per Annum 1623.

Calculus Quartuſdecimus.
Fr. Bonauenturæ Taurinenſis Concionatoris, Per Annum 1624.

Calculus Quintuſdecimus.
Fr. Pauli Taurinenſis Concionatoris, Per Annos 1625. 1626. 1627. 1628.

Calculus Sextuſdecimus.
Fr. Guilielmi à Monteregali Concionatoris, Per Annos 1628. 1629.

Calculus Decimus Septimus.
Fr. Ioannis Vercellenſis Concionatoris, Per Annum 1630.

Calculus Decimus Octauus.
Fr. Alexandri Oxibienſis Concionatoris, Per Annos 1630. 1631.

Calculus Decimus Nonus.
Fr. Ioſeph à Summaripa Concionatoris, Per Annos 1631. 1632.

Calculus Vigeſimus.
Fr. Hippolyti Taurinenſis Concionatoris, Per Annos 1632. 1633.

Calculus Vigeſimus Primus.
Fr. Stephani Taurinenſis Concionatoris, Per Annos 1634. 1635. 1636.

Calculus Vigeſimus Secundus.
Fr. Pauli Mariæ à Corniato Concionatoris, Per Annum 1637.

Calculus Vigeſimus Tertius.

Fr. Laurentij à Pinerolio Concionatoris, Per Annum 1638.

Calculus Vigeſimus Quartus.

Fr. Ioachim à Gaxino Concionatoris, Per Annos 1639.
1640.

Calculus Vigeſimus Quintus.

Fr. Victoris Ripolenſis Concionatoris, Per Annos 1641.
1642.

Calculus Vigeſimus Sextus.

Fr. Simpliciani à Pinerolio Concionatoris, Per Annum
1643.

Calculus Vigeſimus Septimus.

Fr. Petrimartyris Taurinenſis Concionatoris, Per Annum
1644.

Calculus Vigeſimus Octauus.

Fr. Pauli Mariæ à Corniato Concionatoris, Per Annum
1645.

Calculus Vigeſimus Nonus.

Fr. Hieronymi à Pamparato Concionatoris, Per Annos 1646.
1647. 1648. 1649. 1650. 1651. 1652. 1653.
1654. 1655. 1656. 1657.

PERRERII IN APOSTOLATV

CAPVCCINORVM OPERARIORVM,

Pro Eccleſiaſtico Regno Laborioſi Proceſſus numerantur, & calculantur.

RATIOCINIVM PRIMVM:

Geographicam notitiam exhibet Praambulus.

Num. I.

INTER Cottias Alpes, ſupra Pinerolienſem agrum tres panduntur Conualles, ſibi inuicem cohærentes in Y litteræ figuram, cuius crus Peruſina, dextrum cornu Cluſina, ſiniſtrum verò efformat Sancti Martini Vallis, quondam Nigra nuncupata; Excelſas enim inter rupes anguſto, & opaco ſolo, vix à Sole ſolaribus radijs quibuſdam temporibus illuſtrato cum iaceat; propterea fœnum duntaxat, & hordeum, ac ſecale parit, quibus & homines, & iumenta paſcuntur. Incolis namque cum hordeacei panis non copia, ſed inopia, vel ſufficientia vt plurimum ſuccurrat; ſuis neceſſitatibus vt ſufficientiùs accurrant; armenta, gregeſque enutriunt, quorum lacte oleribus admixto quotidiana pulmenta conficiunt; & lactis ſero, vel aquæ purâ pocuIenta exhauriunt, eò quòd non niſi ipſo in Vallis limine, non vinum, ſed viſtum (Terentiano verbo vtor) colligat: A liminibus ergo ad montium cacumina verſus per decem circiter Pedemontana milliaria Vallis aſcendit, per quam rapidus, piſcibus fœcundus fluuius Germanaſca vocitatus deſcendit, ſuoque alueo, vel irriguo alluit prata, vel iura Vallicolarum Nigræ Vallis, quæ ſchiſmatico vallo circumuallatur adiacentium Conuallium Peruſiæ ab Oriente; Queraſci Galliæ Viennenſis ab Occidente: Ab Auſtro Lucernæ, ſine Angroniæ; ab Aquilone Cluſonis, ceu Pratiſallati, quas vniuerſas in vniuerſum ferè Heretici habitatores incolunt; vnde haud mirum ſi accolantium mores, vel errores imitentur, ac profiteantur huius Incolæ: Aſcendendo igitur, & recenſendo perluſtramus quatuordecim Pagos, qui iſotico barbarico idiomate vocitantur vt infra; Riclaretum, Faetum, Troſerium, Chioti, cauponum viculus; plurimi namque ibi cauponantur. Vnde Pſeudominiſtri, qui potius in cauponis à cauponantibus mulierculis fercula, & pocula ad eructantiam ſibi miniſtrari, quàm legitima dogmata in Eccleſijs, populis ipſi miniſtrare venerunt, aduentant huc ſedulò, inibique miniſteriales ſuos Conuentus in diuerſorijs congregare, atque inter dapes, & vina celebrare frequentant; ex quo illud in primis ſui miniſterij emolumentum reportant; quòd indigenæ in culinis edocti inter cacabos, & ollas carnium inſtructi, carnalia Caluiniſtica inſtituta profiteantur vniuerſi. Poſt hunc ſequuntur Sancti Martini Villula, & Eccleſia, Bouilium, Ayratia, Cruces, Pralium Pagus, Rodoretum, Chiabrantium, Manilia, Macellum, & Salſa.

Vallis ſitus, & conditio.

Eſt igitur Perrerium in medio Vallis ſitum oppidum principale; Cùm enim in relatis Pagis non niſi montana, & ruſticalia tuguria ab agreſtibus armentarijs, vel efferatis ruricolis inhabitata inueniantur; Perrerij habitatores humanioris conuerſationis, atque educationis ciuilia ædificia inhabitant.

Vallicolarũ natura.

Politicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. II.

Sabaudiæ Ducum poteſtati ſubiecti à pluribus ſæculis hæc Vallis aſſeritur.

HViuſcemodi ergo Perrerij, ſiue Sancti Martini Vallem, tamquam Italicæ regionis limitaream receſſum Italici Marchionis, nempè Sabaudiæ Ducis, à pluribus ſæculis, poteſtati Ducali ſubieciſſe liquidò conſtat. Quamobrem maturè illi ſuæ Marchiæ excubias perluſtrantes, accuratiorique trutina examinantes, hanc nequaquam oram ſibi negligendam putarunt, remotioribus licèt in receſſibus latitantem; quinimmò ne illinc, vel ſæcularis, vel ſpiritualis Regni ſubdoli hoſtes irrumpere, atque latebras ſuas illis in belluarum latibulis collocare præualerent, vel ne aſperitate loci, aut difficultate aſcenſus freti aliquando agreſtes, & feri incolæ deficiendi, & à legitimo Dominio rebellandi anſam arriperent; & in ipſo vallari ſolo ad Pratum Aloyſium validum Vallum, ceu ad Sancti Benedicti agrum fortalitium, & ipſomet in Vallis ingreſſu Turrim, & Arcem erigi curauerint Sabaudi Marchiones, diſtinctis temporibus. Cùm enim ad Vallem vniuerſam pateat vnicus communis acceſſus, per eleuatum pontem, præaltis geminis rupibus medium, hinc eminens Turris, illinc Arx prominens ad munimen imminebant: quæ tamen omnia à prouido Principe ſapienter prouiſa tutamina, impudenter hæretica perduellium conamina diminuerunt; tandemque comminuerunt, ne armata poteſtate deſertorum effrænis audacia iuſtè coerceri valeret. Hactenus tamen (licet ægrè admodum) præualuit, & ſupremi, & immediati Dominij legitima auctoritas. In Perrerij namque præcipuo Oppido, & Vallis nobiliſſimis Condominis, & publicæ iuſtitiæ Adminiſtris reſidentibus, Ducali irreuocabili edicto perpetuò illinc exulantibus Hæreticis, res publicæ geruntur, promiſcuè tamen prout opportunitas exigit.

Diminuta fortalitia ab Hæreticorũ impudentia.

Hierarchicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. III.

Spiritualis dominij cura quibus, & per quoſq; ſtudium pro animarũ ſalute.

HInc ipſi quoque ſpiritualis Eccleſiaſtici Regni Præſides, & ſupremi, & Ordinarij Sanctæ Mariæ Pinerolienſis Monaſtici Præſules remotam illam propriæ ditionis plagam minimè inexcultam neglexerunt, quin ne in chriſtianæ pietatis, ſeu fidelium animarum perniciem Leones, Vrſi, Pardi, immanioreſque auernales feræ inibi cubilia impietatis ponerent; Sacros Vigiles, atque Cuſtodes opportunos adhibuerunt; qui exædificatis Eccleſijs diſtinctis in Vicis, ſuper Dominicum gregem inuigilarent. Enumerabantur igitur quondam (vt ex antiquiorum Templorum ruderibus, ſimul & adhuc exiſtentibus, rudeſis coniectare licuit) diſcretas inter illas populationes ſeptem Parœciæ, vel ſaltem Ædes, aut ſacræ ædiculæ. Prima Sancti Thomæ Apoſtoli intra Riclareti, Chiotorumque confines. Secunda Sancti Auguſtini intra Faeti terminos. Tertia Sancti Martini & proprio, & Bouilij vicinis adhærens. Quarta Sancti Ioannis Baptiſtæ apud Pralios exiſtens. Quinta Sancti Petri Principis Apoſtolorum inter Chiabrantij, Maniliæ, Macelli, & Saliæ conterminos. Sexta Sancti Laurentij Rodoreti ſita. Septima tandem præcipua Sanctæ Mariæ Magdalenæ in Perrerij ſpeciali Oppido ſola adhuc ſuperſtes: vnde tamquam ex Arce, quò validiores ſpirituales ſuppetiæ circumquaque promanarent; Abbatiali inibi in conſtructa domo, iuxta Parochiale Templum Sacerdotum Primicerius commorabatur, quò & ipſe in Eccleſiæ agricultura operaretur, & cooperatores deſtinatos ad cooperandum perurgeret, operique tandem, nec non Sancti Martini ſacris ædibus præſideret.

Ædes ſacræ ſeptem olim numerabantur.

Erroris, ideſt, Hæreſis originem perhibet Præambulus.

Num. IV.

VErùm enimuerò, quod verebantur, accidit, & quod Catholici Marchiones, atque Eccleſiaſtici Vigiles timebant, aliquando euenit. In angulos enim (vt latiùs obreperet) irrepſit hæreticalis iniquitas. Quis autem ſingularis Pſeudoapoſtolus Prior primaria tabifica lue Montanos illos ruricolas infecerit, haud facilè fuerit, perſcrutari: hoc vnum pro comperto apud

vulgatas

vulgatas illorum ſæculorum memorias proclamant ſacri, & profani Scriptores; quod Lugdunenſibus & Ciuitate, & Diœceſanis confinijs canonice & iuſte non minus, quam publicè, & indecorè eiecti proſcripti Valdenſes Hæretici, circiter annos 1150. veluti lucifugæ aues, auernaleſque Harpyæ, vel Stygię ſtriges latibula inquirentes, intra Alpium remotiora receptacula, beſtiarum catabulum ſtabilire cogitauerunt; quò Secularis, vel Eccleſiaſtici Regni legitima iura ægrè admodum peruadere, & validè penetrare preualerent. Narbonenſibus igitur, & Viennenſibus finitimis Gallis dementatis, Ciſalpinis; vel Interalpinis Conuallibus ſectariam rabiem intulerunt Valdeſij, Gazari, vel Patareni, iuxta Baldeſſani ſupputationem circa annos 1306. Indeque factum legimus; vt verè ſchiſmatici deſertores fidei, ſub perſonato titulo Pauperum de Lugduno, infanda illa, & execranda ſacrilegia trina per ſæcula profiterentur: donec in Sancti Martini Valle (referente D. Marco Aurelio Lucernenſi) Generali Pſeudopaſtorum coacto Religionario Conuentu anno 1533. communi conſenſu Valdeſię nequitię primò Lutherana, inde Caluiniana ſucceſſit; (vel melius) acceſſit impietas: cui iuxta Propheticum Zacharię quinto Oraculum: *Vt ædificaretur ei domus in terra Sennaar, & ſtabiliretur, & poneretur ibi ſuper baſem ſuam*: ſceleratiores veritatis Orthodoxę, perduelles, violenter illas in oras irruentes Catholicę Eccleſię ipſa veſtigia eradere, validioribus conatibus enixi ſunt, abrogatis chriſtianis ritibus, ablatis Sacramentis, Sanctorum Imaginibus abraſis, ſacris Ædibus primò expilatis, & expoliatis, deinde ſacrilegijs profanatis, poſtremò heretico furore maiori ex parte ſubuerſis; tandem iniuriosè, & hoſtiliter expulſis Parochialibus Sacerdotibus; Sathanę ſedes opportunioribus in Pagis, vel ipſis in vſurpatis Templis firmare ſtuduerunt; ſubrogatis Pſeudomagiſtris, maſtige dignis, qui ſtatis diebus, horis, & locis impia Caluiniana dogmata, immò ſcommata contra Romanam Eccleſiam; vel potius Eccleſiaſticos è ſuggeſtu euomerent, & faſcinatos iampridem illos errones penitus inſanire compellerent, ſicuti & effectum in dies cernimus; prout Fr. Valerianus à Pinerolio veridico ſuo manuſcripto teſtimonio oculatus teſtis conteſtatur.

Ann. Chriſti 1150.

Ann. Chriſti 1306.

Ann. Chriſti 1533.

Fidei ablegatio, hæreſumque introductio quibus annis, & à quibus Pſeudo ap.

Lib. 28. Hiſt. Eccleſiaſticæ Pedem. m. ſ.

D. Lucern. Mem. Hiſt. cap. 3.

Zachar. c. 5.

Miſſionis exordium perhibet Præambulus.

Num. V.

QVi ſcilicet Fr. Valerianus interiori à Spiritu Sancto primò, exteriori deinde canonica à Summo Romano Hierarcha à DD. Nuntio, & Archiepiſcopo Taurinenſibus legitima, à proprijs Prælatis regulari Miſſione Apoſtolicorum Operariorum Capuccinorum Commiſſarius electus, ordinatus, & deſtinatus poſt vnam, & alteram ſeductæ regionis perhiſtrationes anno 1595. præmiſſas, tandem ſubſequentis ipſius immediati in anni 1596. exordijs, Februario menſe Quadrageſimales conciones in reaſſumpta Sanctæ Mariæ Magdalenæ Parœcia propoſiturus ſuperuenit cum Socio, atq; Primioris Capuccinorum Apoſtolatus intra Vallem Sancti Martini fundamenta iecit, ipſo in concentrico Oppido Perrerij: vt vnde Ciuilia politica, vel municipalia, quin Canonica Parochialia, vel Abbatialia iura procederent, inde Apoſtolica munera promanarent; ibiq; Sacerdotale Fidei præſidium erigeret; vbi materiale quondam Caſtrum perfidi rebelles deiecerant: & illic Euangelici Regni Religioſi Vigiles perſiſterent in cuſtodia; vnde militares defecerant iampridem excubiæ. Quamobrem poſtquam diù ab initio apud pios Catholicos, Sæcularibus in habitaculis diuerſati fuiſſent, tandem gratioſe à Reuerendiſſimo Abbate; ſpontè annuente Parochiali Præpoſito, intra Abbatiales proximas Eccleſiæ Ædes anguſto impetrato domicilio, propria induſtria, & Pontificijs elargitionibus, ceù piorum ſubuentionibus, breui temporis intercapedine religioſum ſibi parauerunt, formauerunt, & firmauerunt domicilium, quò Parœciæ adſtantes de propinquo, & properantiùs Parochis cooperari, & inſeruire, & properanter Parochianis accurrere, atq; adeſſe valerent in opportunitatibus, in tribulatione, ceù ſectaria diuexatione quotidiana.

Ann. Chriſti 1595. & 1596.

Fr. Valerianus à Pinerolio deſtinatus ad hãc Vallẽ, huius Miſſionis prima fũdamẽta iecit.

CALCVLVS PRIMVS

PRIORIS FVNDATORIS,

Apoſtolici Operarij Fratris VALERIANI *à* PINEROLIO *Concionatoris per annum.* 1596.

I.

PRænotatos neceſſariò, ſingulis in Apoſtolatuum Ratiociniis, quinque communiores præambulos numeros, ordine congruo ſubſequuntur ſubſignandi ſingulares Calculi ſingulorum ſinguli Apoſtolatus Operariorum. Quorum primus, & præcipuus Venerabilis Admodū Pater Frater Valerianus (vt omen in nomine eluceat) quantum valuerit Perrerij in effodienda, fundanda, & ſuperædificanda Primaria Miſſione, ex eo valemus dignoſcere; quod obduratum Perretum penetrare præualuit, petrea viſcera emolliendo, & aperiendo, vel ſaltem petreæ duritiei reſiſtendo, ſimul ac irrumpendo, ita vt petris iamdiù obrutos profugos hos filios Abrahæ de lapidibus ſuſcitare valeret, qui de medio petrarum darent voces confeſſionis Catholicæ veritatis, atq; deinceps inter petras diſcurrere, & equi, & Apoſtolici Equites aduerſus Pharaonis equitatum præualerent. Itaut inpoſterum ſuggerent mel de petra, oleumq; de ſaxo duriſſimo. Bibentibus fidelibus de ſpirituali poculo conſequente eos petra; petra autem erat Chriſtus, qui eduxit aquam de petra Fratre Valeriano virga verbi bis percutiente petras, nempe Crucis Chriſti prædicatione populorum corda pulſante, validè adeò vt Romanæ Eccleſiæ quondam perduelles, modo reconciliati ſaltem ex parte, & ſubiecti fateantur: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabō Eccleſiam meam. Ann. Chriſti 1595.

Deplorandū Spirituale excidium hu. Vallis.

Perſcrutari ſolerter voluerat, & valuerat Frater Valerianus (vt proprio loco præmiſimus) anno nonageſimo quinto poſt quingenteſimum millenum Perrerij Vallem, vel potius Perreti Vallum, vbi non candidorum marmorum, ſed obſcurorum lapidum atram lapidicinam offenderat, nempe hominum receptacula hæretica ſpontanea impietate in rigorem lapidum vltro conuerſorum, quorum & frontes, & præcordia vecordi inſenſibilitate petrarum duritiam imitari gloriabantur, ita vt non hominibus modo, ſed & Deo aduerſari haud vererentur. Diuinam enim Maieſtatem non ſolum conſuetis hæreticalibus blaſphemijs dehoneſtare profitebantur, ſed & denudatis, profanatis, ceù dirutis Templis, pulſis Sacerdotibus, Altaribus euerſis, abraſis, vel ablatis Iconibus Sacris, Eccleſiaſticis bonis occupatis, Diuinum cultum penitus de medio auferre nitebātur (ſicuti occulatus teſtis Fr. Valerianus fideli ſua relatione teſtatur.) Tribus namq; iam à Superioribus annis, contra Eccleſiaſticum Regnū ſectaria facta inuaſione penitùs Religionarij vnanimes vniuerſarum Cōuallium inuicem ſibi condixerant; vt ſtatuta die Catholicos cunctos morti traderent, captata ad hoc importuna opportunitate hoſtilium irruptionum, à Duce Aldigherio Caluiniſta, per has oras Subalpinæ Regioni illatarum, per Schiſmaticorum turmas, quorum patrocinio freti iam aggredi impia molimina auſi fuerant. Impijs enim eorum conatibus, atque defectionibus iuſtè obuiantes, & accurrentes Catholicos Dominos Comites Sancti Martini vniuerſos trucidaturi aliquando aduenerant rebelles. Verùm Diuina prouidentia dirigente reliquis omnibus abſentibus, præſentes innocentes Dominum Georgium, & ſororem ipſius Dominam Vincentiam de Truchieris pugionibus appetitos, lethaliter vulnerauerunt, comminata reliquis fidelibus in horas internecione. Vnde ſuperſtites Catholici grauiùs perterrefacti impiorum violenta factione neci ſe ſe addictos intelligentes, furentium frœneſi haud reſiſtere valentes, vt quotidie morituri perpetuò agonizantes inter Sicarios illos infæliciter ingemiſcebant, vel ſpontaneum exilium, vel momentaneum excidium ſubire dira neceſſitate coacti.

Crudelis inuaſio Hæreticorū in Catholicos, & præcipuè ſuos Dominos.

II.

Inclinato igitur huiuſcemodi in liminaribus Italicis parieti, & depulſæ mox caſuræ, vel ceſſuræ Eccleſiaſtici Regni maceriæ, id eſt, deſperatis illic, & fidei, & fidelium rebus à Deo emiſſus Frater Valerianus opem præſtiturus adeſt; qui de propinquo imminenti Eccleſiarum ruinę expeditiùs vt accurreret, validiùs & occurreret, propiùs & ſuccurreret; opportunam excogitatam Euangelicorum Antagoniſtarum Miſſionem (poſt multiplicatas perluſtrationes, & Vallium perſcrutationes) per ſe ipſum exercere aggreditur. Poſtulante enim Sereniſſimo Carolo Emmanuele I: Mittente Reuerendiſſimo Taurinenſi Nuncio: Annuente Domino Pinerolienſi Abbate: Dirigente Fratrum Minorum Capuccinorum Generali Miniſtro, ad Nigram Vallem, cum ſocio Sacerdote Fratre Mario à Solerijs, venit

Quorū opera, hæc miſſio inſtituta à Fr. Valeriano.

Frater Valerianus,Q::adrageſimales congreſſus ſubiturus,anno nonageſimo ſexto ſupra quingenteſimum milleſimum; quando feria Quarta Cinerum circa VI. Kalendas Martias, & dies Paſchæ circiter Idus Aprilis contigerunt. Ingreditur ergo Faber Apoſtolicus Petretum, nempè lapideorum cordium lapidicinam, quò inde non marmorea ſculptilia erueret, ac effingeret, ſed vt viuentia ad Dei-imaginem ſimilitudinemq; exculpta ſimulacra, hæretica nequitia deformata reformaret. Verùm diù elaborandum fuit, fortiterq; enitendum, priuſquam Petrones illi ſcalpri ſalubris ictibus,& tunſione plurima Fabri Euangelici malleo poliri, Catholicæ formę configurarentur. Vſurpauerant enim perduelles Parochiale Perrerij Templum, quod legitimis ſuperuenientibus Sacerdotibus liberum dimittere reluctabantur: nam ſi non totum ſaltem ex parte retinere colluctabantur,ita vt Dagone, & Arca eodem in altari conſedentibus, ibi Sacrilegium vbi Sacrificium exerceretur. Verùm enimuerò religioſus Machabęus Fr. Valerianus profanationis ejectis lapidibus recuperato Sanctæ Mariæ Magdalenæ Templo, Parochiali Præpoſito reſtituto, Sanctis Sanctorum emundatis, de manibus violentorum ereptis campanis, Sacris Altaribus pia Ducis Sabaudi munificentia decenter inſtructis, petreã illam plebem elaborare adorſus eſt Apoſtolicus ſculptor, Apoſtolicæ, vel Ducalis Cameræ ſumptibus alendus. Eſt Verbum Domini quaſi malleus conterens petras, ideo Frater Valerianus Quadrageſimalia Euãgelica Dogmata dilucidè proponere, ac diſtinctè,non minus quàm doctè diſponere,reſoluereq; & occeptauit, & perſeuerabat, hactenus verò inauditas, vel ſaltem iamdiù obſoletas Sacri Præconis voces auſcultabant Catholici plures,licet pauciores,pauciores autẽ hæretici,quamuis plures,nempe ferè omnes Vallicolæ enumerarentur.

Fr. Valerian⁹ Sãctę Mariæ Magdalenæ Parochiale Templũ recuperatum, Præpoſito Perrerij reſtituit.

III. Quamobrem cum publicis quotidianis, vel etiam feſtiuis declamationibus, Sacri Verbi haud plurimùm ſe proficere animaduerteret laborioſus Operator; Euangelicæ harmoniæ ſuauiori plectro petras has attrahere excogitat, priuatiſq; ac familiaribus ſermocinationibus eos adoriri ſe ſe præcingit; quapropter diſtributis numeroſis varijs illorum populationibus,diſtinctis atque opportunis temporibus, poſt publicas prędicationes,domos ac errantium,ſeu erronum illorum alpeſtria,& montana habitacula ſcandens nudis pedibus adibat,per Vicos,& Sectariorum Villulas diſcurrebat, eoſq; domeſticis congreſſionibus, & alloquijs conueniebat, vt ſuauiter nempè ſaltem priuatè edoceri, inſtrui, illuminari, purgari,atq; ad Orthodoxę veritatis candorem ſe pertrahi paterentur. Obſtupeſcebant quidem ab initio, ſimul & obſtupeſcentes admirabantur, atque auerſabantur Apoſtolicorum virorum aſpectum, abhorrebant conſpectum, & pro virili declinantes deuitabant congreſſum illorum; attamen paulatim religioſis moribus, & modis perſpectis, nec non humanioribus Euangelicis verbis, ſeu collocutionibus illecti paulatim manſueſcere ceperunt, atq; ab eis admonitionum verba excipere, fidei dogmata audire, ac veritatis doctrinam percipere voluerunt. Quod vbi Pſeudodoctoribus primum innotuit; protinus Impoſtores illi minis, & mulctis miſellis à ſe deceptis homuncionibus publicos, vel priuatos cum Capuccinis religioſis congreſſus omnino interdixerunt.

Per Vicos,& Villulas Scãdens,cõgreſſionibus, & alloqutionibus Hæreticos conuenit.

Anno Christi 1596.

IV. Quare impiæ huic mactantium furum, & interficientium latronum violentię opportunè vt occurreret Frater Valerianus; violẽtę huiuſcemodi Tyrannidi legitimę dominationis feſtinauit opponere fulminans à Carolo Emmanuele relatum edictum, quo Pſeudopaſtorum iniquas minas, prohibitiones, retractiones, ſeu comminationes contra Catholicos Doctores exaudientes, vel ad Catholicam Eccleſiam regredi cupientes, grauioribus ſub vitę, & proſcriptionis interminatione prohibebat, quin execranda eorum exercitia extra toleratos limites ſimul,ac furtiua conuenticula cunctis Pſeudominiſtris cum indigenis, vel alienigenis interdicebat: Inhibendo in poſterum ſub acerbioribus pęnis vlteriores preſumptas illis conſuetas vſurpationes. Quibus publicè promulgatis iuſtis iuribus hęreticorum lubrica temeritas coercita conſtitit, & nonnulla iam olim violenter occupata Catholicorum loca, cautiùs in poſterum procedendo,dimiſerunt.

Pſeudopaſtorũ violẽt. ſe ſe opponit Caroli Emm. Sab. Ducis Edicto.

V. Quò autem validiùs ab erroris cauea,ſeu fouea Petrones illos retraheret Frater Valerianus;vtraq;& timoris,& amoris manu extrahere tẽtauit;poſt enim Iudiciale Decretum, Paternale retulit reſcriptum: nempe adhortatoriam, atque ſuaſoriam epiſtolam, qua Clementiſſimus Princeps proprio propoſito ſuorumq; liberorum exemplo,quin Galliarum Regis nuper ad Catholicam Eccleſiam regreſſi exemplari expoſito; ſibi ſubiectos Conualliũ populos ſectarios,quàm humaniſſimè cohortabatur;vt deieratis Caluinicolis,Orthodoxis Prędicatoribus adeſſent,& auſcultarent:impietateq; reiecta,Catholicam proſequerentur pietatem, quàm ipſe tenebat.

Ad Comminatiuũ Edictum,addidit Paternale reſcriptũ exhortatiuũ ad Catholicã Fidẽ.

VI. Quibus, ac ſimilibus Euangelicis ſolicitudinibus, ex parte depoſito lapideo rigore efferi homines manſuetiores apparere viſi ſunt; vnde impenſius eos exculpere, & expolire conualuit Apoſtolicus ſculptor; publicas namq; illius, vel priuatas ſermocinationes excipientibus Catholica dogmata explicabat, impia commenta

Studiũ, & la... Fr. Valeriani [illegible]

coarguebat, figmenta diſſoluebat, veram ab adulterina Eccleſiam diſcernere oſtẽdebat; fures latroneſq; à legitimis Paſtoribus diſtinguere præmonſtrabat; bonum proſequi, malum verò perpetuò perſequi vehementius ſuadebat, tandemq; cunctis tutam, & neceſſariam ſalutis æternæ viam efficaciter demonſtrabat; veluti alter Mercurius intra acernum lapidum conſtitutus, nec fruſtra, quidam enim prius errantes, poſtea veritatis ſemitam agnoſcentes, ad Orthodoxam Eccleſiam greſſus ſuos direxerunt, vti dabimus infra. VII.

Interim Apoſtolicus religioſus opifex ſtrenuè Perreto in illo dum inſudaret; quò de viuis, & electis lapidibus Eccleſiaſticum Deo ſuſcitaret tabernaculum; excitat de nouo regreſſum Reuerendum Præpoſitum Perrerij ad noua promouenda molimina, ideò circa ſexto Idus Martij eiuſdemmet anni legitimus Paſtor, & Parochus reaſſumpto animi robore, & factus ſe ipſo fortior ex Cooperantium Apoſtolicorum Commilitonum intrepida fiducia, atq; imperturbabili ſecuritate, publica ſimul ac generali indicta, & congregata Catholicorũ ſupplicatione, comitantibus geminis Capuccinorum Copijs F. F. ſcilicet Valeriano, & Maurilio Murrenſi Peruſiæ reſidente ac Socijs Sacerdotibus, conuenientibus pariter Optimatibus Vallis à Sanctæ Mariæ Magdalenæ Templo ad Sãcti Martini Sacras Ædes, in latere montis poſitas, vnico milliari diſtantes, ſolemniter de Catholico more diuinas laudes, nec non Eccleſiaſticas precationes concinar do pementum eſt. Ibiq; legitima Eccleſię recuperata poſſeſſione, Veſpertinis horis ritè Deo perſolutis, Frater Valerianus concionem ad populum habuit, Orthodoxoſq; Fideles ad gratiarum actiones Deo referendas tàm pro collatis, quàm pro conferendis Diuinis donis in profectum Eccleſiaſtici Regni vehementiùs excitauit. Quamobrem extemplò iamdiù inibi ſtatutas Antichriſti Cathedrã, atq; Sathanicę Cœnę Menſam ſubuerſas, ipſo in Templi veſtibulò ignibus deuouerunt, ſicq; ab annis iam triginta nequiter vſurpatam Dei Domum, & execrandis Caluinianis abominationibus turpiter profanatam emundauerunt, foras electis canibus: Spectabant eminus, nec æquis oculis conſpectabant huiuſcemodi Sacerdotum impauida molimina Religionarij perduelles, vnde cominus ſibi imminentia diſcrimina pertimeſcentes, binas etiam alteras Ædes Sacras olim preoccupatas, & hereticalibus exercitijs dehoneſtatas, ſcilicet Sancti Laurentij Rodoreti, & Sancti Petri Macelli Catholicis liberas dimiſerunt. VIII.

Eccleſiam S. Martini recuperant ab Hæreticis.

Eccl. S. Laurẽtij, Rodoreti, & S. Petri Macelli.

Quas dum reaccipere, & reconciliare excogitat impiger Operarius, haud obliuiſcitur Sancti Martini reaſſumptum Templum nutu Sereniſſimi Ducis, & ſubſidio à ruinis vindicare, ſpecialiterq; in illo altare deiectum erigere, erectum exornare, & decenter pro modulo inſtruere, ſicut & in loco Pralium Sacrum D. Ioannis Baptiſtę Altare reſtituerat. IX.

Reaſſumptũ Tẽplũ a ruinis vindicat, ſicut & Altare D. Ioannis Bap. in loco Pralium.

Hiſce ergo Chriſtianę pietatis inſignioribus facinoribus toto, & mentis, & corporis conatu dum Apoſtolicus Miniſter incumbit, Quadrageſimalis temporis perſeuerante decurſu, quòd ei vniuerſorum beneuolentiam conciliare debuerat; pluri morum nempe Sectariorum conflauit Inuidiam, & Pſeudopaſtorum Iracundiam adauxit: qui profectum Fidei prepedire molientes capiti eius, & Catholicorum vitę inſidiari nequaquam pretermittebant, vnde proſcriptorum exulantiumq; Sectariorũ per Conuallem graſſantium tonebant turmam manifeſtam in fidelium perniciem, atque deprædationem. Quare prudens ille excubiarum Magiſter pij Principis, & Magiſtratus interpellato patrocinio, ab illiſq; expedito immiſſo Satellitio, velociores quidam arrepta fuga deſilierunt, quidam verò tardiores vinculis traditi, & carceribus mancipati; tandem iuſtas facinorum pęnas perſoluerunt, ſicq; ad tempus ſeditioſi cuncti ſiluerunt. X.

Inſidiantes Hæretici in vitã F. V leriani, debitè à Carol. Em m. ucle puniuntur.

Sub ſilentio tamen, inuiſo ſibi veritatis aſſertori capitales inſidias ſtruere haud deſtiterunt. Cum enim Apoſtolicus vir veluti emiſſarius equus, & eques per Petras illas diſcurreret, vt petreas animas emolleſcere, Diuini Verbi conteritas malleo ſuaderet vehementius, aut Euangelica Lyra viuos lapides ad ſeipſos geminæ Eccleſiæ coædificandos, ſuauiter inuitaret, & excitaret; ſceleſtus quidam ſicarius, à Cluſonia Valle Centurio, fauentibus nonnullis Nigræ Vallis deſertoribus, laqueos non in via, ſed in domo abſcondit, vt dormientem religioſum athletam nocturnis tenebris irretitum, & vinculis conſtrictum captiuum abduceret; Verùm indefeſſus excubitor in excubijs haudquaquàm vel dormiens; vel dormitans iniquorum doloſos conatus eluſit, vix enim ſemel, aut iterum eadem in cuſtodia quieſcens, hoſtile negotium perambulans in tenebris mirabiliter euaſit, ſicut etiam pluries volantes per diem ſicariorum ſagittas declinauerat. XI.

Verſutiam cuiuſdã Cẽturionis Hęretici mirabiliter euadit.

Verùm enimuerò talibus hiſce, & grauioribus multiplicatis mortalibus diſcriminibus, ſeu contrarijs machinationibus nihilò penitus ſegnior effectus, ſtrenuus decertator Quadrageſimali in ſtadio Euangelicum certamen diuerſimodè decertãdo ſtudioſè proſequi perſeuerabat; quando eius peruenit ad aures ardens populi ſtudium, illud ab eius ſolertia, ac ſolicitudine adhuc maximoperè deſiderare; vt

veritatis

veritatis videlicet elucidandæ cauſa, cum Pſeudodoctoribus ſingulare religionare Inſtamen inire ne dedignaretur. Protinus tunc ille valens miles veteranus exoptatam iamdiu, atque expectatam pugnam (laceſſitus præcipuè) ne proprio aut muneri, aut oneri deeſſet, gratanter acceptauit. Cumque Antagoniſtarum acceſſum geſtiens plures in dies fruſtra præſtolatus fuiſſet; ipſe ſæpè ſæpiùs in arenam publicè deſcendens Sectarios Archimandritas ad doctrinalem pugnam ardentiùs prouocabat; verùm ſimulantibus aduerſarijs, & congreſſum ex induſtria declinantibus, tandem ipſe eorum munitiones, & aggeres penetrare diſponit. Quamobrem ſtrenuiſſimo Pugile Fratre Mauritio Murrenſi Peruſiæ militante, ſibi Commilitone adiuncto Maniliam pergit, ſexto Kalendas Aprilis, & in Phano ſacra profanantem, impoſtorem Leonardum Apoſtatam coram promiſcui ſexus congregata multitudine ſeductorum aggreditur, primoque ingreſſu, ſuę legitimę miſſionis teſtimoniales litteras pandit, atque extemplo de quatuor notioribus Orthodoxę Eccleſię notis, ſcilicet: vna: Sancta: Catholica: Apoſtolica: propoſito ſermone, adſtantem inſtruere proſequebatur multitudinem, perfidus licèt ille Antigrapheus ſcommatibus, & ſophiſmatibus perſtrependo Catholicam ſermocinationem perturbare pro virili conaretur: donec à ſpeculatoribus Religionarijs perſpecta ex improuiſo ſuperuenientium præſidialium militum à Duce Catanio Locumtenente conducta manu, illicò concitata turba ſoluta fuit concio, multitudine ad arma concurrente, & ad rupium anfractus velut aſylum celeriter ſe recipiente. Vnde religioſis viris in medio, obſtupefactis, conſiſtentibus acriter adeò minitabantur vehementiori iracundia perciti; vt ſolo effuſo eorum cruore placanda fore videretur. Verùm cum admonitus Catholicus Centurio ſua ſuorumque quamuis pacifica præſentia laceſſitos Sectarios aduerſus Eccleſiaſticos Operarios animaduertiſſet; illicò cum ſuis ſpontè regreditur: quare terrore pulſo, reſtituta tranquillitate, blandis, pacificiſque verbis à Fratre Valeriano iterum conuocata plebe, & ipſe ſeductor. Leonardus (qui captata opportunitate fugam arripuerat) adeſſe compellitur. Interpellatus igitur adueniens ille ſermonem de inſtitutione ieiunij, pauculis veris plura falſa commiſcens inſtituit: quo abſoluto, oblato paruulo ſchiſmatico more baptiſmi beneficium contulit. Tunc ab adſtantibus veritatis propugnatoribus de alteratione formę, & Sacramenti dilatione, cum euidenti æternę paruulorum perditionis periculo grauiter reprehenſus, plures ſed conſuetas blaſphemias euomuit, à quibus cum, ſe, ſe expedire coargutus non valeret, denuò in Capuccinos commota ſeditione, clamoribus, calumnijs, & aſperioribus minis, haud ſine grauiore diſcrimine congreſſui finem impoſuerunt. decepti illi Petrones, qui tamen etiam inſtiti aliqualiter doctrinę ſanioris verbis illuminari, Pſeudopaſtoris Leonardi antiquę æſtimationi gradum aliquem detrahere non dubitauerunt.

Pſeudodoctores ad doctrinalē pugnam ſæpius prouocat.

Miniſtrum Leonardū Apoſtatam aggreditur in Phano Maniliæ.

Ann. Chriſti 1596.

In Capuccinos ſeditione hereticali commota, calumnijs, & minis cōgreſſui finis imponitur.

XII. Laborioſus igitur noſter Apoſtolicus Statuarius Fr. Valerianus, tonſionibus præſſuris expoliti lapides ſuis vt coaptarentur locis per manus legitimi artificis, cum quadrageſimalibus ieiunijs, vigilijs, laboribus, ſudoribus, deprecationibus, atque prædicationibus plurimùm elaboraſſet lapidicina in illa myſtica; tandem aliquando rationabilia ſimulacra quædam ad Catholicum exemplar configurata ad priſtinam Fidei formam deduxit: ita vt in Templo Dei iuremeritò collocanda fore exiſtimarentur: quare cum illis ſub initijs reconciliandi facultatem nondum accepiſſent Euangelici Cooperatores, Sanctæ Inquiſitionis Vicarium Pinerolij reſidentem, de Conuentu PP. Ordinis Prædicatorum ad pium opus Frater Valerianus interpellat, qui eò accurens, die ſecunda menſis Aprilis, ſex & viginti reduces de Perreti caueis, ſine foueis deductos, publicè in Parochiali Perrerij Templo Sanctæ Matris Eccleſiæ gremio reſtituit.

Opera Frat. Valeriani ad gremium Eccleſiæ Cath. vigintiſex reduces reſtituuntur.

XIII. Quos in acceptata Catholica veritate firmiores vt conſtitueret; præexiſtenteſq; fideles vt confirmaret; ſuggerente, & cooperante Fratre Valeriano prædicta in Sanctæ Mariæ Magdalenæ Paræcia Sacratiſſimi Matris Dei Roſarij ſodalitatem ſolemniter inſtituit prærecenſitus Sancti Officij Vicarius Pinerolienſis delecto ad hoc, & inſigniori Sacello erecto: protinus namque inſtitutę pię Congregationi nomina dedere vniuerſi ferè Catholici antiqui, & Neoterici: quibus gratis diſtribuentes precarios globulos, ſpecialiter pauperioribus Roſarias perſoluendi precationes methodum iuxta inſtitutoris præſcriptum tradiderunt: quod in non exiguum noſtrę Religionis præſidium vſque in hodiernum diem reſultat.

Suggerente Frat. Valer. ac cooperante, inſtituit in Parochiali S. Marię Magdalenę ſodalitas Roſarij.

XIV. Impiger itidem Eccleſiaſtici Regni ædificator ſeptenis vix elapſis diebus, rurſus Reuerendum Præpoſitum Reſſanum Generalem Vicarium Abbatialem humiliter, ſed efficaciter, pièque laceſſitum ad montana prouocat, & aduocat, qui admonitus Perrerium aduenit, vbi interpellationis perſpecta cauſa, interpellantis zelo obuijs vlnis occurrens, pro domo Dei & ipſe zelans, altera indicta, & conuocata Catholicorum, & Catholizatorum publica ſupplicatione perpetuò comitantibus, & Reuerendo Parochiali Præpoſito, & Capuccinis coadiutoribus

Inſtante Fr. Valer. Tēplū S. Martini à Vicario Abbatiali benedicitur.

Duodecim ad Catholicā Fidē reuertuntur.

F. F. Valeriano, ac Mauritio cum ſocijs nona die eiuſdem Aprilis ad recuperatum Sancti Martini celebre Templum Dei gloriam melodis vocibus perſonantibus ire pergit, eòque cum perueniſſet colletantibus fidelibus Eccleſiam illam conſuetis de Romano more ceremonijs benedixit, & ordinario ritu reconciliauit. Indeque Sacrū Sanctum Miſſę Sacrificiū ſolemniter obtulit, ac poſt peracta Miſſarum ſolemnia, duodecim ferè omnes ex Sancti Martini Vico Fr. Valeriani ope, & opera reſipiſcentes ſchiſmaticos à Cenſuris abſolutos Catholicę Eccleſię reſtituit.

Sponſum, & ſponſam poſt cōtracta ſpōſalia ad Fidē Cathol. reducit.

Vix ad propria regreſſus receſſerat Generalis Vicarius, cum perpetuò operi incumbens Euangelicus Operator par turturum, aut duos pullos columbarum, piecati reſtitutos, Sacro Dei Templo deuouet, nempè ſponſum, & ſponſam contractis ſponſalibus de futuro, pijs Fr. Valeriani cohortationibus conuerſos, Pinerolium commendatitijs litteris aſſociatos miſit, vbi coram legitimo Tribunali deierata impietate Sabbato Paſchali, inde exultantes regrediuntur, & feria tertia Paſchatis in facie Catholicę Eccleſię coram proprio Parocho, communi fidelium exultatione, de præſenti ſponſalia contraxerunt. XV.

Ducali reſcripto, Hæreticis noui Phani cōſtructionem interdicit.

Hactenus igitur expoſitis opimis ſpolijs, ſiue bonis onuſtus Quadrageſimali ſuo operi glorioſum terminum impoſuit Fr. Valerianus, non vt terminaret Eccleſiaſtici Regni profectum, ſed vt promoueret Antiregni exterminium, vel ſaltem vlteriori lapſui preſcriberet terminum; quapropter cum in Vico Troſſerij nouum Phanum conſtruere exorſi fuiſſent Religionarij, vt Caluiniana inibi execranda exercerentur miniſteria, opportunè ille à Sereniſſimo Duce relato reſcripto, ſiue interdicto à cœpto opere deſiſtere coegit Nembroticos confuſionis ædificatores, ne Cananęa progenies Babylonicam Tyrannidem latiùs extenderet, aut proſequeretur, in manifeſtum Orthodoxę Religionis excidium. XVI.

Vt Apoſtolico muneri ſe totum dedicaret, ſpōtè & Guardianatu, & vniuerſis Regularibus adminiſtrationibus renunciat in Capitulo Taurini celebrato.

Quamobrem prudenter conſiderans remotam illam intra aſperiores Alpium anfractus liminarem plagam, agreſtioribus Incolis vniuerſis ferè deſertoribus excultam, inter quos ſpeciali Diuina tutela protecti, vix pauculi ſuperſtites perſeuerabant fideles. Animaduertens prætereà Parochialem vnicam Eccleſiam, ſolitario vno Sacerdote adminiſtrari, plurima inter profana Phana, & profanatores plures Miniſtros ordinarios, non computatis extraordinarijs aduentantibus exiſtentem certiſſimè intellexit; haud diu illam permanſuram, niſi congruis ſufficientibus, atque opportunis quàmprimum fulciretur ſubſidijs: proſpexit prætereà manifeſtè quidquid quadrageſimalibus ſuis exanthlatis laboribus, & conatibus partum fuerat, diuina obſtetricante manu, breuiter operarijs recedentibus ab inuaſoribus peſſundandum, ac diſſipandum forè. Quapropter ſpontè ſe, & Gurdianatu, & regularibus adminiſtrationibus vniuerſis, coram Prouincialibus Comitijs tunc Taurini celebratis ſe abdicauit, Apoſtolico huic vt muneri, atque miniſterio totum ſe ſe dedicaret. Vnde cum Reuerendiſs. Nuncio, Archiepiſcopo, & Inquiſitore, quin cum Sereniſs. Carolo Emmanuele I. impenſius agere tamdiù perſeuerauit, quamdiù neceſſarias Apoſtolicas Miſſiones à Romana Curia pro hereticis Conuallibus reducendis reportarent: quibus (vti proprio capite dedimus) Romani Pontificis Clementis VIII. auctoritate inſtitutis, menſe Aprili eiuſdem anni nonageſimi ſexti vltra milleſimum quingenteſimum Fr. Valerianus vnus, & Primicerius inter Capuccinos delectos Apoſtolicos Operarios, & Præſulum, & Ducis concordi ſenſu extitit meritò ſubrogatus. Qui mobili tunc, atque expedito Apoſtolatui exercendo preſideret. Nec ille ſedit, ſed expedita acie quocumque neceſſitas aduocaret cum ſocijs accurrebat, geminas per Peruſię, & Sancti Martini ſibi commendatas Valles indiſtinctè. XVII.

Ann. Chriſti 1596.

Prædicatione Fr. Valer. quiquaginta Catholizati.

Diſtinctis attamen, & opportunis temporibus Apoſtolicus ſculptor, vel ſcalptor lapidicinam illam ſuam primariam Perreti, ſiue Perrerij ſepè ſepiùs inuiſebat, ſi quem fortè Petreum hominem de montibus illis diſſecare contingeret, quod & aliquando obtigit; quinquaginta enim Petrones verbi Dei ſcalpro, ſui Apoſtolatus tempore ab eo expolitos conteſtantur noſtra peruetuſta monumenta. Quę autem, vel quanta, aut quàm ardua egregia facinora in Regni Eccleſiaſtici profectum, perſpicuus ille, & inſignis operator perpetrauerit, diſtincta ignoramus, ſingularia latent, licet vniuerſalia pateant, ex quibus certitudinalem ſingularum notitiam deducere valemus rationabiliter ſic calculando. XVIII.

Plures expeditiones procuratæ ab vtroque Principatù, tum Eccleſiaſtico, tū Sæculari.

Et primo à SęculariCuria.

Fr. Valerianus prouida ſolicitudine tum Roma, tum Taurino ab vtroque Principatu neceſſarias plures, atque vtiles procurauit expeditiones: Primò enim à Sęculari Principis Curia ſceleſtorū punitiones, proſcriptorū eiectiones, facinoroſorū carcerationes, inſolentium Sectariorum repręſſiones, iuſtè exequendas obtinuit: hinc pro Fide, & fidelibus ſalubres patrocinationes, proficuas ſanctiones, indigentium ſubuentiones, oppreſſorum liberationes plurimas reportauit. Pacem igitur, communemque tranquillitatem rei ciuili, ac politicę pro virili prouidit. XIX.

Item à Romana Spirituali, & Eccleſiaſtica Curia per ſe, vel per Ordinis Hierar- XX.

chici

chici graduatos Præſules ampliores abſoluendi facultates à quibuſlibet atrocioribus criminibus, vel maioribus cenſuris, ſimul & diſpenſandi in matrimonialibus impedimentis, & votis, nec non hæreticos etiam relapſos recipiendi, & reconciliandi auctoritatem delegatam reportauit. Igitur vniuerſorum fidelium, & infidelium pœnitere cupientium ſerenę, ac tranquillę conſcientię conſuluit, atque ſaluationi.

Indeque à Curia ſpi ituali, ſiuè Eccleſiaſtica.

XXI. Itenim poteſtatem petijt, & accepit per ſe, & per ſui inſtituti ſocios tenendi, & legendi libros vetitos hæreticorum, concionandi ſimul, & vbique dogmatizandi, proponendi Verbum Dei Catholicis, ac Schiſmaticis, Pſeudodoctores coarguendi publicè, vel priuatim, ſicque legitimam pro ugnandi, adulterinam Eccleſiam expugnandi, liberales item elargitiones, ab Eccleſiaſtica, nec non à ſæculari Dominatione reportauit (Clemens enim Pontifex Maximus centum aureos: Carolus Emmanuel I. plura ſacra ornamenta diſtribuenda expilatis Sacris Ædibus commiſerunt) ergo ſpiritualem, & temporalem, pacificum, atque tranquillum ſtatum Eccleſiaſtico Regno conciliare, vel acquirere perpetuò ſtuduit Fr. Valerianus.

Spirituales facultates, & alia plurima.

XXII. Qui in diebus Apoſtolici ſui muneris, aſſiduè vniuerſas per Conuallium etiam inacceſſibiles, & montanas populationes agreſtes, & aſperas pertranſibat benefaciendo, & docendo, ſpiritualiterque ſanando omnes, vt vniuerſos oppreſſos à Diabolo hæretica inuaſione Catholico exorciſmo, ſiue catechiſmo liberaret ab impoſturis, & ligaturis ſeu maleficijs Pſeudominiſtrorum. A quibus propterea acerbiſſimas perpeſſus eſt perſecutiones, ſæpè ſæpiùs in manifeſtum capitis diſcrimen perductus, ſicuti characteres veridici Reuerendiſſimi Nuncij Taurinenſis in epiſtola VII. Idus Octobris ad illum exarata apertè conteſtantur. *Verùm nequeo* (inquit D. Nuncius) *debitis præconys ſufficienter, ſed dignè extollere zelum, quo in perceptum perficiendum, & conſumandum progreditur Apoſtolicum opus, tot capitalium diſcriminum ſibi quotidie imminentium nulla habita ratione, ex quibus tamen omnibus (vt mihi auſpicari iuuat) eripiet eum Dominus, diutius huic Diuino operi vt inſeruire valeas.* Valuit igitur per annum Fr. Valerianus Perrerij, ſiue Perreti viuentibus in ſecandis marmoribus, ex quibus nonnullos Petrones ab hæretica lapidicina erutos ſpirituali Eccleſię ſtructurę appoſuit, diruta, vel derelicta Templa, ac ornamenta repoſuit, Sacerdotes Rectores iterum præpoſuit, Pſeudoapoſtolis Apoſtolos geminos oppoſuit, mores Catholicorum compoſuit, non labores modo, ac ſudores, ſed & vitam ipſam pro Eccleſiaſtico Regno inſtaurando pluries expoſuit, geminas S. Martini, & Peruſię Conualles in ſortem Domini vt reponeret. Tandem ſequenti anno nonageſimo ſeptimo poſt quingenteſimum milleſimum alio nempe ad Salutienſem Marchiam curaturus, acceſſitus, Fr. Mauritij ſtrenuiſſimi cooperatoris fideli ſolicitudini, & ſolertię hæc proſequenda molimina commendata depoſuit.

Quę operatus ſit Fr. Valerian. in hoc Apoſtolatu.

Illuſtriſs. D. Nunc. Taur. Ep. 8.

CALCVLVS SECVNDVS

Fr. MAVRITII MVRRENSIS Concionatoris Apoſtolici, per annos 1597. 1598.

I. EXpeditum agmen ab initio profitentibus Seraphicis noſtris Capuccinorum Copijs, Fratreque Valeriano Præfecto Salutienſi Marchię celerem Apoſtolicam aciem illaturo, hoc anno, profecto; Fr. Mauritius alter Agonothera Peruſię, & Perrerij geminis iam in acquiſitis ſtationibus excubare ſubſequens per biennium perſtitit: ſed non ſtetit. Nam inter Petras diſcurrens, & his, & illis ſpiritualiter laborantibus populis adſtare ſtudebat, Petroſam colere, & Petretum ſculpere ſatagens, inde huc ſæpius ventitans, vtraque in ſibi tradita cuſtodia inuigilabat attentius. Dum igitur Nigros Vallicolas dealbaturus Sancti Martini in Valle moras opportunas traheret, ardenter, & confidenter etiam importunè (non tamen inopportunè) loquebatur ad Petras, vt darent Petrę aquas lachrymarum, ac pœnitentię, quibus præualeret ipſe, & ille valerent ad Æthyopes dealbandos & palam, & clam ſermocinabatur docebat, admonebat, adhortabatur obaudientes, contradicentes arguebat, obiecrabat, increpabat. Pſeudodoctores conueniebat, coarguebat, confundebat, ſed in omni patientia, doctrina, modeſtia, ac manſuetudine, ita vt libenter ſufferret inſipientes ipſe verè ſapiens: ſuſtinebat enim ſi quis iniurijs, calumnijs, deriſionibus, minis eum impeteret, ſi quis in faciem eum cæderet, ſi quis contra fas, & iuſtum violenter ſe ſe extolleret.

Fr. Mauritij Murreſ. Apoſtolatus primordia.

Ann. Chriſti 1597.

II. Hoc igitur eodem anno nonageſimo ſeptimo extra quingenteſimũ milleſimum, dum Frat. Mauritius fatuos Mauros hæreticos vt eijceret à Nigrę Vallis finibus,

Ann. Chriſti 1597.

Ducto Ducali exercitu aduerſus Cluſonios Vallicolas, Perduelles Hæretici inſurgunt contra legitimã Dominationem.

Militãtibus Cath. miniſtrat F. Maur.

Angelica, ſeu Euangelica tuba intra, & contra Petras, vel Petrones validè ſed ſuauiter perſonare feſtinaret; en adſunt accelerantes Sabaudi Principis caſtrorum acies ordinatę aduerſus Cluſonios Vallicolas directę, & tubis, & tympanis bellicè concrepantibus altiſonas tupes Claſſicum reſonare efficientes. Adfuerant perduelles illi Angronianis, Pernixinis, & Petronibus contra legitimam dominationem ſpiritualem, & temporalem iniquè rebellantibus, ſuaque ope, & opera effecerant à recto obſtinatiùs vt deficerent; vnde Pedemontij Dux ſuos militares Duces, & copias ad temerarios voluntarios hoſtes inuaſores coercendos emiſerat aduerſum, quò cum Martiales nonnullos congreſſus commiſiſſent Catholicorum turmę; Sectarij Conuallium S Martini, & Angronię vicem comprædonibus rependentes, ſeditiones, & turbas in Conuallibus ſuſcitare contra fas, nefariè haud dubitarunt; quamobrem inter tumultuantium indigenarum, & alienigenarum bellantium ſtrepitus, neceſſariò conticuit dulcedo cithatę Apoſtolicę in Nigrę Vallis Oppidis. Accurrentibus Euangelicis Sacerdotibus, vt Catholicis militibus commilitatent (vt proprio numero ſignabimus) vel ſaltem ſpiritualiter ſuccurrerent.

Ann. Chriſti 1598.

Vocatus ad prandium à Condomino de Truchietis, ab ancilla hæretica venenatur.

Nec religioſè belligerantibus poſt hæc religionaria bella, etiam Inter bellaria defuerunt; cum enim pro Eccleſiaſtico, & Sæculari Regno vel conſeruando, vel promouendo Apoſtolicè, & piè decertaret Fr. Mauritius ſanioribus admonitionibus commoneſaciendo ſubditos, legitimo vt gemino à Deo conſtituto Principatui obtemperarent, iuxta Apoſtolica Pauli monita, & Dei præſcripta; contigit aliquando vt poſt conſueta præſtita populo ſpiritualia pabula, Euangelicus hic Operarius cum ſocio, religioſo conuiuio exciperetur à quodam pio procere, ex Vallis Condominis de Truchietis, cuius in domo hæretica fœmina ancillabatur, hæc à Sacrilegis Adminiſtris concitata, ſectaria rabe, ſeu rabie furens, veneficio parato, venenata fercula venefica famula binis Capuccinis Sacerdotibus feraliter appoſuit, quibus ab his vix delibatis, extemplo prouocatis ſimptomatibus, animam agentes mortalibus anguſtijs, ſe ſe mortem deguſtaſſe, & deglutiſſe incautè deceptos intellexerunt. Vnde expeditè à Pinerolienſi Cęnobio binis adſciris Confratribus accurrentibus, vix poſt multiplicata antidota, & alexipharmaca conualuerunt de lethali infirmitate, vt fortiores euaderent in ſectario bello, fortiter debellando. III.

Intempeſtę noctis ſilentio, Hæretici Fratrẽ Mauritium cum ſocio concremare tẽtant.

Verum enimuerò cum iniqua ſua ſpe, atque expectatione ſe ſe fruſtratos grauiter dolerent homicidæ illi, quod nequiuerant occultè, apertè, & palam per ignem conſumare decreuerunt ſanguinarij Petrones. Certè qui ſilices duriſſimas pettas ſæpè, & validè percutit, non aquas ſemper ſed flammas ſæpius exhaurit, quibus ſi apponatur ſulphur incendium excitat. Frequenter Petretum adueniens Fr. Mauritius habitatores Petreos Caluinicolas Verbo Dei repetito pulſare conſueuerat, vt Diuini amoris ignem ex cordibus pertinis excuteret, ſed ſilicibus appoſito hæretico ſulphure incendium ſibi parauit, nam malleum conterens pettas amplius ſufferre non valentes, quia nolentes, poſt diurnos exanthlatos plures labores, in nocte quieſcentes Capuccinos Sacerdotes Fr Mauritium cum ſocio domicilio igne appoſito, & vehementer excitato flammis eos concremare tentant. Illi intempeſtæ noctis ſilentio combuſtionis fragore excitati, ignibus ſe circumſeptos poſtquam animaduerterunt, humano omni auxilio deſtituti inter igneos globos animas ſuas Domino commendare curauerunt: Crudelitatis in rogo corpora ſua hoſtiam viuentem, Sanctam, Deo placentem, rationabile in charitatis Sacrificium deuouentes Diuinę Maieſtati, cuius prouido tamen nutu effectum eſt; vt preter communem exiſtimationem, iniquè paratam euaderent combuſtionem, quò vlteriorem promouerent Orthodoxę Fidei inſtaurationem. IV.

D. Lucernẽſ. M.H. c. 31.

Ann. Chriſti 1598.

A Reuerẽd. Carolo Brolia Taurinẽſi Archiep. aſſumiſ ſocius in viſitatione Vallium. Solemniter reconciliantur recuperatæ Eccleſiæ.

Cum igitur Reuerendiſſimus Carolus Brolia, Archiepiſcopus Taurinenſis, ſolicitus vigil à furibus, & Caluiniſticis latronibus dilaniatum gregem ſuum Intra rupes, & alpes viſitando requireret· per antra, & ſpeluncas deliteſcentes, ſeu deſipientes ſtolidas oues ad legitimi Paſtoris Eccleſiaſticum Ouile validiùs vt interpellaret; efficacius vt reuocaret; acutas Apoſtolici Pręconis voces adhibere excogitat: quare Fratre Mauritio in ſuę perluſtrationis ſocium obſequentem aſſumpto, Valles ingreditur, & petreſcentia in dies magis vecordium corda omni Paterna benignitate, & humanitate, ac Paſtorali indulgentia ad bonum ſolicitare enititur; Solicitè Vallem viſitat, intentatas à perduellibus Eccleſiaſtici Regni ruinas obſeruat; oppoſitas, & diſpoſitas ab Apoſtolicis emiſſis Antagoniſtis reparationes commendat; reaſſumptas Eccleſias denuò ſolemnius reconciliat: inde digreditur, pręincepti Euangelici operis conſummationem quam efficaciſſimè commendatam percupiens, & relinquens Fr. Mauritio. V.

Qui biennali cęlatura, vel ſculptura neque hereſeos lapides offenſionis, aut ſchiſmatis pettas ſcãdali peruio in itinere à Sathanę Miniſtris expoſitas remouere plenariè pręualuit, neq; penitus vacuus, aut totaliter ſpiritualis prouentus, & VI.

fructus

fructus expers ambiuit. In diebus enim ſuę miſſionis commiſſo illi; & munere, & onere pręclarè fungens indefeſſa ſolicitudine, & ſolicita vigilantia in quis illis temporibus firmus in cuſtodia perſtitit, vacillantes; & perterritos paucos Catholicos inter diſcrimina quotidiana perpetuò verſantes confirmauit; pręlacta Catholici regni reſtituendi fundamenta ſuſtinuit: parta conſeruauit, quin pluribus modis cumulauit; Eccleſiaſticis operatoribus cooperando ſtrenuè Eccleſię ſtatum ſuſtentauit. Tandem ex infidelitatis rupe diſſectos nouem petreos, ex Perreriana ſcilicet Valle, conuerſos homines ad Fidei Catholicę ſtructuram coaptauit. Nec prius ab opere ceſſauit, quàm alibi cooperaturus hinc emiſſus diſceſſit circa huius ſęculi finem.

Nouem ex Perreriana Valle ad Catholicam Fidem reducit.

CALCVLVS TERTIVS

Fr. ARCHANGELI IANVENSIS, Concionatoris, per annos 1600. 1601. 1602. 1603. 1604.

I.

Ann. Christi 1600.

INfauſtè ſatis tàm pro Seculari, quàm pro Eccleſiaſtico regno apud Subalpinos exorditur ſeptimum decimum Seculum: in eo enim perſeuerant, quinimò inualeſcunt, & acerbiùs recrudeſcunt Martialia diſſidia inter Citalpinos, & Tranſalpinos Gallos. Ex eo quòd firmiter perſtante Sabaudo Duce Carolo Emmanuele I. in prętenſa iuſta poſſeſſione, ſuperioribus annis armis acquiſiti Marchionatus Salutiarum, & acriter inſtante Francorum Rege Henrico IV. pro allegatis ſuis iuribus, debita reſtitutione, quam cum reciprocis iuridicis allegationibus Poſſeſſor Sabaudus denegaret: Francus prolixioris morę impatiens arreptis armis copioſo Gallorum exercitu inſtructo, Pedemontano Principi Sabaudię Ducatum vniuerſum occupauit. Perſonaliter quidem ipſe Henricus IV. bellicæ præfuit huic expeditioni, Plurimum tamen in ductandis aciebus, & propugnaculis expugnandis Duci Aldighetio Viennenſis proximæ Galliæ Gubernatori, Caluiniſtæ detulit. Quippe qui copioſis ex Delphinenſibus Conuallibus Caluinicolarum collectis turmis, & turbis hoſtili huic aggreſſioni viriliter cooperatus eſt: eo quod antiquas cum Sabaudo Duce ſimultates gerebat. Nouarum igitur Gallicarum inuaſionum opportunitate abutentes trium Vallium Angroniæ, Peruſiæ, & Perrerij Sectarij Vallicolæ, Concaluinicolarum potentia, & violentia freti, vtriuſque legitimæ Dominationis temporalis, & ſpiritualis excuſſo iugo; perduellium excitata ſeditione, iterum apud ſuos Eccleſiaſticum regnum violentiùs inuadunt, & trucidatis iam Sacerdotibus, ac Parochis, Parochiales Eccleſias profanant, expoliant, & Eccleſiaſtica cuncta nequiter vſurpant, & Sacris cunctis peſſumdatis, Catholiciſmum obruere, & Catholicos abſorbere, & geſtiunt, & comminantur, ſimul ac moliuntur. Abierat tunc temporis iuſtæ ſuæ defenſioni incumbens Catholicus Princeps Carolus Emmanuel I. diſceſſerat reuocatus ad propria Reuerendiſſimus Taurinenſis Nuncius Iulius Cæſar Richardus Archiepiſcopus Bariensis; graſſabatur pluribus in locis circa hæc tempora in agro Pedemontano ligna
ter in Auguſta Taurinorum epidemica lues: peſtrepebant vbiliber tympana, vndique reſonabant tubæ, irruebant paſſim milites; vnde conticuit neceſſariò dulcedo Pietatis, ac Orthodoxæ Religionis concinna cithara.

Inter Gallorum Regem, & Sabaudum Ducem renouatur bellum

Heretici abutentes inuaſione Gallicana, ſeditionem excitant.

II.

Ann. Christi 1601.

Ab his Pinerolienſis tractus Miſſionibus tunc receſſerat, ad Clauſtralia munera exercenda regreſſus, Fr. Valerianus Berna, diſceſſerat contra Gebennenſes adſcitus Fr. Mauritius Murrenſis, remanſerat, & perſtiterat harum in cuſtodia Vallium Fr. Philippus à Pancalerio, quibuſdam cum Commilitonibus, inter quos Perrerij Stationi prępoſitum, & deſtinatum inuenio hac tempeſtate Fratrem Archangelum Ianuenſem Concionatorem, & Theologum Religioſum omnibus numeris commendabilem, legitimum Seraphici Patris Alumnum, dogmatico in certamine diſceptandi apprimè inſtructum, Eccleſiaſticis in excubijs inuigilandi cupidiſſimum, ſtrenuum, ac validum Fidei propugnatorem, quod ſatis, ſuperque comprobatum autumo; ex eo, quod turbulentioribus his tempeſtatibus frementibus, & furentibus perduellium rebellionibus, & graſſationibus, Eccleſiaſtici ſpiritualis regni imminente ferali excidio vnus ipſe electus, emiſſus, & deſtinatus, intrepidus ad periculoſiorem veluti remotiorem, & aſperiorem Nigræ Vallis Stationem acceſſit. Venit igitur Generoſus ille turbato Cœlo, conturbatis hominibus, & inter ſęuientes aduerſarios inoffenſo pede progrediens, immobili etiam gradu contra perſequentes ſtetit, perſtitit, ſuſtinuit vexationes, ab vltionis expectatione abſtinuit, nutantium fidelium greſſus firmauit, collabentes ſuſtentauit, & collapſos quoſdam releuauit: Ruituræ mox Eccleſiæ accurit, & inſtanti ruinæ occurit: laborioſos humeros ſuppoſuit, & Catholicum ædificium

Fr. Archãgelus Ianuenſis huius Miſſionis Stationarius, eiuſq; virtutes, ac labores

fulciuit, difficillimum, & grauiſſimum pondus portauit ferendo, & ſufferendo potius aduerſa contraria, & pernicioſa, quàm faciendo, vel efficiendo proſpera, proficua, & vtilia. Parta iam ab anteceſſoribus, ſi non priſtino in ſtatu conſeruare, ſaltem à deteriori grandiorique damnificatione, vel etiam à totali ſubuerſione, ac euerſione præſeruare ſatagebat. Irruentium ſectariorum moliminibus aliquando cautè, prudenter, & tacitè, aliquando apertè, & manifeſtè obſiſtebat, obuiabat.

Ann. Christi 1602.

III.

Anu. Christi 1603.

Patiendo igitur potiùs, quàm plura agendo quia Fr. Archangelus miniſterium ſuum etiam validiſſimè plures per annos nempè per quadriennium inibi expleuit; completum ſimul & diſcretum geſtorum illius calculum non habemus, ſed confuſum, & implicitum ratiocinium calculamus deducendo, quod Operarius egregius per Olympiadem demandatum, & concreditum ſibi arduum adeò, & neceſſarium opus exercens, non veriſimile ſolum, ſed & certiſſimum cenſetur, ipſum in excubijs nequaquam obdormiſſe, aut dormitaſſe, multò minus oſcitaſſe: quinimmò ſtrenuè, & indeſinanter elaboraſſe, & pro concione, & pro Catacheſi fidelibus præſtandis, pro Sacris frequentandis, Sacrificijs offerendis, Sacramentis adminiſtrandis. Itidem pro perfidis coarguendis, Pſeudominiſtris impugnandis, proque ſe impugnantibus reijciendis, reſpondendo pacificè, & plenariè obiectis ſatisfaciendo. Pacificus ipſe Euangelicæ manſuetudinis Profeſſor pacem, ac manſuetudinem cunctis commendabat, ſolicitus itidem beneuolentiæ, & charitatis excultor, beneuolentiam, & charitatem omnibus colendas perſuadebat, & quia ipſe benignus proximis vtilis, inter eos abſque offendiculo conuerſabatur ideò pluribus gratioſus, nulli odioſus etiam inter hoſtes aſperrimos illæſus perſeuerauit, atque inter ferocientes implacabiles perduelles imperturbabilis, & imperturbatus perdurauit.

Per Quadrieñiũ i hac Miſſione egregiè operatus eſt.

IV.

Ann. Christi 1604.

Vnde cum ſuperabundantibus bellorum incommodis importunis, atque violentioribus, ſuauiter opportunè, & commodè prout Religionis decor, & honeſtas exigit (ſuprema Romana Sede vacante ob interitum Clementis VIII.) Apoſtolica miniſteria localibus in Stationibus exercere impoſſibile, vel multum difficile apud Præſules Regulares, quin etiam apud ſæculares poteſtates cenſeretur, ob idque ad Clauſtra reuocatis quondam miſſis Euangelicis Operarijs, per tempora ad Apoſtolicum opus adminiſtrandum egredi ſucceſſiuè per vices datum fuit in mandatis, Fr. Archangelus licèt à Reuerendiſſimo Taurinenſi Nuncio pro Salutienſi Marchia excolenda poſtularetur, tamen à Carolo Emmanuele impenſiùs expoſtulatus, à Patribus Pinerolienſi in noſtro Cænobio confirmatus fuit: quò inde per opportunitates egrediens, harum Vallium, ſignanter Sancti Martini ſolicitam eundo, & redeundo, inuiſendo, reuiſendo, & inuigilando curam gereret, quod & gratanter, atque ſolicitè, non minus quàm ſolerter præſtitit, quouſque circà finem primi huius luſtri Sæculi currentis decimi ſeptimi alibi elaboraturus diſceſſit.

Reuocati ad Clauſtra Miſſionarij Fr. Archangelus rogaturà Reuerendiſſimo Nuncio pro Marchia Salutiarum, ſed poſtulatus à Carolo Emmanuele in noſtro Conuentù Pinerolienſi confirmatur pro Vallium Cuſtodia.

CALCVLVS QVARTVS

Fr. LVDOVICI ALEXANDRINI Concionatoris per annos 1605. 1606.

I.

Ann. Christi 1605.

PErnicioſioribus quondam, violentioribuſque armis exagitatis ſimultatibus inter Chriſtianos Principes Gallum, & Pedemontanum, iam iam ope, & opera mox defuncti Clementis VIII. Pontificis Optimi Maximi compoſitis: Ciuili publica pace his Subalpinis populis reſtituta, deſtituta adhuc, & incompoſita perſeuerabant Catholicæ Religionis Pinerolienſis agri in Conuallibus negotia: nondum, imò numquàm pacificatis, & quieſcentibus deſertoribus, qui perturbatis lutoſis in aquis luctuoſum perfidiæ Leuiatan rixoſum expiſcari omni ſæculo conantur: Sed in impenetrabilibus ſquamis armatum Behemot impingentes, qui prædatores venerant ad prædam, deprædati ducuntur hæreticali retiaculo irretiti. Vnde non modò ipſi euadere non feſtinant, ſed & cæteros incautos alliciendo pelliciunt, vt voluntariè ſicut piſces capiuntur hamo, ſic homines lubrici capiantur tempore malo. Malum hoc ſiue piſcandi, ſiue prædandi hæreticum rete vt diſſoluant, iugiter ſtudent, & incumbunt Capuccini emiſſi, Apoſtolici Piſcatores Euangelici mittentes hamum Verbi, & captatis piſcibus aperientes ora ad Orthodoxæ Fidei confeſſionem, vt fiat, quod ait Apoſtolus ad Romanos: *Ore autem confeſſio fit ad ſalutem*. Salutiferæ ergo huiuſcemodi Apoſtolicæ piſcationi vt Sedulus incumberet, acceſſit Fr. Ludouicus Alexandrinus ad Sancti Martini Vallis cuſtodiam obſeruandam, & vt erat vir prudens, magnanimus

Rom. 10. Mittitur ad hanc Cuſtodiam, ſiue Miſſionē Fr. Ludouicus ab Alexandr.

pertractandarum rerum peritia prædirus, limpidioris intellectus, & firmioris deliberationis, fidelis, & accuratior religioſę profeſſionis exultor, obedientialium iuſſionum ſtrenuus executor, ad Apoſtolicum onus deportandum deſtinatus lætanter, & intrepidè aduenit, atque indefeſsè, iugiterque adminiſtrando perdurauit euangelizando, dogmata tradendo, Cathechiſmum exercendo, Sacramenta miniſtrando, Sacroſancta Myſteria perficiendo, ſpiritualia ſimul, ac corporalia charitatis opera pro virili exercendo.

II. Defferbuerant iam his temporibus & Bellorum furor, & Belligerantium violentia; ſed vigebat Pſeudominiſtrorum fraudulentia: qui importunè circumeuntes vaffri calliditate, & callida verſutia Vallicolas illarum Conualliū circumuenientes, eos in iamdiù & Fidei, & Eccleſię deſertione, & profeſſa Apoſtaſia perſeuerare, atq; perſtare ſuadebāt, quinimmò vrgebant. Prouidus igitur Cuſtos Apoſtolicus, & prudens Excubitor Fr. Ludouicus verſipellium vafritiem, & aſturiam vt illuderet, & hæreticas artes detegeret, ſeu ſaltem pro virili caſſas redderet; circuibat & ipſe, & fraudatores ſequebatur, & religiosè perſequebatur, atque vbicunque vel obuios offendiſſet, vel congregatorum conuentus facientes intellexiſſet; eò aduolans, dogmatica monomachia extempore oblata, gladium ſpiritus, quod eſt Verbum Dei exerebat, & digladiari aggrediens, non priùs à pugna manus, ſeu pedes retrahebat, quàm vel fugaſſet, vel aduerſarium proſtraſſet, validus ipſe Pugil ſemper vincere aſſuetus: quare confidenter inter Petrones illos, licèt aſperos quinimmò in medio lapidum ignitorum ambulabat, & licet ſaxoſam perpetuo regionem perambularet; inoffenſo tamen pede ſemper cucurrit, & qua præditus erat dexteritate, & maturitate ſaxa, & duriores lapides, ideſt Petreos incolas aſſiduè pertractans manuum tamen, aut digitorum grauiores læſiones ſolerter euitauit, aſperiores licet ab illis, dureſque quaſdam exceptiones paſſus fuerit.

Fr. Ludouicus Pſeudominiſtros vbicunq; perſequitur.

Ann. Chriſti 1606.

III. Sicuti illi contigiſſe, aſſerunt oppidanorum ad nos tranſmiſſa autentica teſtimonia: cum aliquando perſenſiſſet, in Vicum Faetum dictum, Pſeudopaſtorem ſolemniori congregatæ concioni verba facturum, aduentaſſe; extemplò & ipſe Faetum accurrit, & directè ad profanū Phanum celebres greſſus dirigit, & Profanatorē fanatica ſua figmenta venditantem offendit; quare delubrum ingreſſus, vt tantis Preſtigiatoris diſtinctè verba exciperet; nefarium Impoſtorem intolerabiles abominationes, & blaſphemias promentem, & euomentem exaudit; quamobrem moræ impatiens, ex tempore illius interrupta Sermocinatione blaſphemum falſitatis, & impietatis coram adſtante Conuentu coarguit, & acriter obiurgat, qua acri Fratris Ludouici obiurgatione, & improuiſa reprahenſione erubeſcentem, atque excandeſcentem proprium Miniſtrum vbi primùm aduertit congregata nebulonum turba, protinus vnanimi, ac violento impetu facto in Apoſtolicum Doctorem rabiosè, & tumultuariè irruentes deiecerunt, & deiectum, ac proſtratum calcibus, pugnis, percuſſionibus turmatim affecerunt, & indecorè verberauerunt, ferocientes adeò, vt etiam Mulierculæ filatorijs arundinibus cum certatim percuterent, donec pro virili mares ac feminæ æmulantes, quis eorum nequior videretur, & contra virum innoxium nocentior appareret; non prius in manſuetum agnum deſæuire deſtiterunt, & abſtinuerunt; quouſque, & verberibus contuſum, ne dicam, egregiè cæſum, & iniurijs, vituperationibusque atque maledictionibus, ſiue imprecationibus onuſtum, plurimis non malis, ſed meritis oneratum patientem, & ſufferentem longanimiter pacificum virum eiecerunt, & expulerunt. Verùm regrediens Apoſtolorum Aſſecla præibat exiliens, & gaudens, & laudans Deum, ſicuti & quondam anteſignani Apoſtoli atque etiam Coapoſtolici noſtri Operarij ibant, & eunt à conſpectu concilij, ſiue conciliabulorum gaudentes, quoniam digni habentur, pro nomine Ieſu frequentiores ſæpe ſæpius contumelias pati. Plura igitur à Perduellibus perpeſſus, plurima pro Dei Regno operatus, per ſecundam circiter ſæculi decimi ſeptimi olympiadem, intra Petretum ad eruendos Petrones homines commoratus, meritorum corona laureatus, aliò operaturus conceſſit.

Acriter obiurgando Pſeudopaſtorem blaſphemias euomētem falſa, in Vico Faeti, commota multitudine cōgregata hominum, & mulierū ferocientiū percuſſionibus, & opprobrijs afficitur.

CALCVLVS QVINTVS
COMMVNIS

Fr. Fr. ISIDORI à BVSCA, & COLOMBANI à TRIDINO Concionatorum per annos 1607. 1608. 1609. 1610.

I.

F. F. Iſidori à Buſca, & Colũbani de Tridino Miſſio, Virtutes, ac Fidei Catholicæ zelũ.

Ann. Chriſti 1607. 1608. 1609. 1610.

GEmini præſignati Apoſtolici Commilitones à Fr. Gabriele Caſalenſi Prouinciali Miniſtro militari Euangelico cingulo donati, & ad Catholica Caſtra emiſſi, aduerſus Fidei aduerſarios in ſibi aſſignatis excubijs quid enixi, & operati fuerint; diſcretè, & ſingulatim ignoramus; ex pluribus tamen ab his præclarè quibuſdam alijs in Stationibus geſtis (ſicuti proprijs numeris calculamus) ratiocinari, & infallibiliter coniectari licebit; quàm ſtrenuè expugnandum Petretum adorſi extiterint, & quàm ſolicitè prædicando, docendo, diſputando ſaxis duriora Hæreticorum corda pulſare, & quam ſedulò Sacra colenda, Sacroſancta perficiendo, Sacramenta miniſtrando, verbo, factis & exemplis illuceſcendo fidelia pectora confirmare ſatagerint, & aurea prædìti charitate, & columbina fulgentes ſimplicitate, & caſta pollentes ſpirituali fœcunditate, Orthodoxam Eccleſiam augere ſtuduerint. Hoc præcipuè, & proximè ſequentibus annis in quibus irrequieti Sectarij plurimas aduerſus præſcriptos, & toleratos ſacrilegæ Religioni limites, denuò moliri voluerunt, & nefario opere præſtare aggreſſi ſunt. Vnde vtriuſque gladij ſpiritualis, & temporalis minacem, ſed iuſtam indignationem aduerſum ſe iterum prouocauerunt, ideò compulſorijs edictis repreſſa, fuit eorum obmurmurans, & inſolens audacia.

CALCVLVS SEXTVS

Fr. CHRISTOPHORI à CEREALI Concionatoris per annos 1611. 1612.

I.

Ann. Chriſti 1611.

VEtuſtiora antiquioris noſtræ Prouinciæ monumenta teſtantur; à Patribus Capitularibus Diffinitoribus, & Prouinciali ſub anno vndecimo citra milleſimum ſexenteſimum, Fr. Chriſtophorum à Cereali Capuccinum Theologum, & Euangelicum declamatorem ad Nigram Sancti Martini Vallem Apoſtolico opere excolendam deſtinatum veniſſe. Aptè ſatis, & congruè ad nigrones vallicolas Chriſtophorus quaſi maſtigophorus mittitur. Corde, ore, & opere ferebat Seraphicus alumnus Chriſtum, nam & Ieſum Chriſtum, & hunc Crucifixum ore feruido prædicabat, & in ſuo corpore ſemper mortificationem Ieſu circumferebat. Cruciferus igitur hic Sacerdos, & Chriſtiferus Leuita opportunè deſtinatur ad Chriſtum exutos, legitimæ Chriſtianitatis deſertores; vt ad eos rurſus Chriſtum ferat, & conuerſis cordibus inferat, mentibuſque conuerſorum inſerat. Acceſſit igitur ille non corporea gigantea mole formidabilis; ſed Religioſæ perfectionis ſingulari magnitudine, & eminentia conſpicuus; eruditione namque haud mediocri, neque vulgari, aut communali prudentia, eximiaque vitę integritate ſimul, & morum honeſtate fulgebat: quamobrem Prouincialis Senatus conſcriptorum Patrum iudicio, & calculis electus ſæpius ad Apoſtolicas ſtationes cuſtodiendas fuit ſuffectus. Sufficiens igitur, & valens, non minùs quàm ardenter volens commendatum negotium, Eccleſiaſtici Regni ſcilicèt inſtaurationem aggreditur, & valenter, animosèq; ſuppoſitis validioribus humeris Catholicum orbem, orbiſque Redemptorem, ſiue Redemptionem, per Orthodoxam Fidem trans flumina Æthyopiæ, ideſt ruentium Hæreticorum præcipites lapſus, conſuetoſque relapſus perferre conatur, contra ictum fluuij, & aduerſum flatus; ſiue flantes contrarios ventus enitens: vt etiam reluctantibus ſcientiam, & notitiam ſalutis afferret. Adfuit igitur & Euangelico Miniſterio Chriſtum attulit, ſiue per prædicatum Verbum fidelibus, & perfidis Chriſtum annuntians, ſiue per conſecrantia verba, conſecratum verbo Chriſtum fidelibus credentibus adminiſtrans, vnde legitimè multiplici titulo verè Chriſtophorus diceretur, qui Chriſticolis Chriſtiferam ſaluationem Chriſtum verbo, & opere deferens afferre conſueuiſſet.

Quid egerit Fr. Chriſtophorus ſuæ ſtationis tẽpore.

1612.

CALCV-

CALCVLVS SEPTIMVS

Fr. BARTHOLOMAEI à NICIA MARITIMA Concionatoris per annos 1613. 1614. 1615.

Ann. Chriſti 1613.

Deſtinatur huic Miſſioni Fr. Bartholomæus, cuius virtutes numerantur.

I. CApitularium diſpoſitionum, ſiue prouiſionum in aſſeruato perantiquo regeſto, Perrerlanæ excubiæ deſtinatum, hoc anno tertiodecimo ſupra ſexcentum, & mille, adinuenio Fr. Bartholomæum à Nicia maritima, celebri Ligurum, ſiue Pedemontani Principatus Vrbe. Religioſus hic Capuccinæ familiæ Sacerdos gracilis quidem erat naturæ, ſed acutioris, imò acrioris ingenij, promptioris eloquij, abundantioris litteraturę, theoricę non mediocris, ſed practicę vniuerſalioris, nec induſtrioſę mechanicę inexpers pleniori ſuę regulę obſeruantię incumbebat, paupertatem non vulgariter colebat, integritatem illibatę conuerſationis profitebatur. Quamobrem Patrum Suffragio ſępè Guardianatus miniſterio functus, aliquoties etiam Apoſtolatus onus ſuſtinuit,& egregiè ſuſtentauit, ſicuti ad nos tranſmiſſę (licèt exiles) relationes teſtantur, paucula quędam ſingularia recenſentes; vt ex ijs plura omiſſa probabiliter conijciamus.

Ann. Chriſti 1614.

Argutię Fr. Bartholomęi in diſputationibus.

II. Inſoleſcentes tunc temporis Pſeudodoctores, vt plurimum bis Apoſtatę, vel Apoſtatici genitoris nati, futilibus verbis garrientes geſtiebant iactabundi, & Legum Diuinarum reformatiuam peritiam oſtentantes peſtrepebant, non in delubris modò, ſed & in vicis, ac plateis glocitantes: quamobrem Fr. Bartholomęus ſicuti acerrimi erat intellectus, & perſpicacioris apprehenſionis, ſic & expeditiores congruas, extempore, nec pręmeditatas ſeù imperatas, ſed naturę idoneitate elicitas, acutiores reddebat reſponſiones, vnde ſępiſſimè cum Therſitibus, ſiue potius Paraſitis Antiminiſtris congrediens,vix illi aperto ore heretica deliria obijciebant; cum ille ad hominem expeditè reſpondendo, & obiecta reijciebat, & lepidè deliros Hęreticos oſtendebat: vnde illius in ſyllogizando (non tamen paralogizando) & argumentando, ſiue reſoluendo ſolertiam ſolidam aliquoties experti deſertorum Archimandritę, non iam in foro ineptè verbula effutire, ſed in angulis obmuteſcentes latitare conſpiciebantur, illius occurſum pro viribus ſtudioſè declinantes.

III. Viribus igitur non valentes, dolis eum deijcere, & deiectum, ſeu deuictum confundere excogitauerunt impij nebulones. Morabantur adhuc hunc per annum quintodecimum decimi ſeptimi Sęculi Apoſtolici Excubitores in conductitia domo, atq; inter ſęculares etiam ſceleſtiores degere, ac conuerſare cogebantur religioſi pugiles. Conducto igitur pauperum domicilio, cohęrentibus in proximis ędibus habitabat homo quidam vxoratus, & adulter, qui vxoris deformitate pertęſus formoſiore famula abutebatur, quę ex illegitimo adulterino toro aliquando concępit. Pellicis igitur intumeſcentem vterum conſpiciens adulterans maritus, vnico ſingularis lapidis iactu geminum ictum prędtare deſignans mercenarię mulieri ſuadet; vt domeſticè cum proximè habitantibus Capuccinis confabulando verſetur, & ſeipſam illis familiariorem oſtendat, ac exhibeat, frequentius eos emendicato ſub titulo, & eorum habitaculum adeundo. Obſequitur illa nequiter monenti, & nefaria monita exequi aggreditur: Aſſiſtebat, tunc Fratri Bartholomęo ſocius Sacerdos, iuuenis floridę ętatis, nomine Fr. Cherubinus Taurinenſis, geminis his igitur Seraphicis Religioſis nuſquam mala ſuſpicantibus, domeſticis quotidianis ſuis miniſterijs incumbentibus, cępit ſeducta muliercula ex induſtria remotioribus in angulis ſola occurrere, affabiliorem ſolito ſeſe illis oſtentare, frequentioribus diuerſis perſonatis titulis varias manuales indigentias pręteхans, illorum habitationem frequentare, importunis horis, & ſuſpectis temporibus ventitans: quod vbi primùm ſagax excubitor animaduertit, perpetuò cum illam, ſolitarijs in locis ſibi, vel ſocio obuiam prodeuntem à longè conſpectabat, aſperioribus increpationibus impudentem obiurgabat, indeque importunè ad ſe aduentantem opportunè repellere cępit. Priores igitur modeſtiores, & honeſtiores ſolicitationes inefficaciores experta inuerecunda pellex, manifeſtiora adhibere decreuit: quamobrem cum aliquando veſperaſcente iam die, Religioſi Leuitæ intra arctioris cellæ anguſtias ſolitudini, & orationi vacarent; en circa tertiam noctis horam adeſt ſcortum, & Fr. Bartholomæi cubiculi fores pulſans, pro caſu extincta reaccendenda lucerna, ſibi aperiri interpellat frequentiùs, & vehementiùs: tunc caſticola Capuccinus impudentioris feminæ temerarios auſus admirans, & audaciam quàm maximè deteſtans, indignabundus, & ſine culpa, aut crimine iracundia iuſta furens, increpans,arguens, & exclamans audacę

Hæretici adulteri verſutiam detegit, eiuſq; pellicē aſperrimè obiurgatam à Miſſionis domo expellit.

Ann. Chriſti 1615.

mulierem

mulierem aſperrimè obiurgatam procul abigit, penitùs illi inpoſterum ad religioſorum habitaculum quocumque ſub prætextu acceſſu interdicto.

IV.

Plures mercede, ipſoſmet ad dementandos, conducti apud Nigræ Vallis incolas Pſeudominiſtri commotabantur, inter quos conſpicabiliori non eruditi intellectus perſpicacia, ſed obduratæ mentis pertinacia conſpicuus apparebat Miniſter Valerius Groſſus, verbo & opere Craſſus, filius quondam Fr. Auguſtini ſemel & iterum ſceleſtioris Apoſtatæ. Spurius igitur hic Philiſthæus iactabudus oſtentabat, ſe agminibus Dei Iſrael, nempe Apoſtolicis pugilibus exprobraſſe ignauiam, ad ſingulare certamen eos prouocans obſtrepebat verbis, quod factis detrectabat: quare Fr. Bartholomæus obuiam ſpontè procedens Allophilo in prælium, dogmaticè pugnare aggreditur, laceſſitus ille, & appetitus luctamen declinare non valens, etiam non volens in agone contendere cæpit, & validioris Antagoniſtæ efficaciora litteraria iacula deuitare, vel quoquo modo repellere ſatagẽs: perurgebat vehemẽter Capuccinus Euangelicus inuaſor, perſtabat tenaciter deceptor inuaſus: dicebat ille, contradicebat iſte: hic aſſerebat, ille inficiabat: vnus argumentabatur alter reſpondebat concedendo, negando, vel diſtinguendo, & ſic fortiter in ſtadio agonizantes Catholicus Leuita pro Fide, Sectarius fraudator pro perfidia, ad quindecim continuatos dies monomachiam religionariam produxerunt. Nec præda vacuus, aut tropheis ſpoliatus ab arena receſſit Seraphicus decertator, tam enim diſputationibus, quàm prædicationibus præualens in explicanda Orthodoxa veritate, & hæretica falſitate improbanda, nouem promiſcui generis reſipiſcentes errones ad Eccleſię vnitatem, & ſubiectionem adduxit.

Cum Pſeudominiſt. Valerio Groſſo ad quidecim vſq; dies diſputationem protrahit.

CALCVLVS OCTAVVS

Fr. ISIDORI à BVSCA Concionatoris, per annum 1616.

I.

Ann. Chriſti 1616.

QVoniam legitimus hic Seraphici Patriarchæ alumnus, germanam adamuſſim Euangelicam viuendi normam, ac genuinam Regulę Minoricę obſeruantiam perpetuo profitebatur: Ideò à Regularibus Præſulibus, quibus religioſi viri integritas innoteſcebat, ſæpè ſæpiùs ad Apoſtolicum peragendum opus emiſſus, ad limitaneas ſtationes cuſtodiendas lætanter egrediebatur. Progrediebatur intrepidus ad demandatum opus, & fideliter operabatur Euangelizando Regnum Dei, vt Eccleſiaſticum regimen inſtauraret: inſtruebat fideles, vt perfidiam deſtrueret: deſtitutam à voluntariè errantibus veritatem iterum reſtituendam ſuadebat: Orthodoxam à maioribus acceptam Fidem, & credentibus conſeruandam prædicabat, & non credentibus acceptandam atque toto corde amplexandam perſuadebat: ſimplicioribus, ſed feruentioribus, ac firmis ratiocinationibus, ſermocinationibus pro concione, vel pro catechiſmo declamans, ſolicitè congruis temporibus inſiſtebat. Sacroſanctis Myſterijs, vel Miniſterijs Eccleſiaſticis honeſtiùs cælebrandis ſedulò aſſiſtebat, Sacramentale Pœnitentię ſubſidium inuincibili ſufferentia, confeſſiones rudium excipiendo accedentibus impertiebatur, & ſpiritualibus fidelium ægritudinibus vt congrua alexipharmaca prouideret, ſacrorum adminiſtratione ſolicitiùs incumbebat.

Fr. Iſidorus pro reſtituẽda Catholica Fide ſolicitè laborat.

II.

Poſticus irruentes in Dominicum gregem rapaces lupos, ouino licèt vellere contectos, à lupercalibus facinoribus detectos omni ſolertia, & diligentia longiùs ab ouili arcere ſtudebat, quare inſidiantes, ac inſidiatores Miniſtros, fures, ac latrones Euangelicis vocibus, ac ſacris oraculis perſonans inclamabat; deceptores publicabat, impoſtores manifeſtabat, ad religionarem agonem prouocabat, & aduerſus prouocatos, atque acceptantes acriter contendebat, pacificè tamen concertabat, beneuolè obijciebat, amicabiliter arguebat, humaniter inſiſtebat, & modeſtè refutabat, ac reijciebat, itaut quouis etiam pro concitato, & acrius agitato litterario certamine, numquam excandeſcentia correptus, exterioris hominis religioſam compoſitionem, vel in minimo exueret, vel manſuetudinem dimitteret: vnde æquanimiter, & longanimiter ſufferens, & aduerſarium pacatus perurgens de præſtrepentibus, ac clamoroſis iracundis antagoniſtis ſæpiſſimè pacificos triumphos reuexerit. Non tamen ſemper ſic, ſemel enim pro dogmatica publica diſceptatione, cum vehementioribus allegationibus inſiſtens Pſeudodoctorem aduerſus Catholicam veritatem perſiſtentem tandem obmuteſcere cogiſſet; hæreticali Oeſtro perciti adſtantes Caluinicolę inermem diſputantem Capuccinum Leuitam arreptum, & percuſſionibus, ac flagellationibus acerbiùs affectum, & confectum rabioſè, atque acerbiora minitantes eiecerunt, repulerunt. Verum enimuerò grauiter dolentibus ob iuſtè acceptam confuſionem ini-

Triumphãs de quouã miniſtro in diſputatione, ab Hæreticis rabio è verberatur.

quis

III. quis perſecutoribus, vehementer gaudebat ob iniuſtè illatam offenſionem, & pro iuſtitia vexationem percuſſus decertator Apoſtolicus.

Propria igitur, qua à natura pollebat, lenitate, morum manſuetudine, & conuerſationis integra affabilitate, non minus quàm doctrinę, ac Euangelicę eruditionis efficacia Fr. Iſidorus, & Catholicos confirmare in profeſſa veritate retinenda, & deceptos infirmare, ſiue informare pro hæretica prauitate dimittenda, aſſiduè ſatagebat efficaciter, ſed perhumanè, beneuolè, ſuauiori quidem, ſed ardentiori, qua exardeſcebat in proximos conſueta ſua charitate, cuius ignea vi totus accenſus perpetuò circuibat, quęrens quem incenderet, & ſupernę dilectionis flammis accenderet: vnde frequenter fiebat; vt charitatiuis vehementioribus illius perſuaſionibus reſiſtere non valentes, etiam duriores Petrones, tandem priſtinam duritiem exuentes, peruicaciam deponentes, veritatis verbis acquieſcentes, impietatem deuouere, ac deierare decernerent; Sicuti & conſtanter præſtiterunt, atque effecerunt plurimi ex Nigrę Vallis Incolis, qui anathematizato Caluino, & Caluiniſticis deceptionibus, Chriſtianis Catholicis caſtris adnumerari, & adſcribi voluerunt, ex quibus ſoli tres & viginti diſtinctè à noſtris monumentis enumerantur, & memorię traditi recenſentur. Reduces viginti tres Caluinum ablegare induxit.

CALCVLVS NONVS

Fr. ALEXANDRI OXIBIENSIS Concionatoris per annos 1617. 1618.

I. Ann. Chriſti 1617. EXcurrentis ſæculi decimi ſeptimi à Chriſto nato, anno pariter ſeptimo & decimo hæretica ſchiſmata, & ſchiſmaticas, atque hæreticas ſeditiones in Macrę Conualle exercentibus Apoſtaticis ſeductis Vallicolis, hi Perreriani, Peruſini, & Angronienſes Caluinicolę excubabant in cuſtodia, & pro viribus, totiſque conatibus rebellantibus arma, pecunias, & cuiuſlibet generis ſuppetias afferebant: commotionis præexcogitatum exitum præſtolantes: Interim nec omnino ipſi quieſcentes. Quamobrem Fratrem Alexandrum integerrimę conuerſationis, & eximię ſanctimonię Pugilem eò ad militandum Apoſtolicę militię ſupremi Duces deſtinarunt. Perueniens ille ad ſibi concreditam ſtationem conſuetis Euangelicis miniſterijs voluit ſedulus incumbere: vnde Diuinum verbum prædicabat opportunè, & importunè: credulis, & incredulis: credentes, & non credentes ad diuinorum mandatorum obſeruantiam efficaciùs prouocando, à malis pœnarum comminatione retrahendo, ad bona coronarum pollicitatione alliciendo, cunctos piè, & chriſtianè viuere, atque catholicè ſapere, docebat, varia methodo, nempe & pro Concione, & pro faciliori catacheſi, & pro grauiori dogmate. Fr. Alexander Miſſionē ingreditur.

II. In vero hoc Iſraelita dolus nullus aderat, quinimmò Seraphica reſplēdebat prudens ſimplicitas, mundi deſpectus, ſui ipſius contemptus, paupertatis cultus, & religioſę perfectionis profeſſio: quamobrem verſipelles Prophetas mendaces, verſutos Apoſtatas, ſiue Apoſtaticos Prædicantes ex profeſſo, litterario pro certaminę inſectabatur, aduerſus impoſtores inſurgens præſtigiatorum impoſturas nefarias detegere ſatagebat diſputando, arguendo, & infidelitatis ſiue manifeſtæ falſitatis, & perfidię inſimulando. Cuius manifeſtas redargutiones ſufferre non valentes iniurijs, vituperationibus, & diuexationibus reſpondere, & aduerſantis iuſtas moleſtias propulſare ſatagebant. Vir virtutibus ornatus, Deique zelo præſtans.

III. Ann. Chriſti 1618. Studebat ex oppoſito Euangelicę perfectionis eximius profeſſor, charitatem ſuper omnia perpetuam colere, vnde & corporalia, & ſpiritualia illius opera exactè complere enitebatur: Indigentibus cōſilia meliora dabat: ignorantibus ſiue inſcientibus neceſſariam ad ſalutem eruditionem tradebat: & ſingulis Dominicis, vel feſtiuis, aut opportunis diebus ſtatis horis, Chriſtianę Doctrinę rudimenta omni tolerantia, & ſufferentia porrigebat, etiam hebetioribus faciliora inſtillando. Mærentes, & afflictos conſolabatur, errantes corrigebat, illatas iniurias condonabat, allata mala æquanimiter tolerabat, ieiunijs, orationibus, & precationibus frequentioribus pro viuis, atque defunctis incumbebat, cunctoſque ſuos proximos ſpiritualiter iuuare ſatagebat. Eius ſtudia, & labores pro conuerſione infideliū hæreticorum.

IV. Nec ſegniori ſolicitudine corporaliter egentes, indigentes, infirmantes, aut languentes, ope & opera fouebat: paſcebat eſurientes, potabat ſitientes, nudos veſtiebat, hoſpites colligebat, neceſſitatem patientibus, & inſuperabilibus calamitatibus velut carceribus detentis ſubueniebat; ſuper omnia autem ægrotis, & compatiebatur, & etiam neceſſarium ſibi ſuppeditatum commeatum coarctando, larga ſubſidia impartiebatur realiter ſubueniendo, & perſonaliter ad eos veniendo, Omnibus miſericors.

viſitan-

viſitando, & ſi neceſſitas vrgeret, Sacramenta Pœnitentiæ; Viatici, & Extremæ vnctionis miniſtrando, atq; ad vſque extremum ſpiritum, & ſupremum ſitum aſſiſtendo. Tetenderunt hoc tempore nequiſſimi Seductores inſidias; vt ſocium Clericum Fr. Cherubinum à Pinerolio, adoleſcentioris ætatis iuuenculæ diuitis oblato coniugio allectum, ſacræ militiæ deſertorem facerent, ſed acriter reprehẽſi, & ab indignabundo caſticola iuſtè repulſi abierunt retrò Sathanæ Adminiſtri, & carnis, ac illecebræ cultores Caluinicolæ.

Hæretici ſociũ eius Clericũ ad coniugium alliciunt.

CALCVLVS DECIMVS

Fr. HIERONYMI à MONTEREGALI Concionatoris per annos 1619. 1620.

ANno præſenti decimonono ſupra ſexcenteſimum millenum, cum in communibus vtriuſque regionis Patrum Comitijs Ticini celebratis, diſereta, & ſegregata fuerint Pedemontani Principatus noſtra Monaſteria à Ianuenſis Prouinciæ corpore, & in nouam Capuccinorum Prouinciam coaceruatã, ſiue conflata; Subalpinæ pariter Galliæ Interalpinæ Miſſiones Pedemontanis, & Prouinciali, & Patribus curandæ, & prouidendæ commendatæ, & commiſſæ fuere. Vnde Capitularium Patrum ordinatione electus, & directus ad Perrerianam Cuſtodiam excolendam miſſus aduenit Fr. Hieronymus à Monteregali Sacer Orator, & Capuccinus Theologus, hic Seraphicus alumnus perſpicacioris intellectus ſubtilitate pollens, Theologicas facultates non à longè ſalutauerat, ſed familiariter, & domeſticè eas pertractabat, vnde puſillo licèt corpore, magnanimò tamen excellebat animo, feruentiori voluntate, & expeditiori ſermocinatione percellens; quapropter ardens, & efficax in concionando, vehemens erat pariter in ſuadendo, & exhortando ſiue pro concione, ſiue pro peculiari conuerſatione. Contemplatiuæ quidem ſpeculationibus valebat, ſed actiuæ vitæ operoſis exercitationibus impenſiùs propendebat, alacer expeditus & promptus ad propoſitum quodlibet laudabile facinus aggrediendum; Ideo vbi primùm obedientiales ſuæ Miſſionis litteras accepit, iter pariter arripuit, & ad aſſignatam Stationem peruolauit. I.

Ann. Christi 1619.

Non vulgari ſciẽtia, & zelo prædictus ad hanc miſſionem mittiturFr. Hieronymus.

Perrerium ergo cum perueniſſet Fr. Hieronymus, Petreos illos habitatores exquiſitiori, & accuratiori arte perpolire excogitauit, ſcalpendo potius quàm ſculpendo, ſaxifragum potius artificium quàm ſcalprum ferreum adhibendo. Quapropter feruentioribus atque affectuoſioribus zelo, non fuco concinnatis concionationibus cæpit vniuerſos demulcere, delectare, allicere, & ad charitatem excitare ſuadendo ſuauiter, & ſuauiori ſuadela etiam rebelles voluntates benignitate trahebat, pertrahendo ipſos pariter ſectarios ad Dei verbum ex ipſius ore publicè excipiendum, ſed multò magis priuatim, amabilioris enim, & humanioris cum eſſet conuerſationis; pro domeſtica, & familiari confabulatione dogmata ipſa ſacra pertractans, explicans, & confirmans, & Fideles confirmabat, & perfidorum perfidiam infirmabat, affirmans quia hic in ſola Catholica Romana Eccleſia eſt Christus, vbi vnus Deus, vna Fides, vnum colitur Baptiſma, alter licèt prædicetur baptiſmus Pœnitentiæ, ac lachrymarum in remiſſionem eorum peccatorum quæ poſt primum ab hominibus perpetrantur. Exibant ergo plures ex populo promiſcuæ Religionis ad illum libenter audiendum, & ipſe ſollicitè docebat eos vias Domini rectas, ad quas plures olim deuios lætanter reduxit, cumulando Petras in aceruo Sacri Mercurij, ad directum Fidei tramitem poſteris & ſuccedentibus indicandum. II.

Quibus modis Hæreticos ad Catholicam Fidem alliciat.

Plures deuios ad Catholicam Eccleſ. reduxit.

Cuius plauſus, & acclamationes Vallicolarum æmulantes Pſeudoprædicantes; illius & æſtimationi diminuere, & famæ detrahere, & profectus impedire conabantur. Ideò generoſus hic Athleta infenſos ſibi hos Therſites, & ſubdolos hoſtes ad luctamina manifeſta prouocauit, & in arenam deſcendere pluries coegit. Si quando ergo non vltronei ſed laceſſiti in agone aduerſus Fr. Hieronymum contendere contigiſſet; qua pollebat hic & doctrinę exuberantia, & verborum affluẽtia, vehementius adeò ſyllogizando Antiminiſtros ſolicitabat, & perurgebat; vt vix reſpirandi eis locus ſupereſſet: itaut potentiorem illius doctrinam, & diſceptandi methodum ſemel experti Caluinicolarum Athletæ, vix in poſterum etiam interpellati reſpondebant, ſed timidi, atque obmuteſcentes latebras quærebant, vnde de nequitia fidelitas triumphabat, cum non medioeri Orthodoxę Religionis emolumento. Sicuti mox referendo experimento comprobatur: Diſceptabat ſemel validus Euangelicus Agoniſta, & aduerſus Hæreticum Miniſtrum III.

Ann. Chriſti 1619.

Triumphat de Pſeudominiſtris in Diſputationibus eoſq; veritatem confiteri cogit.

Caluiniſtam,

Caluiniſtam, quem manifeſtioribus, & vehementioribus adeo comprobationibus ex Diuinis Oraculis; & Sanctis Patribus, non minus quàm Fidei dogmatibus deductis vrgere & occeptauit, & ad finem vſque perdurauit, vt Antagoniſta Hæreticus Catholicis demonſtrationibus coactus, coram populo tum realem humanitatis, ac Diuinitatis Christi Euchariſtico ſub Sacramento exiſtentiã, tum Romani Pontificis, viſibilis capitis in vniuerſali Eccleſia legitimam præſidentiam palam profeſſus extiterit: confeſſione itidem publica profitens, & proteſtans ſe ſuique ſimiles religionarios extra æternæ Saluationis ſpem perpetuò verſari, conuerſionemque ſuam ad Catholicam pietatem mox futuram, niſi matrimonialibus vxoris, ac liberorum vinculis obligatus detineretur, quam Pſeudopredicantis, melius ſapientis notam confeſſionem, gemini Caſtellani Iudices præſentes exceperunt. Sicuti & ego, à Fr. Ioanne Samiliatenſi Sacerdote, Fr. Hieronymi collega accepi: quod Pſeudominiſter Valerius Groſſus, ad ſe cum acceſſiſſent tergeminæ mulieres maleficæ, à ſibi familiaribus malignis ſpiritibus diuexatæ, vt eas à Dæmonum infeſtatione expediret; propriam ipſe inhabilitatem; & inſufficientiam, immò indignitatem, ſimul & omnimodam impotentiam faſſus, energumenas Pythoniſſas ad Fr. Hieronymum legitimum Exorciſtam, & Canonicum Sacerdotem, Capuccinum operarium deſtinauit, vt Sacerdotali ſibi collatâ poteſtate obſeſſas mulierculas à vexantium ſpirituum poſſeſſione vindicaret.

IV. Sicuti iucundioris erat conuerſationis Fr. Hieronymus, ita humanioris erat propenſionis, & propenſioris beneuolentiæ, charitatis atque in pauperes, & egenos miſerationis: quamobrem indigentibus vniuerſis accurrere, & ſuccurrere volebat; pro viribuſque neceſſitatem patientibus occurrebat ipſe proprio perſonali obſequio, realique ſubſidio: non modicam namque portionem ſibi præſtitæ alimoniæ de quotidiano proprio, ſocijque neceſſario alimento detractam, in egentium, ceu ægrotantium neceſſitatibus, ſiue ſubleuandis calamitatibus liberaliter impendebat. Manualibus quotidianis elargitionibus, oſtiatim mendicantibus præſtandis certam, ac determinatam quantitatem congruam panis taxauerat, & abundanter conſtituerat: ſed extraordinarijs ſubuentionibus, ſeu ſubſidijs egentioribus prouidendis terminum nullum præfixerat, quinimmò miſericordiæ corporalis operibus exequendis, & ſpiritualibus offerendis, & impendendis indeterminatè, & indifferenter incumbebat.

Miſericordiæ opera exercet.

V. Sicuti geminata peculiari experientia liquidò cunctis demonſtrauit: Scatebant tunc temporis Nigræ Vallis antra Lamijs, Strigijs ac Lemuribus, ideſt faſcino, ſiue Dæmonum conſortio malefico viris ac mulieribus incumbentibus, atque ex profeſſo operam dantibus: ex quibus plures iuſtitiæ Pinerolienſis Præfectus, Pedemontani Principis ſpeciali ex impoſitione, carceri mancipatos detinebat: licet autem ſic detenti malefici, & iam flammis concremandi damnati faſcinatores, & tandem vbi aperti mares, & fœminæ Caluiniſtæ, & hæretici computarentur: ab hæreſi ad Luciferi obſequium, & Sathanæ contubernium, iuxta conſuetum, deducti; Adfuit tamen ſupplicio iam proximis accurrens opportunè Fr. Hieronymus, & miſeris illis, ad vtriuſque gehennæ flammis condemnatis, miſerandum proprium ſtatum eorum mentis oculis obijciens, adhortatorijs inde plura ſubijciens, quibus, & inferni horrorem, & Diuinæ vltionis terrorem; è contra verò Paradiſi gaudia, & pœnitentiæ efficaciam demonſtrans, peccatorum, hæreſiſque grauioris piaculi deteſtationem, ſimul atque Fidei Catholicæ Sacramentorumque receptionem perſuadebat vehementiùs: vnde & factum eſt, vt ſupero inter carcerum, & errorum, tenebras illuceſcente Diuino radio, nonnulli tandem ex illis deſipientibus reſipuerint, atque Catholicè ſapere, & cum Catholica Eccleſia vſque mortem communicare decreuerint. Quamobrem reconciliati, abſoluti, & Sacroſanctis Miſterijs corroborati, ad vſque extremum agonem adſtantibus ſibi Capuccinis fortiter, & deuotè in ſuorum criminum expiationem incendium temporale perpeſſi fuerint: Sperantes ſe per ignem iuſtitiæ, & aquam lachrymarum deductos, tandem in æternum refrigerium, Sola Dei elargiente miſericordia, Orthodoxæ modò amplexatæ Fidei merito ingreſſuros, ſicuti & nobis, id illis ſperare, ominari.

Ann. Christi 1630.

Hæreticæ maleficæ igni Sorori ſuaui ſua exhortatione ad Catholicam Fidem reducit.

VI. Conteſtatur, immò proteſtatur huius Seraphici Leuitæ propenſiorem in patientes proximos charitatem, ſecundum validius ſequens experimentũ: Caluiniſtica quędã fornicaria muliercula ex damnato, cũ hæretico viro, & illicito concubitu conceptum partum, in puerperio ſuppreſſerat; vnde Iudici delato facinore, parricida mulier traditur in cuſtodiam, cuius examinata, atque maturè exagitata cauſa, tandem diffinitiua pronunciata ſententia, ignibus conſummanda viuens adijcitur, ſi in hæretica pertinacia duraret: cui tamen reſipiſcenti indulgebatur, vt præfocata ardoribus traderetur. Pro miſella hac binæ perditioni addicta, interpellatum fuit ad miſericordiæ Tribunalia diuerſis, ſignanter à Catholico quodam compatiente homine, in coniugem ſuam expoſtulante; verùm omnia fruſtrà ob criminis acerbitatem. Cùm igitur mox rogum incenturi, & incendium paraturi

Apud Sereniſs. Carol. Emm. intercellat pro parricida muliere Hæretica, iam ignibus tradēda, gratiamque conſequitur.

Satellites adeſſent, en accurrit Fr. Hieronymus, & decretæ executionis ſuſpenſionem per dies aliquot à Iudice impetrat. Peruolat interim ipſe Riuulas, atque ſupremi Principis Caroli Emmanuelis clementiam, pro relaxanda concremandę combuſtionis pęna, precibus pulsat. Verum vbi iteratis ſupplicationibus, nihil ſe proficere proſpicit; proprij ſui religioſi cinguli fune ſibi ad collum alligato, coram pij, & benigniſſimi Ducis pedibus corruens, multiplicatis interpellationibus tandem clementiſſimi Dynaſtę & animum ad indulgentiam flexit, & expoſtulatam plenariam penarum capitalium damnatæ fœminæ reportauit remiſſionem: quæ Catholicæ Eccleſiæ dato nomine, priſtinam noxiam in honeſtiorem vitam, ac conuerſationem commutauit Catholicam Fidem extempore profitendo, & honeſto coniugi nubendo; ex cuius capitalis condonatæ pœnæ reſcripti Ducalis, & Principis gratioſi indulti reportatione, coniectantes Religionis oſores, & aduerſarij quanti etiam apud Supremos Principatus eſſent, & fierent veræ Religionis cultores; Cæperunt & ipſi aliqualem & reuerentiam, & reuerentialem obſeruantiam Capuccino Operario manifeſtiùs impendere.

Geminæ perfectę charitatis præcepta, & proximi quidem bonum procurandum, & pro virili præſtandum præſcribunt; ſed & Dei, ac Supremi Numinis honorem, & cultum præcipiunt; ne igitur alteri, ideſt excellentiori deficeret, aut deeſſet Fr. Hieronymus; & humanę imbecillitati ſubſidia poſſibilia pręſtabat, & Diuinę Maieſtati congruum, ac debitum venerationis, atque adorationis cultum ab vniuerſis pręſtandum, viribus omnibus, ſedulo ſatagebat. Ad hoc Diuinis officijs ritè perſoluendis, Sacroſanctiſque Miſterijs decorè, & honorificè perficiendis aſſiſtebat, atque inſiſtebat: ſolitarijs Sacerdotibus, & ſimplicioribus Clericis cooperando, inſeruiendo, ſimul & auxiliando in ſacrorum adminiſtratione, penitentium reductione, infirmorum viſitatione, & cunctorum ſpiritualiter indigentibus ſubuentione, ſimul ac conſolatione. Cum pauperculam aliquando Parochiam pariter & pauperiorem Parochum offendiſſet, depauperatis namque hoſtili violentia Ædibus Sacris, atque ſacrarijs expilatis, quibus decenter quotidianum Anguſtiſſimum Sacrificium perficeretur, vix inueniebant. Zelans igitur Sacerdos Fr. Hieronymus ſacri cultus honorificentiam, & exigentiam, Leuitica vaſa, & indumenta, nempè albam, & Calicem, nonnullaque alia Sacerdotalia veſtimenta, ex ſibi ſuppeditato quotidiano ſubſidio congrua ſubtracta portione, comparata paupercuIo Præsbytero conſignauit, & liberè donauit. VII.

Ann. Chriſti 1620.

Ex ſibi ſuppeditato quotidiano ſubſidio, cuidam pauperculo Parocho cōparat, Sacra Vaſa, & Sacerdotalia Indumenta.

Nec ſibi ſoli, ſed & poſteris proficuus, vtiliſque vt efficeretur, atque per futura ſæcula talis agnoſceretur; Conſiderans indecorè nimis, & periculoſè Apoſtolicos Cuſtodes, & Religioſos Excubitores apud profanos, ſæcularium intra larium limina degere, ſimulque cum incircumciſis commorari, mondaniſque cohabitare Leuiticę cum exiſtimationis, atque integritatis non mediocri diſcrimine, ac detrimento: Propterea cum Perreriana Præpoſituræ Parochialis domus, Eccleſię veſtibulo cohærens; amplior exiſteret, quam Parochi Sacerdotis commodior habitatio indigeret, ſuperfluente, & vacante congrua domicilij Eccleſiaſtici parte, ruinę iam proxima, ita vt ruderi potius, quam habitaculi formam ſpectantibus præberet; Fr. Hieronymus coram Domino Renaldo Reſſano, Præpoſito Pineroliēſi, & Abbatiali Generali Vicario, Localis, & Parochialis Præpoſiti, Reuerendi Antonij Cotti interpellato conſenſu, & placito gratioſo; ac libera conceſſione reportata, Parochialium Ædium portionem illam pro Apoſtolicorum Operariorum (quorum ope, ac laborioſa opera Præpoſitura illa inſtaurata ſubſiſtebat) perpetua habitatione, vltronea, & ſpontanea donatione conceſſam cum gratiarum actione humiliter acceptauit, & extempore eleemoſynarijs ſibi præſtitis ſubſidijs inſtaurare, & readificare acceptauit: vt in ſufficiens religioſum habitaculum redacta, Capuccinis in poſterum Euangelicis ſtationarijs, illa in Cuſtodia excubantibus pro domicilio deſeruiret, ſicuti per tempora comodiorem ad formam erecta ad præſens vſq; inſeruit, iterum ab Hæreticis diruta, ac rurſus à Capuccinis erecta. VIII.

A Reu. Præpoſito Perrerij acceptā donatione Parochialium Aedium partis, eam pro habitatione miſſionariorum ex eleemoſinarijs ſubſidijs ſibi præſtitis inſtaurat.

CALCVLVS VNDECIMVS

Fr. AMBROSII à MONTECALERIO Concionatoris, per annum 1621.

PRiori hoc anno quinti luſtri, ſæculi decimi ſeptimi, electus, vocatus, & ad Apoſtolicum munus ordinatus, perrexit in Perrerianam Vallem Fr. Ambroſius à Montecalerio, Euangelicis Capuccinus Declamator, ſimul, & Sacrę Theologię profeſſor. In Draconerienſi ſtatione per annum iam commoratus, qui tum ab ingſita natura, tum à religioſa profeſſione feruentioris cum I.

Ann. Chriſti 1621.

eſſet

eſſet ſpiritus, ardenter, ac feruenter demandatum ſibi à ſacris Præſulibus, opus pertractare cœpit, & impoſitum opus aggredi occeptauit. Venit igitur deſertam, & aſperam in omnem illam regionem prædicans Euangelium Verbi, & ſuadens illis, nempe Caluinicolis præcipuè, de legitimo Regno Dei, quod eſt Catholica, & Apoſtolica Romana Eccleſia. Declamabat igitur ordinariè pro feſtiuis, vel Dominicalibus conſuetis concionibus, congruis dilucidationibus ſcripturarum ſacra oracula pandens, dogmata Orthodoxa confirmans, hæreticalia commenta reudiens, ſalutaria documenta indigentibus cunctis porrigens è ſuggeſtu. Quia verò Sectę Caluiniſticę profeſſores, inter doctores in Templo cum Ieſu dedignantur inueniri, ſed in foro, vel plateis inter detractores gloriantur commorari; ideò Frater Ambroſius à Patris cœleſtis communi domo voluntariè exules, vt quoquo modo recolligeret, egrediebatur, & ipſe opportunis, & importunis horis in forum, & plateas, & inibi non otioſo modo, ſed & criminoſos Sectarios, non operarios humanioribus allocutionibus conueniebat, & familiaribus ſermocinationibus reducere ſtudebat: ſiue enim domi ſiue in agro quoſcumq; ex deſipientibus obuios haberet, Catholicè ſapere inſtruebat, & ſuadebat, vnde, & non modicũ proficiebat. *Concionib⁹, & allocutionibus ſectariis circumcirca per Vicos, & plateas Fr. Ambroſius veritatem Catholicã omnibus ſuadet.*

II. Profectum verò, & Fidei, & fidelium, ſimul, & non fidelium Petronum Vallicolarum ad veritatem regreſſum efficaciùs, ſolicitiùſque vt promoueret; rudium, atque ſimplicium catechiſmum diligentiùs eplere decreuit, quod & à principio præſtare feſtinauit: inter præcipua namque priora, atque principaliora ſui miniſterij conamina, non vltimum illud extitit. Statis nempè horis, ac pro feſtis diebus, ſignanter Dominicalibus campanę ſigno conuocatis incolis, præſertim iunioribus, & ſimplicioribus conuenientibus, & coadunatis cunctis ſiue Catholicis, ſiue Caluinicolis familiari pro Euangelica, vel dogmatica peritia tamen, faciliq; ſermocinatione, Fidei neceſſaria rudimenta apprimè elucidata proponebat, explicabat, inſtillabat, etiam hebetioribus; quo vero indigentiores ad hæc prima doctrinę chriſtianę elementa perdiſcenda ſolicitiores redderet; munuſculis eos, & deuotis donarijs alliciebat, cohortationibus trahebat, & pertractos, atque allectos neceſſaria docebat, & ſufficienter inſtruebat. *Summa cum diligẽtia Catechiſmũ omnib⁹ explicat.*

III. Manifeſtè proſpiciens, & planè ſeu plenè intelligens Fr. Ambroſius, mala ferè omnia, quę legitimam Fidem illis in limitaneis oris euertunt, & Eccleſiaſticam diſciplinam ſubuertunt, ex infeſta, & damnata radice, ſiue Pſeudominiſtrorum infecta progenie Apoſtatica procedere; procedebat animosè ad campum dogmatici certaminis, & ad litterariam Fidei Monomachiam deſertorum Athletas prouocabat, ardentiùs perquirendo illos, etiam proprios intra domeſticos lares perſcrutando. Cum igitur ſemel Pſeudopaſtorem Manilię degentem, eo appulſus validus Pugil ad luctamen compuliſſet, diſceptationem per totam diem vſque ad veſperā protraxerunt: obſtantibus igitur nocturnis tenebris, ne propoſitis problematibus congruam dilucidationem pro coronide imponerent; in craſtinam futuram lucē proſequendum agonem ſibi inuicem condixerunt. Adfuit, atque in arenam deſcendit condicta hora Fr. Ambroſius, at verò hæreticus Pugil, heſterno prolixiori luctamine fatigatus, deliteſcens requieſcere voluit. Iterum cum Nundinarum celebri die, & hominum frequentia Penuſiam adueniens, coapoſtolico ſuo commilitoni Fr. Archangelo à Moxio commilitans, Pſeudoprædicantium agmen ad ſingularem pugnam interpellaſſent Capuccini college; collecti illi in vnum varia impedimenta prætexantes terga vertere non dubitarunt. *Ann. Chriſti 1601.* *Pſeudopaſtores Hæreticos ad luctamen ſæpius compulit.*

IV. Inſtiabat Fr. Ambroſius Valerium Groſſum Chiotorum Miniſtrum dogmaticis diſceptationibus pulſare; Vnde quadam die Vicum ad illum perueniens coram indigenis, & alienigenis (eò hoſpitandi cauſa diuertentibus) Pſeudopaſtori agonē offert primo verbis, poſtremo ſcriptis: recuſat ille primos vocales congreſſus, & ſecundos acceptare ſe ſimulat, ſed ſuę ſimulationis, extempore, laruis depoſitis, manifeſtam fugam arripuit. Ab eo tamen proſequendo nequaquam deſtitit Frater Ambroſius, quinimmo, cum Dominica quadam proxima die ſubintellexiſſet, Groſſum, & Craſſum deceptorem in Vico Villeſicce (vt aiunt) concionem habiturum, eò duobus cum Caſtellanis Iudicibus aduolat vigilans Pugil Capuccinus, delubrum ingreditur, blaſphemum garrulum garrientem ad finem vſque ſermocinationis exaudit, quã terminata, centum aureorum à Iudice indicta mulcta adſtantibus Sectatis, ſi perſtrependo religionarem perturbarent congreſſum, Frater Ambroſius annotatos, & ſignatos prolatos 38 oblatrante errores, modo ſilenti dece, tori obijcit, & infidelitatis coarguit: coarguentis vero iuſtas redargutiones, & æquas haud ſufferre valẽtes, vel volentes Caluinicolę vniuerſi, vnus poſt alium incipientes à Pſeudomagiſtro reſilientes, velociter receſſerunt. Quibus cum ſtans Catholicus Athleta indecoram ignauiam, & ignorantiam obiectaret, Aurianus quidam Figiēſis Theologaſtri partes propugnandas aſſumens, pugnę ſe obtulit, verùm primo incurſu obiectum ſibi Diui Matthæi Euangelicum illud oraculum: *Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te,* cum explicare nequaquam *Cum Valerio Groſſo Hæretico Miniſtro diſputat.* *D.Matth.c.5*

valuiſſet, propria inſcitia confuſus, præcedentium veſtigijs inhærens, celerrimè & pernix ipſe quoque receſſit.

Deprauatos libellos à quodam mercatore eripit, & repoſuit ignibus concremandos.

Solicitus cum perſtaret in cuſtodia, & in excubijs cum inuigilaret ſolerter, ſtudioſè, opportunè excubabat Fr. Ambroſius, obſeruans perduellium conamina, nempè mordentem in ſilentio ſerpentem: offendit igitur aliquando mercatorem quemdam, aſperioribus illis in regionibus, indocibilioribus Petronibus illis libros venditantem, quos cum perſcrutatus fuiſſet, animaduertit, deprauatos ſibiliorum codices à Nebulone circumferri; quamobrem ordinariæ Iuſtitiæ Tribunali delato venditore per legitimos adminiſtros interdictos libellos ſublatos, pro ſuo Apoſtolico munere, retraxit, & repoſuit ignibus concremandos. V.

Vt Hæreticorum violentos, & nefarios conatus retunderet, Taurinum aduolat ad Carolum Emmanuelem.

Solerti igitur aſſidua vigilantia excubando animaduertit grauiora, atque perniciosiora Sectariorum aduerſum Eccleſiaſticum Regnum, & contrà ſeculariæ iura iniqua molimina in dies multiplicari, & inualeſcere: quare vnà cum Fr. Archangelo, coarmigero excubitore Perruxinæ in ſtatione conuigilante, opportuno de remedio conſultando, ambo pariter eam in communem ſententiam conſenſerunt, vt Taurinum pariter conuenientes, vtriuſque Principatus poteſtatibus violentos, & nefarios hæreticorum quotidianos conatus annunciarent; quod & nulla interpoſita mora iter arripientes, & Taurinum peruenientes, fideliter præſtiterunt. Nec deſtitit, aut defuit Catholicus Princeps periclitantis fidei diſcrimini extempore accurrere. Primario namque Senatorio Præſidi Bartholomæo Martino, viro religioſo, ac pio tranſmiſit in mandatis, vt quamprimùm opportuna ad hoc ſua auctoritate, temerarios perduellium auſus retunderet. Quare ille Senatore Silano, viro experto, & prouido delegato, cum adueniens iſte Sectarios Vallicolas multiplicis tranſgreſſionis reos reperiſſet, grauiori mulcta tráſgreſſores coercuit. VI.

Ex ſibi erogato ſtipendio miſellis caritatiuè ſubuenit, & inceptam ædificatione proprij domicilij promouet

Spiritualem potiorem Eccleſiaſticam ſtructuram, omni qua poterat, quidem ſolicitudine curabat Frater Ambroſius, temporalem tamen neceſſariam haud negligebat: eleemoſynarios namque, ex Apoſtolico ærario, ſibi erogatos quotidianos cenſus, gemino ſpeciali in opere erogare voluit. Primo in egenorum, pupillorum, viduarum, ægrotantium, & patientium neceſſitatibus vrgentioribus ſubleuandis, omni qua valebat liberalitate, atq; humanitate cunctis compatiendo, & ſuccurrendo laborantibus ſiue miſeris proximis. Secundo in proprij domicilij ædificatione, ab anteceſſore incepta, promouenda, & pro virili conſummanda: quò aſperiore illa Perreriana in cuſtodia inuigilantibus, idoneum ſaltem licèt humillimum habitaculum ſuppeteret, in quo requieſcerent poſt iuges conſuetos exanthlatos labores. Laborauit igitur ipſe, vt poſteris religioſe quietis locum pararet, ſicque Apoſtolico in opere multipliciter elaborando, Euangelici Miniſterij annualem curriculum compleuit. Plura præſtiturus niſi ab obedientia auocatus receſſiſſet. VII.

CALCVLVS XII.

Fr. ISIDORI à BVSCA Concionatoris, per annum 1621.

Ann. Chriſti 1621.

Laborioſa induſtria ſ hac tertia Miſſione Fr. Iſidori à Buſco.

PRoficiebat in dies, circiter hæc tempora, puſillus Catholicorum Grex, inter numeroſos perduellium Lupos in Nigra Sancti Martini Valle, & numero, & religioſa chriſtiana pietate: conteſtantur enim ex Vallicolis quidam, quòd primæua in fundatione Apoſtolatus Capuccinorum, cum vix exiguę viginti fidelium familię ſubſiſterent, enitentibus viriliter, & hactenus Euangelicis Operarijs collaborantibus, iam quinquaginta enumerabantur, Petrones illos laborioſe manſuefacientibus Capuccinis, inter quos Fratrem Iſidorum à Buſca, iam tertiò inibi operatum, connumero, cuius egregia facinora calculare proſequor, de quo vltra conſueta miniſterij ſacri exercitia prædicandi, Catechizandi, inſtruendi, ſpiritualia diſpartiendi, diſputandi, reijciendi, ſiue confirmandi; vnum mihi recenſendum opus ſingulare ſupereſt, Templorum nempè, ſiue ſacrarum Ædium inſtauratio, cui ſolicitus hic Leuita ſtudioſe incubuit, inſiſtendo, aſſiſtendo tum perſonali ſeruitio, tum reali pecuniario ſubſidio. Quę enim religioſè militantibus, pro commeatu ordinario, ſtipendia congrua præſtabantur, impendebat ille excubialibus in Eccleſijs, ſiue Sacellis vel reſtaurandis, vel exornandis, ita vt vnicum per annum, tertia hac pro Miſſione ibi commoratus, bona plurima operatus fuerit, quę diſcreta hactenus non accepimus, vnde, & indiſtinctę illius ennarrationi in diſcretum terminum imponimus. I.

CALCV-

CALCVLVS XIII.

Fr. IOANNIS BAPTISTÆ VERZOLIENSIS Concionatoris, per ann. 1623.

I. GEnimina viperarum, venenati ſcilicet filij, de venenatioribus parentibus, progeniti hæretici, nempè de Apoſtaticis deſertoribus procreati, Subalpinis his in Conuallibus deliteſcentes Sectarij, quò monſtruoſos ſuos religionarios edant conceptus; non ceſſant in dies, piç Matris vterum dilacerare, ideſt Catholicç Eccleſię viſcera diſcerpere ſeditionibus, ſchiſmatibus, vtrique Dominationi reluctando, ſimul & inobediendo. Vnde legitimç iuſtitię bis acuta ſecuris autumnali, hæreticali arbori Caluiniſticç, bis mortuç plantationi, ſiue Synagogç exterminium hoc tempore comminabatur, ob violata ab Accolis Lucernenſibus, Concaluinicolis Ducalia Iura, haud diſſentientibus Perrerianis ſeu Peruſinis. Quamobrem Nigrç Vallis Incolis, vt ab ira ventura fugere demonſtraret, à Sectaria impietate recedendo, miſſus venit Fr. Ioannes Baptiſta, in omnem illam regionem S. Martini prædicans, & tribuens Baptiſmum Pœnitentię, & catechiſmum reſipiſcentię, in remiſſionem peccatorum, & reſipiſcentiam deceptorum. Erat Fr. Ioannes Baptiſta oriundus à Verzolio, Marchionali Oppido, exortus ex honeſta in ſęculo familia, ſicut lilium inter ſpinas: Hic opportuno tempore Capuccinorum inſtitutum profeſſus, egregius etiam Seraphicç Regulç profeſſor euaſit. Conſcientię integritatem coluit; Ideo veluti regularis diſciplinę zelator integerrimus Guardianatus officio aliquoties functus legitur. Quia verò Theologus haud mediocris, eximiuſque ſacer orator inter ſuos habebatur; propterea Apoſtolico muneri deputatus Perreriana hac in ſtatione operaturus, & propugnaturus aduenit, anno preſenti, tertio, & vigeſimo poſt ſexeenteſimum millenum.

Ann. Chriſti 1623.

Turbulentis his temporibus miſſus venit Fr. Ioannes Baptiſta.

II. Fuit igitur homo religioſus miſſus à Deo, ſeruato Hierarchię ordine in Eccleſiaſtica Miſſione, cui nomen erat Ioannes Baptiſta: hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine ſedentibus in tenebris, & vmbra mortis, Nigrę Vallis incolis Hæreticis. Primarij igitur Præcurſoris ad inſtar, veluti lucerna ſuper candelabrum Apoſtolici miniſterij poſita, voluit & lucere, ita & ardere. Tamquam ergo accenſa lucerna ardens, & lucens cœpit charitatis facibus agitatus, proximorum ſaluti efficaciter incumbere laudabilibus ipſe, & pietatis operibus priùs inhęrendo ſe ipſum bonorum operum exemplum, ſiue exemplar populis præbendo, tum lucere de ſublimi proſecutus eſt, Euangelicam Prędicationem feruidè exercendo, dilucidè verbum Dei proponendo, propoſitum Catholicè explicando, explicitum validè confirmando, veritatem efficaciter affirmando, ſectariaſque impietates infirmando: non ſermocinationibus ſolis quinimmò, & eò magis diſputationibus publicis, & priuatis aduerſarios Pſeudoquedo ctores precipuè infidelitatis, & falſitatis palam coarguendo, acriter demonſtrationibus perurgendo. Cum enim plurimùm ſcholaſtica Theologia valeret, pollebat litterarijs viribus, & ſacris litteris ſacrorum deprauatores confundere, acerrimè perfidos abigendo, & docibiles alliciendo, ſeductos reducendo, inter quos à Fr. Ioanne Baptiſta reductos, tres ſolos diſtinctè, & ſingillatim conſignatos, inter ad nos tranſmiſſa monumenta reperio.

Omnia exercet Apoſtolatus officia.

III. Inſiſtebat equidem Capuccinus Leuita incredulorum ſedulę reductioni, nequaquam tamen deficiebat, aut fatiſcebat credentium conſeruatione, quin augmentationi fidelium ardentiùs anhelabat: ad quod, & concionis, & Catechiſmi, & ſacrorum celebrationis, ſiuè Sacramentorum adminiſtrationis adminicula quotidiana opportunè, & importunè adhibebat. Proprio Parocho, & Parochiali operatori cooperando, aſſiſtendo atq; interuiendo. Fideliſſimam namque tàm, ipſe, quàm ſocius Sacerdos nauabant operam; vt honeſtè, & congruè Sacra celebrarentur, & ſpiritualia miniſteria perficerentur Miniſtrabant indefeſsè ſpiritualiter laborantibus ſimul, & corporaliter egentibus pro virili temporalia ſubſidia ſubminiſtrabant. Ægrotis, & infirmis, neceſſaria adminiſtrando ſolabantur merentes, lugentibus ſolatium impendebant, ignorantes docebant, arguebant errantes, patientibus deniq; cunctis ſolamen impendere ſatagebant.

Eius pietas erga Deum, & homines panditur.

IV. Contigit his tempeſtatibus, circa finem vigeſimi tertij, & initium vigeſimi quarti anni currentis ſęculi ſeptimi decimi; vt Carolus Em. I. Dux Sabaudię benignus quidem, ſed, & iuſtus Princeps, Petruxinę Vallis contumaces Sectarios, & inobedientes legum contemptores, quos Iuribus non poterat, viribus coercere, & ad iuſta compellere cum decreuiſſet (vti fuſiùs proprio calculo computamus) militum Catholicorum ſufficiente manu, ſub Sauilianenſis Comitis Camilli Taſſini

Ann. Chriſti 1623. & 1624.

Contumaces Sectarios armis domare nititur Carolus Emmanuel.

ducatu, in Petruxinos immiſſa, proteruos Caluinicolas condigno ſupplicio ſubijcere intenderet; quapropter heretico fœdere bis colligati Petrones Nigri, aduerſus contribules inter eos commorantes Fideles hoſtiliter inſurrexerunt, acerbioribus malis illos afficientes, & diris vexationibus diuexantes, per ſicarios, & gladiatores proſcriptos, inter quos facinoribus inſignis, & impietate celebris, vnus ex eis Iacobus Laurentius, nomine, non hominum modo interemptor ferox, ſed & feralis Diuinorum & Sacrorum contemptor, Sabbato ante Dominicam Palmarum, Perrerij Oppidum predonum armatorum ſectaria manu ſtipatus, Miniſtros Templi agreſſurus, & ſacraria inuaſurus ingreditur: tendit per directum predo furens ad Eccleſiam, & Fr. Ioannem Baptiſtam Capuccinum Sacerdotem ad Altare Sacra facientem offendit, vnde Demoniaco furore impulſus, ad Sacrificantem accedit, cumque Sacroſancta peragentem minaci voce, & truci vultu talibus excandeſcendo interpellat: Quid hic agis Fr. Nebulo? feſtina, accelera, hinc egredere. Conſtans igitur Sacerdos, prudens Miniſter, cum iam oblatas ſpecies panis conſecraſſet; minitantem, & debachantem inuaſorem blandis cicurare conatur, humiliter poſtulans; vt perficiendi Sacrificij ſibi moras concederet, quibus expeditis, expeditè eum conuenire pollicetur, vt poſtulata eius intelligat. Acquieſcit Predo, & Sacrificulum Capuccinum Sacrificium Miſſę perficere permittit: quia interim Altaria Eccleſię ipſe diripere, & expoliare aggreditur, & proſequitur, Sacram ſupellectilem vniuerſam aſportando, dum Fr. Ioannes Baptiſta abſoluto intrepide Sacro, Sacris paramentis, Calicemq; pręcipuè in abſcondito repoſitis, gratijs Deo de more actis, ſeque ipſo, & Sacro Templo, atque Eccleſia, necnon fidelibus Domino cōmendatis; ad Caluiniſtam Sicariũ prę foribus Templi blaſphemias vomentis, & longiores moras ſufferre non valentis egreditur; quidq; ab eo quęrat nefarium hominem interrogat? ille, inter ferocientes ſatellites ferro onuſtos, conſiſtens, Apoſtolicum virum primò iniurijs, poſtea minis excipiens, frumenti certam quantitatem, ſub capitis interminatione, ab eo ſibi ſuppeditari poſtulat, & imperat: ille Capuccinorum notam pauperiem obijciens, poſtulationem reijcit, verùm in religionem, & religioſum furens hoſtis immanis, tandem ſuperuenientis Rectoris Eccleſiæ pollicitationibus manſuefactus, Fr. Ioannem Baptiſtam Concionatorem dimittit, vt ſocium Fr. Ioannem à Sauiliano Sacerdotem, in itinere Peruſia Petretum reuertentem aggrediatur, & diuexet (perrexerat ille eò Sacroſancta Myſteria celebraturus, abſente Capuccino Vigilę, qui ad Caſtra Catholica, Sanctum Germanum Verſus Sacramenta adminiſtraturus acceſſerat) obuium igitur ſibi factum pauperculum Sacerdotem adoritur iniurijs, terriculamentis, iniurioſis, & terrificis tractationibus, caputio appræhenſum Sicarij hùc illùcq; pertrahunt, impellunt, deijciunt, arma pectori admouent, mortem in momenta indicunt: ſecum interim per inuia perducentes; Vnde niſi à quodam mitiori homine Caluiniſta arte ex eorum manibus ereptus fuiſſet, vix necem à gladiatoribus ſæuiſſimam, & diuturniorem effugiſſet. Verùm haud impunis euaſit ſceleſtus ſicariorum Dux, & Anteſignanus Iacobus Laurentius, dum enim innoxium Religioſum ſibi ereptum, denuò ad necem furendo conquireret; grauiori caſu corruens, alterius brachij fracturam ſuſtinuit, & ſic ab vlteriori infeſtatione abſtinuit.

Fr. Ioan. Baptiſta ad Altare Sacrificans à Sicario proſcripto pdone ferociente inuaditur.

Frumēti certam quantitatem à pauperculo Miſſionario ſub capitis interminatione ſibi ſuppeditari imperat Sicarius.

Ann. Christi 1614.

Inuaſor, Miſſionario dimiſſo, ei[9] ſocium aggreditur Peruſia Perreriũ reuertentē, terrificiſque tractationibus diuexat.

V. Sub his diebus, excucullatus quidam ſenex, dierum malorum inueteratus, ſemel, & iterum Apoſtata à Clauſtro, & ab Eccleſia, olim Concionator, atq; Sacerdos, modo ſacrilegus vxoratus Ludimagiſter, & ſacrilegiorum Miniſter, dum frontis, ſed magis mentis luminibus orbatus, grandæuus domi ſedens, deceptis Peruſianis Caluiniſmi profeſſoribus hæreticalia, atq; auernalia conſultus reſponſa redderet, extremum in morbum incidit: ad quem propterea funeri appropinquantem inuiſendum ventitabant deſipientes filij Sathanæ, interquos etiam aliquando aſtabāt filij Dei, verę fidei cultores Coopidani: Quapropter ſuæ Sectæ fauere præcupientes Caluiniſtæ, coram Catholicis iam, iam veritatis infallibilis Tribunali aſtantem Fr. Eliam (hoc enim nomine Allophilus ille ſpurius vocabatur) quam de duabus, veluti veram, vel falſam religionem recipiendam, aut reijciendam conſuleret interrogauerunt? Quibus extempore; præter omnium expectationem, reſpondit: vos omnes ſectarios æterno ſupplicio addictos adiudico, damnatos video, extra ſpem cenſeo. Verum enimvero confuſi diſcipuli, cum delirium, & deliramenta promentem ſenem ſuſpicarentur, ſubmiſerunt præſentes viros credentes, qui & ipſi eiſdem verbis illius ſenſum de Romana Religione quærerent. Quibus Elias, licèt cęcutiens, & moriens, illico ſatisfaciens dixit: State in Fide: In vocatione veſtra permanere: In veſtra Eccleſia perſtate. Tunc ex Catholicis vnus ſuſcipiens addidit: En Fr. Elias amabò ediſſere nobis profitendæ Fidei Problema, nam ſi Caluiniſticam Papiſtica potiorem indicas, tuæ directioni proculdubio acquieſcemus, ad tuas partes tranſgrediendo: Quibus altiori voce conclamando redixit: abſit, abſit, nequaquàm hoc erit vobis; quin ſi mihi damnato, & deſperato concederetur, impietate deierata, ad Orthodoxam veritatē me recipere,

Excucullatus dupliciter Apoſtata in vltimo vitæ termino conſtitutus, Verã Fidē Cath. Romanã confitetur.

Vltronea cōfeſſione moritur.

ſed

ſed en reprobus, inter hædos reiectus, morior. Tunc emorientis Præsbyteri exaudita vltronea confeſſione erubeſcentes increduli, & conualeſcentes Fideles diſceſſerunt. Defuncti inde poſtmodum Expræsbyteri cadauer Caluiniſtæ, quaſi Eccleſiæ legitimę Matri reſtituere volentes impio ſacrilegio, intra Sacros Sancti Martini limites, ſepelierunt. Vnde compręhenſi à curia Sacrorum violatores, exhumato, & proiecto Anathemate, congruis mulctis correpti pęnas debitas perſoluerunt.

CALCVLVS XIV.

Fr. BONAVENTVRÆ TAVRINENSIS Concionatoris per annum 1624.

I. Ann. Chriſti 1624.

DEferueſcente aliqualiter hereticabile, & atra Sectariorum rabie, quoquomodo quieſcente. His in Conuallium receſſibus, per conſenſum partium tumultuantium ſeditione olim efferueſcentibus, Eccleſiaſtici regiminis in ſpecula conſtituti Pręſules, ad has Perrerianas excubias cuſtodiendas Fr. Bonauenturam, Taurinenſem Concionatorem deſtinarunt, ex induſtria: quia enim admonebat Pittagoras: Ignem ferro ne lęſeris? ſi enim exacerbato animo durus, & accutus aduerſarius occurrat, multa ex huiuſcemodi occurſu, vel incurſu ingentia mala recurrunt. Atra igitur, pluſquam flaua, bile exagitatis Petronibus iſtis Fr. Bonauentura opportunus accurrit, vir natura pacificus, temperamento flegmaticus, potiùs quàm bilioſus, virtute manſuetus, & humilis: Profeſſione longanimis, atq; tranquillus, qui pijs, religioſiſq; operibus magis quàm prolixioribus ſermocinationibus proximo vtilis apparere nitebatur. Hic igitur Capuccinus Athleta, & Apoſtolicus operarius Perrerium cum appuliſſet; expellere aggreſſus eſt à petreis cordibus, & animis incolarum Caluinicolas impietates: pijs Catholicę Religionis Miniſterijs inſiſtendo. Primùm enim Orthodoxos fideles, & legitimos Sanctę Matris Eccleſię alumnos confirmare ſtuduit: deinde Nouercę Synagogę ſpurios natos infirmare curauit, conſueto de more, vel de munere concionando, ſermocinando, diſputando, dogmatizando, Catechiſmum tradendo, Euangelica Oracula, & ſcripturas diuinas explicando. Publicè docebat, priuatim monebat, cunctos ſiuè fidei, ſiuè morum erroribus deuios reducere ſatagebat. Charitatis opera vniuerſis impendendo, & Sacra Myſteria, ſiuè Sacramenta conuerſis adminiſtrando, ſtabat in Euangelico opere; Circuibat pro Apoſtolico munere; laborabat pro concredito ſibi onere: vt Diuinas leges, & ſuas in officio partes adimpleret, donec complerentur dies ſuę ſtationis, in quibus ſolitarium vnum reducem ab eo Eccleſię reconciliatum, inuenio.

Fr. Bonauentura in ſibi demandato officio ſuas partes adimplet.

Vnũ tantummodo Eccleſię reconciliat.

CALCVLVS XV.

Fr. PAVLI TAVRINENSIS Concionatoris, per annos 1625. 1626. 1627. 1628.

I. Ann. Chriſti 1625.

IVbilabat quidem, nouo hoc ſæculi ſeptimi decimi vigeſimo quinto anno, vniuerſalis Eccleſia, & communi ſpirituali lætitia Catholicus Orbis vniuerſus perfundebatur, ob indicti ab Vrbano VIII. Pleniſſimi, & generalis Iubilei ſolemniorem celebrationem: verùm lugebant Heſpericis his, extremis in oris ſpeciales quædam Eccleſiæ, ob nequiter inflictum, vel inuectum à Pſeudopaſtoribus, verè Impoſtoribus Orthodoxę veritati hæreticum vulnus, iam iam tabificum vlcus effectum, quo lethiferè promiſcuo Subalpinarum Vallicolarum vulgo, haud vulgariter laborante, ſchiſmatibus ſimul, & defectionibus in dies magis, ac magis agitabantur, harum Conuallium Incolę ſeducti: inter quos diris exagitati, haud intra proprios lares, quieſcebant Perreriani: Quinimmò Caluiniſticis manibus arrepti, veluti arreptitij quotidie violentiùs ferebantur in præceps. Quando huic Apoſtolicę Miſſioni Fr. Paulus Taurinenſis ordinatus, & deſtinatus adfuit: vt vaſis electionis ad inſtar portaret nomen Domini, & Orthodoxas veritates proteſtaretur coram illis gentibus, & ſpontaneę errantibus filijs Iſrael, ideſt vltroneis hęreticantibus Petronibus his fidelia dogmata prędicaret.

Fr. Paulus à Taurino miſſus vt portet non Domini.

II. Vbi igitur primùm ad ſibi conſtitutam Cuſtodiam peruenit, & Perrerij in Villa ſtetit, ſpeculator Euangelicus eleuans conſiderationis, & Prouidentię geminos mentis oculos, conſiderans omnem circa poſitam regionem; Perrerij Vallem:

quaſdam

quaſdam veluti in ſtationes, opportunè congruis temporibus, ſibi inuiſendas, & vicissim excolendas diſtribuit. Quas, cùm ſolicitè perluſtrando peragraret, & perſcrutaretur: ſeniores quoſlibet, & dierum antiquiores, quos obuios habere contingeret, interrogabat, ab eiſque ſciſcitabatur cur, vbi, quomodo, vel quando apud eos Antichriſtus, ideſt hæreticus Cacodemon natus fuerit, at illi dixerunt ei: ſingulis in populationibus ex incuria, & diſſidia ſimul, & Sacerdotum ineptitudine, qui Dominica illa in vinea poſiti cuſtodes, vineam ſuam non cuſtodiebant, ſed ſecularibus plus æquò dediti, & incumbentes, ſpiritualia populis adminiſtrare negligebant, quinimmò aſpernebantur; peregrè enim multis temporibus proficiſcentes, & commorantes in dies enaſcentibus paruulis non niſi aliquot poſt menſes, baptiſmatis beneficium impendere curabant: atque defunctis fidelibus exequiarum, ſiue funeris officium, prolixiores in dies perendinabant: adultis Fidei neceſſaria rudimenta nequaquam impendebant: nec egentibus ſpiritualia ſubſidia miniſtrabant. Vnde veluti laſciuientes vituli, vel arietes adoleſcebant iuuenes, pecudum more errabant viri, & iumentorum morte extinguebantur ſenes, miſerrimèque per viam perditionis gradientes, ducebant dies ſuos vniuerſi fideles. Quamobrem ſuperuenientibus Barbis, ideſt Pſeudodoctoribus Vualdenſibus, Lutheriſticis, tandemque Caluiniſticis nouos ritus, recentiaque dogmata illis nunciantibus ſimul, & ſectaria miniſteria ſolicitè derelictis proprijs à Paſtoribus, exhibentibus libentiſſimè & manus, & nomina dederunt: deceptorum placitis acquieſcentes. Quos, talia commemorantes, cum Fr. Paulus inſipientię redargueret, & ad reſipiſcendum commonefaceret, atque ad priorem legitimam Matrem Eccleſiam regreſſum neceſſarium pluribus eſſe demõſtraret: detrectabant illi, probabiliter ſe pertimeſcere, aſſerendo, ne ſimilibus Paſtoribus iterum traditi, conſimilia damna denuò paterentur: ſalutaribus adminiculis penitus deſtituti, eò quòd Præsbyteri non in montanis laborare, ſudare, & algere; ſed in complanis commodis, & voluptatibus indulgere appetant (aiebant illi) Interalpinę autem noſtrę, aſperiores hæ regiones toto ferè anni tempore niuibus, & glaciebus rigidè albeſcunt, quapropter ne modò Romanę, modò Caluinianę Eccleſię adhærere, vel repugnare, inhoneſta cum inconſtantię nota, contingat, in nouiter accepta credulitate perſiſtere cogitamus.

Ex deſidia, & ineptitudine Sacerdotum introducta hęreſis hac in Valle.

Memorabilia ſunt, quę Miſſionis ſuę decurſu & præſtitit, & pertulit, & peregit, III.
ac perfecit hic Leuita Seraphicus: qui cum corporeę molis ſtatura puſillus eſſet; quantitate virtutis inter magnos, quin maiores maximus euadere nitebatur: vnde ex quò in miniſterium venit, nullam requiem habuit caro, vel ſpiritus eius: neglecta namque & aſperitate viarum, & temporum inclementia, nulla commoditatis, aut ſanitatis, ſiue etiam corporeę neceſſitatis, atque exigentię, habita ratione, per niues, per aquas, per gelu conſtrictas vndas nudipes, ac pedeſtris peruadens, imperuias brumalibus angoribus alpeſtres regiones penetrabat, non diebus modò, ſed noctibus quoque peragrando circuibat: prædicans Euangelium Regni, tyrannicam Pſeudoeuangelizantium vſurpationem vt eijceret. Credentibus igitur, & non credentibus, ſapientibus, & inſipientibus, ſeu potius deſipientibus loquebatur, ſermones Dei, tanquam ex virtute, quam illi adminiſtrabat Deus. Publicè in Templo, in foro, per vicos, & per domos fiducialiter proloquebatur verbum Euangelij: legitimam Eccleſiam demonſtrabat, adulterinam reprobabat, ſacra dogmata explicabat, rudimenta fidei omni humanitate, & facilitate, aut pro concione, aut pro catecheſi tradebat ſolicitè: Accedentibus, ſiue opportunè, ſiue importunè ſacramentalia, quin Sacramenta Pœnitentię ſimul, & Euchariſtię indeſinenter ſubminiſtrabat infatigabiliter: interpellantibus, & ad ſe recurrentibus cunctis accurrebat, opitulabatur, plenèque ſatisfacere ſatagebat, ſpiritualibus animarum neceſſitatibus ſuccurrendo.

Ann. Chriſti 1626.

Vt Hæreticos Chriſto lucrifaciat, ſpiritualia omnia omnibus exhibet.

Nequaquàm tamen corporalia charitatis officia propterea negligebat, quinimmò IV.
egenis, & indigentibus cunctis pro virili opportuna, & quotidiana ſubſidia miniſtrabat: atque vnico greſſu geminos progreſſus vt aſſequeretur, eleemoſynarias elargitiones profuſiores, feſtiuis diebus, tempore catechiſmi paruulorum, ſiue ſimplicium ſtudioſè erogare conſueuerat; vt ad corporalem cibum percipiendum ventitantes, etiam ſpirituali refectione confortati regrederentur. Ægrotos tam fideles, quàm perfidos ſolicitus inuiſebat, atque patientibus, ſolicitè miniſtrabat, aſſiſtebat: mœrentes ſolabatur, ægritudinis moleſtijs, & morbi doloribus preſſos, & coanguſtatos blandis demulcere ſtudebat: atque humanioribus compaſſiuæ teneritudinis demonſtrationibus, angoris vim diminuere conabatur, fidelibuſque præcipuè, quibus vſque ad extremum halitum inſeruiendo aſtabat, agonizantes viriliter adiuuando, morientes pijs officijs proſequendo, & defunctis iuſta perſoluendo, pauperculiſque ſignanter.

Nec charitatis officia egẽtibus prętermittit.

Charitatem quidem erga proximos omnimodam exercebat, ſed non minori V.
ſtudio pietatem in Deum colebat: ea enim quæ ſunt Diuini cultus apprimè cura-

bat:

bat. Reuerendo in primis Parochialis Eccleſiæ Perreti Præpoſito, D. Ioanni Faſcio obſequioſius in cũctis ſacris miniſterijs perpetuò fideliter adfuit inſeruiendo, operando, atque cooperando. Sacroſancta vt miniſteria honeſtè decorèque celebrarentur; Inſiſtebat celebrationi ſolemni Miſſarum, atque Diuinorum Officiorum indeſinenter aſſiſtebat. Ad hæc præindicatum Pareciæ Rectorem impulit; vt cooperatorem Sacerdotem in Capellanum adſciſceret, & congruo ſtipendio conduceret, aliaque non parua pia opera religionis, & charitatis vt patraret, adhortatus eſt, qua præſtabat humili, & benigna, efficacioriqúe ſuadela. Ipſe à pio militię Duce, D. Onuphrio Truchieto, Vallis Condomino, dono acceptum peruetuſtum Sacellum, in Parochiali Templo poſitum, & ruinę iam proximum inſtaurauit, reſtituit, & congruenter ornauit, decentique ſupellectile ſacra ditauit, ibique temporum iniuria iàm iàm ferè collapſum Sacratiſſimi Roſarij pium Sodalitium, adſcito à Pineroliensi Cœnobio Sacri Prædicatorum Ordinis Religioſo viro, ad hoc facultatem habente, iterum maiori quàm antea ſplendore decoratum excitauit, atque reſtituit. Tumulum in Confratrum ſepulturam ibi conſtruendum curauit: elegantem quamdam D. Caroli piam Iconem, ſibi gratioſè à Reuer. D. Henrico Reſſano Abbatiali Vicario donatam; alteri cuidam ſacrę Aræ eiuſdemmet Parecię attribuit. Ingentes ligneas Cruces per & Montanum, & Vallarem Nigræ Vallis agrum, pluribus in locis, in Fidei Catholicæ trophęum erexit. Tandem Capuccinorum ſtationis domum à ſuis prædeceſſoribus initiatam, & ad aliqualem perfectionem redactam, ipſe abſoluit, & compleuit, primuſque in ea domicilium Religioſorum poſuit: comparatis pluribus neceſſarijs Apoſtolico Miniſterio Theologicis, & Concionatorijs codicibus. In

Ann. Christi 1617.

Rodoreti Vallecula, ſupra Perrerium quatuor milliaribus conſtituta, incoluit homines naturalis quidem conditionis ſatis humanæ, ſed Caluiniſticæ profeſſionis tenaces, apud quos D. Laurentio ſacrum quondam Sacellum ex parte vetuſtate, ſed in totum ferè hæretica impietate dirutum perſtabat: illud vt è ruderibus erigeret, atque in priſtinum reſtitueret, plurimùm laborauit Fr. Paulus, eoque aptè ſatis exornato, & inſtaurato, captata opportunitate proprij diei feſti, eò cum turba populorum ſe contulit Leuita Capuccinus, & ingenti Catholicorum gratulatione Miſſæ ſolemnioris ſacrificium, & Diuina Officia de Catholico more inibi celebrauit, vnde per dimidium ſæculum iam penitus exulauerant.

VI. Pietatem Orthodoxam firmiùs vt ſtatueret; hæreticam prauitatem deſtruere ſatagebat. Ideò impietatis profeſſores vniuerſos quidem reducere ſtudebat, verùm Schiſmaticæ, atque Caluiniſticæ defectionis Aſſertores, Pſeudoapoſtolos adoriri, fugare, vel ſaltem frænare, ſi non ad meliora reuocare nitebatur. Vix igitur Perretum appulſus animum applicuit; vt manum conſereret cum Valerio Groſſo, cuiuſdam Expræsbyteri nato, Chiotorum Pſeudopaſtore, cum quo pacificè adeò, & manſuetè congrediebatur; vt congreſſu in familiarem conuerſationem commutato; cum libenter Valerius Fr. Paulo Capuccino auſcultaret, ex domeſtica, & frequentiori ipſorum collocutione ſuſpicantes Antiani; ne Groſſus ſubtiliter perſpiciendo, ſibi proſpiceret, Orthodoxas veritates recognoſcendo: illum, licèt à tribus iam ferè luſtris inibi commorantem ſtatuto in domicilio, ſtabilibus bonis inſtructo, & numeroſiori familia conſtructo; abire attamen exinde coegerunt, atque ad Lucernenſem Vallem tranſmigrare compulerunt. Ipſi verò Gebennam mittentes alterum impoſtorem Miniſtrum ſibi prouideri popoſcerunt. Vnde in Valerij Groſſi locum Antonium Legierum acceperunt. Benè, & congruè craſſitiem hæreticorum leuitas ſequitur: leuitatem namque ſuperbiæ, craſſitudo ignorantię conſequitur; Quod liquidò in hoc nequitię Miniſtro apparuit, vt ex mox referendis conſtabit.

VII. Aduenièns igitur à Gebennenſi Conuentu Antonius, peſtilentialis errorum Cathedræ ſeſſor vaferrimus, ſingulari Vallicolarum, ſeu Perronum plauſu fuit exceptus, à quibus haud poſt diuturna tempora extitit eiectus, leuioris namq; & inconſtantis propoſiti cum agnoſceretur, nouitatum, & turbarum amator, ſuis odioſus, Catholicis ridiculus cum euaſiſſet; ad Gebennenſes nouatores regredi coactus fuit. Vbi primùm igitur hic errorum Archimandrita hæreticali in arena, in Nigra Valle comparuit, apparuit Catholicus veritatis propugnator Capuccinus, pluries eum ad religionare dogmaticum certamen prouocans, coram igitur aſtante populorum multitudine, cum litterarijs ſagittis mutuò ſeſe impeterent, ſæpè ſæpiùs Legierus ſauciatus veritatis Orthodoxę acumine, cum diù reſiſtere, & in vero perſtare iam non valeret; ex Græcis Hebręijſq; codicibus teſtimonia adducere nitebatur. At cum vtriuſq; illius linguæ peritiam, ſicut & latinę veritatis ſcientiam ignoraret, breui effingentis deprehenſa calliditate atq; vafritie, diuerticula erroris quærere, non Fidei Oracula aſſerere conuictus eſt. Quare iniurijs, calumnijs, ſcommatibus, atque indecoris deriſionibus religioſum Antagoniſtam confundere conabatur. Verùm nauſeantes adſtantes verſipellis perfidi impudentiam, ver-

Pietatẽ erga Deum ſummoperè colit

Capellanum Sacerdotem Præpoſito Parecię in ſubſidium adiũgi curat.

Peruetuſtũ ſacellũ dono acceptum in Paroch. Tẽplo inſtaurauit, & ornauit

Sodalitium Roſarij iterũ reſtituit, aliaq; plura perfecit.

In trophęum Fidei Cath. per agros, & montana, ingentes Cruces ligneas erexit.

Miſſionis domum ad perfectionẽ redegit, & iam primus habitauit.

Sacellum S. Laurentij in Vico, ſeù Vallecul. Rodoret inſtaurauit, & in die feſtiuo eiuſdẽ Sancti ſolẽniter Miſſam, & Diuina Officia celebrauit.

Cum Valerio Groſſo Pſeudopaſtore, ex frequẽti manſueta cõgreſſione familiaritatẽ cõtrahit, Hæreticis, ſuſpectam: Valeriũq; abire cogunt, adſcito ſibi alio miniſtro.

Miniſter Legier ad dogmaticũ certamen à Fr. Paulo prouocatus, illius cuminò reſiſtere nõ valens teſtimonia Græca, & Hæbraica proferre nititur.

Ignorantior adducit, & poſtremò iniurioſis calũnijs, & irriſionibus confundere conatur.

beribus illum reprimere decreuerant, niſi pacificus Capuccinus rationabiliter in-
dignantium manus repreſſiſſet.
Contigit aliquando, vt Perrerio Pinerolium,cum ſocio pergentem, Pinachiæq; VIII.
per Pagum pertranſeuntem,in itinere cum quidam Pſeudopaſtor adoriretur. Pri-
mo namq; exteriori ex deſpecto habitu, & humili inceſſu, nudipedes, & pedeſtres
geminos religioſos conſpiciens, binos fraterculos naſutus Ariſtarchus exiſtima- Ann. Chriſti
nit: Vnde petulanter in campum progrediens, deridendos (vt opinabatur) aduer- 1627.
ſarios laceſſit. Verùm vbi ex argumentorum & reſponſionum robore non Therſi-
tem, ſed Achillem ſe nactum offendiſſet; aggreſſorem temerariæ aggreſſionis, &
certaminis pænituit. Vnde cum per quatuor horarum ſpatium producto feruen-
tiore congreſſu; de interceſſione Sanctorum; Summi Pontificis auctoritate; de
Purgatorio; & religioſorum votis validioribus ratiocinationibus, perurgente Fr.
Paulo, iam obſiſtere haud valeret inuaſor, Caluiniſticus Thraſo inhoneſta, &
turpiori propoſita conditione, rogabat ea, quæ pacis ſunt. Ad caſticolas enim
Capuccinos conuerſus aiebat: Eia amici, digladiationibus dimiſſis, monitis meis
acquieſcite, binos vos florida adhuc in iuuenili ætate conſtitutos cerno, date ma-
nus, & geminas, ex elegantioribus, puellas diuites in vxores vobis tradendas pol-
liceor. Cui indignabundus, haud ſine ſtomacho, reſpondens Euangelicus profeſ-
ſor varijs extempore Sacræ Paginæ Oraculis deductis,petulantiam,atq; laſciuien-
tis deprauatoris proteruiam obiecit, eo quod turpis lenocinij potiùs, quàm Euan-
gelici Miniſterij munere fungeretur, virginitatiſq; atq; caſtitatis candidam inno-
centiam, tantopere Diuino teſtimonio commendatam deturpare profiteretur.
Quare erubeſcentes cum Anteſignano corruptores Hæretici aſſeclæ receſſerunt;
exultantibus Fidelibus aſtantibus. Qui Capuccinos viatores humanè excipien-
tes, opportunè refectos ad propoſitum iter dimiſerunt.

Protracto p quatuor horarũ ſpatium congreſſu cũ quodam Miniſtro, nõ valenti reſiſtere, eos ambo, Miſſiõ. & Socium ad turpia allicere ſategit.

Ex quibus, & conſimilibus Catholicæ veritatis tropheis, de ſectaria impietate IX.
publicè reuectis à Fr. Paulo; grauis adeò, & perurgens timor Pſeudodoctores il-
larum Vallium inuaſerat; vt etiam oblatum, & inſtanter ab eo propoſitum certa-
men refugerent toto & mentis, & pedum conamine. Ex illo namque tempore
Capuccini ſtationarij Fr. Pauli occurſum, vel incurſum ſtudioſè adeò deuitabant;
vt ne illi fortè fortuna occurrerent, etiam longiora, & aſperiora diuerticula quæ-
ritarent,per alpeſtria & difficiliora iuga gradientes in Vallium aſcenſu vel deſcen-
ſu. Quinimmò cum generoſus Athleta ex induſtria, etiam intra proprios lares,
& limites eos aggrederetur, terga vertebant; quod ſignanter illi accidit frequen-
ter cum Miniſtris Pralium, ac Manillæ: quibus ſicut, & alijs, aliquando prædicanti-
bus, & ſacrilegia miniſtrantibus ex inopinato ſuperueniens; eorumq; perfidiam
obijciens,impietatiſq; coarguens efficaciter adeo confundebat; vt ſatisfacere non
valentes opportunitates, & occaſiones prætexentes, aufugientes euaderent.

Terga vertũt ac deuitãt occurſũ Fr. Pauli Hæretici Miniſtri.

Quadriennali igitur agricolatione cum laboraſſet in Perreti agro Fr. Paulus, X.
plenæ meſſis manipulos nonnullos, de proprijs laboribus reportauit. Chriſtia-
nam namque pietatem inter credentes reflorere effecit, & fructificare: nec non ex
incredulis quoſdam ad conſortium Sanctorum, atque Eccleſiæ Catholicæ com-
munionem adduxit: computantur autem numero nouem, inter quos integra vna
familia Pagi Manilia connumeratur, quæ tota ſimul concordi animo, & ſenſu
vniformi Caluino vltimum Vale dicens,Orthodoxo albo nomen dedit, in mani-
bus Fr. Pauli. Quot verò, & quales tempeſtates,perſecutiones,diuexationeſq; à Sa-
thanæ aſſeclis excitatas ſimul,& exercitas pertulerint pauperculi hi Neophyti, vix
facilè fuerit, enarrare; protinus namque Sectariorum Antiani, Diaconeſq; facto
impetu, ad reducum habitacula peruenientes, & blandis allicere, & aſperis adige-
re ad antiquos errores, omnimodiſq; artificijs reducere conabantur. Quin ipſe Ann. Chriſti
Pſeudopaſtor, tantopere ouiculas illas ex ore Leonis euaſiſſe doluit; vt ferociens, 1628.
& furens eo perueniens acerbioribus adeò minis conuerſos pulſauit; vt niſi denuò
peruerterentur, proprijs ipſius manibus excitandum incendium viuos eos paſſuros
minitaretur: Vnde huiuſcemodi Dæmoniacis furijs exagitati Tyrones in Fide, fa-
cilè à Catholicis Caſtris reſilijſſent, niſi eis preſtò adfuiſſet validus Agonotheta
Fr. Paulus, qui validioribus ratiocinijs, & rationalibus efficacioribus ſeruilem
timorem humanum excutiens, Diuinumq; amorem ſimul, & iuſtum terrorem in-
cutiens illos in acceptata veritate Orthodoxa conſolidaſſet, ne verò iterum,à per-
fidis perturbarentur,aut à Fide deturbarentur; Caluiniſticæ Synagogæ Anteſigna-
nos, ipſumq; præcipuè infidelitatis aſſertorem Miniſtrum conuenit, eiſq; Diuina
& humana iura, ſpecialiter Ducalia obijciens, Principis iuſtam indignationem il-
lis comminatus eſt, niſi à violentia reducibus inferenda abſtinerent. Ea namque
perterrefacti quàmplurimi retrahebantur, ne agnitam legitimam ad Eccleſiam ab
adultera Synagoga ſe transferrent.

Nouem numerãtur animæ Deo acquiſitæ.

Quas pertulerit perſecutiones vna familia paupercula Catholizata.

Præſto adeſt Fra. Paulus Catholizatæ familiæ.

Vnde abundantiorem (vt ipſe aſſertiuis notis atteſtatur) longèq; vberiorem XI.
redeuntium ſegetem in horreum Dominicum Fr. Paulus retuliſſet; ſi grauiori

huic

huic incommodo occurrere potuiſſet; nempè ſi oues hæreticè errantes ad legitimum Paſtorem redire, vel ſe conferre cupientes, & de facto regredientes, de furis & latronum manibus, de Lupi, & Vrſi faucibus eripere, & liberare præualuiſſet, eas ex angulo nequitiæ, & impietatis Vallo, nempè de Conuallibus illis eductas in tutum Chriſti ouile transferre valuiſſet. Ideò quia ad Catholica Caſtra refugientibus Ciuitates refugij nequaquam (vt par fuerit) parent, propterea à Catholiciſmo profitendo non pauci abſtinent, ex Subalpinis Vallicolis: inter quos dùm verſaretur Fr. Paulus; ſubintellexit, quinimmò experientiæ oculis perſpexit, ex maleficiorum, & veneficiorum copia quibus miſeri incolæ diuexabantur, plurimos ex Petronibus promiſcui ſexus Magicæ Diabolicæ arte incumbere, infernalibus ſpiritibus damnato fœdere iunctos. Quamobrem vt ſibi concreditam plebem à maleficis, & ſtrigibus liberaret, pij Principis Pedemontani prouidentiam interpellauit, qui eo Curiali Miniſtro viro probo, atq; inſigniori emiſſo, auernales turmas in tartarum retrudere laborauit. Verùm enimuerò, tàm affinis, imò affixa cohæret Hæreſi Magia, vt vix ſe ab inuicem ſeparari permittant: quapropter non prius maleficos, & ſortilegos, quàm Caluiniſtas, & Hæreticos à Nigra Valle expellere poſſibile fuerit. Fr. Paulus igitur haud mediocribus pro Eccleſiâ iam exanthlatis laboribus, per Olympiadem apud Nigros Vallicolas ſtrenuè operatus, alibi decertaturus receſſit.

Abſtinent multi à Catholiciſmo, eo quod non habent locũ refugij.

Laborat etiã contra maleficos Vallicolas F. Paulus.

CALCVLVS XVI.

Fr. GVILIELMI à MONTEREGALI Concionatoris, per annos 1628. 1629.

I. PErurgentibus Romanæ Curiæ multiplicatis mandatis, pro nouo in Cluſonia Valle, Capuccinorum Apoſtolatu ſtatuendo, hoc in vigeſimo octauo anno, poſt ſexcentum & mille. Noſtris in Prouincialibus Comitijs apud Taurinenſem Ciuitatem celebratis, Prouincialis Miniſter Fr. Paulus Maria Aſtenſis, Miſſionum Præfectus, de PP. Diffinitorum Conſilio, Fr. Ioanni Vercellenſi ſtrenuò Euangelico ſtationario, iamdiù in Peruſina Cuſtodiâ excubanti, & pro Cluſonia Valle reducenda enitenti, atq; ad hoc à Sacra Congregatione de Propaganda Fide nominatim electo, & deſignato tranſmiſerunt in mandatis; vt antiquam ſuam Petruxinam ſtationem nequaquam deſerendo, per opportuna tempora Cluſonium Vallium penetrans, in Pratillaſti Valle nouam Apoſtolicam Capuccinorum Miſſionem & conſtituere, & exercere aggrederetur: quod fideliſſimè, & egregiè ille præſtitit (vti ſuo calculo damus) validiùs autem vt perſtaret Fr. Ioannes in cuſtodia, fortiuſq; in agmine religioſo vt dimicaret, fortem validumq; commilitonem in Euangelicas ſuppetias illi mittere voluerunt, Fr. Guilielmum à Monteregali, in Lugdunenſi Prouincia Capuccinorum educatum & Gallico idiomate edoctum: Qui vt opportunè in Euangelico Miniſterio, Capuccino ſuo collegæ collaborare, & cooperari valeret: Perreriana in proxima cuſtodiâ ad ſacras obſeruandas excubias miſſus eſt. Simul igitur Fr. Fr. Ioannes, & Guilielmus conuenientes hic Perrerio, ille Peruſia digreſſi, ad Apoſtolicum opus in vicina Cluſonia Conualle exercendum, atq; validè promouendum per tempora ſiue copulatim, ſiue ſingillatim egrediebantur, nec vacui bonis operibus reuertebantur, cum Apoſtolando incederent.

Ann. Chriſti 1628.

Deſtinatus aſſeritur hic Fr. Guilielmus à Monteregali vt laboret etiã cũ Fra. Ioanne Vercellenſi Miſſionario in Valle Cluſonica.

II. Cum igitur viciſſim, & ſucceſſiuè & in Cluſonianis, & in Perrerianis excubijs inuigilaret indefeſſus operator Fr. Guilielmus. Almum Dei cultum, regalem Eccleſiæ Catholicæ montem ſuper omnes illos colles, imò ſupra altas rupes, & illas Alpes eleuare perpetuò enixus eſt. Aſſidua enim primò Euangelicæ veritatis promulgatione, veri Eccleſiaſtici, ſpiritualis Chriſti Regni legitima iura, & legales Orthodoxas ſcripturas publicare, explicare, & declarare perſeuerauit tam credentibus, quàm non credentibus: poſterioribus his legitimæ Eccleſiæ germanas notas demonſtrans, quò Catholicæ Matris perſpecta, & agnita & facie, & ſpecie, ad illius velociter confugerent gremium recipiendi, & confouendi, ab adultera Synagoga Caluiniſtica, proſtituta meretrice refugientes. Quod vt faciliùs, & efficacius aſſequeretur; Pſeudopaſtores, veros impoſtores, ac deceptores Religionario publico, & dogmatico certamine pulſabat, & propulſabat callidas eorum argumentationes, hæretica ſophiſmata diſſoluendo. Quo verò fideles in profeſſa, & confeſſa Orthodoxa Fide firmaret, præter publicas in mane conciones, à prandio etiam, vel à veſpertinis horis catechizandis rudioribus in Templo incumbebat, vel in vico, aut in foro, quoſque inſcientes obuios habebat inſtruebat, & ad ſalutem

Ann. Chriſti 1629.

Pro reſtituenda Cathol. Fide induſtriosè laborat Fr. Guilielmus.

neceſſa-

neceſſariorum notitiam perhibebat. In Leuitico miniſterio Sacerdoribus miniſtrabat, & inſeruiebat: Miniſtrandis Sacramentis, ſignanter Pœnitentię præſto ſemper aderat: vniuerſis egenis, egentibus ægrotis, & miſeris perpetuò ſuccurrendo, ſubueniendo, & aſſiſtendo: Inſiſtebat pariter vt deuios reduceret, errantes adduceret, & reuertentes ad bonum, vt in ſaluationis portum perduceret. Sic fecit donec ſtetit: receſſit autem ipſius trigeſimi anni poſt mille ſexcentum ſub initijs, vt Taurinum aduocatus, peſtilentiali morbo correptis charitatiuè miniſtraret, & aſſiſteret: Cui periculoſo miniſterio cum ſe ipſum ſponte, & vltroneus obtuliſſet, intrepiduſque ad illud peragendum, & præſtandum, ipſa in Taurinenſi Ciuitate grauiter contagioſa lue percuſſa, & concuſſa aceeſſiſſet; dum gnauiter epidemicis ſpiritualiter, & corporaliter curandis intendit, peſtifera cuſpide vulneratus deuotè, & piè occubuit intra paucos dies.

CALCVLVS XVII

Fr. IOANNIS VERCELLENSIS Concionatoris, per annum 1630.

ITerum, huius decurrentis anni trigeſimi extra ſexcentum & mille in exordijs, ad inuadendam Pedemontanam regionem adiunt Francorum turmæ, ſub Armandi Ducis Richelij Ducatu, atque directione: quorum bellicas inuaſiones ſolicitiori paſſu proſequentes, & fames, & peſtis numquam ſatis deplorandam deuaſtationem Subalpinis populis intulerunt. Prædominante igitur fame, furente bello, deſæuiente morbo per Ciſalpina complana, & Interalpina montana Fr. Ioannes Vercellenſis, à Gellidiprati cuſtodia reuocatus Perreriana in Apoſtolica ſtatione dimicaturus deſtinatur. Eo igitur cum perueniſſet, antequam tergemina recenſita flagella inualuiſſent; proſpiciens Eccleſiaſtici Regni propugnator, quod Sectarij perduelles aduentantium Gallicarum acierum, vt in plurimum Caluiniſtarum; patrocinio freti, aduerſus Orthodoxam veritatem præualere nitebantur: pro ſuo more irruentibus hoſtibus ſemetipſum obijciens ipſe ſolus aduerſus aduerſarios vniuerſos viriliter dogmaticè decertare cœpit; contra Diuinum cultum, & chriſtianam pietatem Sectariam inſurgentem impietatem reijciendo, refellendo, & propulſando, crebris cum Pſeudoprædicantibus religionarijs initis congreſſionibus, & certaminibus. I.

Inſurgunt denuo Heretici aduerſus Orthodoxam veritatem, quibus obijcitur Fr. Ioannes.

Ann. Christi 1630.

Dum igitur quaſi manu ad manum, & os, ad ora congrediendo poſticus per feneſtras irruentes fures, & ſchiſmaticos latrones abigere, & repellere nititur; en ex inopinato irrumpens superuenit tabifica lues, quæ ſine acceptione perſonarum, ſiue ſexus, conditionis, aut religionis differentia, aut delectu obuios quoſq; quos habebat, feraliter interficiebat, vel lethaliter vulnerabat. Inter vulneratos igitur, & inter infectos non vltimo loco epidemia ſublatus ſuccubuit, & defecit Reuerendus Perrerianæ Parœcię D. Præpoſitus, vnde viduata Sacerdotibus Sæcularibus penitus illa Eccleſia lugebat; cuius luctum ferre non ſuſtinens Frater Ioannes, nequaquam intra domeſtica limina occluſus ſibi conſulere, & propriæ vitæ reſeruandæ prouidere voluit: quinimmò cum ſocio coarmigero Sacerdote prodiens in medium, non iam vt cooperator, ſicut olim, ſed vt præcipuus, & proprius Parochus, & Sacerdos fidelibus laborantibus adeſſe voluit, ſpiritualiter, & corporaliter languentibus, cum collega Fr. Auguſtino à Caſtromontano miniſtrando. Verum paucorum dierum intercapedine peſtilentiali mucrone percuſſo, & deiecto commilitone, irreparabiliter ſauciato, & contagioſo morbo interempto, ſolitarius Fr. Ioannes derelictus animum virilem, & Apoſtolicum zelum nequaquam deſpondit, quinimmò inter mortalia diſcrimina iugiter poſitus, tamdiu perſeuerauit Parochiali Miniſterio inſiſtere, quamdiu à vulnere illæſus euaſit. Verum enimuero ex infirmantium conuerſatione, & conſortio tandem, & ipſe infectus, & infirmatus acerbiori epidemica febre, & plaga correptus, & percuſſus decubuit, & ſic mortali ægritudine importunè quidem ſuccubuit: quia nec ipſe pereuntibus præſto adeſſe valebat ſpiritualia ſaltem miniſtrando, nec ipſi periclitanti quis adſtare poterat, corporalia ſaltem ſuppeditaturus. II.

Contagioſa lue mortuo Parœcię Præpoſito, Fr. Ioannes cum ſocio Sacerd. vt Parochus, Sacram. infirmis adminiſtrãdo ambo, & ipſi moriuntur.

Ægrotanti igitur per plures dies grauiter vſque ad mortem Capuccino ſolitario Sacerdoti; cum non eſſet qui accurreret, & ſuccurreret, eo quod hominem non haberet, qui ſaltem frigidam aquam febricitanti porrigeret; Deus adſtitit ipſe loquẽdo ad cor cuiuſdam adoleſcẽtis mulieris Petruxinę, Ioannis Primi Catholici hominis legitimę filię, nomine Laurentinę: hæc quadam die, dum infirmantis Nouercæ curam gereret, ſui quondam religioſi benefactoris, & ſpiritualis Patris Fr. Ioannis recordata, extempore Diuino Conſilio impulſa, Peruſia Perrerium III.

verſus

verſus ſola iter arripit; vt Capuccinum Sacerdotem, quem ægrotantem adhuc ignorabat, amicabiliter inuiſeret. Vbi igitur primùm Apoſtolico domicilio appropinquans, Apoſtolicum virum morbo correptum intelligit, greſſus accelerat, & iacentem iamiam morti proximum Leuitam conuenit, qui ex inopinato charitatiuam adoleſcentulam ſibi aſſiſtentem conſpicatus, gratias Deo derelictorum conſolatori impenſius egit. Illa verò ſuper languidum funeribus mox appropinquantem, miſericordia permota protinus plura patienti, & multis indigenti miniſtrare cœpit. Cumque adueſperaſcente iam die, ad propria remeare, vt infirmanti nouercę inſeruiret, excogitaret; ad eam Fr Ioannes ait: Ne timeas filia? conualeſcet tua nouerca ex hoc, licèt contagioſo morbo: ego autem pergam ad Patres meos, breuiter huic mundo valedicam, ne igitur deſolatum, & ſolitarium me derelinquas, quia ad hoc forte fortuna à Deo emiſſa aduenisti; vt extrema mihi officia perſoluenda procures. Quibus auditis, adoleſcentula licèt in terra aliena, & extranea domo, ſola cum mox morituro alienigena Sacerdote, perſtitit tamen intrepida, & Fr. Ioannem curare perſeuerauit, vſque in veſperam: tunc enim pro vt opportunitas exigebat, & paupertas loci permittebat refocillato infirmo, & compoſito lectulo, ad pauliſper quieſcendum, à Fr. Ioanne rogata, proximum in cubiculum ſeceſſit. Vbi poſtquam aliquandiù id eſt ad matutinum vſque crepuſculum quieuiſſet; ingemiſcentem, & ſuſpirantem excitata Capuccinum ægrotum exaudiuit, quamobrem velox, & pernix extempore ad gementem accurrens Fr. Ioannem de ſtrato digreſſum, genibus flexis, & iunctis manibus lectulo incumbentem, & innixum, oculis in Cœlum defixis, ſuum ſpiritum Deo religioſè & commendare, & tradere conſpexit. Vnde viriliter ad agonizantem accedens, quibus valuit pijs officijs morientem proſecuta eſt, atque poſt mortem, funere pro opportunitate compoſito, diſceſſit. Sicque vterque Apoſtolicus Stationarius primò Fr Auguſtinus, ſecundò Fr Ioannes ſuæ pro proximorum ſalute oblatæ vitæ glorioſum finē impoſuerunt, ad extremū vſq; halitum in miniſterio perſeuerando.

Mulier Petruxina Diuino impulſu ad Fr. Ioannē morti iam proximū Petruxia Perreriū accurrit, eique vltima charitatis officia exhibet.

CALCVLVS XVIII.

Fr. ALEXANDRI OXIBIENSIS Concionatoris, per annos 1630. 1631.

I. Ann. Chriſti 1630.

TAbifica lue circa infauſtioris huius anni milleſimi ſexcenteſimi trigeſimi medium extinctis, & ſublatis vniuerſis affatim Eccleſiæ Catholicæ Miniſtris Sacerdotibus, tum Parochis Operarijs, tum Capuccinis Cooperarijs, vtraque, & Perreriana, & Petruxina in Conualle ſuperuenientes Pſeudopaſtores, verè fures, & latrones Dominicum ouile inuadere, & Chriſti ouiculas abigere omni ſtudio, & artificio conabantur, cunctiſque Sectarię potentię, & violentię conatibus, Eccleſiaſticum Regnum ab illis Italicis liminaribus, limitaneiſq; Conuallibus eliminare nitebantur: quod cum per litteras Fr Mauritij Pineroliensis Capuccinorum Cœnobij Vicarij Fr. Paulo Marię Aſtenſi Prouinciali, & Miſſionum Præfecto innotuiſſet; illicò Fr Ioſephum à Summaripa Concionatorem, qui languentium miniſterio ſe ſponte obtulerat, & Pinerolij tunc in Monaſterio Capuccinorum degebat, ad inuiſendas, perſcrutandas, & à contagio perpurgandas Apoſtolicas habitationes, & vtriuſq; tum Perrerij, tum Petruxię Miſſionis domus, deſtinauit. Qui eò laborioſè perueniens, pericuoſo ſibi demandato officio functus eſt, quinimmò veluti zelans zelum legis, & fidei ſtatum illius Eccleſię, ſuperſtitumque fidelium perſcrutatus, quem cum infeliciſſimum, & miſerrimum offendiſſet, pereclitantis religionis Catholicæ diſcrimen per ſuas epiſtolas prædicato Apoſtolici operis Præfecto annuntiauit. Quamobrem ille ob acerbiorem à contagioſo morbo, & morbifica morte inſigniorem Concionatorum, & Theologorum plurium Cladem acceptam, operariorum anguſtia, & penuria præſſus, Fratr. Alexandrum Oxibienſem, qui Accelienſi in Cuſtodia hactenus aduerſus peſtilentiales geminas infectiones, nēpè hæreticam, & epidemicam validè illæſus dimicauerat, ad ſe accerſitum, expeditè ad Perrerianam, & Peruſinam ſtationes iterum reaſſumendas, geminiſque illis in periclitantibus Cuſtodijs inuigilandum, & decertandum aduerſum nefarios inuaſores, emittit.

Conantur Pſeudopaſtores ab iſt. Valle Catholicimū eliminare.

Venit primò miſſus Frat. Ioſephus à Summaripa, qui perpurgata domo à contagione, abſcedit.

Deſtinatur ſtationarius Fr. Alexāder Oxibienſis.

II. Emiſſus ergo emeritę militiæ ſtrenuus Pugil, Fr Alexander ad certaminis locum properans, Perrerium peruenit, circa Aduentus, id eſt Decembris menſis finem, & tunc principium ipſe fecit impenſiùs laborandi pro Eccleſia Dei: iam namque à diuturniori tempore deficientibus Leuiticis miniſtris Templi, Sacerdotibus Parochis, & Coadiutoribus, ſilebant Sacra, & Sancta lugebant. Clauſis enim foribus vacabant ſacræ Ædes: ipſe ergo primo ingreſſu reſeratis Templis catholicis, emun-

Deplorādus huius Vallis ſpiritualis ſtatus.

Sacra reſtituit Fr. Alexander.

datis ſacris, compoſitis aris, ſacroſanctum occeptauit publicè offerre Sacrificium, & Sacramenta adminiſtrare, Diuinorumque exercitium, & Catholicum Miniſterium excitare. Vnde accurrentes pauperculi hactenus derelicti, & exanimati ſuperſtites fideles, in nouam lucem reſpirare viſi ſunt. Hinc in ſpiritualem vitam reſtituti, exilientes laudabant Deum, qui dedit eis proſperare, & inſtaurare ſancta.

III. Cœpit igitur Concionator Euangelicus iamdiù eſurientes, & non modò famescentes, ſed ob defectum ſpiritualis pabuli tabeſcentes, miſellos credentes reficere, non Sacramentali ſolo Pane, ſed & prædicati Diuini verbi alimonia: cuius penuria, & defectu iamdiu laborantes, & à Pſeudodoctorum blandimentis illecti atque blanditijs allecti, à Catholica quaſi communione deficere excogitauerant. Confirmauit igitur ſuo aduentu, & Apoſtolica prædicatione nutantes Fr. Alexander, & in auita Fide, & fidelitate firmauit: quos iterum vt ſolidiùs ſtabiliret, catecheſim ſimplicium voluit frequentare, & vbique congregatos fideles, vel promiſcuæ credulitatis homines inueniebat, pro familiari, atque domeſtico congreſſu eos primaria Chriſtianæ diſciplinæ elementa docebat: longanimiter rudiorum inſcitiam ſuſtinendo, vt notitiam ſciendorum neſcientibus traderet. Vltra autem ſpiritualium miſericordię operum præſtationem, corporaliter pariter egentibus, & ægrotis miniſtrabat: quibus neceſſaria alimenta pro virili ſuppeditabat, & ex ſibi parce ſubminiſtrato commeatu, etiam nudis pauperculis indumenta prouidebat, frugaliſſima interim ipſe cum ſocio menſa perfruendo, ſiue victitando. Infirmantes inuiſebat, ſolabatur, & congruis ſubſidijs illis opitulabatur.

Spiritualia omnibus adminiſtrat.

Et corporalia egentibus ſuppeditat.

IV. Cunctis igitur beneficus, cum proximis pacificus, & manſuetus ſolis Pſeudoprædicantibus, minuſculę plebis deceptoribus terribilis, & formidabilis apparere geſtiebat. Tamquam enim generoſus leo, ignem zelotypiæ ſpirans, ruptis carceribus quotidie egrediebatur, & quaſi leena raptis catulis, fraudatores proſequebatur, & perſequebatur. Eoſque obuios caſu habitos, vel ſtudioſè conquiſitos extemplo aggrediebatur, & religionari certamine aggreſſos pulſabat, ore feruentiori, & pertonante voce ſonora eos conueniens, validioribuſque aggreſſionibus, atque argumentationibus conuictos confundebat. Illi verò Antagoniſtę perurgenti, cum rationibus, aut iuſtis reſponſionibus ſatisfacere nequirent; iniquis tractationibus, indecoris nempè ſcommatibus, iniurijs, atque calumnijs reſpondebant: ſicque ſemper pro religionario agone, cui ſuccumbebant, terminando nequiter faciebant. Nec tamen Alexander cedebat, ſed acerbiora ſuſtinere paratus, obuiam illis perpetuò in prælium hilaris procedebat. Vnde tandem illos Therſites Campum cedere compellebat. Poſtquàm enim Flemoſthenis, vel potiùs Chriſti myſtici canes apparuerunt; iam lupi rapaces diſparuerunt, nec niſi furtiuis horis comparere præſumpſerunt. Nec tamen ſolis prædicantibus Sectarijs Orthodoxa dogmata obijciebat, ſed & eorum aſſeclis vniuerſis Sciolis, Diaconibus, & Antianis ſacrilegam eorum religionem exprobrabat, & ſcripturarum prolatis oraculis, ex tempore impietatis, & falſitatis illos coarguebat. Verùm enimuerò in malo obſtinatiores ſceleſtiores hæretici coarguenti Sacerdoti impudenter reſpondentes dicebant: enitere quantum vales, nihil proficiet ſolicita tua ſolertia, quia nullam tibi, plurimam autem noſtris Miniſtris Fidem exhibere decreuimus. Aliquando iter facienti illi cum ſocio, obuius adfuit iuuenis quidam Caluiniſta, falce armatus, de reſecando fœno regrediens, cui cum Fr. Alexander Catholiciſmum amplectendum perſuadere cœpiſſet; illico ille reſpondens ait: Quid? damnatus eſt Chriſtus, & ego Catholicus, & Papiſta fiam? qua inaudita ſathanica blaſphemia exhorreſcens Capuccinus Sacerdos, religionis zelo accenſus, nulla acutę falcis, qua munitus incedebat Sectarius, habita ratione, extempore altera illum manu apprehendens, dextera validè in faciem impium ſacrilegumque blaſphemum (iuxta D. Chriſoſtomi monitum) percuſſit dicens: ſic ſceleſte Chriſtum Saluatorem inhonoras? Ille ſalutifera percuſſione à delirio reuocatus, & propria à conſcientia redargutus, erubeſcens continuò fugam arripuit, Leuitę percuſſoris, & monitoris præſentiam diù ſufferre non valens, neque volens. Perſtitit autem Fr. Alexander ambabus in his Stationibus cuſtodiendis per integrum fere annum, & Parochialia, & Apoſtolica onera ſufferens, & munera exercens intrepidè, perſtrepentibus, & inſoleſcentibus perduellibus, irreconciliabilibus Eccleſiaſtici Regni hoſtibus reſiſtendo, perpetuis laboribus, & vigilijs. Tandem præſenti anno primo ſeptimi luſtri decurrẽtis ſæculi ſeptimi decimi Capitulari decreto, & prouiſione Acceſſenſi ſuę priſtinę Cuſtodię reſtitutus ab his excubijs glorioſus receſſit.

Ann. Christi 1631.

Pſeudominiſtros, & Antianos Hæreticos diſputationibus aggreditur, eoſque campum cedere compellit.

Blaſphemum iuuenẽ Hæreticũ alapæ percuſſione corrigit.

CALCV-

CALCVLVS XIX.

Fr. IOSEPH à SVMMARIPA Concionatoris, per annos 1631. 1632.

I. Ann. Chriſti 1631.

EPidemicæ Parcæ, ideſt peſtis falce peremptis ſingulis,& omnibus Eccleſiaſtici Regni, vltimis his in Italicis oris, religioſis Cuſtodibus Parochis, & Miſſionarijs; anhelabant perduelles Caluiniſtæ ab his plagis, & Conuallibus Catholiciſmum exulare, & eliminare. Quibus ex aduerſo Apoſtolici operis Præſides, & Præfectos Euangelicos, & operatores Rectores, & cooperatores reſtituere accelerabant. Vnde Fr. Paulus Maria Aſtenſis, Prouincialis Capuccinorum Miniſter, cui ex delegato munere Eccleſiaſticis ſtationibus ſufficientes Capuccinos ſtationarios prouidere incumbebat: Fr. Ioſephum à Summaripa, Pineroliј tunc commorantem (qui vltroneum ſuum miniſterium peſte laborantibus obtulerat) Concionatorem ad binas Petruxiæ,& Perrerij Valles præmittit,vt & miſſionales domos ab infectione expurgaret, & Eccleſiaſtici Regni, ideſt Fidei Catholicæ ſtatum exploraret. Venit igitur ille expeditus, & feſtinus alacer, & hilaris, ſed triſtes, mœrentes, imò furentes, & iracundi eum venientem exceperunt vtriuſque Conuallis Caluiniſtæ: qui eum nunquam amplius in æternum Capuccinos, intra domeſticos ſuos lares, ſe perſpecturos ſperaſſent,Capuccinorum denuò regredientium ad primum intuitum, iracundia perciti regredientes religioſos indecorè ſatis, & duriùs ſuſcipientes, pertractauerunt, deriſorijs conclamationibus, ridiculis nuncupationibus, minuſq; honeſtis vociferationibus perpetuò eos, quocumq; ambularent, proſequentes non eminus modò, ſed & cominus iniurioſe pertranſeuntibus obuiando; vt inter alios rabioſè, & iracundè nimis præſtitit hæretica quædam mulier, immodeſta vxor cuiuſdam viri Primatis Chiotorum Vici in Nigra Sancti Martini Valle. Sed ſi mœrentes, & excandeſcentes increduli Capuccinos regreſſos dolebant: exultantes, colletantes,& congaudentes Fideles ſuperſtites ad ſe redeuntes Apoſtolicos propugnatores obuijs vlnis recipiebant. Obuiam enim certatim illis procedentes, vnuſquiſque ad propriam diuertere domum, eos interpellabat. Quod præ omnibus præſtitit D. Horatius Arbaldus, præcipuus ex Perrerianę Vallis Condominis, qui Fr Ioſephum cum ſocio, nullo prædominantis adhuc contagij habito delectu, vel reſpectu, primò aduentantes amplexatus, ad hoſpitium apud ſe ſuamq; domum coegit: recepti communiter conuiuens, & domeſticè impoſterum cum Capuccinis cohabitans, neceſſaria cuncta ad alimoniam benignè ſuppeditans, quoaduſque perſcrutatis, & perpurgatis ſtationarijs ædibus Pinerolium remearunt.

Demandatur Cuſtodia am barum Vallium Peruſię & Perrerij F. Ioſepho.

Triſtantur Hæretici in aduentu Capuccin.

Ex aduerſo lętantur Catholici.

II. Purgatorio igitur vtriuſq; Miſſionis expleto munere,deflendum,& miſerandum ſatis illarum Eccleſiarum cum exploraſſet, & preſentialiter conſpectaſſet ſtatum, perq; ſuas Epiſtolas ſuperſtitum Vallicolarum fidelium infælicem ſortem Fr Paulo Mariæ Præfectò annuntiaſſet, Eccleſiaſtici Regni, & Catholicæ Fidei diſcrimen, atq; grauius detrimentum explicando; extempore (vti Superiori Calculo numerauimus) vtraque in Cuſtodia ad inuigilandum Fr. Alexandrum Oxibienſem ille deſtinauit, cui poſt octimeſtrem culturam pariter, & geminæ ſtationis ſolicitam cuſtodiam, ad Prouincialia comitia perrecturo, præindicatus Præfectus Fr. Paulus Maria binis illis in excubijs ad inuigilandum, pro tempore Capituli Fr. Ioſephum ſuffecit. Qui obedientiali ad hoc ſuſcepto mandato, feſtinus ad demandatum opus exequendum, & perficiendum acceſſit. Et iterum Perrerium, ac Petruxiam peruenit, iniunctoque duplici, imò multiplici Euangelico oneri, & muneri pro Capitularibus diebus perdurantibus fideliter ſatisfacere ſategit: Prædicando, docendo,celebrando,& Sacramenta petentibus, vel patientibus longanimiter adminiſtrando: percurrebat,diſcurrebat, per inferam Perruxiæ, & per ſuperam Nigram Sancti Martini Valles, Caluinicolarum technas, & dolos, vel diſſoluendo, vel ſaltem diſcurrentes rapaces lupos in veſtimentis ouium deſæuientes impediendo.

Cuncta Apoſtolica Miniſteria exercet.

III. Ann. Chriſti 1632. Poſtquam verò Prouincialium Patrum comitialibus diſpoſitionibus, & prouiſionibus Petruxina Cuſtodia proprio peculiari excubitori curanda demādata fuiſſet (ſicuti fuſiùs ſuis numeris) hæc autem Perreriana ipſi Fr. Ioſepho ſpecialiter curanda remanſiſſet; minus quidem extenſè, intentiùs tamen cœpit Apoſtolari, frequentioribus ſermocinationibus & concionibus feruentioribus inſiſtendo, ſingulis Dominicalibus, atque feſtiuis diebus, quando pariter Chriſtianæ doctrinæ pro Catechiſmo,rudioribus ſimpliciora rudimenta tradebat, ignaros inſtruendo,& ſimplices congruè inſtituendo.credētium domos & habitacula perluſtrabat, atque penetrabat: infirmos,ac debiles in Fide confirmando,conſolando. Inſtabat

Laborat omnes in Fide Catholica inſtruendo.

ſpeciali & ſolerti vigilantia vt de Sanctificandis Sabbatis edita edicta, ac mandata inuiolabiliter obſeruarentur; vnde Sabbatinis temporibus, poſtquàm in Templo Spiritualibus diſtribuendis prolixiorem operam nauaſſet; egrediebatur in forum, & per Vicos, ac vias progrediebatur obſeruans, & quæritans, ſi quempiam Sacrorum violatorem deprehendere valuiſſet. Cum igitur nonnullos profanatores comprehendiſſet, iuſtis mulctis plectendos curauit, quod cum iuſti oſores, Sectarij ferre diù non valerent; impetu aliquando in Apoſtolicum virum facto grauiter ei minitari cœperunt, niſi à perturbandis Caluinieolis ceſſaret, ſed ille inſanas hominum perditorum voces floccifaciendo feſtorum obſeruantiæ ſolicitus intendebat.

Progreditur per Vicos, & viis ad explorādos profanatores Sacrorum dierum.

Ne autem gladiatorum minaces, & truces aſpectus pertimeſcere videretur; frequentiùs religioſis è laribus egrediens in campum procedebat, Antagoniſtas Prædicantes, Diaconos, ſiue Antianos ad pugnam dogmaticam prouocando, quò doloſas, & crebriores Pſeudominiſtrorum circuitiones, & circulationes præpediret, vel ſaltem retardaret. Acceſſit aliquando Dominico nempè die, Sanctiſſimæ Triadi Sacro, ad Vicum Villæſiccæ, tunq; opportunè profanum ad hæreticorum Phanum peruenit; quando conſumata Sathanicæ Cœnæ diſtributione, mox omnes receſſuri erant. Ad Apoſtolici igitur viri conſpectum fugientibus vniuerſis ſoli quidam perſiſtere Antiani cum Pſeudopaſtore; qui hæretici catechiſmi, à Fr. Ioſepho ſibi obiectam contradictionem, cum diù hæſitans tandem diſſoluere nequiuiſſet, adſtantes Aſſeclæ obijcientem, & perurgentem Capuccinum ſcommatibus, deriſionibus, & contumelijs acriter afficientes cum ſuo confuſo Archimandrita receſſerunt. Altera quadam die, cum in Vico Chiotorum ad Iacobum Nigrum, hæreticum hominem colloquendi cauſa, à Coapoſtolico Operario Peruſiæ aſſociatus diuertiſſet: hoſpiti Caluiniſtæ primatum Diui Petri perſuadere nitebatur. Mutuo igitur, & domeſtico huic colloquio ſuperueniens Pſeudodoctor Groſſius nō ſpontè, ſed rogatus, in patrocinium à Iacobo aduocatus, argumentationes dialecticam in formam diſpoſitas primùm, mox in ſcripto reductas, poſtulauit: à quibus efformatis, & à Fr. Ioſepho ritè deſcriptis cum ſe ſe expedire neſciret; ſibi ipſi contradicendo, hæſitationibus implicabatur. Vnde à Capuccino falſitatis, & ignorantiæ, coram aduenis adſtantibus redargutus, Fr. Ioſepho de hæreticorum abſoluta damnatione, pro ſuggeſtu prolatam ſententiam exprobrare digreſſus eſt: quam cum Catholicus Pugil firmiori Concilij Tridentini auctoritate confirmaſſet, perſeuerauit ille Orthodoxas Concilij veritates blaſphemare, & Antagoniſtam Sacerdotem calumniari, quare temporalis iuſtitiæ minato ſupplicio territus tandem conticuit, atq; paulòpoſt à tota Valle diſceſſit, hæreticæ prauitatis propugnator.

IV.

Reſiſtere non valentes dogmaticę pugnæ Pſeudominiſter, & Antiani Hæretici, omnes confuſi recedunt.

AlterumHęreticum Miniſtrum ignorantia redarguit, & confuſum abire cogit.

Acceſſerat ſub his diebus vacanti Præpoſituræ Perrerianę Parochialis quidam Oeconomus, Sacerdos, ab Abbatiali Pinerolienſi Vicario prouiſus. Idoneitatis quidem parum ſufficientis, ſed, & vitæ admodum irreligioſæ, & minus caſtæ conuerſationis; quàm vt illius Parœciæ, atque Vallis conditio, quinimmò ſtatus religionis requirerent, ac poſtularent; quamobrem ipſimet Catholici Parochiani propriæ famę, & honori, ne dicam mulierum honeſtati conſulentes; illius capiti inſidiari, atque in ſpecula inuigilare cœperunt, quapropter cum laſciuiens Clericus nocte quadam ad ſuſpectam quamdam abſentis viri domum pro dormiendo diuertiſſet, eluceſcente iam die cum Parochialem verſus ſummo manè regredi feſtinaret, in egreſſu ab armatis inſidiantibus deprehenſus periclitabatur, ſed extemplo accurrens Apoſtolicus excubitor miſerum Sacerdotem de comprehenſorum manibus eripuit, & ſedata furentium ſeditione, vnumquemque ad propria dimiſit, Oeconomum verò trementem ad proprium habitaculum ſecum duxit: illique extempore ſuaſit, vt ſi ſuæ vitæ optimè conſultum velit, inde expeditè à ſe aſſociatus diſcederet. Cui ſuadenti cum ille annuiſſet imo ſpontè diſceſſurum, & abiturum ipſe prius ſe ſe inueniſſet; protinus ſimul gemini Capuccini cum Oeconomo Sacerdote viæ ſe ſilenter dederunt: ſed vix ad dimidium itineris peruenerant, cum rurſus armatorum turma Præsbyterum iterum comprehenſura, quinimmò ſtrictis, & euaginatis mucronibus feraliter trucidatura adeſt. Verùm enimuerò Fr. Ioſeph ruentibus ſemetipſum obijciens, ne vltra procederent prohibuit: dumque ipſe frementes ſuauioribus, vel acerbioribus verbis compeſcere, & cicurare niteretur; Collega Capuccinus Sacerdotem comitans, & deducens feſtinus Peruſiam vſquè tutiorem in locum ſaluis omnibus perduxit, ſicque periclitantem, Leuitam perſequentium de manibus eripuit.

V.

Ann. Christi 163.

Clericum Oeconom. Parœciæ in laſciuia deprehenſum, Fr. Ioſephus liberat.

Vix igitur ex incolarum manibus elapſo, & longè delapſo, prouiſo vix ante nonnullos dies Parochiali Oeconomo, iterum Perreriana Præpoſitura deſtituta vacabat, ſed à proprio munere Apoſtolico non ceſſabat Fr. Ioſeph, qui protinus curandam Parœciam aſſumens Parochialia miniſteria, & ſeruitia populo credenti exhibere ſtuduit, & per plures menſes exercuit: depauperatam Eccleſiam pro virili reſtituendo, atque de vix ſufficiente ſibi, præſtito Euangelico Apoſtolico

VI.

Parochialia miniſteria exercet Fr. Ioſephus.

ſtipendio

ſtipendio, multa ad ornatum Templi prouidendo; quia qui ditites Præpoſituræ
vacantis cenſus exigebant, nec minimum quidem denarium in Diuini cultus bene-
ficium impendere cogitabant. Tabernaculo igitur ſericum velum, & Pixidi; pro
aſſeruando Sanctiſſimo oloſericum operimentum conficienda curauit. Congre-
gandæ credentium Plebi in hac Eccleſia, iamdiù effracta vnica campana inſeruie-
bat; cui reficiendæ Fr. Ioannes Vercellenſis iam olim quamdam ex eleemoſynis
pecuniam conflauerat; hanc Fr. Ioſeph aſſumptam ſolerter, & induſtrioſè adau-
xit, atq; cumulauit; ita vt illi, toto ſibi, & conſodali ſuppeditato annuali ab Apo-
ſtolico ærario, alimoniæ quotidianæ copilato commeatu pecuniario, tam pro
antiqua effracta reſarcienda, quàm pro altera noua veteri aſſocianda recenter
comparanda ſuffecerit. Dum igitur aduocati, & conducti opifices conſtruendo
conflatorio, & conflandis campanis incumberent; aduenerunt, & artifices con-
uenerunt Caluinicolæ, et pro ſuo Phano tintinabulum accepto pretio conficerent,
quod cum accepiſſet vigil excubitor, reiecta temerariorum impudentia, profanum
opus impediuit. Ipſe vero egregium facinus, quod cœperat, conſummauit, & pro
vna confracta, binas integras campanas campanili ſuperpoſuit. Appoſuit præte-
rea prouidere; vt Auguſtiſſimum Euchariſticum Viaticum honorificentiùs infir-
mantibus deferreretur: cum enim olim vix Paſchali Cereo accenſo in delatione
II aſſociaretur; ipſe de ſuo, vſui parata cera, poſſibilem quantitatem candelarum
deſumptam Catholicis pluribus ex induſtria congregatis diſtribuebat; & ſic com-
municandis infirmis accedebat. Vnde cum ſibi primùm æger quidam Fidelis tot
luminaribus comitantibus Sacrum Viaticum deferri conſpexiſſet, admiratio-
nis, & laudis multiplicatis vocibus exultans, & geſtiens Deo gratias agens, Capuc-
cino Sacerdoti Euchariſtiam ſibi tam honorificè miniſtranti, quaternas ceræ li-
bras in eleemoſynarium, pro huiuſce operi in ſubſidium, ſubminiſtrandas extempo-
re mandauit. Celebriores itidem annuales feſtiuitates ſolemniùs perecelebrari
ſemper procurauit Fr. Ioſeph, ſignanter Corporis Chriſti, & Sanctæ Mariæ Magda-
lenæ Paræciæ titularis profeſtos dies, quibus ex ſibi attributis præſtationibus, ac
pecunijs Templum honorificentiùs exornari, & apparari faciebat, ſicque Sacroſan-
cta Myſteria congruentiùs celebrabat, & decentiùs Diuinum cultum exercebat.
VII Dum ergo Euangelicus operarius curandæ Plebi, à proprijs Paſtoribus derelictæ
incumberet, Sacramentis in ſedulò adminiſtrandis, Pœnitentialeſque expiationes
etiam prolixiores æquanimiter exaudiendo, rudeſque populos catechiſmo Chri-
ſtianæ Doctrinæ excolendo, ex quotidiana experientia edoctus intellexit, inuali-
da plura inter Catholicos coniuges Matrimonia, tempore peſtis, contracta ex de-
fectu præſentiæ legitimi proprij Parochi; vnde contrahentes iugales admonitos,
non valida connubia conualidare fecit, ſicque ſimul; & ſemel vtriuſq; hominis
ſaluti conſuluit. Errantes quoque quoſdam reduces, ad Eccleſiam quidem Catho-
licam olim confugiſſe accepit; ſed poſtea pecudum more profeſſam religionem,
& religionis cultum negligere proſpexit; quapropter per Valles & Villas illas per-
ambulans, & circumiens erraticas animas inquirere perſeuerauit, donec inuentas
in humeris ſuæ charitatis & ſolicitudinis repoſitas, ad Catholicum ouile ſolerter
reportauit. Scioloſ aliquando Sectarios, qui nefaria dogmata balbutiendo pro-
nunciare geſtiebant, aliquoties ad hominem contra arguendo repreſſit; & Fideles
vt in bono proficerent, perpetuò prouocauit; doctrinis, exemplis, & feruentiori-
bus cohortationibus rudes illos Vallicolas curando, & gemino Miniſterio, nempè
Apoſtolico, & Parochiali Eccleſiæ inſeruiendo. Perpetuò ſibi, ſuiſq; Coapoſto-
III licis Capuccinis Pugilibus infeſto, & aduerſante potentiori quodam Clerico, qui
Apoſtolicæ miſſionis cultoribus numquam deſtitit inſidiari & priuatim, & publi-
cè coram tribunalibus nequiter mentiendo, & Iudaicas proditiones parando, do-
nec propria manu ſibi laqueo compoſito, ſuſpenſus miſerrimè & funeſtè ſatis in-
ſtar Iudæ Pſeudoapoſtoli vitam finiuit; ipſe verò Fr. Ioſeph ſuæ reſidentiæ die-
bus, cum domeſticam cunctam ſupellectilem, mortuo Fr. Ioanne Contagij tem-
pore, vniuerſam ſuſceptam offendiſſet, aliqualiter pro viribus reſtituere, & va-
rius religioſè componere ſategit.

Materiali Eccleſiæ plura præſtitit, ex ſuppeditato ſibi Apoſtolico ſtipendio.

Prouidit etiã vt infirmantibus Sacrum Viaticum honorificentius deferreretur, & celebriores ſolemnitates ſolemnius celebrarentur.

Inualida Cõnubia conualidare facit.

Spiritualia ... exhibet.

Coapoſtolicorum Capuccin. inſidiator Clericus laqueo ſuſpẽſus vitam finiuit.

CALCVLVS XX.

Fr. HIPPOLYTI TAVRINENSIS Concionatoris, per annos 1632. 1633.

I. Ann. Chriſti 1632. SVb his temporibus, mortalitatis, bellicique furoris tranquillatis tempeſtati-
bus, poſtquam apud Cheraſcum à conuenientibus coram Victorio Amedeo
Sabaudo Duce cunctorum Chriſtianorum Principum, & Regum, etiam

Imperatoris Oratoribus, Plenipotentiarijs; vniuerſali concluſo, & inito fœdere inter Catholicos publica pax fuit proclamata: Conuallicolę Caluiniſtę, qui ſuperuenientibus propriumque aduerſus ſuum legitimum Principem, & Dominum decertantibus Francis rebellantes adhæſerant, proditorię ſuę perfidę deſertioni debitas pœnas, à propria conſcientia redarguti, rationabiliter pertimeſcentes, coacta, & emendita, nulloque pacto ſincera pœnitentia ducti, ſuppliciter veniam poſtulantes, coram Sereniſſimo Victorio Amedeo exporrectis ſupplicibus libellis, pro condonatione efficaciter agebant, dum cæteri Conuallicolę, & Concalumnicolę nihilo penitus docibiliores effecti, in impia antiqua hæretica prauitate perſeuerabant. Perſeuerauerunt igitur pariter Capuccinę Miſſionis Præſides, ex Capuccinorum familia ad has Valles alumnos inſigniores emittere. Miſſus ergo ad Perrerianis in excubijs peruigilandum, peruenit, hoc ſecundo anno ſeptimi luſtri, ſeptimi decimi decurrentis præſentis ſeculi, Fr. Hippolytus Taurinenſis, qui cum primam Paduſanę, & ſecundam Caſtridelphini Cuſtodiam laudabiliter elaborando pertranſiſſet, tandem ad hanc tertiam Italicam portam ferream, vel petream nempè Perrerianam ſtationem peruenit, ſuoque aduentu imminentes, & proximas ſacris Ædibus, ac Templis minas, & caſus opportunè præuenit, quia faciliorem aditum ſiue proficiendi ianuam apertam inuenit.

Hæretici, ſuę perfidę rebellionis, ſibi veniam poſtulant.

Ingreditur hanc Miſſionem Fr. Hippolytus.

Cum enim iamdiù proprio Parocho viduata Perrerij, ideſt vnica totius Vallis S. Martini Præpoſitura, & Parœcia ſolitaria lugeret; à ſolis Capuccinis cooperatoribus gratis curata, nulloque penitus, vel quidem minimo ſtipendio accepto, cenſus enim certi, & incerti ad manus Domini, Vicarias vicegerentis perueniebant, quorum Eccleſiaſticorum prouentuum incertorumque præcipuè portionem aliquam Fr. Hippolytus, veluti Parochialis adminiſtrationis Oeconomus, in pios, ac neceſſarios reſarciendarum ſacrarum Ædium vſus, de iuſtitia inſumendos cenſuit. Quapropter cum peruetuſtum, præcipuumque Parochiale S. Martini Templum iam, iam, ruinę propinquans, proximo imminenti caſui approximaret, congruis adhibitis prouiſionibus accurrens, inſtaurauit, & cum iamdiù, à celebratione diuinorum ceſſaſſet, habendis ſacris accommodauit, & in eo Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium ſolemniter obtulit. Parochiales præterea Sanctę Mariæ Magdalenę ſacræ Ædes temporum, & ventorum iniuria diſcompoſito, atque diſcontinuato tecto, irruentibus imbribus patebant, qui eò magis honeſtati Eccleſię officiebant, quo terrenum Templi ſolum nullo pauimento lapideo, vel lateritio ſtratum, pro cœmeterio humandis cadaueribus inſeruiebat. Vnde ſtillicidijs abundantioribus irrigata, lutum fiebat, & lutosum ſiue lutulentum, ſubinde cum ſolum indecens in Templo perſtabat, ab ingredientibus ſiue egredientibus calcabatur. Quamobrem Fr. Hippolytus huic, celebrandis Diuinis, incommodo nimis incongruo occurrens, pauimentum Templi tabulis ſubſternendum curauit. Supra vero ſartumtectum eſſe voluit, parietes autem opere tectorio leuigare fecit, ſicque decenter inſtaurauit, quinimmò nonnullis ornamentis, ſiue paramentis cumulauit. Inter quæ præcipuum recenſetur, nouum grandiori ære pro aſſeruando Sanctiſſimo, Tabernaculum elegans appoſitum: Sacellum campeſtre vnum Diuo Blaſio Epiſcopo, & Martyri dicatum reſarciendum, & reſtituendum procurauit, atque celebrationi Miſſarum adaptauit. Cum verò aliquando ad Pralienses Miſſam celebraturum accedere decreuiſſet (eò quòd iamdiù apud illos Sacra ſiluiſſent) prius olim inibi exiſtenti in Sancto Ioanni Baptiſtæ Præcurſori ædicula ſacra, dirutum ab hæreticis antiquum altare excitauit, erexit, & congruenter ornauit, & tunc, etiam reluctantibus hæreticis, coram Fidelibus celebrauit. II.

In componendis Sacris Ædibus partem prouentuũ Eccleſiarum inſumit.

Anno Christi 1635.

Ornamenta, & paramenta Sacra accumulat.

Sacella reſtaurat, & Altaria erigit.

Quorum ſpiritualem ædificationem, nempè Fidelium omni, qua potuit, voluit ſollicitudine, diligentia, atque contentione promouere. Vnde & frequentiori, atque feruentiori ſermocinationi, nec non ſimplicium inſtructioni, ex profeſſo tenaciùs inſiſtebat, ad bonum credentes adhortando, commonendo pariter, atque dirigendo: à malo verò retrahendo, atque remouendo. Incredulos quoque, quacunque ſibi oblata opportunitate, ad reſipiſcendum excitabat, validè eos congreſſionibus, ſiue familiaribus alloquijs pulſando, ſiue coarguendo. Horum deſipientium tutelares Patronos Pſeudoprędicantes ſtrenuè aggrediebatur, validioribuſque publicis dogmaticis certaminibus, ad veritatis orthodoxæ vſque confeſſionem publicam proſequebatur. Semel & iterum cum Miniſtrum impoſtorem Pralienſibus dogmatizantem, ideſt publicè in delubro ſermocinantem, & ad audiendum perrexiſſet, & inaudita garrulatione deceptoris, falſitatis, & impietatis illum arguiſſet; iniurijs, & contumelijs atque opprobrijs ſaturatus, prima vice receſſit, ſecundò vix à lapidibus, & concitatæ muliebris turbæ impetu ipſe cum ſocio illęſus abiuit, nec tamen ſic eorum ſaluti conſulere neglexit, quinimmò diſtribuens cum collega Fr. Hieronymo Attilianenſi Sacerdote populationibus, & Hæreticorum Vicis, ac Villulis pro feſtis diebus ſingulariter, ſiue ſingillatim vtrique qui ibi diſtributam per Cuſtodiam peragrabat, & Sacrilegos à Sacris violandis retinuere, III.

Aduerſus Pſeudodoctores pro Catholica veritate validè pugnat, & a ſeductis multa patitur.

& ſuaſio-

& ſuaſionibus retrahere ſatagebat. Si quem verò, adhuc profanatorem offendiſſent, tribunalibus mulctandos tradebant, quod Capuccinis Leuitis apud Sacrorum Oſores, non parùm conflauerat inuidiam, & iracundiam: ita vt eorum capiti inſidias moliri tentarent, pertentata nihilominus molimina Deus irrita eſſe voluit, nequaquam tamen Fr. Hippolyti conatus caſſos, & in vanum euaneſcere permiſit, quinimmò illius doctrinis, & ſalubrioribus monitis nonnulli acquieſcentes, Caluino valedixerunt, & legitimam veritatem Catholicam acceptauerunt. | Sacroru dierum violatores Tribunalibus tradit caſtigandos. Quoſdã reduces conciliauit.

CALCVLVS XXI.

Fr. STEPHANI TAVRINENSIS, Concionatoris, per annos 1634. 1635. 1636.

I. PEdemontani Principatus, & Sabaudi Ducatus ſceptrum ſuſtinebat, ſub his temporibus, bonorum æterna memoria, & malorum, perpetua formidine, dignus Victorius Amedeus, Subalpinus Princeps, qui multarum virtutum, clarus inſignibus, inſigniori Catholicę Fidei zelo præditus inter Chriſtianos Dynaſtas apparebat: vnde perfidię hæreticalis profeſſores, à toleratis terminis nullo pacto egredi, vel prolabi permittebat. Si quos verò lapſos, vel tranſgreſſos offendebat, condignis punitionibus mulctabat, ſiue plectebat. Vnde pacatiori quàm anteà tranquillitate Eccleſia his in Italicis liminaribus perfruebatur. Pacatis igitur his tempeſtatibus, pacificus huic Cuſtodię deputatur excubitor, nempè Frat. Stephanus Taurinenſis, ſerpentis quidem prudentiam, ſed magis columbę candidam innocentiam, ſimplicitatem, & longanimem æquanimitatem præferens: Religioſus namque hic vir omnimodè felle carens, exuberantiori affectuoſiori corde abundabat: Capuccinorum inſtitutum ingreſſus, non in primordiali ſolummodo acceſſu, vel profeſſę regulę aliquali progreſſu, ſed toto in ſuę vitę proceſſu ad vltimum vſque, ab hoc Mundo diſceſſum innocentioris, atque illibatę conſcientię candorem, mentiſque nitorem conſeruauit, vti operibus demonſtrauit. Emiſſę profeſſionis, atque paupertatis exactiſſimus æmulator, humilioris conuerſationis, & deſpectę ſui corporis, & exterioris cultus æſtimationis profeſſor pius, prudens, humilis, pacificus, benignus, affabilis, & ideò cunctis amabilis, effectus extitit. Vnde Guardiani, Diffinitoriſque Prouincialis ſæpius eſt muneribus perfunctus, qui cum ſubtilioris ingenij, & perſpicacioris eſſet intelligentię, nec non eminentiori eruditione polleret, ardentiori itidem charitate gemina præfulgens, inſignis euaſit ſacer Capuccinus Orator, pariter ac Theologus. Quamobrem præclarioribus Pedemontanis in Eccleſijs cum verbum Dei diſſeminaſſet, interim aliquando Apoſtolico exercendo muneri deſtinatus fuit. | Ann. Christi 1634. | Fr. Stephani Taurin. virtutes exarãtur.

II. Viduitatis prolixioris adhuc pullis induta veſtibus, perſeuerabat Perreriana vnica Nigrę Vallis Eccleſia Parochialis, Præpoſito proprio Parocho orbata, quando eam ad conſolandam pariter, & ad adminiſtrandam peruenit Fr. Stephanus Taurinenſis, qui vix Vallaria limina ingreſſus, ſui anteceſſoris præclara molimina proſequi aggreſſus eſt. Cum enim Fr. Hippolytus præcedentibus annis Sancti Martini Principum totius Vallis Nigrę Templum inſtaurandum ſuſcepiſſet, ſusceptum quidem ædificium in totum ferè perfecerat, nequaquam tamen totaliter conſummare valuerat. Inualuit igitur Fr. Stephanus annuas Parochialis quaſdam obuentiones recolligendo, & Sancto Præſuli Martino, & pœnitenti Beatę Marię Magdalenę ſacrarum ædium reſtaurationes conſumare, conſumatasque, atque decenter reſtitutę, huic poſteriori paramenta quædam, nempè pluuiale, caſulamque ſimul, & quædam Altaris ornamenta prouidere; ſacriſticam adaugere ſupellectilem, tandemque inauſpicatum Catholicę veritatis trophæum, ſiue triumphale ſignum binas grandiores ligneas Cruces præ foribus vtriuſque; & Sancti Martini, & Sanctę Magdalenę Templi ſolemniter erexit: Quodque conſiderabilius eſt, cum geminę campanę à Fr. Ioſepho Parochiali Pinnaculo integrę reſtitutę, & de nouo conflatę, vel incuria credentium, vel incredulorum iniuria, & malitia iterum iam effractę perſiſterent; Fr. Stephanus aſcitis rurſus campanarijs artificibus, ſuſorio opere denuò eas renouandas, & campanili apponendas curauit. Cumque profanatores Caluiniſtę, ius anathemata, id eſt defunctorum cadauera locis ſacris inferre, nempè Parochiali in Cœmeterio inhumare, iuxta vſurpatum hactenus vſum temerariè præſumerent; reſtitit quantum valuit Capuccinus Eccleſię tutelaris, verùm cum violentis validioribus aduerſarijs, facto obſiſtere non valeret, literibus à Sabaudo pio Principe extempore relatis, iniuſtos, quinimmò ſacrilegos vſurpatores ab iniqua poſſeſſione, grauioribus à Principe ſtatutis, & interminatis pœnis, immeritò deturbauit, & omnibus foras eiectis, prò Catholicorum cadaueribus tumulandis opportunum cœmeterium compoſuit. | Templorum reſtaurationem perficit, ipſiſque paramenta, & ornamẽta adauget. | Effractas campanas iterum renouat. | Reſtitit (facto, & iuribus) Caluiniſtis inhumantibus eorum cadauera in Cœmeterio Parochiali.

Paro-

III. Ann. Chriſti 1635.

Parochialia conſueta munia omni ſolicitudine, & vigilantia exercebat: Sacramenta cuncta vniuerſis ſanis, & ęgris adminiſtrando, pœnitentialéſque præcipuè expiationes patientiſſimè excipiendo. Et ſi quando inſolitum aliquid, pro proximorum ſalute, vel beneficio illi præſtandum difficile, ſed vtile facinus contigiſſet; omni alacritate nullius etiam difficilioris incommodi, aut itinerationis habita ratione, propoſitum opus & aggrediebatur, & ad perfectum vſque proſequebatur. Accidit nonnunquam vt mulier vna Catholica vnica in pago Villeticen adhuc ſuperſtes, vſque ad mortem ęgrotaret, vnde in extremis conſtituta Eucharíſticum panem in Viaticum ſibi exhiberi, ſummopere peroptabat; verùm cum à Parochiali Eccleſia longius diſſita illius perſtaret habitatio ſupra montes poſita, quam vt congruè, & commodè poſſit deferri; Fr. Stephanus & mortali languore, & ſpirituali deſiderio deuotę ęgrotantis mulieris intellectis, extemplo quibuſdam ſecum aſſumptis Catholicis exurgens, in montana perrexit cum feſtinatione, Inibique opportuno, & apto loco ſelecto, in portatili constructò altari Sacra confecit, & Sacramentato pabulo, pro Viatico, mox moriturę fœminę delato, eſurientem ſpiritualiter refecit, & ſpiritualibus repleuit bonis, quibus plebem vniuerſam refocillare curabat, ſolicitioribus prædicationibus, pariter atque ſimplicium frequentioribus catechiſmis, & inſtructionibus.

> Proximorum ſaluti aſſiduus, etiam difficiliora incómoda aggreditur.

IV.

Nec ſpiritualiter dumtaxat indigentibus miniſtrabat, ſed & corporales neceſſitates patientibus benigniſſimè atque liberaliter ſuccurrebat: de ſibi neceſſario ſuppeditato quotidiano commeatu: nam & ad ſe recurrentibus ſubſidia opportuna pro viuili præſtabat: & mendicis petentibus largiter impertiebat: & nudos comparatis veſtimentis tempore hyemali præcipuè cooperiebat: & ęgrotos cunctos ſolerti ſolicitudine inuiſebat, ſolabatur, inſeruiebat, & neceſſaria prouidebat: cunctis denique miſeris, & afflictis pietatis viſcera aperire, & ſuccurrere geſtiebat: propenſiori namque compaſſiua teneritudine in patientes proximos ferebatur, ſibi etiam de neceſſario alimento diminuens, vt abundantiùs pauperibus elargiretur: ſicuti infraſcripto egregio præſtito facinore comprobatur: Antonius quidam Thronus, Perrerianus Vallicola Catholicus, dum cuidam Subalpino quiriti famularetur, ſuffurato equo ad propria refugit, & ad alpeſtres rupes pro receptaculo confugit. Quod cum ſubintellexiſſet Vigil Apoſtolicus, fugitiuum furem conuenit, & blandis, ac ſuauioribus eum alloquens, ad reſtituendum furatum iumentum induxit: quod cum ille pœnitentia ductus effeciſſet, perque internuncios equum inſigniori illi Patricio, legitimo Domino remitiſſet, paulò poſt Antonius, Pedemontano ſuo Principi ex debito militaturus, in compiane deſcendens, Villamnouam Aſtenſem ad excubandum ſtationarius miles peruenit, vbi cognitus, comprehenſus, & vinculatus, tandem pro equi furto ad Triremes Senatoria Sententia damnatus fuit. Miſeri igitur condemnati caſum, & intelligens, & commiſerans Fr. Stephanus, extempore Taurinum Perrerio peruolans, iam efficaciter coram Tribunalibus egit; vt reo abſolutionis reſcriptum reportaret, abſoluto que Antonio pecuniam pro negotiolo aliquo exercendo, vt honeſtè viueret, ſuppeditauit. Cumque nonnullos poſt dies, de Apoſtolico ærario pro alimentario ſuo, & ſocij ſtipendio quinquaginta manualis monetę libras accepiſſet; cuidam Catholicę adoleſcentulę cunctas pro dote donauit, dotatamque ſupradicto Antonio Throno legitimam in vxorem deſponſauit, ſicque fidelem iuuenem, à multiplici miſeria, quinimmò à perditione liberauit, & ad Chriſtianè honorificèque conuiuendum, atque conuerſandum habilitauit, ſiue induxit.

> Omnibus viſcera charitatis aperit, & ex ſibi ſuppeditato cómeatû, egentes ſubuenit.

> Miſero reo commiſerans eû à duplici miſeria eripuit.

V. Ann. Chriſti 1636.

Huius miſericordis viri religioſi charitas præcipuè enituit, cum Sabaudus Dux Victorius Amedeus ſuo tempore bellicis incommodis occurrentibus, vt accurreret, ab vniuerſis ſuę dominationis Prouincijs perſoluendum pecuniarium cenſum impoſuit. Id cum percepiſſet Fr Stephanus, ſuper fratres ſuos pauculos Vallis Perrerianę Catholicos miſericordia motus, Taurinum profectus Chriſtianiſſimi, benigniſſimique Principis pietatem, & liberalitatem efficacioribus interpellationibus pulſauit, vt Vallicolas fideles à præſtando tributo eximeret. Ille ne iuſtitiam violare videretur, impoſitum vectigal à credentibus, & incredulis communiter mandauit perſolui; ſed præſtationis Catholicorum pecunias Fr. Stephano iuſſit, & fecit tranſmitti: qui aduocatis legitimis Eccleſię filijs, perſoluti cenſus innumerata vnicuique reſtituit. Verùm non hoc in ſolo vectigalis indulto, & Pedemontani Principis munificentia, & Capuccini charitas in proximos miſeros eluxit, ſed nonnullis etiam alijs in præſtitis egentibus ſubſidijs. Fr. Stephanus velutì eximię integritatis, & Apoſtolici zeli inſignis Leuita notus erat Principi; qui proptereà cunctis eius religioſis poſtulationibus faciliſſimè annuebat: vnde cum adoleſcentulę nonnullę paupercule, nubiles inter Conuallicolas Catholicorum albo mox deſcriptę, poſt deieratam hęreſim de ſalute iterum periclitarentur; prouidus, & oculatus Cuſtos Victoris Amedei Ducis iterum pietatem interpellauit, & pro tribus illis redactibus iuuenculis ritè matrimonio collocandis con-

> Benignitate Principis acquiſita, in Catholicorû beneficio eâ impendit.

> Prouid⁹ Cuſtos ſalutis, & pudicitiæ puellarû Catholicarû.

gruam dotem reportauit. Alteram quamdam nubilem adoleſcentulam Capuccinus Sacerdos, de Caluiniſtarum tenebris ad veritatis lucem perduxerat: hanc Sectarij omni verſuria, & fraudulentia primùm, à pio propoſito retrahere conati, ſtabilem, & in acceprata Fide perſtantem, atque conſtantem violentia pulſare, & extra Vallem traducere auſi ſunt: quibus violentis raptoribus cum Fr. Stephanus Principis edicta, aduerſus huiuſcemodi violatores iamdiù edita, indicenda iuridicè procuraſſet, Ducis indignationem illi pertimeſcentes raptam ouiculam proprio Paſtori, & Eccleſiaſtico ouili reſtituerunt

VI. Nec ſolis Catholicis pietatis ſinum pandere geſtiebat, ſed etiam, & eò exuberantiùs, quo periculoſiùs ad æternam mortem infirmantur, hæreticis expandere volebat. Vnde perpetuò circumeundo, & peragrando errantes deceptos quæritabar, quæſitoſque, atque inuentos ſuauioribus collocutionibus, & blandis perſuaſionibus pro ardenti, & tenera conſueta ſua humanitate ad reſipiſcendum cohortabatur, impellebat, & quaſi benigna, atque amicabili impulſione compellebat. Nec ſolos gregarios homines, vel milites aggrediebatur, ſed multo libentiùs ſeductæ Plebis Archimandritas, Pſeudopaſtores, Antianos, & Diaconos adoriebatur: quos primùm humanioribus allocutionibus, & humiliori ſuadela ad Catholicè ſapiendum, & docendum prouocabat, & inuitabat. Verùm cum pertinaciores, quinimmo perfidos, & ſceleſtiores impoſtores deprehenderet, validioribus dogmaticis diſputationibus eos pulſabat, & à peruertendis miſeris propulſare, & remouere ſatagebar; proprijs in domibus perſtantes, ſiue profanis in Phanis hæreticas ineptias balbucinantes præſtigiatores conueniebat, ſermocinationibuſque abſolutis manifeſtę eos impietatis, ac falſitatis inſimulabat, conuincebat. Vnde ſæpè, à ſeductore confuſo concitata multitudine, facto impetu, legitimum Doctorem iniurijs, opprobrijſque ęgregiè affectum reijciebant: ſed non propterea à reuocandis miſeris quieſcebat, quinimmo ad Pralenſes obſtinatiores ſemel, & iterum proficiſcens, compoſito Altari, Miſſam celebrauit. Et poſt ſacrificatum Verbum Diuinum, prædicari Verbi iaculo eos ſalubriter vulnerare inſiſtebat, incredulis prædicando, & Orthodoxas veritates, qua valebat animi, & corporis contentione explicabat, quod iterum faciebat vbicumque collectos Caluinicolas proſpiciebat, extempore namque ad illos accurrens, interque eos ſtans ſalutis verbum circumſtantibus familiariter proponebat, confirmabat, & perſuadebat. Quibus iterum feſtorum cultum commendabat, & inſtantiùs inculcabat, Ducalis edicti mulctas indicendo. Verùm cum illi conſueti iurium violatores, indictam legem floccipenderent; circuibat ipſe Fr. Stephanus ſingillatim cum ſocio pro feſtis diebus, vt violatores deprehenderet, ſed de facto deprehenſos, de iure comprehendere nequibant: quia teſtes nullos comprobantes inueniebant, tacentibus Concaluinicolis malitia, Catholicis verò timore coercitis. Quamobtem Capuccinus explorator declaratiuum reſcriptum reportauit, quo iudicibus præcipiebatur: vt ad Capuccini Sacerdotis, vel ſocij dictum, licèt vniùs, ſimul, & ſemel delatoris, & teſtis conteſtatum, ſacrorum profanatores iuridicè plecterentur, ideſt mulctarentur.

Cũctos Hæreticos adoritur, eiſque Fidem Cath. ſuadet.

Ann. Chriſti 1636.

Quæ reportauerit Frat. Stephan. cõtra violatores dierũ feſtiuorum.

VII. Huius ſeraphici Leuitę, & alumni, ſiuè Apoſtolici operarij ardens zelus in eo apprimè enituit, & manifeſtiùs eluxit, quòd non contentus laboribus, ſudoribus, angoribus, & perpetuis infatigabilibus fatigationibus errantium hæreticorum reductionem quærere, ſolicitus inquirere, & ſolicitior totis conatibus procurare; ipſum prætereа ſanguinem effundere, vitam propriam profundere, pro deſipientium conuerſione, feruoroſa cordis contentione, & ſingulari appoſitione deſiderabat. Vnde ſæpè ſæpius conſodalibus ſuis, Capuccinis fratribus charitatis impulſu adductus, dicere pro domeſtico alloquio conſueuerat. Quis mihi det, vt ego pro his viuificandis emoriar? Quis mihi tribuat, vt cunctum meum ſanguinem pro pererrantibus his pauperculis curandis impendam? libenter enim ego, pro his ſaluandis, impendar, & ſuperimpendar. Ardens igitur huius Capuccini, generoſi Athletę incredulos conuertendi ſtudium, caſſum, irritumque fieri, Clementiſſimus Deus non eſt paſſus: plurimorum namque (quorum certum numerum ignoramus) reuerſione, & Catholizatione ſuę reſidentię triennio gauiſus eſt Fr. Stephanus, & ſuo nomini debitam coronam gratię, & glorię reportauit ſicuti pium eſt nobis perſuadere.

Ardet zelo profundẽdi, pro ſalute infideliũ, proprium ſãguinem.

Multos ad Catholic. Fidẽ conuertit.

CALCV.

CALCVLVS XXII.

Fr. PAVLI MARIAE à CORNIATO Concionatoris, per annum 1637.

I. IMportuna mors,& Pedemontano Principatui multum inopportuna Lacheſis, Victoris Amedei prudentiſſimi, & integerrimi pariter, ac Catholiciſſimi Ducis vitæ tramitem, dum adhuc profienè ſatis, & fæliciter ordiretur, ſuccidit. Vnde defuncto hæreticorum Domitore ferocientes hæreſes, ſiue furentes perpetuò Eccleſiaſtici Regni perduelles cornua erigere,& exacuere cogitauerunt. Validum igitur Antagoniſtam perduellionibus vt opponerent Apoſtolicę militię Agonothetæ,Fr. Paulum Mariam à Corniato elegerunt,& emiſerunt Qui veluti egregius Declamator, eruditiſſimus Theologus, & Scholaſticus acerrimus vbi primùm Nigram Vallem ingreſſus, Apoſtolicam ad ſibi deſtinatam ſtationem acceſſit; Schiſmaticæ, & Caluiniſticæ defectionis, & rebellionis Auctores, & Patronos adoriri, & pulſare exorſus eſt; ad Religionare publicum certamen eos prouocans, & laceſcens: ſed Caluinicolarum Archimandritæ, generoſi Therſites vel congreſſum declinare, vel occurſum deuitare perpetuò ſtudebant. Et ſi quando neceſſitate, vel pudore coacti oblatam pugnam acceptabant: oblatrando potiùs tumultuabant,quàm dogmaticè decertabant.

Quid egerit Frat. Paulus Maria ſuæ Miſſionis tẽpore.

Abijt nonnumquam Fr.Paulus Maria ad Pralienſes, vt in Sancti Ioannis Baptiſtæ profeſto Die Præcurſoris in ſemidiruto Sacello, apud hæreticos illos exiſtente, celebraret,abſolutoq; Miſſę Sacrificio,Pſeudodoctorem inibi commorantem eûocnit,coramque Vallis Iudicibus Ordinarijs, & congregata multitudine,de Orthodoxæ Fidei articulis ad decertandum inuitauit: cumque laceſſitus intra proprios lares, aufugere non valeret, nec validiùs argumenti ſatisfacere ſe poſſe intelligeret; concitato tumultu, tumultuarijs vociferationibus congreſſui finẽ dederunt. Quare Capuccinus validus, & fortis Athleta dato libello,& præſentẽ illũ, & vniuerſos Vallis Pſeudopaſtores,ad dogmaticũ publicum agonem, coram competentibus Iudicibus, vel in Pinerolienſi Ciuitate, vel conterminis oppidis publicè inuitauit,& impenſiùs interpellauit,illi verò inito inter ſe Conſilio pro ſibi cõſulendo, & propriæ famæ prouidendo,de non acceptando oblato congreſſu conſuluerunt,& ſic prouocanti negatiuè reſponderunt. *Ann. Chriſti 1637.*

II. Ipſe verò decipientium cognita malitia, atque fraudulenti nequitia, deceptos populos, & plebem ad reſipiſcendum hortari occeptauit, & tentauit validioribus adhortationibus, ſimul & efficacioribus admonitionibus illos excitando, ſolicitando, & interpellando: ſuauioribus allocutionibus eos conueniebat, blandis collocutionibus ſurdos inuitabat, & modis omnibus deuios reducere ſtudebat.

Omne ſtudiũ inſumit vt deuios ad Fidem Cath. conuertat.

Quod quidem ad votum proculdubio euenturum ſibi ſperabat, niſi præſtigiatores nequam Diuini verbi fructificationem, & blandis, & minis quinimmò, & vi, ac violentia impedire, conatibus omnibus perſtitiſſent. Nullatenus tamen obſiſtere præualuerunt; quin Capuccinus Sacer Orator, & prædicationibus, & ſermocinationibus, ſiuè pro concione, ſiue pro Catecheſi Fideles credentes, rudes,ſimplices, & peritiores inſtrueret, firmaret in Fide, confirmaret in bonis operibus præſtandis.

Fideles inſtruit, & omnes feſtorũ ad obſeruantiam cõpellit.

Quin etiam tum hos, tum illos ad exactam feſtorum obſeruationem, vel ſuauioribus impulſis, vel iudiciarijs mulctis compelleret. Stetit igitur per annum in cuſtodia,viriliter egit, fortiter dimicauit, & ruentes hoſtes compeſcuit, poſtea ipſe quoque reuocatus diſceſſit.

CALCVLVS XXIII.

Fr. LAVRENTII à PINEROLIO Concionatoris, per annum 1638.

I. TEnellus infans, Franciſcus Hyacinthus,Pedemontanus primogenitus Princeps ſuperiori anno extincto inopinata nece Victorio Amedeo Sabaudo Duce, Parenti Ducatus in adminiſtratione ſucceſſerat, cuius ſolicitam tutelam adminiſtrabat Chriſtiana Francica Pedemontana Duciſſa, & adoleſcentis Ducis prouida Parens, hoc trigeſimo octauo excurrentis ſeptimi decimi ſæculi anno. Cum igitur puer Princeps infantilibus, & manibus, & membris dominationis ſceptrum ſuſtineret; non ſuſtinentes rebelles Sectarij,legitimi Principatus reli-

gione ſibi, non minus quàm dominatione aduerſantis iuſtum iugum longius ferre: quauis oblata opportunitate turbas excitare, & contra Eccleſiaſticum regnum aliquod moliri ſtudent. Vnde Italicorum horum liminarium ſupremi Cuſtodes ad hanc cuſtodiam aſſeruandam, vigilacem Pugilem deſtinare voluerunt, Fr igitur Laurentium à Pineolio, his temporibus, emiſerunt. Qui cum exercitæ iam Apoſtolicæ militiæ ſtrenuus, & expertus miles exiſteret; adueniens validus ſtetit in excubijs: Fideles Dei verbo, & prædicato, & ſacramentato confirmando, & incredulos acrioribus religionarijs certaminibus infirmando: illis Sacramenta miniſtrabat: Sacramentarios iſtos confutabat: ad ſacri cultus frequentiam Catholicos pertrahebat: à ſacrilegis profanationibus illos retrahere ſtudebat, Miniſtris ſacrilegiorum reſiſtendo, & pro viribus obſiſtendo, ferventiori namque ſpiritu, & zelo perductus, Orthodoxæ veritatis incrementa, & hæreticæ prauitatis decrementa promouere ſtuduit. (Ann. Christi 1638.) (In aduentū Fr. Laurentij commouetur turba Infidelium.)

II. Inter plura, quæ vigilax expeditus, Euangelicus hic operarius, tempore annualis ſuæ miſſionis, præſtitit, gemina ſola recenſentur: nempè quod Capuccinorum excubitorum pauperculum habitaculum ad aptiorem formam reduxit, & religioſis miniſterijs commodiùs peragendis aptauit. Rurſus cum liberalis in pauperes perpetuò apparuiſſet, miſeris egenis, ægrotis, & patientibus cunctis ſubueniendo, in vno magis illius exuberans charitas enituit, quod cum tres adoleſcentulæ, ad Catholicam Eccleſiam redeuntes, cognatorum, & affinium Sectariorum omni ſubſidio deſtitutæ relinquerentur; non tamen dereliquit eas Fr. Laurentius, ſed efficacioribus interpellationibus piiſſimæ Duciſſæ, Chriſtinæ Sabaudæ exporrectis, pro tribus ſupradictis puellis matrimonio iungendis, congruam pro ſingula dotem reportauit. (Miſſionis habitaculum ad aptiorē formam reduxit.) (Et à Sabaudiæ Duciſſa triu Catholizatis puellis dotē reportauit.)

CALCVLVS XXIV.

Fr. IOACHIMI à GAXINO Concionatoris, Per annos 1639. 1640.

I. GEminis hiſce trigeſimo nono & quadrageſimo ſæculi ſeptimi decimi currentis annis, domeſticis ciuilibus tempeſtatibus acriter agitabatur totus Pedemontanus ager: vnius namq; Subalbipinæ gentis homines ſurgebant contra eiuſdemmet Ciſalpinæ gentis Populos, & vnius Sabaudi Regni Proceres aduerſus eiuſdem Regni Quirites decertabant, quia eiuſdem Regalis Sabaudicæ familiæ Principes ad inuicem diuiſi, contra ſemetipſos; ex hac Gallis ex illa parte impellentibus Hiſpanis digladiabantur, cunctis ſimul, & ſemel in ſubiectam plebem, & Subalpinam regionem debacchantibus. Tot igitur, tantiſq; malis Italicas has limitares plagas diuexantibus, limitanei Eccleſiaſtici Regni perduelles hæretici propitiam in dies opportunitatem auidius aucupabantur, & præſtolabantur; vt Euangelicum illud conſequeretur: *Omne Regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur, & domus ſupra domum cadet*. Quò huius deſolati Catholiciſmi ex ruderibus, Caluiniſmi Arcem excitare, & eleuare valerent. Ad hoc igitur ne præualerent operis Euangelici Præſides, vigilaces excubitores ad has extremas Cuſtodias mittere non deſtiterunt: vnde his annis electum, & ordinatum deſtinauerunt Fr. Ioachimum à Gaxino, qui Fideliter hactenus in Pancalerienſi inuigilanerat Statione. (Ann. Christi 1639.) (Debacchātib armis exultant Religionarij.) (Luc. c. 11.)

II. Strenuus hic, atque ſolicitus Apoſtolicus operarius iam in diuerſis temporibus ſemel, & iterum per trimeſtre dumtaxat, ſingulo pro ſingulari miſſione, hanc Cuſtodiam excoluerat; quando Perreriana hæc Eccleſia proprio Parocho Viduata vacabat. Tunc enim ipſe Cooperatoris munere præclare fungens, Parochiales vniuerſas functiones, & operationes ſolicitius exercere, & plebi expoſcenti, vel indigenti præſtare, ſatagebat: & verbo, & exemplo, & Sacramentis ſubiectos populos, Catholicos nempè opportunè paſcendo, & reficiendo. Qui cum veluti Parochialium prouentuum Oeconomus, obuentiones, vel præſtationes pecuniarias, ſiuè redditus, licèt tenues adminiſtraret; cuncta quæ ſuæ adminiſtrationi ſubijciebantur, & relinquebantur, in Eccleſiæ reſtaurationem impendebat, Templi ornatui, & ſacrarij, ideſt Leuiticæ ſupellectilis prouiſione incumbendo, ornamenta, ac paramenta comparanda procurabat, quotidianis itidem pauperibus egenis, & ægrotis eleemoſynas impertiebat, Catholiciſque præcipuè extremam, his bellicis tempeſtatibus exagitatis, neceſſitatem patientibus charitatiuè ſuccurrebat. Aduerſus verò Sectarios inſoleſcentes, ſignanterque Pſeudoprædicantes perpetuò decertabat, & fortiter pro Orthodoxa fide ſtabat. (Fr. Ioachim factus Oeconomus Parochiæ, prouētus in Eccleſiæ reſtaurationē, & Leuiticæ ſupellectilis prouiſionem impendebat.)

III. Quando verò Capitularium Patrum prouida diſpoſitione ecce iam tertiò, ad hos gratiæ coaptandos peruenit Perrerianos, per biennium depetraſcendis hiſce

Petronibus

Petronibus inſudauit: Apoſtolico ſibi demandato in opere inſiſtendo, & iugiter claborando, primo vt incipientes, & ignaros ſiue iuniores, ſiue grandiores Chriſtianæ Fidei rudimentis imbueret, rudeſque excoleret, atq; informes religionis fœtus ad pietatem efformaret grandæuos poſtmodum in moribus deformatos, vel operibus minus congruis deformes, omni ſtudio reformare ſtudebat, prædicati verbi frequentiori, & acutiori ſcalpro eos expoliendo: feruenter enim, & ſapienter Euangelica oracula proponebat, exponebat,& declarabat: Catholicas veritates demonſtrabat: nugas hæreticas reijciebat, ſaluris ſemitam cunctis demonſtrabat: nam, & incredulos vel publicis congreſſionibus, ſiuè ſermocinationibus, aut familiaribus allocutionibus ad Orthodoxam religionem inuitabat, aut validioribus ratiocinijs, ſiue argumentationibus peruicaciores Antianos, ſiue Miniſtros vel obuiam factos, vel ex induſtria requiſitos confutabat. Sicq; perpetuò vel legitima propugnabat, vel Sacrilega dogmata, tàm pro concione, quàm pro diſputatione expugnabat.

Quibus laboribus perfunctus ſuam miſſionē decorauerit.

Ann. Chriſti 1640.

CALCVLVS XXV.

Fr. VICTORIS RIPVLENSIS Concionatoris, per annos 1641. 1642.

I.
DEferueſcentibus paulatim, ſub his annis, domeſticis, & ciuilibus inter Sabaudos, & Principes, & populos ſimultatibus, & iurgijs Chriſtiana Duciſſa, & Pedemontanę dominationis Rectrix, atque Adminiſtratrix pro Carolo Emanuele II. Filio, & Duce, intra pupillares annos adhuc conſtituto, cum Catholicę Fidei, & Eccleſiaſtico Regno patrocinandi ardentiori zelo teneretur; nonnulla circa hæc tempora, Chriſtianiſſima edicta promulgauit, quibus Sectarios Vallicolas intra tolerata limina, ſe ſe continere, & coarctari imperabat. Verùm enimuerò vtriuſque Iuris, & Canonici, & Ciuilis, Imo, & humani, & Diuini violatores Pſeudopaſtores horum Conuallium, omnis iuſti termini impatientes obſtrepebant, atque ad tumultuandum Lucernenſes populos ſolicitabant, inſaniendoque per Valles ad Conuallicolas, & Concaluinicolas conquærendo conclamabant; quapropter conterminis his in excubijs ad inuigilandum, expeditos, & feruidos Vigiles mittere Apoſtolici Præſides perſeuerabant. Electum igitur, & ordinatum, hoc anno primo poſt quadrageſimum milleſimum ſexcenteſimum, Fr Victorem à Ripulis ſubmiſerunt, qui religioſa ſolertia, & ferueutiori Catholicę Fidei zelotypia ſuccenſus, cum eruditus eſſet Theologus, & laudabilis Concionator, ad ſibi demandatam Stationem accedens aduerſus infenſiores aduerſarios procedere decreuit.

Fr. Victor aduerſus fidei aduerſarios inſenſiores progreditur.

Ann. Chriſti 1641.

II.
Quotidiana, atque manuali experientia admoniti noſtri Apoſtolici Pugiles animaduerterunt; quòd licèt ex dogmaticis cum Pſeudominiſtris congreſſionibus, nihil frequentiùs, quàm tumultus, & ſeditiones, ſiue clamoroſę exprobrationes, calumnie, iniurię, & contumelię in religioſos Antagoniſtas congeſtę conſequantur; nihilominus huiuſcemodi ſeditioſos tumultus, & perturbationes peculiari ſuo conſiderabiliori emolumento non carere, nouerunt; vnde neceſſarium autumant, à talibus congreſſionibus non abſtinere. nam ſilentibus canibus Eccleſiaſtici ouilis, & intra domeſtica limina latentibus, vel non latrantibus, & quieſcentibus, vlulant lupi, rugiunt leones, oblatrant præſtigiatores, circumeunt fures, & per feneſtras, ſiue violenter ſibi apertos aditus, poſticus in gregem Dominicum ruunt Abactores. Inſoleſcentes circulatores in foro, & in vicis ſua præſtigia oſtentare, & ineptias venditare geſtiunt, garrientes aduerſus Euangelicos excubitores, quorum vſque ad limina portarum progrediuntur illudere, dum nullum timent, qui colludat: ſecus verò ſi Apoſtolici Pugiles in arenam deſcendere, & medium in campum, ſeu forum progredi conſueuerint, Archimandritas Caluiniſtarum proprios intra lares, ſiue profanis in delubris glocitantes inquirendo, atque ad dogmaticum agonem prouocando: quinimmo in omni loco, & tempore, vel obuios habitos, vel ſacrilega miniſteria exercentes: aut vt exerceant, & Caluiniſticę vt miniſtrent peragrantes, perſequuntur, acrioribus religionaribus certaminibus pulſantes, & propulſantes. Tunc enim Pſeudoagonothetæ, qui montes ſubuertere, & petras conterere minabantur, imò qui mare abſorbere, & ventos deglutire, terramque palmo concludere, ad inſtar Gygantum iactabant; veluti pigmei ſilere, & latibula quærere feſtinant, timidi, & pauidi, poſticus more noctuarum in tenebris ambulant, & in abſcondito conuerſantur. Id igitur cum Fr. Victorem nequaquam lateret, ſæpè ſæpiùs hæreticis Antagoniſtis dogmaticum prælium indicebat, & efficaciter aduerſus perfidiantes Orthodoxa dogmata pro-

Sæpiſſimè dogmaticum prælium Hæreticis indicit.

pugna-

pugnabat. Semel cum Cluſonio Laureato hæretico prolixiùs de libero arbitrio decertauit. Iterum vero, vt de Purgatorio cum eodem concertaret longiori itinere progredientes ipſe, & Fr. Paulus Taurinenſis, Coagonotheta Petruxinus; Cluſoniani Vallem penetrantes, Trauuerſarumque ad Villam peruenientes, domi commorantem conuenerunt, at ille in abſconditis latitans, abſentem ſe ſimulans, Antagoniſtarum Capuccinorum occurſum effugere voluit, quia reſiſtere non valuit. Pluries Antiminiſtros varijs de Orthodoxę Fidei articulis diſſerendo impietatis, & falſitatis inſimulauit: propriç ipſorum Caluiniſtarum Fidei (vel melius) perfidię confeſſione dictis eos coarguendo publicè coram circumſtante multitudine, quinimmò aliquando coram Anglo quodam alienigena ad Sabaudum Ducem miſſo, pro oratore Nigra in Valle tunc fortuitò exiſtente. Quibus omnibus, & alijs conſimilibus religionarijs concertationibus licèt perduelles ſuperbi, & proterui multiplicatis cum iurgijs calumnijs, & indecoris vociferationibus finem imponerent; ex hoc tamen nempè, ex Antagoniſtę Capuccini validioris eruditionis, pluries expertę timore, & formidine terminum quoque inſolentiùs circumeundi, & Caluiniſticè balbucinandi in auribus fidelium, ſiue perſtantium indigenarum, aut alienigenarum aduentantium, ponebant, & ſolitarij ſtudioſè ſilebant, nec niſi rarò in foro coacti apparebant. Semel autem adſtãte Oratore Anglo.

III. Nec ſolis diſputationibus dogmaticis incumbebat, imò verò, & multò frequentiùs ac ſolicitius ſimplicium inſtitutioni inſiſtebat: primaria Orthodoxę Fidei documenta debilioribus, & infirmioribus enucleando; panem vitę ſimplicibus frangendo non pro catechiſmo dumtaxar, ſed multò magis pro ſuggeſtu, cunctis feſtiuis diebus concionando, vt prolixiori, & grauiori pro ſermocinatione, legitima oracula, & fidelia dogmata explicando, confirmaret, & nequiora hæreticorum placita declarando, confutaret. Sacerdotibus in Diuini cultus exercitio excolendo obſequebatur, in Sacramentis miniſtrandis opitulabatur; ſpiritualia miniſtrabat, nec temporalia neceſſaria negligebat: Quædam enim opportuna Parochiali Templo inſtauramenta procurauit, præ cuius foribus porticum conſtruendum curauit. Religioſo verò Apoſtolicorum vigilum domicilio aquarum penuria laboranti ex viuis lapidibus effoſſum puteum abundantię, abundantioris ſcilicet, & purioris aquę intra interiora limina aperuit, domumque religioſiùs compoſuit, nec extra domum aliquando operari ceſſauit. Concionaƒ, & ſimplicioribus Cathechiſmũ aperit. Spiritualia adminiſtrãs, non negligit tẽporalia fidelib. Puteũ fodit.

Ann. Christi 1642.

IV. Quia enim hec ceſſabant interim, ſub hac tempeſtate, bellica domeſtica diſſidia; perſeuerabant pariter ſoluenda quotidiana tributorum onera, quibus cum ſufferendis ægrè admodum valerent Perrerianę Vallis incolę; Fr. Victor pro ſua ſtatione ſolicitus, coram, & Principibus, & Magiſtratibus ſolicitè adeò, & efficaciter egit; vt tandem aliquando piorum tutelarium media interceſſione exonerationum, & exemptionum, per quinquennium, diploma reportaret, in fauorem eorum Vallicolarum, qui Catholica, & agnita, & acceptata veritate, hæreticalibus erroribus valedicerent. Sicuti autem à corporalibus vectigalibus perſoluendis reduces liberauit, ſic & Catholicos à ſpiritualibus grauioribus damnis incurrendis præſeruauit. Inſeruiebat tunc temporis Perrerianę Parœcię Clericus quidam minus continens, qui aliquandò cum impura muliercula deprehenſus, timore & terrore compulſus, comprehenſoribus pecuniam copiosam, ſyngraphe ſignato, pollicitus eſt, ſe mox exhibiturum: cum verò poſtmodum ſoluendo non eſſet miſer Leuita, atque ſimul, & ſemel oppidanorum promiſſam pecuniam exigentium minas, & ſuperiorum iuſtè procedentium canonicas pœnas pertimeſceret; de pluribus proprio capiti imminentibus malis, in peius eligendum proſilijt, nempè in duplicem apoſtaſiam à Fide, & ab Eccleſia amplectendam, & profitendam. Iniquiſſimum verò, ac turpiſſimum hoc ſuum excogitatum propoſitum antequam executioni mandaret, Capuccino Euangelico excubitori Fr. Victori communicare voluit; qui horrendum facinus & exhorrens, & deteſtans efficacioribus diſſuaſionibus vacillantem Sacerdotem, ab eo perpetrando auertere ſategit; periclitanti omnem ſuam & opem, & operam pollicens, tum ab Eccleſiaſtico Tribunali impunitatem, tum à Vallicolis aduerſarijs tutiſſimam euaſionem promiſit. Promittentis igitur ille monitis acquieſcens, paupercula ſua domeſtica ſupellectili collecta, comitantibus Capuccinis vigilibus, opportuno tempore de Nigra Valle digreſſus, illæſus abiuit, & in tutum ſe ſe recepit, nunquam amplius de turpiori apoſtatica fuga recogitans. Cogitabat tamen Fr. Victor, & deſtitutę Parochialis Eccleſię curam per octo mẽſes laborioſè exercebat, donec de nouo prouiſus Parochus accederet. Hominem à duplici Apoſtaſia liberat.

V. Ex qua ſua ſolicita cultura, & Euangelica ſarritione, ſiue agricolatione inter petras ſerens, meſſuit nihilominus, ſi non cẽteſimum, ſexageſimum, vel trigeſimum, ſaltem decimum octauum prouentum, octo enim, & decem reduces, reſipiſcentes Caluiniſtas Eccleſię Catholicę in horreum myſticum reportauit. Ludimagiſtrum quemdam religionarium in S Martini Valle ac Villa Facti degentem, cum vxore, & tribus filiabus ad publicè Caluiniſmum deierandũ adduxit Ille autem quondam

& ſeductus, & ſeductor de corde adeò & pœnituit, & reſipuit; vt morti iam proximus, ſibi adſtantes propinquos, & amicos Caluinicolas ad reſipiſcendum efficacius adhortaretur. Publicoque tandem ſuo teſtamento firmato, prærecenſitas ſibi natas adoleſcentulas vniuerſo à ſua ſucceſſione excluſit, ſi quando à Sathana deluſas, hæreticalem ad vomitum illas regredi contingeret: hiſque peractis, Eccleſiaſticiſque Sacramentis ſuſceptis, piè, & religiosè obdormiuit in Domino. His connumeranda venit tenera quædam adoleſcentula quam cum ſectaria è perditione eripuiſſet Fr. Victor; quia intra domeſticos lares conuerſans ſubuerſionis iterum periculis ſubiacebat, à Pſeudopaſtoribus, veriùs lupis ferocioribus diligentius inquiſita, idcò ne puellam ad mortem inquiſitores perfidi inuenirent; prouidè Apoſtolicus Leuita, periclitantem ouiculam è Vallaribus anguſtijs ereptam, Pedemontana in Catholica complana perducendam curauit, quam cum Sauiliani honorabilis Matrona, Domina *Hieronyma* Crauetta, pia Comitiſſa in ſuam tutelam, patrocinium, & domum recepiſſet, poſt nonnullos dies intra religioſa orphanarum adoleſcentularum Clauſtra educandam, & curandam tranſtulerunt, & collocauerunt. Ex hac tamen huius reductæ, & in tutum deductæ iuuenculæ tranſlatione, grauiora diſcrimina Capuccini Sacerdotis capiti moliri cœperunt perduelles Catholiciſmi hoſtes, Pſeudoque præcipue prædicantes, qui tergemini aliquando, cum gladiatorum turma Apoſtolicum Excubitorem præ ſuæ domus foribus adorientes, minacibus, & verbis, & geſtis eum conuenerunt, pro reſtituenda puella illum interpellantes, quibus cum puellam legitimę matri reſtitutam aſſereret religioſus Pugil, poſt multiplicatas tandem iniurias, calumnias, & opprobria, & minas, minitatumque habitationis incendium, ac exprobrationes; tandem confuſi obmurmurantes, & acerbiora comminantes receſſerunt, perſtante intrepidè Capuccino Antagoniſta. Qui vt ſaluationi animarum opportuniùs conſuleret, & expeditus accurreret; Ab Illuſtriſſimo Nuncio Taurinenſi poteſtatem ſibi cum Coapoſtolico operario Petruxienſi Capuccino communem reportauit; vt cunctis in Vallaribus tam Abbatialibus, quàm Taurinenſis Diœceſis locis, in quibus ſanctum Inquiſitionis Officium non exercetur, liberè ad Fidem Catholicam redeuntes indifferenter recipere valerent, vt relatis diplomatibus patet.

Puellam Catholizat, eſq; intra Orphanarũ Clauſtra educãdam Sauilianum tranſmiſit.

Quanta ſit paſſus ab Hæreticis.

CALCVLVS XXVI.

Fr. SIMPLICIANI à PINEROLIO Concionatoris, per annum 1643.

Contracto pacis fœdere, ſub his diebus, inter Pedemontanos & Principes, & Dynaſtas, Ciſalpinoſque cum Tranſalpinis Gallis confœderationis vinculo conſociatis, quieſcebant aliquantulum res ciuiles, licet domeſticę multiplicatis vectigalibus perturbarentur: Eccleſiaſtici etiam Regni negotia, per hæc tempora ſilebant, nec Sectarij Vallicolę publica iurgia excitabant, licèt in occulto nequiora ſemper molimina foueant. Stabat in ſua Parochiali Statione pronitus, & ordinatus Perrerij Reuerendus Præpoſitus, & Parochus commiſſam ſibi plebem curando, & dirigendo. Huic igitur, vt cooperaretur miſſus ſuperuenit, hoc anno, Fr. Simplicianus Pineroliēſis, Concionator, & Theologus infirmioris quidem corporis valetudinis, ſed vegetioris ſpiritus acuminis, firmioriſq; reſolutionis, qui ſuperueniens prærecenſito Sacerdoti curatori in omnibus ſacrorum miniſterijs præſto adeſſe feſtinauit: catechiſmum puerorum exercendo præcipuè, tunc enim non ſolis inſtructionibus, & ſermocinationibus rudes, & ſimplices excolere ſtudebat, ſed, & eleemoſynarijs panis elargitionibus profuſioribus pauperculos ignorantes ad neceſſaria Chriſtiana rudimenta perdiſcenda pertrahere nitebatur. I.

Ann. Chriſti 1643

Præſto adeſt Frat. Simplicianus Præpoſito Perrerij, & Catholicorum indigentiæ.

Nec propterea his intentus, maiora negligebat: opportunis namque, & congruis profeſtis diebus, ſolemnioribus ſignanter, prædicato Verbo adſtantes in Fide Orthodoxa confirmabat, dum Catholicis doctrinis, & ſcripturalibus Oraculis, Caluiniſtarum phanatica placita fictitia, atque commentitia declarabat. Quibus manifeſtioribus dilucidationibus, & credentibus lumen perfectioris Fidei impertiebat, & incredulis illuſtrationem, & ſpiritualem illuminationem ad ritè credendum afferebat: vnde geminos errantes, deuios hæreticos, nempe matrem viduam cum filio infantulo ad Caluino renunciandum adduxit. Cumq; miniſterio verbi, & Apoſtolici operis inſiſteret per tempus ſuæ Miſſionis, expleto anno reuocatus ad Clauſtra receſſit. II.

Geminos hæreticos matrem, & filiũ ad Fidẽ conuertit.

CALCV-

CALCVLVS XXVII.

Fr. PETRI MARTYRIS TAVRINENSIS Concionatoris, per annum 1644.

I. DVm Comitijs Prouincialibus celebrandis, præſenti anno quadrageſimo quarto cum ſexcentis, & mille, Pedemontanę Prouincię Capuccinorum optimates Patrcs Taurinum conueniſſent; conuenerunt pariter inter ſe Eccleſiaſtici Regni perduelles, & ſacri Diuini cultus oſores Perreriani Vallicolę, ac Caluinicolę, vt captata abſentis Apoſtolici Cuſtodis Capuccini opportunitate, iam olim à ſuis iniquis anteceſſoribus, ſacrorum violatoribus dirutum S. Blaſij campeſtre Sacellum, & à Fr. Hippolyto quondam Capuccino Stationario reſtitutum, iterum nequiores filij, Sanctorum profanatores diruerent. Nec ſacrilegę factę inter Sectarios conuentionis executionem comperendinauerunt, imò extempore demolitionem prædictę ſacrę Ædiculę accelerare feſtinauerunt, nonnullaq; alia diuinorum venerationi indecora, ac minus honeſta facinora perpetrauerunt. Quod cum per internuncios Sacerdotalis militię præſidibus innotuiſſet; validum, & robuſtum Antagoniſtam temerarijs his ſacrilegis perduellibus opponere, & obijcere decreuerunt: quamobrem Fr. Petrummartyrem Taurinenſem in Apoſtolica militia exercitum Pugilem, expeditum eò deſtinauerunt.

Ann. Chriſti 1644.

Sacrilegi Oſores Sacellum D. Blaſij diruunt.

Fr. Petrus Martyr mittitur huius miſſionis Cuſtos.

II. Qui Validiùs vt inſoleſcentibus Eccleſiaſtici Regni perduellibus & reſiſtere & temerarios eorum auſus compeſcere valeret; commendatitias à Chriſtina Duciſſa, ad Nigros Vallicolas, in ſui fauorem litteras reportauit. Quibus cunctis illis hominibus ſpecialis erga venientem Apoſtolicum Operarium reuerentia, & obſeruantia præcipiebatur: cui illa quoque facultatem fecerat, Patrocinij Ducalis tutelares cartas conficere, quibus Capuccini manu ſignatis authenticam Fidem vniuerſi exhibere iubebantur. His igitur ſęcularis dominationis ſubſidijs pręmunitus, & ſpiritualium Præſulum competenti auctoritate præditus ad Perrerianam Cuſtodiam acceſſit Fr. Petrus martyr; primoque ſuo ingreſſu dirutum Sacellum Diui Blaſij conſpectans, cunctos Sectarios ad ſe accerſitos conuocauit: illiſque Principis indignatione comminata, ſub grauioribus interminationibus reſtaurationem deiectæ ſacræ Ædiculæ intimauit. Vnde ſacrilegi pænarum timore perculſi ſponte reſtituendæ capellæ ſua pecuniaria ſubſidia, & opera obtulerunt, adhibitis interceſſoribus noxæ veniam deprecantes. Quibus poſt debitas increpationes, tandem indulgendo eorum ſumptibus nouam Iconem Cancellos, & portas conficiendas, & tectorio opere, totum Sacellum leuigandum, & mandauit & mandato præſtauit.

Præmunitur litteris fauorabilib⁹ à Duciſſa.

Comminata Sectarijs, Pricipis indignatione, Sacellum Diui Blaſij eos reſtaurare cōpulit.

III. Apoſtolico ſuo proprio miniſterio vigilantes perpetuò incubuit prædicationi Diuini verbi, & ſimplicium inſtructioni, necnon Sacramentorum adminiſtrationi ſedulus inſiſtendo, ſanctificationē verò ſabbathorum, ideſt feſtorum mirificè zelauit; vnde tàm ipſe, quàm ſocius feſtis diebus ſolicitè circuibant, ſi quem fortè profanatorem mulctandum deprehenderent. Cum igitur aliquando collega Sacerdos natam Pſeudominiſtri iuuenculam manualiter ſacta quadam die operantem offendiſſet, eamque pro præuaricatione coarguiſſet, ſuperueniens Progenitor deceptor, Capuccinum arguentem iniurijs, & contumeliis afficere aggreſſus eſt. Digreſſus illę Concionatorem commilitonem acceptæ iniuriæ, & deprehenſæ tranſgreſſionis admonuit: admonitus ergo Euangelicus ſacer Excubitor coram Tribunalibus proclamans Miniſtrum iniquitatis coegit; vt veniens coram populo Eccleſiaſticis Sacerdotibus humiliter de vtraque præuaricatione, veniam peteret. Sectarios magis rurſus, vt compeſceret; ligneam grandiorem Crucem præ Sancti Martini Templi foribus ſolemniter erigendam curauit Fr. Petrumartyr: qui domeſticum Capuccinorum domicilium aliqualiter decentiùs poſtquam compoſuiſſet reuocatus diſceſſit.

Profanatores feſtorū corrigit, & quid acciderit eis cū iuuencula Pſeudominiſtri.

CALCVLVS XXVIII

Fr. PAVLI MARIAE à CORNIATO
Concionatoris,
Per annum 1645.

I. QVoniam in dies magis, prævaricatores Calviniſtæ conſuetas iuſtitiæ tranſgreſſiones multiplicare perſeuerabant, & à Ducalibus præſcriptis ſtatuta limina violabant; ideo ad hos Petrones tranſgreſſores coercendos ſecundò delegatus, & deſtinatus venit validus Pugil, eruditiſſimuſq; vigil Fr. Paulus Maria à Corniato, religionari iam in arena diù exercitus: qui latarum pro Eccleſiaſtico Regno à temporali dominatione legum obſeruantiam, vt ſuſtentaret, & ſuffulciret à Regia Celſitudine Sabaudæ Duciſſæ Chriſtianæ Franciçæ confirmatiuum reſcriptum primò reportauit: quo cunctis ordinarijs Conuallium Iudicibus, antiquorum iurium aduerſus hæreticam prauitatem noua, & perpetua obſeruantia commendabatur. Illicque rurſus fidelis, & aſſidua Apoſtolicis Miſſionarijs cooperatio, & aſſiſtentia præcipiebatur; quo Orthodoxæ Fidei negotia faciliùs & fæliciùs proſequi valerent. Venit igitur deſtinatus Cuſtos atque inuigilando, proclamando, tum pro Catecheſi, tum pro concione elaborando, vtraque, tàm corporali, quàm ſpirituali manu ſiue miniſterio, & Clericis, & Laicis, ſanis, & ægris, infirmis, & firmioribus obſequendo, ſtetit viriliter in ſua Cuſtodia, demandatoque oneri ſatisfacere curauit, Fidei Orthodoxæ prouentus procurando.

Fr. Paulus Maria in hoc ſecundo aduentu confirmatiuum reſcriptum veterum Iuriũ contra Hæreticos à Duciſſa reportat.

Ann. Chriſti 1645.

II. Perfidorum interim iniquioribus moliminibus, & violentioribus conatibus pro virili reſiſtebat: vnde Pſeudoprędicantium doloſis circuitibus ſtudioſè, & opportunè obſiſtere ſatagebat. Intellexit aliquando Pſeudopaſtorum trium Conuallium in Nigra Sancti Martini remotiori, ob idque tutiori Valle, vel Vallo indictum Conuentum; poſtquam igitur congregatos vndecim præſtigiatores accepiſſet, eò expeditus, & pernix conuolauit Orthodoxæ veritatis Propugnator: cumque coram congregata multitudine conſedentes vndecim impietatis aſſertores, ſolus Capuccinus Leuita aggreſſus, dogmaticum certamen inſtanter obtuliſſet; perſeuerauerunt illi religionarum pugnam reſpuere, donec à ſuis aſſeclis publicè illis exprobrata ignauia, quod plures propria æſtimatione Achilles, vnius ſolitarij Capuccini congreſſum pertimeſcerent, & declinarent; ab vno denique Angroniano acceptata diſputatione, de legitima verbi miniſtrorum miſſione, vno illo deuicto, confuſi quoque cæteri conticuere, ſicque trophęa de hoſtibus referens Fr. Paulus Maria receſſit. Qui ſuæ Miſſionis tempore & reducem vnam mulierem ad Eccleſiæ gremium recepit, & muros per Miſſionis hortus circuitum conſtrui, & circumædificari fecit.

Congregato Conuentu, ſiue Conciliabulo Hæreticorũ Præſidentibus vndecim Miniſtris, ſolus Miſſionarius eos adoritur, & ad diſputationem prouocat.

CALCVLVS XXIX.

Fr. HIERONYMI à PAMPARATO
Concionatoris,
per annos 1646. 1647. 1648. 1649. 1650. 1651. 1652. 1653. 1654. 1655. 1656. 1657. 1658.

I. HIeronymus græcum vocabulum, Sacrum nomen latina lingua interpretatur: ſatiſque appoſitè latinæ illi Eccleſiæ luminari Stridonico, nempè ex quatuor vni, in exponendis ſacris ſcripturis, vnico doctori congruit: quippe qui ſanctorum virorum ſub diſciplina, varias perluſtrans regiones adoleuit, ſacrorum in Alma Vrbe Roma ex iuuene in virum perfectum euaſit, in ſancta denique Hieroſolymorum ciuitate ſiue ad Chriſti Domini Bethlehemitica incunabula, inter Sanctos Monachos perfectè viuens conſenuit, & ſanctior obdormiuit in Domino. De quo illud præcipuum referunt Eccleſiaſtica monumenta: *hæreticos acerrimis ſcriptis exagitauit piorum, & catholicorum patrocinium ſemper ſuſcepit*. Hieronymi igitur illius antiquioris nomen, & omen non ad æqualitatem, ſed ad imitationem noſter hic iunior Fr. Hieronymus, à Pamparato religioſa ſorte in Capuccinorum Epigraphe adſcriptus, ſeſe hereditaſſe perpetuò gauiſus eſt, qui non rapinã arbitratus eſt, ſe illi primario doctori eſſe æqualem, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui magni Patrisfamilias, in Capuccina Congregatione accipiens, in ſimilitudi-

Fr. Hieronymus nomen, & omen D. Hieronymi, ad imitationem, videtur hereditaſſe.

nem hominum perfectorum factus, & habitu inuentus, vt homo. Sanctus, inter Sanctitatem colentes viros ſacrata intra Seraphica limina, iuſtitiam iamdiu pro-feſſus, Sacræ Theologiæ,& ſanctarum litterarum eximius Profeſſor, necnon egregius ſacer Orator, & declamator, cum exiſteret; Apoſtolico tandem muneri præ-fectus, & oneri ſuffectus, vel ſubiectus, hoc anno quadrageſimo ſexto cum mille ſexcentis, Perrerianas ad excubias emiſſus, hæreticos illos acerrimis Euangelicis ſolicitudinibus voce, & ſcripto exagitauit, atque piorum Catholicorum patrocinium, grauiori ſuo licèt incommodo, vel potius diſcrimine ſemper, & vbique pro virili viriliter ſuſcepit, vt ex mox numerandis patebit.

Ann. Chriſti 1646.

II. Prædeſtinatam pariter, & commendatam ſibi ad remotiorem hanc periculoſiorem Nigræ Vallis Cuſtodiam cum perueniſſet Fr. Hieronymus; in ſpecula contemplari occeptauit, & præſentem, & imminentem, ideſt mox euenturum Eccleſiaſtici Regni ſtatum liminaribus illis in alpeſtribus plagis, & attentiùs contemplando, ac oculatè perſpiciendo, miſerrimam quidem præſentium Catholicorum, ſed futurorum Fidelium miſeriorem conditionem proſpexit: quia numero pauci, cenſu pauperes, ſenſu, & prouidentia pauperiores, ſenatis, & prouidis viris pauperrimi inueniebantur. Vnde domeſticis, ciuilibus, politiciſque rebus delabentibus, Religionis, pietatiſque negotia ac emolumenta peſſundari neceſſum erat. Quamobrem Apoſtolicus ſpeculator, grauioribus hiſce Catholicæ Eccleſiæ, & Fidei incommodis, imò diſcriminibus conſulere, & pro virili occurrere, anhelans: ſuis ipſe vt partibus ſatisfaceret; ab eo, quod conſiderabiliùs, & principaliùs æſtimatur, ſua egregia facinora exordiri voluit. Ex illa nempè Petronum lapidicina ſelectas petras, viuos ſcilicet lapides ſecare, in Chriſtianæ fabricæ ſiue reipublicæ columnas, fulcra, & ſuſtentacula, ideſt perſpicacioris, & capacioris intellectus quoſdam ex Vallicolis adoleſcentes ſegregare, & ſeligere, quos literis humanis, & Chriſtianis rudimentis peculiariter inſtitueret & efformaret: ideò adhoc Ludimagiſterium ſuſcipiens gymnaſium aperuit, in quo bonitatem, diſciplinam,& ſciẽtiam diſcipulis congruam, ſuos alumnos doceret, vt ſufficienter exculti, tandem ſuis temporibus, publicis in officijs, & ciuilibus, ſiue familiaribus pro munijs ſuſtinendis, & exercendis ſtare valerent. Stabant igitur, tam ipſe, quàm collega Sacerdos Fr. Bonauentura in ſponte aſſumpto Magiſterio perſtabant, inſtabant, quin verò vſq; in hodiernum diem ſeduli incumbunt; puerilis,ſiue adoleſcentibus ad ſe venientibus, excolendis Religione pariter, ac eruditione imbuendis, ac inſtruendis:vt Chriſtiana, & humaniori educatione per aliquot annos enutriti,coaleſcentes demum & ſibi,& Patriæ, ſiue Eccleſiæ vtiles, & proficui exiſtere queant.

Vallis ſtatũ, hominumq; conditionem explorat, & qualiter ſibi procedẽdum præſcribit.

Ann. Chriſti 1647.

Adoleſcẽtibus Gymnaſium aperit, in quo non tantum litteralem ſciẽtiam, ſed & Fidem Cathol. docet.

III. Præceptorem igitur iuuentutis,Religioſum directorem,& ductorem,ſiue doctorem cum ſe expoſuiſſet Fr Hieronymus; ipſa in Perrerij præcipua Villa, ſubintellexit proximo in Conuallis Vico, Villaſicca dicto, Pierdo quemdam Magiſtrum conſiſtere, qui pluribus famoſis titulis turpioribus infamis, Vallicolarum pueros deprauandos ſuſcipiebat. Cuius conditionem cum ſolerter exploraſſet Capuccinus ſpeculator; intellexit hunc profugum Inſubrem, bis Apoſtatam à Clauſtris,& à Catholicis Caſtris, quodam in Cœnobio probatæ Religionis æditumm extitiſſe, qui ſacra ſuffurata ſupellectile, ad Petruxinam Vallem confugit,moxque ad Sanctum Germanum Scelestorum Aſylum refugit, vbi Catholiciſmo, & Religione valedicens, depoſitum profeſſæ Religionis habitum, & expilati hierophylacij aſportatam ſarcinam diuendidit,ſicq; excuculatus Lucernenſe ad hæreticum receptaculum transfugit. Verùm enimuero deprauatioris conuerſationis, fœtidiori in ſtercore ſordeſcentem, & graue nimis olentem cum diutiùs illum ſufferre non valentes Minores Patres de Obſeruantia,inibi ſacras excubias obſeruantes,Ducalibus edictis inde illum eijciendum procurarunt. A Lucernẽſi igitur expulſus Ioannes (hoc enim nomine vocitabatur) ad Perrerianam Vallem diuertit, & in Sicca Villa diuerſorium potiùs,quàm gymnaſium aperuit: Caluiniſticis puerulis dementandis incumbens. Tamquam enim Magicæ artis profeſſor, negromantica magis, quàm methodica diſciplina diſcipulos litteras edocebat. Pſeudominiſtri, vt in plurimùm, peſtilentem cathedram pariter exercebat, & hæreticas impietates populis venditabat. Catholiciſmum hic ſceleſtus acriter auerſabatur, & Catholicos fieri cogitantes, ſiue deſiderantes hoſtiliter blandis, & minis, quinimmò iniquioribus factis perſequebatur. Deiparam Virginem, Angelorum Reginam irreconciliabili odio proſequebatur: cuius cultum Sathanica deteſtatione execrabatur, horrendas aduerſus Matrem Dei euomens blaſphemias, illius Sacrum nomen inuocari nullo pacto ſufferens: ſuffurans Publicanus, quia nequiora lucra, & turpes vſuras exigens, vſurarij Antonomaſtica publica denominatione vocitabatur. Qui nihilominus pro efformandis adoleſcentibus, & conformandis moribus, duplicia ad ſuſtinenda, ſiuè exercenda Magiſtri,& Miniſtri publica munera,communi ærè, & ſtipendio conductus honorabatur à Caluinicolis his Vallicolis, iuſtitię, & religionis non reformatoribus, ſed iniquis deformatoribus. Qui

Pſeudomagiſtrum dupliciter Apòſtatam, iam à Lucernenſi Valle expulſum, in Vico dicto Villa Sicca intruſum audit.

fœtidam ab Eccleſię Catholicę, & probatarum ſanctarum religionum ſentina prolabentem, & elapſam luxurię, & impudicitię colluuiem pro regenerationis lauacro excipiunt: informia, ſiue deformata Apoſtatantium deſertorum, enormium piaculorum monſtra pro formoſioribus exemplaribus imitanda ſibi, ſuiſque natis inſipienter, & phreneticè proponunt, dato pretio, vt monſtruoſos Polyphemos, ad ſui ſubuerſionem adducant.

IV.

Illum igitur lapidem offenſionis, & petram ſcandali de Petronum hac Conualle vt tolleret Fr. Hieronymus, expeditus, & volucer Taurinum profectus, & coram Regali Celſitudinie pię Ducißę interpellans, exauditus fuit, & mandatum de eijciendo ſeductore Apoſtatico, reportauit. Quod cum poſt plurimas difficultates impio deſertori intimare feciſſet; concitatas, aduerſus ſemetipſum excitatas Sathanicas turmas expertus eſt Apoſtolicus Vigil: furentes namque Antiani, Diaconi, & Primarij Vallicolę Caluiniſtę aduerſus Capuccinum Leuitam conuenerunt, primò blandis, & humilioribus officijs cum fraudulenter demulcendo, poſtmodum in propoſito ſtanti, Caluiniſticum ſuum ipſorum miniſterium impudenter offerendo. Verùm temeraria oblatione acriter à Fr. Hieronymo reiecta, acerbiores iniurias calumniationes, ac minitationes ſuperaddere præſtiterunt, ſed fruſtra. Quamobrem verbis nequiora facta copulantes, de nocte Miſsionis domum ſuffodere, & ianuam perfodere tentauerunt, ſed inſomnis admonito Capuccino, Vigili excitato fugam arripere compulſi, cum aduerſus conſtantem iuſti propugnatorem ſe ſuis technis, & dolis nihil proficere intelligerent; ab inferioris quidem Vallis oppidis Facri, Riclareti, Tranſuerſarum, Bouilij, & S. Martini dimiſerūt nefarium blaſphemum, ſed eiectum in ſuperioribus Conuallis tutioribus, quia remotioribus populationibus Prallium receptauerunt, vt ſoliciti Vigilis ſtudia deluderent, ac ipſi tandem deluſi remanſerunt: Dum Capuccinus Cuſtos efficaciter adeò eiecti totalem expulſionem ſolicitauit; vt tandem aliquando poſt validiora reluctamina, ab vniuerſa Nigra Valle tetrum illud infandumque nefas expulſum abiit. Sed non longiùs receſſit, quinimmò in proximam Petruxiæ Vallem, & Villam Pinnachię Ludimagiſter futurus ſeceſſit. Verum huius nequioris exulis ad ſenſum perſentiens Fr. Mauritius Petruxiæ vigilans in excubijs, à Pineroliensi Magiſtratu obtentam, & ipſe exilij, & eiectionis ſententiam, profugo indicendam mandauit: nouam igitur ſibi indictam tranſmigrationem intelligens exceculatus Apoſtata, conſpiciens ſe, vti hæreticum peripſema, quinimmò anathema, vndiq; ignominioſè eiectum, & reiectum deſperatione ingemiſcens, & rabie furens, febre correptus intra breues dies in ſtrato extinctus repertus fuit, & ſic finem accepit illa abominatio.

A Reali Celſitudine Ducißę reportat mādatum de eijciēdo Pſeudomagiſtro.

Furētes Heretici Primarij minantur miſsionario, ni deſiſtat ab incępto opere, & verbis addunt facta

Diſcedit tādem à Perreriana Valle ludimagiſter Apoſtata, ſed in Peruſina Valle receßit à quà etiam exulare cogitur.

Ann. Chriſti 1648.

V.

Poſtquàm ergo deprauatore reiecto, educandis ipſe Capuccinus doctor pueris Catholicis remanſiſſet, altero Catholicorum rei domeſticę incommodo & conſulere, & prouidere aggreſſus eſt. Multifariam, multiſq; modis, quin omnimodis oppreſsionibus perfidi, & calli di Caluiniſtę Vallicolę, publicę rei adminiſtratores credētes fideles diuexabant Primo namq; in Concilio impiorum abeuntes Catholicos ſuos contribules publici Ducalis, vel communis cenſus exactores conſtituebant, vt ſuperuenientes coactores, vel ordinarij, vel extraordinarij tributi receptores, nondum recollectas pre inopia debitorum pecunias inuenientes, exactioni, & collectioni deputatorum domos, & ſubſtantiam vniuerſam proſcriberent, & ſic oneroſo nimis miniſterio Catholici ſuccumberent; quod cum iam nonnullis ex ditioribus fidelibus contigiſſet; cęteri deſperantes de fuga, & diſceſſu cogitabant: quos tamen ad ſe confugientes ſolabatur Fr. Hieronymus. Secundò cum pro reipublicę publico grauiori ære ſoluendo preſcribenda fuiſſet domeſtica ſubſtantia, vel familiaris res Coopidanorum: in primis, & ante omnia à malitiæ imò à perfidiæ miniſtris, Sectarijs hominibus Catholicorum domus, expoliandæ, & bona aſportanda, ſubque haſta venditanda exactoribus, & coactoribus offerebantur. Vnde licèt hi miſelli ſibi taxati vectigalis portioni congrue vel incongruæ ſatisfeciſſent; nihilominus pro non ſoluentibus Hęreticis Catholici perſoluere compellebantur Tertiò tandem cum depauperati credentes, atque ad extremam egeſtatem oppreſsionibus, & iniuſtis exactionibus coacti ſuis ſtabilibus bonis cedere cogerentur, nec ſic coactorum ceſsiones, & bonorum donationes acceptare aſſentiebantur; ſed ad importabilia onera ſufferenda, quæ ipſi digito attingere detrectabant, perurgebant acrioribus ſtimulis. Quartò miſerrimos hos agnos, inter lupos perſtantes, ad vrſos ipſos ſuis præſtationibus paſcendos obligare feſtinabant: nempè ad præſtandum Pſeudominiſtris, & Ludimagiſtris hæreticis ſtipendium ſolicitabant. Grauioribus igitur his, fidelis Eccleſię legitimis filijs, incumbentibus diſcriminibus, damnis, & exterminio, cum nullus eſſet, illis in oris, qui occurreret: extemplò ipſe ſuccurrere Apoſtolicus Cuſtos diſpoſuit. Quare per opportuna tempora, iuxta contingentia accidentia, Taurinum licèt laborioſè per aquas, per niues, ſub imbrifero, vel ignifero inclementiori Cœlo ſupra, & lapideos, ac

Quot, & quibus modis Caluiniſtæ hoc tempore Catholicos diuexarent.

Vt Catholicorum damnis ſuccurrat, Taurinū laborioſè pergit ſæpè ſæpiùs.

luteos

Inteos cales doloroſè incedens, ſæpè ſæpiùs ventitans, omine, & nomine Chriſtianę Duciſſę clementem benignitatem, & pietatem ſupplicibus, & libellis; & efficacioribus ſupplicationibus pulſans, Excellentiſſimi Marchionis Planitię interceſſionibus, & ſuffragijs coadiutus, antidota opportuna, & congrua hæretico lethifero veneno opponenda, pro Eccleſiaſtico Regno illic aſſeruando, obtinuit. Primò ne imposterum vllo modo, aut violentia Catholici viri publico cenſui exigendo præficerentur. Secundo ne fidelium, qui ſibi taxatam tributi partem præſtitiſſent, bona vel perſonę pro communi, nondum perſoluto ære, quoquo modo vexarentur, vel proſcriberentur. Tertiò vt Catholicorum ſua bona immobilia dimittentium ceſſiones, vti licitę, & rationabiles acceptarentur, eos deinceps à moleſtijs immunes efficiendo. Quarto ne credentes ad perfidię Miniſtros, & magiſtros alendos ſuis pecunijs, ſub quouis titulo compellerentur. Hæc omnia ſub grauioribus interminatis pœnis, quin Principis comminata indignatione prohibebantur. (Reſcriptaque fauorabile reportauit.)

VI. Quibus omnibus, in ſubſidium Fidelium pariter, & in fauorem Fidei ſtudioſè à Capuccino excubitore reportatis, neutiquam tamen, etiam ſic, pauculos infælices Catholicos ab hæreticorum iniuſtis diuexationibus immunes reddere pręualuerat: quia colligentes Caluiniſtæ publica conſueta vectigalia, violentiori exactione, & moleſtiori coactione credentes angariare, & expoliare perſeuerabant perduelles: fideles autem in dies egeſtate, & pauperie confecti, deficiebant: ne igitur cum illis Catholica ſimul, & ſemel, Occiduis illis in Italicis oris liminaribus, deficeret, & occideret Eccleſia; iterum Apoſtolicus cuſtos temporalis Principatus patrocinium, in ſpiritualis Regni ſubſidium, aduocare excogitat. Quare pernix Taurinum peruolat, & interueniente pijſſimi non minus, quam Excellentiſſimi Hyacinthi Planitiæ Marchionis interceſſione, munificentiſſima Chriſtiana Duciſſa Sabaudiæ, & Cypri Regina authentico Ducali emiſſo Canone indulſit; vt legitimæ Matris Eccleſiæ Orthodoxæ fideles filij Vniuerſi, Vallis Sancti Martini, à cunctis tam Ducalibus, quàm militaribus cõſuetis, ſeù inconſuetis, quibuſuis publicis oneribus perſoluendis, per ſexennium omnimodè immunes, & liberi exiſterent. Sub grauioribus pœnis exactoribus, ſiue quæſtoribus cunctis inhibendo, ne cuiquam eorum, vel minimam, hac de cauſa, moleſtiam inferrent. Munificæ igitur huius indulgentiæ diploma cum alacer, & hilaris regreſſus Fr. Hieronymus, pro toſtijs tota in Conualle promulgare feciſſet: vix credibile eſt, qualiter, & Catholici reſpirare, & hæretici ſuſpirare occeptauerint. Facta enim vallicolarum commotione, quamplurimi ad Catholiciſmum aſpirare voluerunt, & de facto vnico die, tres integræ familiæ Catholico albo nomina dederunt. (Hæretici renouant Cathol. iniuſtas diuexationes, Fr. Hieronymus pro nouis ſubſidijs iterũ pergit Taurinum) (A pijſſima Duciſſa eximuntur Catholici a quibuſuis oneribus per ſexennium.)

VII. Abeuntes ergo Scribæ, & Phariſęi Caluinicolę concilium inierunt, quinimò feria ſexta in Paraſceue maioris hebdomadæ, huius octaui, & quadrageſimi milleſimi ſexcenteſimi anni, in Vico Chiotorum, vel melius impiorum collegerunt Pontifices, & Sacerdotes, ideſt Antiani, & Pſeudodiacones Vallicolæ Nigræ Vallis, Pſeudopaſtorum, & Primatum finitimarum Conuallium conſilium vel potius Sathaniticum conuentum, cuius pro fœlicioribus auſpicijs, in paſſionum Chriſti, & doloroſæ mortis memoriæ deſpectum, atque Eccleſiaſticarum cęremoniarum contemptum, pluribus in gulæ, & ventris ſacrificium iugulatis, & interfectis pariter, atque diuerſimodè cauponatis, vel aqua coctis vel aſſatis igni arietibus, & vitulis, effuſum pariter cum largiori vino ebibentes cruorem, poſtquàm nimio mero madidi incaluerant, ſimul conuenientes, & conſultantes dicebant; Quid facimus, quia hic Religioſus homo Catholizationes multas facit? ſi dimittimus eum ſic, venient Romani, & nos Gebennenſes eijcient, tollentes noſtrum locum, & gentes. Vnus autem ex Pſeudominiſtris cunctis nequior cum eſſet veluti conciliabuli Præſes, dixit: Vos neſcitis quidquam, nec cogitatis quia expedit nobis (Quo deceptæ plebeculæ ſumptibus luxuriari, & deliciari nobis liceat) vt tota hæc gens Catholicorum pereat. Propterea decernamus, vt ſi quis, ex nobis ſubiectis Caluiniſtis, Papiſmum acceptauerit, vel acceptare tentauerit; ipſe cum vniuerſa familia interficiatur, domuſque eius comburatur ac ruderis ſal ſuperſeminetur: interim, & Catholizatos Neophytos, & antiquiores Catholicos modis omnibus diuexemus, & ad mortem vſque affligamus. Venite tandem Caluiniſtæ vniuerſi, & ſapienter opprimamus Papiſtas, ne creſcat populus, & fortior nobis factus, de manibus noſtris euadat. Cui ſceleſtiori conſilio, & Pſeudoconſulenti, ſe ſubſcribentes vniuerſi, ex illa ergo die cogitauerunt perduelles, Eccleſiaſtici Regni, & Orthodoxæ Fidei fauentes, vel anhelantes quomodo interficerent, breuiq; manu excogitatum Dæmoniacum conſilium executioni mandare cęperunt. Exeuntes enim de Sathanę domo, & à Chiotis digredientes Perrerium peruenientes, tempore quo à Sacris peragendis myſterijs fideles domum verſus recedebant, tamquàm Iudęi Chriſto, ſic iſti Chriſticolis perſtiterunt, minus honeſtè illudere: Papiſtarum exterminium mox futurum minitantes: indeque diſcedentes apud Pſeudopaſtorem ſceleſtilium (Qualiter, & quomodo Hæretici celebrarint Chriſti Paſſionis memoriã in Conciliabulo Chiotis cõgregato.) (Peſſimũ Decretum Hæreticorũ, cõtra Catholicos.)

Ann. Chriſti 1648.

ſtilium

Execrandum facinus Hæreticorum.

ſtiſſimi Conſilij anctorem, ſero illo Paraſceue diuertentes, in nocte ſcelerariora molimina compoſuerunt. Vnde poſtridie valde mane Sabbathi Sancti, de ſeducto-ris habitaculo armati egredientes, & furentes Pralienſes ferociores ſicarij, & gla-diatores ad Salſę vicum peruenientes, tres Neophytorum familias feraliter agreſſi, inhumaniter pertractauerunt, acerbioribus illos diuexationibus afficientes, interi-tum, & excidium illis comminantes, niſi acceptato Papiſmo valedicerent. Inde vniuerſas per populationes, & habitationes Caluiniſtarum peragrantes, ſingulos conueniebant, grauiora illis & ſupplicia, & exterminia indicentes, ſi Caluino re-nunriantes Catholico albo ſua nomina darent.

Hunc ergo de nouo emergentem, debacchantium perduellionum temerarium auſum, vt compeſceret, Taurinum verſus viam arripuit vigilax Excubitor, & op- VIII.
portuna pro prouiſione preſtanda expeditam delegationem ordinarię iuſtitię Pro-uinciali Præfecto reportauit: quam vt exequeretur, cum pręindicatus Dominus Præfectus Perrerianam ad Vallem perueniens, iuridicè ſupra delatis criminibus inquireret; proſcriptorum Sectarij coacto agmine erumpentes, nulli ſe Iuſtitiæ Miniſtro obtemperaturos publicè iactantes, grauiora perpetraturos minabantur. Et de facto Salſę vicum peruenientes, Neophytos iterum verberare, & effractis ia-nuis perturbare, & affligere perſeuerauerunt, eò audaciæ, temeritatis, & violentię deuenientes, vt Catholicos quoſcumque, quos obuios haberent, ad Diuina cele-branda præcipuè pergentes, iniurioſis verbis, acerbioribuſque verberationibus in-humaniter cæderent. Euangelico Solicitatori per internuncios dicentes: vt niſi à ſolicitandis Concaluiniſtis Vallicolis ille deſiſteret, ipſi Perrerij oppidum flam-mis mox aſſiſterent conſumpturi. Quare videns Capuccinus Stationarius quia nunc temporis Apoſtolicis ſolicitudinibus nihil proficeret, ſed magis ſeditioſorum pernicioſus fidelibus, & reipublicę tumultus fieret in populo, commutare manum, nempè procedendi in Euangelico opere, & munere modum excogitauit. Itaque dimiſſo iuſtitię rigore, charitatis, & pacis ſuauitatem, & benignitatem etiam erga peruerſos, & aduerſos adhibere voluit. Sicque quoquomodo, ex parte ſaltem, ſedata tempeſtate: vndecim redeuntes ad Eccleſiam recepit. Quoniam autem in prænominato Salſæ pago quaternę iam familię reſipuerant, aliæque nonnullæ reſi-piſcere cupientes, Caluiniſtica deliria deierare deſiderabant: prouidus Vigil, vt cunctis his Tyronibus validiùs aſſiſteret, & expeditiùs præſto eſſe valeret; in Salſę vico, tribus difficilioris itineris milliaribus à Perrerio diſtante, domicilium ſibi comparare, & Oratorium parare decreuit. Taurinum itaque extempore progre-diens, propoſitum ſuum, & præexcogitatum opus Reuerendiſſimo cum Apoſto-lico Nuncio communicauit, atq; de illius monitu à Romana Curia nempe à Sacra Congregatione de Propaganda Fide, pecuniarium ſubſidium ad hoc poſtulauit: à quibus benignè exauditus, & opportunè de Eccleſiaſtico ære coadiutus, gemina tuguriola, alterum pro habitaculo, alterum pro Oratorio componenda, coemen-da curauit, atque ſub Regię Celſitudinis patrocinium, & tutelam recipienda, & reducenda procurauit, ligna, lapides, cœmenta, & ferramenta interim ſilenter, & prudenter prouidendo.

Infenſiſſimi hoſtes Catholicis Hæretici, Ducalia Iura ſpernunt.

Vndecim animas acquirit Fidei Catholicæ.

Domicilium nouũ ſibi ex Ærario Apoſtolico comparat, ſub tutela Regię Celſitudinis

Verùm enimuero fera Sectariorũ rabies, & aduerſus Eccleſiaſticum Regnum IX.
irreconciliabilis feritas, & hoſtilitas, vbi primum Capuccini Leuirę pia molimina proſpexit, manibus, atque auuernalibus furijs exagitata, immaniter furere, & phre-neticè debacchari voluit: acceptis namque aduerſus Eccleſiam, & fideles armis, ipſa in Natalis Dominici nocte ſicarius quidam Prædo, deſæuiens Claudij cuiuſ-dam religioſi viri, Apoſtolicorum operariorum fideliſſimi Aſſeclę per tenebras domum ingreſſus, innocuum hominem iam olim pluries ab hæreticis pro Fide verberatum, nunc lectulo ſuo decumbentem ſacrilega ſua manu obtruncat. Ve-rùm iniquum homicidam deprehenſum, cum per bimeſtre carceribus mancipatũ, tandem patibulo condemnandum perſenſiſſent Concaluinicolę, armata gladiato-rum manù, facto impetu, effractis carceribus, crimino ſum de iuſtitię manibus rapuerunt, tuncque diruptis Inferni clauſtris, Cacodæmonum turmæ illam per Nigram Vallem aduerſus Eccleſiam deſæuire, & furere viſę ſunt; primò enim ex coemptis geminis pro noua Miſſionis Statione erigenda, habitaculis certatim virũ deijcientes, ſolo æquarunt. Deinde materialia pro conficienda ſtructura con-gregata, vel conſumpſerunt vel diſperſa diſſipauerunt, Fr Hieronymo nunciantes: vt à propoſito noui acquirendi in Salſa domicilij recederet: alioquin antiquum in Perrerio ſe combuſturos, pro certo haberet. Inde infidelium reliquias, idest Catholicos reliquos hæreticum barbaricum furorem conuertentes, quoſcumq; & quandocumque, vel quomodocumque miſeros credentes obuios offendebant, ſignanter cum ad Eccleſiam ſacris Myſterijs vt aſſiſterent, incedentes inueniebant, exprobrationibus, vituperationibus indecoris, quinimmò grauioribus percuſſio-nibus, atque vulnerationibus afficiebant, & affligebant in tantum, vt miſelli Ca-tholici timentes, & trementes vix iam per vicos, ac plateas apparere auderent,

Ann. Chriſti 1649.

Catholicus homo obtruncatur à Sicario Heretico in nocte Natiuitatis Dñi

Homicida carceribꝰ includitur, ſed à factionarijs violẽter extrahitur.

Domũ ſtatutam pro noua Miſſione in Vico Salſæ ſolo æquant Hæretici, cõſumptis materialibus ꝑparatis.

Cruda Barbaries Hæreticorum aduerſus Catholicos.

multò

multò minus ad ſacri, & Diuini cultus exercitia Templum verſus dirigere greſſus præſumerent. Nonnulli namque ſceleratiores gladiatores Pralienſes, cum aliquando à Sacroſancto Miſſæ Sacrificio exaudiendo, regredientem Antonium Rinaldum Neophytum, obuium habuiſſent, hoſtiliter illum agreſſi, minaciter interrogantes dixerunt: tu ne es ille Rinaldus à Riclareto, qui à legitima Eccleſia deficiens, Papiſticam amplexus es? Numquid diutius eam excolere cogitas? Quibus cum ille in acceptata Fide ſe vſque ad ſanguinis effuſionem, extremumque vitæ halitum perſeueraturum affirmaret, extempore ferocior vnus ex perfidis Sicarijs ſecure Antonio in collo percuſſo, caput amputare tentauit, & lethaliter vulnerauit, multiſque plagis impoſitis abierunt, ſemiuiuo relicto: ſed Diuina gratia aſſeruatus curatus, & conualeſcens euaſit. Quę res grauiori adeò terrore, & pauore cunctos affecit; vt omnes, qui de reſipiſcendo iam iam cogitauerant, à propoſito deficerent, pertimeſcentes (iuxta Decretum iniquorum, & Caluiniſtarum) ne ad Orthodoxam Eccleſiam accedentes, à perduellionibus crudeliora, & acerbiora paterentur. Eò magis quò Graſſatores circumeuntes perpetuis aſperioribus minitationibus eos perterrefacere perſeuerabant.

Catholic[illegible] lethaliter vulnerant mul[illegible] impoſitis [illegible].

X. Verumtamen Sectarię ſuæ feritati haud ſatisfeciſſe ſibi videbantur impietatis aſſertores, ſignanter Pſeudopaſtores; ſi in ſolam Catholicorum plebem, ſæuos, & inhumanos ſe ſe oſtentarent, niſi & in pietatis Orthodoxæ propugnatores, religioſi agminis Agonothetas Capuccinos deſæuirent, atque hæreticum virus eructarent. Quapropter poſtquam iniurioſis verbis, ſarchaſmis, deriſorijs nuncupationibus, minuſque honeſtis denominationibus eis illudere, diù perſeuerauerant, poſtquam etiam acrioribus minis, acerbioribuſque comminationibus domicilij, & Catholici Perrerij Oppidi incendium, & Templorum exterminium illis indixerant: interdixerunt Miniſtri iniquitatis, publicè pro Magiſtrali ſua (quam Euangelicam mentiuntur) Cathedra cunctis ſibi ſubiectis populis, ne quis vel ſeruitium, aut obſequium vllo modo aut alimenta, eſculenta, vel poculenta, etiam ſuper excedenti pretio accepto Capuccinis præſtaret: ſub anathematis comminatione: vt vel ſic neceſſarijs ſibi deficientibus, inde diſcedere cogerentur.

Pſeudo miniſtri, & Heretici inſurgũt contra Miſſionarios.

Ann. Chriſti 1650. Quo progrederis ſæua crudelitas? Quo præcipiti gradu corruis crudelis ſæuitia? Verùm fruſtra contra Deum, & incaſſum contra veritatem niteris. Diuina namque prouidentia, & ſeruos religioſos & fideles ſuos hactenus inter lacerantium, & dilaniantium luporum morſus, & feritatem conſtantes, & perſtantes in acie conſeruauit. Quis, non dicam, enarrare, ſed excogitare valeat: dolos, technas, inſidias, laqueos, pedicaſque quas Eccleſiaſtici Regni perduelliones Apoſtolico Capuccino excubitori vbique, ſemper, & malignè conſtruere, totis conatibus enixi ſunt? Sed fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum; quis ſcribendo, vel dicendo referre queat, detractiones, calumnias, oblatrationes, comminationes, quas ab infenſiſſimis Eccleſię hoſtibus in dies magis patiuntur religioſi Antagoniſtæ? Quot pericula, Diuina ſe protegẽte gratia, euaſerunt, quot diſcrimina declinauerũt, quot tendicula in via abſcondita effugerunt? Solus Deus qui nouit, manifeſtare poterit.

XI. Sicuti & ipſe, quibuſdam apertioribus manifeſtationibus zelotes ſuos Pugiles ad viriliter perſtandum in Cuſtodia roborauit. Nam cum nonnunquam in ſolemnitate Corporis Chriſti, dum Auguſtiſſimum Euchariſticum Panem proceſſionaliter delatum, honorificentiſſimè comitari fideles per vias, & vicos oppidi (iuxta conſuetum) niterentur; Sectarius quidam nomine Antonius Thronus, irreligioſus imò ſacrilegus, publicè ſtans in via, etiam admonitus, non modò conſecratam Hoſtiam non reuereri, ſed & ementito cuiuſdam operis titulo, terga vertens poſterioribus exporrectis irridere, doloſè ſtuderet in poſterioribus à Deo percuſſus, atque diutiùs inteſtinis doloribus excruciatus, tandem ærumnoſè nimis expirauit. E contra verò cum abſtinentes gemini Leuitę Capuccini, nempè F.F. Hieronymus, & Bonauentura collegæ perenne ieiunium, ſiuè prolixiorem abſtinentiam à carnibus, ab octaua Pentecoſtes adúſque profeſtum Aſſumptionis Deiparæ rigoroſè perduxiſſent in prænidicatæ celebritatis peruigilio, dum Concionator habẽdæ poſtridie prædicationis tramitem ſubiectum præmeditaretur per prata deambulando: en ex improuiſo palumbulus prope adſtantem Capuccinum ſtetit reptans, quaſi ad ſui prædam alliciendo. Acceſſit igitur Fr. Hieronymus, & non recedentem, imò præſtolantem apprehendit, & ſanum ac validùm pinguemque inuenit; ſuperueniens autem coarmiger Fr. Bonauentura, cum ſe congrua quoq; portione non prouiſum cogitaret; en adeſt poſtera die alter palumbus quem, & ipſe perſequens, nullo negotio ſanum comprehendit. Sicque à Diuina prouidentia ſibi parata, & immiſſa inconſueta annona perfruentes, benignitati, ſiue illius bonitati, qui ſeruorum ſuorum infirmitati compatiens, euidentiori illa demonſtratione, dum gratam ſibi, iucumdamque præteritam abſtinentiam declaraſſet; ad conſimilia impoſterum libentiùs peragenda inflammaret, & roboraret, in carnalium Caluiniſtarum confuſionem.

Sacrilegus irriſor, & contemptor Sacratiſſimę conſecratæ Hoſtiæ, à Deo percuſſus, doloribus interijt.

Peracto ieiunio, & abſtinentia ab eſu carnium ab octaua Pentecoſtes vſq; ad Aſſumpt. Beatę Virginis Mariæ, à Deo m[illegible] aliter palumbis prouiſi [illegible] Leuitæ Capuccini.

XII.

Semel, & iterum præcedentes iam Apoſtolici Capuccini cultores, Deiparæ Sacrum Roſarium in Perreriana Eccleſia plantauerant, & ſolicitè excoluerant, at verò, modo deiectum, & proſtratum, imò iniuria temporum, vel fidelium incuria ferè extinctum iacebat: adueniens igitur hanc ad ſibi demandatam Stationem Fr. Hieronymus, derelictam ſodalitatem reſtituere excogitauit: Vnde quò honorificentiùs, & ſtabilius Matris Dei Roſarianum cultum, perenniter manſurum excitaret, & firmaret; à R R. P.P. Prædicatorum ſacri ordinis Præſulibus opportuno & authentico in diplomate, relata noua facultate, de nouo Sacratiſſimi Roſarij Confraternitatem inſtituit, & deſtitutam, licèt difficulter admodum, reſtituit: peculiari huic adhibito, & dedicato Sacello, in Eccleſia Parochiali Sanctæ Mariæ Magdalenę. Ne verò impoſterum conſimilem deſtitutionem eam pati contingeret, peculiarem fundum fixum, & ſtabilem decreuit attribuere, cui præſtando, & conſtabiliendo cum pauperculi Catholici præ inopia, ſat eſſe non valerent; pauperior Capuccinus ſufficientis cenſus aſſignandi modum excogitauit: A liberaliſſima munificentia Chriſtinæ Ducíſſæ, pro Catholicorum publico ære, quem cum hæreticis, ob tenuiorem fortunam, fideles publicis in adminiſtrationibus contraxerant perſoluendo, obtinuerat Fr. Hieronymus ex Ducali ærario debito vectigali certam frumenti quantitatem, cuius impoſitam præſtationem debitoribus Caluiniſtis remittendo, cenſus communis credentium, & non credentium peræquatus compenſabatur. Facta igitur Fr. Hieronymi opera & diligenti ſolicitudine hac compenſatione inter contribules Perrerianos, ex indulto tritico Ducali fidelibus conceſſo, portio quædam congrua, ac ſufficiens pro fundando annuo cenſu, non tamen diuiſi ſuperfuit: hanc igitur aſſumens Capuccinus Cuſtos, pro cera, & oleo perpetuò in Deiparæ Roſarianum cultum Sacello deputato ſubminiſtrandis deputauit, & aſſignauit; ſicque inſtitutum perenniter duraturum confirmauit. Proprijs itidem ipſe ſumptibus, nempe pecuniaria ſibi præſtita, & detracta alimonia, catholicorum cæmeterium muris circumcingi, & muniri fecit; nullo penitus à Parocho contributo ſubſidio, frugaliſſimè impoſterum ipſe cum Socio victitando

De nouo Cōfraternitatē Sacratiſſimi Roſarij inſtituit.

Ne impoſterum deſtitueretur Roſarij Societas, ex proprio fundat annuū cenſū Miſſionarius, pro ſubminiſtrandis cera, & oleo.

Ann. Chriſti 1651.

Ex proprijs ſūptibus Parochiale Cœmeterium, muris cingi fecit.

XIII.

Sciebat Fr. Hieronymus, quia Verbum Domini validè prolatum, ac feruidè prędicatum eſt velut malleus conterens petras, etiam duriſſimas ſilices: ideò ab ingreſſu ſuæ Miſſionis inter hos petreos homines, & lapidea corda occeptauit, & perdurauit ſedulus, & infatigabilis Euangelicæ Doctrinæ in proponenda, & apertiùs exponenda Veritate feruentior, atque in concionando vehementior pariter, ac frequentior. Singulis namque, ſiuè feſtiuitatibus, ſiuè opportunitatibus & concionabatur & à concione ſimplicium Catechiſmum ſummo ſtudio, ſimul & longanimitate proſequebatur: quinimmò vt rudes ruricolas Chriſtianæ diſciplinæ neceſſarijs rudimentis inſtrueret; intra alpeſtres domeſticos lares latitantes, & domeſticis occupationibus incumbentes conueniebat: familiariterq; colloquendo ſpiritualia documenta viris, & fœminis, pueris, & adultis ſuauiter tradebat, ſicq; Eccleſiæ legitimos filios ſpirituali pabulo nutriebat. Nec tamen ſpurios & adulterinos curare negligebat; quinimmò & ipſis, vel pro domeſtica conuerſatione, vel pro familiari allocutione, ſeu collocutione, vel tandem pro publica congreſſione, Orthodoxas Veritates propoſitas explicare, demonſtrare, & acceptandas perſuadere nitebatur: contra enitentes Antianos, vel Diaconos ſeu Sciolos confutando, & reijciendo, & Pſeudopredicantium occurſus, & incurſus ſtudioſè & gratanter præſtolabatur, obuians illis hilariter, & amicabiliter aduerſus perfidos de Religione diſſerens, impietatis, atque infedilitatis palam eos redarguebat, & coram inſimulabat: pacificè ſemper con reluctantibus, & excandeſcentibus agendo; licèt enim pro adæquatis reſponſionibus, incompoſitas illi reſponderent cauillationes, deriſiones, exprobationes; nunquam tamen ipſe aliud illis, quàm duritiam cordis, & oris perfidiam, ac verborum, ſiue dictorum falſitatem, atque fraudulentiam, ſiue callidam Hæreticam vafritiem exprobrauit: quas allatis appoſitis ratiocinijs apertè demonſtrabat.

Fr. Hieronymi laborioſa induſtria pro Fide Catholica propagāda.

Iniurijs, & contumelijs compenſatur

XIIII.

Ex hac igitur eruncatione, ſarritione, ſiue cultura, nonnullos in horreum Eccleſiaſticum reponendos prouentus, licèt laborioſè per tempora, nempe per ſeptennium ſuæ reſidentiæ recollegit. Quoſdam namque viuentes lapides ex Hæretica lapidicina diſſectos, Catholicæ ſtructurę coaptauit, cooperante ipſius accurata ſolertia, & infatigabili vigilantia operantis Diuinę gratię efficaci auxilio. Anno igitur 1647. Aberrantem alienigenam Perrerij incolam reduxit. Item adoleſcentulam nubilem, quam ne à parentibus Hęreticis peruerteretur, à Valle ſubtractam, Monaſterio Monialium Villęfrancę educandam commiſit.

Puellam Catholicam in Monaſterio Monialium educādā tranſmiſit.

Anno 1648. vnico, eodemq; die trinas familias, nempe quindecim promiſcui ſexus perſonas, in loco Salſę ad Eccleſiam recepit.

Item geminos eiuſdem Pagi Germanos Fratres.

Iterum eiuſdem Villę familiam alteram quatuor perſonis conſtantem: rurſus ex Rielareti Pago eiuſdem familiæ quinque reduces ideſt conuerſos recepit.

Tandem

Tandem Mulierem vnicam de Vico Chiabrantij Eccleſiæ reconciliauit. Anno deniq; 1649 fœminam alteram eiuſdem populationis reſipiſcentem Fidelibus annumerauit; ſicque in vniuerſum reduces ab eo recollecti triginta hactenus numerantur. Numeroſiores impoſterum enumerandos ſperamus, dum ipſe Apoſtolico opere in ſtrenuè, & aſſiduè exercendo ſuſtinendo, & adminiſtrando laborioſos quidem dies, & annos connumerare perſeuerat: ſed non vacuos menſes adnumerare ſperat, Diuino & numine, & flamine propitius aſpirante. Interim anhelans prouidus, & infatigabilis Cuſtos ad deiecta præcipuè inſigniora ab Hæreticis Templa reædificanda, congregaris, & præparatis materialibus Principi Apoſtolorum quondam Sacras in Macelli Pago ſtantes ædes, modo dirutas, reſtituere cogitat, & opus opportunè aggredi accelerat.

Numerantur hic triginta reduces recollecti Fidei Catholicæ.

XV. Verum enimuerò dum Sacras illas Ædes inſtaurandi opportunum tempus præſtolatur; nequaquam feriari ſed præclara nonnulla moliri, & præſtare feſtinauit. Religioſi namq; atque pauperculi habitaculi Apoſtolicis Operarijs in ampliori Parochialis Præpoſituræ habitatione commodari, antiquam donationem ſpontè à Reuerendo Præpoſito Cotto iam defuncto, à præſenti modò Rectore coram Reuerendiſſimo Taurinenſi Nuncio confirmandam, & renouandam curauit, per ſeniores conteſtes Fide dignos oppidanos, illius antiqua deſolatione comprobata, & à Capuccinis effecta inſtaurarione conteſtata. De quibus omnibus, & ſingulis deſumptos teſtimoniales, vnà cum authentico donationis Chirographo, Taurino Romam tranſmiſerunt. Singulorum comprobationem à Curia Romana expectantes. Interim cum altera geminarum campanarum iam olim à Capuccinis inſtauratarum per quinquennium modò effracta edendo ſonitu minus apta perſeueraret, nec eſſet qui manum, vel mentem reſtituendæ admoueret, Fr. Hieronymus pium opus aggreditur. Et en dum vnius refectioni incumbunt Opiſices altera valida nimis pultatione percuſſa diſrumpitur. Quare Capuccinus Leuita funirum proſpiciens; vt huius ſecundæ, ſicuti, & prioris reſtitutio diuturniora per ſæcula, cum ſacri cultus dedecore negligeretur; conducto artifice, vtramque campanam, & eleemoſynario à diuerſis emendicato, & propriæ alimoniæ ſubtracto, ad centum ferè manualis pecuniæ librarum valorem, ære impenſo, & exhibito, reficiendam & Parochialis Sanctæ Mariæ Magdalenæ campanili reſtituendam omni ſolicitudine curauit.

Ann. Chriſti 1653.

A quodam Præpoſito iā diu in Parochiali Præpoſitura accommodati Capuccini, nunc à Romana Curia confirmādam donationem factam expectat.

Parochialis Eccleſiæ binas effractas Campanas, adicit artifice, reficit.

XVI. Coram peruetuſto, Sancto Pontifici Martino Sacro Templo, perſtat populatio ab illius nomine, ſicuti & tota Vallis denominata, ab illa toto mentis, & virium conamine perduelles Sectarij perpetuo enixi ſunt Catholicos expellere, à peſtilentialis autem infectionis, ſimul & deuaſtationis tempore, tergeminæ ſolitariæ Fidelium familiæ præindicato in Vico ſuperſtites perſeuerabant, quarum vna, & altera egeſtate, & pauperie compulſæ deficere compellebantur. Tertiam vero potentiorum duorum Fratrum, quondam reducis Ducis Throni nepotorum, ſub iuſto exigendorum Ducalium, vel millrarium vectigalium titulo, iniuſtè diuexatam proſternere, & peſſundare ſtudebant Sacrilegi; vt Catholicis cunctis de Sancti Martini Villula expulſis, Sacri Præſulis pariter Baſilicam cum memoria, atque nomenclatura ab vniuerſa ſua Valle eijcerent, & diſperderent. Quamobrem Eccleſiaſticus Cuſtos Eccleſiaſtici Regni iura cuſtodiens, binas pauperiores familias, quibus valuit, voluit eleemoſynarijs ſubuentionibus ſuſtentare. Tertiam vero ditiorem validiori patrocinio, & tutela, atque pecuniaria pro tributis ſoluendis præſtatione conſeruare ſtuduit, ſignanter Illuſtriſſimi Comitis, Domini Verduæ, Ciuis Taurinenſis ſubſidio. Cuius ope, & opibus in prærecenſito Vico in dies multiplicantur credentium agnationes. Quas ſicuti, & ſingulas, atque omnes vniuerſę Vallis Catholicorum cognationes, vt illæſas aſſeruaret; quia ab anno iam quadrageſimo octauo extra milleſimum ſexcenteſimum, à communibus perſoluēdis oneribus exemptiuum indultum, per ſexennium reportatum, iam iam expirauerat. Aſpirauit Fr. Hieronymus, & rurſus Sereniſs Regalium Principum liberalem clementiam precibus pulſans, efficaciter cooperante Excellentiſſimo Apoſtolici operis Tutelati Domino Marchione Planitiel, atque Liburni, antiquæ exemptionis indultum per nouum ſexennium confirmatum retulit. Et ſic credentes abſque incredulorum damno indemnes ſeruauit.

Quibus valet ſubuentionibus Catholicos patrocinatur, credētesq; indemnes ſeruat ab incredulorū damno.

XVII. Quinque periclitantes in Fide mulieres, ſtabiles aſſeruauit. Vidua quędam redux periſtabat, mater binis nubilibus filiabus onere preſſa: ne igitur vel genitrix, vel genitæ fęminę ab hæreticis Praliorum contribulibus Religionarijs ſolicitatæ, & diuexatæ ad hæreticum vomitum regrederentur, curauit Capuccinus Leuita; vt de Vr Chaldęorum, ideſt de ſua terra hæretica egrederentur: ſicq; inibi exiſtentibus immobilibus bonis, & domo, & prædijs diuenditis, Perrerio Catholico Oppido proximam habitationem acquirerent, & tergeminis Catholicis viris trinæ nuberent mulieres, ideſt mater, & geminæ filiæ: Binas adhuc viripotentes adoleſcentulas, pijs ſubuentionibus pro virili dotatas, alteram ſignanter ab Hereticis, vt Caluino

Ann. Chriſti 1654.

Periclitātes in Fide quibus medijs ſtabiles aſſeruat. Perduelemq, Eccleſiaſtici Regni Caluiniſtam ad Catholicā Fidem cū toti ſua iam lia hoc anno adducit.

nomen

nomen daret oblata dotali pecunia prouocatam, honeſtis duobus viris in matrimonium collocandas procurauit. Petrum tandem homicidam, & ſanguinarium Eccleſiaſtici Regni perduellem irreconciliabilem proſcriptum, & capite damnatum impunitate illi, quamuis difficulter admodum à Clementiſſimo Duce obtenta, Catholicorum albo cum tota ſua familia hoc anno mirabiliter deſcripſit, & aſcripſit.

Opportuno hoc numero referam, quod ipſe Fr. Hieronymus proprijs aſpectauit oculis, & caracteribus teſtatus eſt, de quodam perdito milite, qui ſolo nomine Catholicus, profeſſione verò pluſquàm hæreticus, & ſacrilegus apparebat: Hic à Capuccino ſacro Oratore admonitus, quod indecorè conuerſaretur, & loqueretur, immò quod in Sabbatho vetitis carnibus, abſque neceſſitate publicę tunc menſę incumbens veſceretur, atque ab eodem, vt mox celebrandę Miſſę Sacrificio in die feſto S. Iacobi Apoſtoli, ex præſcripto adeſſe non dedignaretur; indignatus cępit eructare indecora nimis, & verba turpia primò, tandem blaſphemias, & imprecationes euomere, poſtremò à Cacodæmone interitum, & malum ſibi ominari, ſi adhortantis Capuccini monitis acquieſceret. Quapropter cum Sacerdos Minorita ad ſacrum peragendum, in proximum S. Martini Sacellum acceſſiſſet, quò quibuſdam ex commenſalibus conuenientibus, ille cibo, & potu ingurgitatus, poſtquam quoad libuit, menſæ incubuiſſet, & gulæ indulſiſſet, cum ſibi ſimilibus heluonibus Perrerium verſus iter faciens, difficilioris tranſitus ad rupem quamdam peruenit, per quam reliquis omnibus liberè progredientibus ſolus miſer blaſphemus, aſperioris ſemitæ millies iam olim calcatę anguſtijs excedens, & in profundum prolapſus, colliſus tandem, poſtera die inter fluminis vndas, repertus eſt, publicè depaſcentibus coruis ſacrilegi imprecatoris fœtidas carnes. XVIII.

Blaſphemus Sacrilegus imprecator à Deo caſtigatur.

Vtinam meo huic Calculo impoſterum calculandi deeſſent numeri, ſimul & calculandis numeris non ſuppeteret vlterius, quid vltra numeraretur? Quod enim per tot numeros, & calculos ab Euangelicis Operarijs laborioſè, & ſtudioſè hactenus in Eccleſiaſtici Regni ſpiritualem profectum, hac in Perreriana Cuſtodia, Deo cooperante, præſtitum, prolixiori hoc in ratiocinio ſupputauimus, totum penitus, nihil omninò reſeruatum, ſed totum euacuatum, diſſipatum, affatimque adnichilatum compellor ſequentibus numeris computare. Catholicę namque Eccleſię, Orthodoxæque Fidei ædificium per tot laborioſos dies, non vacuos menſes, annos periculoſos, imò Olympiades, & Luſtra omnimoda, vnius ferè completi ſæculi ſpatio ab Apoſtolicis ædificatoribus, ad extremum vſque halitum enitentibus Nigra in hac Valle, tandem aliquando mortalibus angoribus, & ſudoribus inſtauratum, vniuerſum integrum ſimul diruit, deiecit, diminuit, comminuit, & contriuit, vnius ſolius, ſiue alterius diei intercapedine hæreticalis, quin infernalis manium hæreticalium implacabilis furens, ac ferociens dæmoniaca rabies. D. Baſil. deplorans Sancti Moyſis antiquę Eccleſiæ formatoris, & inſtauratoris minus propitiam conditionem, clamabat: *Quadraginta dierum laborem, ac perſeuerantiam, Dei ſeruo continuò ieiunante, ac orante, vna tantum populi ebrietas caſſam irritamque reddidit. Supra montem ieiunium legis latæ conciliator fuit: Inferius verò gula ad Idololatriam populum deduxit, ac contaminauit.* Multum ſatis ſuo proprio merito multiplicando proficuam, Vallicolarum tamen fidelium temporali incolumitati non vſquequaque propitiam Fr. Hieronymi Perrerianę Eccleſiæ inſtauratoris conditionem, & fatigationem deflere ego, quoniam numerando coarctor, pro congrua vlteriori præſentis Calculi proſecutione, atque abſolutione magni Baſilij de Maximo Synagogę Præſide, Directore flebiles datas notas vſurpare, opportunum experior. Quadraginta etenim non dierum, ſed Doctorum, Directorum ſpiritualium, Religioſorum Euangelicorum ærumnoſum laborem, ac difficiliorem conſtantem perſeuerantiam, tot, talibus, tantiſque Dei ſeruis continuò ieiunantibus, orantibus, pariter & infatigabiliter operantibus; vna tantum vix tantilli Hæretici, Schiſmatici, eluonis populi ebrietas, irritam, caſſam, nullamque reddidit. Supra montem intra montes S. Martini Vallis ieiunium, hoc eſt ſerui Dei Capuccini Stationarij omnimoda abſtinentia, & continentia, iugiſque temperantia, reſtitutę legalis, ſpiritualis, & temporalis obſeruantiæ conciliatrix fuit: Inferius, ideſt, in proxima cohærente inferiori decliuiorique Lucernenſi Valle, & Angroniano Vallo, Gula, Luxuria, & Superbia Apoſtatrices illas gentes, nempè Apoſtaticos, Schiſmaticos, Caluinicolas Lucernenſes ad Idololatriam ideſt manifeſtas defectionem, & rebellionem à proprio legitimo Principatu Regalis Sabaudiæ Ducis, Pedemontaniique Principis perduxerunt, & contaminauerunt? Quod eſt dicere: in ſæpè ſæpiùs repetita, & Sectarijs conſueta, familiari deſertione, & inobedientia confirmauerunt. Hos igitur Religionarios in malo obfirmatos perfidos rebelles debitæ ſibi ſubiectioni vt reſtitueret, quoniam Ius Canonum non ſuffecerat, puluis canonum (barbariſmo mihi vti liceat) ſucceſſit, hoc eſt arma ſuffecit, ſui exercitus parte in deſertores Apoſtatas immiſſa, ſub prudentiori XIX.

Ann. Christi 1655.

D. Baſil. hom. 1. de Ieiun.

Duc atu,

Ducatu, & prouida directione Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini Marchionis Planitiei, & Liburni, Aurati Equitis, Magni ſui Cubicularij, Primarijque Regni Conſiliarij; Qui vt erat ſanioris Conſilij, conſideratæ deliberationis, non minus quàm conſiderabilioris Chriſtianæ pietatis, ac Religionis; Iudicium ſine miſericordia in vtriuſque Diuinæ, & humanę Leſę Maieſtatis, etiam plures reos, ac multipliciter criminoſos exercere nequaquam voluit: Imò vt miſericordia ſuperexaltaret iudicium, Regali ſibi attributa auctoritate, iuſſit pro roſtris euulgari indulgens reſcriptum, quo capitali ſententia damnatis rebellibus, ac confœderatis cunctis Religionarijs trium Conuallium Lucernæ, Petruxiæ, Sancti Martini ſibi ſubiectis, aut interitum, aut perpetuum exilium, aut ad Catholicæ Eccleſiæ obedientiam infra viginti quatuor horarum ſpatium abſolutè, ſed gratioſè indicebatur, & concedebatur reditus, dum interim ipſe ſtantium acierum, à ſe ad Conuallium fauces limina, & oſtia ductarum arma ſuſpenderet, armatorumque militum à Principe iuſtè decretas immiſſiones, ſimul & inuaſiones, atque exitiales deuaſtationes retardaret. *Dux Sabaud. ... Vallium armis punit.*

XX. Nigræ Vallis Incolæ obſcuratum, & deprauatum gerentes intellectum, armati ſui Principis conſociatam miſericordiæ iuſtitiam, Aſtreum gladium non in rebellionis debitam punitionem, ſed ad violatę ab ipſis Religionis cauſam euaginaſſe prætexantes, à Deo ſibi ſtatutam in Dominationem turpiùs, ac criminoſiùs vt inſurgerent, Diuinaque, & humana Iura fœdiùs vt violarent; ad arma currentes, contra Conuallicolas Catholicos ferales ſuos mucrones exacuere, & feraliter exercere occeptarunt: Fidelium bona, per populationes circumcurſantes, diripiendo, ſimul & fideles homines, mulieres, paruulos, & adultos detruncando. *Hæretici aduerſus Principem, & Cōuallicolas Catholicos arma ſumunt.* Fr. Hieronymus igitur inter mortis ſeuæ anguſtias conſtitutus, hinc ſuperuenientibus iuſtè ſæuientibus Principis militaribus turmis, illinc debacchantibus ſeditioſorum Sectariorum popularibus turbis, ad quod pium charitatis, ſiue patrocinantis propitiationis opus priùs, ſeu potius ſe conuerteret, hæſitabat: an ad iuſtitię milites rebellibus placandos, an ad iniuſtitię Miniſtros fidelibus pacificandos. Cœpit tandem Catholicorum bonis, & perſonis omni ſolertia, & ſollicitudine de propinquo conſulere, ſimul & Hæreticorum capiti imminenti geminæ perditioni occurrere, & charitatiuè accurrere. Conueniebat igitur per omnes, & ſingulas Vallis Villas, & habitationes vniuerſos, & ſingulares Religionarios, eiſque Principis clementiam demonſtrando, indultæ conuerſionis beneficium obuijs vlnis acceptandum oſtendebat, quò condignę vltionis duplicem, nempè vitæ, & bonorum proſcriptionis iuſtam punitionem euadere contingeret. *Ann. Christi 1655.* *Capuccinus cunctis ſuccurrere feſtinat.* Quare plures ex docibilioribus melius, & prouidè ſapientes reſipiſcere voluerunt: quidam quidem de præſenti Caluinum deierantes, nempè ex Oppidis Facti, & Riclareti circiter quadraginta familiæ. Quidam verò, ſcilicet, Rodoreti; Salſæ, Macelli, Manilię populationes integræ per Reipublicæ communes adminiſtratores coram Iudicibus comparentes per authenticam ſcripturam ſe, ſuoſque cunctos Coöppidanos, & Contribules ſtatuta die ad Catholicæ Eccleſiæ communionem acceſſuros promiſerunt, ſicque prout arctioris, & malignioris temporis, ac loci opportunitas permittebat, ſpirituali eorum ſaluationi prouidere niſus eſt: nec tamen interim temporalium illorum præſeruationem neglexit, aut prætermiſit, ſed de propinquo ſollicitè incumbere voluit. Nam de longinquo venientibus, iamque ad Sancti Martini Vallem accedentibus, & ingredientibus militaribus Ducis aciebus pacificè occurrit. Præcurrebat aſcendens ad altiorem, & remotiorem Sancti Martini Vallem per montana properans, ne dicam reptans generoſus Eques, & Marchio Illuſtriſſimus Dominus Galeatius Villa, quia tanquam Chiliarcus præſidebat commiſſæ ſibi ſtrenuiſſimorum pugilum Legioni, qua aſſociatus, & ingreſſus nullo negotio Nigræ Vallis Caluinicolas iuxta ſententiam, iuſta pœna igne, & ferro conſumpſiſſet; niſi Chriſtiana innata pietas huius Quiritis, & religioſa charitas Capuccini Vigilis obſtitiſſent. *D. Marchio Galeati⁹ Vallem ingreditur hoſtilitatem ſuſpēdit.* Circumeuntes enim ſimul circuibant Illuſtriſſimus Dominus Marchio bellator pacificus, & Fr. Hieronymus Eccleſiaſticus ſpeculator, non quærentes quem deuorarent, ſed inquirentes quos à duplici condigno interitù Caluinicolas vindicarent. Vnà ergo gemini benefici præcurſores ad Pralios vſque, nempè ad extremum Vallis penetrantes, pertranſierunt benefaciendo, omni armorum hoſtilitate ſuſpenſa.

XXI. At verò interea Sathanę Cohortes Diabolicæ, nempe Antianorū rebellantium turmę circumcurſantes, omni immanitate impenſa, & Catholicos perdere, & Catholizatos iterum peruertere, & Catholizandos perterrefacere armato agmine, armorum ſtrepitu, & armatorum violentia feſtinabant: Comminato domorum, perſonarum, bonorumque omnium igne, & ferro conſummandorum extremo exterminio. Quamobrem timore perculſi conticuere vniuerſi, qui breui ad Fidem aduenissent conuerſi, & quatuor Pagorum Rodoreti, Salſæ, Macelli; & Maniliæ homines, qui ſcripto reductionē ſuam polliciti fuerant, & qui nondum acceſſerāt

Incolæ trium Oppidorum Sancti Martini, Tranſuerſarum, & Bouilis, niſi hereticantium Accolarum pertimuiſſent inuaſionem à Pratilallati Cluſonia Valle, ad quam cum aſportaſſent Perreriani Sectarij Optimates mobilia ſua bona, inde de cubilibus leonum, ac de montibus pardorum, ſimul & de cauerna reguli erumpentes rebellionis aſſertores, ipſis tigribus, & leænis immaniores, congregata Concaluiniſtarum ſeditioſorum trecentorum gladiatorum acie, ex improuiſo (ipſa nempè eademmet die, qua & Illuſtriſſimus D. Marchio Galeatius, & Fr. Hieronymus in ſummitate Vallis perditorum ſaluationi ſtudebant) centrum Vallate, nempè Perrerij Villam, fidelium aſylum, & receptaculum aggreſſi, ductante Sicariorum Sectariorum Agonotheta Bartholomæo Iaiherio, inſequentibus furentium furiarum, magis quàm fœminarum turbis, veſperaſcente iam die, de montibus irruentes, Catholicorumque vniuerſas domos inuadentes exactiori deprædationi, & direptioni cuncta tradiderunt: Haud tamen locis ſacris pepercerunt, quinimmò recto tramite primaria in aggreſſione ad Parochiale Templum peruenientes omnem ibi fidelium repoſitam chariorem ſubſtantiam certatim viri, ac mulieres prædones ſurripuerunt, & aſportauerunt. Nec ſæcularibus bonis de Eccleſia ſuffuratis exſaturata hæretica fames, vel rabies perſtitit, imò & auidiùs plurimùm ſacraria inuadentes expilarunt, ſacram ſupellectilem totam penitus auferentes, nec ſic ſacrilegi ſteterunt, imò ſacris Ædibus adſtantia, & Reuerendi

Rebelles in Fideles, & ſacra deſæuiunt.

Præpoſiti Sacerdotis, & Capuccini Miſſionarij religioſa habitacula ex-templò adorientes vtenſilia cuncta, tam propria, quàm repoſita eripuerunt, ſicque vniuerſis mobilibus aſſumptis, immobilia, nempè Sacerdotum domicilia, & ſacras Parochiales Ædes appoſito igne, vt conſumerent, præda innocentium onuſtì abierunt. Illis autem abeuntibus, qui ſuperfuerant fideles accedentes accenſas flammas extinguere accelerauerunt. Dum ſacrilegi Religionarij auernalibus facibus inflammati, poſt Sacroſancta, & Sanctaſanctorum profanata in Sacrato Dei Templo, vbi ligneo Tabernaculo ad Sacratiſſimæ Euchariſtiæ cuſtodiam parato in minuſcula fruſtula redacto, grandiorique Chriſti Crucifixi veneranda imagine penitus deformata, confractorum reliquias pedibus conculcantes, maiori ſacra Icone deiecta, imaginibus Sanctorum reiectis, dirutis Altaribus abeuntes in Sacrorum deriſum ridiculam, ſed ſacrilegam funeſtam, & ſathanicam velut proceſſionem inſtituerunt: profani namque violatores diuerſimodè ſe ſe ſuffuratis Sacerdotalibus paramentis induentes, & amicientes nempè Caſulis, Stolis, Manipulis, Albis, Amictis, Superpelliceiſque, ac Velis, nec non Corporalium burſis in modum Mitræ capiti ſuperpoſitis, accenſis ſublatis cereis, intorticijs, & candelis, ſacros linteos, corporalia ſcilicet, pallas, & purificatoria aſſumentes, ſimul & manibus Pixidem, atque Calices geſtantes irriſoriè conclamare, velut religioſè occinere occeptauerunt, & montem aſcendentes ſacra vaſa turpiter profanare perſeuerauerunt, Calicibus ſacris, Pixide, & corporalibus ad indecoros, immundos, imo inhoneſtos actus, & vſus abutentes. Abduxerant ſecum pariter captiuos tergeminos religioſos Capuccinos, binos Sacerdotes, vnicum Laicum, qui è Pineroliensi Cœnobio à Miſſionario aduocati Vallis ſaluationi vt cooperarentur, Perrerium peruenerant, quò vix peruentos, ſuperuenientes prædones expilatores domi inuentos inter prædam computauerant, binos aduenas cum Fr. Bonauentura ſocio comprehendentes. Hi igitur zelotes Religioſi diù ſufferre non valentes, imò exhorrentes execrandas ſacrorum profanationes, inſurgentes contra armatam turmam, & verbis increpare, & factis de profanantium manibus eripere ſacrata vaſa enixi, & auſi ſunt; at illi furijs agitati, & enitentes reiecerunt, & reiectos verbis, verberibus, ac percuſſionibus onerauerunt: Effuratorum ſupellectilium Catholicorum ſarcinis onuſtos incedere compellentes, donec ad fidelium quædam habitacula, Capellæ Sancti Martini proxima peruenerunt, ibique incenſo igne, perrexerunt ad ſuperiora, vbi conſiſtentes ſic ſacris amicti, Sacroſancto Miſſæ Sacrificio ad nauſeam vſque illudere perſtiterunt vſque in mane, quando Capuccinos quidem innoxios imò perpetuò ſibi beneficos religioſos liberos, & illæſos dimiſerunt. Verùm ad vlteriores Eccleſiaſtici Regni læſiones, & inuaſiones ſe ſe accinxerunt. Intelligentes namque per internuncios, quomodo Excellentiſſimus Planitiei Marchio pacificus belligerator, reuocatis armatorum aciebus pacificè hanc cauſam terminare tentaret: Rebelles, & increduli ex aduerſo octingentorum ſubuerſorum rurius coacto agmine, denuò Perrerij Oppidum Catholicorum Stationem aggrediuntur. Ingreſſi autem per habitacula rurſus diſcurrentes, nihil iam quod ſecundò ſurriperent, cum inuenirent; in parietes ipſos deſæuire voluerunt; quamobrem ædificia cuncta deijcere, atque diruere laborauerunt à minimo tuguriolo ad vſque Dominorum Vallis palatia, quinimmò & ſignanter Sacerdotum domicilia, & Sacras Parochiales Ædes præcipuè, quas aſportatis & effractis campanis; ſolo ferè æquauerunt, & ſic Perrerium Oppidum in Petretum, imò rudetum conuerſo, conuerſos, & Catholicos Conuallicolas ad necem perſequi

Ann. Christi 1655.

Saeris abutuntur.

Rurſus Perreriū aggrediuntur, & demoliſitur.

perſeue-

perſeuerauerunt: quorum alios feraliter trucidantes, alijs verò barbaricè per medium diſſectis cor & viſcera extrahebant, tandem ab vno adhuc palpitante inteſtinorum pinguedinem perſcrutatus eraſit quidam carnifex, vt armorum lucidam ſuperficiem deliniret, quoniam interius viſcera luciferiana rabie religionaria exaſperata circumferebant, ferociendo ſpecialiter in eos, qui Catholicam Fidem ſe mox profeſſuros nudiuſtertius polliciti fuerant, quorum Epigraphem cum in expoliata Fr. Hieronymi cellula gladiator Iaiherius offendiſſet, in ea deſcriptos proſcribere, & crudeliorem ad necem perquirere voluit. Quinimmò in tantum præualuit huius proſcripti, & damnati carnificis ſchiſmatis aſſertoris, & rebellionis Archimandritæ hæretica impudentia, atque arrogantia; vt cum pro roſtris caput eius tamquam læſę Maieſtatis multiplicis criminoſi præſcindendum ſub promiſſo pecuniario præmio propoſitum fuerit, ipſe proponentium iudicum, imò & Capuccini Miſſionarij, & potentiorum Fidei tutelarium capita pretio amputanda temerariè proponeret. Impudenter adeò inſoleſcebat fœtidus terræ vermiculus in caula enutritus bubulcus, captata occaſione, quod Pedemontanus Princeps ſuas militares copias in Gallorum ſuppetias aduerſus Hiſpanos in Inſubriam ablegauerat. Sed mox Diuino Iudicio comprehenſus nefarium caput patibulo affigendum obtruncatus amiſit.

XXII. Quoniam nihil viuens prætermiſerat immanis illa ferociens bellua, quin cuncta ad Catholicam plebem ſpectantia bona mobilia, immobilia, alimenti, & indumenti barbaricè peſſundaret ideo pauperculi pauculi ſuperſtites Fideles, qui vt propriæ ſuæ periclitanti vitæ conſulerent; ad antra deſerti, montium cauernas, & terræ ſpeluncas confugerant, ſubſidijs omnibus penitus expoliati, cum naturali ſuſtentationi neceſſaria quotidiana adminicula non haberent, in dies deficere cogebantur. Fr. Hieronymus igitur qui ex induſtria ab Excellentiſſimo Domino Marchione Planitici ad ſe aduocatus, tempore hæreticalis ſecundæ inuaſionis extra Sancti Martini Vallem in Lucernenſi agro præſeruandę Fidei negotijs occupabatur, cum triſte nuncium de Catholicorum, Catholiceq; Eccleſie exitiali excidio, extremoq; profanorum, Sacrorumq; exterminio accepiſſet, tactus dolore cordis intrinſecus, extrinſecus Eccleſiaſtici Regni, & Orthodoxæ Fidei zelo ſuccenſus, feſtinus, & pernix Nigram Vallem verſus iter arripuit. Verùm liminaribus appropians, cum interdictum ſibi aditum, & ingreſſum cognouiſſet; in proxima Conualle, Villa, & Petruxiæ Miſſione à Coapoſtolico Collega Capuccino illius Cuſtodiæ Vigili benignè exceptus, conſiſtere quidem voluit, ſed non ſtare, nam quotidie Vallaria ad limina, & Sancti Martini limites accedens, diſperſas euadentes de luporum faucibus ouiculas recolligere, & reficere perſeuerauit: per ipſos etiam manſuetiores Sectarios, errantes miſellos Catholicos ad ſe in tutum manuduci curauit, recollectos autem vel per noſtra Capuccinorum Cœnobia, vel per piorum habitacula, & domicilia diſtributos; ab vlteriori diſcrimine, & mortalibus anguſtijs liberauit; liberaliter ſibi ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Nuncio, & prædicto Excellentiſſimo Marchione, necnon pluribus alijs Religioſis Dynaſtis, ſuppeditatis pecuniarijs eleemoſynis, quibus ſignanter fœminis derelictis congruè prò tempore prouiſum extitit, dum rebellantium commota religionaria ſeditio aduerſus proprium Principem, & legitimam dominationem, à proximis Concaluinicolis, & Conſectarijs vicinis Antiregnis ope, & nefaria opera ſuffulta nequiter ſtetit: At cum regredientes iam iam ab Inſubria inuaſione Ducales acies ſubintellexiſſent ſeditioſi, rationabiliter pertimeſcentes proprijs ſceleratioribus facinoribus, & ſceleſtæ defectioni debitam vltionem proximam, ſubmiſſis quorumdam Religionariorum Tutelarium Oratoribus, & deprecatoribus, humiliter, vel melius nequiter, veniam poſtulantes, ad proprij legitimi Principis obedientiam omnimodam regreſſi arma depoſuerunt, & acquieſcere coacti ſunt, quibuſdam dumtaxat inducijs cum Catholico Eccleſiaſtico Regno Religioſis, ac Religione ſimulatis. Simulantibus igitur neceſſariò perfidis, fideles patrios proprios lares repetere voluerunt, ad quos deuenientes non domeſtica habitacula, & receptacula, ſed rudera offenderunt, vnde ſub dio pernoctare compellebantur, donec tuguriola anguſta quædam ſibi ad aliqualiter propellendas temporum iniurias concinnarunt miſeri Catholici. Cum quibus ad propriam pariter Stationem, & Perrerianam Vallem, ac Villam Septembri menſe regrediens Fr. Hieronymus Miſſionarius, proprijs ipſe oculis conſpectans ab hæretica phreneſi, & barbarico furore conſumatam totius penitus Catholiciſmi præſtitam ſubuerſionem ingemuit, Sacrilegum præſertim Sacrorum excidium, & horrendam profanationem deplorando. Verùm vti prudens Diuina iudicia venerando, prouidus protinus ad ruinarum inſtaurationem mentem, & manum admouere excogitauit. Quare non plures quàm paucnlos dies, vt Sacra faceret, & Sacramentis reficeret, inter deſolatos, & deſolationem caulam inhabitans, commoratus, Taurinum regreditur, vbi coram Religioſis, ac pijs viris patefacto deplorando Catholiciſmi ſtatu; ac miſer-

Ann. Chriſti 1655.

Fr. Hieronymus Catholicis ſubuenire feſtinat.

rima Catholicorum expoſita conditione, diuerſas eleemoſynarias ſubuentiones pro miſeris reportauit, ſignanter à Clementiſſimo Principe per Excellentiſſimum Planiriei Dominum copioſam tritici quātitatem, ſimul & à Reuerendiſſimo Nuncio pecuniaria poſſibilia ſubſidia. Quibus collectis ad ſuam feſtinus reuertitur euerſam Cuſtodiam, ſibiq; ſub adhuc perſtante inter rudera anguſta porticu minus commodum, imo incommodum, ſatis parauit habitaculum, in quo aduentans per tempora quieſceret. Interim paupereulis egeſtate iam iam confectis; adminiculis proprijs deſtitutis (quoniam illis abſentibus perſtantes rebelles eiectorum fruges prouentus, & cenſus tyrannicè vſurpauerant) præſtitas eleemoſynarias ſubuentiones diſtribuit, deficientibus ſubuenit, mæſtos conſolatus. Quibus omnibus efficacioribus ſolicitudinibus, & charitatiuis ſuis ſubſidijs, ac paternis erga deſolatos officijs nequaquam tamen obuiare, & obſiſtere potuit; quin miſeri Catholici tot cladibus affecti, tantis calamitatibus afflicti, vniuerſi in diuerſos morbos inciderent, ſimul & infirmitatibus varijs mortaliter afflictarentur, eòq; magis ad interitum periclitarentur, quò minus vnde ſubleuarentur, & curarentur, ſuppeditabat: cùm non modò medicis, medelis, & congruis cibarijs carebant; ſed nec ex paleis iumentorum ſtratum habebant anguſtiati decumbentes. Anguſtiabatur non modicum medicandis, & ſubleuandis ægrotis his incumbens Fr. Hieronymus: eò quod ad languentium ſolamen, imò curationem neceſſaria auxilia non ſuppeterent, quinimò quotidie minitando, & perterrefaciendo ægrotos adhuc impeterent Caluiniani tortores, vt ſi fieri poſſet; vna die cunctos credentes defunctos ſepulturę mandarent increduli. Quapropter Capuccinus excubitor poſtquam quoad licuit, & valuit, proximis ſuis laborantibus interuiuit, miniſtrauit, patrocinatus eſt, laboribus & ipſe feſſus, angoribus plus corde, quàm corpore fatigatus, decubuit, lethali febre correptus. *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* compaſſiua teneritudine clamabat Apoſtolus. Benè, & appoſitè hoc Fr. Hieronymus vſurpare poterat, qui cum infirmantibus legitimæ Eccleſiæ filijs non potuit, non infirmari. Infirmum igitur ſe grauiter ſentiens Euangelicus Pugil à Caſtris Eccleſiaſticis ad Religioſa Clauſtra Capuccinorum Pinetolienſium ſe deferri popoſcit. Vbi diu maligno languore lethaliter proſternatus decubans, non tàm propriæ incolumitati conſuluit, quàm patientium Chriſticolarum ſuæ Perrerianæ Cuſtodiæ conſultum voluit. Nam nec dum de lectulo conſurgens, per literas, & internuncios iàm tertiò apud Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum Taurinenſem Nuncium pro Vallicolanis credentibus interpellauit, & iterum pecuniaria ſubſidia reportauit, quę per fideles perſonas indigentibus impertiendas procurauit, ſicq; alienam ſalutem curauit, donec ipſe poſt vitæ proximiora diſcrimina ægrè admodum tandem conualuit, circa ſubſequentis anni milleſimi ſexcenteſimi quinquageſimi ſexti menſem alterum nempè Februarium.

Irreconciliabiles Catholicæ Eccleſiæ perduelles, hoſtes infenſiſſimi affatìm eliminandi, atq; penitus extirpandi Eccleſiaſtici Regni propoſitum proſequentes, captata inſtimantis Capuccini cuſtodis abſentia, & prolixiori ægritudine, ſimul & ægrotantium omnium Catholicorum imbecillitate, congregatis proſcriptorum ſicariorum agminibus per Vallis vicos, & Villas diſcurrere nunquam ceſſabāt, vt & reducendos impedirent, reduces retraherent, imò reductos, nunquamq; ſeductos peruerterent, mortalibus ſupplicijs & comminatis, & exercitatis. Nam reducem timore relapſum vnum, qui rurſus reſipiſcere vix verbulo indicauerat, fictitia prætexantes necauerunt. Nonnullos conuenientes, & vehementer vt Papiſmo valedicerent, terrantes, tamen reſiſtentes, indicta mulcta, data pecunia de violentorum manibus euadere coarctabant; alios verò promiſſionibus, & pecuniarum pollicitationibus ad turpem Fidei deſertionem allicere ſtudebant. Quæ omnia nequiſſimorum aduerſus Eccleſiaſticum Regnum iniqua molimina, & conamina cum ad aures Euangelici Vigilis perueniſſent; nec dum omnino viribus confirmatus agitatam ſuam Stationem à Deo confortatus repetere voluit, voluitq; ad ſubuerſum Perrerij Oppidum, & euerſum ſuum domicilium iuxta dirutum Templum peruenit, Vbi anguſto in angulo deuoti Caſtellani Iudicis opera compoſito tugurio, habitationem ſuam inſtituit, & reſtituit, vt rurſus in excubijs inuigilare valeret. Vigilans igitur animaduertit Fideli Eccleſiæ imminens non periculum modò, ſed exterminium: cognouit namq; & reduces plures, imò ferè omnes furentium religionariorum technis, & machinis relapſos, & credentes mox lapſuros, vel defecturos eorundem inſidijs. Quamobrem & rogando, & demulcendo, ſimul & minitando, ac increpando temerarios, cum Antianis, & Optimatibus hæreticis pariter, & cum Iudicibus, ac Magiſtratibus Catholicis agendo, diſcrimina, & damna à Fideli populo auertere ſatagebat. Vacillantes confirmando, cadentes ſuſtentando, caſuris accurrendo, collapſos releuare procurando, minitationibus aliquando, ſed ſæpe ſæpiùs ſuauioribus admonitionibus: & quia plures egeſtate compulſi ab Eccleſia deficere cogitabant; appulit ipſe rurſus ad Reuerendiſſimum Nuncium, & pecunias

2. Corinth. cap. 11.

Capuccinus operarius fatigatus grauiter infirmatur.

Ann. Christi 1656.

XXIII

Caluiniſtarū verſutia, ac violentia.

Fr. Hieronymus oppreſſis ſubuenit.

his

his periclitantibus ſuggerendas iterum obtinuit, & opportunè diſtribuit. Intellexit aliquando gladiatorum hæreticantium armatam aciem pauperculæ Viduæ domum noctis tempore inuaſiſſe, vim inferre tentantes; vt nubilem iuuenculam ſurreptam, ad Caluinianamq; perfidiam pellectam hæretico adoleſcenti in matrimonium iungerent; quare ex-tempore accurrens, inuaſores adhuc enitentes compeſcuit, à facinore retraxit, & ereptam puellam ære Apoſtolico ab Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Nuncio dotatam Catholico viro copulauit. Religionarijs perpetuò ſibi infenſis, & infeſtis. Qui multa de eo falſa promulgare non ceſſauerunt: Vbi enim primùm mortalem eius languorem ſubintellexerunt, protinus iàm mortuum eum prædicauerant: Poſtquam rurſus ſubiectionis, & coram Sereniſſimo Duce humiliationis capitulationes firmatas acceperunt, ſibi permiſſam, & admiſſam hæreticè viuendi omnimodam licentiam euulgarunt: vnde Fr. Hieronymus declaratiuum reſcriptum, in mendacij detectionem relatum pro roſtris tota in Conualle promulgare fecit. Rurſus Sathanæ adminiſtri ſub grauioribus interminatis mulctis ne Capuccinis quis vectigalia venditaret, interdixerunt, vt ſic neceſſariorum penuria compulſi vel deficerent, vel à ſuis laribus diſcederent; ſed fruſtra; prouidentiæ enim Dei, qua ſeruos ſuos paſcit, obuiare non valuerunt. Iterum cum inſtaurandis dirutis Sacris, & Apoſtolicis ædificijs (vti mox dicetur) manum admouiſſet; Proditor vnus, alter Iuda proprio ſuo domicilio ex parte proprijs ſuis ipſe manibus occultè deiecto, deiectionis culpam in Capuccinum Leuſtam, lapides pro ſua ſtructura ſuffurantem iniecit: ab eo propterea quatuor centum librarum pretium pro dirutæ domus inſtauratione ſub mortis comminatione expetens: ſed Religioſi viri benè nota etiam Religionarijs integritate, ipſi Caluiniſtæ Antiani calumniatorem deprehenſum, publicèq; damnatum mulctarunt: ipſo Fr. Hieronymo ſuppliciter pro ſibi iniurioſo falſario interpellante.

Calumniam patitur.

XXIV De Religioſa Eccleſiaſtica ſua Statione, violenta ſeditioſorum factione, & inuaſione deturbatum Euangelicum excubitorem, Apoſtolici inſtituti Præfectus, & Prouincialis Capuccinorum Miniſter ſtrenuum hunc Agonothetam; ſuumq; Religioſum Athletam noua de Statione, & proxima Miſſione prouidit, dum illum ad Pagum Portarum, in ianuis Conuallium conſtitutum, de Petruxia aduocatum deſtinauit; quo inibi in noua conſtabilienda Miſſione dum laboraret, laborantem quoq; antiquam Perrerij Cuſtodiam ſuſtentaret, congruis pro opportunitate ſubſidijs à ſe ſufficienter adiutus. Plures igitur per menſes in Portis enitens, tum vt congruam habitationem ære Apoſtolico acquiſitam ædificaret, & componeret, tum vt incompoſitos incolarum mores ſpiritualiter in cunctis miniſtrando reformaret. Per obedientiam Principi præſtitam, acceptata rebellium pœnitentia, patefacto Vallis aditu, de Portis Fr. Hieronymus ad extremos Vallares receſſus, ſiue à cenſus ruinas ſubleuaturus tranſuolauit. Iam pluries inter ſe Scribæ, & Phariſæi conuenerant, & in malignantium conuentu decreuerant, imò ſub acerbioribus interdixerant, vt ſi quis opifex, vel artifex, aut mercenarius Caluiniſta Catholicis, & ſignanter Religioſis Capuccinis reædificantibus etiam conductitio pretio inſeruiret, extra Synagogam mulctatus fieret: id intelligens Capuccinus hæreticis toties, & tantum beneficus, benefactorum confidentia ductus, acceſſit ad Antianos amicabiliter expoſcens; vt mediante denario diurno, Operarios Sectarios ſibi inſeruire permitterent. Quod ingratis indebitè negantibus, non deſpondit animũ Fr. Hieronymus, cõſpiciens humana ſibi denegata adminicula, ſed Diuino auxilio fretus, ſolitarius ipſe cũ Coarmigero Sacerdote Collega Capuccino collaborantibus nõnullis pauculis Catholicis, operi manũ admouit; & primò à purgando ruderibus repleto à Sectarijs puteo incepit, inde facta aquarũ copia, ſub illa iàm receſita porticu, in veſtibulo proſtratæ Parochialis Eccleſiæ ſtante, breui tẽporis intercapedine Dei potius, quàm hominũ obſtetricante manu, & propriæ habitationi tugurium, & Diuinorum celebrationi arctũ Sacellum erexit, in quibus degere, & ſacrificare occeptauit in peruigilio die Pẽtecoſtes anni milleſimi quinquageſimi ſexti vltra ſexcenteſimũ. Quod conſpiciẽtes, & admirantes increduli dicebant: Quomodo hic Ædes ſuſcitauit, cum ædificatores nõ habuerit? Non carneũ, ſed petreum cor, & pectus poſſidet hic conſtans Capuccinus, aduerſus tot aduerſa inconcuſſus permanens? Permanſit certè, ſed non manſit; imò à proprio vix ſufficienti neceſſario habitaculo reſtaurato ad Sacras Dei Ædes inſtaurandas procedere decreuit; cuius Religioſi operis vt ſigna Fidelibus daret, & triumphalia trophæa erigeret: Cum Vallem ingreſſus cuncta Crucis vexilla à Sacrilegis proſtrata, & profanata conſpectaſſet; ligneam primò grandiorem Crucem publico in itinere, coram Sancti Blaſij Ædiculam, decenter erexit. At illius Sacroſanctum aſpectum rurſus ſufferre non valentes perfidi, eadem die profanatam, & comminutam eam deiecerunt: Quod iniquiſſimè ferens Sacrorum inſtaurator, expectata opportunitate feſtiui diei Inuentionis Sanctæ Crucis, alteram de nouo confectam, aſſociante Reuerendo Præpoſito, adſtante Iudice Caſtellano, ſecundò vexillum Crucifixi exaltauerunt, eodem quo priùs in

Ann. Chriſti 1656.

Antiani interdicũt operarij, Capuccinis inſeruire.

Ann. Chriſti 1657.

Ædificiorum inſtaurationem aggreditur Capuccinus.

loco, Iuridicè proteſtando, (caſu pertranſeuntibus tunc illac binis Pſeudomini-
ſtris, & Diaconibus) de futura indicenda debita pœna, ſi denuo erecta Chriſti
Crux deijceretur à perfidis, vnde vſque in hodiernum diem ſtetit.
Eleuato ligno Crucis ſuper montes, releuandi Parochialis deiecti Templi ædifi- XXV.
cium non indicit, ſed propoſitum ſuum adſtantibus, & Parocho, & Parochianis
indicat ſolicitus Vigil Capuccinus, ad pluſquàm pium, & perneceſſarium opus
vrgentioribus ſolicitationibus eos excitans, & impellens. Verùm cum & popu-
lus, & Sacerdos pauperiem, & miſeriam ſuam incuſantes à propoſita inſtauratio-
ne ſe ſe excuſarent; ipſe Fr. Hieronymus neutiquam recuſauit ad conſuetos tute-
lares Patronos confugere, & pro dirutis Sacris Ædibus reſtituendis interpellare.
Quamobrem per ſuas litteras de Spiritualis Regni Eccleſiaſtici indigentijs admoni-
to Fratre Mathia, qui tunc Taurinenſi Cœnobio Capuccinorum Sanctæ Marię de
Monte præſidebat: monitus iſte ad Illuſtriſſimum & Reuerendiſſimum Dom. Ale-
xandrum Creſcentium Apoſtolicum Nuncium accedens, reædificandæ Perrerianę
Parochialis exigentiam exponit, depauperatorum Catholicorum egeſtatem ſum-
mam proponit; ſimul & pro opportuno accipiendo pecuniario ſubſidio ſuum of-
ficium interponit: zelans Antiſtes, qui frequentiores, non de Camerali ære ſo-
lummodo, ſed & de proprio egentibus ſubuentiones ſuppeditare conſueuerat, pro-
tinus innuenti annuit, & congruam pecuniam de Apoſtolico ærario pro Templi
reſtauratione ex-temporè tranſmittit. Capuccinus igitur Sacerdos, qui Sacrorum
ceſſationem, & Sacrarum Ædium quondam concinnè ſatis anteceſſorum, & ſuo-
rum laboribus exornatarum ſolitudinem, & ruinam diù ſufferre, & conſpectari
Parochiale Templũ inſtaurat.
non valebat, voluit protinus excitandæ Baſilicæ manus applicare: Quapropter
lapides, ligna, cæmentum, arenam, & ad ædificationem neceſſaria cuncta perqui-
rens, & indeſinenter ſtudioſè quæritans, è ruderibus erutos parietes excitare ince-
pit. Videbant peccatores Caluiniſtæ, & iraſcebantur, dentibuſq; ſuis fremebant,
ſed tabeſcebant. Inſtabant nihilominus acriter prohibendo, ſuiſq; Concaluinico-
lis ſub grauioribus mulctis inhibendo, ne quis ædificantibus Catholicis, vel ma-
num, vel digitum admoueret: Quin, vti quondam Pagani, Hieroſolymitani
Templi inſtaurationem præpedire totis conatibus nitebantur, ita modò Sectaria
peruerſitas Gentilitiam nequitiam imitando, huic Sacrorum reſtitutioni pro viri-
bus obſiſtere perſiſtebat: quare ſtructuræ opificium, atq; conſumationem modis
omnibus impediebat, in tantum vt plurimo labore, & pretio paratam, pro ſuſten-
tando culmine, longiorem trabem, de nocte ſurgentes ſceleſtiores prædones, adq;
Montem aſcendentes, in fruſtra conciſam ad Vallis ima deturbarent, vt conficien-
dum mox inſtaurati iam iam Templi, tectum perturbarent. Imperturbatus atta-
men perſeuerans inſtaurator Leuita Capuccinus; in diſſecti, & deiecti prioris li-
gni locum aliud ſubſtituens, à perficiendo opere non ceſſauit: Quinimmò priori-
bus conſumptis eleemoſynis ad alterum operis Apoſtolici patronum, nempè Ex-
cellentiſſimum Planitici Marchionem refugiens, & confugiens pecuniarium ſubſi-
dium in ædificij, & pauperum ædificantium refugium reportauit, & reficiendis
Sacrarijs perſeuerauit, ſolicitè conſulendo, inquirendo, & perquirendo qualiter
& incæpta perficere, & perfecta exornare, & prouidere, tandemq; in priſtinum
decoris, & Diuini exercendi Religioſi cultus, ſtatum reſtituere queat.

Ann. Christi 1657.

Sapientiſſimus Salomon binas inter diſcordes mulieres, vt appoſitè iudicaret; XXVI.
3. Reg. c. 3.
prolata de diuiſione infantuli ſententia, diſſectionis allato, & oblato gladio
vnionem, hoc eſt innocentis conſeruationem, iuſtè petentis indemnitatem, &
iniquè vſurpantis coercitam præſumptionem, & vſurpationem operatus legitur.
Catholici, & Caluiniſtę in Valle Sancti Martini ad inuicem in temporalibus con-
uenientes, hactenus vnicum communis rei corpus conſtituebant, vt tributa, ac
vectigalia Principi debita ſoluendo eſſe poſſent. Verùm præualente vſurpatorum
violentia, innocentia Catholicorum opprimebatur, quia communi in Republica
adminiſtranda præualentes Sectarij, onera declinabant, & ſuper credentes iniuſtas
ſarcinas imponebant. Quare per Fr. Hieronymum non ſatis æquę adminiſtrationis
Oppreſſos Catholicos liberare ſatagit.
negotijs Magiſtratibus expoſitis, Sapientiſſimus Princeps prolato, & allato gladio,
hoc eſt, emiſſa ſententia de diuiſione regiſtri, & innocentes indemnes, & noxios
damnabiles declarauit: dum Catholicorum, & Hæreticorum bona diſcretis pu-
blicis tabulis notari, & debita, ac onera diſtinctis ab exactoribus recolligi, & ad-
miniſtrari mandauit. Quo prudenti reſponſo, per euaginatum gladium diuiſionis,
vnionis, & pacis cauſas ſubminiſtrauit inter credentes, & incredulos.
Percurrentis anni milleſimi ſexcenteſimi octaui & quinquageſimi ipſis in pri- XXVII.
mordijs circa decimam diem menſis Martij, Caluinicolę Lucernenſes Incolę po-
pulationis Sancti Ioannis nuncupatę rationabiliter pertimeſcentes ab Aſtreo Se-
reniſſimi ſui Principis mucrone infligendas congruas proprię perpetuę peruicacię,
& contumacię pœnas in ſubſidium præmeditatę inobedientię, imò renitentię, &
defectionis adſciuerunt ſuos Concaluinicolas deſertores, nempè Perrerij Valli-

colas,

colas, qui pacis impatientes, & ſchiſmatis amatores protinus ad arma cucurrerunt, & primò miſerunt armatos Sicarios, qui vniuerſa ſuæ Vallis itinera præoccupantes cuſtodiebant ingreſſum, & egreſſum per quos Catholicis ad effugium via eſſe poterat inde per Vallares acceſſus, & receſſus perduellium armatę turmę aduerſus fideles claſſicum pertonantes paruulum Chriſti gregem mortalibus minitationibus perterrefaciebant, quibus excitatus, & admonitus Capuccinus Vigil, Pulpitum vt concionaretur conſcenſurus (erat enim prima Quadrageſimæ Dominica dies) prius Emiſſarium fidelem ad Collegam Fr. Laurentium Petruxinum excubitorem ad noui tumultus inquirendam cauſam deſtinat Petruxiam. Verum is à viarum hæreticis cuſtodibus repulſus ad Fr. Hieronymum reuertitur, qui concione peracta domum regrediebatur, ad quem pariter protinus peruenerunt confugientes vniuerſi ferè Catholici, quibus à Sectarijs nouiſſimo exterminio, & ferali excidio comminato, miſelli timentes, & trementes perfidorum inhumanam barbariem quam olim experti fuerant ad Dominici ouilis tutelarem Capuccinum pro patrocinio confugiebant, vnde ipſe prudens Stationarius accito ordinario Vallis Iudice ad congregatos religionariorum Archimandritas Chiotorum ad Vicum mittit, quo ab eis recentioris ſeditionis cauſas expoſcat. Ad quos iſte perueniens, & iuridicè procedens, ab vniuerſi Iuris violatoribus reſponſum accepit. Ea de cauſa Vallis ingreſſus, & egreſſus à ſuis cuſtodiri eo quod vniuerſos Catholicos mox ſe ferro conſumpturos cum decreuiſſent, ne vni quidem euadendi aditus pateret, ſed omnes ſimul trucidarentur. Qua reſponſione nimis Iudex perterritus, ad ſuos reuertitur, & fidelibus ac Capuccinis, atque adſtanti Reuerendo Præpoſito renuntiat, vnde cuncti ſe modo morti addictos pertimeſcentes de fuga conſulere occeptarunt, inter hos ſex iuuenes pollentes viribus ſequenti nocte per montium niuibus obſitos vertices Cluſoniam ad proximam Vallem penetrantes, inde ad adiacentem Petruxię Pagum peruenerunt, Capuccinumque Cuſtodem conuenerunt, cui Perrerianę puſillę Eccleſię ingens diſcrimen annuntiantes, inexpectato iſte nuntio permotus, velox & pernix expeditè Perrerium verſus arripit iter: ad viarum Cuſtodes cum perueniſſet, blandis, & prudentioribus adeò illos rationibus cicurare perſeuerauit, vt peruium iter vbique inueniret, vſquequò Perrerij ad Vallem, & Villam adueniret: cuius aduentu recreati aliquantulum fideles reſpirare cœperunt eò magis, quò Fr. Laurentius ad Sectariorum Directores datis litteris, & præſentialibus interpoſitis officijs, ab ijs reportauit; vt amotis viarum, & locorum deſtinatis Caluiniſtis Cuſtodibus, collega Fr. Hieronymus liberè conuerſaretur, atque vnicuique fidelium Vallicolarum egredi volenti ad proximas Regias regiones, & plagas progredi liceret. Vndè & factum eſt, vt cunctis etiam Reuerendo Parocho recedentibus, ſoli Capuccini, nempè Fr. Hieronymus Miſſionarius, ac ſocius Fr. Bonauentura ſimul & Iudex Caſtellanus ſtabiles in Fide, & conſtantia (mirantibus etiam perfidis) ad Eccleſiæ, & Eccleſiaſtici Regni reliquias inibi cuſtodiendas permanerent, donec ſedata tempeſtate Sectaria, & tranquillato hæretico tumultu, vnuſquiſque ad propria regrederetur, Sacerdoſque Præpoſitus præcipuè à ſuo Abbatiali Vicario admonitus. Verùm enimuero his quotidianis ſchiſmaticis ſeditionibus non obſtantibus religioſi ſui propoſiti tenax vigilax Capuccinus ſuæ Apoſtolicæ Stationis domum perficere accellerabat, cui cum tectum ſuperponendum supereſſet, nec præſtò adeſſent & lapides, & neceſſaria ligna, Diuina præordinante prouidentia factum eſt; vt Oppidi Trauerſarum Incolæ Hæretici ſoluendarum decimarum neceſſitate impulſi, & materialia ſuppeditare, & ſuppeditata proprijs locis conſtruendo collocare cogerentur, ſicque quod nudiuſtertius deiecerant, hodiè reædificare niterentur. Enituntur Sectarij in dies inſolentiores quoquo modo & quibuſuis modis æqui, & iuſti ſtatutos ſibi terminos pro viribus tranſilire: quamobrem, & Catholicos ad ſibi poſſeſſiones venditandas compellere, & habitationem in Perrerij Oppido, Caluinicolis Ducali iure interdictam, acquirere geſtiebant, & iam iam vtroque nonnullis & promiſſionibus acceptis, & prouiſionibus ſurreptis potituri erant; quando Capuccinus Excubitor aduerſariorum fraudulentis moliminibus perſpectis molientium conatus, vt eluderet & elideret, ad conſeruandæ Fidei conſuetum Tutelarem Patronum D. Marchionem de Planitia confugiens, huius interceſſione à pio Principe relato reſcripto machinantium impoſtorum, & perduellium technas diſſoluit.

Seditioſorũ commouetur ſeditio aduerſ⁹ fideles.

Ann. Chriſti 1638.

Petruxinus Miſſionarius accurrit, & venit Perrerium.

Fr. Hieronymus ſtat intrepidus, & ſtructurã perficit.

Hæreticorũ conatus elidit.

PETRV-



PETRVXIAE APOSTOLATVS RATIOCINIVM SECVNDVM

D. O. M.

CHRONOTAXIS

A VIRGINEO PARTV NONAGESIMO SEXTO ANNO SVPRA QVINGENTESIMVM MILLESIMVM SVB KAL. FEBR.

CLEMENTE OCTAVO ROMANO PONTIFICE CONNIVENTE, IMO PRÆCIPIENTE: CAROLO EMMANVELE I. PEDEMONTANO PRINCIPE DEPOSCENTE: APOSTOLICO NVNCIO IVLIO CÆSARE RICHARDO EXEQVENTE: CAROLO BROLIA ARCHIEPISCOPO, ET BARTHOLOMÆO ROCCA INQVISITORE TAVRINENSIBVS VOCANTIBVS, ET ORDINANTIBVS: FRAT. SILVESTRO A MONTELEONE MINORVM CAPVCCINORVM GENERALI MINISTRO ELIGENTE: FRAT. GABRIELE CASALENSI PROVINCIALI PRÆSVLE MITTENTE: FRATER MAVRITIVS A MVRRA ASTENSI SCHOLASTICVS ACERRIMVS, ET EGREGIVS ECCLESIASTICVS FRATRI VALERIANO COLLEGA APPOSITVS, APOSTOLICVSQ. OPERARIVS ORDINATVS, ET DESTINATVS AD PETRVXINAM VALLEM ACCESSIT, IBIQVE APOSTOLICÆ CAPVCCINORVM STATIONIS FVNDAMENTA IECIT PRO CHRISTI SPIRITVALI REGNO RESTAVRANDO.

PETRVXINI
RATIOCINII
SYNOPSIS

Præambuli Numeri Quinque.

Primus	Geographicam	Relationem exhibet.
Secundus	Politicam	
Tertius	Hierarchicam	
Quartus	Errorum, & Hæreſis	Originem perhibet.
Quintus	Apoſtolatus, ideſt, Miſſionis	

Calculus Primus.

Prioris Fundatoris Apoſtolici Operarij, Fr. Mauritij Murrenſis Concionatoris, Per Annos 1596. 1597. 1598. 1599. 1600.

Calculus Secundus.

Fr. Philippi à Pancalerio Concionatoris Apoſtolici, Per Annos eoſdem 1596. 1597. 1598. 1599. 1600.

Calculus Tertius.

Fr. Stephani à Gombolato Concionatoris, Per Annos 1601. 1602.

Calculus Quartus.

Fr. Valeriani à Pinerolio Concionatoris, Per Annos 1603. 1604.

Calculus Quintus.

Communis

Fr. Fr. Bernardini à Nouis, & Chriſtophori à Cereali Concionatorum, Per Annos 1605. 1606. 1607.

Calculus Sextus.

Fr. Bernardi à PortuMauritio Concionatoris, Per Annos 1608. 1609.

Calculus Septimus.

Fr. Hieronymi à Spetia Concionatoris, Per Annos 1610. 1611. 1612.

Calculus Octauus.

Fr. Romualdi Taurinenſis Concionatoris, Per Annos 1613. 1614.

Calculus Nonus.

Fr. Alexandri Oxibienſis Concionatoris, Per Annos 1615. 1616.

Calculus Decimus.

Fr. Iſidori à Buſcà Concionatoris, Per Annum 1617.

Calculus Vndecimus.

Fr. Geruaſij Taurinenſis Concionatoris, Per Annos 1618. 1619.

Calculus Duodecimus.

Fr. Archangeli à Moxio Concionatoris, Per Annos 1620. 1621.

Calculus Tertiuſdecimus.

Fr. Ioannis Vercellenſis Concionatoris, Per Annos 1622. 1623. 1624. 1625. 1626. 1627. 1628.

Calculus Quartuſdecimus.

Fr. Ioachim ab Ayraſca Concionatoris, Per Annos 1629. 1630.

Calculus Quintuſdecimus.

Fr. Alexandri Oxibienſis Concionatoris, Per Annos 1630. 1631.

Calculus Sextuſdecimus.

Fr. Mauritij Ceuenſis Concionatoris, Per Annum 1631.

Calculus Decimus ſeptimus.

Fr. Laurentij à Pinerolio Concionatoris, Per Annos 1632. 1633. 1634. 1635. 1636. 1637.

Calculus Decimus octauus.

Fr. Pauli Taurinenſis Concionatoris, Per Annos 1638. 1639. 1640. 1641. 1642.

Calculus Decimus nonus.

Fr. Gaſparis Franciſci à Carignano Concionatoris, Per Annum 1643.

Calculus Vigeſimus.

Fr. Alexandri Oxibienſis Concionatoris, Per Annos 1644. 1645.

Calculus Vigeſimus primus.

Fr. Mauritij Ceuenſis Concionatoris, Per Annos 1646. 1647. 1648. 1649. 1650.

Calculus Vigeſimus ſecundus.

Fr. Ioannis Thomæ Braidenſis Concionatoris, Per Annos 1651. 1652. 1653. 1654.

Calculus Vigeſimus tertius.

Fr. Ambroſij à Vernante Concionatoris, Per Annum 1655.

Calculus Vigeſimus quartus.

Fr. Laurentij Computenſis Concionatoris, Per Annos 1656. 1657. 1658.

PETRVXIÆ IN APOSTOLATV
CAPVCCINORVM OPERARIORVM,
Pro Eccleſiaſtico Regno Laborioſi Proceſſus numerantur, & calculantur.

RATIOCINIVM SECVNDVM.

Geographicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. I.

SICVT Primus Apoſtolorum Chriſti Cephas, ſiue Petrus, ideſt, Petra fuit agnominatus, ita primi Apoſtolatuum Capuccinorum in Subalpinis Perrerium, & Peruſia, ſed propriùs Petretum, & Petroſa vel Petruxia (quod pro municipali ſchemate Petras pingant) computantur. Litteræ igitur Y ſiniſtrum cornu Perrerij cum ſuperpoſuerit; ſupponit exordiale crus Petruxiæ Conuallis. Vix enim Pinerolio digreſſi Gallias verſum dirigunt greſſus viatores, cum Abbatiali Pago à tergo derelicto, in veſtibulo poſitas ingrediuntur Portas Petruxinæ Vallis. Hæc longitudinis tractu quidem breuiori (cum vix octauum pertingat Italicum milliare) latitudinis verò ſinu dilatatur ampliori, feraciori ſolò non anguſta: humanæ namq; vitæ congrua ſubſidia, & ſi non abundanter, ſufficienter ſaltem ſuppeditatur. In Oriente Pinerolij, in Meridie Lucernæ, in Occaſu Perrerij, & Cluſonis, in Aquilone Iaueni confinia poſita reſpicit. Habitatores nutrit operoſos opifices, maiori tamen ex parte agricolas ignaros, & agreſtes octo per Pagos diſtributos. In Vallis vertice, propriè trium Conuallium Perrerij, Cluſonis, & Petruxiæ commenſurato centro Promontorium eminet, & ſuper fluuium prominet, cuius in non amplo complano cacumine, octauum principale Oppidum totius regionis denominatiuum Peruſiæ, ſiuè Petruxiæ nomine conſtructum apparet, cuius in territorio iuxta fluenta ſtat Podium Oppidulum; poſtea inuenitur Vicus Inuerſum dictus, quem ſequitur Pinnachia, deinde altum, & infimum Diblonum, Villare, & Pagus Pratimollis, poſtremò Săctum Germanũ.

Politicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. II.

QVamobrem Pedemontani Principes, hanc regionem in ſua poteſtate poſitam, quamdiù poſſederunt; Marchionali proprio muneri ſedulò incumbentes, accurata ſolicitudine centralem Conuallem iſtam cuſtodierunt; dum validioribus Cuſtodijs intrà, & extra multiplicatis, Italici Regni oſtia præmunierunt. In atrio namq; illius acceſſus, ſiuè aſcenſus, & peramplum Oppidum munitum, & in colle proximo inſuperabile Pinerolij Caſtrum conſtruxerunt Simul & in puncto latiori Conuallaris trianguli, nempè in Petruxina rupe firmiſſimam munitionem, ſupra olim erectum, inde dirutum Caſtellum erexerunt Què accuratiùs aduentantium Tranſalpinorum, & ingreſſus obſeruarent, & hoſtiles progreſſus validiùs prohiberent. Hinc anno trigeſimo ſupra milleſimum ſexcenteſimum cum Pinerolium, Petruxinæq; Vallis dimidium in Chriſtianiſſimi Galliarum Regis Dominium deueniſſent. Intelligens ſagax Rex propriæ Galliæ, Viennenſiſq; præcipuè ſecuritati; quantum conduceret illius liminaris iugis, ſolerſq;

Ann. Christi 1630.

Cuſtodia; non modo præexiſtentem Petruxiæ munitionem, ſed & Pinerolienſes & aggeres, & Arcem firmiorem in inexpugnabilis Acropolis & inuincibilis Arcis formas tranſduxit, præſidiarijs & militibus, & cuſtodibus vtrobiq; perpetuo adhibitis.

Hierarchicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. III.

QVinimmò Sacri Principatus, & maiores vt Innocent. II. & Prælati minores tunc immediati, ſcilicet D. Cunipertus, Epiſcopus Taurinenſis excubialis loci probè perſpecta exigentia (cum Religioſiſſima Marchioniſſa Adelaſiã (vti iam prælibauimus) ſuæ Orthodoxæ pietatis munimentum ibi conſtruere excogitaſſet) non modo ingens Templum, ac percelebre, peropulentumq; plurium Monachorum amplum Cœnobium inſtruere, ſed & Abbatialem vtriuſq; iuriſdictionis Dominationẽ, ſuper vtrãq; Sãcti Martini, & Petruxinę Valles, necnõ Pinerolienſes confines conſtituere ſuaſerunt. Quo inibi, in coædificato Cœnobiticis Clauſtris Caſtro, perpetuò reſidens Mitratus Abbas ſuper cuſtodiam ſui liminis inuigilaret attentius: pro ſingulis Vallarium Oppidorum Parochialibus Eccleſijs, nempè Podium, Sancti Germani, Pratimollis, Villarij, Diblonis, Pinnachiæ, Inuerſi, Petruxiæ ſingillatim, vel copulatim idoneis diſtributis Parochis, pro ſpirituali animarum indigentia, ad quam vberiùs promouendam opportunis & temporibus, & exigentijs egrediebantur ſelectorum Monachorum, nempè Doctorum, vel Declamatorum auxiliares copiæ. Quibus præterea, ne paſtoralem ſuam ſpiritualem ſolicitudinem omninò denegare videretur; quinimmò quò vrgentioribus in neceſſitatibus laborantibus adeſſe valeret Taurinenſis proprius Præſul; quędam ſuæ iuriſdictioni opportuniora loca reſeruauit, media in Valle conſtituta, nempè Diblonum, & Pinnachiam. Reſeruarunt pariter, & Catholici Sabaudi Duces vniuerſi, huic olim Valli prædominantes, Orthodoxæ illibatæ Fidei ſinceræ veritati Oppidum Petruxiæ. In eo namq; & hæreticos incolas degere, & hæreticalia Sacrilegia exerceri perpetuò interdixerunt. Vt vbi propriæ ſæcularis dominationis validum præſidium, ibi Catholicæ pietatis inuiolatum monumentum collocarent atq; firmarent, quod & Chriſtianiſſimus Galliæ Rex plenariè confirmauit.

Et Spiritualibus Præſidijs fulta.

Erroris, ideſt, Hæreſis originem perhibet Præambulus.

Num. IV.

QVe tamen vniuerſa, ſolicitudinis in malum æmulatores peſſimi illi, Eccleſiaſtici Regni roboris perduelles oſores, nequius ac validiùs vt infirmarent, impietatiſq; ſchiſmaticum ſolium firmarent; centralem hanc Eccleſiaſtici Regni Petruxinam Stationem expugnare decreuerunt. Quare primo Cluſonis, & Perreril occiduas, ſimul & Lucernæ, vel Angroniæ meridianas Valles in Apoſtaticam à Fide, & Eccleſia deſertionem compepuliſſent; poſtmodum perfidia circumuallatam, in infidelitatem etiam hanc adduxerunt. Ebibit enim ad Babylonicæ meretricis ſtygium calicem Petruxienſis Vallis abominationes primò Vualdeſias, circiter annos 1306. quas in cryptis, & latibulis, ſiue ſpeluncis per nocturnos execrabiles congreſſus, trecentum annorum ſpatio frequentarunt: nunquam tamen Phana ſtruere, aut publicas cathedras ſtatuere, aut in palàm progredi auſi fuerunt. Donec ad annum millleſimum quingenteſimum trigeſimum tertium, Iterum epoto Lutherano, tandem Caluiniſtico Sathanico veneficio, non publicè modo verum impudenter, & petulanter in malitia gloriabantur, potentes in iniquitate; vnde, & ſpiritualis, & ſæcularis Regni temerariè iura ſpernabantur. Quapropter Pinerolienſes & Abbas, & Monachi huic Valli tunc præſidentes, Senatorem quemdam Taurinenſem de Corbis nuncupatum, militia ſtipatum Sectariæ rebellioni vlteriorem vt progreſſum impediret, illò præmiſerunt, anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto, ſed fruſtra: nam eò inſaniæ prolapſi ſunt; vt anno milleſimo quingenteſimo tertio & ſeptuageſimo, ipſum Petruxinæ munitionis Gubernatorem, pro vtriuſq; Regni promulgatorum edictorum obſeruantia enitentem, captiuum violenter abduxerint; & Pratimollis adhuc Catholici Pagi Sacerdote turpiter eiecto, abrogato, ſicut & in cæteris Villis, Catholiciſmo, Antichriſtiſmum nequiter ſtatuerint. Ducente in primis quodam perditiſſimo Franciſco Gattino Pſeudoreformatore, ſed veriùs gladiatore, & graſſatore: qui Caluiniſmum his in Italicis oris vniuerſis altius infodiſſe creditur,

Quo tempore introducta Vualdenſis hæreſis.

Ann. Chriſti 1306. & 1533.

Ann. Chriſti 1555. & 1573.

Item Lutherana, & Caluiniſtica.

Martialibus

Martialibus ad hoc abuſis, & bellicis violentijs, & inuaſionibus. Hinc anno millesimo quingenteſimo ſexageſimo primo ſupplici dato infami libello Sabaudi Principibus, expoſtulare præſumpſerunt; vt hæreticalia Sacrilegia publicè profi-
Ann. Chriſti 1561. teri, & exercere impunè ſibi liceret, tribus in Conuallibus Petruxiæ, Lucernæ, & Sancti Martini. Quod deniq; præiudicata auctoritate, atq; ſectaria conſueta temeritate pręſtiterunt: perapertis, vel de nouo erectis delubris, vel antiquis vſurpatis profanatis Templis, mercenaria ſtipe conductis impoſtoribus perfidię Miniſtris, qui reſidentijs ordinarijs inſiſtentes, etiam accepto ſtipendio miſeros in perditionem agerent: Illudq; ſpecialiter circumcirca Petruxiæ ſibi interdictum Oppidum, cuius Parochiales peruetuſtas Ædes Sancto Nicolao Pontifici Sacras trans fluuium ad Occaſum, aliquandiù execrandis miniſterijs pollutas, tandem ſolo æquarunt, & è regione in loco Podium dicto proximum Phanum vnum: in Vico Chiapellæ, ſeù Sacelli, alterum: in magno Diblono, immò potiùs in Pinnachiæ ſuffurata Paræcia tertium delubrum ſubleuauerunt, & aperuerunt, ſicq; puſillum Catholicorum gregem, in Petruxienſi Eccleſia aſſeruatum, contaminationibus impietatis circumuallatum diuexare, & dilaniare Lupi rapaces perſeuerauerunt.

Miſsionis exordium perhibet Præambulus.

Num. V.

DOnec (vt ſupra ſæpiùs indicauimus) ſeductis his terris à Fr. Valeriano Pineroliensi ſolicitè perluſtratis; cum animaduertiſſet nebulonum, vel erronum perditorum nequitia, & inſolentia Eccleſiaſticum Regnum, iamiam Heſpericis his ab oris exulare, nequiſſima illorum conamina iuſtè vt eluderet, & robuſtè elideret; Petruxiæ in Villa (cuius Stationarios conterminos perfidia occupauerat) Apoſtolicam Cuſtodiam deſignat, quò poſitis in trigono trinis peſtilentiæ Cathedris, ipſe in trianguli trium Sancti Martini, Cluſonis, & Petruxiæ Conuallium concentrico termino Orthodoxam Antagoniſtarum Stationem oppoſitam firmaret. Quamobrem adcito, & ſibi adiuncto in Commilitonem acerrimum Fratre Mauritio Murrenſi Capuccino, conſumato Theologo, à Generali noſtro Miniſtro, & Hierarchicis Præſulibus, Miſſionibus prædeſtinato, & electo, illius conſiderabilioris, & vrgentioris excubiæ curam commendat, &
Ann. Chriſti 1596. opus aſſignat. Ille verò antonomaſticus Hęreticorum Maſtigophorus, vt pedetentim progreſſus ſuos regulariter diſpoſitos, tutius, & latius promouere valeret; primum Cuſtodiale ſibi domicilium in Abbatiali Villa ad Vallis portas poſuit (ſicuti obſeruat D. Marcus Aurel.) haud tamen diù carceribus his inhæſit, quin ex-templo ſtadium introgreſſus, anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto, Petruxiam, in ſuffecta Sancti Geneſij Parochiali Eccleſia, quadrageſimales congreſſus præſtaturus acceſſit, & in medio trianguli nationis prauæ, & peruerſæ quadrageſimalem quadrangulum ſtabilire adortus eſt: vt indè tamquam ex corde abundantiores, & robuſtiores vitales ſpiritualis vitæ ſpiritus in diſcerpta dilaniati illius myſtici corporis membra prouenirent, & peruenirent. Diuerſimodè quidem ab initio diuerſis in habitaculis diuerſabantur Apoſtolici viri, donec Caroli Emmanuelis I. Ducis iuſſu, & Catholicorum pijs elargitionibus, eminentiori in Cuſtodia, nempè in Villę vertice, ſub Caſtro acquiſita habitatione, Religioſam ſibi domum conſtruxerunt, adiuncto illi Sacello, vel Oratorio, in quo & priuatim precationibus, ac Sacrificijs, pijſq; exercitationibus incumberent, & pro exigentia publicè Euangelica miniſteria Catechiſmi, Doctrinæ Chriſtianæ, Sermocinationum exercerent: quamuis conſueta Apoſtolica munera, & pro Parochi, & pro Parochianorum faciliori commodo, in Parochiali Templo adminiſtrare perpetuò conſueuerint.

CALCVLVS PRIMVS

PRIORIS FVNDATORIS

Apoſtolici Operarij Fr. MAVRITII MVRRENSIS Concionatoris Capuccini, per annos 1596. 1597. 1598. 1599. 1600.

PInerolienſis quidem re vera, & Patricius, & Ciuis Frater Valerianus nomine verò, verè Vallicolanus, ideſt verus Vallium colonus, limitares Perreti, ſiue Perrerij, & Petruxiæ Stationes accuratè perſcrutatus, limitaneos Stationarios Apoſtolicos milites collocandos & propoſuerat, & obtinuerat, quorum Archigerons ipſe delectus, Agonotheta quoque ſimul exiſtere voluit: diù ciliciibuſque pro agonibus primoribus exantlandis remorioris, aſperioriſque Nigræ Sancti Martini Vallis vallum ſponte ſibi delegit, atque ſtrenuè vltroneum agonem ſuum ibi peregit. Superiorem igitur incircumciſorum Stationem, dum nudis pedibus reptans, cum coarmigero ſocio Sacerdote aſcenderet; inferiorem nequaquam Philiſthinorum munitionem, nempè perduellium deſertorum Petroſam Conuallem tranſcendendo tranſegit: quin inibi in ecliptico tramite Gallorum, vel Galliarum frequentioris acceſſus, vel receſſus, Coagonothetam Martem ſimul, & Mercurium in auge prædominantem Stationariun collocauerit. Apoſtolica nanque deſignata militia, Euangelicorum militum habendus delectus, Fr. Valeriano, tamquam Pentacontarcho fuit demandatus, à quo primario in albo, Primicerius Commilito Fr. Mauritius Murrenſis nominatus apparuit, & in Primaria Petruxina Cuſtodia dimicaturus comparuit. I.

Huius Miſſionis exordium a Frat. Valeriano.

Fr. Mauritius primus nominatus pro precipua Cuſtodia.

Prolixioris religioſę in Seraphico ſtadio, paleſtre luctaminibus aſſuetus Frater Mauritius, præmunitus incedebat ſolidiori lorica, & inuiolabilis conſcientię, & ſublimioris Euangelicę iuſtitię, in capite nempè eminentiori propoſito geſtans galeam ſalutis proprię, ſimul & ad proximi ſaluationem excellentioris ſcientię, & Chriſtianę ſapientię apicem gerebat vnde inmeritò Sacræ Paginę, non modò vtriuſque fœderis, ſed & geminę facultatis Poſitiuę, ac Scholaſticę, & profeſſor, & prælector ſublimatus extiterat. Scutum Fidei, inuictæque patientię, ſeu ſufferentię perferebat perpetuo tutus incedebat, calceatus pedibus in præparatione Euangelij pacis; ſuper aſpidem, & baſiliſcum mundi, carnis, & peccati fidenter perambulabat. Vir mitis, manſuetus, ſobrius, caſtus, humilis, pacificus, & longaminis in tolerandis malis; ſed in perpetrandis, & promouendis egregijs facinoribus, ſpiritum grandem, & fortem, ſubuertens montes, & conterens petras ante Dominum ſpirabat ex ore; vnde gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei, vtraque parte exacutum exerebat validius, eximius ipſe, & feruidus ſacer Orator, iamdiu varijs in locis in declamando probatus.

Inſignibus virtutũ omnium, ſcientiæq; clarus, mittitur ad hanc Stationem Fr. Mauritius Murrenſis.

Hic igitur eximiè Venerandus Pater Frater Mauritius non Mauros modò eijcere è Nigra, ſed & muros deijcere in Petroſa Valle emiſſus aduenit: quoniam hæc inter Sectaria, illas Cluſonis, Lucernę, & Sancti Martini Conualles ſeducta conſiſtens, petrinis muris obſepta, petreos mores profitebatur, ideo Fr. Mauritius mores mutare ſciens, murales, nempè hæreticales aggeres deijcere propius, ſeduloque vt incumbat; inſtar Iobi, ſuper acerùum petrarum radices ſuas dentare, & inter lapides commorari eligit. Quando iuxta ſapientis non ſenſum, ſed dictum, ſecundum deſipientium conſuetum ritum: *A petroſa ira plena mittebantur grandines*. Anno namque milleſimo quingenteſimo ſecundo, & nonageſimo, quinto Kalendas Octobris, Dux Aldigherius Caluiniſta, cum auxiliaribus Sectario, atque Sicario milite inſtructis copiis, Petruxiam aduenit, atque Subalpinę regioni, ſed magis Catholice Religioni bellum indixit, & feraliter inuexit, per quadriennium. Tunc enim vix decurſa Olympiade, quò Caburtenſis Arcis à ſe vſurpatam poſſeſſionem aduerſus legitimum Principatum tutaretur; rurſus hæreticas turmas per has Valles introduxit; quę ſemel, & iterum contra Diuinum cultum debacchantes, ad Eccleſiaſtici Regni vniuerſa ſpectantia perſummdabant ſæcularia, & ſacra; Seculares, & Sacerdotes; Parochos, & Parochianos; Paræcias, & Sacella: ſpiritualia, & temporalia dilapidabant, diſſipabant, ita vt turbinibus, & fluminibus, & aquilonibus labefactata iamiam caſura domus Dei, cunctos Eccleſię filios & lapidibus obruendos, & ruderibus ſimul ſepeliendos, ſub vnica die comminari videbatur, vnde imminens exidium à fidelibus perterrefactis horarium expectabatur. II.

Sap. 5.

Ann. Chriſti 1592.

Indicitur bellum Catholicæ Religioni adueniente Duce Aldigherio Caluiniſta.

Ingreditur tunc Frater Mauritius intrepidus ſciſſuras Petrarum, & in cauernas III.

saxorum,

ſaxorum, non à facie formidinis Domini ſed pro gloria Maieſtatis eius, quę ſurrexerat percutere terram illam, vt peſtiferum hæreticorum montem euolueret de petris, & daret in montem combuſtionis, & non tollerent de eo lapidem in angulum, & fundamenta Caluinianę Synagogę, ad quam in Petruxina Valle ſubuertendam adduxit Dominus ſeruum ſuum Orientem, ſcilicet Fratrem Mauritium, primum Apoſtolicum Operatorem, apparētem ſuper Eccleſiaſticum Horizontem, vt illuſtrationis Euangelicę quadrageſimalem curſum perficeret, anno ſexto, & nonageſimo poſt quingenteſimum, & milleſimum circa VI. Kal. Martij. Tunc ſuper lapidem vnum nempè ſuper Petroſam, aperti ſunt ſeptem oculi, primo enim ingreſſu per ſeptem hebdomadas quadrageſimalibus illuminationibus, quotidianis exorſus eſt petronibus illis ſeductis illuceſcere, cęlante Domino ſculpturam illius, ideſt culturæ eius collaboranti, & cooperanti. Dum non vnico Petroſæ pago, ſed & ſeptem Vallis Oppidis, ad dandam ſcientiam ſalutis accurreret infatigabiliter, ſicque immobiliter Apoſtolicę Miſſionis, & fundamenta defodit, & fatigabiliter cęlatum primarium lapidem intra petras depoſuit, & ſupra firmam petram compoſuit, vt per tempora incrementa congrua apponerent.

IV. Exijt ergo, qui ſemidat Euangelicus ſeminator, Fr. Mauritius ſeminare ſemen ſuum, & dum ſeminat, quædam quidem in terram bonam, quædam verò ſiue inter ſpinas, ſiue ſecus viam, quædam vero ceciderunt ſuper petroſa, & continuò exorta ſunt, quia non habebant altitudinem terræ impedientis. Vix namque quadrageſimali ſatione ſatiua Euangelica ſemina ſerere occeptauerat Apoſtolicus Sator; cum ſpinis iamdiu, & hæreticalibus ſentibus præfocatam, & obrutam, vel potius dirutam Diſciplinatorum ſub Virginis Matris Annunciatæ vexillo olim militantem piam Sodalitatem excitauit, atque diſſitum, & obſoletum apud illos precandi, & conueniendi modum Catholicum reſtituit, in Petruxina & Villa, & Eccleſia, congruis præſcriptionibus adhibitis, eiſque exhibitis.

V. Quoniam verò mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro non eſt aptus Regno Dei, excolendo ideo ſolicitè, licet laborioſè proſequebatur Frater Mauritius, Petroſi illius agri Dominici culturam: vnde & contigit; vt quædam proiecta ſpiritualia ſemina in bonam terram caderent, quæ etſi ab initio non centeſimum, neque ſexageſimum, ſaltem ferè trigeſimum fructum ediderunt. Dum enim ille indifferenter diſſeminaret verbum Dei vniuerſis Vallicolarum populationibus, de Pinnachię hæretico Vico, quaſi de ſpinarum rubo emergentes, reſipuerunt ſex & viginti, prius intra ſpinas hæreticales latitantes, & deſipientes Increduli, quibus Catholicorum Albo reſtituendis, admonitus præſto adfuit Reuerendus Sanctę Inquiſitionis Pinerolienſis Vicarius, qui lætabundus congregatum ex zizanijs Orthodoxum triticum, Dominicum in horreum reponere feſtinauit.

Ann. Christi 1596.

VI. Hoc abundantiùs in poſterum vt colligeretur; tutiùsq; atq; diutiùs vt aſſeruaretur; inter Petruxinos amnicolas, myſticas Sacrarum Roſarum plantationes, Religionarijs ſeditionibus exagitata illa in Ieriehq., conſerere excogitauit Fr. Mauritius, ſationemq; prædiſpoſuit, quod vt præindicato, & præmonito Religioſo Sacri Prædicatorum Ordinis Viro, & Reuerendo Pat. Vicario innotuit, protinus annuit & delectis in Sacellis, ſelectiſq; Altaribus Parochialium Sacrarum Ædium Petruxiæ atque Dibloni, geminas Sacri Roſarij Virgini Deiparæ Sacras Societates inſtituit, ſimul & in perpetuum ſtaturas conſtituit, pluresq; pijs Congregationibus iſtis ſua nomina dantes, conſcripſit, quibus & conueniendi, & deprecandi, ac precarios globulos Roſarianos perſoluendi, methodum præſcripſit, & ſic auxiliares turmas in ſubſidium Fidei adhibuit, tandemq; ipſe ad propria Clauſtra reſilijt.

VII. Stetit autem, & perſtitit Fr. Mauritius, petroſo in excolendo agro (vel meliùs) in deijciendo aggere; validioribus, & ſationibus, & impulſionibus Apoſtolico & Satori, & Aggreſſori congruis, vſque ad Dominicæ Reſurrectionis Paſchalia ſolemnia, quibus abſolutis, ipſe & Fr. Valerianus conuenientes, ſimulq; Taurinum venientes tum Sacro, tum Sæculari Principatui pernicioſa in Eccleſiaſticum Regnum perduellium molimina annuntiantes, opportunas opponendas munitiones Apoſtolicarum excubiarum ſolicitauerunt. Quos Pontificio mandato delectos, ac deſignatos proprijs in Cuſtodijs, ritè, & rectè, firmiterq; vt collocaret Reuerendiſſimus Carolus Brolia, Archiepiſcopus Taurinenſis, hoc anno nonageſimo ſexto ſupra quingenteſimum ac milleſimum ſeductarum Vallium perluſtrationem aggreditur, & proſequitur (referente D. Lucer.) Petronibuſq; illis depetraſcendis geminam Euangelicorum artificum opificinam, binis in Conuallibus, legitima ſua præſentia, & potentia firmat, & confirmat: Fr. Valerianum in Perreri, in Petruxiæ verò Statione Fr. Mauritium primordiali huic deſignata habitatione in Abbatiæ pago portarum Vallium in atrio.

VIII. Dum igitur Fr. Mauritius ſolicitus Euangelicæ agriculturæ excultor, à ſibi commendato petroſo agro, nempè Petruxino populo offenſionis petras, & ſcandali lapides auferre elaborat. Poſtquam Angelus pacis carnes non Sagrificij, ſed

Sacrilegij, & profanationis, nempe carnalia & corda, & opera virga verbi pertingere, & efficaciùs tangere cæpit, illicò egreſſus eſt ignis de petra, & flamma de rhamno, vt deuoraret cedros Libani. A Religionarijs namque veritatis oſoribus, diuerſis in eum concitatis turbis, varijs illum calumnijs, & contumelijs ſaturarunt, opprobrijs cumularunt, percuſſionibus, ceu verberationibus impinguarunt, ſignanter Sancti Germani totius germanitatis expertes ruricolæ, qui Catholicas veritates contra impoſtorem propugnantem Dei virum, ex-improuiſo concitati, tumultuariè aggredientes certatim viri, ac mulieres barbæ pilos euellentes, proſtratum etiam indecorè verberarunt Euangelicum Pugilem, perſecutiones etiam acerbiores, æquanimiter excipientem.

Ann. Chriſti 1597.

Opprobrijs, contumelijs, & verberationibus impetitur, & ſaturatur.

IX.

Strenuiſſimus hic Chriſti miles, in Caſtris militantis Eccleſiæ decertans, nec præſignificantis proprij nominis ſpecialiori omini in aliquo defuit: Fr. Mauritius enim, quaſi mares ciens, quamquam neque Centurio, neque militiæ Dux nequaquam Thebæorum Legionem, aut Centurias equitum duxerit; Catholicorum tamen acies contra perduelles militantes, & comitatus eſt, & præceſſit. Cum enim Sabaudus Dux Cluſonios Sectarios, rebellantium ſuorum ſubditorum fautores, & auxiliari fædere colligatos, iuſto bello pulſare, & punire decreuiſſet; per Secuſinam, & Petruxinam Conualles adorientia caſtra immiſit, nonnullaq; cum illis prælia per ſuos commiſit. Ad pugnam igitur properantium Catholica caſtra precedebant Capuccini Sacerdotes, Fr Fr. Mauritius, & Socius Cruce Chriſti muniti, ligneumq; Crucifixi Ieſu ſimulacrum pro vexillo præferentes, quò & ſtantibus vires, & cadentibus in acie ſuprema Sacramentorum ſubſidia ſolicitè ſuppeditarent, cumq; denſiori ignitarum glandium grandine, & turbine à Sacrilegis, ex-induſtria impeterentur Apoſtolici Pugiles, Beatiſſimæ Deiparæ ſine originali Conceptæ Chriſtianorum Auxiliatricis innocato patrocinio, eiuſdem piæ Matris tutelari chlamyde protecti, incolumes euaſerunt communi omnium admiratione.

Catholicorũ Caſtra præcedunt Fr. Fr. Mauritius cũ Socio, & militibus Sacramenta ſuppeditant.

Illæſi euadunt.

X.

Verùm enimuerò ſolicitè licèt, iugiterq; Euangelicus hic Agricola, Petricolas inter illos verbum Dei diſſeminare, atque ſerere inſudaret, quoniam teſtante Euangelio, quæ ſuper petroſa ſeminantur, ſicut ſtatim exoriuntur, ita confeſtim quoque exareſcunt, quia exili humore paſcuntur, debili radice fulciuntur, diutiùs ideò vt permanerent, quin perpetuò vt perdurarent, quæ iam multo labore ſata fuerant: Dominus præindicatus Archiepiſcopus Taurinenſis vix elapſo biennio, nempè anno nonageſimo octauo ſupra milleſimum quingenteſimum, viſitationem Vallium reiterat, perſonaliter accedens, paternaliter admonens, & benignè interpellans; ſingulas Valles perluſtrat, vt ſingulos iuuet, egentibus ſubueniat, lapſos ſubleuet, ſtantes confirmet. Viſitando igitur, dum percurrit pronidus ſpeculator; animaduertit, quia de petra Dominici agri defecerat nix Libani, nempè Orthodoxæ Fidei, & illibatæ, vel inuiolatæ veritatis, ac pietatis candidatio, candida, & pura ſimplicitas fraudulentà duplicitate deſipientium, & decipientium Scribarum, ſcilicet Pſeudodoctorum aſtutia, & nequitia deprauata: qui non oblatrantibus labijs modò, ſed & ſubdolè oblectantibus adulterinis libellis, non ſolà lingua, ſed ſalaci calamo, impia Caluiniſtica dogmata venditare ſtudebant. Quarè prudens Antiſtes, Generalis Miniſtri Fratrum Minorum Capuccinorum habito aſſenſu, cum Fratrem Mauritium iterum ſibi obſequentem, & cooperantem Operarium aduocaſſet; illius non modò integritatem, & ſolertiam, ſed & integram, ſolertem, & ſanam doctrinam iamdiu cum perſpexiſſet; laborioſo Operatori nouum opus proponit, & propoſitum onus imponit; concinnandi ſcilicet, & componendi (vel proprius) opponendi nefario Caluiniano, aut Bezanico Pſeudodogmatum Catechiſmo, Catholicum Catechiſmum. Mandata excepit Religioſus Aſſecla, nec demandatum litterarium pium facinus aggredi protelat quin dum vtriuſq; & Petruxiæ, & Petreti Conuallis petronibus, rudioribus expoliendis actu perſiſteret, & incumberet; vix vnius anni elapſo curriculo, ſapiens noſter Antigrapheus eruditiſſimum Antigraphum editum, hæreticis commentis oppoſuit, & Catechiſmum ſiue Doctrinæ Chriſtianæ Codicem inſcripſit, peruia adeò, ac facili ſimul, & erudita, ac dogmatica methodo conſcriptum; vt non modò Reuerendiſſimo Taurinenſi Præſuli, ſed & Summo Romano Pontifici oblatum, à ſapientioribuſq; D.D. Cardinalibus Æſculano, & Bellarmino examinatum, vnanimi vniuerſorum ſenſu, atque conſenſu comprobatum, typis excuſſum in publicum prodierit anno primo poſt millenum ſexcenteſimum, haud ſine abundantiori fidelium emolumento, ſpecialiq; ſpirituali Fidei incremento. Vnde ipſe Carolus Emmanuel I. Pius, licet Sæcularis Princeps, peculiare edictum in eiuſdem libri commendationem promulgauit.

Ann. Chriſti 1598.

Dominus Archiepiſcopus Taurinẽſis viſitationem Vallium reiterat hoc anno.

Fr. Mauritius aduocatus Cooperator; Opera Reuerendiſſimi Antiſtitis Catechiſmũ cõponit.

XI.

Grauioribus, atque vrgentioribus à proprij Principatus publicis exigentijs illùc interpellatus, perrexerat, & peruenerat Sabaudus Dux Carolus Emmanuel, Lutetiam Pariſiorum, Galliarum Metropolim, anno milleno quingenteſimo nonageſimo nono; quando Rectores quarundam Paræciarum Vallium Lucernæ, & Pe-

Ann. Chriſti 1599.

truxiæ

truxiæ Sacerdotali muneri vt ſatisfacerent; Parochianos ſubditos homines, ad decimarum omni iure debitam præſtationem, primo pacificè, deinde iuridice interpellatos compulerunt: Verùm Religionarij omnis Religionis, & Iuſtitiæ violatores, concitata ſeditione in Lucernenſi, Parochum oppidi Turris ad necem cōquiſitum, exulare coegerunt; Sacerdotem, & Laicos plures trucidauerunt: in Petruxina verò Valle Reuerendum Paulum Lupum, optimum Diboni Paſtorem, & alterum Rectorem Petruxiæ feraliter enecauerunt. Quinimmò captata abſentis iuſtiſſimi Principis opportunitate, graſſantes per Oppida Oppidanos diuexàre, & dilaniare perſeuerauerunt, quouſque eò nequitiæ, & malitiæ, atque impietatis deuenirent, vt non Sæcularia ſolummodo Catholicorum bona palam impudenter vſurparent, & eriperent; ſed & Eccleſiaſticam ſacramq; ſupellectilem ſurriperent, iterum (teſtante D. Marco Aurelio) violenter profanatis Templis, depauperatis, & expoliatis Altaribus, ſuper illis & Sancta, & Sacramenta, cum Sacris Iconibus, & Imaginibus ſacrilegè combuſtis: non in Sacellis modò, ſed & in Ædibus Parochialibus Religioſis reſidentibus, ſignanter Patribus Societatis Ieſu capitalibus inſtructis inſidijs. Tunc igitur Cooperatores eos Sacerdotes, obduratis illis petris penitus iam iam obrutos inter Templum, & Altare conſpicientes Capuccini Commilitones, charitatis & zeli vi flammea vehementer incenſi, Fr. Mauritius, & Coarmiger Sacerdos cubile ſuum intra petras propius collocare deſignant. Quare Sereniſſimo Pedemontano Duci, Pariſijs regreſſo, expoſito Fidei, & fidelium diſcrimine, & imminenti periculo ex perduellium irruentium conamine, Ducalibus acceptis epiſtolis, quibus legitimus Princeps Petruxinis ſibi ſubditis hominibus præcipiebat; vt Apoſtolicis Operatoribus congruum domicilium, & lignorum annuum ſubſidium prouiderent, à remoto Abbatiæ priori habitaculo digreſſi, proximum nidum ſuum in Petra, ideſt Petruxina Villa tranſpoſuerunt ibiq; vſque in hodiernum diem ſtabilem Stationem compoſuerunt. In quà quadriennali indefeſſa cultura, aut ſculptura petream vtramque, ideſt Petruxiæ, & Petreti Valles Euangelico vomere, ſcilicet Apoſtolico munere, vel onere cultas & exculptas, legitimo Catholico cultui vt reſtitueret; viriliter, ſtrenuèq; per omnia enixus eſt Fr. Mauritius: quamobrem præclarium horum facinorum radijs Romam vſque peruadentibus, Romanæ Hierarchiæ perſpicaciori conſpectui conſpicuus adeò, clarusq; apparuit; vt vnus ipſe, inter tot Pedemontanos præclaros Religioſos Athletas, à Clemente VIII. Pont. Max. peculiari mandato, per Cardinalis S. Seuerinæ familiares litteras ſibi directas, delectus fuerit, qui vnà cum Fr. Auguſtino Aſtenſi Sacerdote, & Fr. Thoma Vercellenſi Laico, celeri, & expedita, ſed puſilla acie Apoſtolica conſtructa, tanquam auxiliares copiæ proficiſcerentur, & præſtò adeſſent noſtris Capuccinis Gebennenſem agrum, vel potius Babylonicum proſtibulum expugnantibus, ſcilicèt Fr. Fr. Cherubino, & Sebaſtiano Maurianenſibus, acerrimè aduerſus Gebennenſium Caluiniſticas turmas tunc decertantibus, atque pro piæ Tononienſis domus erectione, & promotione iamdiu elaborantibus. Quibus tandem copulatus Fr. Mauritius, validè adeò adlaborauit, & decertauit; vt hæreticorum malleus vocitari promeruerit: illùc progreſſus, quando à nobis eſt digreſſus anno videlicet primo decimi ſeptimi ſæculi. Ad quem vſque Petruxina ſua in Cuſtodia viriliter ſtans, eam validè propugnauit, & excoluit tumultuantibus aſſiduè, & rebellantibus Caluinicolis ſibi infeſtis, atque aduerſantibus.

Concitatur Caluiniſtarū Seditio aduerſus Eccleſiaſticum Regnum.

Feraliter Hęretici in Catholicos, & Eccleſias deſeuiunt.

D. Marc. Aurel. hiſt. cap. 38.

Ann. Chriſti 1599.

Ab Abbatia in Vi.â Petruxiæ Domiciliū trāſfert Fr. Mauritius.

Ann. Chriſti 1600. & 1601.

Mittitur cōtra Hęreticos Gebēnenſes F. Mauritius Murrenſis.

CALCVLVS SECVNDVS

Fr. PHILIPPI à PANCALERIO Concionatoris, per annos 1596. 1597. 1598. 1599. 1600.

I. F*Vniculus triplex difficile rumpitur* iuxta Apophtegma ſapientis: Triplex Hæretica Vallis, ad inuicem colligata, & connexa ſignanter aduerſus Catholicum Eccleſię Regnum. Stant pro ſchiſmatica acie Conualles Petruxię, Perrerij, & Pratilallati, contra quas Orthodoxa caſtra difficile hactenus irrumpere præualuerunt, quia non volunt, qui valent. Volens igitur valere, & præualere Frater Valerianus: intuitus: *In omnia opera Altiſſimi duo, & duo, & vnum contra vnum, contra malum bonum, & contra mortem vita, ſic & contra virum iuſtum peccator*. Eccleſiaſticam hanc proſecutus animaduertentiam, obſeruans contra virum, ſeu proprius verum, iuſtum, Catholicum, nequiſſima moliri peccatores Hæreſiarchas; contra perfidię mortem, Fidei vitam, & contra malum ſchiſmatis, pacis bonum adducere tentabat: quod validiùs vt aggrederetur, faciliùs vt aſſequeretur; duo & duo, & vnum contra vnum, ideſt hæreticarum Vallium funeſtè influenti factionario trino, Apoſtolicorum Sydenum fauſta auſpicantem oppoſuit, ſub adorandę Trinitati,

Eccleſiaſtę cap. 4.

Ann. Chriſti 1596.

Eccleſiaſtici cap. 33.

Subrogatur F. Philippus à Pancalerio.

Diuino

Diuino omine religioſum ternarium, tres ſcilicet Euangelicos Miſſionarios Fr. Fr. Mauritium Murrenſem, Philippum Pancalerienſem, ſibi ipſi copulatos, & connexos triplicem itidem funiculum conficientes. Propoſito igitur in certamine proficientes duos hactenus aliqualiter produximus, reliquus ſupereſt, conſumato pro ternario, adducendus tertius Fr. Philippus fidelis Domini ſeruus, & prudens, quem Dominus ſuper Apoſtolicam Seraphicam familiam ſuam cōſtituere poſtea voluit.

II.

Feruor, & ſtudium Fr. Philippi pro Fide Catholica.

Cum igitur olim ſub Adamitica, modò ſub Minorica ſeu ſuauiſſimos religioſe vitę perfectionis fructibus deguſtandis, & delibādis incumberet, intra religionaris Paradiſi pacifica, ſed non otioſa Clauſtra Fr. Philippus, vidit ſua Diuina præſcientia, & prouidentia illum Dominus, & Sanctę Obedientię oraculo vocauit eum, atque ad Apoſtolicum munus exercendum, inter quatuor priores illos primitiua vocatione ſelectos, & ipſum vnum aduocauit. Fratre igitur Stephano Campolatenſi, in latum campum Marchionenſem delegato, ad Pinerolienſis Prouinciæ rebellantes Valles reducendas, proficiſcentibus Fr. Fr. Valeriano, & Mauritio, tertius Collega conſcriptus Apoſtolica auctoritate ille extitit. Nec reſtitit, ſed celeriter fideliterque adſtitit, atque in laboribus, periculis, & agonibus fortiter ſemper conſtitit. Conſtabat (vti ſupra enumerauimus) Miſſionalis hæc expedita acies, pluribus decertantibus Capuccinis Athletis, quibus præſidebant, & in acie præcedebant prærecenſiti terni Agonothetę. Et ſi omnis, qui in agone contendit ab omnibus ſe abſtinet, quę proprię militię progreſſus remorari poſſunt; omnis, qui agonibus Apoſtolicis ex officio præſidet, à nullis vel vigilijs, vel ieiunijs, aut ſudoribus, nec quidem mortalibus angoribus abſtinere debet; quò Eccleſiaſticæ militiæ profectus accelerare conualeat. Vnde concionandi, ſermocinandi, diſputandi, catechizandi, peragrandi, diſcurrendi oneribus præſſus Fr. Philippus, Diuino ſubſidio fultus inualeſcebat, & expugnandis erroribus, ſeu propugnandis veritatis oraculis aduerſus hæreticam violentiam conualeſcebat. Solers hic ſocius Fr. Fr. Valeriano, & Mauritio ſtrenuè elaborantibus hac in Cuſtodia non ſodalem in menſa, aut ſolum comitem in via, ſed multò magis collegam in officio, commilitonem in certamine Fr. Philippus ſe perpetuò exhibuit: ita vt defatigatis aliquando importuno opere, vel pluribus alijs vrgentioribus illis occupatis; peragraret, perluſtraret, percurreret iſtę per ſuperam S. Martini, & inferam Petruxiæ Valles, Vallicolarum fidelium, ceu infidelium reſpectiuè difficilioribus vt occurreret neceſſitatibus, indigentijs ſignanter ſpiritualibus Fidei accurreret, ſicque ſtantes confirmabat, vacillantes ſolidabat, lapſos erigere, errantes dirigere, omni ſolicitudine ſtudebat, nulli tandem labori, aut defatigationi parcebat, propriò demandato oneri vt ſatisfaceret.

Ann. Chriſti 1597.

III.

D. Mar. Aurel. Mem. hiſt. cap. 31.

Sedulò ſtudet modis omnibus, vniuerſis, in locis Catholicam Fidem propagare.

Ex multis, hiſque egregijs à Fr. Philippo perpetratis, pro Eccleſiaſtico Regno in Perrerij, & Petruxię Cuſtodijs, facinoribus pluribus obliuioni traditis, vnicum memorię mandatum, & poſteris tranſmiſſum recolligo à D. Marco Aurelio. Quia Seraphici Patriarchæ alumni, Capuccini Operarij, ad Domini opus aſſumpti illis præcipuè ab Apoſtolici operis inſtitutionis primordijs nunquam feriabantur; quin perpetuò demandato operi incumbebant, ſeduloque ſtudebant; quibus vel medijs, vel modis Eccleſiaſticum Dei Regnum non in hoc, aut illo, ſed in omnibus, & ſingulis vniuerſarum Vallium oppidis reſtituerent; defectionis præcipuè auctoribus, & fautoribus Pſeudodoctoribus obuiando, Deo diſponente, accidit, vt aliquando de more per Conuallem Petruxię progrediens Fr. Philippus S. Germani pagum, hæreticæ perfidiæ propugnatorum Aſylum, appulerit ibique Impoſtorem Miniſtrum oblatrantem offenderit: cum quo ſingulare religionale certamen inire cum exorſus fuerit, aggreſſum congreſſum, vt progrederentur, perficere, publicam futuram diſputationem ad certum diem, in S. Germani oppido, pariter ſibi condicunt Fr. Philippus legitimus, & Dauid Roſtaneus Pſeudoapoſtolus illius Synagogæ. Ad ſtatutam igitur diem, delecto in ſtadio comparuit ſolicitus Fr. Philippus, inde prouocatus pariter apparuit Dauid Roſtaneus & ipſe, quò verò condicto in luctamine ordinatè, pacificè, & tranquillè procederent, ſeditioſi ex more Religionarij; admonitus adſtitit, & præſuit D. Franciſcus Dragus, Pinerolienſis Prouincię Iuſtitię Præfectus, Optimatum ſimul, & Iuriſprudentię, ac Medicinę profeſſorum caterua ſtipatus: Propoſitum igitur fuit de Auguſtiſſimo Euchariſtię Sacramento, & Miſſę Sacrificio Dogma, quod ab Antagoniſtis diù exagitatum, & publicis tabulis à Tabellionibus conſcribentibus exceptis propugnantis Fr. Philippi Analogiſmis, ceu Epilogiſmis, & expugnantis Roſtanei Paralogiſmis, tandem Paralogizantis deceptoris reiecta malitia, atque impudentis confuſa ignorantia, de Hæreſi Orthodoxa veritas Euchariſtica ſolemne duxit triumphum, publicis typis totius cum diſceptationis ſerie fideliter excuſſum, & impreſſum: In quo non captiui, ſed Caluiniſtica captiuitate liberi, venerunt plures reduces; qui congreſſui dogmatico adſtantes, cum vafri Therſitis, vſurpato nomine Dauidis, olim ſui directoris fraudes, dolos, ceu technas, malitiam, & vafritiem detectam, & reiectam conſpexiſſent;

Ann. Chriſti 1598.

Publicũ Dogmaticũ congreſſũ cũ Dauide Roſtaneo Pſeudominiſtro aggreditur, & aggreſſũ progreditur.

Pſeudodoctoris reportata victoria, obtinet triumphũ multorũ ad Fidẽ Catholicam conuerſorũ,

protinus

protinus Caluiniſmo deierato, Catholiciſmo nomina ſpontè dederunt plurimi, inter hos inſignes facinoribus gemini militię Centuriones agnomine Thronus, & Iouierius Vallicolę, ille S.Martini, Pratimollis iſte: ſicque glorioſè Fr. Philippus de reuictis hoſtibus ſpolia duxit.

IV. Dominus Lucernenſis Mem. hiſt. aſſerit pluribus in locis Fr. Philippum, veluti ſoliciriorem Apoſtolici talenti negotiatorem, perpetuò non modò inuigilaſſe, ſed & peragraſſe vniuerſas illas per Conualles, ad abundantiorem vſuram pecuniæ concreditę Domino reponendam, & referendam. Factum igitur legimus apud noſtratum manuſcripta, vt aliquando brumali tempore Fr. Philippus cum ſocio Fidei negotium peracturus, ideſt perfidis reuocandis egreſſus, tota die progrederetur per niueas aquas, ſiue per gelidas niues, & gelu conſtrictas vndas, nudis pedibus cruentatis, & pedibus, & cruribus laborioſum, & ærumnoſum iter percurreret. Vnde difficultate, & viæ aſperitate detentus, quodam in Petruxię Vallis Oppido ad hæreticum ſibi notum hominem diuertere, & apud eum nocte hoſpitari cogeretur, nocte ſuperueniente. Religioſum igitur peregrinum haud ſibi incognitum proptię domus foribus adſtantem, & pulſantem, vt intellexit Caluiniſta accurrit, & benignè introduxit, & domum adduxit, vbi in triclinio humaniter receptum, & refocillatum, poſtquam aliquandiù, & aliqualiter à prolixioris itineris acerbiori fatigatione cum ſocio requieuiſſet; Dominus domus adueniens, perduxit illos in cohærens Cęnaculum, in quo fecerat ille cænam magnam, nempè nuptias filię ſuæ, quæ cuidam ex contribulibus nupſerat, nuptiali igitur conuiuio conuiuę plurimi accumbebant hæretici, nempè vniuerſi affines, conſanguinei, ſiue amici, ac familiares, qui ingredientibus ad eos Sacerdotibus Capuccinis conuiuiali lætitia, & applauſu fauſta acclamarunt, ſecumque eos diſcumbere prouocauerunt, ſolicitantes religioſos hoſpites, & aduenas, vt domeſtico tripudio conniuentes melodum canticum concinnerent. Fr. Philippus, vt inopportunas, & minus congruas eorum ſolicitationes retunderet, & honeſtè reijceret, ex-tempore Beatę Virginis Annunciatę Canticum: *Magnificat anima mea Dominum* perſonuit cum ſocio, quem illi hæreticali impietate deteſtantes, ſtare protinus, & ſilere cantores obſecrarunt. Perſeuerantes poſtmodum familiari, & domeſtica pro conuerſatione eos alloqui, ſecumque colloqui, pro collocutionis coronide, quod iamdiu ebiberant, eructare voluerunt; Caluiniſticam nempè exuberantis carnis indigeriem: ſtudioſè namque, & malitioſè adductam, & coram congregata multitudine præſentatam formoſiorem, ſed impudentiorem adoleſcentulam Fr. Philippo offerentes dixerunt: D. Philippe en tibi pararam Sunamitidem in ſponſam, quam ſi congrua dote duxeris, Dux, & Rector noſter eris, præcipuum enim inter Miniſtros noſtros Miniſterium aſſequeris, dummodo hactenus profeſſæ Romanæ Religioni valedicas, noſtraque dogmata, etiam tuo ſocio profitenti, & pulchrę puellę connubium, & Pratimollis Oppidi Miniſterium pollicemur. Quas indecoras hæreticales, impiaſque oblationes, & ſponſiones impudentium hominum cum aſperioribus verbis reiectas deteſtarentur, atque execrarentur Caſticolæ Leuitæ, receſſerunt vnuſquiſque in domum ſuam, & mane facto feſtinanter Religioſi Comites itinerantes receſſerunt de medio Sodomę.

Ann. Chriſti 1599.

Tẽpore brumali laborioſo itinere ꝑ integrũ diem feſſus Frater Philipp. (nocte ſuperueniente) cogitur hoſpitari apud Hęreticum hominem.

In nuptiali cõuiuio prouocatus ad cantum, B. Virg. Mariæ canticũ perſonat.

Execrandis cõditionibus ſolicitaẽ ad connubium, & quid reſpondeat Fr. Philippus.

V. A principio tamen vſque ad finem primę Olympiadis conſtitutę, ſiue inſtitutę Miſſionis; etiam recedente anno ſecundo, & ad Marchionales Salutienſes properante Fr. Valeriano, ſtans Fr Philippus, Fr. Mauritio Vallibus Perrerij, & Petruxiæ excolendis adſtitit, & conſtitit, quin exorientes quotidianas inter vrgentiores difficultates, atque acerbiores perſecutiones conſtans ſtetit, & acquiſitam Stationem conſtanter tenuit, ac retinuit. Abſente namque (vti indicauimus) his tempeſtatibus, & extra Pedemontana limina degente Carolo Emmanuele Catholico Principe, perduelles vtriuſque nempe ſæcularis, & Eccleſiaſtici Regni Vallicolę tumultuare, quinimo furere, & debacchari cœperunt (vt fuſius ſuo loco) vſque ad Sacerdotalis ſanguinis effuſionem, & Sacerdotum interfectionem, atque Eccleſiarum deuaſtationem. Quare ſublatis ab illis Conuallibus cunctis Clericis, ſolitarij Apoſtolici Leuitæ Capuccini, inter lupos ferociores perſtiterunt. Qui nec à ſuo præſtando munere ſiluerunt, aut ceſſauerunt, quin ſtrenuè pro vt valuerunt, graſſantibus reſtiterunt, Fidei Orthodoxę, & Eccleſiaſtici Regni clauum illis in rebellantibus oris validè ſuſtinentes, vſque ad conſumatum ſæculum decimum ſextum.

Conſtantia Fr. Philippi, & ſociorum pro ſuſtinenda Catholica Fide.

VI. Sequentis igitur ſæculi decimi ſeptimi exordialis prior hic annus exoriens, inauſpicacioribus valde, & infauſtioribus aſtrorum aſpectibus, atque influxibus procedit: quippe qui aſcendentibus quaſi leone, ſcorpione, aut ſagittario, prædominantibus Marte, ac Saturno exoritur: Sæuiebat namque his diebus, diuerſis in Pedemontani ſignanter Taurinenſis agri locis, acerbioris epidemię morbus, deſæuiebant Francorum hoſtilia caſtra, aduerſus Sabaudum Regulum, Henrico IV. Gallico Rege arma mouente; & Allobrogicam Prouinciam vniuerſam, ei occu-

Ann. Chriſti 1600.

pante,

VI.

pante, Caluiniſticis Ducis Aldigherij, & Viennenſium aciebus concurrentibus, quorum patrocinio fidentes Concaluinicolę Conuallium Angronię, S. Martini, & Petruxię inſoleſcentes, conſuetas ſeditiones & defectiones excitare, & fouere, quin exercere, & propugnare non dubitauerunt, proſcriptique præcipuè Sicarij, nefarijque ſacrilegi Sacerdotum interfectores, qui (vti ſupero numero indicauimus) præcedenti anno gemino Parocho Dibloni, atque Petruxiæ vnicoque Leuita, ſimul cum nonnullis Catholicis nequiter in odium Fidei trucidatis, Eccleſiaſtica cuncta peruaſerant, atque Eccleſiaſtici Regni iura cuncta furentes peſſumdauerant, Sabaudica tunc temporis expeditione, & defenſione iuſta occupatus, peregrè morabatur Sereniſs. Princeps, Tutelaris Fidei, Carolus Emmanuel I.; proprij Apoſtolici muneris expleto tempore receſſerat Reuerendiſſimus Iulius Cæſar Richardus, Archiepiſcopus Barienſis, olim Taurinenſis Nuncius. Turbulentiori igitur hac debacchante, & furente acerrima in Eccleſia Dei tempeſtate, & bellica, atque hæretica; Fr. Valeriano ad regularia gubernacula ſuſtinenda reuocato; Fr. Archangelo Ianuenſi in Nigra excubante, Petruxinam intra Conuallem Cuſtodias Apoſtolicas obſeruare perſtiterunt Fr. Fr. Mauritius Mutrenſis, & Philippus Pancalerienſis validi Commilitones, & prudentiores Collegæ, quos Deus verè miſericors, & prouidus opportunè in propugnaculum nutantis, & iterum labentis Eccleſiæ, liminaribus illis in oris, conſeruauit, & perſeuerantes confirmauit. Aduerſus namque vtriuſque tum ſæcularis, tum ſpiritualis Dominationis iura enitentibus pugnantibus, & rebellantibus ferocioribus perduellionibus Sectarijs infenſiſſimis, nullus niſi veteranus miles, & validus Pugil reſiſtere, & ſeſe palàm obijcere, aut contradicere valuiſſet: animoſiores igitur gemini hi Coagonothetæ perſeueranter ſteterunt in Cuſtodia, perfidis quidem prudenter obſiſtendo, paruulos autem timentes, & trementes in ore gladij conſtitutos fideles conſolantes, confirmantes, & Sacroſanctis Myſterijs reficientes. Domi Fr. Mauritius Orthodoxa dogmata explicabat, tradebat pro ſingulari ſua eruditione: foris verò Fr. Philippus, pro ſolertiori ſua, ciuilibus in rebus prudentiſſimè peragendis, dexteritate publica fidelium, & Fidei negotia pertractabat: ſicque ſibi inuicem contemplatiuus, & actiuus Collegæ cooperando, ne in vlteriores, grauiores Religionis Catholicæ ruinas, & euerſiones perſecutores aerius ruerent; ſuauiter, ac cautè prohibebant. Donec (ſicuti ſupra proprio ipſius calculo ſignauimus) Fr. Mauritio ad Apoſtolica Caſtra contra Gebennenſes aduocato, Fr. Philippo perſiſtenti in religioſas ſuppetias adfuit veteranus Pugil.

Catholica eiecta perſiſtantibus Hereticis, nullo reſiſtente, F. Fr. Philippus, & Mauritius adſtāt.

Ann. Chriſti 1601.

CALCVLVS TERTIVS

Fr. STEPHANI à GOMBOLATO Concionatoris, per annos 1601. 1602.

I.

VNus ex ſeptem Leuitis, Fr. Valeriano Præfecto, in priori Apoſtolica expeditione aduerſus Eccleſiaſtici Regni perduelles decertaturis Commilitonibus adſcriptis, & aſſignatis extitit Fr. Stephanus à Gombolato, nequaquam communis, ſiue ordinariæ conditionis Operator Euangelicus, qui omnium primus, & præcurſor Apoſtolici muneris Marchię Salutienſis hæreticam defectionem reducere, & expugnare aggreſſus, poſtquàm Fr. Valeriano Pinerolienſi varijs illis in Vallibus collaboraſſet; ad Pinerolienſis Prouinciæ Conualles Fr. Philippo commilitaturus, veluti auxiliarius miles aduenit. Opportunus equidem adfuit, quia nequaquam quieſcentibus, quinimo conualeſcentibus ſeditioſorum perduellionum, in trinis his Conuallibus etiam aduerſus ſæcularis Principatus Dominationem legitimam rebellantium turbis Carolus Emmanuel I. inuictiſſimus, & iuſtiſſimus Princeps, emiſſis Magiſtratibus, & Satellitio, validioribus iuribus eos pulſando inobedientię, & contumaciæ, temerariæque repetitæ defectionis, acriter ab illis Vallicolis debitas pœnas ſiue mulctas exigebat; quod ægrè admodum ſufferentes rebelles obſtrepebant, & in Catholicos ſtridebant dentibus: quamobrem & hi innoxij perſecutionem patientes, egebant conſolatore, & noxij illi perſequentes ſagaciori indigebant moderatore, & pacificatore, quod vtrumq; adequatè Fr. Stephanus, ſibi conſueto conuerſationis moderamine, præſtabat.

Ann. Chriſti 1601.

Fr. Stephan' vir non communis conditionis inter primos Apoſtolicos viros connumeratus, adequatè omnibus omnia præſtat.

II.

Contigit autem, vt huius ſecundi anni, ſæculi ſeptimi decimi, ipſis in exordijs Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus Tartarinus, Taurinenſis Nuncius, ipſum Coapoſtolicum Operatorem Fr. Philippum in Miſſionum Præfectum aſſumeret: quare iſte communi Miſſionalium ſtationum bono inuigilans, & incumbens, peculiari Petruxinæ Vallis veræ minùs adeſſe poterat. Iterum hoc eodem ſecundo anno, poſt millenum ſexcenteſimum, cum alteram Vallium ſibi ſubiectarum,

Ann. Chriſti 1602.

nempè

nempe Petruxiæ, & Pratiallati inſtituiſſet viſitationem D. Carolus Brolia Archiepiſcopus Taurinenſis, itineris & laboris obſequentem comitem, eumdem Fr. Philippum à Pancalerio ſibi adſciuit, qui (vti obſeruat D. Lucernenſis) Dracontienſi licèt Cuſtodiæ, hoc tempore, addictus, adfuit nihilominus Reuerendiſſimo Præſuli obſecuturus, vnde vniuerſum operis pondus, & grauamen, ideſt Petruxiæ Miſſionis cura Fr. Stephano incumbebat, validioribus attamen ſcientiæ, prudentiæ, ac virtutum humeris ipſe valens Euangelicus Operarius à difficiliori facinore nequaquam receſſit, multo minùs quamuis improbo labori, aliquando ceſſit, quinimmò in propoſito perſiſtens, & certamini aſſiſtens, tumultuantibus Caluiniſtis imperturbabilis perſeuerauit. Efferueſcebant ardentiori iracundia ſceleſtiores Caluinicolæ in Capuccinos Pugiles, eò quòd illorum Præfecti opera, & impulſu, ſæpè ſæpiùs Ducalibus validioribus edictis intra tolleratos terminos ſeſe continere compellerentur, & coarctarentur: quare non æquo ſatis intuitu inter eos exiſtentes coarmigeros religioſos intuebantur, imò acriter eis conuiciabantur, & per opportunitates aduerſus eos afficere, non verebantur, vnde & meritorum, ſuæ patientiæ, diſceſcendæ coronæ Fr. Stephano quotidiana ſuppetebat occaſio per annum circiter ibi commorato.

Reuerendiſs. Carolus Brolia Taurinen. Archiep. inſtituta Vallium viſitatione in Socium adſciſcit Fr. Philippum.

D. Lucernenſ. mem. hiſt. c. 34.

Fr. Stephanus i hac Statione nõ exiguum patiẽtiæ ſuę ſpecimen exhibet.

CALCVLVS QVARTVS

Fr. VALERIANI à PINEROLIO, Concionatoris, per annos 1603. 1604.

I. *Simon Oniæ filius, ſacerdos magnus, qui in vita ſua ſuffulſit domum, & in diebus ſuis corroborauit Templum, Templi etiam altitudo ab ipſo fundata eſt. Duplex ædificatio, qui curauit gentem ſuam, & liberauit eam à perditione.* Fr. Valeriano, Franciſci Seraphico filio, congruè præpoſitum elogium adaptare valemus: Ipſe enim inter Minores Capuccinos fuit Sacerdos Magnus, in Prouincia Ianuenſi & Cuſtodis, & Diffinitoris, & Vicarij ſed Prouincialis muneribus ſæpè præclariſſimè perfunctus, in vita ſua clariſſimis conſignata virtutibus, ſuffulſit domum ſuæ Minoricæ Religionis, & in diebus ſuis, ſuæ ſcilicet Apoſtolicæ Miſſionis, egregijs facinoribus, & laboribus pro Dei Templo, quod eſt Eccleſia exantlatis, Eccleſiaſticũ Catholicum Regnum, Italicis in his liminaribus, mirificè corroborauit, & inſtaurauit. Templi etiam altitudo ab ipſo fundata eſt, ſublimiùs inter Eccleſiaſtica munera onus, ſiue opus Apoſtolicum apud Subalpinos ipſe excogitauit, propoſuit, promouit, atque fundauit, & fundatum adminiſtrauit, exercuit, & conſeruauit. Duplex ædificatio, ambidexter enim Fr. Valerianus, & domi apud viros religioſos, & belli aduerſus hæreticos factioſos plurimum valuit. In curanda ſua gente, ideſt propriæ patriæ, Pinerolienſi Ciuitati cohærentibus Vallicolis, quos dum ab hæreſi reuocauit, & ab hæreticis oppreſſoribus liberauit, à perditione pariter eripuit. Hic igitur Operoſus, inſigniorum operum Patrator aliquandiù intra Seraphica Clauſtra Prælationis clauo laudabiliter ſuſtentato, iterum hoc tertio currentis ſæculi ſeptimi decimi anno, à Reuerendiſſimo Taurinenſi Nuncio D. Paulo Toloſa Delegatus, dato diplomate ſub pridie idus Februarij duplicato, ſpecialiter ſub quarto idus Maij eiuſdem anni ad Apoſtolicum munus exercendum, ad hæreticas Conualles egreditur veteranus miles exercitæ, & emeritæ militiæ religioſus Heros. Qui Euangelica conſueta oneris miniſteria, nulla aut exigua difficultate, ſed ſingulari facilitate, & excellentia eximia, nec minori ſolicitudine, ac ſolertia preſtare ſatagebat, tàm Catholicis aſſiſtendo, quàm ſchiſmaticis nouatoribus reſiſtendo tranquillè, pacificè, ſed efficaciter atque proficuè.

Eccleſiaſtici cap. 50.

Ann. Chriſti 1603.

A Reuerẽdiſſimo D. Paolo Toloſa iterum ad hanc Miſſionem Delegatur F. Valerianus.

II. Inſtabat vehementiùs hoc tempore, Carolus Emmanuel I. compoſitis cum Gallo Rege Salutienſis Marchionatus antiquis controuerſijs, & pace potita cum exteraneis, perſtabat vt domeſticos perduelles Caluinicolas Eccleſiaſtico Spirituali Regno Catholico reſtitueret, & ſuæ temporali Dominationi perduelliones, & rebelles iuſtis pœnis, ſiue mulctis puniret. Vnde Superioris Iuſtitiæ potioribus Adminiſtris emiſſis, debitè deſertores exagitabat (vt videre licet apud D. Marc. Aurel.) detrectabant pertinaces defectionis profeſſores rebellioni congruas, ac debitas ſubire noxas, à Sæculari Dominatione infligendas: & eò magis reluctabant, pluries excuſſum Eccleſiaſticæ poteſtatis iugum iterum acceptare. Vnde renitentibus his obſtinatioribus populis grande aliquod ſupplicium à ſuccenſente Pedemontano ſuo Principe imminebat, eò quod Catholicum Pinnachiæ Templum iam tertiò, his diebus, profanaſſent, & vſurpaſſent. Fr. igitur Valerianus rationabiliter pertimeſcens, ne Vallicolis imminens, illatumque damnum ſimul cum perfidis, fidos Chriſticolas inter eos degentes, inuolueret, ſui Apoſtolici muneris eſſe cenſuit;

Mem. hiſt. c.c. 34. 35.

Periclitantibus Chriſticolis accurrit

ſi peri-

ſi periclitantibus accurreret. Aduenit igitur, & Senatorio Iuſtitiæ Præſidi, Domino Antonio Guidetto cooperans antiqua, qua apud & Catholicos, & hæreticos iamdiu vtriſque notus pollebat, auctoritate, componendis animis, & difficultatibus auferendis mirificè collaborans, & hactenus detrectantium ſubmiſſioni, & merito indignantis Ducis placationi plurimùm ſtuduit: vnde tandem illud effectum fuit, vt inſigniori mulcta præſtita, criminoſis Vallicolis clemens Dux præteritorum delictorum abolitionem, ſiue abſolutionem plenariam indulgeret, dummodo à Catholicæ Religionis terminis impoſterum violandis abſtinerent. Datis, & ſignatis ſupplicibus libellis Taurini tertio Kalendas Octobris, huiuſmet decurrentis anni. Per quem, atque ſubſequentem immediatè ſtetit Fr. Valerianus his in Excubijs peruigilans, & ſatagens, ne ſeditioſi irrequieti nouatores ſubdolis ſuis furtiuis, conſuetis moliminibus, quid pernicioſum Orthodoxæ Fidei pertentarent, & vt erat ſingularis & prudentiæ, & prouidentiæ, Eccleſiæ ſtatum indemnem aſſeruauit, quin in multis meliorauit, inſtaurando, reſtituendo collapſa, & collabentia ſuffulciendo, ſimul ac ſuffulta confirmando.

Indignatum Ducem contra criminoſos Vallicolas Hæreticas, eis placatū reddit.

Ann. Chriſti 1604.

CALCVLVS QVINTVS.

COMMVNIS

Fr. Fr. BERNARDINI à NOVIS, & CHRISOPHORI à CEREALI Concionatorum, per annos 1605. 1606. 1607.

I.

POſtremo hoc, prioris Luſtri Sæculi decurrentis decimi ſeptimi, annuali curriculo, iterū Fr. Valerianus à Pinerollio Regularibus Prælationibus obeundis præficitur, Guardianus Maioris Taurinenſis Conuentus, & Pedemontanæ inferioris Cuſtodiæ Præfectus electus, quem etiam, cum Fr. Gabriel Caſalenſis, tunc Ianuenſis noſtræ Prouinciæ Prouincialis, ob integerrimum illius, & ardentiorem Fidei Catholicæ zelum, in Miſſionum Subalpinarum Commiſſarium elegiſſet, Coapoſtolicos Operarios, & Cooperatores plures Theologos Capuccinos aſſignauit (vt diſtinctè loco proprio notamus) quos opportuniores ad Euangelicas Cuſtodias deſtinaret. Inter hos celebriores Athletæ nominantur Fr. Fr. Bernardinus Nouenſis, & Chriſtophorus à Cereali, qui vocati, electi, & ad Apoſtolicum munus legitimè ordinati, deprauatas ad has curandas Conualles, ſiue Conuallicolas Sectarios reducendos, acceſſerunt per ſupraindicatum triennium. De cuius annualibus intra Valles occurrentibus ſucceſſibus, hæc ſcribit Dominus Lucer. *Ab anno tertio ſupra milleſimum ſexcenteſimum, pacificè admodum inter Vallicolas ſe ſe res publicæ habebant, & pertractabantur: Sceleſtioribus proſcriptis, ſeditioſis partim ſuſpendio necatis, partim inter ſe ad inuicem interfectis. Quapropter ſequentibus, id eſt præſentibus annis, peculiar: nihil, memoria dignum occurrit, niſi ſolicitiores diligentiæ Miſſionariorum reſuitarum, ac Capuccinorum, indicibiles tàm pro ſtātium confirmatione, quàm pro errantium reductione.* Prænotatorum igitur Apoſtolicorum virorum Fr. Fr. Bernardini, & Chriſtophori, qui Euangelico operi ſub his diebus incumbebant, memorabiles erant pro Eccleſiaſtico Regno promouendo ſolicitudines (iuxta traditum teſtimonium) ſed noſtrorum memoria elapſe, cum ſingillatim nequaquam recenſeantur confuſæ à nobis, & indiſtinctæ referūtur. Pro certo illud nobis ſuadentes, quod Concionibus, Dogmatibus & Catacheſi, ſimul ac vitæ exemplis mirificis, opus Dei ſibi commiſſum, promouere omni maiori conatu ſtuduerint in finem.

Fr. Valerianus à Pinerolio Miſſionū Commiſſari⁹

Ann. Chriſti 1605.

D. Lucer. hiſt. cap. 35.

Ann. Chriſti 1606.

F. F Bernardini, & Chriſtophori ſtudium, & labor in ſibi demandato muneri.

Ann. Chriſti 1607.

CALCVLVS SEXTVS.

Fr. BERNARDI à PORTVMAVRITIO Concionatoris, per annos 1608. 1609.

I.

H*Actenus, quæ aliquandiù* (ait Dominus Marc. Aur.) *proprijs ſumptibus obedire didicerat prætenſa reformatio, quieuerat. Verum enimuerò ſua aptè naturæ, ſuperioris legitimæ Dominationis canonum obſeruantia impatiens, paulatim quaſi inſenſibiliter in pluribus exceſſit, Catholica antiqua Templa ſacrilegè deſtruendo, & noua profana delubra extra indultos limites conſtruendo, hoc octauo anno poſt milleſimum ſexcenteſimum in Vallibus etiam Petruxiæ, & Sancti Martini, in quibus poſtitus, & furtim nefaria Caluinicola dogmata diſſemina-*

Idem ibidē.

In vetera prolabuntur exceſſa Nefarij Heretici.

Ann. Chriſti 1608.

bant.

bant. conuallicolæ catholici ne iterum ſeditioſorum acerbioribus factionibus, & diuexationibus premerentur, ſilebant; nequaquam tamen Miſſionarij vigilaces excubitores conticuerunt, quinimmò ad aures vſque Sereniſſimi Ducis Caroli Em. I. ex-templò perſonuerunt, aduerſus temerarios auſus conclamantes, quare Catholicus Princeps, ſequentia promulgauit edicta Hactenus ille.

II. Quis verò, quoue zelo, ſolertia, ſolicitudine, atque diligentia Sectarijs his moliminibus occurrerit, cum ille dilucidiùs non explicet, explicatiùs, & fuſius nobis tradendum incumbit: Inuigilabat tunc temporis Petruxinis in excubijs Fr. Bernardus à Portumauritio Sacræ Paginæ profeſſor eximius, & conſpicuus Euangelici verbi declamator Capuccinus, hic cum Sacra ſcientia, & religioſa prudentia, ſimul ac regularis inſtituti exacta obſeruantia, clarus in oculis Patrum, & Præſulum fulgeret; fuit etiam ab illis ſpeciali dictamine ad opus Apoſtolicum exercendum deſtinatus in difficiliori, & periculoſiori Petruxina ſtatione: ad quam cum perueniſſet expeditè, expeditus pariter labori & propoſito operi & mentem applicuit, & manus admouit, ſiue os ad prædicandum Sacroſanctum Domini Noſtri Ieſu Chriſti Euangelium aperuit, & pauperibus Euangelizare acceptauit, vt & contritis corde reducibus mederetur, & renitentia obdurata reluctantium corda Apoſtolico malleo pulſaret. Dum igitur ipſe congrua, & debita proprio muneri munia præſtando incumberet; prouidus obſeruabat ſolicitè Verſipellium Pſeudoprædicantium in faſcinando verſutiam, & in dementando nefariam calliditatem; quapropter vt præſtigiatorum nequiorem aſtutiam detegeret, ex-induſtria eis obuiabat & ad Religionaria publica, vel priuata luctamina prouocabat, atque vbicunque opportunitas exegiſſet, acerrimè aduerſus illos dogmaticè dimicabat; vt ſic ex parte ſaltem temerariorum audaciam retunderet, & cohiberet.

Aduenit Miſſus huic Stationi Fr. Bernardus virtutibus, atq; ſcientia clarus.

Temeritatem Prædicantium retundit vbiq; publicè, & priuatè ad dogmaticam pugnam prouocando.

III. In Apoſtolica ſpecula inuigilando attentius animaduertit, circa hæc tempora ſeditioſos Caluiniſtas tranquillitatis, ac quietis impatientes, deſipientes pacis oſores occultè, & apertè quamplurima Eccleſiaſtico Spirituali Regno pernicioſiſſima machinari, promulgatis à temporali Dominatione ſtatutis legibus contraria. In primis Petruxiæ ipſo in Oppido (hactenus illibatæ Catholicæ Fidei reſeruato) contra fas, domicilium acquiſiuiſſe nequiorem quemdam Sectarium Iacobum Roteium nuncupatum: eiuſdem iterum in Pagi ſuburbanis exiſtentes fabriles idoneas conficiendo ferro officinas, ab Hæreticis callidè conductas, vt eo titulo in Vicum hæreticalia exercitia inducerent.

Verita domicilia ſibi ſtabiliũt Hæretici, & quo titulo.

Ann. Chriſti 1609

Idem ſimiliter præſtauerant proterui Canonum traſgreſſores Sancti Germani Villę habitatores, in Catholici Oppidi Portarum territorio bona immobilia acquirentes, & in dies comparantes, extra indultos terminos liberè commorantes.

Bona imobilia acquirunt extra indultos terminos.

IV. Quod autem detrimentoſum magis, ac pernicioſum Catholicæ Fidei exiſtit: Religionarij Pinnachienſes infame delubrum in ſuo Vico ædificauerant, & communi in publica via domicilium Pſeudoimpoſtori acquiſierant, atque aſſignauerant; qui eo ibi commodato non contentus, alterum proprium in propatulo Dibloni ſibi coemerat.

Pſeudomagiſtro in publica via domiciliũ ſtatuunt.

Tandem, cum vniuerſitas Communitatis Diblonenſis promiſcuè Catholicis, & Hæreticis conſtetur ſibi inuicem viciſſim cohabitantibus his, & illis, præualentes increduli, perfidum Ludimagiſtrum Caluinicolam publico ære conduxerant; qui vtriuſque gentis adoleſcentes inſtrueret, ſed potius Catholicorum liberos deſtrueret, & deprauaret.

Et Ludimagiſtrum Hæreticũ publico ære conducunt.

Quibus omnibus ab illis pertentatis, & ex parte opere mandatis iniquis moliminibus, & apertioribus tranſgreſſionibus, à peruigili Cuſtode obſeruatis, & conſideratis, ſategit ille pro virili ſuis vniuerſis adhibitis, & exhibitis conatibus occurrere, vnde vt temerarios limitũ violatores compeſceret; & ab vſurpatis poſſeſſionibus, ſeu habitationibus deturbaret: Ordinarij Vallis Caſtellani Iudicis prius legitimam iuridicam auctoritatem interpellauit ſæpiùs, quam cum ad inobedientes coercendos inſufficientem expertus fuiſſet, ſuperaddidit ad hoc poteſtatem validiorem militaris brachij expoſtulare, nempè Arcis Gubernatoris ſubſidium conuocauit, quod cum minus ſufficiens pariter offendiſſet, ad validioris, & ſublimioris Pinerolienſis, & Arcis, & Ciuitatis, & Prouinciæ Præſidis auctoritatiuum Aſylum confugit, & ad coarctandos tranſgreſſores prouocauit, ſed & huic etiam obtemperare retrectantes contumaces; tandem Taurinum perueniens, Sereniſſimo Supremo Principi denunciauit, proque opportuna præſumentium, tranſgredientiumque repræſſione, atque aduerſus peruicacium Hæreticorum violentias congrua prouiſione ſupplicauit. Supplicantis Capuccini Excubitoris vigilantem ſolicitudinem commendans Dux Catholicus Carolus Em. I. illiuſque votis benignè annuens, ſupplicata cuncta conceſſit, & duplicato Ducali edicto promulgato (vt peculiari ſuo Calculo damus) ſupra enumeratis cunctis exceſſibus ſufficientes adhibuit prouiſiones.

Trãſgreſſionibus Hæreticorũ occurrit, modiſq; omnibus ſe opponit Fra. Bernardus.

V. Quarum integræ executioni, & latarum legum plenariæ obſeruantiæ cum perpetuò aduerſari, & obſtare, omnique conatu, & pro viribus acriter atq; obſtinatè

Pſeudoprædicantes ſemper, & vbique contradicere animaduerteret Fr. Bernardus: obſeruans prætereà hos Lupos rapaces non modo ſponſam Chriſti Catholicam Eccleſiam patulis rictibus mordere, ſed & miſeros illos ſeductos greges acrioribus dentibus dilaniare, profectum Fidei præpediendo, vltroneos reduces à reconciliatione retrahendo minis, dolis, & fraudibus; ſeditiones iterum, rebellioneſque ementito titulo Religionis deprauatæ excitare, populorum commotiones concitare, atque concitatos ad publicas præſcriptorum iurium, ac terminorum tranſgreſſiones cohortari, pariter & impellere, nec non ſedulo, & continuato impulſu tranſgreſſores fouere, & ſeditioſos ad vlteriores, deterioreſque in dies auſus prouocare, quo Caluiniſticæ Sectæ, nulla iuſti habita ratione, magis ac magis latius terminos ampliare, vſurpata poſſeſſione conentur: Phana interdictis in locis conſtruendo, & profana impia miniſteria exercendo. Recenſitos igitur, & plures conſuetos Pſeudopaſtorum exceſſus perſpectos, ſcriptis fideliter exaratos, & religioſorum, atque piorum virorum conſcripto teſtimonio confirmatos Apoſtolicus Cuſtos Tribunalibus præſentauit, & quantum valuit, voluit ad malorum omnium incentores eijciendos agere, pro qua re plurimum apud vtriuſque Regni Dominationes laborauit, vt amota impietatis cauſa, impij remouerentur effectus.

Pſeudopaſtorum familiaris conſuetudo ſeditiones, rebellioneſq; excitare.

Scriptis exarantur eorū exceſſus, Tribunalibuſq; præſentantur.

VI. Multum quidem pro pernicioſis, ac noxijs, ſanæque Fidei aduerſantibus offendiculis ſcandaloſis amouendis elaborauit Capuccinus Indefeſſus Operator Fr. Bernardus, ſed non minus pro proficuis, vtilioribuſque Eccleſiaſtico Spirituali Regno promouendo efficacioribus adminiculis inſinuandis inſudauit. Vnico, quod dicimus, experimentali teſtimonio ſufficiat comprobaſſe: Euangelicus Explorator cum ſeductas miſerrimas Petruxinæ Vallis Villas perluſtraſſet, Sanctique Germani non exiguum Oppidum Hæretica lethifera lue grauiùs peſtilitari, quinimmò ad æternum interitum ægrotare conſpiciens; quia feruentiori phreneſi delirantes ægroti habitatores, ſtultius; ac pertinaciùs ægritudinem valetudinem, & lethum vitam deputabant, ac mordicus computabant, in Caluiniſticæ deprauationis ſtercore computreſcentes vltronei: Deliros igitur illos à ſpontaneo furore vt reuocaret Seraphicus Leuita; opportunam quinimmò neceſſariam ſedulam medici, ſiue curatoris præſentiam ratus, inibi intra infirmantium domeſticos lares, Capuccinorum ordinariam Miſſionem ſtatuere excogitauit; excogitatum autem vt opere impleret, eò accedere, diligentiùſque, atque accuratiùs loci opportunitatem perſcrutari, incolantium animos, & propoſitum explorare deſignauit: quamobrem coarmigero ſocio Sacerdote adiecto, quatuorque honeſtioribus Catholicis viris in itineris, & propoſiti operis comites aſſumptis ex-tempore Sanctum Germanum verſus ire pergit.

Cogitat inſtituere nouam Miſſionem in Valle, ideſt, in Villa Sancti Germani Fr. Bernardus.

Ann. Chriſti 1609.

VII. Congruo ergo, & propitio, ſiue opportuno præmeditato, & expectato tempore, quo Pſeudominiſter congregatæ deſipientium multitudini deceptoria dogmata proponeret, eò appellere feſtinat Catholicorum acies. Verùm præter expectationem maturius ſermocinatione abſoluta, dimiſſa concione, regreſſo iam ad propria præſtigiatore, ſuperueniens cum ſocio Fr. Bernardus, & directè Synagogam verſus celerrimos greſſus dirigens, tunc eò acceſſit, quando vniuerſi inde receſſerant. Accedentes nihilominus inexpectatos Capuccinos, & comites conſpectantes Oppidani, & celerrimum greſſum ſiue acceſſum admirantes accurrunt, vnde paulatim breuioris temporis intercapedine plurimi conuenientes, Apoſtolicum Oratorem præ Phani foribus conſiſtentem interrogant: Quid inibi præſtaturus acceſſiſſet? Quibus ex-tempore ſatisfaciens Fr. Bernardus: vt & Orthodoxas veritates amplexari, & Caluiniſticas impietates deteſtari, & perditionis dimiſſo diuerticulo, per veræ ſaluationis legitimam viam incedere vos perdocerem, huc ad hoc modo adueni reſpondit. Hinc turmatim ſuperuenientes deceptos homines inſtruendi opportunitatem nactus, occeptatam ſermocinationem proſequens, Catholica plurima neceſſariora dogmata perſtitit proponere, exponere, & perſuadere, cui replicare nihil valentes conuicti homunciones, nec illi acquieſcere volentes pertinaces Nebulones reſponderunt (vt moris eſt Hæreticorum) propoſitis iam, & exauditis ratiocinationibus, licèt rationabilioribus non ante ſe ſe fidem præſtaturos; quàm perorantem maiorem, publico pro Religionario dogmatico congreſſu, cum proprio illorum Pſeudomagiſtro congredientem intellexiſſent. Libenter, quin gratanter, & feſtinanter oblatum, & exoptatum agonem Fr. Bernardus acceptauit, atque propoſitæ diſputationis controuerſam materiam, diem, locum, & horam Caluiniani ipſorum Miniſtri placitis deſignandam, & præelegendam obtulit, & conceſſit, ea ſola præſtita (communi ſenſu) conditione, vt electo dogmatico diſputationis prothemate, eligeretur pariter ſolemnior quædam publica dignitate, & poteſtate præfulgens, præditaque perſona, cuius arbitrario abſoluto iudicio futuræ litterariæ diſceptationis deciſio, & terminatio compromitteretur.

Captata tēporis opportunitate Sāctū Germanum appulit.

Hæreticis propoſita, & expoſita Catholica Fide à Fr. Bernardo, cōgrediū cum Pſeudominiſtro exoptat, & acceptat.

Reſipiſcentiam horum deſipientium zelans Euangelicus Operarius futurum ſibi perſuadebat; vt publica dogmatica illa in congreſſione, veritatis validiori conatu VIII.

detectis

detectis impoſtoris fraudibus, & reuelatis figmentis, deceptos hactenus, impoſterum ad Fidem redituros, ſaltem ex parte dementatos illos SanctiGermani habitatores. Propoſitiones igitur partim ab ipſis, partim ab adſtantibus Capuccinis oblatas, per internuncios domi latitanti Miniſtro nunciantes, atque cum eo conſulentes, en quibuſdam comitatus Aſſeclis Archimagirus adeſt, cui in publico foro obuiam procedens Catholicus Antagoniſta, atque ad oblatum, acceptatum, eique relatum publicum Fidei certamen, ſimulq; litterarium experimentum, ex-tempore, vel ad placitum præſtandum ſolicitè prouocat, interpellando interim, vt iterum congregato populo palam Euangelica verba proponeret ipſe, vel ſeipſum ſacra Euangelica promentem, & explicantem audirent. Obſtupeſcens generoſus ille Therſites, & primum hunc occurſum pertimeſcens oblata, & propoſita cuncta improbauit. Prædicare namque geſtienti Capuccino abnuit, publicè pro Religione decertare, emendicatis excuſationibus diuerſis renuit: in primis prætexando religionarium publicum luctamen ſibi inire, ſeu acceptare interdictum, niſi prius Sereniſſimi Ducis præhabita permiſſione, cuius quæritaris, & excogitatis diuerticulis, ex-templo, vt occurreret Fr. Bernardus, ad obiecta reſpondit: quinimmo aduerſus Ducalia edicta delinquis, dum me Catholicum Concionatorem hoc in tuæ ditionis loco concionari non permittis, ego autem mecum congrediendi poteſtatem, & Principis facultatem tibi polliceor referendam, quin relatam iam, atque conceſſam tibi confirmo. Quibus, & pluribus ſuperadditis à laceſſente Religioſo Athleta prouocationibus cum obluctans, atque luctamen recuſans perſtaret generoſus Sectariorum Achilles, exactus Euangelici Canonis obſeruator; de pedibus accepta propria ſandalla coram populo excutiens, clara voce illud Chriſti Domini oraculum relatum pronunciauit: *Quicunque non receperint vos, nec audierint vos, exeuntes inde excutite puluerem de pedibus veſtris in teſtimonium illis*. Sicque perfidis obijciendo, cum comitantibus receſſit. Plura hinc inibi operatus, circa dimidiatum hunc decimum currentis Sæculi annum aliò conceſſit.

Propoſita, & oblata cuncta reijcit Pſeudominiſter, nulliuſque cōditionis congreſſum vult acceptare.

Fratris Bernardi iuſta exprobratio.

Hæreticis in teſtimonium puluerē pedum excutit. D. Mar. c. 6.

CALCVLVS SEPTIMVS

Fr. HIERONYMI à SPETIA Concionatoris, per annos 1610. 1611. 1612.

I.

Ann. Chriſti 1610.

INducias hoc tempore aliquales ſimulantibus perduellibus, inuigilare non ceſſauerunt Eccleſiaſtici Prætules: quare ad Petruxinam Stationem obſeruandam ſimul, & cuſtodiendam emiſerunt vigilacem excubitorem Fr. Hieronymum à Speria, Maritimæ orientalis Liguriæ opulento Oppido. Seraphicus hic Capuccinus Sacerdos Theologica facultate, & oratorio Euangelico exercitio clarus, regularis pariter obſeruantiæ profeſſione ſingulari præfulgebat; quapropter Apoſtolicum ad munus peragendum deſtinatus, ſpecialiora aromata, ſiue ſpiritualia alexipharmaca à marinis litoribus delata, Subalpinas ad has Conualles aduexit, & Vallicolis his ſiue iam infectis curandis, ſiue mox inficiendis præſeruandis liberaliter, & gratis diſpertiri, & impartiri inſtituit, & per triennium perſtitit. Stantibus igitur in Fide Catholicis, contractos olim ex humana infirmitate humores noxios faciliùs vt egererent, purgantia adhibebat medicamina pœnitentiæ, quò verò vitales ſpiritus, & ſpiritualis vitæ conſeruatiuum calorem charitatis conſeruarent, & conſeruando augerent; Euchariſticam confectionem exhibebat, & ne grauiùs prolaberentur in læthifera piacula, antidota Sacramentalia apponebat, ſacratiora pharmaca præſeruatiua frequentanda proponebat, dum ipſe in primis, & ante omnia, frequentius Euangelicum vniuerſale antidotum prædicati Verbi opportunè, & importunè cunctis porrigeret, ſubminiſtrando vel infirmioribus, vel debilioribus, ideſt ſimplicioribus, ac rudioribus Chriſtiana ecligmata, ſiue lincta hebetiore ore pertractanda, primaria ſcilicet Chriſtianæ vitæ documenta, ſiue faciliores inſtitutiones adoleſcentioribus diſtribuendo. Nec abſtinebat ab offerendo Caluiniſticis lethargicis, phreneticis, vel lethaliter febricitantibus congrua, & efficaciora ſuæ ſalutiferæ doctrinæ medicamina, Catholicum myrothecium gratis infirmātibus vniuerſis aperiendo, quo qui prouidè vſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei, propter Orthodoxæ diſciplinæ dona commendati. Ipſe vero in Apoſtolico opere per triennium comprobatus, hinc glorioſus receſſit.

Ann. Chriſti 1611.

Fr. Hieronymus ad hanc Miſſionē accedens qualiter ſibi procedendi inſtitutū præſcribat.

Ann. Chriſti 1612.

CALCVLVS OCTAVVS

Fr. ROMVALDI TAVRINENSIS Concionatoris, per annos 1613. 1614.

I.

COpioſo militum habito delectu, hoc anno tertiodecimo ſupra millenum ſexcenteſimum Pedemontanus Dux aduerſus Montisferrati Mantuanum Ducem arma reaſſumpſit, & caſtra mouit. Tum peruigiles Eccleſiæ perduelles iniqua quædam, & ipſi moliri excogitauerunt, & nouum Delubrum extra permiſſos terminos, prope Lucernę Oppidum conſtruere voluerunt. Tumultuantibus igitur Sectarijs, validiſſimum Agonothetam opponere decreuerunt Apoſtolici operis Præfecti; quamobrem Fr. Romualdum Taurinenſem Petruxinam ad proximam Stationem cuſtodiendam emiſerunt. Veteranus hic erat exercitas olim & alibi Euangelicæ militiæ Pugil ambidexter, quia & Scholaſticam, & Poſitiuam Theologiam calcabat; non equeſtri modò pro ſuggeſtu declamando, ſed & pedeſtri agone, proficiebat pro catechiſmo, rudiores quoque humaniter inſtruendo. Gladio, haſta, & arcu valebat, quoniam ſagittas potentis acutas, cum carbonibus deſolatorijs omnis falſitatis emittebat Fr. Romualdus diſputans: Et ſidera Orthodoxæ veritatis in dies magis elucēſcentia ibant in luce ſagittarum illius, atque in ſplendore fulgurantis, & verberantis haſtæ eius nubila, ſeu obſcuritatis hæreticę nebulæ abibant: gladius namque ex vtraque parte acutus egrediebatur de ore illius, ſiue pro concione penetrans, ſiue pro diſputatione diſſoluens, & figmenta trucidans. Valebat præterea Dauidici agminis hic Aſſecla in baculo, funda, & lapide: valida namque, ac gemina laudabiliter manu operante, funda aſſiduę exercitationis, robuſtiori impulſu firma virtutum quotidiana opera emittebat, quæ religioſæ vitæ, ſanctioris exempli efficacia ferientes, etiam obſtinatiores aduerſarios deijciebat, releuabat ex aduerſo, & nutantes fideles charitatis baculo, nempè charitatiuo ſpirituali, ac temporali ſuſtentaculo, ac congruo ſubſidio, in neceſſitatibus, in anguſtijs præſtito fulciebat. Eminus decertabat, & cominus, quia & proximos, & longè poſitos, amicos, & inimicos, pios & perfidos beneficijs proſequebatur.

Ann. Chriſti 1613.

Ann. Chriſti 1614.

Fr. Romualdus valida, ac gemina manu laudabiliter operatur in hac Miſſione.

CALCVLVS NONVS

Fr. ALEXANDRI OXIBIENSIS Concionatoris, per annos 1615. 1616.

I.

EXorta ſuperioribus proximis annis inter Hiſpanum Regem, & Sabaudum Principem diſſidia hoc ob expugnandam, illo ob propugnandam Montiſferrati Marchiam decertantibus, his temporibus recrudeſcebant, & inualeſcebant apud Subalpinas has Italicas oras; quamobrem deſtitutas inter Conualles Apoſtolicas Cuſtodias, ſiue Fidei Excubias dimittere ſummoperè præcauebant operis Præſides, & Eccleſiaſtici Præſules, tam Regulares, quàm Sæculares. Succeſſit igitur vix anteceſſore degreſſo in Petruxiæ Statione Fr. Alexander Oxibienſis integerrimæ vitæ, religioſiſſimæ conuerſationis vir, Seraphici Patris alumnus, Capuccinæ columbinę ſimplicitatis, & Minoricę auſteritatis profeſſor eximius, cuius priori huic ad Apoſtolicum bellum opportuno egreſſui applicare valemus mutuatum elogiolum: *Alexander Philippi Macedo egreſſus de terra Cethim conſtituit prælia multa, & pertranſiit vſque ad fines terræ.* Religioſus namque hic Capuccinus Athleta, Diuino conſilio in Religionis ſtadium ingreſſus, Alexandri nomen accepit, quod auxiliator virilis interpretatur. Quid aliud autem conſonat Miſſionarius, niſi in auxilium validum miſſus? Natus igitur, ſiue renatus ſpirituali in religioſa regeneratione Miſſionarius eſt Fr. Alexāder, qui egreſſus de terra Cethim, ideſt, de Maritima Italica regione Oxibienſi, & Valle, & Villa, conſtituit prelia multa, totius enim ferè Religioſę Capuccinę ſuę vitę per decurſum, per ſcilicet ſex circiter integra luſtra, diuerſis in Subalpinis Apoſtolicis Cuſtodijs decertans, Eccleſiaſticum Spirituale Regnum validè propugnauit, pertranſeundo vſque ad Heſpericos terminos, aſperiores namque ferè ſemper Miſſiones excoluit, donec ſenectute grauatus, emeritę militię veteranus, & grandæuus miles ad propria rura, nempè ad Religionaria Clauſtra dimiſſus, poſtquàm paululum ſolius proprię ſalutis operi incumbens, quieuiſſet in Domino, perpetuò gauiſurus, & feriaturus requieuit.

Ann. Chriſti 1615.

Machab. 1.

Patria, & mores Fr. Alexandri, & cui comparetur.

Huius

II. Huius igitur & militię, & Apoſtolici ordinis benemeriti Agoniſtę egregia facinora hic recenſere aggredimur; dum illius in Euangelicam arenam primũ egreſſum, ſiue ingreſſum enarramus: de quo cum ſingulare nihil, aut diſtinctum aliquid hic acceperimus; illud pro indubitato penſitare debemus, quod Alexander noſter, vbi primò Petruxina hac in Statione regnare, vel potius ſeruire, & Eccleſiaſticæ militiæ operam dare incæpit, percuſſerit Darium Regem, & inde tulerit ſpolia gentium: Darius, noſtro latino idiomate, requirens ſignificat, inquiſitores illos, repertores, & fautores hæreticæ prauitatis inſinuans, rebellantium ſiue Religionariæ rebellionis, ac defectionis Duces Adminiſtros, quos Macedo, ideſt, Capuccinus Agonotheta incendens primos, litterali dogmatico congreſſu adoriebatur, & adortos validioribus ratiocinationibus percutiebat, indeque conuerſarum illarum gentium ſpolia abundanter reportabat, vel reuertentes reducendo, vel renitentes retundendo ac reprimendo: ita vt ſilerent terrena ſapientes in conſpectu eius, & ipſe Leuitici belli Dux congregauit virtutem in cordibus fidelium opere, verbo, exemplo, & miniſterio illis aſſiſtendo, & exercitium forte pro Fide, atque Iuſtitia ad agonizandum corroborans puſillum Chriſtianorum gregem, ideſt Catholicam Petruxinam plebem, quandiũ eam ductauit.

Ann. Chriſti 1616.

Quę fecerit deſcribuntur

APPENDIX
COMMVNIS
Fr. Fr. ANDRAE SCALENGHENSIS, FRANCISCI BVGELLENSIS, & ANGELI TAVRINENSIS (BONONIENSIS vocitati) Concionatorum.

I. QVi per elapſa ſæcula, & diſcreta tempora diſgregata geſta, vel geſtorum diſperſam notitiam congregare nititur haud ità facilè factorum memorias continuata ſerie, & congruo ordine diſpoſitas ſimul & ſemel colligere valet: quinimmò antiquorum monumenta, etiam ſolicitè reuoluens, atque antiquos dierum ſedulò interrogans, pariter & præteritorum memores accuratè examinans, vix memorandorum quædam Ætherogenea fragmenta, & priſcorum memorabilium anonyma fruſtula recolligere aliquando præualet. Experientia admonitus eloquor: Inquirenti enim mihi iamdiu, ideſt per quinquennium perſcrutanti à Capuccinis prædeceſſoribus noſtris Euangelicis Operarijs in Apoſtolicis Subalpinarum Vallium Miſſionibus, per quindecim elapſas olympiades, in Eccleſiaſtici Regni prouentum præſtita præclara facinora, vix in fine luſtralis inquiſitionis, ſi non completam, atque plenariam, ſaltem ſufficientem & Apoſtolicorum actuum, & Euangelicorum operariorum cognitionem ſum aſſecutus. Hinc eſt, quod cum ſerò, nempè compoſita iam, & ratiocinata Calculorum Petruxinæ huius Miſſionis ſerie, ex ſeniorum quorundam Patrum veridica relatione, tergeminos inſigniores Apoſtolicos Pugiles in Petruxina Statione viriliter decertaſſe mihi certò innotuiſſet, incerto tamen, & præciſo ignoto tempore, & anno, ne aut egregiis facinoribus debita recordatio ſubtraheretur, & ſubtraheretur; aut deſcriptorum Calculorum ſtatutus iam ordo perturbaretur; Trium ſtrenuiſſimorum Athletarum memoriam huic peculiari appoſitæ appendici cõſignare decreui.

II. Fratres igitur Andreas, Angelus, & Franciſcus tergemini fratres, & Capuccini Agonothetæ, fauſtum equidem trinum & propitium triangulum, in Eccleſiaſtico myſtico Cælo efformabant. In remoto namque cuſtodiali Petruxinę Vallis angulo Stationarij retrogrados, & callidum Mercurium, & vaferrimum malignum Saturnum reddere curauerunt, hoc eſt dicere: Pſeudodoctorum, & Pſeudominiſtrorum Sectariorum callidiſſimam & hæreticam vafritiem illudere, atque elidere ſtuduerunt: dogmatizando, & pro veritate agonizando, diſputationibus pariter, & religionarijs, ac litterarijs publicis, ſeù priuatis congreſſionibus impoſtores, & circulatores Prædicantes confutando, reduces catechizando, ſimplicium catechiſmũ iugiter exercendo, Sacroſanctum Domini Noſtri Ieſu Chriſti Euangelium pro ſuggeſtu explicando, legitima dogmata confirmando, & ſpuria validiſſimè infirmando, pariter ac reprobando: publicè, & per domos circumeundo, vt errantes deuios ad viam veritatis, & ſalutis faciliùs manuducerent, & deceptos tutiùs reducerent. Vnde & Sacramentorum in adminiſtratione, & in ſacrorum cultu, ſimul & veneratione Sacerdotibus Parochis inſeruiebant, ac cooperabantur: Charitatis, & vtriuſq; miſericordiæ operibus præſtandis inſiſtebant, iuuandis proximis ſtu-

Ipſi quia pręclaræ erant conditionis præclaras actiones præſtar: ſtuduerunt.

debant, ſubleuandiſq; miſeris Inſtabant: ſcandala, offendicula, & rixas de medio tollere feſtinabant: iurgia ſedabant, ac lites componebant: Eccleſiaſtici tandem ſpiritualis Regni accrementa promouere, & hæretici Antiregni decrementa procurare accelerabant hi tres celebriores, & inſignes Pugiles, vt erant non mediocris conditionis homines. Primus namq; Fr. Andreas nobiliſſima Plozaſcorum Comitum progenie exortus, Sacræ Paginæ profeſſor erat eximius, & Declamator egregius: Fr. Angelus Taurinenſis Ciuis, & Patricius, in Bononienſi Prouincia Capuccinorum Religionem ingreſſus, & regulam profeſſus, tandem in patriam regreſſus, aduerſus religionarias acies in Eccleſiaſticis caſtris militare voluit: Fr. Frãciſcus in Bugellenſi Vrbe natus, & de honeſta familia progenitus, Minoritanum inſtitutum cum ſuſcepiſſet, & diù apud Capuccinos intra domeſticos lares virtutibus incubuiſſet, Clauſtra per obedientiam egreſſus, ad Eccleſiaſtici Regni limina in Petruxina Valle, & Villa aſſeruanda, & propugnanda digreſſus eſt, & quandiu Apoſtolico Miſſionis operi incubuit, præclara plura præſtitit, nec ſpiritualia dumtaxat, ſed & materialia, religioſo acquiſito iam habitaculo neceſſaria nonnulla incrementa ſuperſtruendo, & ſuperaddendo.

CALCVLVS DECIMVS

Fratris ISIDORI à BVSCA Concionatoris, per annum 1617.

I. SVpervenerunt, hoc anno, Hiſpanorum agmina Vercellas inſignem Pedemontani Principatus Vrbem obſidentia, & expugnantia, accurrit cum auxiliaribus copijs Sabaudus Dux vt propugnet ad Inſubriæ conterminos, Gallicis igitur in liminaribus, in quibus frequentius tumultuantur Schiſmatici, Cuſtodes Euangelicos vigilaces ſtatuunt Apoſtolici certaminis Agonothetę; Petruxinas igitur excubias Fr. Iſidoro à Buſca, Caſtris in Eccleſiaſticis militare ſolito, commendant. Hic ſuccinctus ſemper lumbis incedens, ab omnibus terrenis affectibus expeditus, lucernam prætij fulgoris, ſanctioris exempli præteferebat, manibus, ideſt operibus geſtans: quibus munitus, atque Euangelico verbi mucrone ſemper armatus, & fideles defendere, & perfidos ex-tempore ſalubriter offendere valebat. Occurrebat ex-induſtria ſimplex, ac prudens hic Seraphicus Cuſtos irruentibus prædonibus, ideſt Prædicantibus Caluinicolis, aduerſum quos, pro inito dogmatico luctamine validè decertans, contra decertantes Therſites terga vertere compellebat aduerſum Sectariorum Archimandritam in arenam publicè aliquando Fr. Iſidorus deſcendit, & cum præualente iuſto, ac vero, falſitatis, ac impietatis defenſorem iniquum obmuteſcere contigiſſet, frementes confuſi, & deuicti, hæretici Agoniſtę adſtantes perduelles Aſſeclę, quod pugna ille nequiuit, pugnis hi aſſequi voluerunt, & quem codicibus ille proſternere non valuit, calcibus iſti iniurioſè percutere non dubitauerunt: contumelijs igitur, & opprobrijs primo affectum, poſtremò verberationibus, & percuſſionibus nequiter ſunt proſecuti, quorum tamen iniuſtas perſecutiones ęquanimiter, & longanimiter ſufferebat gaudens, atque exultans, quia pro his omnibus grandis merces repoſita eum manebat in Cęlis. Mala igitur ſuſtinendo, à noxijs verò abſtinendo, & bona immò meliora cuncta pro virili pręſtando, annualem ſuę Cuſtodię decurſum abſoluit, vt nouum excurſum alibi exordiretur.

Ann. Chriſti 1617.

Aduerſus aduerſarios Catholicæ Fidei, publice in arenam deſcendit Fr. Iſidorus.

Opprobrijs, contumelijs, percuſſionibus &c. impetitur, quibus gaudens, ſuffert.

CALCVLVS VNDECIMVS

Fratris GERVASII TAVRINENSIS Concionatoris, per annos 1618. 1619.

I. CVm extraneis alienigenis, his temporibus, inito pacis fędere, intra domeſticos lares cum indigenis iurgia ſuccreſcunt: pacem namque diuturniorem non patitur Antichriſti Regnum, ſiue potius Tyrannis. Lucernenſis Vallis Caluinicolę ſtatuta ſibi ſemper limina violantes, circa hęc tempora, nulla Ducalium edictorum hàbita ratione, heretica cadauera Catholicis Cœmeterijs inſerere, & humare etiam armata manu violenter tentauerant: vnde Tribunalibus declaratis exceſſibus recognitis, & iudicatis, grauior tranſgreſſoribus eſt indicta mulcta, quam Conuallicolis Petruxinis, & Petronibus per partes ſubire, & perſoluere renuentibus perſtrepere, & tumultuari iterum, immo iuxta ſolitum, occeperunt &

Ann. Chriſti 1618.

Perſtrepunt, & tumultuãt Hæretici.

acerbiùs

acerbiùs Catholicis miniſtari, duriùſque cum eis agere, tam publicis quam pro priuatis negotiationibus. Turbulentam igitur, & ſępiùs turbinibus ſeditionum exagitatam ad hanc Petruxię Cuſtodiam, deſtinatus, hoc anno decimo octauo ſupra ſexcenteſimum millenum, aduenit inuigilaturus Fr. Geruaſius à Taurino Concionator pręclarus, Theologus non ordinarius: quietus, & natura feruidus, & ſpiritu Seraphico feruens, Fidei ſimul zelo exęſtuans opportunitatem miniſterij nactus, vix aliquando conſiſtere valebat, quin pręclarum aliquod, pro Spirituali Eccleſiaſtico Regno promouendo, facinus adoriretur molliendo, aggrediendo, perficiendo, & conſumando, Catholicis vt faueret, ac foueret: hęreticis verò vt aduerſaretur, prohibendo malum, & prouocando ad bonum. Gracilis igitur, igniæque temperaturę expeditus, & celeris indefeſsè circuibat, pręedicabat, catechizabat, credenteſque melius ſapere edocebat, & inſcientes inſtruebat, male autem ſapientes, ideſt Caluiniſticè deſipientes acriùs arguebat, diſputando coarguebat, laceſcebat ad bona immò ad meliora prouocabat, vt fideliter ſaperent inuitabat, & vt deſipiētes reſipiſcerent validiori dogmatę, ſaniori doctrina non minus quàm religioſo Apoſtolico exemplo peruregebat, ſicque ſolicitiori ſolertia ac diligentia demandatum opus proſequebatur.

Miſſus aduenit feruidus, & zelans Fr. Geruaſius.

Demandatū ſibi opus proſequitur.

II. Incerto adhuc, conductoq; vel commodato domicilio, ſęcularibus cohabitantes Religioſi Excubitores vtebantur: quamobrem ſagax, ac prouidus patrisfamilias Cęleſtis, villicus Fr Geruaſius idoneam ſimul & congruam domum, Petruxinę ipſius in Villę vertice ſitam, à cohabitationibus vniuerſis mediocriter diſſitam, ac diſcretam, ipſa ſub Arce poſitam pro Apoſtolica Statione à Catholicis coemendam curauit, & pro iuſto perſoluendo pretio, de ſuis quotidianis alimentis, detractos mille flurenos currentis tunc pecunię contulit. Inde cohęrentem hortulum dono acceptum, ipſe cum ſocio excolere occeptauit: ſicque ope, & opera religioſum domicilium ſucceſſoribus Capuccinis Operarijs parauit, ſicuti publicis tabulis deſcripta chirographa, ſiue ſyngrapha conteſtantur Quibus, & ſimilibus pietatis, atque charitatis in indigentes, ęgrotantes, atq; neceſſitatem extremam patientes ſingulariter, & liberaliter pręſtitis, teſtatum reliquit ſuę Miſſionis tempore, ſe non ſterrentem ſtetiſſe, ſed ſolertem actitaſſe, perpetuò per biennium inibi commoratum.

Ann. Christi 1619.

De ſubtractis ſibi quotidianis alimonijs idoneam Domū, pro Apoſtolica Statione coemit.

Hortulumq; coniunctum acceptat.

CALCVLVS XII.

Fr. ARCHANGELI à MOXIO Concionatoris, per annos 1620. 1621.

I. OMne quidem Hæreticorum genus malum, immò peius, ſed Pſeudopaſtorum & Pſeudomagiſtrorum peſſimum, & pluſquam nequiſſimum: ſuis namq; placitis vt obſequantur populi, obſequentibus cuncta ſiue Diuina, ſiue humana Eccleſiaſtica, & Sæcularia Iura conculcare, non permittunt modo, ſed vehementiùs perſuadent. Effrænem igitur ſuper hos Vallicolas Tyrannidem exercentibus, præindicati generis perduellionibus, ad Petruxinam Miſſionem acceſſit Fr. Archangelus à Moxio, Vercellenſis Diœceſis. Qui in Prouincia Romana & habitum indutus, & Capuccinæ Obſeruantiæ rigidioris profeſſionem emiſſus, poſt aliquot annos ad Ianuenſem Prouinciam tranſmiſſus, in Pedemontana patria regione Scholaſticæ Theologię, ſub Fr. Ioanne à Montecalerio, eminentiori Theologo, poſtea Generali Miniſtro, operam dedit. Vnde tandem & Concionator Euangelicus, & Theologię laureatus euadens, Apoſtolico ſuſtinendo oneri in Petruxina Statione ſufficitur. Concredito igitur ſibi muneri & mentem, & manum vbi primùm applicuit, benignè, humaniterque cum omnibus verſando, & conuerſando, cunctis ſe ſe gratum, atque beneuolum exhibebat, vnde facile vniuerſos ad Fidem amplexandam, & bonis operibus proteſtandam admonebat, ac ſuauioribus monitis, ſimul & religioſis exemplis, nec non integerrima conuerſatione alliciebat. Leuiticum proprium miniſterium omni diligentia, & ſolicitudine adminiſtrabat, opitulando, ſuccurrendo vel ſpiritualiter, vel corporaliter cunctis indigentibus, & ad ſe accedentibus, quibus ſpiritualia, ſimul & corporalia ſubſidia pro viribus impendebat: prædicationi ſignanter, & rudium inſtructioni incumbendo, Sacerdotibus Rectoribus cooperando.

Ann. Christi 1620.

Emiſſus aduenit ad hāc Miſſionem F. Archangelus ex Romana Prouincia in Pedemontana tráſlatus.

Leuiticum Miniſterium omni ſolicitudine adminiſtrat.

Licèt autem à ſæculi conuerſatione ſemotam naturaliter vitam diligeret; ſolicitiùs nihilominus in excubijs ſuæ Cuſtodiæ inuigilabat aſſiduè. Vnde geminos cum deprehendiſſet deprauatores Pinnachiæ vnum manifeſtè hæreticum: Petruxiæ alterum ſub Catholiciſmi oſtentata foris profeſſione, Caluiniſtam intrinſecus detectum; Ille contra promulgatum, & præſcriptum fas, extra indultos limites

degens,

Ludimagiſtros hæreticos à Petruxina Valle Iuribus expulit

degens litterarium ludum, ſeu potius Caluiniſticum delubrum aperuerat, vt Chriſto, & Eccleſiæ Catholicę illudere, & ſeipſos, ac propriam ſalutem deludere, doceret adoleſcentulos: Fr. Archangelus coram Tribunalibus, productis, & allegatis legitimis iuribus pro temerarijs violatoribus, & præſtigiatoribus eijciendis, tandiù perſeuerauit interpellare, quandiù Sectariorum patrocinio, & tutela ſuffultos, eijciendos deluſores Iudices diſtulerunt eliminare: vnde denique nequitię præualente iuſtitia deceptoribus expulſis, Protomagiſter acquieuit, frementibus tamen, & furentibus aduerſarijs.

Pſeudoprædicãtes publicis, & priuatis congreſſionibus interpellat, & aliquãdo nũdinarũ tẽpore adſcitoSocio Fr. Ambroſio a Mõtecalerio.

Sed ille non requieuit, alterum namque iuſtitiæ conſtupratorum agmen, nempè Pſeudoprædicantium aciem exagitare occeptauit, & perdurauit, pro opportunitate interpellando, prouocando, & congrediendo, non priuatim modò, ſed & publicè, ideò cum aliquando Petruxię in Oppido ſolemniores nundinę celebrarẽtur, ad quas Pſeudodoctorum agmen conueniſſe intellexerat, adſcito Commilitone Fr. Ambroſio à Montecalerio, in Petreti excubijs tunc degente, verſipellium aciem ex-tempore aggrediuntur, ſolemne ad dogmaticum certamen eos prouocantes, qui ſpecioſos excuſationis titulos prætexantes diuerſos, tandem domum verſus (in ſuburbijs Oppidi pugnę locum aſſignantes) egrediuntur quidem, & ad propria progrediuntur, ſed nunquam regredientes eos conſpexere præſtolantes Capuccini Coauthagoniſtæ. III. Ann. Chriſti 1621.

Illius Sermocinationibus ſeptem Caluino terga vertũt, & Chriſtianę Fidei nomina dant.

Fugientibus autem rapientibus lupis, vrſis, vel Caluiniſticis leonibus, nonnunquam perſtans in ſtadio, ſiue in Euangelico campo Fr. Archangelus dimiſſam, & derelictam ab illis prædam colligebat, nam ex illius ſiue diſceptationibus validioribus, ſiue efficacioribus ſermocinationibus Orthodoxas veritates perſpicientes, & deprehendentes, ſiue comprehendentes olim decepti homunciones, dolentes quàm-maximè ſe hactenus præſtigiatorum faſcino dementatos, ad Catholicam Fidem, & Romanam Eccleſiam conuertebantur: ex quibus ſenos ſolos diſcretè ad nos delatos conſignamus. IV.

Iuſtorũ limitum violatores Hæretici, pertẽtãteſq; erectionem noui Sacrilegi Templi, contra ſe opponit Fra. Archangelus

Seditioſis Schiſmaticis, & armentis, & armentarijs *Sectarijs* ductoribus illud verè, & appoſitè conuenit, quod vulgari prouerbio fertur: *Hic iacet qui nunquam quieſcit, nec alios quieſcere permittit.* Iacent quidem miſeri, errantes hæretici, in carnis ſterquilinio, & deturpatę Religionis, ſiue profeſſi ſacrilegij putrido ſtercore computreſcunt, volutantes ſe continuò in volutabro luti. Sic tamen ſordeſcentes nequaquam quieſcere volunt, ſed perpetuò iuſti limites tranſilire, & iuſtitiæ confines violare, atque vſurpare contendunt. Fr. igitur Archangelus in ſua Cuſtodia peruigilans, dum Petruxię Vallis Villas apoſtolando perluſtraret; deprehendit vetita plura hæreticos molitos, & molimina pertentaſſe: inter hæc ſacrilegum delubrum in Vico Dibloni interdictis in terminis exædificaſſe, & conſtruenda nonnulla ſimilia iam præparaſſe, quare Fr. Archangelus haud in excubijs dormitans, ſtertens, aut oſcitans adſcito Coapoſtolico Operario Fr. Ambroſio à Montecalerio, proxima & ipſe in S. Martini ſpecula vigilante, ſimul Taurinum ex-tempore ire pergunt: Reuerendiſſimumq; D. Nuncium Apoſtolicum conueniunt, coram quo nefariam perduellionum vſurpationem, & ædificationem exponunt, pro reparatione expoſtulantes: quibus zelotes Antiſtes cum validiori ſæcularis Principatus brachio temerarios hos auſus reprimẽdos indicaſſet, inſtantibus Apoſtolicis viris ſuadet, vt exporrecto memoriali Catholico Carolo Emmanueli Duci, contumacium nequiora conamina annuncient, efficax ab eius poteſtate remedium humiliter interpellantes. Acquieſcunt Capuccini, Principis pietatem ſupplicibus libellis pulſant, & ipſe pro repellendis temerarijs conatibus ſuperioris iuſtitiæ Magiſtratibus, Primarioque Præſidi tranſmittit mandata. Iuridicè igitur ad cauſæ cognitionem dum proceditur, per Delegatos Adminiſtros, & coram Tribunalibus dum ęquiori trutina pẽſantur Caluiniſtarũ inobedientium crimina; Fr. Archangelus ſui muneris, ac oneris Apoſtolici expleto biennio diſceſſit, ſucceſſorem in Excubijs accipiens Fr. Ioannem Vercellenſem, vt ſequenti Calculo damus. V.

CALCVLVS XIII.

Fr. IOANNIS VERCELLENSIS Concionatoris, per annos 1622. 1623. 1624. 1625. 1626. 1627. 1628.

ADmonitus à Capuccinis Vigilibus (vti ſuperiori Calculo ſignauimus) Sabaudus Princeps dum emiſſis lictoribus, cum Iudicialibus faſcibus, Senatoria ſecure amputare nititur; rebellantium Sectariorum Hæreticæ Hydræ repullulantia germina, & Aſtreo mucrone Caluiniſtica temeraria cona- I. Ann. Chriſti 1622.

mina reprimere, atque diſſoluere ſeu interimere ſatagit: Gygantea monſtruoſa illa terrena, quin infernalis Saturnia proles in dies magis in Deum ſæua, in diuos iniqua, aduerſus Cœlum inſurgens, contra Eccleſiaſticum Regnum deſæuiens, montes aggerare, petrarum aggeres contra fas erigere non ceſſabat, plura namq; jam iam profana Phana conſtruxerant extra toleratos limites, ſimul & Babellis turrim, ideſt Pinnachię pinnaculum ſuperbię extollere accelerauerant: Petruxinę Vallis Caluinicolę incolę hæreticę confuſionis, tyrannicę defectionis, & violentæ vſurpationis Regnum in terra Sennaar, impietatiſque ſolium ſtatuere conantes, cum interim Fr. Ioannes Vercellenſis Capuccinus Leuita ad illas deſtinatus aduenit. Durioribus ſilicibus depetraſcendis nullus valet, quod facere præualet ignis, ignitum ergo virum petreos ad Vallicolas vel emoliendos, vel conſtringendos eligunt, vocant, ordinant, atque mittunt Sacri Præſules: quia ſi vultis ſcire Ioannes ipſe eſt Elias, ideſt Fr. Ioannes non in perſona, nec in æqualitate, ſed in ſpiritu, & analogia nuncupari rectè valebat Elias. Seraphici namque Patris alumnus, Seraphico lacte ſeu ſpiritu alitus, ſeraphim quaſi calculo incenſus, zelabat acerrimè zelum Legis, vnde Euangelicum ignem ore promẽdum præ ſe ferebat, & charitatis incendium vbique excitare geſtiebat. Sacer namque cum eſſet Capuccinus Orator plus, & magis ardere, atque incendere, quàm ſplendeſcere, vel irradiare ſatagebat. Lucebat quidem in eius manibus accenſa lucerna præclarorum facinorum, quinimmò totum equidem corpus eius lucidum apparebat, quia ipſius intentionis, & propoſiti candidioris, oculus purus, ac rectus, ſicut lucerna fulgoris ipſum illuminabat, ſimul atque clarum in profeſſione præclarumque in opere demonſtrabat: fulgebat apud ſuos intra Cœnobitica Minorica Capuccina Clauſtra regularis exactioris obſeruantię radijs, nec non Euangelicę perfectionis ſplendoribus: Quamobrem accenſam lampadem, non ſub modio, ſed ſupra candelabrum Apoſtolici muneris Præfecti operis ſtatuere voluerunt, vt qui ingrederentur lumen viderent, in domo Dei præfulgens, dum ſplendidioris Crucis, ſiue Crucifixi formam gerere, vult Fr. Ioannes corde, ore, opere.

Iniqua conſtibus Hæreticis Petruxinis ad illos accedit Frat. Ioãnes Vercellenſis.

II. Qui ad vrgentiorem hanc Petruxinam Cuſtodiam miſſus, hilaris & exultabundus acceſſit ad opus eo libentius, quo difficilius, difficillimum autem mihi fuerit, exactè, & plenariè enarrare, vel calamo exarare quot, & quales Fr. Ioannes in demandato ſibi hoc miniſterio ſudores, & labores exanthlauerit, quot angores, ærumnaſque pertulerit, quot afflictationes, neceſſitates, perſecutioneſque paſſim paſſus fuerit: perpetuò diſcurrendo, ac peragrando per oppida, & Conuallis Villas prædicando, docendo, confutando, confirmando, inuitando, adhortando, deterrendo, pariter ac dehortando. Feruentiori adeò ille impetu ſpiritus perferebatur; vt frequentiùs profeſtis diebus, vna eademque diurna luce, non ad vnum, ſed ad diuerſos, eoſque diſtantes Pagos curſitando perueniens, diuerſas feruentioreſque populis ſermocinationes proponeret, atque abſolueret, diutino, & diuturno ieiunio ſimul, ac labore fatigatus. Poſtquam enim matutinam refectionem ſpiritualem pro concione fidelibus in mane propoſuerat, & exhibuerat, pro ſucceſſiuis, ſiue à prandio, ſiue à veſperis reliquis horis, meridianam, vel veſpertinam animabus cœleſtem Diuini pabuli comeſtionem pro Catechiſmo ſuperaddebat: cum vix ipſe ſemel in die ſuſtentationi naturæ neceſſariam alimoniam, vtcumque ſibi oblatam deguſtaret. Eſuriebat ipſe corporaliter, vt ſpiritualiter eſurientes ſatiaret bonis: ieiunabat in carne, vt ſpiritu ieiunos ſaturaret abundantius, & vt penurioſi abundarent, ſciebat ipſe penuriam pati, egere, vt egentes diteſcerent.

Fra. Ioannis pia facinora cõpletè enarrare, difficillimum.

Ann. Christi 1624.

Summariè deſcribuntur

III. Probè nouerat Fr. Ioannes, ſeipſum debitorem exiſtere non Latinis ſolis, ideſt Fidelibus, ſed & Græcis, hoc eſt Schiſmaticis, nec modo ſapientibus, verum & inſipientibus, nec dumtaxat domeſticis, quin & barbaris, montanis, ruſticis, & inexcultis homuncionibus: quapropter non inferiores partes tantum Petruxinæ Vallis perambulabat in complanis, ſed & ſuperiores aſcendebat reptans, & ſcandens difficiliores rupes, iuga, & culmina montium ſuperans, pedeſter, atque nudipes glacies, niueſque calcans, per brumę tempora acerbiori frigore obrigens, & algoribus obſtupefactus, vel ſeminudo corpore, & vel nudis pedibus gelu conſtrictis: diſſolutis è contrario, caniculari ardore viribuſque reſolutis: madefactus vel intrinſeco ſudore, vel deſuper irruentibus imbribus ferè ſubmerſus. Per æſtiuos menſes præ nimio anhelans calore, ſiti arctatus, ſimul & inedia veluti conſumptus, intolerabiles per aquas torrentium, & innundantium fluminum pertranſiens, aſperiora, & petroſa per itinera pergens, ſylueſtres ad populationes; alpeſtria ad habitacula, vel potius ferarum ad cubilia vt perueniret, atque ſic feros habitatores Syluanos, Faunos, & Satyros conueniret; quibus Verbum vitæ, vitales veritates, vera dogmata chriſtianę diſciplinę rudimenta humaniſſimè, & patienter tradebat, porrigebat, frangebat, ſorbibanda veluti tenellis infantulis offerebat, incredibilique facilitate porrigebat, quaſique inſtillabat. Ne autem pauperculos hoſpites apud quos neceſſariò diuertere aliquando contingebat,

Verbum Dei voique Euãgelizat non ſolù in cõplana, ſed & cacumina môtium ſcandit per æſtiuos calores, & brumales frigora.

commeatu

Apud pauperes diuertens ſecũ panis fruſtula portat.

commeatu grauaret; paucula quædam panis fruſtula ſecum ipſe circumferebat, quibus neceſſitati naturę interpellanti congruo tempore ſatisfaciebat, ſitis vrgentioris æſtum frigidioribus lymphis reſtinguendo. Vbicumque autem diei lumine recedente, ſuperuenientis noctis vmbrę eum deprehendebant, ibi ſuper fænum, vel vile ſtratum in antris, ſiue caulis aliquantulum ſe ſopori, & quieti committebat; donec perſoluendis Diuinis laudibus interpellaret noctis medium, vſq; dum eluceſceret dies: tunc enim vt Lucifer cognoſcendę veritatis orietur in cordibus ſedentium in tenebris, & vmbra mortis, nec dum lucis orto ſidere, exibat homo Dei ad opus ſuum Apoſtolicum, & ad Euangelicam operationem vſq; ad veſperam, vt veſpertilionibus, & nicticoracibus, ſeu noctuis auibus largiretur claram, ac lumen veſpere, quo vita nuſquam decidat, ſed in veſpera mane ſplendeſceret.

IV.

Carolus Emman. in Petruxina Valle exercitum mittit ad deſtruenda Tẽpla hæreticalia.

Ab incepta, immò conſueta, & inueterata malitia, proteruia, & inobedienti contumacia nequaquam recedentes, ſub his temporibus Schiſmaticos Sectarios Petruxinos Hæreticos, quinimmò in aſſerta Iurium, & limitum violatione per Phanorum, & pinnaculorum vetitam erectionem perſiſtentes Carolus Emmanuel I. Dux, atque legitimus Princeps ab Apoſtolicis excubitoribus de deſertorum iniquis moliminibus exactè admonitus, armis coercere decreuit; vnde in contumaces ſui exercitus parte immiſſa, iuſtè eos pulſari iuſſit, donec ſena constructa deluhra, (ſicuti fuſius proprijs numeris ſignamus) & Pinnachlę, vel potiùs Nembrot turrim vix erectam diruerent, & ſolo æquarent: quod ex templo præſtitum eſt. Contra quos namque non valebant iura, præualuerunt vires. Superuenientes igitur, & Petruxinam Vallem inuadentes, atque ingredientes armatę Principis turmæ ſub Generali Luſtratore exercitus Comite Camillo Taſſino Sauilianenſi Patritio, primò appulerunt ad SanctiGermani hæreticum Oppidum, ipſo in Vallis ingreſſu conſtitutum, in quo ſtatutum rebellionis præſidium videbatur, vnde & impietatis propugnaculũ priori impetu fuerunt aggreſſa Catholica Caſtra, circiter decurrentis præſentis anni principia, menſibus ſcilicet Februario, vel Martio.

Ad militares copias accedit, ſpiritualem opẽ pręſtaturus.

Ann. Chriſti 1684.

Vbi igitur primùm accepit Fr. Ioannes auxiliares copias in ſubſidium Fidei, & perfidię ſupplicium, à pio Principe emiſſas aduenisſe; ipſis ad Vallares fores occurrit, expeditèque acceſſit, proprij Sacerdotalis, ſiue Leuitici miniſterij opem, & operam credentium copijs exhibiturus, atque intrepidè præſtaturus. Accedentibus igitur ſacratioribus quadrageſimalis obſeruantię diebus, diffuſis militibus per pagos, vicos, & populationes illas ad Vallis atrium cœpit, & ſacrum Dei verbum, & Sacramenta adminiſtrare, quod vt commodiùs, & honeſtiùs præſtaret;

Profanum Phanum Sãcti Germani emundat, & aptat Sacroſanctis Myſterijs perficiendis.

profanum Phanum SanctiGermani, Sacris adhibitis ritibus (pro vt opportunitas exigebat) emundauit, atque Sacroſanctis perficiendis myſterijs aptauit. Ibi namq; Catholicum Miſſę Sacrificium offerebat, & militantibus Sacrum Diuini Verbi commeatum opportunè impendebat, pro concione docendo, adhortando ad iuſta, ab iniquitate dehortando, militibus conſulebat; vt ſuis ſtipendijs contenti, à rapina, cædibus, violentijs, atque oppreſſionibus abſtinerent, Deo ſubiecti, Duci fideles, pro Fide iuſtè ſimul, & religiosè militarent.

V.

Per Vallares Villulas, etiã in montanis, diſperſos milites quæritat, vt edoceat.

Verùm non in ſolo SanctoGermano germanam Euangelicam ſolicitudinem, atque charitatem exercebat: quin licèt rigidioris brumę deſęuirent algores, licèt altiores niues, & denſiores glacies communia itinera occuparent, frigidiores licèt niterent Aquilones indefeſſus nihilominus Fr. Ioannes circuibat, immò circumcurſitabat diſperſas per vallares Villulas, atque vicinia diſtributos milites etiam in montanis, & difficilioribus ſtationibus excubantes, vt conueniret, edoceret, inſtrueret, commoneret, & Sacro pabulo ſpirituali reficeret, interim ſemper ipſe ieiunus; cùm verò refectionis percipiendæ neceſſitas afforet; cibus obuius, qui mortem potius arceret, quàm delicias ſubminiſtraret. Aderat panis nempè, vt plurimum, hordacei fruſtulum, & pauxillum aquæ, ſopori verò ſiue nocturnę quieti ſtratum, vel ſtabulum in tuguriolo deſeruiebat. Vnde hic vir potens in opere, & ſermone, coram fidelibus illis agminibus, & hominibus multum profecit, quamplurimos namque ex his, de quibus appoſitè quidam cecinerat: Nulla fides pietaſque viris, qui caſtra ſequuntur: ad aggrediendam, & proſequendam pœnitentiam adduxit.

Pœnitentiæ fructus quãplurimos colligit.

Ex facinoroſioribus militibus quoſdam ad Deũ cõuertit, eorum peccatorum expiatione generalem totius vitę.

Enumerabantur inter deſcriptos Catholicę aciei in albo, proſcripti quidam, & facinoroſiores Chriſtiani homines, qui hactenus plus proprię, atque proximorum perditioni ſtuduerant, quàm ſaluationi: animę namq; ſaluandę nullam pœnitus, carni verò ſaginandę plurimam impendebant operam; pietatis opera ignorabant, iniquitatis opus perpetuò proſequebantur, inimicitijs, rixis, cædibus, interfectionibus inhiantes. Hi igitur perditi gladiatores, deſpecti, & humillimi Capuccini Sacri Oratoris exemplis, & efficacioribus perſuaſionibus permoti, ſupernaturali Diuino auxilio coadiuti, vt ad Deum rectè redirent, ad cor ſuum ante redierunt, excuſſa namque adamuſſim, neglecta prius, & hactenus indiſcuſſa, indiſcriminataque propria conſcientia, coram Fr. Ioanne generalem

totius

totius anteactę criminoſę vitę expiationem Sacramentalem perfecerunt, quam à plurimis iam annis prætermiſerant: nequaquam tamen prætermiſit ipſe, & iis, & cæteris vniuerſis commilitonibus quandiù in acie contra rebelles ſteterunt intra Petruxinos limites ſpiritualiter, & corporaliter deſeruire, ſignanter vel ſpiritu, vel corpore ægrotantibus, quibus religioſæ charitatis ſoliciriora obſequia indefeſsè exhibebat.

VI. Quoniam verò tandem aliquando deſipientes hi Vallicolę Petruxini legitimę Eccleſię, & Dominationis deſertores, reſipiſcere voluerunt, ſaltem ex parte oſtentauerunt, deiectis delubris, & perfidię turribus, proprio naturali Principi obtemperantes, illiuſque iuſſa perficientes, ſapientium plurimorum, Fratriſque Ioannis præcipuè admonitionibus, atque dehortationibus commonefacti, ideóq; factum eſt; vt ipſiuſmet anni circiter Paſchalia tempora, emiſſę militares copię à Petruxinis terminis, & agris reuocarentur. Illis autem recedentibus, nequaquam pariter recedebant grauiora illata rebellantibus damna, Martialibus ſcilicèt aggreſſionibus illatę à militantibus ruinę, & depopulationes, quas pertimeſcentes ipſi fideles Vallicolę tam Clerici, quam Laici de medio Babylonis fugientes receſſerant de medio Amalech. Quamobrem antequam proprij abſentes Paſtores ad congregandos, & curandos ſuos greges regrederentur, ſolitario Fratri Ioanni Capuccino Operario Eccleſiarum illatum cura incumbebat; nec ſuccumbebat intrepidus Athleta, aut decumbebat in ſola Petruxię Statione, quinimmò communis boni ſolicitudine exſtimulatus, atque exagitatus ſolicitè indigentibus vniuerſis præſtò adeſſe feſtinabat peragrando, prædicando, atque omnimodè miniſtrando: diſperſos credentes congregabat, errantes reducebat, reductos atque congregatos confouebat, confirmabat ſimul, & ad meliorem ſpem prouocabat, & erigebat.

Abſentibus Clericis, ſiue Sacerdotib⁹, Parochiarũ curam gerit.

VII. Caluinianis Sectarijs ſemper interim ſibi acriter infenſis, non ſolum viris, ſed & mulieribus: hæ quidem deriſorijs, & iniurioſis verbis ridiculis, ſcommatibus, & illuſorijs cachinis etiam à longè illum cum ſocio proſequebantur, Diabolicos homines, ſiue corniferos Dæmones illos proclamantes: illi verò nempè viri minacibus dictis, truci aſpectu, atque toruis oculis religioſos Capuccinos obuios excipiebant, itinerantes inſequebantur, grauiora, & attrociora inermibus comminantes, pedicas, & laqueos gradientibus Apoſtolicis Leuitis parabant: vnde cum nonnunquam Fr. Ioannem per Conuallem progredientem ad opus miniſterij à longè proſpexiſſent; nonnulli hæretici homunciones in ponte ex induſtria compoſito, offendiculum poſuerunt, vt pertranſeuntem aquis vel obrutum, vel ſaltem ab itinere retractum à propoſito opere Apoſtolandi deterrerent, nec eo contenti, cum intrepidum ab aquis eductum, & vndis madidum perſeuerantem in Euangelico opere proſpexiſſent; altera quadam die, dum Apoſtolico Miniſterio incumbens peragraret per Villas, & Vallem Fr. Ioannes, Caluiniſta Sicarius ex inſidijs conſurgens imbellem Sacerdotem aggreſſus, & archibuſio, ideſt pertuſo arcu ferreo, ignita plumbea glande emiſſa conficere tentauit, verùm Diuina manu illæſus aſſeruatus, opus ſuum perficere nequaquam deſtitit, nuſquam namque, ſiue nunquam, aut pauore territus, aut terrore perculſus à demandato ſibi perpetuo præſtando munere abſtinuit, vel ſiluit, multominus ceſſauit.

Ann. Chriſti 1615.

Quam infeſti Hæretici Fr. Ioanni.

Dum Apoſtolico muneri incumbit, inſidias ei ſternunt Heretici, ſed à Deo ſeruatur.

VIII. Quinimmò ipſos ſeditionis, ſchiſmatis, religionariæque defectionis aſſertores, atque incenſores, fautores, & iniquorum tutelares Pſeudoprædicantes infenſiſſimos Eccleſiaſtici Regni hoſtes, & perduelliones litterario, atque dogmatico certamine irreconciliabiliter exagitabat: caſu enim, vel ex induſtria obuios deprehenſos ex-tempore ad religionarem agonem prouocabat, oblata pugna, qua acceptata validis adeò ratiocinationibus, ſimul & allegationibus Antagoniſtas pultabat; vt efficacioribus argumentationibus pariter, & euidentioribus demonſtrationibus contradicere non valentes, propulſati vel manus dare, vel terga vertere cogerentur: Quamobrem poſtquam Apoſtolici Achillis inſuperabile robur, decertandique peritiam Caluiniſtici Therſites ſemel & iterum experti fuiſſent, vel conatibus vniuerſis incurſum deuitare ſtudebant, vel Capuccini Antagoniſtę occurſui indecorè cædere, & ignominioſè fugere non vererentur. Si quando verò euadendi, aut declinandi certaminis, intercluſo aditu, cum Euangelico Pugili pugnare cogerentur; Orthodoxę veritatis vehementia confuſi, deficientibus rationibus, vociferationibus perſtrepebant; quinimmò calumnijs, & deriſionibus victorem hoſtem dehoneſtare ſatagebant, quę ſi non ſufficerent, violentis impulſionibus ſtantem deijcere nitebantur; quod ſignanter ſemel in Petruxiæ Oppido præſtiterunt: cum enim nundinarum die quadam, Pſeudominiſtrum quemdam Fr. Ioannes publicè congrediendo coram populo iniquum perfidię coarguiſſet; detectis palam hæreticę malitię technis, & fraudibus, aſſiſtens quidam impudentior Caluiniſta, ſuæ gentis manifeſtam confuſionem ſufferre nec valens, nec volens, Fr. Ioannem ex-improuiſo grauiter impulſum, grauiori caſu deiecit,

Pſeudoprædicantes ad pugnam prouocat, eoſq; irreconciliabiliter exagitat.

Non valentibus reſiſtere Orthodoxæ veritati ad calũnias, & verbera confugiunt.

Fr. Ioannes à Caluiniſta grauiter percuſſus.

impe-

impetuoſè ad proximum parietem alliſum, & acerbiori percuſſione colliſum.
Caſticolæ huius Minoritę Capuccini integritatem morum, & conuerſationis IX.
honeſtatem ex eo coniectari licet, quod ipſimet religionis implacabiles aduerſarij
illius integerrimę puritati teſtimonia publica reddebant. Cum enim aliquando
falſitatis quemdam Miniſtrum publicè perurgeret impudentię, & luxurioſę liber-
tatis Caluiniſticam Sectam validè inſimulando, proprię conſcientię irrefragabili
teſtimonio conuictus, & confuſus Caluiniſmi profeſſor ſuam gentem non valens
defendere, nec profeſſionem propugnare, Monaſticam Religionem adorſus eſt
impugnare, & Cœnobiticam vitam impuritatis, ac laſciuię notans, ſponſam Chri-
ſti patulis rictibus mordebat, cuius fœtidum (vt patens ſepulcrum) os loquentis
iniqua vt obſtrueret, doloſèque agentem linguam vt compeſceret; illico obijciens
reſpondit cœlibatus propugnator: Quid maledicè de Capuccinę Religionis (vt
de cæteris huiuſcemodi interim ſileam) integritate, & caſtimonię candore obla-
trare, aut detrahere poteris? obmuteſcens ille, & ori ſuo digitum imponens, nihil
inquit, de vobis Capuccinis Cœnobitis minus honeſtum, aut religioſum iuſtè ob-
ſeruandum, aut obijciendum recenſere valeo. Cuius notis inhærens *Hæreticus* &
ipſe quidam Antianus, altera quadam die, poſt dogmaticum eum Miniſtro con-
greſſum pacificè concluſum, ad Fr. Ioannem cõuerſus amicabiliter eum alloquens
coram tota multitudine dixit: Nos Religionarij nihil pœnitus irreligioſi de vobis
Capuccinis ſuſpicamur, contra caſtitatem ſignanter: & ſi quis ſecus quid effutire,
aut malignè exſibillare attentauerit, vel auſus fuerit; iniurioſum calumniatorem
ſcæleſtum, & impium ſeipſum manifeſtabit: cui veridicę atteſtationi alius quidam
& ex Antianis ſe ſubſcripſit, ſuperaddendo (dum Fr. Ioannem alloqueretur) vos
Capuccini legitimi eſtis Apoſtoli à Deo ad has gentes, & Valles emiſſi. Quibus
aduerſariorum teſtimonijs comprobata elucet Capuccinorum Operariorum illi-
bata Integritas, & integra modeſtia, morum honeſtas, atque religioſæ conuerſa-
tionis prudens ſimplicitas.

Doloſã, imò mendacẽ linguam Miniſtri Prædicantis cuiuſdam retũdit, ac veritatem conſiteri cõpellit.

Hæreticorũ veridicũ aſſertum.

Inter Petruxinæ Vallis Villas, vna quædam nec ignobilior computatur ad fau- X.
ces, ſiue fores ſita, quæ propterea Pagus Portarum vocitatur, hæc habitatores ſuos,
in totum ferè ſemper Catholicos aſſeruauerat, donec ſub his temporibus, Paro-
cho Sacerdote iam annoſo ſene cum curaretur, vel potius incurata negligeretur; Ann. Christi 1626.
grandæui Rectoris non tam incuria, quam inſufficientia, atq; inhabilitate, dor-
miente, vel dormitante deſide Paſtore, ex vicinis Caluiniſtarum receptaculis
protinus ab inſidijs inſurgentes adſunt fures, & latrones, nempè Pſeudodoctores,
& Miniſtri Roccæpiatæ, atq; Sancti Germani, qui non per oſtium Orthodoxæ
veritatis Chriſtum, ſed aliunde, nempè per impoſtorem, & hæreticæ prauitatis aſ-
ſertorem Caluinum in ouile ingredi conantur. Conuenientes igitur tres filij Be-
lial, ſcilicet Ex-Præsbiter Apoſtata Mathęus Brancacius, Ioſephus Gianforanus, &
tertius quidam Seductor ſibi ad inuicem condixerunt; vt Portarum Oppidum ag-
gredientes Catholicam Fidem impugnarent, quod nulla interpoſita mora, capta-
ta impotentis Sacerdotis opportunitate, pręſtiterunt; fraudulenter namq; idiotam,
& rudem populum adorientes, ſimplicibuſque carnalia, atq; ſenſui conformia do-
gmata nefaria venditantes, ſophiſmatibus, & hæreticis technis minuſculam plebẽ
circumuenientes, nonnullos iam (ſex ſcilicet familias) Caluiniſticam ad muſcipu-
lam allectos, & concupiſcentia illectos, impietatis laqueis comprehenderant.
Quando Vigilax Excubitor Fr. Ioannes Sectarios lupos in Dominicum gregem ir-
ruiſſe intellexit; vnde licèt ab ordinaria ſuę Petruxinæ Cuſtodiæ reſidentia longè,
nempè quinq; milliaribus, diſtaret Portarum Oppidum, pernix, & velox eò accur-
rens, violenter, & nequiter irrumpentibus hoſtibus opportunus occurrit, cum
coarmigero Sacerdote ſocio Capuccino, atq; nullius inclementioris temporis, aut
laboris habita ratione ex-templo, ſiue in Templo, ſiue in foro, ſiue in domo, ſiue
in agro Eccleſiaſtici illius agelli, in quo inimici homines ſuperſeminauerant ziza-
nia impietatis, culturam exercere enixè conabatur: docendo, arguendo, confu-
tando, confirmando legitima oracula Fidei, atq; fidelia dogmata explicando, im-
pia reprobando, Pſeudodoctores confundendo, reijciendo ſiue pro diſputatione,
ſiue pro concione, ſiue pro catechiſmo indefeſsè inſtando, & acriter euellendis
ſentibus errorum inſiſtendo. Vnde, & breui dierum intercapedine factum eſt; vt
quæ vix apparuerant errorum tenebræ, veritatis ſplendore effugarentur, ſimul &
diſſiparentur iniqua perduellionum commenta, quibus auricularem confeſſionem
præcipuè impugnare tentauerant. Nebulonum namq; detecta malitia, atq; inſci-
tia reprobata, perſtitit in ſuo robore Catholica veritas, quam pariter Dibloni in
Oppido ex parte hæretica lue deprauato, conſtanter propugnauit, & nutantem
validè confirmauit vſque in præſentem diem.

Inſurgunt Seductores diſſemi ſcis Caluiniſ. ... aptata Parochi impotentia, ſexq; iam familias infecerant.

Surgit Vigilax Excubitor Capuccinus, opereq; & ſermone cunctos Catholicæ Eccleſiæ reſtituit.

Huic Fidei negotio cum etiam per otium incumberet Euangelicus Vigil; anima- XI.
duertit mercatorem ſubdolum quemdam hæreticum ex Cluſonia Valle ethero-
geneam mercimoniam profitentem, pluribus cum alijs mercibus damnatos codi-

ces,

ces; ſignanter Caluini catechiſmum circumferre, quos non Vallicolis Sectarijs modò venditabat, ſed & fidelibus Subalpinæ regionis Chriſticolis offerebat, pariter & diſtribuebat, vnde plurima, eaq; haud mediocria incommoda Eccleſiaſtico Regno apud Ciſalpinos, imminebant. Quamobrem ſolicitus obſeruator fraudatorem in dolo comprehenſum, & Tribunali delatum proſcriptis librorum mercibus, mercatorem exilio, ſiue eiectione puniendum curauit.

Mercatorem hæreticũ deprauatos Codices, ſiue corruptos libros vẽdentẽ exilio mulctari curat.

XII. Promouendum perpetuò procurauit Fr. Ioannes Sacrarum Ædium ornatum, atq; decorem, vnde conſtructioni, ſiue reſtaurationi Templorum non mediocrem operam nauauit, quò auguſtiùs, pariter & honorificentius exerceretur cultus Diuinorum. Primum igitur propriæ Capuccinorum ſtatutæ habitationi congruum Oratorium à fundamentis excitatum, & conſumatum copulauit. Parochiale loci Portarum Templum ruinæ iam proximum ope, opera, operoſaq, ſolicitudine inſtaurandum pariter, atque ad meliorem formam redigendum ſategit, & perfecit, ab Apoſtolica Romana Curia emendicatis ſubſidijs: cunctis ferè Vallis Sacellis, ſeu Ædibus Sacris Leuiticæ ſupellectilis aliquid vel in paramentum, vel in ornamentum contulit: mappulas, vela, albas, caſulas, altarium, ſiue tabernaculorum tegumenta, etiam à domeſticis Capuccinorum Sacrarijs accepta procurando. Parochiali Eccleſiæ Diblonenſis Pagi ſericas thenſas ſub quibus honeſtè Sacerdos Auguſtiſſimum Euchariſticum Panem, ſiue pro Sacramento, ſiue pro Viatico deferre valeret, prouidit, cum hactenus indecorè ſatis ſub extenſo linteo, rudibus baculis fulto portaretur. Perduelles Eccleſiaſtici Regni Parochiale Templum Pinnachiæ cum pluries iam Sacrilegijs profanaſſent; nunc ruralibus exercitijs dehoneſtare ſaltem gaudebant, triticeas ſpicas in illo, veluti in area triturantes: quos zelans, veluti Machabæus Sacerdos, Fr. Ioannes inde eiecit, & trituram alibi peragendam indixit, atq; profanatores abiecit.

Eccleſiam erigit, aliaq; Templa reſtaurat.

Emendicatis ſubſidijs, cũctis ferè Sacris Aedibus Sacram leuiticam ſupellectilem, & alia, prouidet.

Profanatores à Sacro Pinachię Tẽplo abijcit.

XIII. Stipendium quidem Apoſtolicæ militiæ debitum, & conſuetum ab Eccleſiaſtico ærario accipiebat ſtrenuus Pugil, & Vigil ſolicitus, verum proprium commeatum in egentium proximorum ſubſidium impendebat liberaliter, & hilariter legitimus Seraphici Patris filius egenis cunctis ad ſe venientibus, & ſtipem petentibus elargiebatur: Pupillorum, & viduarum viſcera congruis præſtationibus reficiendo, atq; neceſſitates grauiores patientibus ſubminiſtrando. Verùm infirmorum, & ægrotantium ſolicitudinem ſpecialiter in corde gerebat; vbi enim primum quempiam infirmantem accepiſſet, ſiue credentem, ſiue incredulum protinus ad laborantem accedebat, aſſiſtebat, adſtabat, conſolabatur, & blandis allocutionibus animum patientis ad meliorem ſpem erigere curabat: inſeruiebat prætera ope, & opera non Catholicis modò ſed multo magis Hæreticis, quibus vel alimenta, vel medicamenta libenter prouidebat perſonaliter tam ipſe, quam ſocius, ægris, & malè habentibus inſeruiendo: non prius ab illorum obſequio recedendo, quàm vel ſanitati reſtituti conualeſcerent; vel extremo morbo correptis, & conſumptis extrema charitatis, & Chriſtianæ Religionis pia officia præſtarent, atq; perſoluerent.

Apoſtolicum ſibi aſſignatũ ſtipendiũ in miſerorũ, & pauperorum neceſſitatibus diſtribuit

Infirmãtibus cunctis fidelibus, & infidelibus Charitatis officia impendit.

XIV. Quibus epitomaricè recenſitis, & pluribus conſimilibus religioſæ pietatis officijs, beneficijs, ſolicitudinibus, atq; vigilantijs vberes prouentus Eccleſiaſtico Chriſti in horreo reponendos recollegit, ex quibus nonnullos ſummarim enumerare proſequor: ex Pedemontana regione adoleſcentior quædam mulier acerbiora plurima domi à viro ſuo perpeſſa, muliebri in virilem habitum commutato, ementito ſexu, deſperationis ſpiritu agitata, domeſticis valedicens laribus, deſperatorum ad aſylum confugiens, Petruxinam in Vallem peruenit, hæreticumq; ad hoſpitem diuertit, profanam deſignans Caluiniſtarum Sectam profiteri, apud quos veluti apud acerrimos facinoroſorum Apoſtatarum receptores, & fautores, ſecuritatis confugium ſe nanciſci, inſipienter ſperabat: miſellæ igitur huius deſperatæ adoleſcentulæ aduentus, & propoſitum vbi primum Apoſtolico Excubitori innotuerunt; nutanti, & periclitanti preſto adeſt ille, errantem ouiculam quæritans, & en in Sectariorum Phano inter hædos, & reprobas capreas ſtantem iam per nuncios intelligit; proſequitur anxius inquiſitor, & opportunus tunc occurrit, quando Pſeudopaſtor proſpiciens fœminam maſculino indumento amictam, & precarios globulos præ manibus geſtantem, conſuetaſq; fidelibus precationes ſubmiſſa voce ſubmurmurantem, argentea cruce e collo pendente, hominem Catholicum ſibi irridentem, vel inſidiantem ſuſpicatus, è ſuggeſtu excandeſcenti voce proclamando, conſiſtentem Caluiniſtarum rituum ignaram mulierculam eijciendam mandauerat. Eiectam igitur, atque ſalubriter confuſam mulierem excipit Fr. Ioannes, & amicabiliter admonitam, blandiſque allectam, de medio Babylonis retraxit, inuentamq; erraticam ouem ſecum reportans receſſit, quam poſtmodum fideli cuſtodię traditam, à maloque propoſito reductam, in Fide firmatam, meliorique ſpe confirmatam, tandem licet difficiliter admodum viro ſuo reconciliatam, & Eccleſiæ, & patriæ, & ſaluti perditam reſtituit.

Ann. Chriſti 1617.

Catholicam mulierem fugitiuã à marito, & ab Eccleſia, de medio Babylonis retraxit, & reconciliatam marito reſtituit.

XV. Quod, & Neophito cuidam adoleſcentiori religioſo præſtitit: qui Clauſtra

 fugiens,

fugiens, Clauſtralemq; diſciplinam effugiens, retento ſuæ religionis habitu, Petruxinam ad Vallem, Caluinicolamq; ad cauponam aliquando appulit, apud hunc cum comneſſationibus vacans diuerſaretur; huius Apoſtatæ notitia ad Fratrem Ioannem Petruxiæ Stationarium peruenit. Venit igitur iſte, & fugitiuum in diuerſorio inter reprobos hircos inuenit, quem ſuauioribus prouocationibus de caupona extractum, ſecumq; perductum tantis talibuſq; admonitionibus, cohortationibus, minis, pollicitationibus pulſauit; vt reſipiſcens tandem aliquando religioſus Tyro, ad regularem militiam regredi, militaremque ſacrum religionis cingulum non amplius obijcere, decreuerit, ſicuti ad propria Clauſtra mox regreſſus fideliter præſtitit. Tale quidam religioſæ pietatis officium ſimul, & beneficium præſtitit Præsbytero euidam Sæculari Sacerdoti, hic cum non mediocris litteraturæ exiſteret, non ex infimioribus gradus apud ſuos ambiebat, ſed in ambitù propria expectatione fruſtratus, legitima ab Eccleſiaſtica Hierarchia deficiens, hæreticam ad oligarchiam ſpe melioris fortunæ acceſſerat, ſperans forè vt ſi Caluino adhæreret; apud Caluinicolas Miniſterialem Cathedram conſequeretur: vnde iam iam in limine Apoſtaticæ deſertionis hæſitabat: accurrit opportunus Cuſtos Euangelicus Fr. Ioannes hæſitantemq; Sacerdotem ad ſe retraxit: efficacioribus cum eo ratiocinationibus, atque dehortationibus multiplicatis, multipliciter adeò egit; vt excogitatum nefarium grande piaculum Præsbyter veraciter animaduertens, largiter flens, & de corde pœnitens, ad Sacerdotis Capuccini pedes accedens, vniuerſa ſua, grauiora crimina faſſus, dignos impoſterum pœnitentiæ fructus effecerit ad Eccleſiam regreſſus.

Apoſtat Religioſum cum Caluinicolis diuerſantem, ſuæ Religioni reſtituit.

Sacerdos Presbyter regreditur ſermonibus, & opera Fratris Ioannis.

XVI.

Inter hæreticas has vallares ſpinas ſacrilegum quoddam potius lolium, quàm lilium conuerſabatur: homo ſcilicet de filijs Belial Ioannes Gillius nomine, natiuitate obſcurus, progenie vilis, ac ignobilis, profeſſione ſicarius, ſolo atro facinore conſpicuus: ob enim perpetratas, & cædes, & ſcelera proſcriptus, ſceleſtorum in catalogo non vltimo loco deſcriptus, inter infames famoſus celebrabatur, eò quod perſonam Principis, vel Iudicis non vereretur, nec Dei iudicium timeret, aut ſaltem curaret. Fetus hic non homo, ſed homicida, fera magis quàm humana creatura, ferociens Atheus abſque Fide, & ſine Deo, blaſphemus in Deum, & ſæuus in homines, Caluiniſticæ Sectæ decus, & ſplendor habebatur apud Petruxinos hos Sectarios incolas, qui gloriantur in malefactis, & exultant in rebus peſſimis. Sanguinarium igitur hoc abominabile monſtrum de medio tollere excogitauit Capuccinus Athleta, non naturalem illius vitam præcidendo, ſed maleficam in delictis emortui homuncionis conuerſationem commutando, non criminoſum ſed crimina iugulando. Aggreſſus igitur eſt orationibus, & precationibus, non minus quàm admonitionibus, cohortationibus, humanioribuſq; increpationibus, non peccatorem hominem interimere ſed hominis peccata corrigere, atque emendare. Verum ille ad Apoſtolici monitoris voces non ſurdeſcebat modò à principio, quin multò magis ſordeſcebat, & floccipendens correptiones, & correptorem paruipendens: nequaquam tamen propterea à propoſito recedens Fr. Ioannes deſpondit animum, quin validiùs nondum reſpondentem pulſare adorſus, tot errantem officijs, & pijs beneficijs circumtepſit, vt amplius iam effugere non valens, proiectis armis iniquitatis, & impietatis lorica abiecta, manus & Catholicæ Eccleſiæ, & Eccleſiaſtico Operatori daret, antiquam & Sectam, & vitam deierando, vt nouam tum pietatem, tum religionem amplecteretur. Diuina igitur efficaciori gratia operante, cooperante zelore quodam ſæculari, ſed pio viro Ioannes Gillius de medio ſpinarum recedens, ad Eccleſiæq; Catholicæ hortulum accedens, factus eſt lilium conuallium, de improbo probus effectus, de impio pius, de blaſphemo fidelis euadens: vnde à peccatis, & hæreſi iuſtificatus per pœnitentiam, & reconciliationem Capuccinorum interceſſione à benigno Principe, à pœnis vniuerſis grauioribus illius criminibus præſcriptis abſolutus extitit, de proſcripto frater fidelis Catholico albo adſcriptus. Huius Sectariorum quōdam Sicarij Archimandritæ reductionem ſufferre non valentes ſceleratiores Eccleſiæ perduelles, ſequenti nocte armata manu viri Catholici Gillij conuerſionem promouentis domum aggreſſi ſunt, & ingreſſi furentes innocuum hominem, vxorem, & paruulam filiam dormientes feraliter obtruncarunt, ſuperſtite ſolo adoleſcentiori filio, qui primo accepto vulnere de cubili reſiliens, extinctũ ſe ſimulans, immobilis iacebat, inde dũ prędones illi vniuerſam ſurriperent domeſticam ſupellectilẽ, callidè aufugiens, ad Fratrem Ioannem velociter confugit, ſola Diuina protectione aſſeruatus, nondum tamen ferocientes Sectarij, inhumaniores Sicarij ſanguine, vel opibus innocentis Catholici exſaturati flammis ad quatuor angulos domus appoſitis reliquam vniuerſam ſubſtantiam, cum defunctorum cadaueribus concremantes, Fidei ſacrificium Deo gratum, Cœlo iucundum, ſacrificulis verò noxium, & mundo execrabile infideles Caluiniſtæ in ſui ipſorum damnationem obtulerunt, cuius tamen acerbioris facinoris iuſtas pœnas incendiarij nequaquam euaſerunt.

Ann. Chriſti 1628.

Sacrilegum Sicarium Hæreticũ ad Fidem conuertit, & quomodo.

Abſoluitur etiam à Principe, Capuccinorum interceſſione.

Feralis facinus Hæreticorum.

Verùm

XVII. Verùm quid per ſingula immoror? cum ad nos tranſmiſſa veridica monumenta teſtentur; Fr. Ioannis ſpatio ſex annorum inibi elaborantis ope, & opera ducentos reduces, anathemate damnato Caluino, Catholico albo nomina dediſſe, inter quos plures etiam perſonæ religioſæ, & ſæculares graduatæ & actione, & profeſſione inſigniores enumerantur, recenſentur igitur.

Ducenti reduces Catholico Albo nomina dant.

Religioſi Clauſtrales Sacerdotes, vel Theologi Concionatores tres. Sacerdotes Sæculares Theologi, & beneficiati iterum tres. Pſeudominiſter vnus à diſcipulo quondam Caluini progenitus. Pſeudopaſtoris gemini nati.

Ex inſignioribus nouē.

Pſeudodoctoris filius, medicæ artis profeſſor.

Militiæ Dux Marchiæ Salutienſis Octauius nomine vnus Petruxinæ Vallis ex Primatibus, ſiue Optimatibus, inſignior Caffarellus vnus, pluresq; alij non ignotę cōditionis reduces cōputantur, quorū diſtincta nomina, & plenior ſingulariū notitia conſultò reticentur, ſicuti nec diſcretiùs memorantur memorabilia, ſiue admirabilia plurima ab eo præſtita, dum has per Conualles Apoſtolando peregrinaretur; ſiue Petruxina hac in Cuſtodia inuigilans excubaret. Quæ autem Petruxinę Stationi incumbens, Cluſonia in proxima Valle preclariora facinora Euangelica prǽſtiterit; proprijs calculis & ratiocinio infra poſitis dilucidamus. Hoc ſolum hic annotando; quod pro Apoſtolica Miſſione intra Cluſonios terminos inferenda, plurimum apud Gratianopolitanum Magiſtratum laborauit ſemel, & iterum eò laborioſè perueniendo.

Alij non inferioris conditionis tres, multiq; non ignotæ proſapiæ.

CALCVLVS XIV.

Fr. IOACHIM ab AYRASCA Concionatoris per annos 1629. 1630.

I. APpropinquantibus, ſub initijs huius anni vigeſimi noni præter mille, & ſexcentos, Gallicis agminibus, cum Rege Franco Ludouico XIII. vt obſeſſę à Celtiberis Ciuitati Caſalenſi ſuppetias ferrent; Martialium turbinum opportunitatem nacti ſeditioſi Sectarij, aduerſus Eccleſiaſticum Regnum iniquum aliquid in Conuallibus his moliri tentabant: vnde & vigilacibus excubitoribus hiſce in Euangelicis excubijs opus erat: quapropter cum Fr. Ioachimus ab Ayraſca ſpontè Salutienſis Cœnobij Capuccinorum ſemetipſum Guardianatu abdicaſſet; à Prouincialibus Patribus huic inſigniori Cuſtodiæ veluti & ipſe inſignior, & validior Cuſtos, atque probatus Stationarius curandæ, & adminiſtrandæ præficitur: Propagandæ igitur, vel ſaltem propugnandæ Catholicæ Fidei ardore, & zelo ſuccenſus, feſtinus acceſſit præclarus hic & doctrinis, & virtutibus Capuccinus Sacer Declamator, & intrepidus gemini Apoſtolatus nēpè Cluſonij, & Petruxini onus ſuſtinendum ſuſcepit, atque adminiſtrandum munus ſubiuit. Quid verò intra clauſa hæretica gelida limina penetrans præſtiterit; ſuis numeris, & calculo dedimus, quod autem inter petras ſeminans colligere ſategerit; mox computaturi ſumus.

Ann. Chriſti 1629

Spōtè ſe abdicat Guard. Fr. Ioachim, & ad Miſſion. demādatur.

II. Petruxiam appulſus Apoſtolicus Agonotheta Sectariorum Antagoniſtarum nequiora molimina ſolicitè, & ſolerter explorare, & obſeruare cœpit, deprehenſaſque aduerſus Eccleſiaſticum Regnum conſtructas inſidias diſſoluere totis conatibus enititur. Vndè animoſè, & intrepidè prodibat in medium, prouocatoſque ad religionare certamen verſuros, atque callidos fraudulentos Pſeudopaſtores, impietatiſque propugnatores acrioribus congreſſionibus, & validioribus ratiocinijs compeſcere ſtudebat. Ibat, circuibat, vt doloſos circuitus perduellium impediret. In ſibi concredita Statione inuigilabat attentiùs, nę Cœleſtis Patrisfamilias domum occultè à furibus perfodi contingeret. Concionando, & ſermocinando peragrabat, vt fideles in Fide firmaret, & vt fortiter pro veritate Catholica ad dimicandum animaret credentes; quibus admonendo dicebat: Fratres conſtantes eſtote, & vigilate, quia aduerſarius veſter Cacodæmon tamquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, cui reſiſtite fortes in Orthodoxa Fide, & Chriſtianis operibus, ne incautos, & imparatos ſeducat, vigilate igitur, & orate, quia licèt ſpiritus promptus ſit, caro autem vt infirma facillimè ſuccumbit. Prædicationibus igitur excitabat validiores, Catechiſmis vero inſtruebat debiliores, & ſimpliciores; ſtudioſè eos Catholicæ diſciplinæ antidotis, ideſt Fidei rudimentis præmuniendo, & neceſſarijs doctrinis inſtruendo. Nec Petruxiæ dumtaxat oppidanos curabat, ſed & Dibloni, ac Portarum accolas excolebat, per opportuna tempora eos inuiſendo, vt concionibus, catacheſi, & Euangelicis inſtitutionibus illos quoque exerceret, atque confirmaret. Cunctis denique tum his, tum illis Sacramenta ſignanter pœnitentię ſedulus adminiſtrabat: cooperabatur

Continuis diſputationibus callidam Pſeudopaſtorum fraudulētiam compeſcere ſtudet.

Quibus laboribus Catholicam Fidem propagare conat.

Sacerdotibus ſacrorum in cultu honorificentius exercendo; laicis autem verbo, & exemplo ſalutis ſemitam fideliter demonſtrabat: errantes reuocando, & deuios dirigendo; miſeris cunctis ſolatium; egentibus ſubſidium, ægrotis remedium impertire geſtiens.

III. Dum igitur hic ſui Domini fidelis, & prudens ſeruus Apoſtolico oneri, & muneri ſe iugiter ſatisfacere ſtuderet; ſuperuenerant vniuerſæ huic Ciſalpinæ Prouinciæ à Deo immiſſa tergemina atrociora flagella peſtis, famis, & belli, quæ Eccleſiaſtica cuncta pariter, & ſecularia hiſce præcipuè in Conuallibus confuderunt, & peſſundarunt. Inuadentibus namque hoc trigeſimo, poſt mille ſexcenti, anno Gallicanis agminibus, & Armando Richelio Duce Franco, & Cardinali ducente; occupantibus Ciuitatem, & Pineroli Arcem, ſimul cum circumadiacente agro, & Conuallibus; inuaſerunt pariter, atque vno eodemq; tempore occuparunt Galliam hanc Ciſalpinam vniuerſam Mors, Mars; & famelica Macies, quæ feraliter tam homines, quàm humana ſingula depaſcentes, (ipſum hominem (dum vnuſquiſque ſibi conſulere accelerat) in proximum humanitate denudabant, & expoliabant. Quapropter Apoſtolicorum exemplorum, ac facinorum ſi non æmulator ſaltem imitator, vt ſe Apoſtolorum legitimum diſcipulum, & Aſſeclam comprobaret; pluſquam homo ordinarius apparere anhelans: dum animam ſuam pro proximis profundere non recuſanſe, nec vt humanæ propriæ naturæ parceret; homini religioſo propriam charitatiuam humanitatem deponere, & exuere voluit; quinimmò nullius etiam mortalis diſcriminis habita ratione, cum lues tabifica per Petruxinam Vallem, Villam, & Agrum immaniter deſæuiret, miſeroſque Vallicolas, & credentes, & incredulos proſtraret, & interficeret; ipſe cum coarmigero Sacerdote Fr. Conſtantino à Braida viro omni religioſa virtute præclaro, conſtanter ſtetit in Cuſtodia; languentibus, & pereuntibus Epidemicis Sacramenta miniſtrando, & pro virili ſubueniendo. Dum igitur aliquando Oppidani cuiuſdam militiæ Ducis, peſtilentiali mucrone jam ſauciati Sacramentalem Confeſſionem patienter exciperet; excepit pariter per charitatiuum miniſteriale conſortium, contagioſi lethiferi morbi participationem; qua cum eodem tempore collegam Sacerdotem laborantem animaduertiſſet, ibique in Petruxina Villa omni ſe ſe pro curanda ægritudine & remedio, & ſubſidio deſtitutos intelligeret; Perterium verùs (vbi ſuus ſecundum carnem germanus frater adminiſtrandæ Iuſtitiæ præſidebat, & reſidebat) ad Confratres religioſos Capuccinos confugiens, iter cum ſocio ex-tempore arripuit. Verum enimuero cum Perterium peruenientes gemini languidi, omnes illos (& Capuccinos), & ſeculares eodem morbo correptos decumbere, & grauiter periclitari accepiſſent; gradus reuocare, & ad propriam Stationem remeare deſignant. Dum igitur imbecilles febricitantes, tentantes regredi conantur; Fr. Conſtantinus inualeſcentis lethiferi morbi grauiori ſyncope correptus, defecit in via medio ipſo in itinere iuxta Chiotorum Vicum extinctus, quem veſpilio conueniens, vt ſepulturæ traderet, genibus flexis maceriæ innixum, libellum, nempè regulam, vel breuiarium manibus tenentem inuenit, inuentumque ibi ſecus ſemitam tumulauit. Fr. Ioachim verò ex infirmitate conualeſcere nitens, factus ſe ipſo fortior, ægrè admodum enixus tandem aliquando Apoſtolicam Petruxinam domum repetiit, vbi grauius decumbens, contagioſa lue cum acerbiùs perurgente phreneſi laborans, tandem extremum Deo ſpiritum reddidit, poſtquam ſpiritualem vitam ſexdecim ad Fidem conuerſis ſuo labore, collaborante Diuina gratia, impertiri curaſſet. Hocque pacto, humano ſolatio deſtituti gemini hi Conſodales Capuccini, poſtquam ad inuicem ſibi Sacramenta Pœnitentiæ ſaltem adminiſtraſſent, proximis æternæ vitæ ſubſidia impertientes, occubuerunt.

Tergemina flagella omnia peſſundant.

Ann. Chriſti 1630.

Animam pro proximorum ſalute profundere charitatiuè anhelat.

Epidemia laborantibus Sacramẽta miniſtrat.

Peſte percuſſus moritur Fr. Conſtãtin⁹ Miſſionarij ſocius, quem ſequitur poſtea Fr. Ioachim.

Sexdecim reconciliat is prius Catholicæ Fidei.

CALCVLVS XV.

Fr. ALEXANDRI OXIBIENSIS Concionatoris, per annos 1630. 1631.

I. PEſtifero, licèt, ſalutifero mortis contagioſæ ſomno dormientibus ſingulis, & omnibus legitimi Patrisfamilias, Eccleſiaſtici huius agri Petruxinæ Vallis, & Perrerianæ Conuallis religioſis tàm ſecularibus, quàm regularibus ſeruis, ideſt tàm Parochis, quam Miſſionariis abſentibus æluris, mures (vt dicitur) tripudiare cœperunt, & deficientibus Cuſtodibus, Aper de ſylua, & ſingularis ferus Dominicam depaſtus eſt, vel depaſcere conatus eſt vineam. Prauitatis ſcilicet hereticæ aſſertores, & promotores perfidiæ Miniſtri de Gebennenſibus latibulis emiſſi, Eccleſiaſticum Regnum de Subalpinis his oris, ceu Interalpinis Conuallibus

propulſare,

propulſare, funditùſque eradicare conati ſunt: tum ſuaſionibus, tum minitationibus ſuperſtites credentes ad perfidiam ſolicitantes, nullum non mouentes lapidem; vt intra ſuos lares Catholiciſſimi, ſiuè Catholicę Eccleſię lapidem ſuper lapidem nullum relinquerent, ſua interim profana delubra, & ſacrilega Phana aperientes, inſtaurantes, & Babylonicas turres, ideſt, campanilia erigentes. Quod cum Fra. Mauritius à Pinerolio, vbi tunc Conuentum, Vicarias Vicesgerens moderabatur, per ſuas litteras Miſſionum Prçfecto annunciaſſet; illicò ille (vti proprio Calculo retulimus) validum pugnatorem Accelio ad ſe aduocatum Fr. Alexandrum, geminę huic cuſtodiendæ Stationi Petruxiam, & Perrerium deſtinauit. Quò ante ad mundanda, & purificanda habitacula, & Apoſtolica domicilia contagio infecta prædeſtinauerat Fr. Ioſephum à Summaripa, qui deterſis ſordibus, & eiectis peripſematibus, recollectiſq; ſcripturis, & defunctorum concionatorijs codicibus, iam ante receſſerat. — Mortuis Parochis, & Miſſionarijs, plura Fidei Catholicæ aduerſantia moliuntur Hęretici. — Feſtinè mittitur Frater Alexander Oxibienſis.

II. Acceſſit ergo poſt illum Fr. Alexander, circa trigeſimi cum milleſimo ſexenteſimo anni terminum, nempè decimi menſis ſub initijs, quando iam à medio annuali curriculo mortalis ſuæ vitæ curſum peſtis cuſpide vulnerati Sacerdotes cuncti conſumauerant: quibus conſumptis, cum ad præſens vſque, Sancta quoque veluti conſepulta, atque tumulata iacuiſſent; vt eas è tumulo reuocaret; cœpit Angelicus vir Euangelica tuba fortiter canere, & per Dei prædicatum Verbum tremenda, & pertimeſcenda Diuina iudicia pertonare: perfidos vt perterrefaceret, fideles verò vt excitaret, confirmaret, atq; ad reſpirandum, ideſt, meliora ad ſperandum prouocaret. Prædicando igitur, atq; catechizando ſapientes, & inſipientes Chriſtianè ſapere docebat, quinimmò validiùs, quo contra violentos oppreſſores, & expugnatores Eccleſiæ, vt conualeſcerent; ſacramentis, atq; ſpirituali commeatu illos reficere ſtudebat, commonitionibus, & adhortationibus opportunis cunctantes confirmando. — Prædicatione, Catechiſmo, & Sacramentorũ adminiſtratione Chriſtianam pietatẽ reſtituere ſtudet.

III. Venit validus Alexander, Catholicis quidem Caſtris ſuppetias allaturus, ſed Sectariorum turmis, Caluiniſtarumque turmarum Archimandritis præcipuè irreconciliabile bellum illaturus: vnde primario ſuo in Vallem ingreſſu, cum inſperato obuium offendiſſet; iam olim ſibi notum Pſeudodoctorem, illumq;, vt hæreticas blaſphemias mox congregatæ miſeræ plebi venditaret, pergentem conſpexiſſet; ex-tempore viriliter agreſſus, validis argumentationibus obſtupefactum impetere perſeuerauit, quibus cum ſuccumbere ille cogeretur; rationibus, ſiue reſponſionibus deſtitutus, & pauper iniurijs, calumnijſq; ſe ſe abundantem oſtentauit, dum maledicta, & opprobria in Euangelicum Antagoniſtam ad finem vſq; eructare, & euomere perdurauit. Cumque Euangelij profeſſor expandens pallium, maledicta vt congereret; opprobrijſq; vt ſe ſe ſaturaret adhortaretur, dicendo: Proprium hæreticorum facinus eſt, vbi deficiunt rationes, afficere iniurijs. Ille & facto, & Apoſtolici viri dicto confuſus, furorem ſuum explere, & complere in ſocium Sacerdotem Fratrem Antonium à Strambino diuertit, illius ad inſolitos, vel inſolentiores clamores accurrentes Aſſeclæ Caluiniſtæ, ſui Magiſtri effrenem excandeſcentiam erubeſcentes, atq; damnantes à furijs, & inhoneſta iracundia inuitum abſtractum ſecum retraxerunt. Pergentes autem in itinere, indeq; procedentes geminos Capuccinos Sacerdotes, Sectarij ruricolæ pertranſeuntes, protinus plures; etiam à longè vbi primum proſpexerunt; iniurioſis primò verbis, & deriſorijs proclamationibus excipere, poſtmodum luto, ſaxis, ſiue lapidibus impetere, & proſequi non deſtiterunt: ſicque eos tunc aduenientes, & Vallem ingredientes, ad propriam vſque Stationem honorificè deduxerunt. Verùm Capuccini Leuitæ inſipientium Vallicolarum inſanas voces, & ridiculas oblatrationes, necnon quiſquiliorum proiectiones floccipendentes, ibant gaudentes, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Quod impoſterum conſueuit illis eſſe familiare: nam ſtrenuus Pugil Fr. Alexander ſæpè ſæpius in arenam deſcendens, & irrequietus Pſeudominiſtros dogmatica ad frequentiora certamina laceſſens, laceſſiti illi recuſare erubeſcentes, oblato quidem in agone contendebant, ſed clamoroſis contentionibus, iniurioſiſq; clamoribus, diſputationibus, vt in plurimum, finem imponebant, Apoſtolicum Agonothetam improperijs, & ignominijs ſaturantes, quæ omnia æquanimiter, immò gaudenter, & hilariter ille ſuſferebat: eò quòd cõſimilibus incurſionibus, vel aggreſſionibus, aut congreſſionibus circuitores illos, ſiue circunforaneos, ab hæreticalibus quiſquilijs circumferendis, & diſſeminandis deturbaret. — Cũ miniſtro dogmaticè congreditur, veris rationibus confutat. — Calumnijs oneratus, quid agat Euãgelicus profeſſor. — Ann. Chriſti 1631. — Luto, & ſaxis impetiti Capuccini, gaudent.

IV. Apoſtolici quidem muneris eum ſolicitabat inſtantia quotidiana, vt circuiret, peragraret binas per Petruxinam, atque Perrerianam Nigram Vallem; prædicando credentibus, incredulos increpando, & catechizando ſimplices, & inſcios, ſiue ignaros: verùm enimuerò ſolicitudo trium Eccleſiarum, ideſt Parœciarum Perrerij, Petruxiæ, & Dibloni, proprio curatore Parocho deſtitutarum, cum, & ſocium ad perpetuò curſitandum, & ſurſum, deorſumq; per aſperiora itinera lapidibus non — Nõ ſolũ ambarũ miſſionũ curã gerit, vbiq; curſitãdo, ſed & triũ Parœciarũ ſollicitudinẽ gerit.

complanata, quinimmò acuminata properandum, grauiter perurgebat. Cum enim à Petruxia diſtet Diblonum geminis, Perrerium autem quinis Italicis milliaribus, vt trinis his ſimul, vel viciſſim & ſucceſſiue, modo concionator, modo collega adeſſe Paræcijs,& Sacris celebrandis, ſiue Sacramentis miniſtrandis præſto eſſe valerent; profeſtis, vel pro faſtis diebus indeſinenter, atque infatigabiliter vtrũq; Sacerdotem perpetuò aſcendere, vel deſcendere neceſſum erat, vt nunc Perrerij ſublimia, nunc Diblonii decliuia viſitarent, & curarent: currendo, & discurrendo per rupes, niues, glacies, imbres, tempeſtates validioreſq; aduerſus irrumpentes Boreas, contra enitendo, aliquando copulatim, ſed ſæpiùs ſingulatim,& ſingulares circumeundo, & per plures dies diuiſi commorando.

Quæ omnia libenter ſufferebant, & lætanter tolerabant, quo egenti, & indigenti proximo Chriſtianæ,& religioſæ charitatis viſcera panderent. Patentius autem ſe Chriſti legitimos diſcipulos proteſtabantur, dilectionis ſymbolo Euangelico, atque Apoſtolico notati: cum cuncta miſericordiæ opera non ſpiritualia modò, ſed & corporalia egenis, ſiue ægrotis præſtare feſtinarent: paſcebant eſurientes, ſitientes potabant, peregrinos hoſpitabantur, veſtiebant nudos tegumenta comparando, viſitabant, & miniſtrabant infirmis, morientibus denique corporis, & animæ ſubſidia impendebant, mæſtos ſolabantur, afflictis conſolationem afferre ſtudebant, viduis, & pupillis patrocinabantur, reuocabant erroneos, deducebant deuios, incredulos denique ad fidelium prudentiam reducere conabantur. V.

Cuncta miſericordię opera corporalia, & ſpiritualia exercet.

Nec ſolis binis his Petruxinæ, & Perrerianæ Cuſtodijs curam impendit, ſed & tertiæ, nempè Cluſoniæ ſolicitudine tenebatur: quamobrem hiſce in inferioribus Eccleſiis, ac Paræciis rebus quoquo modo compoſitis, Pratilallati Vallem ingredi, & derelictam Stationem inuiſere, & ſi poſſibilitas afforet, vel pateretur opportunitas, reaſſumere decernit. Aggreditur viriliter opus, & Mentolenſem vſque ad Pagum, Cuſtodiæ locum progreditur, eò cum perueniſſet, & Eccleſiaſticorum Cuſtodum domicilium Apoſtolicum exploraſſet, & perſcrutatus fuiſſet; vniuerſam religioſam paupercula[m] ſupellectilem ab Hæreticis ſuffuratam, & aſportatam comperit, expilatamq;, & pœnitus expoliatam domunculam reperit: reſtituendæ verò Miſſionis modum, vel aditum nullum pœni[illegible] recludere aut vidit, aut valuit, quamobrem expeditam, & ſedulam operan[illegible]cerdoti, inibi de nouo Regia auctoritate reſtituto, & offerens, & pollicens [illegible]reditur, expletiſq; octo menſibus geminatæ ſuę reſidentię, ad Capitulum Prouinciale hoc anno celebratum progreditur, vnde Acelium priſcę ſuę Stationi reſtitutus iterum proficiſcitur. VI.

Pratilallati Vallē ingreditur, Miſſionemq; veterem explorat

CALCVLVS XVI.

Fr. MAVRITII CEVENSIS Concionatoris, per annum 1631.

POſtquam hactenus in Subalpino noſtro Principatu deſæuientes tum bellici turbines, tum Martiales tempeſtates, Cheraſci inter Chriſtianos maiores Principes inito pacis fœdere, præſenti anno primo poſt triginta ſexcentum & mille quieuiſcent; ad regularis diſciplinę iura, & legitima aſſeruanda, noſtræ Pedemontanę Prouincię Capuccinorum Præſules religioſa Prouincialia Comitia in Ciuitatis Aſtenſis Cœnobio & congregarunt, & circa anni finem celebrarunt. Horum autem in celebratione congruas,& neceſſarias tam pro Monaſterijs, quàm pro Miſſionibus prouiſiones præſtiterunt. Electus igitur, vocatus, & ordinatus, ſimul & à Capitularibus Patribus emiſſus ad Petruxinam Cuſtodiam ſeruandam venit Fr. Mauritius Ceuenſis Capuccinus ſacer Orator, & Theologus, qui compoſitis moribus, & pacifica conuerſatione, religioſaque profeſſione apud ſuos eſfulgens, nonnumquam Guardianatus munere functus, modò cum Petruxię ad hanc Conuallem Apoſtolicarum excubiarum magiſter, de Draconerienſi Statione, in qua hactenus inuigilauerat, tranſlatus perueniſſet; præuenit ipſe in benedictionibus Euangelicis Petruxinis Vallicolis benefacere, ſacris concionibus in frequentandis, rudium Catechiſmo in explicando, Sacramenta in adminiſtrando, contumaces, & impoſtores in confutando: nec quieſcebat, ſed per Vicos, & Villas pergebat irrequietus, inquirens quos errones à deuorantis leonis faucibus eriperet, atque Dominico gregi reſtitueret. I.

Ad vigilandā Petruxinā Cuſtodia accedit Frater Mauritius,

Ann. Chriſti 1631.

In prioris igitur ſuę præſentis acceſſionis termino, qualiter Petruxini Sectarij ſibi ſtatutos limites ſeruarent, vel violarent, obſeruare ipſe voluit, atque ex-templo perſpexit: Hæreticos illos Vallicolas, & Caluinicolas, pro ſuo perpetuo more, præſcriptos ſibi iuſti terminos,& iuſtitię fines palam præuaricatos fuiſſe, & in præuaricationibus multiplicandis perſeuerare, vnde occeptauit ipſe præcipites hos II.

tranſgreſſores congruis latarum Legum repagulis obligare, atque compeſcere. Contra Statutos Canones, primò contagioſa lue prædominante, & perdurante nonnulla Hæretici cum Catholicis vetita connubia contraxerant, quibus Fr. Mauritius, vel diſſoluendis, vel conualidandis vniuerſis in primis & ante omnia operā dedit. Rurſus quoniam peſtilentiali morbo graſſante, & Sacrorum cultus ſiluerat, & Sanctorum veneratio præpedita ceſſauerat; ideò feſtorum obſeruatio, tum apud Catholicos, ſed multò magis apud Religionarios neglecta, & contempta exoleuerat, palam enim, & publicè diebus ſacris mechanico operi paſſim profanatores incumbebant: quamobrem ſæcularis brachij aduocato ſubſidio, ſatellite inquiſitore emiſſo, ſacrilegos Sabbathorum violatores cœpit inquirere, & mulctandos curare, donec ſi non pietate, ac religione, ſaltem timore, & mulctarum terrore perculſi profeſtos dies obſeruare cœperunt, & perſeuerauerunt. Eiuſdem tabificę epidemię temporibus, Eccleſiaſtici Regni inuaſores Pinnachienſes Sectarij pro humandis morientium ſuorum Anathematibus, Sanctę Marię Parochialis Eccleſię de Pinnachia ſacri Cœmeterij partem vſurpauerant, & profanorum morticina eò inferendo polluebant; ideò vix ad Stationem appulſus Capuccinus Leuita, ſupremę iuſtitię Pineroli enſem Præſidem ſupplicibus libellis pulſare cœpit, nec deſijt; donec congrua obtenta prouiſione, ſacrilegos ab olim iam vſurpata violatione deturbauit, & integrum Cœmeterium recuperauit. Antianum tandem hæreticum hominem, qui contra Statuta Iura in ipſo Petruxię Oppido à Catholico homuncione coempta domo, eò ad inhabitandum properabat, per Iudicem reſciſſo iniquo contractu, à temeraria, & præſumpta poſſeſſione, atque prætenſa habitatione reiecit, & impediuit.

Præuaricatores Hæreticos ſæcularis Iuſtitiæ brachio compeſcit, & ad antiqua Iura obſeruanda reſtituit.

III. Verùm memorabilius pariter, & conſiderabilius eſt quod ſequitur: Eccleſiaſticus hic Excubitor in ſuę Cuſtodię ſolicitiori perluſtratione conſpexerat, à Villarenſibus Religionarijs extra toleratos limites, & contra limitatos terminos erectum campanile, Parochialiſque Eccleſię iam olim ſuffuratę, & modò ſuperpoſitę campanę ſigno perfidos ad ſacrilegia conuocare; quamobrem vt vel deſipientes ab execrandis exercitijs frequentandis reuocaret, vel ſaltem vt à fidelibus publicum nimis ſcandalum hoc auerteret; ſolicitiori induſtria, & accuratiori ſolertia aggreſſus, & progreſſus eſt vtriuſque poteſtatis, nempè & Eccleſiaſticę, & Sæcularis tribunalium Magiſtratus efficacius interpellare, & poſtulatis; atque per Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum Taurinenſem Nuncium à Romana Curia ad Chriſtianiſſimum Galliarum Regem reportatis literis, ab eo autem ad Pinerolienſis Supremi Concilij primarium Iuſtitię Pręſidem prę ceeptiuis datis epiſtolis, & efficacioribus iuſſionibus, illud tandem egit; vt contra fas, per hæreticum nefas, erectę Babylonicę turris demolitionem, atque deiectionem reportaret. Excellentiſſimus enim D. Ioannes de Ethampes, ſiue Valencè Regij Magiſtratus in Pinerolio Præfectus, & Præſes tum propria congenita pietate, tum Regia auctoritate excitatus, perſonaliter Optimatum ſatellitio ſtipatus Villarium perueniens, obuiū cum Fr. Mauritium Petruxinum Miſſionarium tribus Capuccinis commilitonibus aſſociatum habuiſſet; Caluiniſtas aduerſarios coram ſe publicè, & pro Tribunali ſedente aduocari fecit: ſtantibuſque hinc inde & Catholicorum, & Sectariorum partibus propoſita, & agitata, hinc inde prolatis allegationibus, & reſponſionibus, fuit quæſtio, de Campanilis extra limites constructi vel reſeruatione, vel deiectione: ſed Capuccino ſacro Declamatore pro iuſtitia, & religione efficacius perorante, erectumque illud perfidię propugnaculum in præiudicium non Eccleſiaſtici modò, ſed & ſæcularis Regni futurum aſſeuerante, quod tum edito per campanam claſſico turbas rebelles congregare, tum constructa munitiuncula recollectos intra ſe conſeruare valeret; tandem aliquando prudentiſſimus Iudex Sathanę pinnaculum de præſenti ſolo æquandum fore pronunciauit. Obſtrepebant confuſi Caluinicolę, & obmurmurantes vnus poſt alium recedebant; quinimmo Lucifer ipſe ſuę ſuperbię turrim, & confuſionis hæreticę tropheum mox deijciendum cum intelligeret; de ſereno prius Cœlo, ex-improuiſo poſtmodum nubibus atris obſito pertonare cœpit, & per aera ciere tempeſtates, quò perflante Borea, ruentibus imbribus, & ſæuiente grandine à prolatę ſententię executione paratos fideles præpediret; ſed Dei nutu breui hora expeditis, & tranquillatis turbinibus, ſedata tempeſtate; reſtituto ſereno Cœlo, & pacato aere, aduocatis & Cuſtode, & præſidiarijs Petruxinę munitionis Heluetiicis militibus, depoſita campana, campanile, ſiue hæreticę impudentię pinnaculum deiectum, & ſolo æquatum fuit; contradicentibus non modò incredulis, ſed & ex credentibus quibuſdam turpis lucri gratia; quàm autem gratioſum Diuinis oculis hoc ſpectaculum fuerit, demonſtrare Deus omnipotens dignatus fuit huiuſcemodi portento: cùm enim prægrandis, & ponderoſa trabs vel ab Hereticis ex-induſtria, vel à demolientibus ex incuria malè compoſita, de ſublimi vertice prolapſa, ſubtus poſitos operarios grauiter colliſura velocius rueret, ipſius in lapſus medio quaſi inuiſibili manu tandiu ſuſ-

Ann. Chriſti 1631.

Dupplici Tribunali interpellato, deſtructionem, & deiectionē hæreticalis Campanilis reportat.

penſa, per aera ſtetit, quandiù caſui ſubiecti homines fideles à dilabente pondere, & proxima ruina ſe ſe commodè ſubtrahere valuerunt, ſicuti de viſu circumſtantes religioſi teſtes plenariè conteſtati ſunt. Quod eò facilius credendum eſt accidiſſe, quò maturius in mane Euangelicus miniſter, & Sacerdos Fr. Mauritius vix Villarium appulſus, præ profani Phani foribus ſacro altari constructo, & de Romano more compoſito, coram Excellentiſſimo Præſide, & copioſiori comitantium, atque adſtantium turba, Sacroſanctum Miſſę Sacrificium omnipotenti Deo pro in profectum Fidei diurna illa negotiatione fœliciter perficienda, obtulerat, & deprecatus fuerat. Perſtante perpetuò, & ad finem vſque decretę, & conſumatę demolitionis perſeuerante zelote, & Catholico D. Ioanne Præſide, qui Miſſionarium Capuccinum ad prandium ſecum acceſſitum, & inuitatum adſtantibus Pſeudominiſtris, & Antianis, ne ob procuratam, & executioni mandatàm campanilis deiectionem, ſiniſtros fortaſſe pateretur à Concaluiniſtis Vallicolis incurſus, efficacius, & poteſtatiuè commendauit, commendatiq; incolumitatem ſub ſua, & Regali tutela, ac pattocinio acceptauit. Ipſe verò Capuccinus Leuita Petruxiam cum aduocatorum, & operariorum militum turma regreſſus, Babylonicę turris ſubuerſores religioſo, & charitatiuo excepit conuiuio.

Hæreticale pinnaculum deijcitur adſtante Præſide.

IV. Quo itidem inſoleſcentium, & proteruorum Pſeudopaſtorum tumorem, & arrogantiam compeſceret; aliquando ſolitatius ipſe, aliquando verò Fr. Ioſephi à Summaripa Perreriani Stationatij, & commilitonis præſentia aſſociatus Caluiniſticis illis Therſitibus, ideſt Miniſtris religionare certamen obuiam habitis offerebat, & religioſum bellum inferebat: blaſphemias eructantium epulonum refellendo, & ſobrias Catholicas veritates confirmando. Quod cum frequentius contingeret; ſemel tamen ſolemniùs in Petruxię foro cum gemini prærecenſiti collegę perſtitiſſent, & legitimę Eccleſię germanas notas demonſtraſſent, confuſi plures Pſeudominiſtri in rabiem acti, vociferantes aduerſus Capuccinos Antagoniſtas concitauerunt turbas, quę ſarchaſmis, contumelijs, & minis, immò lapidibus, & armis in eos conſurgentes, intrepidos ſtantes Capuccinos perdere, vel ſaltem diuexare anhelabant. Verùm per ſe tranquillata, & ſedata concione illæſi, & triumphantes religioſi Agonothetę diſceſſerunt. Hinc inde fiebat, vt Pſeudodoctorum Aſſeclę, nempè promiſcue Caluiniſticę plebis homunculi Capuccinos hos Pugiles, & Vigiles, ſignanter Fr. Mauritium, ſi quando obuium haberent euntem, tranſeuntem, reuertentemque conſpicerent per Vallares calles irriſionibus, & contumelijs affectum irriderent, & deriderent eminus, & cominus proclamantes, vociferantes, & illudentes, quinimmò & domeſticos ſuos catulos, aut canes in pertranſeuntem, ſeu accedentem incitantes, & prouocantes. Cluſonianiq; præcipuè Religionarij, ſingulis hebdomadibus ſtatutis diebus Pinerolium mercimonię cauſa aduentantes, Capuccino Sacerdoti obuiantes, hæretica impudentia publicè illudere non verebantur: Catholici Regni propugnatorem irreconciliabili odio ſinguli, & omnes proſequentes. Iterum cum ad Vicum Chiotorum Fr. Fr. Mauritius, & Ioſeph collegę perueniſſent, atque ſpiritualiter miniſtrandi gratia ad hæreticam cauponam nonnumquam diuertiſſent; Iacobus Niger Donij us domi vaferrimus, & obſtinatiſſimus Caluiniſta de Primatu D. Petri protinus articulum propoſuit, quem cum Capuccini Leuitę validè propugnaſſent, ſuperueniens Pſeudodoctor, Valerius Groſſus dictus, expugnare iterum aggreſſus eſt, ſed in congreſſu cum ſuccubuiſſet, & occubuiſſet; iracundia percitus, blaſphemias rurſus eructare cœpit, & quo manu tenebat gladiolo Antagoniſtis religioſis appropinquans, minitare.

Ann. Chriſti 1633.

Pſeudominiſtros dogmatico certamine aggreditur, ſiue ſolus, ceù aſſociatus.

V. Vt autem quotidianis, immò frequentioribus impudentium perduellium tranſgreſſionibus, & præuaricationibus firmius occluderet aditum; antiquorum neceſſariorum ſtatutorum, & edictorum validitatem, pariter & obſeruantiam, à prænominato Supremo Pinerolienſis Magiſtratus Præſide opportunè renouari, & conualidati, Regiaque poteſtate confirmati fecit: nouo, recentiorique authentico, pleniori pariter, & exactiori edicto (quod ſuis numeris recenſemus) Pinerolij in ſubſequentis anni exordijs pro roſtris promulgato, atque ab Ipſo Fr. Mauritio pro ſigeſtu publicato. Quo autem tam præſcriptę ſanctiones exactius obſeruarentur, quàm crebriores Sectariorum tranſgreſſiones efficacius corrigerentur; ſæpiùs Capuccinus excubitor coram Pinerolienſibus Tribunalibus ad comparendum aduerſarios iuridicè citandos, ſolicitabat, & coram Iudicibus irreligioſitatis, immò impietatis, ſimul & infidelitatis eos inſimulabat, multiplicatos exceſſus eis obijciendo, & perfidiam comprobando.

Nouum edictum veteri confirmatiuũ à Pineroliẽſi Præſide promulgare facit.

VI. Perfidos Cluſonios Vallicolas vt iuuaret; Cluſoniam Vallem aliquoties eſt ingreſſus, ſemelque præcipuè cum Commilitone Fr. Ioſepho a Summaripa Perreriano Cuſtode. Cum enim triſtis ad eum nuncius Pinerolio perueniſſet; quod gemini Obſeruantioris inſtituti Religioſi bis Apoſtatę, ſtrictiorem regularem diſciplinam refugientes, ad laxiorem, immò diſſolutiorem, & infrænatam Synagogam

Prati-

Pratilallati confugerant; ab Eccleſia fugientes errones vt inquirerent; latibula clauſa, ideſt Cluſonis Vallis Villas penetrarunt, & peragrarunt, ſed fruſtrà, quia voluntariè refugę, & vltronei exules inquiſitorum, ſeu inquirentium ſolicitudinem caſſam, irritamque reddere ſtudebant. Non ſic tamen mulier quædam Catholica aſperiora nonnulla à viro perpeſſa, ſimul & ab hæretica propria pediſſequa ſeducta, torque aurea de domo furtim ablata intra Pratilallati Vallem & ipſa ſe ſe recepit, verum mox pœnitentia ducta, ad Fr. Mauritium Perruxiam confugiens, propriumque facinus ſpontè confeſſa, ſeducentem perfidam famulam Capuccino Sacerdoti indigitans, hanc ille primo ad Catholicam Fidem reduxit, poſtmodum heram, reddita aurea torque proprio coniugi reconciliatam reſtituit, & Eccleſię recuperauit.

Apoſtatantes à Fide in Cluſonia Valle quærirat.

VII. Sub his diebus, Dibloni Parochialis Cura Rectore Sacerdote deſtituta vacabat, Portarumq; Paræcię Reuerendus Præpoſitus ad mortem ægrotabat: ægrotanti igitur cum Fr. Mauritius accurriſſet, Eccleſiæque Sacramenta opportunè adminiſtraſſet, extremum ille diem ſuum clauſit, cui cum Capuccini iuſta de more perſoluiſſent, & defunctum Sacerdotem congruę ſepulturę conſignaſſent; commendatam alteram hanc ſibi animarum curam, pariter cum Dibloni Parochiale onus laborioſè exercere, & colere cœperunt; cunctis opportunis temporibus, tum Sacramentis adminiſtrandis, tum Miſſis ſaltem profeſtis diebus celebrandis ſuperueniendo, licèt longiùs ſibi foret, & laborioſius peregrinandum per trina difficiliora milliaria. Non ceſſauerunt tamen vtriuſque Paræcię Catholicis incolis in Sacerdotali miniſterio deſeruire, quoaduſque deſtinatus, & ordinatus proprius adeſſet Parochus. Exterorum vero curę incumbens, propria nequaquam negligebat. Cùm igitur jam à biennio Pratilallati Eccleſiaſtica Miſſione derelicta, iuſto, ac rationabili titulo, Miſſionum Præfectus Capuccinos Pedemontanos operarios ad ſe reuocaſſet, paupercula tamen tum domeſtica, tum ſacra ſupellex apud Cluſonios Caluinicolas repoſita in præſentem diem remanſiſſet; ſolicitus hic Apoſtolici operis adminiſtrator, de Fr. Ioannis à Montecalerio, Miniſtri tunc Prouincialis mandato Villaretum peruenit, ibique depoſitam ſupellectilem ab Hæretico depoſitario recepit, cui pro fideli cuſtodia congruam mercedem perſoluendam curauit, ab eoque reſtitutum calicem recuperauit.

Geminarum Parochiarũ curam gerit.

Pauperculã laicã, & ſacrã Cluſoniæ Miſſionis ſupellectilẽ recuperat.

VIII. Hoc igitur haud diuturniori annualis ſuę reſidentię curriculo, non in vanum cucurrit, dum Villas, & Valles percurrendo hæreticè deſipientes, Catholicè ſapere perdoceret, & validiſſimis ratiocinationibus, diſputationibus, atque prædicationibus perurgeret. Licèt enim ab impoſtoribus Pſeudodoctoribus miſeri dementati vix mentis compotes efficiantur, carnis illecebris impedientibus; nihilominus Fr. Mauritius ſingularis vnius anni ſpatio ſex reduces Caluiniſtas Orthodoxę Fidei ad veritatem perduxit. Interquos mulier vna Angroniana computatur, cuius reductionem iniquo adeo animo contribules Angronię pertulerunt; vt violentia, & armis reſipiſcentem ouiculam denuo rapere, ac nequiter eripere minarentur, quare Euangelici ouilis Cuſtos, & Excubitor in tutiorem locum periclitantem perducendam curauit, donec fræmentes leones, lupi rapaces, & carniuori vrſi à ſuo furore quieſcerent. Pacificus verò Leuita nunquam quieſcens hinc vix elapſo anno receſſit, & aliò laboraturus acceſſit.

Ad Catholicam Fidem ſex perducit, & fœminã à violentia Sectariorum liberat.

CALCVLVS XVII.

Fr. LAVRENTII à PINEROLIO Concionatoris per annos 1632. 1633. 1634. 1635. 1636. 1637.

I. Pincrolienſibus de nouo acquiſitis Ciuitatis Arci, & agro ſimulatque adiacenti Petruxinę Valli moderandis, & politicè adminiſtrandis Francus Chriſtianiſſimus Rex Ludouicus XIII. primo pręfecit Illuſtriſſimum Dominum Marchionem de Villaregis, Patritium Gallum, Catholicę Fidei profeſſorem fideliſſimum. Cum igitur anno hoc ſecundo poſt trigeſimum extra ſexcentum & mille Fr. Laurentius à Pinerolio, poſtquam aliquandiu pro quadrageſimalibus concionibus habendis, Paduſana in Miſſione operatus fuiſſet, ad Petruxinam Stationem aduocatus, & deſtinatus acceſſiſſet; Eccleſię ſtatum Italicis illis remotis in oris de Apoſtolica ſpecula contemplari voluit, ſedulaque atque ſolerti ſpeculatione admonitus animaduertit: Optimè quidem, & prouidè politicę, & ciuilis adminiſtrationis Præſidentium prudentia, & vigilantia rempublicam adminiſtrari; nequaquam tamen irreconciliabiles Eccleſiaſtici Regni perduelles à nouis quotidianis moliendis vſurpationibus ceſſare. Quapropter demandato ſibi Euangelico munere ſufficienter, vt fungeretur, & pro virili ſatisfaceret; temporalis

Ann. Chriſti 1632.

Fr. Laurentius vtriuſq; poteſtatis belli, & pacis ſubſidiũ implorat, vt limitum violatores Hæreticos compeſcat.

poteſtatis belli, & pacis ſubſidio, & patrocinio innocatis, temerarios ſtanitorum limitum violatores compefcere occœptauit, & quandiù ſtetit, non quieſcendo, perdurauit.

Primario igitur ſuo ad Petruxinam & Vallem, & Villam, & Cuſtodiam acceſſu, offendit ſutorem quemdam Petruxię incolam, veſtiariam officinam poſtquam aperuiſſet; veſtimentaque Oppidanis conſuere cœpiſſet; à veritate, & Catholica conuerſatione diſſitos ipſe mores, & verba præſeferre: quamobrem à vigilaci Cuſtode, quod Sectariam profeſſionem ſequeretur, deprehenſus iuridicè, illi Ducali, & Reali intimato edicto, ex-tempore tranſmigrare, & à Petruxię Oppido diſcedere cogitur. Cum bini Catholici geminis Caluiniſtis duas domos alteram Petruxię, alteram in Portarum pago vendidiſſent; Capuccinus Stationarius, municipali iure vetitos contractus caſſos, irritoſque declarari, & diſſolui fecit, Hæreticos ab horum ſibi interdicta Oppidorum habitatione repellens, virtute latarum quōdam à Sabaudo, modo à Gallo Rege cōfirmatarum Legum, quarum exactiori obſeruantię poſtmodum accuratiori vigilantia incubuit, vnde cum Vallicolę Sectarij Ludimagiſtrum famoſiorem, atq; doctiorem à Gebennenſi Conuentu aduocatum, & communi ſtipendio conductum in vico Pinnachię diuerſarum facultatum ludum aperire feciſſent; occulatus Excubitor, cum id in Fidei Catholicę haud exiguum detrimentum rendere, perſpexiſſet; proſpexit pariter, vt opportuno remedio imminenti periculo occurreret: quare illicò ad Iuſtitię Pinerolienſis Supremum Præſidem recurrens, pro Ludimagiſtri eiectione exilij legem reportauit, quam haud ſine difficilioribus contradictionibus pariter, & oppoſitionibus executioni tandem mandari curauit. Qua pariter & difficultate, & ſolicitudine Tabellionem Feneſtrellenſem hæreticum incolam ab eodem pago Pinnachię deturbauit. Caluiniſticę præterea Sectę profeſſores, publico inibi ſtatuto macello omni tempore, etiam ab Eccleſia interdicto, expoſitas carnes vendere, ac diſtribuere præſumebant, ſed præſumptuoſos Frater Laurentius à temeritate repreſſit, congrua illis prohibitione indicta. Pſeudominiſter ſibi, ſuæq; familię ſecus viam communem eodem in Oppido acquiſito domicilio ſuperpoſuerat campanam, cuius pulſatione matutina, & veſpertina à ſe deceptos populos ad ſacrilega exercitia conuocabat; ſæcularis igitur poteſtatis iuridicè aduocato ſubſidio, Apoſtolicus Cuſtos de hæretico miniſterialis domus culmine tintinabulum auferendum obtinuit. Cumque Villarienſes nouatores deiectum Campanile iterum ſuſcitare contenderent, & cœptam ſtructuram conſumare accelerarent; vigilans Excubitor nequiora eorum temeraria molimina impediuit.

Sutorē Hæreticū in Petruxia domicilium habētem expulit.

Binos Hæreticos emptores domorum in Villis Petruxię, & Portarū, irritos contractus declarare fecit, ac diſſoluit.

Ludimagiſtrum Hæreticum à Iuſtitia Pinerolienſi eijci, & exulari operatur.

Cæteroſque tranſgreſſores intra limites reſtrigit.

II.

Vix per ſemiluſtrum ſub Chriſtianiſſimi Franci Regis Dominatione perſtiterant Petruxinę Vallis Caluinicolę, quando ſtatutorum ſibi liminum impatientes irrequieti nouatores Hæretici, iuxta ab initio ſibi per Sabaudos Principes ſucceſſiuè per tempora conſtituta legitima Iura, viuere detrectantes, à Galli Regis quodam Magiſtratu fraudulenter nonnullis ſurreptis conceſſionibus, Gallicanę Caluiniſticę factionis indultis permiſſionibus omnimodis abuti, & ipſi geſtiebant. Horum igitur præſumentium, & prætendentium iniquiora molimina cum ſubintellexiſſet in Apoſtolicis excubijs vigilans Fr. Laurentius; illorumq; pertentata conamina Eccleſiaſtico Regno pernicioſiora animaduertiſſet; eò quod ad Catholicorum, & Catholiciſmi totalem interitum tenderent: protinus expeditus, & volucer Supremi Pinerolienſis Præſidis, pro ſtatutis aſſeruandis terminis, patrocinium, & prouiſionem requiſiuit. Quam licèt ad votum congruam, & opportunam retuliſſet; non tamen ad peruicaciorum proteruiam compeſcendam ſufficientem illam adiudicauit: Quamobrem per Reuerendiſſimum Taurinenſem Eminentiſſimum Pariſienſem Nuncium efficacioribus litteris admonitum, interpellauit, vt periclitanti huic Eccleſię ſuo validiori apud Chriſtianiſſimum Regem patrocinio, & ſubſidio, ſiue tutela, præſto adeſſe, ac patrocinari dignaretur, hæreticorum progreſſus impediendo, & tentamenta præpediendo. Quibus ille benigniſſimè annuens, & opportunè accurrens, hæreticos auſus pro tunc caſſos, irritoſque reddidit (vti fuſius ſuis numeris damus) à Franco Catholichiſſimo Rege reportato authentico Oraculo, per epiſtolas proprio calculo referendas, ſuę perpetuę mentis eſſe; vt circa religionem in Pinerolienſi, & Petruxino ſuo acquiſito Dominio contra antiqua iam præſcripta Iura nihil innouetur. Apoſtolicorum igitur Nunciorum Pariſienſis, & Taurinenſis patrocinio adiutus Illuſtriſſimiq; Marchionis de Villa-Regis Regij Gubernatoris, nec non Supremi Præſidis Ioannis de Eſthampes ſubſidio fultus, Euangelicus Italicorum liminarium Cuſtos, opportunis pro opportunitatibus indictis, & obiectis iuridicis prouiſionibus Legum pręuaricatores Caluiniſtas intra præſcriptos coarctare ſatagebat.

III.

Ann. Chriſti 1632.

A Caluiniſtis ſurreptis quibuſdS fauorabilibus cōceſſionib⁹, adiutus patrocinio multorū, Fr. Laurentius eos intra limites præſcriptos ſeruare contendit.

Sicq; proſperè, & proficuè ſatis concreditas ſibi excubias cuſtodiebat, dum prędicatus Illuſtriſſimus Marchio adminiſtrationis Regiæ in Pinerolienſi Prouincia gubernacula conſtanter tenuit. Verùm enimuerò eò ad inſigniora munera IV.

coram

coram Rege exercenda aduocato, dum de nouo prouidendo, & deſtinando Gubernatore Regis conſilium excogitaret; perduelles Eccleſiaſtici Regni Vallicolę Caluiniſtæ, nouo excogitato conſilio, veteres ſuos temerarios auſus, & antiqua conamina renouare voluerunt: quare multa ſupra, & præter indulta iura ex-tempore perpetrarunt. Patratas igitur ab his præuaricatoribus Legum tranſgreſſiones Fr. Laurentius ſcripto digeſtas, per ſupplicem libellum enarratas, recenter Taurinum appulſo Reuerendiſſimo Nuncio Fauſto Caffarello Sanctę Seuerinę Archiepiſcopo annunciauit, humiliter petens; vt Pariſienſis per Eminentiſſimi ſacri oratoris operam pernicioſas has Hæreticorum recentes vſurpationes prohibere curaret, ſicuti ipſe hactenus per D. D. Marchionis, & Præſidis Pineroſienſium opem, antiquas reſecare procurauerat. Sectarij namq; Regij Gubernatoris interregni, ideſt ceſſationis, captata opportunitate, veteri enim recedente, & nouo nondum adueniente, ipſi extra poſita limina proſilire (vti ſemper conſueuerant) perſeuerauerant. Pinnachiæ enim in Vico iterum Caluinicolam Ludimagiſtrum ſtatuerant: Caluiniſtæ rurſus Pinnachiæ, & Dibloni & Parochialis Sanctæ Mariæ campanam ſuffurati fuerant, & ſuper arborem, quæ campanilis loco inſeruiebat, erexerant, vnde per totam Conuallem reſonabat. Tandem in Petruxiæ Acropoli Hæreticus Præſidiarius Cuſtos perſtabat: quamobrem his accurrendo poſtulabat, vt & præindicatum Arcis Cuſtodem deturbandum, ac in Catholicum commutandum, & propriæ Eccleſiæ reſtituendam campanam, & Ludimagiſtrum remouendum procuraret. Quibus intellectis & Reuerendiſſimus Nuncius prouidere, & Apoſtolicus Operarius conſulere non deſtiterunt, tandemq; puerorum deceptorem de Pinnachie Vico expulerunt.

Veteres auſus, & antiqua conamina renouant *Hæretici*, & quid contra operetur *Fr. Laurentius*.

V. Iniuſti & Sæcularium, & Eccleſiaſticorum bonorum vſurpatores Religionarij Petruxina hac in Conualle, non ſolos laicos legitimis iuribus expoliare perpetuò ſtudebant, ſed & Clericos, ac Sacerdotes, quinimmò Eccleſias proprio patrimonio priuare geſtiebant, vnde annuos cenſus & Parochiales prouentus vſurpauerant, vniuerſis in Vallis Villis, ſed præcipuè Pinnachiæ, Dibloni, & Villaris: his recuperandis cum anhelarent, & ſtuderent Præſules; Capuccinum Leuitam Laurentium fidelem, & acerrimum Apoſtolici ſui miniſterij executorem poſtquàm perſpexerunt, huic operi recuperandæ Eccleſiaſticæ poſſeſſionis pręficere cogitauerunt, ſicuti & de facto præfecerunt: Dominus quidem Conſtantius Fornaſerius Abbatialis Pinerolienſis Vicarius pro Villari Actorem, & Oeconomum, diſpenſatorem vniuerſi Parochialis cenſus eum conſtituendo, vt redditus, collectas, decimas, & quaſcumque preſtationes exigere, & Capellanis coadiutoribus diſtribuere valeret pro opportunitate. Reuerendiſſimus autem Dominus Antonius Prouana, Archiepiſcopus Taurinenſis in locis Dibloni, & Pinnachię ſuę Diœceſanæ iuriſdictioni ſubiectis, non modo geminę Eccleſię Oeconomum, & vſurpatorũ bonorum, ſiuè decimarum exactorem nominauit, ſed & per ſua diplomata ſuum Generalem Vicarium plenipotentiarium in vtroq; Foro, tàm pro agendo, quàm pro definiendo conſtituit: plenarias omnimodas ſuas vices committendo (vti ſuis numeris digeſtis ſcripturis patet). Hiſce igitur facultatibus, & poteſtatibus munitus iniuſtos raptores ad reſtitutionem olim occupatorum compellebat, & impoſterum vſurpare prohibebat. Deſipientes Caluinicolæ communionem Catholicę Eccleſię, & venerationem ſacrorum quam viui refugiunt, mortui ambiunt, & violenter acquirere conantur: Perpetuò namq; ſuorum defunctorum cadauera intra Cęmeterij Catholici ſacra limina inferre contendunt, vnde cum in Vico Pinnachiæ ſacro in loco Religionarij cadaueraceum anathema ſepeliſſent, adueniens Frat. Laurentius iuridica, auctoritatiuaq; poteſtate eoſdem funeratores ad anathematizatum cadauer exhumandum, & profanum ad locum transferendum compulit.

Eccleſiarum omniũ Oeconomus eligitur à Reuerẽdiſs. Archiepiſ. & Abbat. Vic. ad recuperationẽ Eccleſiaſticorũ bonorũ; itẽq; ab Archiep. Gener. Vicarius in Vallibus preficitur

VI. Hęreticæ prauitatis Aſſertores, & Propugnatores Miniſtros nullibi diutiùs, extra admiſſos domeſticos illorum lares conſiſtere paſſus eſt, quin eos latius diuagantes proſequeretur, & aggrederetur. Petruxię in Oppido bis in anno publicę nundinę celebrantur: nempè in profeſtis diebus & Sancti Michaelis menſe Septembri, & Sanctorum Simonis, & Iudæ menſe Octobris. Tunc igitur vndiq; promiſcuæ fidei negotiatoribus aduenientibus, adſtant & inter eos plures Sathanæ, nempè pręſtigiatores Pſeudodoctores, qui non tàm ſuis, ſuorumq; domeſticorum indigentijs neceſſarias merces empturi conueniunt; quàm indigenis, vel alienigenis proximis decipiendis, ac dementandis hęreticis abominationibus meretricium Babylonicum venenatum plenum poculum circumferunt: quamobrem ſpeculator Capuccinus in Excubijs vigilans ex-templo egrediens circũforaneis his circulatoribus ex-induſtria occurrebat ſimul, & impietatis, atq; hęreticę perfidiæ coargutos, dogmatico agone validè propulſabat ſicuti & vbicumq; aut quandocũque, vel quomodocumq; obuios habitos, efficacioribus cõgreſſionibus, & ratiocinationibus pulſabat, & cõticeſcere, vel terga dare cogebat, omniq; ſtudio, ac ſolertia à circumuenditandis Caluiniſticis quiſquilijs impediebat, ſiue ſaltem remorabatur.

Ann. Chriſti 1634.

Hęreticę impietatis aſſertores occurrit, & publicè validè propulſat.

Ab his circuitoribus,& hæreticis bibliopolis fraudulenter diſtributos, & diuenditos damnatos liberculos, maiori qua poterat ſolertia, inquiſitos recolligebat. Defuncti nonnunquam in hac Valle Pſeudodoctoris bibliothecam venditioni expoſitam, imprudenter non malitioſè Parochus quidam coemerat; quod Fratri Laurentio cum innotuiſſet; expeditus ille emptorem Sacerdotem conuenit,& grauiter eo admonito, comparatos codices perſcrutatur, & examinat, ſegregatoſq; à bonis, vel indifferentibus, anathemate damnatos Caluini, Bezæ,aliorumq; Hereſiarchorum libros ipſe in tuto repoſuit. Cum iterum Vallicolam quemdam Caluinicolam ad vnitatem Fidei conuerſum collegiſſet; ex illius manibus centum ferè hæretica volumina igni dedicanda, recollegit. Taliq; ſolertiori ſua ſolertia petras plurimas ſcandali, & plures lapides offenſionis de via abſtulit. VII.

Corrupta volumina vbiq; colligit.

Perſtitit tamen ipſe in medio Babylonis figere tentorium, ſiue nouum tabernaculum ſuum, ac religioſam ſcilicet Stationem, ſiuè [illegible] tioſorum opportunam, & Oppidanis proficuam habitationem in SanctiGermani, Petruxinæ Vallis vna ex primarijs Villis ſtatuere: trans Cluſonium flumen ad meridiem ſitum iacet hoc Oppidum, Angronianæ Conuallis conterminum Sabaudi Principis Dominio ſubiectum. Quapropter Victorij Amedei tunc Pedemontani Ducis reducendis Hæreticis, & hæreſibus exterminandis propenſiſſimum animum, & mentem ſupplex Capuccinus Leuita precariis interpellationibus humiliter pulſat, & Fidei Orthodoxę quàm proficuum, & reuocandis erroribus quàm neceſſarium propoſitum foret futurum opus, exponens: Catholicus igitur Princeps, qui ſibi ſubiectis populis, & ciuile, & ſpirituale bonum præſtare totis conatibus inhiabat, poſtulatis acquieſcens, Ordinario locali Iudici tranſmittit in mandatis, vt venientibus Apoſtolicis viris Capuccinis in cunctis adeſſet; ſimulque cum eis ad SanctiGermani locum ſe transferens,Oppidanorum congregato Conuentu ſuo nomine mandaret; vt intra propria limina Catholicis Religioſis Sacerdotibus mediante iuſto pretio congruum habitaculum concederent, eoſq, humaniter ad ſe accedentes exciperent; ſub grauioribus interminatis pœnis, ne quam Capuccinis Leuitis moleſtiam inferre preſumerent,prohibendo. Verùm enimuerò Hęretici omnis Iuſtitię, & Dominationis oſores, & contemptores à Deo ſibi immiſſos Euangelicos Prędicatores toruis oculis, & truci vultu aſpicientes, duriuſque excipientes, immò acerbiora minitantes etiam à comitante Ordinario Iudice rogati, & admoniti abſolutè reiecerunt, reſpuerunt, domiciliumque denegauerunt, capitales minas in eos iactantes, ſi talia vnquam pertentare auſi fuiſſent; vnde vix ex eorum manibus euadentes receſſerunt illęſi. VIII.

Ann. Chriſti 1635.

Ducis Victorij Amedei habito aſſenſu nouã Miſſioné in Valle, ceù Villa SãctiGermani ſtatuere tentat, ſed fruſtra.

In cunctis (vti hactenus numerauimus) zelans zelum Legis Capuccinus Sacerdos, legales pariter obſeruantias maiori qua poterat ſolicitudine cuſtodiendas ſatagebat; vnde profeſtis diebus & ipſe, & ſocius Sacerdos regionem peragrando perluſtrabant, ne quis Sabbata violaret, obſeruando: intimatis namque, & humanis, & Diuinis contra violatores promulgatis iuribus,ſi quem profanatorem offendiſſent Tribunalibus mulctandum denunciabant,vnde ſtudioſa hac ſua ſolertia,& Catholicos ad plenariè ſanctificandos profeſtos dies adduxerat,& Religionarios à tranſgreſſionę compeſcebant,verum ſollicitiorem hanc accurati Excubitoris vigilantiam ægrè admodum ſufferebant, vnde nonnunquam deprehenſi ſupplicirer veniam petebant, nonnunquam vero aduerſus monentem inſurgebant. Sicuti aliquando Fr. Laurentio cum Socio Petruxia Pinerolium pergenti contigit. Cum enim Villarij agrum pertranſiens in die feſto o, erantem cuiuſdam famulum offendiſſet;grauiterque redarguto indictas inferendas à Tribunalibus pœnas minitaſſet; accurrit ille, ad proprium dominum,propè pluribus cum alijs Sectarijs perſtantem, & intimatam ſibi à Capuccino viatore mulctam annunciat: quare ex-tempore illi viæ tramitem præoccupantes, aduerſus Capuccinos conclamantes, itinerantibus obuiauerunt, & contumelijs affectos, etiam fuſte ſocium verberauerunt, Concionatori vero palium ex humeris violenter cripuerunt, quod tamen à pertranſeuntibus quibuſdam viatoribus admoniti Fr. Laurentio remiſerunt. IX.

Peruigilat cõtra trãgreſſores feſtorum, & ſtudioſa ſolertia adducit Chriſtianos ad ſanctificãdos feſtiuos dies, Hæreticos verò à tranſgreſſionibus compeſcit.

A Sacrilegis cõtẽptoribus Hęreticis cõtumelijs, & verberibus afficiuntur Capuccini.

Nec mirum, quod grauiori adeo,ob leuiora quędam verbula,iracundia in Apoſtolicum Sacerdotem exarſerint,& iniurioſè ita inſurrexerint hi Caluinicolę,quia Sectarij Vallicolæ vniuerſi Fr. Laurentium veluti Hæreticorum Maſtigophorum mortali odio proſequebantur, vnde, & illi mortales inſidias ſtruere omni tempore moliebantur. Teſtantibus namque & Fratre Hieronymo Auilianeuſi, & Fr. Maſſeo à Bagnaſco Sacerdotibus grauiora, & frequentiora capitalia diſcrimina parata euaſit,dum Apoſtolando circumiret. Quia Eccleſiaſtici Regni Perduelles hunc veritatis Orthodoxæ propugnatorem acerrimum, & feruidum perpetuo perſequebantur iniurijs, opprobrijs vituperationibus, calumnijs,immò verberationibus,ac percuſſionibus oblata pro opportunitate illum cum ſocijs perſequendo, & rabioſè afficiendo; iniquiori animo tolerando, quod vniuerſa ſua nefaria, & Sectaria, aduerſus Catholicam Eccleſiam, conamina Capuccinus hic Leuita vel per ſe, vel X.

Apoſtolico viro mortales inſidias ſtruunt omni tempore Hæretici.

per

per vtriuſque dominationis validiorem potentiam diſſolueret, & hæreticos conatus eluderet, atque deluderet: vnde illum vel de ſuis laribus repellere, aut de medio tollere voluiſſent, ſi impunè licuiſſet.

XI. Vt igitur quod ſummoperè libebat, impunè liceret, Capuccino Apoſtolico Antagoniſtę perniciofiores pedicas, & occultiores laqueos in via, & in domo parare, & tendere excogitauerunt, & ſtuduerunt. Aliquando enim cùm Pinnachienſi Marianę Baſilicę ſtructurę ipſe inſiſteret, atque operarijs ſolicitandis incumberet, en ex-improuiſo adeſt iuuencula non contemptibilis formę, ſed Hæretica, quæ Fr. Laurentio appropinquans, ipſum vt ſibi gratum præſter auditum obſecrat, cui cùm ille religioſè annueret, illa tanquam arcanum aliquod ei communicatura pro ſecretiori, atque à cæmentarijs adſtantibus remotiori loco interpellat; tandem verò propriam propinquam ad habitationem eum inuitat, in qua ſeipſam ſolitariam conueniendam affirmabat, qua cum familiariter, & confidenter colloqui commodum foret; quibus impudentioribus prouocationibus commonefactus

Ann. Chriſti 1636.

Caſticola Seraphicus, laſciuientis iuuencę, & propoſitum intelligens, & temeritatem deteſtans, indignans, & abominans reiecit minus honeſtę ſubmiſſe adoleſcentulę impudentiam. Qua imprudentior, ſed callidior quidam in Valle degens Protophiſicus celebris Fr. Laurentio perpetuò blandiebatur pariter, & allocutionibus blandis adulabatur, illius encomia, & præconia concelebrans; quando igitur Capuccini beneuolentiam ſufficienter ſe aucupatum fuiſſe arbitratus eſt; conſtantem Leuitam (largioribus pollicitationibus præmiſſis) ad Calainiſmum profitendum inuitat, vidua illi propria filia in vxorem ſpondens, cuius temerarias, & execrabiles oblationes, & deteſtabiles promiſſiones execrans, & deteſtans, temerarium Phiſicum acerbioribus obiurgans, & longius repellens, continuò ab eo receſſit, nec ab ea die amplius ad eum acceſſit, aut ad ſe accedentem admiſit Capuccinus.

Hæreticorū impudentiā, ac temeritatem reijcit, & expellit.

XII. Sed ſi incredulis odibilis, quia terribilis, credentibus tamen exaduerſo gratus, & amabilis, quia eorum ſaluti vtilis, & proficuus omni tempore exiſtebat Euangelicus Stationarius, qui nunquam, ſed nuſquam ſtare, ſed perpetuò circuire volebat, vt cunctis ſemper, & vbique pro ſuo munere miniſtraret, feruidè & frequenter prædicando Dei Verbum in omni patientia, ac doctrina ſedulò diſciplinę Chriſtianę neceſſariora documenta ſimplicioribus tradendo, Sacramenta fidelibus ſubminiſtrando, Leuitis, ac Sacerdotibus ſacro in Diuino cultu honorificentiùs excolendo, inſeruiendo, & cooperando. Quinimmo ipſe veluti Parochus Diblonenſem Eccleſiam toto pro tempore ſuæ Stationis adminiſtrauit, cum adhuc illa Parœcia proprio Paſtore deſtituta careret. Quare vel per ſe, vel per ſocium diligenter curandis illis animabus, & ſacroſanctis Myſterijs celebrandis incumbebant: Petruxia Diblonum, quæcumque vel temporis, vel itineris differentia, nulla vel hyemis, vel æſtatis vehementioris habita ratione, per aquas, per niues, per glacies, per borreas ruentes Capuccini irrumpebant, & aſſumpto muneri ſatisfacturi infatigabiliter pergebant, die, noctuque ægris, & ſanis vt inſeruirent, & tam Sacramenta, quàm Sacramentalia plebi diſtribuerent.

Omnibus amabilis, & doctis magnis, & paruulis beneficus.

Diblonensē Parochialem curam adminiſtrat.

XIII. Fidelium igitur populorum ſpirituali ædificationi indeſinenter inſiſtendo, Templorum quoque materiali inſtaurationi inſudabat: nam Petruxinis ille Parochialis campanile vt erigerent, monitionibus impulit; Cumque Pinnachie Parochialem B. Virgini dicatam Eccleſiam ſecus publicam viam conſiſtentem, iam olim pluries à Capuccinis ſacris Excubitoribus, ſuis in munere prædeceſſoribus refectā, & reſtitutam, peſtis, ac bellorum tempore à perfidis ſicarijs, nempè à Iacobo Lauretio illo Perreriano gladiatore, & ſacrilego inuaſore direptam, expoliatam, & pœnitus expilatam minus honeſtè iacere, & ad interitum tendere, Diuinis cunctis in ea ceſſatis, conſpiceret; proſpexit pariter qualiter priſtino decori eam reſtitueret. Vnde ſolerter, & prouidè à ſe conquiſitis eleemoſynarijs ſubſidijs, atque ex ſibi præſtitis alimonijs non mediocri portione detracta, cum congruam pecunię quantitatem conflaſſet; opus aggreditur, & ad perfectum perducere progreditur. Cum enim non ſola reali ſumptuum ſubminiſtratione, ſed & perſonali, ac manuali ſua, & Collegæ Sacerdotis cooperatione conſtruentibus adeſſet; breui

Ann. Chriſti 1637.

tempore ſtructuram perfecit, & inſtauratum Templum ſacris paramentis ornatū, grandiori Ara noua Icone, & pro aqua luſtrali marmorea pila appoſitis, ſacroſanctis Myſterijs deinceps habendis coaptauit. Vnde ipſe ſingulis prioribus menſium Dominicalibus diebus eò veſitans, Sacra celebrabat, ſolenniores verò celebrationes perficiebat, cùm Matris Dei ſignanter Aſſumptionis feſtiua gaudia per annum occurrebant. Portarum item in Pago, ſiue potius in agro, trans flumen in conterminis hæreticarum populationum ſita iacebant rudera cuiuſdam quondam Parochialis itidem Eccleſię, Sanctę Marię de Turina dictę: hanc etiam Fr. Laurentius excitare manualiter cum ſocio miniſtrando voluit; & quæſitatis ſubſidijs acceptauit, ſed ab Apoſtolico munere Petruxia reuocatus, cum cœpiſſet ædificare;

Ex conquiſitis eleemoſynis, & præſtitis alimonijs Tēpla, ac Sacella plura reſtaurat; manualiter etiā cū ſocio operando, ac reſtaurata ornat ſacra ſupellectili.

non valuit conſumare, voluit tamen quædam huic Templo ornamenta procurare, nempè binas Angelorum ligneas deauratas ſtatuas grandiores, quatuor itidem auro tecta candelabra elegantia, paramenta quædam, & Altaris tegumenta, calicem, vela cum congrua ſupellectile pro Miſſis celebrandis, tandem pro ſolemniori tutelaris Virginis Natalitio feſtiuo die à Romano Pontifice Plenariam Indulgentiam ad ſeptennium valituram impetrauit, quo fideles ad ſacra illa olim deſtituta limina frequentanda excitarentur: domum Dibloni Diuo Rocho dicatam iam olim ſacellum inſtauratum, tectorio opere leuigandum, & congruè exornandum procurauit.

Corporales neceſſitates patientibus benigniſſimè & liberaliter ſuccurrit.

XIV. Miſericordiæ opera indigenti proximo numquam negauit, quinimmò abundantius præſtare ſemper accelerauit, morales, ſiue mortales neceſſitates patientibus accurrendo, & ope atque opera ſuccurrendo, ex ſibi detractis alimentarijs ſtipendijs infirmos inuiſebat, & pro ſua charitate afflictos, & mæſtos conſolatorijs demulcebat; ſuper omnia autem deuios, & erroneos reducere procurabat: vnde cum alienigena quidam Picenus Chirurgus lethaliter hæreſi ſauciatus, à Patria & Eccleſia profugus, Caluiniſtica ſacrilegia profeſſus in Pinnachiæ Vico domicilium ſtatuiſſet; animaduertit Fr. Laurentius nouum hominem numquam hactenus viſos Capuccinos religioſos, veluti ſibi maximè inuiſos auerſantem; quare gratis aduerſarium incolam ſingulari humanitate, & humanioribus officijs, atque beneficijs proſequi occeptauit, & tandiu perſeuerauit, quandiù aduerſantem ſibi beneuolum, & amicum reddidit: poſtmodum verò paululum proficiſcendo, & pedetentim proficiendo, Catholicæ Matri legitimæ Eccleſiæ reddidit, publicè (frementibus Hæreticis) deſerato Caluino, & Caluiniſmo anathematizato; plures item ſine ſex annorum Stationis tempore deceptos Vallicolas à deſipiſcentia, & Sectaria inſipientia liberauit: enumerantur igitur inter alios à Fr. Laurentio Catholicæ veritati reſtitutos viginti reduces. Ipſe verò maiora pro Chriſto certamina, & diſcrimina dum aggredi, & ſubire excogitat, à Statione Petruxina ad Perrerianam tranſlatus, de labore ad laborem vocatur.

Mirabili ac prudenti induſtria Chirurgũ Apoſtatam à Fide, Catholicæ Eccleſiæ reſtituit.

Promiſcui ſexus viginti, opera Fr. Laurentij Caluino terga vertunt.

CALCVLVS XVIII.

Fr. PAVLI TAVRINENSIS Concionatoris per annos 1638. 1639. 1640. 1641. 1642.

I. REcenter acquiſitæ, ſiue occupatæ his in Italicis Oſtijs & Oris Pineroliensis validioris Munitionis, & latioris Dominationis, ſuperſtitioſiori zelotypia tenebantur, quinimmò angebantur Gallicæ Regiæ adminiſtrationis Miniſtri, & Præfecti: quamobrem Ciuitatis, & tractus Pinerolij Conuentibus, ſiue Cœnobijs vniuerſos Gallicanos Religioſos prouidendos, & præficiendos curauerant (Capuccinorum Monaſterio excepto) in quo Ciues incolas, vel accolas reſidere Capuccinæ familiæ alumnos patiebantur. Cum igitur hoc octauo anno poſt triginta ſexcentum, & mille Taurinenſi in Ciuitate, & Cœnobio Prouinciale Capitulum Pedemontanæ Prouinciæ Capuccinorum congregaſſet Fr. Ioannes a Montecalerio tunc Generalis Miniſter, atque inter Capitulares Patres vocalis & ipſe adſtitiſſet Fr. Paulus Taurinenſis, prærecenſitoq; Generali Ordinis Parenti quondam ſuo Lectori, Guardiano, & Confeſſori, ſubeundi pro Fide martyrij flagrans, ſuum deſiderium, & ſtudium manifeſtaſſet, atque pro concupita Miſſione iuxtà Regulam interpellaſſet, prudens Generalis (perſpecta incognitæ idiomatis acquirendi, & longius itinerandi difficultate) non ad longè diſtantes Infideles, ſed ad proximè ſtantes Hæreticos, effundendi pro Chriſto ſanguinis cupidum ſuum alumnum libenter deſtinauit, atque ad Subalpinarum Vallium Miſſiones exercendas delegauit. Iam olim à teneris vnguiculis Fr. Paulus religionum odium, & iuſtam animi auerſionem aduerſus Catholicæ Eccleſiæ rebelles Sectarios conceperat, ætateq; grandæua coaleſcente concipiente zelore adoleſcente, conceptum propoſitum adoleuerat; vnde liberi animo, & hilari corde aduerſus Religionarios progrediendi mandatum exceperat. Quãdo ergo Petruxiam ad ſacras obſeruandas Excubias deſtinatus Pinerolium permeabit, Regij Adminiſtri hac vitra progrederentur vt alterius Dominationis, nempè Taurinenſis, obſtabant à principio: verum religioſi Leuitæ conſpecta probitate, & Capuccina ſinceritate, Fr. Ioannis à Montecalerio Miniſtri Generalis teſtimonio comprobata, liberè ad deſtinatam Stationem admiſerunt, ſingulari propenſione illum deinceps proſequentes, eique ſua validiora patrocinia pollicentes. Vbi igitur Fr. Paulus Petruxinam ad Cuſtodiam peruenisset, Acropolis Petruxiæ Præſidiarium Cuſtodem, & Vallis Adminiſtratorem Hæreticũ inuenit, quem ſuauioribus, & religioſis allocutionibus cicuratum deuictum ſibi,

Ann. Chriſti 1638.

Frat. Paulus martyrij deſiderio flagrans, ad Petruxinã Cuſtodiam deſtinatum.

& hæ-

Cum Præſidiario Cuſtode Petruxię amicabiliter conuerſatur, & ſibi benignū reddit.

& beneuolum, immò amiciſſimum reddidit, cum eo ſæpiùs de Orthodoxa Fide acceptanda inſtantiùs peragendo : oſtendebat hæreticę prauitatis ineptias, & blaſphemias: Catholice autem veritatis ſanctitatem commendabat, & demonſtrabat; vnde tandem ab eo obtinuit, vt in Arce Miſſę Sacrificium hactenus interdictum, liberè profeſtis celebrare valeret, ſicuti Paſchalibus diebus ipſe præſtauit, frequentiori Incolarum concurſu ſolemniter celebrando.

II. Apoſtolicum munus vt exerceret deſtinatus Fr. Paulus; Parochiale pariter ponderoſum onus plures per annos ſuſtinere compulſus fuit tum Petruxię, tum Portarum, tum Dibloni in Oppidis, vel ſimul & ſemel, vel ſucceſſiuè per diſcreta tempora, pernicioſa diuerſa ob accidentia diſcrimina, & impedimenta. Nam Diblonenſis primò Parochialis Præpoſiturę vſurpatis ab Hæreticis tam bonis, quàm decimis, cum tenuiores inuenirentur annui cenſus; quàm vt vnico alendo Parocho Sacerdoti ſufficerent; qui ergò à Reuerendiſſimo Taurinenſi Archiepiſcopo prouiſi accedebant aliquandiù, cum inibi operati fuiſſent; competenſque non ſuppeteret operantibus alimonia; protinus recedebant, ſicque nonnulli faciebant. Vnde diſcedentibus Præsbyteris, Parochialis adminiſtratio Capuccinis curanda relinquebatur: ideò per triennium huic regendę Euangelicus operarius cum cooperario Sacerdote incubuit. Secundò Petruxinę Præpoſiturę pernicioſiora diſcrimina contigerunt: Quando enim primum eò ad Apoſtolandum Fr Paulus acceſſit; Sacerdotem Parochum minus caſtè, immo luxurioſè, & conſequenter ſcandaloſè viuentem oſtendit, quare D. Abbatialem Vicarium admonitum ad Villę viſitationem interpellauit: adfuit ille ſolicitus, criminoſumque Præsbyterum repertum, iudiciali Edicto intra domeſticos lares, vt ſe contineret; mandauit, dum ipſe inquirendo procederet, & deteriora piacula quodam Diblonis curam gerente cum proximo Sacerdote communia detegeret: cum ille iamdiù diſceſſiſſet, & Pincrolium perueniens à muliere in Caupona gladio percuſſus occubuiſſet; iſte Petruxinus Præpoſitus noctu cum mercenaria muliere aufugiens, Inquiſitorem D. Vicarium deluſit, & inquiſitionem euaſit, ſed Paræcię adminiſtratio Capuccinis Leuitis commendata remanſit. Succeſſu temporis alter quidam ſuffectus Præpoſitus aduenit, qui in ingreſſu quidem probus apparuit, ſed breuiori in progreſſu improbus laſciuiens comparuit, quare primò quodam ab oppidano nocte grauiter fuſtibus cæſus, tali curatione poſtea non emendatum, publicè in Eccleſia grauiter percuſſum vulnerauerūt, vnde effuſo intra ſacra limina humano cruore, pollutam Eccleſiam claudere, & effugiente vulnerato Leuita, Parochialia munia iterum exercenda reaſſumere Capuccinis neceſſe fuit, donec D. Vicario his prouiſionibus infauſtioribus fatigato, Fr. Paulus ſuum quemdam probatum alumnum Sacerdotem propoſuit, qui proponentis teſtimonio fidem adhibens, propoſitum Præſbyterum ad Petruxinam Præpoſituram aſſumpſit, & ordinauit: ille verò legitimè aſſumptus, vſque in præſens religioſè degens, & fideliter Eccleſię inſeruiens, in Miniſterio perſeuerat. Tertio Loci Portarum vacantem Præpoſituram malę famę Sacerdos quidam artificioſè obtinuerat, doloſèque ſe in obtenti beneficij poſſeſſionem intruſerat. Hoc animaduertens Fr. Paulus, intruſumque minus idoneum, immò valdè pernicioſum illi populo futurum intelligens; Tribunalis requiſita auctoritate, de non congrua poſſeſſione ſcandaloſum Præsbyterum deturbauit. Ne Caluiniſtę iuſtam cauſam nanciſcerentur nobis quotidie (iuxta ſolitum) Clericorum ſcandala obijcere, & minus caſtam conuerſationem exprobrare, vt ſua carnalia connubia cohoneſtent, & multum inhoneſta dogmata tueantur.

Trium Parochiarū ſolicitudinem gerit: vnius autē per triennium vſq;

Ann. Chriſti 1639.

Quibus accidentibus Eccleſię viduarentur Parochis.

Sacerdotem malę famę doloſè intruſū in Præpoſitura Portarū, à poſſeſſione deturbat Fr. Paulus.

III. Paræcijs igitur ſupra recenſitis, vel vacantibus, vel abſentibus, aut deficientibus Parochis, Parochianorum cura cooperatoribus Apoſtolicis, vt in plurimum commendabatur, vnde oneroſiora pondera Parochialia ſubire, & ſuſtinere cogebantur, quæ liberè, immò libenter quidem exercebant, ſed in exercitio, & huiuſcemodi miniſterio aſpera plura, & grauiora incommoda ſuſtinebant, quia ſtatuto in conſueto Petruxiæ domicilio ordinariè commorantes, ad Diblonum vt perueniant, bina, ſed ad Portarum Oppidum quina Italica milliaria pertranſeunda computantur: cum igitur Petruxiæ inhabitare, & Dibloni, ſeu in Portis operari contingeret; eundi, & redeundi fatigationes perpetuæ illis erant ſubeundæ, ſignanter in inclementiori Interalpina plaga intemperatioris clymatis, ventis, imbribus, niuibus, fluuiorum alluuionibus, glaciebus, & rigidiſſimis algoribus brumalibus ſubiecti: vnde vel ſaxoſa, vel gelu obſita, vel aquis occupata itinera perpetuò calcare opportebat, vt opportunè importunis Paræciarum muneribus, vel oneribus ſatisfacerent. Hinc aliquando Fr. Maſſeus à Bagnaſco Sacerdos Collega cum hyemali tempore quamdam ad harum Eccleſiam celebraturus profeſto die per aſperiora frigora properaret; gelu conſtrictis pedibus obrigeſcens, ferè defecit: non deficiebat tamen Fr. Paulus præcipuus Operarius, qui non modo Parochi, ſed & Apoſtolici Concionatoris officio ſolicitè fungebatur, circumeundo, & per trinas has Curas peragrando, vt & Dei Verbum prædicando, ſingulis diebus feſtis ſignan-

Aſpera plura, & incommoda grauiora ſuſtinent Capuccini in miniſterio Parochiarum.

ter celebrioribus proponeret, & exponeret, & ſimplices idiotaſque congruis Chriſtianæ diſciplinæ rudimentis imbueret, & petentibus, vel egentibus ſanis, & ægrotis Sacramenta miniſtraret. Suæ igitur Cuſtodiæ commendata loca etiam diſtantiora omni tempore inuiſebat, viſiſque eorum ſiue ſpiritualibus, ſiuè corporalibus indigentijs fideliter accurrere, & ſuccurrere geſtiebat: confirmando in Fide, in charitate roborando. Vt non à ſpe deciderent cohortabatur, triſtibus lætitiam, lugentibus conſolationem pro virili impertiebat: errantes, & deuios reuocabat, & pœnitentes humaniter recipiebat, confitentiumque ſactamentales expiationes patienter, etiam prolixiores excipiebat.

Fr. Paulus & Apoſtoli, & Parochi officiũ omni diligentia ac charitate pficit;

IV.

Inſipientes, ſeu inſcientes ferè omnes in vniuerſum Vallicolæ illi Catholici conſpiciebantur; vix enim inter eos aliquis reperiebatur, qui Miſſæ Sacrificio inſeruiendi modum calleret: vnde & adoleſcentes, vel ignari & litterarum pœnitus expertos coaleſcere, vel ad Hæreticum præceptorem errores potius, quàm eruditionem edocendi accedere cogerentur: quamobrem perniciosiori huic fidelis populi incommodo vt prouiderent Capuccini Collegæ Fr. Fr. Paulus, & Maſſeus paruulorum educationem ſuſcipere, & Gymnaſium publicum Petruxina in propria habitatione adaperire decreuerunt, quod cum tum Incolæ, tum Accolæ crepentes intellexiſſent; ſingulari lætitia perfuſi ſinguli ſuos liberos Capuccinis Sacerdotibus inſtruendos, non ex indigenis dumtaxat, ſed ex alienigenis commiſerunt: commiſſos autem, & commendatos natos ea ſolerti diligentia, & accurata ſolicitudine, & pietate, & religione, non minus quàm litteris, & eruditione excolere perſeuerauerunt, vt rationalis huiuſcemodi adoleſcentiæ cultura vberes parentibus, & patriæ fructus haud exiguos protulerit. Nec ipſi præceptores ſuç ſatigationis, ſiue ſcholaſticę operationis congruo prouentu vacui abierunt: cum enim conſueta olim Apoſtolica ſtipendia, vel in toto, vel in maiori parte ceſſarent; Religioſis Magiſtris grati diſcipuli, vel diſcipulorum parentes, opportunam neceſſariam alimoniam charitatiuè, & ſpontè, ac liberè non petentibus præſtabant; ipſi verò de ſibi à diuitioribus pręſtito ſubſidio ſubuentiones frequentiores egentioribus infirmis, vel afflictis ſeu miſeris impendebant: ægrotantes, & neceſſitatem patientes non ſola pręſentia, aut verbali conſolatione lętificando, conſolando, ſed & reali ope & opera opitulando, ac ſubueniendo non in eſculentis, ſeu poculentis modò, ſed & in medicamentis ſubminiſtrando. Plures adinuicem rixantes, & grauiter diſcordantes reconciliauit, iurgia abſtulit, & diſſidia compoſuit; nullus denique quamuis ærumnoſior ad eum accedens non conſolatus receſſit.

Publicũ Gymnaſiũ aperitur in quò non ſcientia litterali tantum, immò Catholica Religione, morumq; reformatione pueri edocentur.

Miſericordię, & pietatis opera omnibus pręſtat

Ann. Christi 1640.

V.

Catholicorum quidem pro ſuo Miniſterio, & Apoſtolico officio, ſalutem curabat; ſed & Caluiniſtarum pro ſuo zelo totis conatibus ſaluationẽ, ſeu reductionẽ procurabat: ſtuſtudioſè namque ad perditorum populationes, vicos, & habitacula perueniebat, domoſque penetrabat, & vel obuios habitos, vel curioſè exquiſitos promiſcui ſexus Caluinicolas blandis conueniebat, ſuauioribus alloquebatur, & pro ſua naturali congenita humanitate, ſtantibus colloquendo, qua valebat ſermonis efficacia, efficaciori ſuadela, eos ad reſipiſcendum adhortabatur: Sectæ profeſſæ irreligioſitatem, immò impietatem demonſtrans, & Catholicas veritates explicitas, & confirmatas annuncians, & ſuadens de Regno Dei, quod eſt legitima Eccleſia. Pſeudominiſtrorum occurſus, ſiuè incurſus non refugiebat, immo ex-induſtria Petruxia pertranſeuntibus, vel aduenientibus occurrebat, & validiùs cum eis agebat, aliquando etiam pro opportunitate hæreticas ineptias pro perfidiæ cathedra venditantes exaudiebat; quos tamen à ſermocinatione falſitatis, & nequitiæ palam inſimulabat, & manifeſtè coarguebat: & coargutos confutabat coram populo, vel in foro, vel in via confundebat quamuis opprobrijs, ac vituperationibus ab illis ſaturatus ipſe recederet (ſicuti pluries contigiſſe, ad nos data manuſcripta teſtantur) vel cum ordinario Pinachiæ Miniſtro, vel cum circumadiacentium Vallium aduentantibus Pſeudopaſtoribus, quos acerrimè vellicare ſtudebat, vt vel ſic ab emomendis quotidie Caluiniſticis impuritatibus impediret. Cum igitur ſolicitum hunc, & ſolidum, ideſt, ſtrenuum Pugilem Capuccinum animaduertiſſent Sectariorum Archimandritæ; omnes adinuicem conſultantes conuenerunt in vnum (à Gebennenſi Conuenticulo ſignanter admoniti) vt validorum Capuccinorum Antagoniſtarum congreſſum quantum valerent, declinare non dubitarent. Gebennenſis interim quidam Pſeudoprophetes Pinnachiæ reſidens, videns quoniam illuſus à ſua ſpe extitiſſet; eò quòd nequiora à ſe pertentata molimina, Catholicos quoſdam ſuperſtites peruertendi, à Vigilace Excubitore Fr. Paulo deluſa, & diſſoluta euanuiſſent: quod hæretica eruditione non valuerat, ſectaria calliditate, & vafritie obtinere excogitauit: vnde in populo ſeditiones, & iurgia diſſeminans (quippe qui natura & profeſſione ſeditioſus erat) turbas in plebe excitare, & commouere ſtudebat, inter credentes, & incredulos diſſidia ſerens, & ſimultates conſerens: militum enim Sectariorum coacto agmine per fidelium domos diſcurrebat, & imminens eorum

Per Vicos, & domicili Hęreticorũque [illegible] circuit, eoſq; blandis allocutionibus ſuadet Fidẽ Catholicam.

Pſeudopaſtores Hereticos inſequitur, validiſq; rationibus, & dogmaticis aggreſſionibus confutat, & confundit.

Pinnachiæ Pſeudopaſtorem Seductorem à Valle exulare cogit Fr. Paulus.

excidium comminabatur miſeros diuexando, & affligendo, ſuos Aſſeclas ad latarum Ducalium, ſiue Regalium in fauorem Fidei legum præuaricationem ſedulò animabat, vnde & inconuenientia non mediocria in dies exoriebantur. Euangelicus igitur Cuſtos Fr. Paulus præcauens ne deteriora conſequerentur, coram Magiſtratus Pinerolienſis Præſide comparens, turbas à Pſeudopaſtore ſuſcitatas denunciat, & pro opportuno remedio poſtulat. Iuridicè igitur interpellatum Seductorem ſtatuta die cũ Aulanis coram Tribunalibus comparẽtem, examinatum, & reſpondentem, reum deprehenſum prolata ſententia eiecerunt, totaque à regione exilium, & diſceſſum mandauerunt; vnde Seductore ſublato, iurgia ceſſauerunt.

VI. Occulatus Vigil in excubijs peruigilans, non modò cunctis temporibus, publicarumque nundinarum præcipuè, furum aduentum explorabat, ideſt Pſeudodoctores aduentantes alienigenas obſeruabat, ne ve dogmatizantes circuirent proſequendo præpediebat; ſed & mercatorum ſarcinas, & circuitorum ſarcinulas perſcrutabatur diligentius, ne hæreticas quiſquilias, ideſt libros vendendos exponerent, vel venditandos circumferrent. Vnde cum ſemel publicis in Petruxiæ celebratis nundinationibus, mercator quidam Caluiniſta deprauatos Gebennenſes Codices publicæ venditioni expoſuiſſet; ſuperueniens ſolicitus inquiſitor Fr. Paulus prohibitas librarias merces cum offendiſſet; Domini de Chap viri religioſi, & conſtruendę munitioni Regij Præfecti auctoritate, atq; patrocinio vſus, cunctos damnatos libros auferendos curauit: cumque auferentibus fortiter obluctaretur venditor, quinimmò iniurioſis, & minacibus vociferationibus auferentes proſequeretur; à pio Sæculari homine præindicato illius temeritate repreſſa, cùm ita anathemata aſportari ægrè admodum perferri valeret; Sectariorum circumſtantem turbam in Apoſtolicum Cuſtodem concitare, & excitare contendebat: verum ædificiorum Regij Præfecti auctoritate ſedata multitudine, doloſus mercator interdicta mercimonia priuatus, compulſus eſt abire, & conticeſcere. Alius quidam irreligioſus, immò ſacrilegus ſacrorum contemptor, cum in die Corporis Chriſti proceſſionaliter delatæ conſecratæ hoſtiæ non modò reuerentiam exhibere, ſed & palàm illudere viſus fuiſſet; Fr. Paulus Diuinorum irriſorem Tribunalibus denunciauit, vnde Pinerolienſis Illuſtriſſimus Gubernator emiſſo ſatellitio, hæreticum contemptorem vinculandum mandauit, & Pinerolij per Mentem, carceribus mancipatum, condignè corripuit, correptumque demum dimiſit, qui dimiſſus nequaquam à ſua malitia recedens, Capuccinum denunciatorẽ nõ rectis quidem occulis conſpectare patiebatur, vnde illi inſidiari, & mala moliri cœpiebatur.

Ann. Christi 1641.

A mercatore damnatos libros auferre curat.

Mercator Sectariorũ turbam aduerſus Miſſionarium cõcitat: ſed abire cõpellitur.

Irreligioſus Sacrorũ contemptor carcere corripitur.

VII. Noxia quidem cuncta ſubmouere, ſed & proficua vniuerſa promouere, immò inſtituere ſatagebat: Perſtabat ſolitaria apud Petruxinos Diſciplinatorum ſub Annunciationis Deiparæ Vexillo religioſa Congregatio, vnde quò Chriſtianæ pietatis accrementa promoueret Fr. Paulus Mariani Roſarij Sodalitatem ſuperaddere, & in Parochiali Templo conſtituere excogitauit: quamobrem RR. PP. Prædicatorum Pinerolienſis Conuentus aſſcito Superiore, conſuetiſque adhibitis cæremonijs, & ſolemnitatibus Roſarianum Matris Dei Sodalitium peculiari in Sacello erectum, Canonicè conſtabiliendum procurauit: cuius ſpiritualibus exercitationibus, & pijs globulorum recitationibus ipſe indeſinenter inſiſtebat, & aſſiſtebat geminis quidem ferialibus diebus Apoſtolico domicilio in proximo Oratorio; Dominicalibus autem, ſiue Marianis feſtiuitatibus in Parochiali Eccleſiæ Reginæ Cœlorum coronam Angelicis ſalutationibus & Dominicalibus orationibus, ſimul cum deuotis Natiuitatis, Paſſionis, & Reſurrectionis Chriſti Saluatoris meditationibus contextam, atque compoſitam recitare faciebat, & ipſe recitantes congrua methodo, & ſermocinatione dirigebat. Quibus, & conſimilibus in Chriſtianæ religionis, & religioſæ pietatis exercitamentis aſſiduus cum perſiſteret; plurimum in populo promouendę deuotioni profuit: nam ſæculares fideles in religioſo Leuita ſolicitiorem ſacrorum, & ſpiritualium exercitiorum curam admirantes, pro virili eum imitari ſtudebant: illius igitur pijs veſtigijs inhærentes & Dei cultum honorificentiùs, & frequentiùs celebrare, & Sacramentis frequentius appropinquare, atq; accedere feſtinabant: propriæ ſaluationis accuratiorem ſolicitudinem gerentes, Orthodoxæ religionis, & certiora teſtimonia operibus præſtabant, & ſigna pietatis exteriora demonſtrabant: coronas B. Virginis, & officiola publicè circumferentes ad profanorum vel erudicionem, vel confuſionem, qui aduerſus huiuſcemodi religioſos, & antiquiores ritus militare, & oblatrare non ceſſant.

Roſarianam Sodalitatem inſtituit cum debita facultate, diebuſq; conſuetis indeſinẽter recitationi inſiſtit.

Ann. Christi 1642.

Chriſtianam pietatem ſtudioſè promouet.

VIII. Sacris inſtaurandis præterea plurimum inſudauit Fr. Paulus: Parochiales namque Sacras Ædes Diblonj, & Portarum reficere ſategit, huic Catholicorum adiacens Cœmeterium conſtructo muro circummuniri curauit. Petruxiæ verò Parochialis Templi dilabentis reſtaurationem populis efficaciſſimè perſuaſit, vnde & egregium opus aggreſſi, ſtructuram perficere accellerant, cui & cæteris ornamenta, vel Sacra quædam indumenta præſtitit. Sacellum D. Sebaſtiani publico in iti-

Templorum reſtaurationi, Sacrorum Paramentorũ prouiſioni plurimũ inſudauit: nec nõ, & propriũ Domiciliũ, ac Oratorium ad meliorem formam redegit, & ſupellectilem adauxit.

nere extra Petruxiam ſtans reſtiturus materialia parauerat, ſed à Miſſione re-
motus, perfectionem operis poſteris dereliquit. Compleuit interim ipſe Apoſto-
licorum excubitorum religioſo habitaculo & eminens ſolarium, & pro recipien-
dis religioſis hoſpitibus congruum hoſpitiolum apponere: Oratorium ampliauit,
comparatam Campanam ſuperpoſuit, Bibliothecam nonnullis inſignioribus codi-
cibus cumulauit, vtualem ſupellectilem tandem multiplicauit: ligneum Deiparæ
Virginis ſimulacrum grandiuſculum eleganter exſculptum, & deauratum à ſuo
prædeceſſore Fr. Laurentio inceptum, ipſe conſumandum mandauit, & pecunia-
rijs ſubſidijs adhibitis artificibus congruam mercedem reddendam procurauit,
perſolutiſque expenſis, illud Apoſtolici proprij propinqui Oratorij aræ ſuperpo-
nere, & coaptare ſtuduit. Hortum denique religioſo domicilio inſeruientem pa-
rietibus circumcingi fecit, & ſic plura perfecit.

Super omnia autem Euangelicus ſaluandarum animarum zelator, reducendis IX.
Hereticis maiori ſolicitudine inſiſtebar, & erronibus reuocandis inhiabat: preci-
bus, ieiunijs, macerationibus, feruentioribus ſupplicationibus illud enixè à Deo
depoſcendo; vnde ex parte voti compos effectus, plures de perditionis via reuoca-
tos Catholicam ad Eccleſiam conuocauit, & rectę Fidei reconciliauit: ex quibus
Decem, & nouem conuertit, & Dominico ouili reſtituit.
viginti vno minus vſque modò numeramus. Numerauit ipſe, tamen multiplices
perſecutiones, & afflictiones, quas nonnullorum neophitorum pro reductione
tolerauit. Cum enim adoleſcentem quemdam inter eos inſigniorem Ca-
tholicorum epigraphe conſcripſiſſet, ſcribere non valeo, quot, & quales in ſeipſo
concitatas iniquorum tempeſtates pertulerit, quibus cum diutius ſi ſterer dis par
eſſe non amplius ſufficeret. Tribunalium Pinerolienſium poteſtatem in ſui patro-
Perſecutiones perpluſimas ſuſtinet.
cinium, & tutelam inuocare, & aduocare coactus fuit. Iterum adoleſcentula
quadam reduce inter Catholicas mulieres adnumerata, hæreticus illius Parens
furore adeò, atque iracundia, ſeu indignatione exarſit, vt conuerſę filię, quia per-
uerſionem non valebat, interfectionem tentare volebat: vnde ſemel obuiam
habitę caput ferro amputaſſet, niſi adſtantes impij Parricidę à nefaria iugulatione
iam extenſam manum retraxiſſet. Nullus pudor, nulla religio ſacrilegos perfidos
à vexandis, & affligendis reducibus frænare valet: cum enim peruicaciores nec
Deum timeant, nec reuereantur homines, Infernali Oeſtro perciti, quos à Satha-
nicis pedicis, ideſt Caluiniſticis deceptionibus euadere animaduertunt, diris de-
uouent, & durioribus perſequi ad mortem vſque perſeuerant.

CALCVLVS XIX.

Fr. GASPARIS-FRANCISCI à CARIGNANO Concionatoris, per annum 1643.

DEfuncto ſuperiori anno in Gallicano Regno Eminentiſſimo Armando
Richelio S. R. E. Cardinale, Franco Duce, & publico parente pariter, & I.
Hæreticorum Domatore acerrimo; è latebris ſerpentinum caput emit-
tere, & Caluiniſticum virus iterum euomere, viperarum ſectaria genimina rurſus
(licèt occultè, & in abſcondito) acceptauerunt. Emiſerunt igitur Apoſtolicarum Ann. Chriſti 1643.
Fr. Gaſparis-Franciſci aduentum, & progreſſus.
excubiarum Magiſtri ad peruigilandũ in Petruxina Cuſtodia Fr. Gaſparem-Fran-
ciſcum à Carignano Capuccinum egregium Concionatorem, qui ad ſibi deman-
datam Stationem perueniens, Euangelico ſuo muneri, & oneri vt ſatisfaceret; Di-
uini Verbi frequentandę prædicationi inſiſtere non deſtitit, per congrua tempora
ad circumadiacentia Oppida peragrando, & opportunè perueniendo: in quibus
omnibus & Catholicas veritates propoſitas exponebat, & expoſitas confirmabat:
& hæreticas impietates reiectas, anathematę damnatas oſtendebat: hinc ſimpli-
cium catechiſmo fideliter inſiſtebat, vt paruulis Chriſtianę Doctrinę fragmenta
neceſſariora exporrigeret, & credentes in auita Fide ſtabiliret, incredulorum con-
uerſionem deſiderabat, & ad reſipiſcendum adhortabatur: Pſeudodoctorum ob-
iecta dogmata, ſiue ſophiſmata reſoluebat, Orthodoxa oracula pro virili diluci-
dando: vnde haud diuturnioris ſuæ Stationis diebus, geminos reſipiſcentes Calui-
niſtas ad Catholicam Matrem Eccleſiam perduxit.

CALCVLVS XX.

Fr. ALEXANDRI OXIBIENSIS Concionatoris, per annos 1644. 1645.

I.

Ann. Chriſti 1643.

COmmuni cum totius Regni grauiori luctu, iam à Maio menſe antecedentis milleſimi ſexcenteſimi quadrageſimi tertij anni, ex hac luce migrauerat, interque viuos eſſe deſierat Ludouicus XIII. Gallorum Rex verè pius, veridica quidem publica denominatione Chriſtianiſſimus, ſed & Orthodoxæ Fidei zelo Catholiciſſimus inmeritò vocitandus: quippe qui auſpicatioris Regiæ ſuæ Dominationis ſub diebus, vniuerſo in proprio Gallicano Regno iamdiu inſoleſcentium, & tumultuantium, immò apertè rebellantium Caluiniſtarum temerariam impudentiam repreſſit, pariter, & ſuperbam perfidiam confregit: vſurpatæ adminiſtrationis gubernacula Sectariorum de violentis manibus potenter eripiendo, fortiora repagula pedibus, oriq; ſiuè naribus detrectantium, & rebellantium validiora fræna immittendo. Eo igitur è viuis ſublato, iuſtæ ſubiectionis iugum non iuſtè auferendum, ſed temerariè excutiendum cogitauerunt ſignanter hi Petruxini legitimæ & religionis, & dominationis oſores, & deſertores Hæretici, qui pietatis ſub ementito frequentiori, atque honeſtiori titulo, impietatis Democraticum, ſiuè potius Oligarchicum dominium ſtabilire affectant. Vnde quauis quantumcumq; inopportuna, non oblata modo, ſed & aucupata opportunitate abutentes, legitimi Regni iura, & ſibi ſtatuta limina præuaricari non verentur, quinimmò gloriantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis: Optimum igitur his opponere Antagoniſtam, opportunum duxere hac tempeſtate religioſi Præſules: ideo ad Petruxinis in excubijs peruigilandum Vigilem deſtinarunt Fr. Alexandrum Oxibienſem toties iam in Apoſtolico in ſtadio exercitatum, & probatum omnimodæ integritatis Pugilem.

Ludouici XIII. zelum Catholicæ Fidei.

Opportuno tempore iterum mittitur Fr. Alexāder.

Ann. Chriſti 1644.

II.

Qui iam olim ad ſibi bene notam Cuſtodiam perueniens, conſuetas ſibi ſolertiā, ſolicitudinem, & diligentiam (licèt prouectioris iam, & ſenioris ætatis) in Apoſtolico præſtando Miniſterio reaſſumpſit: feruidè, & aſſiduè concionando Euangelica verba, quibus dilucidè explicatis, controuerſum vnum aliquod magis congruum, & neceſſarium Fidei dogma perpetuò ſuperaddere & confirmare conſueuerat: in credentium confirmationem, poſtmodum opportuna hora in ſimplicium inſtructionem articulos Fidei faciliores pro catecheſi declarabat, & incipientes, vel ignorantes paruulos, & grandiores erudiebat: non in Petruxiæ dumtaxat Oppido ſtando, ſed per Conuallis pagos, & agros diſcurrendo, hæc omnia præſtabat pariter, atq; Sacramenta adminiſtrabat, vniuerſaq; charitatis, & religioſæ pietatis officia patientibus, poſcentibus, atque indigentibus exhibebat, & humaniſſimè impendebat, inter quę domeſticum ſibi ſimul, & familiare non infimum, nempè puerorum Ludimagiſterium ſolicitiori, & ſtudioſiori animi propenſione exercebat: ad ſe namque venientes adoleſcentes grammaticis quidem inſtructionibus imbuere ſatagebat, ſed Chriſtianis moribus, & Catholicis doctrinis in primis efformare volebat, vnde perpetuò in mane Gymnaſij in primo ingreſſu litterario, Chriſtianæ doctrinæ prælectionem à ſuis diſcipulis ante omnia reddendam præcipiebat: quos iterū, pijs horarijs recitandis B. Virginis precibus, & Coronæ globulis aſſueſcere curabat, ſæpè ad Sacram Synaxim accedere, ſed ſæpiùs propriam conſcientiam coram Sacerdote ſacramentaliter expiare docebat, & inducebat: à vanis eos prohibens, vtilioribus exercitationibus ſibi commiſſos Tyrones per dies implicabat: minus honeſta, vel etiam minus modeſta dicentes, aut perpetrantes, vel viciſſim rixantes, aut iurgantes plectebat, adoleſcentium mores, & conuerſationem pro virili componere ſtudens.

Pro Fide Catholica propaganda aſſiduè laborat quamuis cierum plenus.

Qualē pium inſtitutū. adoleſcētibus & pueris præſcribat in ſchola, & extra.

III.

Studuit pariter, quinimmò ſummoperè enixuit; renitentes Sectarios vel reducere, vel reprimere, aut reijcere (iuxta Euangelicum præſcriptum) omni creaturæ Euangelium prædicare nitebatur, ideſt tam credentibus, quàm incredulis veritates Euangelicas annunciabat, deſipientesque ad reſipiſcendum prouocabat humanioribus ſuaſionibus, apertioribuſque ratiocinationibus, & ſermocinationibus conuictos, & inſtructos, ſed quia à deſtructoribus Pſeudoprædicatoribus Dei opus præpediri, & retardari videbat; ideò grauiùs, & ardentiùs hoſce in præſtigiatores inuehebat: Catholicę namque Fidei vehementiori zelo percitus peruios, vel obuios quos offendebat, dogmaticis certaminibus validè aggrediebatur, & ſtrenuè aduerſus ſtantes congrediebatur, quorum tamen os loquentium iniqua placita, cum Orthodoxę veritatis oraculis obſtruere præualeret; volebant illi robuſtum Capuccinum Antagoniſtam ſarcaſmis, deriſionibus, & vituperationibus minus

honeſtis

Cunctis ſine intermiſſione veritatem Euangelicam annunciat; Diſputationibus Pſeudominiſtros aggrediendo & correptionibus arguẽdo.

honeſtis obſaturare, quibus ille excipiendis cũ nõ ſolum animũ, ſed & palliũ quoq; coram calumniantibus expanderet; grauius illi Chriſti Euangelica conſilia exequenti ſuccenſentes, magis ſuccenſa, & accẽſa iracundia exardeſcebant, ita vt vix poſt exprobrationes indecoras, ab iniurioſis verberationibus manus continerent. Non tamen Fr. Alexander ab impoſtorum occurſu, vel incurſu propterea declinabat, quinimmò ſtudioſè circuitoribus huiuſcemodi nefaria ſacrilegia circumnenditantibus obuiabat, ſi non vt totaliter impediret, ſaltem vt in iniquo Miniſterio perturbaret. Vnde & factum noſtris in manuſcriptis legimus, vt & Prædicantes Animicidæ, & Caluiniſtæ Parricidæ Vallicolæ erga ſuos paruulos, quos non niſi Miniſtri ad aduentum, vel commodum etiam morientes baptizabant crudeliores, & ſceleratiores ab Apoſtolico monitore impietatis, & inhumanitatis redarguti, aliquo modo reſipuerint per aliquas ſaltem temporis differentias frequentiùs, & faciliùs iuxta Catholicam veritatem ſuos infantulos baptiſmali lauacro ablucrent.

IV.

Aduerſus deformatę religionis, ſeu potiùs irreligioſæ ſuperſtitionis profeſſores, in diebus ſuæ Stationis validè pugnauit Fr. Alexander non ſolis doctrinis, ſed & luribus: animaduertens namque Sectarios hos proſanatores in dies magis ac magis tolerata gratioſa limina tranſgredi, ac licentiùs proſilire, in non exiguum Eccleſiaſtici Regni detrimentum: efformato publico libello quotidianas, ac manifeſtas eorum præuaricationes Supremo Pinerolienſi & Conſilio, & Præſidi annunciauit, pro opportuno remedio interpellans, vt infra. Primò, Vt Sacrorum violatores Caluiniſtæ à ſe quondam dirutarum Eccleſiarum inſtaurationibus reali, & perſonali ſubſidio concurrerent: Parochis decimas perſoluerent: Sabbata, & profeſtos dies ſanctificarent: Sacerdotibus, Sacroſanctiſque myſterijs ſignanter proceſſionaliter delatis congruam reuerentiam, ac venerationem præſtarent. Secundò, Ne ijdem Sectarij publicos Conuentus, ſeu Congregationes vllo pacto celebrarent abſque præſentia, ſeu præſidentia Ordinarij locorum Iudicis, ſeu ab ipſo ſubſtituti Locum-tenentis. Tertiò, Ne ve Pſeudoprędicantes extra propriæ reſidentiæ loca miniſterialia exercerent, nec Catholici ſtabilia ſua bona Caluiniſtis vendere valerent; ſiue Caluinicolarum Miniſtris, ſeu Pſeudomagiſtris ſtipendia perſoluere deberent. Quartò, Vt Hæretici alienigenæ ab anno trigeſimoſecundo poſt mille ſexcentum Petruxinam Vallem incolentes vniuerſi aut recederent; aut de reſidendo à Supremo Conſilio Pinerolienſi facultatem obtinerent, proſcriptis interim eorum immobilibus bonis, à Catholicis Vallicolis Petruxiæ & Portarum contra fas acquiſitis. Quintò, Ne Hæreticorum cuipiam publicorum officiorum quodpiam Politicum, vel Ciuile adminiſtrare liceret: vel in Oppidis Petruxiæ, aut Portarum valeret inhabitare (etiam ſub ſeruitutis titulo) ſine Apoſtolicorum Cuſtodum licentia. Sextò tandem Capuccini Exenbitores cuncta & Regalia, & Ducalia & Præſidialia Iura antiquiora pro præſcribendis Caluiniſticæ Sectæ toleratis terminis, quandocumque edita, humiliter poſtulabant confirmari, & in viridi obſeruantia manuteneri, ſub congruis interminatis pœnis, vel mulctis ad nutum religioſorum Cuſtodum pijs locis applicandis; quorum omnium exactiorem obſeruationem Iudicibus ordinarijs impenſius commendari poſtulabant: Narratorum igitur, & præuaricationum ſerie Magiſtratui oblata, & relata; inſtante pro congruis remedijs Procuratore Regio. Supremus Præſes cum Conſilio locutus, duodecim capitibus conſtans edictum pro Religionariorum temerarijs frequentioribus tranſgreſſionibus reprimẽdis promulgauit, cuius promulgationis ad exauditas publicas voces grauiter dolentes pertinaces Religionarij, acriter in Capuccinos actores inſurgentes, & ipſi coram eodem Tribunali aſſiſtentes datis ſupplicibus litteris, derogatiuum reſcriptum aduerſus publicatum edictum inſtanter efflagitabant. Quare Iudices Catholicorum, & Caluiniſtarum ad certam diem vtraque parte contradictorium in Iudicium ad comparendum citata ad placitum diẽ; ex religionaria factione gemini Pſeudominiſtri cum quaternis Antianis, & Tabellione Clutonio comparentibus; pro Fidei parrocinio, Fr. Alexandro Apoſtolico Stationario inualeſcentiæ grauedine præpedito, ſolus Fr. Angelus à Carignano Sacerdos, & Collega comparuit, & coram Iudicibus, præuaricatoribus adſtantibus Hæreticis manifeſtas conſuetas Iurium tranſgreſſiones obijciens, & exprobrans, obiectas ab aduerſarijs oppoſitiones viriliter reijciens, & figmenta, ſeu conſueta perfidorum mendacia diſſoluens; à Magiſtratus Præſide Euangelicum illud quondam Romani Præſidis in fauorem Chriſti prolatum decretum retulit: Quod ſcripſi, ſcripſi. Rurſus Fr. Alexander ſuæ Stationis tempore ſemel, & iterum Tribunalis auctoritatem pro tranſgreſſoribus Caluinicolis puniendis aduocauit: bini perfidi homines geminas credentes ſed laſciuientes fœminas cum eorum carnali conſortio abuſi fuiſſent, pro contrahendo cum corruptis mulierculis connubio, Catholicæ Eccleſiæ renunciare præceperunt; quare Capuccinus Vigil ſeductoribus his, & fœminarum deprauatoribus ſimul, & ſeductis, atq; corruptis fœminis

Hæreticorũ pręuaricationes, efformato libello, Supremo Pinerolienſi Cõſilio repręſentat pro opportuno remedio.

Anno Christi 1645.

Pinerolienſis Magiſtratus Edictum repreſſiuũ trãſgreſſionibus Hæreticorũ publicat.

Dolentes inſurgũt Religionarij Hæretici.

Eorum temerarios auſus retundit Fr. Alexander.

pro

pro congruè puniendis, à Supremo Præſide Iuſtitiæ ſubſidium, & præſidium poſtulauit, quo luxuriantes potiùs concubini quàm coniuges congruas ſui Sacrilegij pœnas non effugerent.

V. Non ſcriptis ſolummodo ab alijs, nempè à Sectarijs ſubuerſoribus reſtituendas Sacras Ædes procurauit, ſed & eò magis ipſe ſolicitioribus ſtudijs, & operationibus efficacioribus dirutorum Templorum inſtaurationem promouit. In Petruxino agro iuxta communem viam ab Hæreticis euerſum Sacellum Sancti Sebaſtiani Fr. Paulus quondam excitare voluerat; vnde congrua ad hoc ſubſidia parauerat: ſuperueniens igitur Fr Alexander, quod prædeceſſor decreuerat ipſe perfecit, & Ædiculam Sacram ſacris habendis coaptatam concinnè conſumauit. Parochiales itidem Petruxię Ędes Sacrę Sancto Geneſio vetuſtate conſumptas idem Fr. Paulus renouandas, & de nouo commodiores conſtruendas Petruxinis ſuaſerat, cui acquieſcentes fideles operis manum admouerant, & ædificium inchoauerant: inchoatum igitur olim opificium Eccleſię Fr. Alexander perficiendum hortabatur, & pro virili cooperabatur; quare aliquo modo tandem aliquando ſacris perficiendis accommodatum, Capuccinus Leuita per modum prouiſionis, relata auctoritate benedixit, & pro opportuna propria ſolemnitate primus in eo ſolemnis Miſſę Sacrificium celebrauit. Pluraque alia in Eccleſiaſtici Regni emolumentum præſtauit, quę indiſcreto ſilentio inuoluta, nobiſque incognita, non referuntur.

Sacras Aedes reſtaurat, & decenti cultui reſtituit.

CALCVLVS XXI.

Fr. MAVRITII CEVENSIS Concionatoris per annos 1646. 1647. 1648. 1649. 1650.

I. QVinque olim apud inueteratos Iudæos enumerabantur refugiorum Ciuitates, ad quas inculpabiliter, vel minus culpabiliter criminoſi confugiebant, donec vel punibiles, vel abſoluendi à Magiſtratibus iudicarentur. Quinque modo apud malitia & impietate inueteratos Religionarios Caluiniſtas enumerantur iniquorum refugiorum Valles, vel Valla, nempè Lucernenſis, ſiuè Angroniana, Petruxina, Nigra, ideſt, Perreriana, Cluſonia, & Gebennenſis Ciuitas, antiqua Babylonia, & noua Iericho cœleſti Sacroſanctæ Triadis horribiliori anathemati ſubiecta, ad quas multum culpabiliter, immò grauiùs, & abominabiliùs culpabiles, criminoſi & punibiles, tanquam ad publicum facinoroſorum cuiuſlibet generis enormioris delicti notatorum Aſylum, vndique ſceleſtiores, ac ſceleratiores vtriuſque etiam, & Humanæ, & Diuinæ Lęſę Maieſtatis rei, & debitores confugiunt, tutumque nefas contra vniuerſum fas refugium inueniunt; vnde neq; à legitimis maioribus publicis Magiſtratibus damnati incendiarij, graſſatores, violatores, Sicarij, Parricidæ, vel publici proditores à ſuis conſimilium patrocinio, & tutela protecti; ab Humana, & Diuina iuſtitia taxatis meritò ſupplicijs nequaquam plectuntur, indèq; in deteriora immò nefandiora prolabuntur. Cum igitur Fr. Mauritius Ceuenſis ſecundò iam ad Sacras Excubias Petruxina hac in Conualle obſeruandas aduenisſet hoc anno, ſolicitèq; in ſibi iam olim nota, & perſpecta ſpecula proſpiciendo, profugos diuerſos ad ſceleſtorum hoc confugium refugiſſe conſpiciens, refugas impios de impietatis Aſylo deturbare excogitauit.

Criminoſorũ ſiue Facinoroſorũ refugium.

Ann. Chriſti 1646.

Secundò veniens F. Mauritius impios refugos deturbare cogitat.

II. Primò igitur Gregorium quemdam Gallicum militem, vt Pedemontanam ſeductam iuuenculam in vxorem duceret, cum ipſe Caluiniſmum profiteretur miſerrimam iuuencam à Catholicis moribus retraxiſſe deprehendit; vnde coniuges hos perfidos ab huius Vallis incolatu expelli Iuſtitię Pinerolienſis ſententia curauit. Rurſus cum ſacrilegus ille Monſferratenſis bis Apoſtata Ioannes (cuius in ſuperiori Perrerij Ratiocinio mentionem fecimus) à Conuallibus Lucernenſi, & Perreriana expulſus, Pinnachiam appulſus, domicilium inibi, & Gymaſium ſtatuere excogitaſſet; Fr. Mauritius Domini de Maleſſi Regij Gubernatoris inuocato ſubſidio, inde deturbandum Eccleſiæ deſertorem reportauit: quare ille vndique repulſus, deſperata rabie conſumptus, miſerrimè expirauit. Iterum Pinnachię iuuenem Pſeudominiſtrum, qui Catholicam adoleſcentulam à Fide apoſtatare, & ſecum connubia contrahere pellicierat, Tribunali denunciatum, & coram Iudice ſtare iuſſum; ſpontè miniſterio Caluiniſtico ſe abdicare, & cum ſeducta coniuge effugere, & diſcedere coegit: quem non poſt multos dies obijſſe, ſpontèque ſpiritualiter obcecatam Apoſtatam mulierculam corporea lumina ammiſiſſe referebant. Cumque ſimul & ſemel perniciosiori huic incommodo conſulere, & prouidere ſatageret à prememorato Domino de Maleſſi prudenti, & Catholico Gubernatore Regio tàm arcis, quàm Ciuitatis, & Pinerolienſis Agri, & Petruxinę Vallis Adminiſtratore aduerſus huiuſcemodi extraneos profugas edictum promulgari

Quos refugas Caluiniſtas à Valle exiliare cogit.

Edictum aduerſus profugos extraneos promulgare ſatagit

curauit,

curauit, quo plura eis interdicebantur, ſignanterq; ad Vallis Villas Gallicę Do-
minationis ſubiectas acceſſus, & commoratio intercludebantur, prius quàm à de-
putatis Politicę Miniſtris, ſiue ab Apoſtolicę Miſſionis Cuſtodibus recognoſceren-
tur & admitterētur. Quod datū decretum, ne à quoquam ignorari contigeret, ipſe
Euãgelicus concionator & pro roſtris publicari fecit, & ipſe pro ſuggeſtu publica-
tū manifeſtauit, & explicauit. Quia demum Sectarij Petruxini quodam in Vico Al- Ann. Chriſti 1647.
bona dicto, nouum in Phanum beſtiarum catabulum adaptauerant, vt eo dein-
ceps ad peragenda ſacrilegia vterentur: iterum quoniam Pinnachienſes pro re-
A Pinerolienſi Magiſtratu prouiſiones opportunas ſupplicat cõtra nouatorū molimina.
bus publicis tractandis non amplius (iuxta conſuetum) Diblonum ad Catholicos
ipſi pergere, ſed Pinnachiam fideles ad ſe conuenire volebant: Frater Mauritius
Nouatorum molimina Pinerolienſi Magiſtratui denunciàuit, & pro opportunis
prouiſionibus ſupplicauit.

III. Non paucos autem ſolicita ſua ſolertia, & ſolerti diligentia ex deſipientibus er-
roneis familiariter eos conueniendo, & ſuanioribus alliciendo, ad Catholicam
Fidem perduxit: Cum enim prouidus, & occulatus meliorem prudentem viro for-
ti intelligeret, prudenter in ſuo miniſterio procedens, vberes prouentus Eccleſia-
ſtico horreo reponendos reportauit, nam quadraginta circiter reduces (non com
Quadraginta Reduces Catholicę Fidei reconciliat.
putatis paruulis) Catholicorum catalogo connumerauit, præter quos ſex alij præ-
cipui adnumerantur, inſigniorq; primum quędam ex optimatibus Vallicolis ado-
leſcentula, quam reductam iam, & ad Fidem diſpoſitam (quia potentioris erat Co-
gnationis, ne ex illius catholizatione graue aliquod fidelibus diſcrimen, vel da-
mnum proueniret) congruè aſſociatam, Taurinum ad legitimos Superiores eam re-
miſit, coram quibus Caluinum deierauit, & opportunè recollecta Catholicèque
educata adoleuit. Famoſus iterum, quia facinoroſus multum, quidam Vallicola,
quod acriter illius Fr Mauritius ſceleſtiorem vitam corripuiſſet; grauiter illi ſuc-
cenſus, capitales minitationes ſuo nomine ei nunciandas mandauit, nuncianti
igitur Apoſtolicus Pugil reſpondit: mox Petruxia Diblonum ad Euangelicas Ca-
Iterum ſex alij præcipui inſigniorelq; catholizati.
tholicas veritates prædicaturus progredior, itinerantem ergo commodiùs ad libi-
tum aggredi, & ad votum trucidare valebit, veniat, itineri me accingo, incurſum
præſtolabor. Qua accepta conſtantis viri reſponſione obmutuit, & Fr. Mauritius
in Euangelico miniſterio proficiens, proſcripti huiuſcemodi gladiatoris familiam
vniuerſam Eccleſiæ reconciliauit, atque à Magiſtratibus, ob ſceleratioris parentis
grauiora delicta proſcripta bona, familiaribus, & domeſticis remittenda obtinuit.
Religioſus tandem probatæ religionis profeſſus Siculus à ſua Religione defecerat,
turpiùs apoſtatando, hunc Capuccinus Excubitor conueniens, efficacioribus ſalu-
taribus monitis commonefacere, & cohortari cœpit, & tandiu adhortando, &
commonendo perſtitit, quandiu ille reſipiſcere diſtulit. Denum, à ſupero flami-
ne impulſus, ſpuria reiecta, legitimam Eccleſiam agnoſcens, & profitens, profixam
quoque ſuam Religionem repetijt. Quod cum ſæpè ſæpius admonitus facere re-
Infelix mors cuiuſdā Apoſtatæ Caluiniſtæ.
nuiſſet inſignis quidam Medicus ex nobili Pedemontana familia, qui Apoſtata,
relicta & patria & parentibus, in Petruxinam Vallem ſeceſſerat, & Caluiniſtica
ſacrilegia iamdiù profeſſa pertinaciter exercuerat, etiam Pſeudoofficio fungens,
tandem in die Aſſumptionis B. Mariæ Virginis à proprijs Concaluinicolis domum
illius ingreſſis, ipſe cum vnico filio, & ancilla feraliter & inhumaniter obtrunca-
tus interijt, excitata in aere ſæuiori per triduum, obſcurioriq; tempeſtate.

IV. Perſpicientes ergo Satrapę Philiſtinorum, ideſt Sectariorum Antiani & Pſeudo-
paſtores, quod plurimi in dies Caluiniſticam impietatem deſerentes, Catholicam
Religionem profiterentur: æſtimantes id neceſſitatis potius, ſiue egeſtatis vio-
Hereticorū ſtudium pro ſuſtinēda perfidia.
lentia, quàm veritatis efficacia fieri, à Gebennenſium ſiue Heluetiorum conuen-
tibus poſtulatam, & acceptam copioſam pecuniam, ſuis Aſſeclis, vt in perfidia per-
ſiſterent circumeundo, largiter diſtribuere cœperunt. Quod cum Apoſtolicus
Vigil accepiſſet, ad Chriſtianiſſimi Regis Oratorem ordinarium, Taurini reſiden-
tem acceſſit, à quo & ipſe congruam denariorum quantitatem accipiens, reduci- Ann. Chriſti 1648.
bus, & Neophitis, vt in acceptata Fide perſeuerarent; impertiuit. Nequior quidam
Chapellę Vici Pſeudominiſter, à ſe per deuia deductas, & ſeductas oues frequen-
Mortifera rabies cuiuſdam Pſeudopaſtoris.
tiores à Fr. Mauritio ad ouile Eccleſiaſticum reductas, conſpiciens, ægrè admodū
id patiebatur: cum igitur aliquando nonnullos ex ſuis Caluino renunciaſſe, &
Papiſmum acceptaſſe intellexiſſet; feruentiori adeò iracundia efferbuit, vt pro
ſermocinatione coram populo poſtquam minus honeſtè, & modeſtè in Capuc-
cinum inuehens declamaſſet; accenſa nimis bile correptus, in febrem incidit, &
intra paucos dies rabiosè expirauit. Euangelicus verò Stationarius Eccleſiaſtici
Regni terminos dilatare cupiens, Regium Gubernatorem Pinerolienſem, D. de
In Oppido Villaris Sacroſācta Myſteria reſtituere satagit.
Maleſſi conueniens, ab eo ſuppliciter petijt, & obtinuit, vt in oppidum Villaris,
in quo iamdiu eiectis Sacerdotibus Sacra ceſſabant, iterum introducerentur Ca-
tholici Leuitę; & Parocho reſtituto, de more Romano Sacroſancta Myſteria
exercerentur: quod cum iam iam executioni mandare in proximò decreuiſſent;

ſuperue-

ſuperuenientes bellicę in toto Gallicano Regno ciuiles ſeditiones, propoſitum in magis opportuna tempora comperendinare, & protellare coegerunt.

V. Non tamen interim ipſe Stationarius Excubitor diſtulit Apoſtolica munia ſolicitè, & ſedulò exercere: nam puerorum educationem, & inſtitutionem coluit, adoleſcentes & religionem, & litterariam eruditionem docendò, Templorum venerationem perpetuò promouit, ornamenta ſiue paramēta Eccleſijs comparando, ſicuti Diblonenſi Parœcię præſtitit, cui albam formoſiorem caſulam, & contraltare variegata opera, proprio ipſe eleemoſynario ære impertiuit. Domeſtico proprij Oratorij Sacrario congruam ſupellectilem ſacram acquiſiuit: Miſſionis domum ipſe conſumauit, religioſa cœnacula; & cubicula ſubſternendò, & componendo, congruentiuſque, atque commodius religioſorum habitationi coaptando, & neceſſaria manualia vtenſilia prouidendo. Quibus omnibus in prouidendis, ſiue conſtruendis, vel ex ſibi detracto ſtipendio, vel ex eleemoſynario congregato ſubſidio, quingentas manualis pecunię libras ſua ſolertia, & diligentia conflatas impendit.

Apoſtolica munia omni ſolicitudine exercet.

VI. Sub his diebus Eccleſiaſtici Regni perduelles Hæretici nouatores ſuſcitatę ciuilis ſeditioſę tempeſtatis per vniuerſum Frācorum Dominium opportunitatem nacti, profanos ſuos limites ampliare iterum tentauerunt: Conflatam namque copioſam, communi Vallicolarum ære, pecuniam Lutetiam Pariſiorum mittentes per præcipuum quemdam Hæreticum Dynaſtam Caluinicolam Regium Tribunal rurſum pulſauerunt, vt eodem quo reliqui Galli Caluiniſtę permiſſiuo Indulto circa Religionem ad placitum profitendam perfruuntur, eis quoque vti liceret, & neſcio qua fraude, vel arte, turbulentioribus his diebus agendo, tandem permiſſionem quandam reportauerunt, quam cum promulgandam, & executioni mandandam coram Pinerolienſi Tribunali ſolicitarent; admonitus Capuccinus Excubitor ex-tempore Pinerolium progreſſus, huiuſcemodi publicationi viriliter ſe oppoſuit, & executionem ſuſpendendam obtinuit: rurſus campanile in Villario deſignatum conſtruendum impediuit Magiſtratus enim Præſides Catholici, haud exiguum hoc in Catholicę Reipublicę damnum tendere proſpicientes, Chriſtianiſſimi Regis animum Catholiciſſimum agnoſcentes, mentem potius Legiſlatoris, quam verba ſurrepti diplomatis exequi voluerunt; vnde & Pariſienſem Senatum de cunctis admonuerunt. Fr. Mauritius interim & Taurinum, & Pariſium, & Romam pernicioſiſſimum hunc Sectariorum conatum per litteras annunciauit, & pro opportuno remedio poſtulauit. Inſtant tamen in dies ſoliciriores Hæretici, reſiſtunt viriliter Capuccini, & Miniſtri Catholici ſub Iudice lis validè hinc & inde agitata adhuc pendet, vt fuſius in ſequentibus explicamus.

Publicationi cuiuſdā Indulti ab Hæreticis reportati feruidè reſiſtit Frat. Mauritius.

Ann. Chriſti 1649.

VII. Nouiſſimis his Petruxinę ſuę Miſſionis temporibus, nempè quadrageſimo nono, & quinquageſimo ſupra mille & ſexcentum annis: Regiones has Subalpinas perurgente vectigalium penuria, & famis inopia miſeros diuexante, fidelis hic ſui Supremi Domini diſpenſator, tum dè paupercnlo ſuo quotidiano commeatu, cum de eleemoſynario piorum ære ſibi ſuppeditato, egentibus & indigentibus ſuccurrere feſtinauit, vario ſubuentionum genere miſeris accurrendo. Reducum integrę honeſtę familię, & alteri cuidam Cluſoniano viro liberalia pecuniaria ſubſidia dilargitus eſt, nonnullas prætereà ab Excellentiſſimo Chriſtianiſſimi Regis Oratore, Taurini reſidente acceptas pecunias, neceſſitatem patientibus diſtribuit, quibuſdam vini, quibuſdam tritici vel panis, quibuſdam tandem veſtimentorum ſubuentiones impendit, vltrà quotidianas, atque manuales dilargitiones oſtiatim mendicantibus liberaliter de domeſtica ſua alimonia exhibitas. Vnde & ipſi Religionarij pauperioris Minoritę liberalem charitatem ſuſpicientes, liberè, & palam fatebantur, plurimos etiam ex ipſis Caluini Aſſeclis inedia perituros fuiſſe; ſi ſuccurrentis Capuccini opportunum præſidium defuiſſet.

Ann. Chriſti 1650.

Aegentibus cunctis opitulatur pro viriliſ, eorūq; calamitates ſubleuat.

VIII. Nec itidem defuit Fr. Mauritius ſpiritualiter indigentibus ſubuenire, ideo in Pratilaſſari Valle clauſis deceptis Sectarijs (omnimodè eò ventitans) opitulari geſtiebat; vnde opportunè ad eos accedebat, & proprię ſalutis curandę monita impendebat, & docebat. Reuerendo D. Priori, & Curato Rectori Mentulenſi, qui vnicus & ſolitarius in medio nationis prauę, nempè in centro Cluſonię Vallis vniuerſę ab Hæreticis occupatę & inhabitatę ſtabat, ipſe ſolicitè adſtabat, cooperando, & inſeruiendo, cum enim ille ſecundarium Sacerdotem non habeat; iſte Fr. Mauritius vel propria, vel pertranſeuntium Catholicorum viatorum pro confeſſionibus excipiendis cooperabatur, non ſanitatis modò, ſed & ſpecialiter infirmitatis tēpore, tūc enim ægrotanti Sacerdoti accurrit, & pro neceſſitate ſuccurrit, nulla difficilioris ſiue niuibus, aut glaciebus obſiti itineris habitâ ratione. Cum aliquando per Petruxinam Vallem perambulans, animaduertiſſet ab Hæretico homuncione Pinnachię cauponante, Tabernę circulo oppoſitam, & depictam Crucem extitiſſe; re protinus ad Prætorem delata, profanatorem corripiendum, & auferendam profanationem ex-tempore procurauit.

Cluſonienſi Rectori accurrit, & ſpiritualiter ſuccurrit.

APPEN-

APPENDIX
FRATRIS MATHIÆ.

Fr. Mathias perluſtraturus Valles accedit, Euangelizādi gratia Quadrageſimali tẽpore.

Methodus propria concionãdi in Miſſionibus.

Catholicorũ confeſſionem veram agnoſcũt Sectarij.

Diſputatione Caluiniſtas confuſos terga vertere cogit.

Heb. c.7.

Anno Chriſti 1651.

FR. Mathias his annis, conſcribendis Apoſtolicis actibus à ſuperioribus applicitus, vt quod theoricè repræſentaturus erat, practicè comprehenderet; cum Marchię Salutienſis Euangelicarum excubiarum experimentalem ſufficientem notitiam, illic Apoſtolando, acquiſiuiſſet; Pinerolienſium Conuallium cognitionem practicam affectabat: Quapropter milleſimi ſexcenteſimi quinquageſimi primi anni circa primordia, de Condiffinitorum Patrum conſenſu, & Miſſionum Præfecti, ac Prouincialis Miniſtri nutu, Petruxiam ad Euangelicum ſimul, & Apoſtolicum exercendum munus acceſſit, & perſonali acceſſu, Montium, nempè Alpium receſſus penetrauit, & abſcondita Caluiniſtarum intra rupes, licèt peruias ſatis habitacula, ſiue latibula peruestigauit; dum pro ſui muneris debito egrederetur, & regrederetur diſſeminando Verbum Dei. Cuius aſſiduam, quadrageſimalibuſque diebus præcipuè, prædicationem tali methodo ad finem vſque ſibi proſequendam ſtatuit; vt ſuis ſermocinationibus adſtantibus tam fidelibus, quàm incredulis, ſolius Sacræ Scripturæ Diuina Oracula in prædicatione proponeret; ex canonicis autem libris ſacroſancta Domini noſtri Ieſu Chriſti quatuor Euangeliorum, & Diui Pauli Apoſtoli quatuordecim Epiſtolarum teſtimonia, iuxta litteralem dumtaxat Sanctorum Patrum communem ſenſum ipſe explicaret, & opportunè proferret; explicata vero, & prolata, validis rationibus Theologicisque ratiociniis confirmaret; ab allegorijs, tropis, & verborum lenocinijs penitus abſtinendo. Quo concionandi & prædicandi genere, & modo tantum apud auditores tàm Catholicos, quàm Hæreticos (qui frequenter ad illum audiendum confluebant) profecit; vt vno ore, communique Caluinizantium voce Prædicator veritatis inter Vallicolas vocitaretur: Vnde ei Petruxia Diblonum ſtatis diebus in Quadrageſima ad prædicandum proficiſcenti, & per Pinnachię Hæreticorum Vicum pertranſeunti obuiam egrediebantur Caluiniſtę, hilareſque, & feſtiui Apoſtolicum virum excipiebant, audirę ab eo prædicatę doctrinę Orthodoxę acclamantes, indèque ſecum Diblonum vſque peruenientes, ad Parochiale Templum ſimul cum Catholicis illius Euangelicis ſermocinationibus conueniebant; etiam aliquando ferociores armati proſcripti. Cum ergo in Dominica Palmarum, de Pœnitentię Sacramento diſſerentem Dibloni Capuccinum Concionatorem audiſſent Sectarii plurimi, inter quos exauthoratus Pſeudominiſter quidam Gillius inueniebatur; hic, abſoluta concione, ex Templo egreſſus, & in forum progreſſus, ibi publicè coram promiſcuę Religionis circumſtante congregata multitudine, Catholicum Oratorem veriora docuiſſe, Catholicorumq; confeſſionẽ meliorem, ſuaque Caluiniſtica longè iuſtiorem exiſtere palam profeſſus, ſemel & iterum confeſſus eſt: quod à Pſeudominiſtro Cluſoniano confirmatum aſſirmauit, & ipſe ſponte ſe ſubſcripſit Protophiſicus Caluiniſta cum Fr Mathia de Dogmatibus Fidei differens in Petruxina Acropoli. Huic rurſus Pſeudo obuius habitus, quid eſſet veritas? interroganti cum ſatisfacere neſciret; ad legitimam in Eccleſia Pontificorum ſucceſſionem oppugnandam ſe conuertit. Verùm à propoſito tramite diuertenti, Capuccinus D. Pauli ad Hebræos, de Sacerdotum ſucceſſione, & Sacerdotij tranſlatione, teſtimonium obiecit; à quo cum obligatus ſe ſe expedire nequiret, tacitus, & confuſus cum ſuis, inſiſtenti Antagoniſtę Hæreticus Therſites terga ignominioſè dedit, Capuccini aſſerta, & allata Oracula comprobante præſente quodam Caluiniſta Ludimagiſtro. Fideles igitur Petruxini conſpicientes ad Euangelici Declamatoris voces vehementer ſuos Sectarios Conuallicolas permotos, ad legitimas veritates illius ex ore ſuſcipiendas propendere, pro illius confirmatione coram Capitularibus Patribus valdè laborauerunt, verùm ille ſcripto, ideſt ſcribendi onere detentus, Apoſtolandi munus exercendum acceptare non valebat; vnde incæpto, ſed infecto Euangelico opere recedebat.

CALCVLVS XXII.

Fr. IOANNIS THOMAE BRAIDENSIS

Concionatoris per annos 1651. 1652. 1653.

I. CEleberrimus ille quondam Indorum Apoſtolus, Thome nomine, Dydimi agnomine cenſebatur, iuxta D. Ioan Euangelium *Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Dydimus, non erat cum eis*. Thomas iſte noſter, ideſt Fr. Ioannes Thomas Braidenſis non quidem erat cum eis, quia cum primarijs, & primatibus Apoſtolici Ordinis primicerijs nullo pacto eſt conferendus, ab illorum tamen Aſſeclarum, ſiue militię profeſſorum numero nequaquam eſt reijciendus: quia Apoſtolico munere fungendi à legitimis Præſulibus poteſtate, & auctoritate accepta Petruxiam venit, & Thomas nomine, & pronomine Dydimus, ideſt, & in exercendi demandati oneris propoſito abyſſus, nullum niſi pro Fide ſubeundę necis terminum habiturus, & de concrediti muneris propitia, ſiue proſicua executione dubius acceſſit. Quoniam Petruxina hæc ſibi aſſignata Cuſtodia habitatione quidem facilis & domeſtica, verùm ſitu, ac poſitione difficilis admodum æſtimatur; eò quòd Petruxinę huius Vallis Vallicolę cuncti ferè Caluiniana Hæreſi laborantes, ſiuè Caluiniſmo errore phreneticantes in dies magis à Pſeudopaſtoribus, & Impoſtoribus dementari, & Sectaria dementia faſcinati inſanire, & furere in Catholiciſmum conſueuerunt, circumquaque fideles, & Fidei Religioſum propugnatorem in Petruxino Oppido obſidentes, eò quod inter tria millia Sectariorum vix trecenti numerentur, & inueniantur credentes, quos Parochi Reuerendi Præpoſiti bini, vnico Apoſtolico Capuccino Collega coöperante, inſtruunt, docēt; & regunt. Rexerat Fr. Ioannes Thomas, & laudabiliter apud nos intra Regularia Clauſtra adminiſtrauerat & per ſeptēnium cathedram magiſtralem, vnde & humanas, ideſt Philoſophicas, & ſacras, ideſt Theologicas facultates explicauerat, & per annum Guardianatus officium, in quo regularis obſeruantię præclarum ſpecimen dederat: quamobrem cum abundantiori eruditione clarus, ſimul & religioſa conuerſatione conſpicuus coram ſeniorum congregatione appareret, idoneus cenſus, qui ſuſtentando Euangelico oneri ſufficeretur, ad Apoſtolicas Excubias ſolertiùs obſeruandas in conſiderabiliori hac Miſſione ordinatus, & Patrum conſilio deſtinatus fuit præſenti in dimidio ſæculi ſeptimi decimi.

Ioannis c. 20.

Huic difficiliori Miſſioni Fr. Ioānes Thomas non vulgaris virtutis, & litteraturę vir aſſignat Miſſionarium.

Ann. Chriſti 1651.

II. Qui Apoſtolatum acceptat, bonum, immò laborioſum opus affectat, atque inconſuetis ſudoribus exanthlandis ſemetipſum adijcit, & ſubijcit: quod intelligens Fr. Ioannes Thomas, via Miſſionis limina ingreſſus reſpirauerat; cum ad ampliores pro Eccleſiaſtico Regno progreſſus aſpirare occeptauerat: Vndè ad opus ſedulò egrediens, per Oppida laborioſè admodum diſcurrendo; aſſiduè verbi Dei prædicationi, ſolicitiorique ſimplicium inſtructioni inſiſtebat, Catechiſmum explicando, Sacramenta miniſtrando, fideles confortabat, vacillantes confirmabat, deuios reducebat, peccantes corrigebat, pœnitentes recipiebat, oppreſſos à potentioribus præcipuè Religionarijs liberabat: inter hos miſellum Catholicum per calumniam ab Hæreticis Tribunali delatum, in ſuam tutelam ſuſcipiens, de manibus quærentium animam eius eripuit. Debilibus patrocinabatur, indigentibus ſuccurrebat, egentibus miniſtrabat, ſpiritualia, & corporalia eleemoſynaria ſubſidia cunctis ſubminiſtrando, ſed præcipuè infirmis, & ægrotantibus ope, & opera præſtò aderat, & auxiliabatur. Quià enim aduerſarius noſter Diabolus, tanquàm leo rugiens inceſſanter circuit, quærens quem deuoret, ſic & ipſe in circuitu, & per circuitum ambulabat, vt ſi quem forſitan iam iam deuorandum periclitantem inueniret, de ore leonis, & à cornibus vnicornium liberaret. Perambulabat enim per Vicos, & vicinia, ne quem in Fide haud ſatis firmum mortaliter infirmari, & tandem in perfidiam labere contingeret; hos enim adhortationibus, monitionibus, omnique generis efficacioribus humanitatis, & charitatis officijs exhilaratos corroborabat, & in veritate conſolidabat. Circumeundo etiam ſi quem Sacre Neomenię, ſiue Sabbati profanatorem offenderet; protinus Eccleſiaſticę, aut Sæculari Curię denunciatum, congrua mulcta plectendum curabat.

Per circuitū ambulat prędicando, catechizando, & Sacramēta adminiſtrando, oppreſſoſq; Catholicos à Religionarijs liberando.

III. Illud quoque huic Seraphico Leuitę inter cætera cordi fuit; vt Diuinus cultus honorificè pro temporis, & loci opportunitate excoleretur: vnde non modò ipſe in proprio Oratorio hoc præſtare nitebatur; ſed & Parochis ſignanter Petruxino, & Dibiouenſi ad id ſtrenuè cooperabatur: ideò & Diuinis officijs de Romano, & Catholico more decorè perſoluendis, & Miſſis feſtiuis ſolemniter celebrandis aſſiſtebat cum ſocio Sacerdote concinendo, & inſeruiendo. Quinimmò in grauioribus obſequendo; nam Parocho abſente, aut impedito, ipſe cunctis ſpiritualiter egentibus præſtò aderat in Sacramentorum adminiſtratione, & Sacramentalium præſtatione ſanis, & ægrotantibus, ſignanter morientibus adſtando, licèt enim

Parochis cooperatur, ipſiſque impeditis, vel abſentibus Sacramenta adminiſtrat.

podagra aliqualiter laboraret; expeditus tamen, volucer, & alacer pro proximis iuuandis perpetuo inueniebatur, indigenis & alienigenis benefaciendo. Simplicium, & incipientium, ne dicam rudium, & paruulorum ſolicitam adeo curam gerebat, vt pro eorum ſufficienti, & neceſſaria non ſpirituali dumtaxat, ſed & corporali eruditione Gymnaſium aperuerit, in quo dum collega Sacerdos Capuccinus Fr. Ioannes Baptiſta à S. Emerentiana grammaticales inſtitutiones minores edocebat, ipſe dialecticis, & phyſicis facultatibus grandiores inſtruebat; ſicque loquens magnis, paruulis, veritatis radijs omnibus, & ſingulis præluceba, non exuberantioris ſolius, qua pollebat, eruditionis affluentiam ignorantibus communicando; ſed & laudabilis, ac religioſę conuerſationis, atque vitę magnificis exemplia errantes admonendo; vt ad bonum conuerterentur, ſimul & a malo retraherentur.

Gymnaſium aperit.

IV. Quæ omnia cum Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & chriſtianæ pietatis conſeruandæ, & augendæ ſtudio præſtares; grandiora tamen, & grauiora, arduaq; nimis ſunt, quæ Catholicæ Religionis promouendæ, & Hæreticæ profanationis ſubuertendæ zelo ſedulò efficere conabatur. Vix enim Geraſenorum, ſiue Sidoniorum, & Tyriorum, ideſt Caluiniſtarum Vallares fines, ac terminos ingreſſus fuerat; cum moræ omnis impatiens, impiorum dogmatum aſſertores, circulatores, faſcinatores, Pſeudodoctores inquirens, irrequietus regionem perambulabat, & ſi quem fortè hæreticæ prauitatis patronum Miniſtrum, Antianum, vel Pſeudodiaconum obuium habebat; ex-tempore validis adeo ratiocinijs, & demonſtrationibus pulſabat, & confundebat, vt breuioris temporis intercapedine inter Therſites, robuſtioris Antagoniſtæ euulgata notitia, illius occurſus, & incurſus omnes ſimuliter pro viribus deuitarent, & velocius effugerent, intra haras etiam velociori paſſu latibulum quæritando. Priori ſuo ad Eccleſiaſticam Cuſtodiam acceſſu cum ſolicitus in excubijs inuigilaret; perduellium Eccleſiaſtici Regni molimina quotidiana; & nequiora conamina obſeruando contigit; vt quadam die adueniret ad eum, qui nunciaret, & diceret: Ecce Catholicæ Eccleſiæ, & Fidei hoſtes congregati ſunt, & conuenerunt in vnum Miniſtri, Antiani, Diacones, tandem vniuerſi iuniores cum ſenioribus ex proximis Conuallibus ſeptingenti circiter Philiſthim, ſiue Iebuſęi ſuperuenientes, malignorum Conuentum in Pinnachiæ Phano congregarunt, coadunantes conuenticula ſua de ſanguinibus, conſpirantes aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius. Quibus exauditis Fr. Ioannes Thomas efferbuit, & incaluit ſpiritus eius, feruentiorique zelotypia accenſus, ex-templo Reuerendo Petraxino Parocho, ordinarijsq; Vallis Iudice, & baiuli, alijsq; Catholicis viris adſcitis, & ſibi adiunctis comitibus, proximus Pinnachiam conuolauit, Dagoniſq; delubrum ingreſſus, qua auctoritate, vel facultate interdictum, indigenarum, & alienigenarum Conuentum conuocaſſent interrogauit, prohibitumq; productis ingibus, congregatis cunctis, ſtatutas à lege pœnas iuſtè infligendas comminatus eſt. Poſtmodum perſtantibus, & obmurmurantibus Sectariorum Archimandritis, & Agonothetis duodecim numero, ipſe ſolus, & ſolitarius publicum ex-tempore religionare, & dogmaticum certamen obtulit, pariter & acutioribus argumentationibus ſtantes Achilles perurgere, & vellicare occeperauit, & aſſiquandiu perſeuerauit; donec primicerius, & ſenior inter Scribas & Phariſæos Apoſtatas reſpondit: Nolumus reſpondere. Spopondit tamen Capuccinus pro Orthodoxa Religione animam ſuam exponere; nam quibuſdam licet ex congregatis rebellibus ſe le arma aduerſus Catholicos ſumpturos minitantibus, nihilominus zelans Leuita intrepidè ſtans, fortiter adſtitit; donec Iudex cum iuſtitiæ Adminiſtris de publica illa iurium præuaricatione authenticis, & ſcripto redactis deſumptis teſtimonialibus, Læſæ Maieſtatis reos illos deprehendit; vnde Fidelis excubiarum Magiſter Capuccinus Pineroliensi Magiſtratui re delata, quadrupliciter criminoſos plectendos procurabat: Primo; Nam alienigenarum interdictum Conuentum congregauerant. Secundo, In loco prohibito extra limites. Tertio, Abſque Ordinarij Iudiciariis licentia, & præſentia. Quarto, Quia redargui publicè arguentibus Catholicis minati fuerant.

Pſeudodoctores irrequietus inquirit, validis demonſtrationibus, pulſat.

An. Christi 1631.

Congregatos Sectarios adoritur.

V. Laudabilia, & imitabilia extant, quæ hactenus dedimus de Religioſo hoc Capuccino Stationario; verum memorabilia, & admirabilia apparebunt, quæ mox deſcripturi ſumus ab acerrimo hoc Fidei propugnatore perpetrata egregia facinora in Eccleſiaſticorum iurium defenſione. Ab initio hæreticæ infectionis, atque in Subalpinis quibuſdam Vallibus apoſtaticæ defectionis, & ſchiſmaticæ religionariæ rebellionis hi rebelles, & increduli nouitatum carnalium amatores, aſſertores, & profeſſores illud vnicum concupitum propoſitum conatis omnibus ſibi procurandum, atque per fas, vel nefas obtinendum ſtatuerant; vt ad libitum, immo ad libidinem ſibi hæreticè deſipere, quin apoſtaticè inſanire liceret, & concederetur. Quare iam à Superiori ſæculo Martiali furore, ſiuè fauore ſoti, & audaciores effecti (ſed melius) temerariores euadentes (quibuſdam emendicati

Caluiniſtæ effrenatę vineadi licentiam à ſuperiori ſæculo viare parunt, furore martiali.

concaſ-

conceſſionum titulis) effrænem viuendi licentiam vſurpauerant. Noſtra etiam hac tempeſtate Bellonæ turbinibus Pedemontanum Principatum plus æquò diuexatum, atque diutiùs diuturniora per tempora exagitatum cum animaduerterent fures, & latrones, immo Eccleſiæ graſſatores, & inuaſores Caluinicolæ, ſignanter trium Conuallium Lucernæ, Petruxiæ, & Sancti Martini; de inſidijs inſurgentes Gallicè hæreticandi abuſum, in Petruxina Valle ſignanter, & Pineroliensi Ciuitate, à Chriſtianiſſimo Gallorum Rege nonnullis iam ab annis obtentis permiſſionibus, ſtatuere ſatagerunt, copioſamq; ad hoc ære communi conflatam (hæreticæ prauitatis & Sectæ Patronis, ac Fautelaribus coram Rege Pariſijs adſtantibus) pecuniam dederant, vndè illi propitium Indultum iam reportauerant, Immò domeſticis deſæuientibus in Galliç Regno diſſidijs, bellicisq; ſimultatibus cuncta peſſundantibus, fraudulenter ſurripuerant; ſurreptasq; pro noſtris publicandas Regias litteras in patrio ſolo à Pineroliensi Supremo Magiſtratu importunè iamdiu interpellauerant. Vndè ordinarij Iudices, licèt pij, & religioſi Catholicam Fidem profiterentur, nihilominus proprio vt curiali officio ſatisfacerent, liberè hæreticandi permiſſionē mox promulgandam decreuerant, cuius tamen prius authenticam copiam Regio Generali Procuratori primò, deindè Catholicæ Ciuitatis Pinerolienſis Reipublicæ Adminiſtratoribus intimandam, & communicandam curarunt; quam perſpectam Pinerolienſes Ciues Petruxinis Vallicolis Catholicis tranſmittendam poſtularunt, hi vero Capuccino Miſſionario Catholiciſmi patrono, & propugnatori notificandam ſupplicarunt, quorum iuxta ſupplicata, & poſtulata permiſſiui Regij Chirographi legitimum tranſumptū Fr. Io. Thomæ præſentarunt, & obtulerunt.

Nouum propitiū indultū hac tepeſtate reportarunt.

Catholici Petruxini legitimū tranſūptū Fr. Io. Thomæ præſentant.

VI. Oblatis igitur ex Hæreticis libellis, de periculo Fidei, & Religionis admoniti conuenerunt ad inuicem Pinerolienſes religioſiſſimi Ciues, zelotes Fideles Vallicolæ, & zelantes Apoſtolici Cuſtodes, & iuridicè coram Pinerolienſi Magiſtratu interpellantes, prætenſæ vſurpationi, & nouatorum præſumptioni validè oppoſuerant, pluribus adductis, & deductis pro antiqua, & iuridica legitima poſſeſſione aduerſus ſchiſmaticam inuaſionem peculiaribus validioribus allegationibus. Capuccinum hunc Fidei Archimandritam in multis ſępè ſolicitum probauimus, nunc vero multum ſolicitiorem in Sectariorum conatibus elidendis, & reijciendis comprobamus. Namq; cœpit ipſe efficacius agere cum Regio Generali Procuratore Domino Scotia Pinerolienſi, vt pro viribus nequiorum molimina remoraretur. Inde vt ordine congruo procederet; ad ſe vocatis tergeminis Vallis Petruxinæ Catholicis Conſulibus, Petruxię ſcilicèt, Dibloni, & Portarum Dominum Marchionem Pineroli Gubernatorem adijt, illius pro Orthodoxa Fide patrocinium expoſtulans. Quia vero Excellentiſſimo Marchioni à ſecretis ſtabat homo Hęreticus, & Hęreticorum protector; ideo vigilax Excubitor Prouinciali Miniſtro Capuccinorum Pedemontij, Miſſionum Præfecto per ſuas litteras Religionis Catholicæ annunciato periculo, & poſtulato ſuffragio, ipſe ex-templo Taurinum verſus iter arripit, coq; appulſus, Reuerendiſſimum Apoſtolicum Nuncium conuenit, cui Caluiniſtarum molimina, & aduerſus Eccleſiaſticum Regnū inſtructas technas & machinationes exponens; pro congruo antidoto expoſtulat: poſtulanti vero zelantiſſimus Præſul benignè annuens, ſe per efficaciores epiſtolas à Romana Curia opportunas prouiſiones ſolicitaturum pariter, & in Gallicano Regno Romanæ Sedis Nuncium commonefacturum pollicetur, huiuſcemodi grauioris pertractandæ cauſę ab ipſo Capuccino plenaria inſtructione, & informatione accepta. Nec his contentus æmulator Leuita, eodem tempore Reuerendiſſimos Dominos & Archiepiſcopum Taurinenſem, & Abbatem Pinerolienſem adijt, de eodem apud eos vehementius poſtulans, quinimmo ipſum ad Gallici Regis ordinarium Oratorem Taurini reſidentem tandem peruenit, & præuenit eum exorare, vt Religionariorum temerarios auſus, & irrationabiles machinationes deſtruendas annueret. Quibus peractis, ad propriam Stationem regreſſus, nequaquam ſtare voluit, quinimmo Prouinciali ſuo Miniſtro, & Miſſionum Præfecto Taurini procuratas prouiſiones per litteras indicauit.

Ann. Christi 1653.

Solicitè agit pro Fide Catholica aduerſus Sectariorū molimina.

VII. Verum enimuero cum probè caleret ſeditioſos hos nouatores Caluiniſtas Conualcij paſtos patronis, & efficaciores Aduocatos apud Chriſtianiſſimum Galliarum Regem, & Pariſienſes Magiſtratus plurimum auctoritate, & poteſtate valentes habere, vt & ipſe, immo Catholica Fides, & Religio Religioſos ſuos, & potentiores propitios tutelares patrocinantes experiretur, & inueniret; ad ſuos confratres Capuccinos primò, nempè ad Pariſienſis Prouincię Guardianos & Præſules, deindè ad Sereniſſimum Thomam Franciſcum Sabaudum Principem præcipuum Franciæ & Regis, & Regni Conſiliarium deprecatorias ſuas epiſtolas exarauit, quibus pro conſeruanda Fide illorum opportunum, & validum ſubſidium inuocabat. Has & conſimiles pro Fidei negotio ſolicitudines dū Fr. Io. Thomas feruidè præſtaret; en litteras Pinerolio accepit, quibus admonebatur Eccleſiæ aduerſarios vehemen-

Contra Caluiniſtarū efficaciores aduocatos, validiora ſubſidia inuocat.

tius antiqua ſua religionaria molimina fouere, & apud Regem impenſius laborare, vt tandem aliquando iamdiu petita reportarent. Quamobrem huiuſcemodi accepto nuncio, protinus Pinerolium Vallis Secretario aſſociatus aduolat, & congreſſo optimatum religioſo conuentu, de validioribus opponendis prouiſionibus conſultat, indè eodem tempore nouas epiſtolas & Reuerendiſſimo Pariſienſi Nuncio, & Sabaudo Sereniſſimo Principi Thomæ Franciſco Pariſios tranſmittit, quibus illorum pro Fide, & Eccleſia patrocinium indeficiens vehementius implorabat. Cumq; in conſueta Conuentuum, & Prouinciæ Miſſionum annua viſitatione Prouincialis Miniſter, Miſſionumq; Præfectus Fr. Ioannes à Foſſano diligentius Miſſionis Petruxinæ eò appulſus, ſcripturas, & memorias, ac relatas prouiſiones ſcripto exaratas perſcrutatus fuiſſet, incidit eis conſilium bonum, nempè has Excellentiſſimo Domino Marchioni Planitici, & Liburni Miſſionum protectori communicandi, & per eum commendatitias fidei litteras ad Chriſtianiſſimos Reges à Sabaudis Principibus impetrandi. Rurſus quoniam hæretica perfidia, Pariſiis reſidentibus domeſticis procuratoribus gaudebat, Catholica verò Fides coram Principe ſtantibus, & ordinariè conſiſtentibus Aduocatis proprijs carebat, & egebat; ideò Apoſtolicus vigil ſuo Miſſionum Præfecto, & Prouinciali binos ex noſtratibus prudentiores, & vſu rerum peritiores Capuccinos in ſubſidium Fidei Lutetiam Pariſiorum mittendos propoſuit, & ſuaſit, vt apud Reges & Matrem, & Filium fideliter enitentes, & ſuppliciter expoſtulantes, imminens hoc Eccleſiæ periculum, & pietatis excidium remouerent, ac auerterent, & Eccleſiæ hoſtes longius arcerent. Id cum tamquam magis opportunum, expediens Prouincialis Miniſter & Præfectus approbaſſet; perq; ſuas litteras Reuerendiſſimo Taurinenſi Nuncio communicatum iterum, ille comprobaſſet; necnon pro comprobata Miſſione à Miniſtro Generali Ordinis obedientiales litteras & poſtulaſſent, & præſtolarentur; dum ipſi quid vſterius agendum conſulunt, Aduerſarij Senatus conſultum, id eſt Regium Indultum præcedentium confirmatiuum, & reportant, & relatum publicari expoſtulant, de quorum & relatione, & vrgentiori expoſtulatione admonitus, Fr. Hieronymo Perreriano Collega in comitem ſibi adiecto, Taurinum feſtinanter pergit, per directumq; ad Reuerendiſſimum Apoſtolicum Nuncium ſuum dirigit acceſſum: cumq; vix ingreſſus, impietatis hæreticæ progreſſus aperuiſſet, obſtupuit ille, & de modo reſiſtendi à Fr. Ioanne Thoma inſtructionem accepit. Pergit iſte Miſſionum Dominum Protectorem, nempè Excellentiſſimum Planitici Marchionem iterum conuenire, cui Eccleſiaſticorum rerum, & Fidei cauſarum vberiorem participauit informationem; quam pariter Excellentiſſimo Archigrammateo, ſiue Magno Cancellario Morozio communicans, huius religionariæ cauſæ iamdiu agitatæ ſtatum ab exordio deductum pleniſſimè expoſuit, proponendo pariter in proximis Sabaudæ Coronæ ſubiectis Conuallibus futuræ ſeditionis imminens, & proximum periculum. Quamobrem his omnibus maturè expenſis, & ponderatis, atque coram Regalibus & Chriſtina Francica Genitrice, & Carolo Emmanuele II. Genito, Duce in maiori Concilio ad hoc congregato, ab Excellentiſſimo Supremo Cancellario expoſitis, Chriſtianiſſimo Franciæ Regi, Regijsque Adminiſtris efficaciores litteras dandas vnanimi ſenſu Supremi Conciliarij conſtituerunt, quibus Hæreticis indulta chirographa reuocanda poſtularent & Chriſtina Mater, & Carolus Emmanuel II. Filius. Hiſque expeditis & deſtinatis Fratribus Cherubino Pinerolienſi, & Thomæ à Morera Capuccinis ſacris Oratoribus conſignatis, dum illi Pariſios aduentantes, inibi pro Eccleſiaſtico Regno ſtrenuè laborant; iſte ibi in ſua Statione ſcripturas neceſſarias inquirendo, & prouiſiones tranſmittendo validè collaborauit; donec ſuperno aſpirante Numine Orthodoxa Fides de Caluiniana perfidia triumphauit. Chriſtianiſſimis namque Principibus in pietatem propenſis, & legitimæ Religioni fauentibus, coram Tribunali exagitata Religionis cauſa, reuocatiuum tandem reſcriptum à Rege emanauit, vti ſatius proprio loco dabimus, & Fr. Ioannes Thomas voti compos euaſit.

VIII

Nequaquam tamen malignantium calumnias, & perſecutiones deuitare præualuit, quia ſi non vniuerſos à Vallibus, nonnullos ſaltem à Pinerolienſi Ciuitate expellendos Sectarios & ſolicitè procurauit, & opportunè tandem reportauit. Cum enim mercimoniæ honeſto ſub titulo, & habitationem, & ordinariam ſtationem intra vetitos Ciuitatis terminos acquiſiuiſſent, muneribus, ſiue largitionibus ſopitis, & cicuratis Cuſtodibus; Vigil Capuccinus coram Tribunalibus inſtè perſtrependo, & obſtrependo hos, & illos exercitauit, & profanos de Templo eiecit, vnde aduerſus ſemetipſum oblatrantium linguas prouocauit, ex eo enim quod aduerſus Sectarios, & in ſuperiori cauſa, & in ſequenti caſu ſæpius procedendi interpellauerat, ſeditioſum hominem Seductorem, dubiæq; Fidei, ſiue fidelitatis promiſcuè ad Principes eum appellabant, & Superiorum Tribunalibus denunciandum, ac grauioribus pœnis plectendum prædicabant, verum à Deo confortatus, & Sacrorum Præſulum litteris animatus, quotidiè magis conualeſcebat, & confundebat

Miſſionum Præfectus Petruxinæ Miſſione viſitat, ſcripturas, & prouiſiones perſcrutatur.

Apoſtolicus Miſſionarius ſuo Præfecto ſuadet in ſubſidium Catholicæ Fidei mittendos Pariſium binos Capuccinos.

Caluiniſtæ Regiũ nouũ Indultũ reportant, eiuſq; publicari expoſtulant.

Fr. Io. Thomas iterum ad Miniſtros recurrit.

Bini Capuccini Lutetiam adeũt, pro Eccleſiaſtico Regno ſtrenuè laborãt.

Ann. Chriſti 1654.

Sectarios nonnullos Pinerolienſem Ciuitatẽ habitantes eijcit Fr. Io. Thomas; calumniatus, plurimaſque perſecutiones patitur.

debat Hæreticos, alios vero credentes ad Fidem reducebat, quorum numerus, & ſi ſeptenarium non excedat; Fr. Io. Thomas tamen in hoc potiſſimum inter cæteros excelluit; quod apud regionis illius incolas, & Prouinciæ habitatores promotoris Fidei paſſim titulum reportauit, & ſic glorioſus de Statione Apoſtolica ad Religioſa Clauſtra magiſtralem cathedram ſecundo recturus, & iterum adminiſtraturus, Capitularium Patrum decreto aduocatus tranſmigrauit. Quoſdam ad Fidé reducit.

CALCVLVS XXIII.

COMMVNIS

Fr. Fr. PAVLI TAVRINENSIS, & AMBROSII VERNANTENSIS Concionatorum per annos 1654. 1655.

I. ANno præſenti ſexcenteſimo & quinquageſimo quarto ſupra milleſimum in Prouinciali Capitulo Pedemontanæ noſtræ Capuccinorum Prouinciæ in Lancæano Cœnobio & congregato, & celebrato, Capitularium Patrum decreto, Fr. Io. Thoma Braidenſi (vti diximus) artium Prælectore iterum conſtituto, ſtatutæ in Petruxina Valle Cuſtodiæ obſeruandæ Fr. Paulus Taurinenſis (qui hactenus Verzolij in Excubijs inuigilauerat) iam ſecundo præficitur. Præfectus autem, & eò profectus, antiqua, & conſueta Euangelicorum Operationum Apoſtolica exercitamenta prædicandi; Sacra miniſtrandi; atque in cunctis tam Parocho, quàm parochianis ægris, & ſanis ſpiritualiter, & corporaliter ſubueniendi, & ſuccurrendi reaſſumpſit, & indefeſsè colere perſeuerauit, quoadusque langore preſſus, diutiùs ægrotauit. Suo namque ad Petruxinam Miſſionem acceſſu animaduertit, quod Fr. Thomas (qui immediate in Apoſtolatu illi præceſſerat, & diſceſſerat) tempore ſuæ myſticæ villicationis, ad imitationem priſcorum Patriarcharum, intrà religioſi ſui habitaculi anguſtias puteum pro quotidiano miniſterio, & aquarum ſeruitio fodere cœperat, haud quaquam tamen conſumare remotus potuerat; ipſe igitur ſuperueniens, prædeceſſoris laudabilia inchoata molimina proſequi volens, putei perficiendi ſolicitiori curæ incumbere ſatagens, dum fabris aſſiſtit, in febrim incidit, cui curandæ cum Medici, aut medicinæ inibi præſtò non eſſent, ad Pinerolienſe Capuccinorum Cœnobium ſe ſe deferri popoſcit, vbi cum diutino, immo diuturniori languore ſe detineri perſpexiſſet, ne Sacræ Excubiæ Petruinæ Vallis proprio Excubitore grauiori cum Eccleſiaſtici Regni detrimento diutius vacarent; propriæ & ægritudinis, & abſentiæ Miſſionum Præfectum Capuccinorum, ſcilicet Prouincialem Miniſtrum per litteras admonuit, vt vacanti ſuæ Stationi validum Vigilem prouideret, ſicuti & ex-tempore præſtitit, poſtquam Fr. Paulus Hæreticum militem Catholicæ Eccleſiæ conciliaſſet.

Ann. Chriſti 1654.

Huic Cuſtodiæ Vigil cóſtitutus Frater Paolus, prędeceſſoris ſui laudabilia molimina, & ipſe proſequi voluit.

Militem Catholicę Eccl ſię reconciliat.

II. Iidem in Comitiis Prouincialibus ad Padiſanas Excubias obſeruandas emiſſus, ordinatus, & deſtinatus venerat Fr. Ambroſius à Vernantio, ætate quidem nequaquam prouecta, ſed ſenectus computabatur in ſenſu. Hic igitur Religioſus Leuita honeſtis moribus, atque regularis diſciplinæ ſolicita obſeruantia cum fulgeret intrà domeſticos lares; ſupra candelabrum in conſpectu Eccleſiæ ſemel in Padiſana; iterum in Petruxina Miſſione venit poſitus, & expoſitus hoc eodem anno milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo quarto, quando in lectulo diutius decumbente Fr. Paulo Petruxino Cuſtode, Fr. Ambroſius de Eridani Valle ad Petruxinam Cuſtodiam Superiorum decreto tranſlatus inuigilare cœpit in Sacris Excubijs. Primo materialis putei ſtructuram continuando, poſtmodum, immò eodem tempore ſpiritualium aquarum irrigua proximis effundendo prædicationibus, catechiſmis, ſermocinationibus, adhortationibus, & Sacrorum ſollicito miniſterio, quibus ſe ſe ſolicitum, & fidelem Chriſti Miniſtrum, legitimum myſteriorum Dei diſpenſatorem liquidò demonſtrabat cum enim ſub his diebus ſuæ Miſſionis grandæuus Sacerdos, nempè Diblonii Parochus grauiorem in languorem, & morbum incidiſſet; ob idq; puſillus ille fidelium grex abſq; Paſtore Lupis expoſitus periclitaretur; periclitanti, & indigenti Capuccinus Vigil accurrere, & ſuccurrere voluit, flocci enim faciendo tunc furentium, & debacchantium Religionariorum minitationes; atq; inſidias, continuò, & perpetuò Petruxia Diblonum curſitans, & languenti Presbytero corporalia, ſpiritualiaq; ſubſidia ſuppeditauit, & indigenti populo Parochialia miniſteria valldè, & infimis exhibere tandiù infatigabiliter perſeuerauit, quandiù proprius Rector & Curatus ægrotauit, atq; conualuit. Dum igitur Parochi officio fungeretur, & Parochiale onus

A Padiſana Statione ad Petruxinam tráſlatus Fr. Ambroſius.

Infirmanti Parocho, & deſtitutę Parochię accurrit.

ſuſtineret; contigit aliquando, vt iam iam moriturę fœminæ grauius laboranti Euchariſticum Sacrum Panem pro Viatico adminiſtrandum publicè de more deferret; deferendo autem in Sectariorum armatorum turmam incideret; qui tantum abeſt, vt Deum ſuum ſub conſecratis ſpeciebus debitè venerarentur, & adorarent; quin potius deridendo aſpernarentur: quare Fr. Ambroſius cultum veri Dei zelans, protinus ad Tribunal irriſores delatos ad publicam pœnitentiam, & ſatiſfactionem præſtandam compulit.

Sacrorum irriſores coercet.

III. Tunc cœpit Fr. Ambroſius in Petruxina Cuſtodia operari, quando poſt operoſam, & diutinam negotiationem Pariſijs peractam, gemini eò deſtinati Capuccini reuocationem Indulti Hæreticis Vallicolis conceſſi reſcriptum à Chriſtianiſſimo Rege obtentum, regredientes Pinerolium attulerunt, Ciuibuſq; atq; Magiſtratui præſentauerunt, atq; pro roſtris publicandum obtulerunt. Quam publicationem cum perendinari, & protellari conſpiceret Capuccinus Excubitor; apud Iudices, & Magiſtratum ſolicitè agere voluit, pro Reſcripti debita promulgatione, tamquã Fidei Catholicæ, & Catholico Regno quàm maximè illis in Conuallibus neceſſaria. Verùm enimuerò cum pluribus prætexatis difficultatibus, religioſas ſuas interpellationes nequaquam ad votum exaudiri conſpiceret; efficaciùs Iudicum fidem, & pietatem pulſare tandiù perſtitit, quandiù à Politicæ Adminiſtratoribus calumnias plures perpeſſus, à ſolicitatione ceſſare compulſus fuit. Haud quaquam tamen ab antiquorum Iurium Religionarijs præſcriptorum obſeruatione procuranda quieuit: quinimmò pro virili modis omnibus intra conſtitutos terminos nouatores Sectarios contineri procurauit. Vnde cum irrequieti Caluiniſtæ, contra fas, Secretarium Hereticum in tota Petruxina Valle, pro Reipublicę actis recipiendis, & dirigendis conſtituere tentarent; iniquis his attentatis ſe ſe opponens Capuccinus Stationarius, illorum iniuſta molimina diſſoluenda, ac reijcienda curauit. Rurſus ſub hoc tempore cùm Sectarij Caluinicolæ proximarum Conuallium Lucernæ, & SanctiMartini aduerſus proprium legitimum Principem Ducem Sabaudiæ rebellantes arma ſumpſiſſent; Petruxini Concaluiniſtæ vectigalia deſertoribus ſubminiſtrare voluerunt, & accelerauerunt, ſtudioſè adeò vt etiam in Petruxiæ Oppido reſeruato, pro commeatu rebellibus belligerantibus expeditius ſuppeditando, panibus conficiendis panificos Operarios Hæreticos ſtatuere auſi fuerint: quod proſpiciens Fr. Ambroſius, temerarios hos auſus compeſcere feſtinans, Magiſtratui re delata, impios piſtores ab iniqua piſtrina deturbauit, & de Petruxiæ Pago reiecit. Quam publicam eiectionem nullus Catholicorum, etiam potentiorum tentare auſus fuerat, frementibus tunc, & furentibus Religionarijs, infernali Oeſtro perciti contra Fideles.

Iurium promulgationẽ, & obſeruantiã curat.

Ann. Chriſti 1655.

IV. Quorum plurimos rebellantium perfidorum barbarica diuexatione, & immani perſecutione de vicinis Vallibus SanctiMartini & Lucernæ eiectos, & ad necem conquiſitos, pius Sacerdos non ad ſe venientes, & confugientes dumtaxat humaniter excepit; ſed & diligenter per antra, & rupes quæſitos diſperſos, & periclitantes recollegit, & cunctis pro viribus ſubſidia contulit, ad malorum tolerantiam eos ſuauioribus adhortando, & humanioribus adhortationibus demulcendo, & conſolando. Quam religioſæ charitatis humanitatem, non eiectis modo Fidelibus præſtabat, ſed & iuſtè à Principe rebellantibus reiectis, & proprijs domibus expulſis in deſertionis pœnã perfidis exhibebat, dũ eis obuiam pergens ad reſipiſcentiam prouocabat, atq; ad pœnitentiam adhortabatur. Benignis igitur Religioſi monitoris commonitionibus acquieſcentes, & auſcultantes quamplures reſipiſcere voluerunt: fuerunt autem reduces duo & viginti Patresfamilias, ipſi perſonaliter Catholicã Fidem acceptantes, pro ſuiſq; familijs pariter redituris vadimonium præſtantes. Quamobrem animaduertentes ſeditioſorum Caluiniſtarum Archimandritæ, qualiter Capuccinus Vigil perpetuò circuiret, & infatigabiliter niteretur, & refugas credentes fouere, & profugos incredulos recipere, ſimul & ad Sanctæ Matris Eccleſiæ ſinum reducere, atq; recolligere; nimia phreneſi correpti in Religioſum Leuitam inſurgere, illiq; manus inijcere decreuerunt; quare & in via pedicas, & laqueos abſcondere, & domi inſidiari non deſtiterunt: tertiò enim armata manu ad Euangelici Stationarij hoſpitium perfidorum turba accedens, domumq; circumquaq; obſidens, ferro, vel flammis Apoſtolicum Excubitorem cum Sacris Excubijs conſumere, & de medio tollere aggreſſi ſunt; verum Diuina vi repulſi decretum facinus perficere ſemper prohibiti ſunt. Non abſtinentes à perpetua Religioſi Sacerdotis infeſtatione, & omnimoda perſecutione. Non igitur in reducentem inſurgere valentes, deſæuire voluerunt in reduces Neophitos, quos acerbioribus minitationibus, & mortalibus diuexationibus ab acceptata veritate retrahere conabantur, geminoſq; conſtantes, & in profeſſa Fide fortiter perſtantes feraliter trucidauerunt. Quare Fr. Ambroſius aduerſus huiuſcemodi tyrannicos oppreſſores prouiſiuum Edictum à Principe promulgari poſtulauit, & obtinuit: vt nouiter ad Fidem conuerſos Reipublicæ Adminiſtratores Oppidorum, tamquam

Credẽtibus, & incredulis benefacit.

Viginti duo Patresfamilias reduces.

Perſecutiones patitur.

ſub ſpeciali Principis tutela conſtitutos tutarentur. His igitur, & conſimilibus Apoſtolici muneris præclaris facinoribus dum incumberet Frat. Ambroſius in Comitijs Prouincialibus Octobri menſe celebratis, de Petruxię ad Caſtridelphini Stationem Patrum diſpoſitione eſt tranſpoſitus.

CALCVLVS XXIV.

Fr. LAVRENTII COMPVTENSIS Concionatoris per annos 1656. 1657. 1658.

I. SEditioſis Schiſmaticis, deſertoribus, atq; ab vtroque Regno tum Eccleſiaſtico, tum Sæculari rebellantibus Caluinicolis trium Conuallium Lucernæ, Sancti Martini, & Petruxiæ armis domitis, & debellatis; Sereniſſimus Carolus Emmanuel Sabaudiæ Dux, & Cypriorum Rex à compluribus Potentatibus per litteras, & internuncios enixè rogatus, poſtulante ſignanter Chriſtianiſſimo Galliarum Rege, & deſertionis crimen, & exterminij pœnam dimittere, & condonare voluit: vnde diuerſorum Principum, Gallicaniq; Regis præcipuè Oratoribus ſolemnibus agentibus, Læſæ Maieſtatis enormioris piatuli multipliciter reis fune ad collum alligato, flexis genibus veniam ſuppliciter poſtulantibus, abolitionem conceſſit, ſimulq; Patrium ſolum rurius repetere, & inhabitare permiſit præcedenti anno milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo quinto tertiodecimo Kalend. Septembris. In priſtinum igitur ſtatum reſtituti Vallicolæ hi Religionarij, Principis clementia, ac indulgentia non humiliores, & humaniores, quinimmò inſolentiores vniuerſi tum Sabaudo, tum Gallico Regi ſubiecti apparuerunt; quando à Superioribus emiſſus ad Petruxinam Stationem coram Religionarijs comparuit Frat. Laurentius; cuius aſpectum, & conſpectum quaſi irreconciliabilis hoſtis, atq; validiſſimi aduerſarij exhorrentes, & ſuſtinere vix valentes lucifugæ noctuæ, & veſpertiliones nebulones, ac ruſticani Vallicolæ, & venientem indecoris conclamationibus exceperunt, ſimul & euntem, ac redeuntem pro ſuo munere præſtando per vallares vias, & Villas clamoroſis vociferationibus iniurioſis proſequebantur. At ille canum latratus flocipendens, oblatrantium ora tacitus obſtruere valuit. Ad Excellentiſſimum namq; Dominum de Sernient ordinarium Regis Galliç apud Sabaudum Ducem Oratorem confugiens; Hæreticorum petulantiam, impudentiamq; religioſiſſimo viro annunciauit; vnde protinus ille (vti erat Catholicę Religionis propugnator acerrimus) datis ad Vallicolarum Archimandritas ſuis litteris effecit; vt de præteritis deriſionibus publicam ab Euangelico Stationario veniam peterent, & à futuris omninò cauerent. Quò liberum acceſſum, receſſum, & proceſſum per Conuallium itinera ad Apoſtolicum miniſterium peragendum habere valeret. Pręualebat igitur Fr. Laurentius, & circuibat Euangelizando verbum Dei, duplici idiomate pro diuerſitate audientium vtens, nempè Italico pro indigenis, Gallico pro alienigenis ſignanter militibus. Aduerſus Therſitas, nempè Pſeudopredicantes validè inſurgebat, & acriter in religionario certamine digladiabatur. Semel coram Excellentiſſimo Gubernatore, & Optimatum turma in Pineroliensi & Ciuitate, & Aula garrientem ſciolum Pſeudominiſtrum indecorè conticeſcere compulit. Iterum verò in Pinnachię Vico aduerſum eum conuenientes duodenos Pſeudopaſtores validioribus ratiocinationibus ipſe ſolus in fugam cõuertit glorioſè adeò, vt ipſi Religionarij impoſterũ plurimum ei deferrent.

Ann. Christi 1656.

Apoſtolicum virum veniẽtẽ irriſionib⁹ excipiunt Hęretici, ſed cõpeſcuntur.

Euangelizat, & diſputat.

II. Prærecenſitis ſuperiori Calculo in Capitularibus diſpoſitionibus octauo menſe peractis anno proximè præterito à noſtrę Pedemontanę Prouincię Patribus Fr. Ambroſio ad Caſtridelphini Miſſionem amandato, Fr. Laurentius Petruxiam fuit deſtinatus, deſtinatam tamen ad ſibi Stationem non priùs iſte peruenit, quàm pro Fidei grauioribus cauſis peragendis Gratianopolim perrexiſſet, quibus & in itinere, & opere cum per tres menſes circiter detentus perſtitiſſet; ſtetit pariter Petruxina Cuſtodia proprio Cuſtode viduata per trimeſtre. Quò tempore miſelli Catholici cuiuſdã populationis Inuerſuni dictę, in Petruxina Valle trans fluuium conſtitutę, Sabaudo Dominio ſubiectę, à proximiorum Pagorum Pratimolis, & Sancti Germani Hæreticis adhuc diuexabantur: Nam cum rebellionis tempore, nempè ſuperioribus menſibus eos ad internecionem vſque perſecuti fuiſſent; crudeliter eos proprijs laribus eijciendo, bonis expoliando, & nonnullos immaniter necando: modò compoſitis rebus, captata Capuccini Cuſtodis abſentia; hos ſic diuexatos tum minitationibus, tum largioribus pollicitationibus aggredientes, & perurgentes, infœlices omni ſubſidio, & auxilio deſtitutos, ad deierandam Fidem, & deſerendam Eccleſiam pellicere nitebantur. Illi vt erant corporalibus bonis expoliati, & ſpiritualibus præſidijs exortes, ab importunis, immò violentis impulſo-

ribus

ribus quotidiè ſollicitari quin & proprijs vrgentioribus neceſſitatibus inclinati iam iam perfidię manum dare cogitabant: Cum ecce Gratianopoli regrediens, Vallem Petruxinam ingrediens opportunus adeſt Fr. Laurentius, vt ſibi concreditam Stationem cuſtodiat, cuius diù expectatus aduentus vbi primum nutantibus illis Catholicis Vallicolis innotuit, ad vitam reſpirare cœperunt, adque Capuccinum Vigilem alacres, & volucres conuolare voluerunt, illumque tamquam ſuæ ipſorum ſalutis Angelum agnouerunt: quamobrem proprię modicę, immò declinantis iam ad perfidiam Fidei crimen coram eo faſſi, eiectorum afflictorum, & infirmorum vt miſereretur, deprecati ſunt. Animaduertens igitur occulatus Excubitor miſerorum anguſtias, & animarum diſcrimen, ſpirituali primum, & vrgentiori neceſſitati accurrens, vehementioribus adhortationibus, & efficaciori ſermocinatione vacillantes in Fide confortare, & confirmare voluit, ſicuti & præſtitit, cum lachrymis illis ſuæ puſillanimitatis, & infirmitatis veniam petentibus, numquam ſe talia cogitaturos pollicentibus, immò cum re domeſtica vitam pro veritate ſe libenter profuſuros profitentibus. Taliter igitur ſic contritis, & ſpiritualiter curatis Fidelibus corporaliter ſuccurrere tunc excogitauit: quapropter pernix Taurinum ſemel & iterum profectus, coramque Reuerendiſſimo Apoſtolico Nuncio miſerorum inopiam & neceſſitates exponens ſemel & bis copioſa pecuniarum ſubſidia reportauit, quas egentibus illis eiectis diſtribuens, afflictorum neceſſitates magna ex parte ſubleuauit: nam & pro quotidianis indigentijs pauperculorum ſubleuandis ipſe & collega Sacerdos de proprio ſuo ordinario commeatu panis, & vini, ac calceamentorum elargitiones indigentibus præſtabant.

Periclitantibus ſuccurrit

III.

Myſticam quidem & ſpiritualem Eccleſiæ ædificationem apprimè curabat Leuita Laurentius, materialem, attamen Templorum inſtaurationem nequaquam negligebat. Perſtabat igitur iam ab antiquis diebus ipſo in publico, & communi Vallati itinere peruetuſta Parochialis Eccleſia Pinnachię Dei Genitrici Virgini Mariæ Sacra, ab Hæreticis quondam vſurpata; & profanata, & tandem diruta; verum ab Apoſtolicis Operarijs Capuccinis recuperata, & inſtaurata, ſed rurſus à Religionarijs expilata pariter, & ferè deiecta. Hanc igitur vt releuaret, & reſtitueret, mentem & manum applicuit Capuccinus, quod animaduertentes ſacrilegi expilatores præ furore inſanientes, & Miſſionario inſtauratori, & artificibus operarijs grauiter, & vehementer minitari perſeuerauerunt; totius ædificij exterminium, ædificantibus vero internecionem indicentes: verùm inſanas delirum voces paruipendens Fr. Laurentius, ſtructurę conſummationem, & Sacrarum Ædium perfectam reſtitutionem compleuit, non quo ad ædificium dumtaxat, ſed & ad ornamentum interius pariter & exterius, intus ſacram ſupellectilem Iconis, & paramentorum prouidendo, extra vero ligneum eminens Crucis vexillum præ foribus Templi ipſa in via publica erigendo, quod Sectarijs crudelioris odij, & ardentioris iracundię fomes extitit. Nec tamen ſtetit Apoſtolicus Operarius; quinimmò cum quadam die in Phano Idoli Pinnachię congregati ſtarent Philiſtim; ipſe Diabolorum profectus, congregata vniuerſorum fidelium ſupplicatione publica, vnà cum loci Parocho, ad inſtauratam Eccleſiam, de more concinendo, ſub Crucis erecto vexillo ordinate procedendo, peruenit, ibiq; ſolemniter Sacroſancto Miſſæ Sacrificio celebrato, ipſe ad conuenientem populum ſermonem habuit, de Romanoq; more cunctis Eccleſiaſticis ceremonijs abſolutis, proceſſionaliter vti venerant, laudes Deo canendo, reuertuntur, frementibus perpetuo; & tabeſcentibus, ſimul & acerbius obmurmurantibus Caluinicolis. Qui cum Catholicam reſtaurationem præpedire minime auſi fuiſſent; hæreticam attamen profanationem erigere voluerunt: nam eodem in Oppido Pinnachiæ iuxta exædificatum ibi profanum impietatis Delubrum; ſuperbiæ campanile hactenus ipſis interdictum conſtruere cœperunt, & conſummandam conſtructionem accelerare ſtuduerunt. Quod vbi ad Capuccini Vigilis aures peruenit; aduenit illicò ille, vt prohibitam ſtructuram impediret, at pertinaces iſti in propoſito ab incepto opere non deſtiterunt; interpellauit Fr. Laurentius & ſæpius, & frequentius tam pacis, quàm belli Iudices, & Adminiſtros emiſerunt interpellari, & indixerunt pertinacibus ædificantibus interdictorias ſanctiones, & prohibitiones, verùm fruſtra; donec tandem Magiſtratus Pinerolienſis, & Præſidiarius Cuſtos comminata inobedientibus militum immiſſione, & inuaſione, ab incepto opere tandem aliquando deſtiterunt. Cumq; Fr. Laurentius pro inceptæ, & peractæ iam aliqualis ſtructuræ demolitione rurſus poſtularet; poſtulata obtinere hactenus non valuit, quia ad hoc Regis ipſius Chriſtianiſſimi Edictum, & mandatum, nullius verò inferioris Iudicis neceſſarium eſſe contendunt: Vnde adhuc ſub Iudice lis eſt. Licet iam verbale Oraculum à Regali Chriſtianiſſima pietate proceſſerit; ſe Turris ædificationem abſolute nolle; conſtructuræ vero contra fas erectæ demolitionem velle. Vnde vix credibile fuerit, quanta in Miſſionarium Capuccinum perfidi iracundia exardeſcant, comminantes ei & propriæ domus, & Eccleſiæ, & perſonæ, & fidelium combuſtionem

Ann. Christi 1656.

Sacra ædificia promouet, Profana impedit.

ſimul,

ſimul, & perditionem. Verùm, frementes Leones in fugam vertit Galli cantus, & vox.

IV. Sub his diebus dum verbum Dei Euangelizando circuiret per Petruxinam Vallem Apoſtolicus Operarius; ſubintellexit nouatores religionarios nouam turrim ad Arcis inſtar in Babylonia, hoc eſt Babylonico Pago S. Germani Reali Sabaudę Celſitudini ſubiecto, conſtruendam incepiſſe, & ſuceptę conſumationem accelerare; quamobrem doloſi, & veriti ædificij menſuris, & ſtricturis ſecretò per miſſos exploratores exploratis, & reportatis; cuncta fideliter Geometricè delineata ad Pedemontium Principem tranſmiſit, quibus ille perſpectis, nequioribusq; moliminibus Sectariorum ab Euangelico Vigili intellectis, cæptum campanilis fortalitium ex-tempore deijciendum mandauit, mandato quidem à principio peruicaces Religionarij obtemperare detrectabant: verùm inſtante Fratre Laurentio tandem aliquando impietatis corruit ædificium. Sancti Germani conſermino agro cohæret territorium cuiuſdam populationis loci Portarum trans flumen Inuerſum dictę. Caluiniſtę igitur inibi commorantes, quod viui abhorrent, mortui ambiunt, nempè ſacrata Eccleſiarum limina intrare; contra vetitum igitur euitentes cadaueracea defunctorum anathemata ſacrum in Catholicorum cæmeterium inferre præſumentes, ſepeliebant: hoc præſentiens Capuccinus zelator, relatis opportunis à Magiſtratibus prouiſionibus, ſacrilegam horum audaciam compeſcuit. Seditioſi Sectarij Perrerianę proximę Vallis deſertoribus Lucernenſibus fauentes arma ſumpſerant, ne obedientiam legitimo Principi præſtarent, quare Catholicos cunctos ſuos Conuallicolas, præcipuè Capuccinos Vigiles, præoccupatis montium, ſiue Vallis itineribus, quaſi in cuſtodia armatis gladiatoribus ſeptos detinebant; cuius iniquę detenſionis accepto nuncio, Fr. Laurentius Capuccini Collegę incolumitati proſpiciens, Perrerium verſus nulla periculorum ſibi imminentium habita ratione, iter ingreſſus, prudenterq; progreſſus, peruium inuenit, & obtinuit ingreſſum. Ad Fratrem igitur Hieronymum cum penetraſſet, religioſis efficacioribus adhibitis officijs, efferos illos barbaros ſuauioribus, perſuaſionibus ex parte manſuefecit; ità vt liberum facerent Catholicis vniuerſis quocunque vellent pergendi, & ſua bona aſportandi. Intrepidè autem, & fortiter perſtante Stationario Fr. Hieronymo inter mortalia diſcrimina, ipſe Petruxinam ad propriam ſtationem regreditur: citius in proximo Diblonis Oppido cum vix ſolitarium Parochiale Templum perſiſteret, in quo Parochialia munera exercerentur; id vt ſolemnius, & honeſtius præſtaretur, non Clericis ſolis operantibus, ſed & cooperantibus laicis; opportuna obtenta facultate, Diſciplinatorum Congregationem inſtituit, & inibi erexit, in qua loci Optimates albo Cõfratrum adſcripti ſub titulo, & vexillo Sacroſanctæ B. Mariæ Annunciationis Sacrorum celebrationi aſſiſtunt, & inſiſtunt. Ea in Vallis portione trans fluuium poſita, quæ adhuc Sabaudo Ducali ſceptro ſubiacet, bonorum hoc eſt poſſeſſionum; ſiue agrorum ſegeſtum Catholicorum ab Hæreticorum ſeparari, & ſecerni procurauit, quo Religionarijs oppreſſoribus diuexandorum Fidelium ſpecioſum titulum ſubtraheret. Tandem vt indecorum perpetrandi occaſionem Petruxinis remoueret; impudicam mulierem iam à pluribus annis ſcortantem ſępè ſepius fruſtra admonitam, tandem per competentem Iudicem carceribus mancipari, & condignis tamquam adulteram ſupplicijs plectendam procurauit, ſicq; illa quærcita, & correcta reſipiſcens, vitam in melius commutauit.

V. Sicuti filij perditionis Caluinicolæ propriæ damnationis haud ſatis contenti, contribulum, & Cõuallicolarum ſuorum peruerſioni perpetuò anhelant, ideo ſub his diebus diuexatos noſtros Eccleſię filios, & ſolicitationibus, nempè pecuniarum pollicitationibus, immò elargitionibus, ad apoſtaticam deſertionem inuitabant, quinimmo in dies perurgebant, ità legitimus ſaluationis & Saluatoris filius Fr. Laurentius non ſibi ſoli viuere, ſed & alijs proficere geſtiebat, propriæ, & proximorum ſaluti conſulendo: vnde occulatus Leuita nè inopia cogeret fideles ad turpia, acceſſit ipſe ad Reuerendiſſimum Apoſtolicum Nuncium, ſimul & ad D. Marchionem de Planitia; à quibus largis acceptis pecuniarium ſubſidijs, ad ſuos regrediens, Catholicorum corporalibus neceſſitatibus accurrens, & ſuccurrens, ſpiritualibus quoque periculis obſtabat; eum præcipuè admonenti, & diſcurrenti Miſſionario miſeri diuexati auſcultabant: ex quibus Patrem vnum cum tota familia reducem, ob idq; ad necem ab Hæreticis conquiſitum è Petruxina Valle eductum prærecenſito piiſſimo Marchioni commendauit, qui benignè exceptum in ſubiecto ſibi Planitiei Pago receptum congruis bonis cumulauit, & domicilium ſtabile præſtauit. Alterum cum ſuis domeſticis à Pſeudominiſtro pecunijs ſeductum, & ad Lucernenſem Aſylum poſticus confugientem etiam de nocte per aſpera itinera, & hoſtilia diſcrimina proſequutus, à fuga, & turpi Apoſtaſia retraxit (nulla habita ratione armatæ turbæ Sectariorum fulentium) quos appoſitis rationibus cicurauit, ita vt liberè Fideles regrederentur. Quoſdam ex aduerſo lapſos, & relapſos nempè binos pertinaces publicè proſcriptos eliminandos curauit, ſignanter alterum, qui acer-

Campanilis e ſecū deſtruere ſtagit.

Hæreticorū cadauera à Sacro Cemeterio expellit.

Ann. Chriſti 1658.

Perreriano Miſſionario accurrit, & libertati donat.

Dibloni Cōfraternitaté Diſciplinatorum inſtituit.

Regeſtū Catholicorū ſeparari ſecernit & adulteram mulieré correctam ad meliora perducit.

Ann. Chriſti 1658.

Vacillantes fideles modis omnibus accurrit, & in Fide confirmat.

bioribus verbis, ſimul & verberibus familiam ſuam Catholicam ſubuertere nitebatur. Et quia nefarij carnifices ad Catholicam Eccleſiam nonnullos conuerſos trucidabant; ipſe reduces Neophitos in tuto ſtatuere ſtudebat, & properabat. Perſtat adhuc in Statione quotidie, Dei Regnum promouere cupiens. Ad Regnum autem Diaboli ſub his diebus cum ſe approximare iam iam proſpiceret Pſeudo ille Miniſter Leproſus impius, & peruerſus ſeductor lethaliter decumbens, mox infelicem & criminoſam animam emiſſurus adſtanti filiæ vociferans, ſimul & repetens inclamabat, ſuppetias ſuppetias, miſero afferte, retinete, adſtate, quia infernalis Carnifex adſtat mox me aſportaturus.

DRACONERII APOSTOLATVS RATIOCINIVM TERTIVM

D. O. M.

CHRONOTAXIS.

AB ORBIS EXORTA SALVTE MILLESIMO CVM QVINGENTESIMO NONAGESIMO SEPTIMO ANNO.

CLEMENTIS OCTAVI SVPREMI HIERARCHÆ AVCTORITATE: CAROLI EMMANVELIS PRIMI SVBALPINI SVPREMI DOMINI SOLICITVDINE: IVLII CÆSARIS BARIENSIS ARCHIEPISCOPI, TAVRINENSIS NVNCII PROVIDENTIA: ANTONII PICHOTI EXTINCTI PRÆSVLIS (OB INTERITVM) EPISCOPALI SALVTIARVM SEDE VACANTE: FR. GABRIELIS CASALENSIS PROVINCIALIS MINISTRI VIGILANTIA, PRÆMISSVM FR. STEPHANVM A GOMBOLATO SERAPHICVM ET PRÆCONEM, ET PRÆCVRSOREM: FRAT. VALERIANVS A PINEROLIO MISSIONVM PRÆFECTVS SVBSEQVITVR AD SALVTIENSEM MARCHIAM; IBIQVE IN DRACONERIO INSIGNIORI OPPIDO CAPVCCINORVM APOSTOLATVS PRIMORDIALIA AVSPICIA FIRMAVIT AD ORTHODOXÆ ECCLESIÆ STATVM MARCHIONENSIBVS RESTITVENDVM.

DRACONERII RATIOCINII SYNOPSIS

Præambuli Numeri Quinque.

Primus	Geographicam	Relationem exhibet.
Secundus	Politicam	
Tertius	Hierarchicam	
Quartus	Errorum, & Hæreſis	Originem perhibet.
Quintus	Apoſtolatus, ideſt, Miſſionis	

Calculus Primus.

Præcurſoris Apoſtolici Fr. Stephani à Gombolato Concionatoris per annum 1596.

Calculus Secundus:

Prioris Fundatoris Apoſtolici Operarij Fr. Valeriani Pinerolienſis per annos 1597. 1598. 1599.

Calculus Tertius.

Promotoris Apoſtolici Operis Fr. Philippi à Pancalerio Concionatoris per annos 1600. 1601. 1602. 1603. 1604.

Calculus Quartus.

Communis

Coapoſtolicorum Operariorum Fratrum Bernardi Auguſtenſis, Ioſeph Foſſanenſis, Ioannis Baptiſtæ Scalenghenſis, Franciſci à Sancto-Stephano, & Stephani Tendenſis per annos 1600. 1601. 1602. 1603. 1604.

Calculus Quintus.

Fr. Chriſtophori à Cereali Concionatoris per annos 1605. 1606.

Calculus Sextus.

Fr. Columbani à Tridino Concionatoris per annos 1607. 1608.

Calclus Septimus.

Fr. Romualdi Taurinenſis Concionatoris per annum 1609.

Calculus Octauus.

Fr. Bernardi à PortuMauritio Concionatoris per annum 1610.

Calculus Nonus.

Fr. Raphaelis à Cherio Concionatoris per annos 1611. 1612.

Calculus Decimus.

Fr. Felicis à Sancta Victoria Concionatoris per annos 1613. 1614. 1615. 1616.

Calculus Vndecimus.

Fr. Marcelli Taurinenſis Concionatoris per annos 1617. 1618.

Calculus Duodecimus.

Fr. Franciſci à Montecalerio Concionatoris per annos 1619. 1620. 1621.

Calculus Tertiuſdecimus.

Fr. Conſtantij Vercellenſis Concionatoris per annos 1622. 1623.

Calculus Quartuſdecimus.

Fr. Auguſtini à Sauiliano Concionatoris per annos 1623. 1624.

Calculus Quintuſdecimus.

Fr. Ioachim ab Ayraſca Concionatoris per annos 1625. 1626.

Calculus Sextuſdecimus.

Fr. Angeli à Carignano Concionatoris per annos 1627. 1628. 1629. 1630.

Calculus Decimusſeptimus.

Communis

Fr. Fr. Franciſci a Monteregali, & Mauritij à Ceua Concionatorum per annum 1631.

Calculus Decimus octauus.

Fr. Matthiæ Concionatoris, ac prioris Guardiani per annos 1631. 1632. 1633.

Calculus Decimus nonus.

Fr. Hippolyti Taurinenſis Concionatoris, & Guardiani per annum 1634.

Calculus Vigeſimus.

Fr. Petri à Planitia Concionatoris, & Guardiani per annum 1635.

Appendix.

Fr. Seraphini à Montecalerio Concionatoris.

Calculus Vigeſimusprimus.

Communis

Fr. Fr. Pauli Taurinenſis, & Ioannis Ripaltenſis Concionatorum, & Guardianorum per annos 1636. 1637.

Calculus Vigeſimus ſecundus.

Fr. Ioannis Chryſoſtomi Taurinenſis Concionatoris, & Guardiani per annum 1638.

Calculus Vigeſimus tertius.

Fr. PauliMariæ à Corniato Concionatoris, & Guardiani per annos 1639 1640.

Calculus Vigeſimus quartus.

Fr. Mathiæ Concionatoris, & Guardiani per annos 1641. 1642.

Calculus Vigeſimus quintus.

Communis

Fr. Fr. Amedei à Taurino, & Ioachim à Gaxino Concionatorum, & Guardianorum per annos 1643. 1644.

Calculus Vigeſimus ſextus.

Communis

Fr. Fr. Victoris Ripulenſis, & Euſebij Eporedienſis Concionatorum, & Guardianorum per annos 1645. 1646. 1647.

Calculus Vigeſimus ſeptimus.

Fr. Ioannis Antonij à Raconiſio Concionatoris, & Guardiani per annos 1648. 1649. 1650.

Appendix.

Fr. Angeli Foſſanenſis Concionatoris.

Calculus Vigeſimus octauus.

Fr. Octauij Taurinenſis Concionatoris, & Guardiani per annum 1651.

Calculus Vigeſimus nonus.

Fr. Victoris Ripulenſis Concionat. & Guardiani per annos 1652. 1653.

Calctus Trigeſimus.

Fr. Hilarionis à Bouiſio Concionatoris, & Guardiani per annos 1654. 1655. 1656.

Calculus Trigeſimus primus.

Communis

Fr. Fr. Pauli à Taurino & Philippi à Bouiſio Concionatorum, & Guardianorum per annos 1657. 1658.

DRACONERII IN APOSTOLATV

CAPVCCINORVM OPERARIORVM

Pro Eccleſiaſtico Regno laborioſi Proceſſus numerantur, & calculantur.

RATIOCINIVM TERTIVM.

Geographicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. I.

SAlutienſis Marchionatus, & terræ feracitate, & aquarum fęcunditate, atque affluentia, & aeris ſalubritate, nec non Aſtrorum beneuolo aſpectu, ac benigno influxu perfruens, habitatores gignit (vt in plurimum) quibuſlibet vel mechanicis, vel liberalibus artibus; quin etiam politioribus facultatibus; ac ſcientijs aptiores, eoſq; ſignanter qui in Ciuitate, vel ciuilioribus Oppidis educati humaniori conuerſatione coutuntur. Hæc peramœna regio Regni Italici legitimo iure Marchia ſpecialis percenſetur. A Gallijs enim & Viennenſi, & Narbonenſi ſuperuenientibus alienigenis, per quinas inter Cotias Alpes patentes Valles, nempè Padi, Varaitæ, Macræ, Granæ, & Sturiæ, quoſdam velut aditus aperit, vel claudit Cuſtodialibus Excubijs: cum ipſa in Ciuitate Salutiarum, cum inſignioribus quibuſdam in Marchiæ Caſtris inuigilantibus, inter quæ ſecundum poſt Carmaniolium ſibi vindicat amplitudinis locum Draconerium nobile interamne Oppidum, ſuper collem ſitum, cuius radices & Macræ, & obſcurioris notæ torrentis effluentes alluunt aquæ, feracem & peramœnum agrum poſſidet. Circumadiacent illi ad Oriens trinæ proprij territorij populationes ſub nuncupatione Andriconij, Pratiueteris, ſiuè Sancti Iacobi, & tertia Sancti Antonij: ad Meridiem altera Rurium nuncupata: ad Occidens vltra viculos Moſcheriarum, Palieriarum, Sancti Iuſtani trans, & citrà fluuium in proprio, adhærent illi in alieno ſolo Cartinianum, SanctumDamianum, Palierium vſque ad portas Lotuli excluſiuè: ad Aquilonem tandem Rocchæbrunæ ſubiectus Pagus in rupe præeminet, à qua deſcendendo in complana, & Sancti Conſtantij Villare, & vtraque Murra, & tandem Buſca olim fortalitium, & opulentum Oppidum cohærent. Draconerium mœnibus, & Arce, & prominentiori, atque ampliori lapideo ponte munitur. Hoc ad Macrenſis Vallis valuas poſitum, ad Italicum Regnum ingreſſum vel recludit, vel occludit. Habitationes elegantioris ſtructuræ conſpiciuntur, & habitatores acutioris perſpicaciæ cognoſcuntur, induſtrij namq; , & operoſi diuerſi generis mercimoniæ operibus incumbunt, nec litterarum eximij profeſſores per ſæcula deficiunt. Draconerij ſitus, & conditio.

Politicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. I I.

HVius Cuſtodialis Oræ qualis apud antiquos viguerit exiſtimatio; apertè conteſtantur perſiſtentia hactenus copioſa rudera gemini euerſi, & è regione ſibi inuicem oppoſiti Caſtri, ad Meridiem, & Montiſmali radicem vnius in læua fluminis (vulgo) Reginæ Ioanne dicti: alterius ad Septentrionem, & Macræ dexteram in Sancti Bernardi Montis latere Rocchabruna nuncupari. Salutienſes igitur Marchiones (olim potentiſſimi) Marchionali huic Prouinciæ per longa elapſa ſæcula legitimè imperitantes, pacifico ſuo vt conſulerent Princi-

 patui;

patui; præcipuas has Conuallium fores haud mediocri animaduertentia ſibi cuſtodiendas propoſuerunt. Quapropter & Buſchæ proximo prælidiali in Oppido diſtinctam Marchiam inſtituerant, quam proprijs nobilioribus ſuis agnatis curandam aſſignauerant. Et Draconerium haud primaria ſua fundatione, & mœnibus, & aquis, & Arce munitum communire per tempora perſeuerarunt, aſſignatis illic, & perenniter adhibitis prælidiarijs Gubernatoribus, quod & Chriſtianiſſimus Gallorum Rex, & Sabaudus Princeps, quibus ſucceſſiuè Marchionatus iura ceſſerunt, ſolicitè præſtare conſueuerunt, ne ſuperuenientium alienigenarum inexpectatos paterentur incurſus. Quamobrem quoniam feruente ciuili, ac domeſtico Marte ſuperioribus annis Draconerij Arce diminuta, Infirmior Cuſtodialis munitio euaſerat, Sabaudus Princeps illius vtile, & ſubordinatum Dominium Excellentiſſimi Eſtenſis Marchionis poteſtati remiſit, & præſidium vigilantiæ commiſit.

Marchiones Salutienſes, Reges Galliæ, Duces Sabaudiæ poſſederunt.

Hierarchicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. III.

NEc omiſerunt Eccleſiaſticæ Dominationis Adminiſtratores in Draconerienſis Eccleſiæ adminiſtratione ſedulam adhibere ſolertiam: Nam cùm Epiſcopali Taurinenſi iuriſdictioni adhuc ſubeſſet; Ariſpertus Rex Longobardus Taurini reſidens ſub annis Domini 713. ad Alpium Cotiarum radices, atque Macrenſis Vallis fauces vix vnico à Draconerio diſtanti milliari, in Vico Villaris peramplam Abbatiam, inſignem multorum Monachorum Stationem in SS Victoris, & Conſtantij Thebæorum Martyrum titulum erexit, dotauit, & ditauit, quam à Saracenis euerſam, Adelaſia recenſita pia Marchioniſſa ab ipſis fermè fundamentis reſtituit: eam etiam & Buſchæ, & Salutiarum Marchiones plurimis bonis, ceu donis ſucceſſiuè cumularunt, ipſius etiam Villaris Oppidi illi temporali dominatione attributa. Huic virorum in oppoſito trans Macram agro Draconerienſi conſtructa conſpiciebatur Religioſarum mulierum Ciſtercienſium domus percelebris ſub Diui Antonij nuncupatione, & muris, & Villis circumuallata. Sed cùm erecto Salutienſis Eccleſiæ Epiſcopali baculo vniuerſa Marchia ſubiecta fuiſſet; ſuppreſſo Cœnobio, tranſlatis Monialibus, Monaſteriales prouentus Epiſcopaticæ Menſæ adſcripti extiterunt anno 1593. Spiritualia ergo Salutienſis Antiſtitis iura poſtquam ſuſcepit Draconerium, cum Parochiale ingens, & ſpectabile Templum ipſo in medio foro conſtitutum Diuis Andreæ Apoſtolo & Pontio Martyri Sacrum ſolitarius adminiſtraret Parochus, ſub Præpoſituræ titulo; latius autem ampliores ſuos terminos diſtenderet Parœcia; quàm vt vnius ſolius Parochi Parochialis cura Parochianis populationibus ſufficere valeret; Salutienſis Epiſcopus illam vnam Draconerienſem priorem in quinque diuiſam, quatuor poſterioribus præpoſuit, ſcilicet ſecundæ de Rocchabruna, tertiæ de Ruribus, quartæ Sancti Antonij, quintæ Sancti Iacobi, vel de Pratouetere, Præpoſitumq; ipſum dimidiæ Vallis Foraneum Vicarium inſtituit, ſicq; Parœciarum Pentagonum in Draconerij vnica Eccleſia conſtituit.

Ann. Chriſti 713.

Abbatia Villaris.

Monaſterium Sancti Antonij.

Ann. Chriſti 1593.

Parochialis Præpoſitus quatuor præfuit Sacerdotibus.

Erroris, idest Hæreſis originem perhibet Præambulus.

Num. IV.

NEquaquam deſtiterunt, quinimmò nequiter perſtiterunt, & vehementius affectantes ſolicitauerunt Sectariæ defectionis aſſertores, & promotores Draconerienſem munitionem præoccupare, quò Macrenſis Vallis expugnatis foribus, ad hereticam defectionem Italico huic tractui Pedemontano inferendam, facilior pateret aditus. Ideò quod iniquo Marte non valebant, doloſo, ac vafro Mercurio vt præualerent, & Romanæ Eccleſiæ ab his liminaribus exulata Religione, exularent ſimul & Eccleſiaſtici Regni legitima iura ab hac Marchia Salutienſium, Pſeudoapoſtolos ſceleratiores, ſcilicet præſtigiatores Lutheranos priores, Caluinianos ſucceſſores per Angelos malos immiſerunt. Valdenſes namque ad hos confines penetraſſe, Valdeſiosq; errores inibi diſſeminaſſe haud legimus, quare ab his populis Macrenſibus primariam contractam religionariam labem, Lutheriſticam, vel Caluiniſticam fuiſſe exiſtimamus: ſtudiosè refero Domini Marc. Aurel. tranſlata huic aſſertioni conſona ſequentia verba: *Haud aliæ Hæreſum primordia patuerunt donec carnalis, & libidinoſæ reformationis Martini Lutheri, & Aſſeclorum aſſerentium, vel opponentium Caluiniſtarum ſenſualis fœtor laſciuientium quorundam, & voluptuoſorum Marchiæ Salutienſis incolarum lubricas nares perualit. Ex his vero, vel illis*

Non Valdenſes, ſed Lutheranos, ac Caluinianos errores hauſerunt.

prior

Digitized by Google

prior quis Pſeudopradicantium hac emiſſus, peruenerit; comprobare mihi perdifficile admodum profiteor, fateor attamen à vero me haud procul abeſſe, ſi Antesignanos corruptores, & Primarios errorum diſſeminatores in Marchionali hac regione aſſeram Apoſtatas à Fide, & Religione Iafredum à Buſca, & Ludouicum de Cuneo anno quinquageſimo octauo ſupra quingentesimum & milleſimum, hunc Romæ, Taurini illum ignibus concrematus, ille quippè ſub religioſi habitus, quem profitebatur tutamine, potuit plures ſimplices decipere. Probabile tamen adiudico, turmas militum Gallorum, & Germanorum in Subalpinos peruenientes, hæreticalem lepram habitatoribus communicaſſe. Cum aliquando Iafredus patrios lares repetens, Draconeriam impia dogmata à quodam Montiſcalla acceſſitus, propugnaturus acceſſiſſet, & Orthodoxam de iuſtificatione veritatem impugnaſſet; Angroniam regrediens, Bargijs vinculis traditus, Taurini tandem damnatus, impia deſertionis congruas per ignem pœnas impœnitens ſoluit anno quinquageſimo octauo ſupra quingentesimum & milleſimum. Hęc ille alibi reperita, ex quibus liquidò ſatis ſupputare valemus: Draconerienſes ante dimidium ſeculi ſexridecimi hæretica dogmata à diuerſis delibaſſe, tandem ab impoſtore illo Francíſco Garrino, illis è regionibus oriundo altius ebibiſſe vſque ad fecem, circiter annum ſeptuageſimum nonum ſupra milleſimum quingenteſimum. Cum tamen prius apud illos in perfidia iam confirmatos, confirmata publico in Sectario Conuentu extitiſſent anno 1567. Pridiè Idus Octobris Caluiniana nefaria placita Pſeudoſynodi Pratiguliełmi habito poſt Kalendas Iunij eiuſdem anni (referente eodem Domino Marc. Aurel.) In illa Miniſtrorum iniquitatis, & nequitię deſignata ad varia loca Pſeudomiſſione, Draconerienſi populo decipiendo prefectus fuit quidam Franciſcus Cruthi, qui cum habitatores doceret nec Deum timere, nec hominis reuereri principatum; cum eodem anno 1567. Dominus Dux Niuernenſis Viceſgerens Regius in Subalpinis edicto promulgato, pręcepiſſet vniuerſis hereticę profeſſionis habitantibus, vel degentibus intra limites ſui regiminis, vt infrà triduum à publicatione edicti computandum cum ſuis familijs vniuerſi diſcederent; nec regrederentur abſque ſpeciali permiſſione, & diplomate, ſub interminatione vitę, ac bonorum proſcriptionis: Pſeudoapoſtoli perduelles regnorum docuerunt populos Principum edicta contemnere, nec obedire: Vnde Franciſcus Cruthi Draconerij comprehenſus, à ſatellitibus in publicos Salutiarum carceres ductus fuit cum ſocio Sorfilio, & ibi per quadriennium detentus, inde Regia indulgentia dimiſſus, ad vomitum regreditur, ita vt Draconerij Oppidum, & circumadiacentes Villę per plures annos (licèt non totaliter) ſaltem maiori ex parte Hęreſum nequitia laborauerint. Anno verò 1572. feruor, vel furor debacchantium phreneticorum aliquantulum tepęſcit ob edictum capitale Caroli IX. Regis Francorum contra perduelles Sectarios pronunciatum, non tamen ad litteram executioni mandatum, vnde ſiluit ad tempus, non reſiluit morbus hęreticalis in Valle Macrę, & Draconerio vſque ad finem ſęculi ſextidecimi. Quis autem, & qualis Eccleſiaſtici Regni ſtatus tunc Draconerij in confinijs viguerit, gemino ex capite colligo ſupracitati Domini Marc. Aurel. relationibus. Nam primo hęc conteſtatur: *Priuſq; animaduertere valerent Vigiles; latiùs adeò vel tenaciùs error obrepſerat, & prąualuerat apud Marchionenſes; vt pro hæreticalibus exercitijs publicè impunè profitendis, & alitaad's communi & animo, & ære ſolemnem Nuncium Franciſcum Galleum prauitatis Adminiſtram ad Chriſtianiſſimum Gallorum Regem deſtinauerint: ſed mandantum iuſtè reiecta impudentia, ignominiosè eiectus rediit mandatis.* Quibus addit: *Draconeriam inter Marchionalia pręcipua perapulentum vnum Oppidum, præſidiario & milite, & Gubernatore munitum, Caluiniana Hæreſi, vel phreneſi grauiter laborabat, non vulgi vilioribus in membris ſolum, verùm potioribus in principibus partibus, Optimatum enim plures ſicuti in potentia, & opulentia, ita & in inſolentia, atque perfidia prąualebant; adeò vt Catholicæ pietatis obſcuriora vix quædam reliqua veſtigia ſupereſſent.*

[margin: Ann. Christi 1558.] [margin: D. Lucern. lib. Mem. hiſt. c. 18.] [margin: Ann. Christi 1579.] [margin: Idē cap. 18.] [margin: Ann. Christi 1567.] [margin: Ann. Christi 1572.] [margin: Lucernen. lib. Mem. hiſt. cap. 18.]

Miſsionis exordium perhibet Praambulus.

Num. V.

CVm igitur Orthodoxę Fidei ſplendori, Draconerienſi Eccleſię reſtituendo, ſæpè ſæpiùs emiſſi ventitaſſent varij Euangelici Operatores, ſignanterque PP. Societatis Ieſu ſtrenuiſſimi pietatis propugnatores, ſub annis ſupra milleſimum quingenteſimum & ſexageſimo ſecundo, & octuageſimo quarto acceſſiſſent; atque hæreticalibus à draconibus percuſſos plurimos, ſed non vniuerſos curare præualuiſſent; (iuxtà relatum à D. Lucerneuſ.) tandem Fratres Minores Capuccini in opus ſucceſſerunt. Ab Ordinarijs igitur, atque Delegatis Præſulibus electus, ordinatus, & miſſus ad Marchiam Salutiarum, Sede Epiſcopali vacante, annò nonageſimo ſexto ſupra milleſimum, & quingenteſimum venit Fr: Stephanus à Gombolaro inter Ianuenſis tunc Prouincię Capuccinos eximius & Theologus, & Sacri Verbi Declamator, qui Dominicalibus huiuſmet anni, & quadrageſi-

[margin: Ann. Christi 1562. 1584.] [margin: Lucernenſis l. Mem. hiſt. cap. 41.] [margin: Ann. Christi 1596.]

malibus ſubſequentis concionibus ferventiori ſpiritu, non minus quàm copioſiori fructu ſolicitè contumatis, veluti Euangelicus præcurſor inſtituendo futuro Apoſtolatui libenter recipiendo Draconerienſem plebem prædiſpoſuit. Quare milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſeptimo anno ſequenti ſuperueniens Fr. Valerianus Miſſionum tunc Præfectus, auctoritate Apoſtolica ſibi communicata, terrium apud Ciſalpinos Capuccinorum Apoſtolatum ad Eccleſiaſtici Regni ſpirituales Excubias peragendas in Italicis Oſtijs in Oppido Draconerij inſtituit, & canonicè conſtituit apud Sacras Ædes Congregationis Diſciplinatorum Franciſcanę militię à D. Bonauentura adſcriptorum, ſibi benignè oblato, & accommodato domicilio, quouſque ad noui Cœnobij conſtructionem vſi fuerunt Apoſtolicæ huiuſce Miſſionis cultores, de cuius primaria fundatione P. Zaccharias Bouerius hæc memorię tradidit: *Exereſcebat interea Apoſtolica Miſſionis virgultum felicioribus auſpicijs apud Pedemontanos ſuperiori anno ſatum, & cum anguſtiora in dies, propter Operariorum diligentiam, in Sancti Martini, ac Petruſiæ Vallibus Diuina virtute incrementa daret; noua hoc anno Draconerij, quod amplum Salutiarum Marchionatus Oppidum eſt, firma Arce munitum, ex quo ad Macra Vallem, qua quatuordecim millium paſſuum ſpatio Acelium vſque extenditur, aditus aperitur. Vallis hæc a Macra flumine, quod interfluit, ac rapida curſu per Vallis medium fertur, appellationem ſortita eſt, cuius fauces Draconerium occupat, ſitu amœnum, rerumque, ac populorum copia diues. Id verò cum hac tempeſtate ita Caluiniana Hæreſi infectum eſſet; atque adeò in eo Caluiniſmus inualuiſſet; vt Oppidi Primarijs, & maiori plebis parte Caluino nomina dantibus, vix Catholico nomini locus relictus eſſet; eò Valerianus Berna Pinerolienſis, & alter Stephanus à Gombolato Prædicatores mittuntur: qui hoc draconum cubile intrepidè ingreſſi, Euangelica romphæa ſerpentes ibi Hæreſes inuadunt, errores iugulant, Caluiniana zizania euellunt, Catholicamque, ac Romanam in eo ita Fidem diſſeminant; vt paruo temporis ſpatio quamplurimis Oppidi Proceribus ad rectam Fidem perductis, plebeque maiori ex parte ab erroribus expurgata; vbi prius dracones habitabant, viror calami, & iunci ortus, primaque Catholica facies Oppido reddita videretur: mox enim ab ijs Corporis Chriſti confraternitas erigi, Chriſtiana puerorum inſtitutio publicè exerceri, Roſarij Societas in Beatæ Virginis honorem inſtitui, Eccleſiæ atque Altarium cultus pro dignitate reſtitui cæpere. Facilèque integra huius Oppidi, ac totius Vallis conuerſio ſequuta fuiſſet; niſi bellorum tumultus à Dæmone poſt hæc excitati, Catholicorum ſeminum fructus intercepiſſet;*

Miſſionis exordium.

Ann. Christi 1597.

Pat. Zacch. Annal. Tom. 2. ad an. 1597

CALCV-

CALCVLVS PRIMVS

PRÆCVRSORIS APOSTOLICI

Fr. STEPHANI à GOMBOLATO Concionatoris per annum 1596.

I. VAllibus colendis volens Fr. Valerianus Præfectus à Reuerendiſſimo Taurinenſi Domino Nuncio conſtitutus, valentes plures collaboratores ſelectos accepit; quos ille opportunioribus in Excubijs, iuxta Eccleſiaſtici Regni vrgentiores indigentias, ad inuigilandum deſtinabat, ſiue aſſignabat. Dum igitur Pinerolienſis Prouinciç curandis Conuallibus adhuc implicitus ipſe detineretur; ad Marchionales Salutiarum Eccleſias ſuccurrendas cum Fidei, & fidelium perurgens exigentia interpellarit anno ſexto vltra nonageſimum quingenteſimum & milleſimum; quando Miſſionum neceſſariarum primordijs conſtabiliendis obligatus alibi inhærebat. Quamobrem peroptimè calens fel draconum vinum Hæreticorum exiſtere, & venenum aſpidum inſanabile, niſi ex-templo opportunis alexipharmacis illius malignitati occurratur: Dolens iterum Frater Valerianus quàm-maximè Draconerienſes habitatores, inter cæteros fratres Draconum effectos, & ſocios ſtruthionum vt contribularet, immò vt confringeret capita draconum in aquis, ideſt Draconerienſium Sectariorum inter aquas; conſurgere excogitauit ab antiquis, ideſt prioribus Stationibus, & induere brachij Domini fortitudinem; vt vulnerare valeret venena euomentem draconem. Ad hoc interim ſtrenuiſſimum delectum Agonothetam Fr. Stephanum à Gombolato, Eccleſiaſticum Oratorem præclariſſimum ad annuales declamationes habendas in Draconerienſi Oppido, & Agro præmiſit eodem anno.

Cogitat Fr. Valerian. cõſurgere aduerſus Draconerienſes Hæreticos.

Ann. Chriſti 1596.

Strenuiſſimũ Agonothetã Fr. Stephanũ præmittit.

II. Coapoſtolicus ergo emiſſus Operarius Fr. Stephanus Draconerienſium limina ingreſſus, domos eorum draconibus repletas offendit. *Habitabant enim ibi ſtruthiones, & piloſi ſaltabant ibi, & reſpondebant ibi vlu'æ in ædibus illorum, & ſirenes in delubris voluptatis*, ideſt voluptuoſis doctrinis in delubris voluptatis, cauponis ſcilicet, & proſtribulis, à ſirenis nempè Pſeudodoctoribus Archimagiris exceptis, & acceptis in conſcientijs eorum nonniſi triſtitiç voces exaudiebantur, piloſis auernalibus exultantibus, eò quòd quondam pij Catholici effecti crudeles, & efferi ſtruthiones, non iam Draconerienſibus fidelibus hominibus, ſed hæreticalibus draconibus domus replerentur, iuxta excuſſum teſtimonium D. Lucernatis dicentis cap. 29. *Draconerium præcipuum inter Marchionalia Oppidum haud leniter, ſed in extremis laborabat Caluiniſtica impietate, ceu tabo infectum non in pedibus ſolum, ideſt non modò plebæis homuncionibus deceptis, ſed & in corde, ac capite, ideſt grauiter deprauatis Optimatibus, ita vt vix Catholicæ Religionis, & pietatis ſupereſſent ſigna.* Aggreditur igitur Fr. Stephanus interficere Draconem abſque gladio, ſolo oblato pabulo verbi Dei annualibus, & quadrageſimalibus congreſſionibus.

Iſaiæ cap. 13.

Caluiniſtica impietate inſectum iacet Draconeriũ.

Draconem Caluinianum aggredit interficere verbo Dei Frat. Stephanus.

III. Erat enim Fr. Stephanus Religioſus vir, prudens, prouidus, & diſcretus, gerendarum rerum experientia plurima pollens, doctrinç non vulgaris eminentioriſq; litteraturç Theologus, concionandi aptitudine arte & exercitio iamdiù probatus: quapropter aſſiſtente ſibi Diuina gratia, plenus fortitudine pro ſuggeſtu declamando efficiebat prodigia, & ſigna magna, ideſt prodigioſas, & magnas commotiones in populo; dum illis Orthodoxa dogmata dilucidè traderet, ſanam doctrinam efficaciter proponeret, validè ex aduerſo hæretica figmenta reijceret, commenta validius reſolueret; vehementiuſq; in Hæreſiarchas impoſtores inueheretur, adductis, & productis Sanctorum Patrum placitis, Oecumenicorum Conciliorum decretis, & vtriuſque fœderis Paginç Sacrç oraculis. Familiaribus etiam in allocutionibus, & ſermocinationibus faciliori, & domeſtico Catechiſmo colloquentes inſtruere, edocere, & reducere omni ſuauitate, manſuetudine, & longanimitate ſtudebat; ſicque exemplo, verbo, & doctrina Dracones cicurare, & curare enitebatur.

Quibus virtutibus, & arte opus Apoſtolicũ perficiat.

IV. Dum autem annualem, quadrageſimalemq; curriculum omni ſolicitudine, & ſolertia inoffenſo pede excurrere affectat, & feſtinat Fr. Stephanus in Draconerienſi ſibi propoſito ſtadio; ſurrexerunt quidam de Synagoga, quç appellatur Libertinorum, nempè voluptuoſorum Schiſmaticorum, & quia non poterant reſiſtere ſapientiç, & ſpiritui qui loquebatur; quærebant illum è ſuis finibus eijcere, ac exulare, ſpecioſis, ſed ementitis effictis titulis: verùm Fr. Stephanus ne ſibi proprio nomini debita corona deeſſet; ad finem vſque conſtans perſeuerauit, haud abſque abundantiori Oppidanorum ſpirituali emolumento; plures namque

Sub ſpecioſis, ſed emẽtitis titulis quærunt eijcere Fr. Stephanum Draconerienſes.

non

non ex vulgaribus ſolummodò ſed ex potioribus, vel proceribus doctioribus, ac nobilioribus Catholicę Eccleſię reſtituit, ſicuti nobis conteſtantur varia noſtrorum monumenta. Conuerſorum igitur fidelium corona Apoſtolica redimitus Fr. Stephanus collaboraturus Fr. Valeriano Draconerij perſtitit, vnde per tempora digrediens, Eccleſiaſtici Regni limina perluſtrabat, & Sectarios hoſtes inde eliminare nitebatur. Venerabilis Pater Fr. Alexander Cherienſis vir grandæuus, doctrina canonum, & moralis Theologię peritia inſignis, ob idque Pedemontium Prouincię Diffinitor electus; perfectioris quoque ob vitę eximiam integritatem, morumque religioſam compoſitionem plures per annos educandis Nouitijs præfectus, quod ſumma cum laude, haudque ſine vberiori profectu perfecit, ſua in fideli relatione per litteras Patri Fr. Zacharię Bouerio Saluțias Foſſano pridie Idus Nouembris anni vigeſimi primi poſt ſexcenteſimum milleſimum exaratas, de prædicato Euangelico operario ſequentia aſſerit: Abſoluto noſtro Prouinciali Capitulo Taurini in loco Sanctę Marię de Monte habito annò nonageſimo ſexto poſt milleſimum quingenteſimum, in Prouincialem electo Fr. Gabriele Caſalenſi, poſtulatione, & ſumptibus Sereniſſimę Celſitudinis Sabaudicę Fr. Stephanus à Gombolato miſſus fuit Draconerium, ad annuales huius, & quadrageſimales ſequentis anni conciones habendas, quod & vtiliter perfecit non mediocri cum Eccleſiaſtici Regni prouentu! nam intra non multos menſes reduces errantes Hæreticos circa ducentos Eccleſię reconciliauit, plures vacillantes Catholicos cònfirmauit, & aduerſus quotidianas oblatrantium Sectariorum acerrimè in Orthodoxas veritates inſurgentium infeſtationes validè præmuniuit.

Nõ ſine fructu conuerſionum laborem ſuũ ſatagit perficere.

Ann. Chriſti 1596.

Reduces errantes ductos Eccleſię recõciliauit.

CALCVLVS SECVNDVS

PRIORIS FVNDATORIS

Apoſtolici Operarij Fr. VALERIANI PINEROLIENSIS per annos 1597. 1598. 1599.

I.

DAbo Ieruſalem in aceruos arena, & cubilia draconum, & ciuitates Iuda dabo in deſolationem, eò quod non ſit inhabitator. Prophericis oraculis minabatur Dominus, & malè ominans ſciſcitabatur. *Quis eſt vir ſapiens, qui intelligat hoc, & ad quem verbum oris Domini fiat, vt annuntiet iſtud?* fidenter reſpondere poſſumus noſtro propoſito accommodè: Fr. Valerianus fidelis Domini ſui ſeruus, & prudens ſpeculator, qui inexorabilis Parcę fatali falce percuſſum, atque proprio indigenti Marchionali Salutiarum gregi, & Eccleſię ereptum intelligens Reuerendiſſimum Antonium Pichotum, zelotem Fidei Orthodoxę propugnatorem Antiſtitem præſenti anno milleno quingenteſimo nonageſimo ſeptimo, ſtrenuò adeò non dicam habitatore, aut directore, quin & Hæreticorum Antagoniſta è Salutienſi & Ciuitate, & Eccleſia ſublato; intellexit pariter & Ieruſalem, ideſt Eccleſiaſticum Regnum in aceruos arenę, & cubilia draconum declinaturum, ceu breui prolapſurum: quamobrem per Reuerendiſſimum Taurinenſem Nuncium ad eum facto Domini verbo, malum hoc annuntiaturus, præmiſſum Fr. Stephanum ſubſequens, Marchię præcipuum oppidum Draconerium aduenit. Eò antequam perueniret, pluribus, ac publicis conteſtantibus nuncijs plenè, & planè acceperat, atque cognouerat; quàm diras, acerbas, & mortales perſecutiones aduerſum proprium ipſum Paſtorem, & Præſulem excitauerant, ſimul ac exercuerant (ne dicam exacuerant) deſipientes, hæretica phreneſi laborantes in Salutienſi Marchia morbidę oues, dum eas ille curare, & ſanare incumberet. Quibus attamen auditis terriculamentis, phreneticiſq; ceu phanaticis deliramentis, nihilò ipſe ſeghior effectus, audenter, & fiducialiter draconum cubile ingreditur, & ad aſpidum foramen non exhorruit mittere manum ſuam. Placuit enim illi commorari leoni, & draconi, ſed non habitare cum muliere nequam, nempè Hæreſi, vnde illam effugare exorſus eſt.

Hierem. c. 9.

Aduerſum propriũ Paſtorẽ inſurgunt Hæretici.

Ann. Chriſti 1597.

Audenter draconũ cubile ingreditur. Fr. Valerianus.

II.

Nobiles eius non erunt ibi, & omnes Principes eius erunt in nihilum, & erit cubile draconum & paſcua ſtruthionum. Egregiè calcabat Fr. Valerianus prophetale hoc, & politicum monitum: nempè quòd vbi auctoritas abeſt Optimatum, & Principum non adeſt poteſtas; ibi adſunt draconum, nempè veneficorum hominum de ſanguinibus congregata conuenticula, eorumq; effrænes impudentiæ, & vniuerſum contra fas nefariæ violentiæ. Quapropter Epiſcopali Salutienſi Sede vacante, ſardanapalico autem fœdere prædominante, ſimul & hæreticali cęde debacchante, Marchionalem Agrum ingreſſurus, vel aggerem aggreſſurus Fr. Valerianus, primum à Reuerendiſſimis & Taurinenſi Nuncio, & Salutienſibus Generalibus Vicario Capitulari,

Iſaiæ c. 34.

tulari,

tulari, & Inquiſitore Sacri Principatus congruas facultates, & auctoritates reportauit, tum mox futurum Caroli Emmanuelis I. Apoſtolici operis Patroni in Gallias proficiſcentis, imminentemq; diſceſſum ſubintelligens; prius ab eius pia ſolicitudine, & auctoritate adhortatoriam ad Schiſmaticos Marchionenſes epiſtolam requiſiuit, & retulit; qua vniuerſos ſibi ſubditos ad Catholicæ Eccleſię vnitatem interpellabat pius Princeps. Vtriuſque igitur tum ſæcularis, tum ſpiritualis dominationis requiſitis prouiſionibus inſtructus, Euangelico & muneri, & operi fidenter, & ardenter manum ſolertem admouit, Draconerium poſtquam celeriter aduenit.

Congruas, & opportunas facultates obtinet, & reportat ab Eccleſiaſtic., & Sęculari Principatu.

III. Pium ergo propoſitum ſuum auſpicatiùs vt exordiretur, faciliùs vt exequeretur, validiùs vt promoueret; quos valuit, voluit ſibi ex oppidanis Catholicis cooperatores adhibere. Supererat hactenus, & adhuc ſuperſtes in auita Fidei integritate perſeuerabat aduerſus impios nouatores, & ſacrilegos profanatores Caluiniſtas acriter decertare deuota quædam, & religioſa Diſciplinatorum acies, nempè Optimatum (ſaltem in Fide) perantiqua Congregatio Draconerij in Oppido. His igitur fidelium validiſſimis reliquijs, & copijs Fr. Valerianus prudenter adhæſit, & apud illorum Sacras Ædes religioſam in ædiculam ſe recipiens; domicilium (vti ſupra dedimus.) Apoſtolicum elegit. Hos pios Confratres vbi Religionis albo à Seraphico Sancto Bonauentura appoſitos, atque pro religioſè viuendo, conueniendo, ſimul & deuotè deprecando ab eo compoſitos, ac eis traditos canones adinuenit; conuenit & ipſe pariter cum illis de Congregationis Oratorio illo ſacrificijs, precationibus, ſermocinationibus peculiaribus gratioſè excolendo, ſicq; in ſpiritualibus ſacramentalibus adminiſtrandis, Societati fideliter inſeruiendo, vnde nulla interpoſita mora admonendo, adhortando, & quaſi ſuauiter vrgendo, nunc diſſueta, quondam conſueta pia exercitia, atque antiquorum ſtatutorum integram obſeruantiam reſtituit, & nouas quaſdam neceſſarias obſeruationes pro temporum exigentia conſtituit. Hiſq; ac conſimilibus ſolicitudinibus cooperantibus Confratribus deuotæ Confraternitati meliori formæ reſtitutæ, plures ex Draconerienſibus nomina dederunt, quibus Catholicorum zelotum agmen numero adauctum Catholicæ Eccleſię vnicum, & reliquum munimen, ac tutamen, robore, ac viribus validiùs effecit. Hi enim Catholiciſſimi acerrimi propugnatores, ſub Crucis vexillo militantes, non ſolo ſacco induti, & fune præcincti, manibus flagella, vel precarios libros geſtantes, Diuinas laudes concinentes, pia Eccleſiaſtica Catholica exercitia frequentare volebant; ſed fuſtibus quoq; & armis valentes aduerſus ſacrilegos impedientes præualebant, ductantibus, & cohortantibus in primis Apoſtolicis Agonothetis.

Adhæſit Cōfraternitati Diſciplinatorū, domiciliumq; ſibi ſtatuit apud illorū Sacras Aedes.

Ann. Chriſti 1598.

Primiōra cōſueta pia exercitia Confraternitati reſtituit.

Sub Crucis Vexillo militātes, nō ſolū pijs exercitijs; ſed & fuſtibus, & armis pręualent aduerſus Sacrilegos Hæreticos.

IV. Draconum nomine apud veterem Romanorum militiam non ſoli inter venenatos ſerpentes grandiores, & venenatiores angues, ſed & ferociores, atque crudeliores quædam militum turmæ cenſebantur (quod vſque in præſentem diem Teutones imitantur.) Draconerium igitur non ſerpentium cubile modo; ſed & ſæuientium ſicariorum, ideſt Sectariorum munitionem appoſitè valemus interpretari: eò quòd inibi non dogmatum ſola malitia, ſed & armorum ſimul violenta ſæuitia Orthodoxam religionem expugnare conſueuerant. Illis igitur vt primis congreſſibus validiùs Frater Valerianus Euangelicus Chriſtiani certaminis Archigerons hæreticæ perfidiæ aſſertores pulſaret; fidelem militiam multiplicare excogitat, quare diſſolutam, & iacentem Sodalitatem Corporis Chriſti pro virili excitare, atque erigere ſtuduit, erectæ autem, iamq; conualeſcenti obſoleta pia exercitia, & olim exercitas debitas erga Sanctiſſimum venerationes indixit, inſtituitq; vt ſinguli cuiuſq; menſis ſelecta, & ſtatuta vna Dominica die, ſolemniter Confratres, ſiue Conſodales ad Eccleſiam Parochialem conuenientes, Auguſtiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti, & Sacrificij ſpecialem celebritatem celebriùs agerent; ſicq; & Miſſæ ſacrificij veritatem, & Euchariſtici Sacramenti Orthodoxam Fidem ſolemniùs profiterentur, non priuatis modo confeſſionibus, ſed & publicis ac manifeſtis operum proteſtationibus, in Caluiniſticæ perfidiæ ampliorem deteſtationē.

Diſſolutā Sodalitatē Corporis Chriſti excitat, atq; erigit, pijsq; conuenientibus exercitijs munit.

V. Quorum deteſtabilem phreneticam nequitiam aduerſus tàm Deiparæ Virginis, quàm Deicolarum agminis venerationem, ſimul ac inuocationem Chriſticolis vniuerſis deteſtandam faciliùs vt ſuaderet; Sacratiſſimi Matris Dei Mariæ Roſarij Confraternitatem induxit; cui vt propria nomina conſcribenda darent, & Parentis Chriſtipheræ, ac nati Chriſti fauentia numina, precarios globulos piè recitando, inuocarent; quamplurimos adduxit: quos Incarnati Verbi Natiuitatis, Peregrinationis, Paſſionis, atque Reſurrectionis, necnon & Aſcenſionis, ſimul & Reginæ Cęlorum Aſſumptionis, ac Coronationis myſteria meditari ſolicitè edocuit. Quo pacto præexiſtenti veteranæ Catholicæ militiæ (opportuna à Sacri Ordinis Prædicatorum Præſidibus accepta facultate) recentem appoſuit.

Suadet, & inducit erectionē Confraternitatis Roſarij Beatiſſimæ Virginis.

VI. Quibus tamen omnibus veluti apprimè neceſſarium præpoſuit Chriſtianę Doctrinę frequentandum Sodalitium, vt iuuenes, & virgines, ſenes cum iunioribus,

paruuli

paruuli, & lactentes conſiteri diſcant nomen, & numen Domini. Quo igitur in Catholicis caſtris vniuerſi ſtatus, ſexus, gradus, ſimul & ætates legitimè decertare ediſcerent; Tyronum, ceu Neophitorum ſtadium expoſuit, & deſcribendum album, atque vniuerſalem, ceù communem habendum delectum propoſuit, expoſitoq; atque propoſito ſtadio, ceu Sodalitio ſeipſos deſcribendos, pariter & exercendos vt offerrent; cunctis efficaciter perſuaſit, tùm vt ſaluationi propriæ abſolutè neceſſarias Orthodoxę Fidei notitias aſſequerentur, tum vt agnitam Fidei veritatem congruis bonis legis operibus profiterentur, æternum vt gloriæ brauium conſequerentur.

Et Sodalitiũ Doctrinæ Chriſtianæ.

VII. Illa omnia efficaciùs, & vtiliùs vt proſequeretur; de præſtitis ſibi neceſſarijs quotidianis ſubſidijs ære Apoſtolico, vel Ducali ſuppeditatis, haud minimam portionem detrahere conſueuerat, quam pijs religioſis operibus impendere aſſueuerat. Cum enim Eccleſiaſtica paramenta, vel ornamenta minus honorifica, & decentia offenderet, quàm Diuini cultus decor, & maieſtas exigerent; ipſe tenuiora ſibi alimenta ſufficere volebat, ne Templis, & Altaribus congruę ſupellectiles vel honorabiliora tegumenta deficerent. Præſtitit hoc non Eccleſię ſolę Parochiali; ſed & peculiaribus inſtitutarum Sodalitatum Sacellis, & Aris, quas decentioribus ornamentis ditauit ipſe, & ab alijs decorandas curauit, piorum acquiſitis, vel quęſitis ſubuentionibus, ad ſpectabiliorem Diuinum cultum exercendum.

De præſtitis ſibi quotidianis ſubſidijs, paramẽta, & ornamẽta Eccleſijs, & Sodalitatibus à ſe inſtitutis prouidit.

VIII. Ad ſufficientem iterum, vel abundantiorem egentium, indigentium, vel patientium ſubleuationem egeſtate ipſe abundare, congruis indigere, & penuriam pati ſciebat: non enim ſpiritualia ſola chariſmata impertiebat egentibus; ſed & corporalia ſubſidia diſpertiebat egenis, atque neceſſaria obſequia præſtabat languentibus, ſolabatur mœrentes, ſubleuare nitebatur iacentes, errantes redarguebat, inſtruebat ignorantes, cunctiſq; tandem neceſſitatem aliquam patientibus, proficuum ſe pariter, ac beneficum exhibere ſtudebat.

Nõ ſpiritualia ſolũ ſubſidia, ſed & corporalia ęgentib⁹ omnibus pręſtat.

IX. Etſi indifferenter vniuerſis, lethifera tamen Hæretica lue ad mortem laborantibus pro virili in primis accurrere, & ſuccurrere omni ſolicitudine, & diligentia volebat, cum valebat. Quare & publicis declamationibus, & domeſticis allocutionibus Orthodoxa dogmata exponens, & propugnans, nefaria Hæreſiarcharum figmenta reprobans, & expugnans validioribus ratiocinationibus, Diuino aſpirante numine, tantum profecit; vt ducentos circiter efferos errones manſueſcerit, & pacificos Eccleſiæ reconciliauerit, ſicq; copioſiorem militiam Catholicis caſtris acquiſiuerit.

Ducẽtos circiter efferos errones Eccleſię reconciliauit.

X. Dum igitur infatigabiles, & indefeſſi Euangelici recenſiti Operarij; vel inuincibiles Pugilles Fratres Valerianus, & Stephanus cum ſocijs intrepidè ſuper aſpidem, & baſiliſcum ambulare, & conculcare leonem, atque draconem perſeuerarent; & draconem iſtum deformatum, cui illuderetur, darent in eſcam populis Ethiopum; ab Italicis Oris, & Oſtijs venena effugantes, præclara illorum, & egregiá facinora Romano Hierarchę innotuerunt, Clementi ſcilicet VIII., cuius intima animæ precordia cum domus Dei zelus perpetuò, & validius depaſceret; Catholicę Fidei reſtituendi ardore haud mediocriter æſtuabat: quamobrem cum Capuccinos Vigiles ſui propoſiti promotores idoneos, atque ſtrenuos cognouiſſet; per Eminentiſſimi Sanctæ Seuerinæ Cardinalis epiſtolas Reuerendiſſimo Taurinenſi Nuncio dedit præſentis anni ſub initijs, in mandatis, vt præindicati Apoſtolici Operarij in aſſignata iam, & deſtinata Draconerij Statione excolenda iugiter perſeuerarent, nec indè niſi de ſpeciali Sanctiſſimi permiſſione diſcederent; ne illorum ceſſatione, ceù abſentia detrimenta, vel ſaltem decrementa Regnum Eccleſiaſticum pati contingeret. Anni Chriſti 1599.

Per litteras Eminentiſs. Cardinalis Sanctę Seuerinę pręcipitur Capuccinis ne diſcedãt à Draconerio, niſi de permiſſione Sanctiſſimi.

XI. Pontificijs igitur placitis acquieſcens Fr. Valerianus, licet aliò eum Eccleſiaſticorum indigentiæ variæ interpellarent; à ſtatuta tamen Cuſtodia Apoſtolicis mandatis obtemperans nequaquam diſceſſit; ſed ne interim Euangelico muneri deficeret; adiunctos ſibi Commilitones ſtrenuos, & validos, liminares has per oras diſtributos opportunioribus in Cuſtodijs collocauit, ſolicituſq; Excubias commendauit: cum interim nec ipſe ab opere ceſſaret; ſed ſuo munere fungens, & impoſito oneri ſatisfaciens, Supremi Patris piæ obſequens voluntati, vniuerſa promouende Fidei conducentia ſingulari diligentia exequi, & proſequi eniteretur; quouſque à Capitularibus Prouinciæ Ianuenſis Patribus ad regularia grauiora munia obeunda Ianuam aduocatus, conceſſione Apoſtolica Draconerio diſceſſit, & ad Capuccinorum Clauſtra acceſſit ipſis in ſæculi ſeptimi decimi primordialibus initijs.

Cooperarios diſtribuit, & conceſſione Apoſtolica diſcedit Fr. Valerianus.

XII. Quoniam verò communi in agone ad inuicem communicatos, non tamen communales prędictos labores, & ſudores exantlarunt Fratres Valerianus & Stephanus Draconerienſium in confinijs, & conterminis; ideo communem memoriam, quam de eis copulatim deſcriptam profert D. Marc. Aurel. Lucernenſ. communi hoc duodecimo numero referendam aſſumo illius his latinitati donatis verbis:

Eodem

Eodem anno nonageſimo ſeptimo vltra quingenteſimum millenum, emiſſus adfuit ad concionandum Draconerij Frater Stephanus à Gimbolato, quem ſequutus eſt peruenit Pater Berna, Socijs alijs ſuperuenientibus. Vnde inibi fixam Apoſtolatus ſedem conſtituerunt, inſeruiente ad hoc Diſciplinantium Confraternitatis domuncula quadam. Erat tunc Draconerium inter Marchia Salutiarum Pagos inſigne Oppidum præſidiale, peculiari Gubernatori demandatum, ad fauces poſitum Macræ Vallis, quæ per milliaria quatuordecim Acelium vſque protenditur. Peropulentum id Draconerij Oppidum numeroſos Oppidanos Spirituali Epiſcopi Salutienſis iuriſdictioni ſubiectos continet, quorum tamen numeroſior, & potior non pauperum, ſed Procerum pars haud mediocriter, ſed grauiter Caluiniana lepra laborabat, ita vt vix Catholicæ veritatis apparerent veſtigia. Verum enimuero Euangelicorum Operariorum ſolicitudine, quorundamq; reſipiſcentium exemplo plebis inſignis portio Catholicè ſapere, & credere cum Optimatibus quibuſdam etiam ipſa voluit, deiectis erroribus. Vnde reſtaurata Templa, ſacella, atque Altaria reſtituta fuere, Doctrinæ Chriſtianæ inſtitutum exercitium piæ Corporis Chriſti, & Deiparæ Roſarij ſodalitates inſtructæ, pluraq; alia pietatis munimenta erecta extiterunt. Hæc ille pro Coronide præclaris his decertatoribus contexuit: qui religioſo, atque laudabili ex condicto inter ſe meliora, & abundantiora æmulantes chariſmata, ad inuicem conuenientes concertabant, quis eorum videretur eſſe maior egregioribus in facinoribus aggrediendis, & perficiendis, pro commiſſo Apoſtolico onere vtilius, ac laudabilius exercendo. Quia enim exierant nationes draconum, vt vaſtarent portionem terræ Catholicorum, & inualeſcere videbantur ad hæreditatem Dei in deſertum draconum euertendam, ceu conuertendam: Conuenerunt pariter Fratres Valerianus, & Stephanus Draconerienſi in Eccleſia ſolicita, & valida, necnon peruigili indefeſſa adeo cultura excolenda; vt vbi prius habitabant dracones, exoriretur viror calami, & iunci. Iunctis igitur duabus eorum pennis, & ſub pennis manibus eorum coniunctis, ideſt iugibus illorum communibus laboribus, ac ſudoribus verbo, & opere nitebantur, draconum hæreticale virus à viris illis Draconerienſibus euiſcerare: dicebant, docebant, dogmata tradebant, tradita dilucidabant, veritatem propugnabant, falſitatem expugnabant, Sectariorum nequitiam demonſtrabant, fraudulentiam aperiebant, dolos pandebant, verſutiam manifeſtabant ſignanter quadrageſimalibus exercitationibus. Frater enim Stephanus nonageſimi ſeptimi, & Frater Valerianus nonageſimi octaui anni ſupra milleſimum quingenteſimum tam annualium, quàm quadrageſimalium concionum pondus ſuſtinuit, munus exercuit, vnde & emolumentorum ſpiritualium culmen excreuit. Proceſſerunt quidem ambo ſimul, ſed Fratre Valeriano Præfecturæ Miſſionum onere ad plura vocato, vacanti Salutienſi Eccleſiæ, & Diœceſi vocanti vacare prior incepit, & poſterior perſeuerauit; prius enim aduenit, & diutius ſubueniit, quia indè poſtremus receſſit Frater Stephanus Campolatenſis; qui in campo lato Marchionalium Eccleſiarum integra olympiade, nempè vſq; ad completum ſæculi ſexti decimum legitimè decertans; gloria & honore memoriali perennis coronari promeruit.

Lucernenſ. mem. hiſt. cap. 31.

Eccleſiæ Draconerij Status, Capitellarumq; labores.

Eſdræ lib. 4. cap. 5.

CALCVLVS TERTIVS

PROMOTORIS

Apoſtolici Operis Fr. PHILIPPI à PANCALERIO Concionatoris per annos 1600. 1601. 1602. 1603. 1604.

I. MVltifariam, multiſque modis in diſſeminando Dei Euangelio olim colloquens Frat. Philippus Valeriano, & Mauritio Coapoſtolicis Patribus ad Pinerolienſis Prouinciæ Conualles profectis, nouiſſimè diebus iſtis eundem Fr. Valerianum ſecutus, ad Salutienſem Marchiam vocatus ſe transferens, Fr. Stephano in miniſterio ſuccedens, Patrum; ac Prophetarum Oracula in Dei Filio completa locutus eſt Draconerienſi populo, pro ſibi commiſſo munere Apoſtolico, quod itidem multifariè, varijſque modis proſecutus adminiſtrauit. Ad regularia namque haud minora munia exercenda quondam Miſſionum Commiſſario aduocato Fr. Valeriano recedenti in Præfecturam ſuffectus; onera Apoſtolica multipliciter ſuſtinuit, ſuaque longanimi operoſa, ac laborioſa ſufferentia pariter, & ſolerti diligentia mirificè Apoſtolicum opus promouit, (ſicuti ex dicendis conſtabit) mira quidem; ac vtilia vt Operarius ſingularis effecit, ſed vtiliora, & mirabiliora vt Apoſtolicis operatoribus Præfectus præſtauit: Iſta Præfectorum proprio Ratiocinio prænotatis numeris ſupputauimus: illa peculiaribus pluribus Calculis mox ſubſignandis computabimus, computationes ipſas à Draconerienſi hac calculatione exordientes.

Ann. Chriſti 1600.

In Miſſion. Præfecturam ſuffectus Fr. Philippus mirificè Apoſtolicũ opus promouit.

Nec aliquando ceſſauerat, nec aliquo modo quieuerat ab Euangelico opere ſolicitè actitando Fr. Philippus, Petruxinę, Perrerianæq; Miſſionibus dum incum-

beret; cum igitur illę importabilibus oppreſſionibus, & vexationibus acerbioribus quaſi ſuccumbentes (vti proprijs numeris annotauimus) ceſſationē aliquam, quamuis breuiorem accepiſſent his ſub initijs ſeptimi decimi ſæculi; ne aliqualiter ipſe à benefaciendo proximis ceſſaret, ceſſit in partes Marchionales Salutiarum, quò iam Capuccini cooperatores præceſſerant. Cumque priores recenſiti Fr. Fr. Valerianus, & Stephanus indè receſsiſſent; ipſe ſucceſſit. Diſceſſerat tunc temporis & ipſe Taurinenſis Nunciaturę (quadriennio expleto) Reuerendiſsimus Iulius Cæſar Richardus Archiepiſcopus Barienſis, & aliò euocatus conceſſerat, vnde miniſterialium facultatum nouum cōfirmatiuum Diploma ante referre non potuit Fr. Philippus pro Draconerienſi Miſsione efficaciùs miniſtranda, quàm nouus quoque accederet Apoſtolicus Nuncius. Taurinum igitur vix appulſus anno primo ſæculi decimi ſeptimi Reuerendiſsimus D. Conradus Tartarinus Epiſcopus Forolinienſis, apud Sabaudum Ducem Nuncius deſtinatus, Fratribus Philippo, & Bernardo Anguſtenſi Capuccinis Miſsionarijs pro nouarum conceſsione, & antiquarum facultatum cōfirmatione amplas, & recentiores expediuit litteras, quibus in Pedemontanis, Marchionalibuſq; præcipuè Conuallibus, & adiacentibus locis Apoſtolica miniſteria exercere valerent, ſicuti haſtenus pro conuerſione Hæreticorum (Diplomatis verbis vtor) & propaganda Fide agere conſueuerant, à locis Miſsionum recedendi quouis etiam ſub religionis titulo ſine ſui expreſſa licentia poteſtate penitus interdicta.

Ad nouum NunciūApoſtolicum recurrit. Frat. Philippus p cōfirmatione veterum facultatū, nouarumq; cōceſſione.

Ann. Chriſti 1600.

Selectę igitur pro opportuniori Cuſtodia in Oppido opportuno Draconerij, ordinarię Capuccinorum Stationi nequaquam immobiles inhærebant, ſed vniuerſam per Macrenſem Vallem percurrebant; geminis namque Excubitoribus Fratribus Philippo & Bernardo tergeminis in Excubijs inuigilandum mandauerant, Draconerij ſcilicet, Acelij, & Sancti Damiani, ad Conuallemq; Granę interdiù diuertendum & penetrandum commendauerant Sacri Præſules (vti ſingularibus Calculis recenſemus). Igitur Fr Philippus vegetioris actiuitatis, ac ſpiritus à Draconerienſibus primum vt nigri draconis hæreticum virus eijceret; alexipharmaca Euangelica propinare incæpit, quippè qui & ſubtilioris erat intelligentię, & abundātioris multiplicis ſcientię plenitudine pollebat, incredibili facilitate ſophiſmata Sectariorū diſſoluebat; ſimul & apertiori claritate Sectaria dogmata ſophiſtica demonſtrabat: ſophiſtas inuentores, & aſſertores confutabat, falſitatis, & malitię pariter, & verſutię; ac nequitię arguebat. Orthodoxa autem Sanctorū Patrum placita ſcientifica monumenta, atque proficua documenta in Scripturas Sacras commenta, & præclara explicamenta fœcundiori adeò, & exuberantiori facundia porrigebat, & pro ſuggeſtu referebat; vt auctor ipſe, non zelator videretur: Sacra Oracula explicabat, & eorum dilucidiori explicatione impia figmenta confundebat, nec circulariter, vel ſuperficialiter ſcalpendo, ſed auctoritatiuè, & demonſtratiuè aſſerendo. Pollentibus quidem ingenio, & ſcientibus, vel ſcire legem præſumentibus, ſiue profitentibus loquebatur Draconerienſi in Oppido: verùm & ingenij pollentia, & legis peritia peritior ipſe, tum publicè perorando, tum domeſticè conuerſando, tum dogmaticè congrediendo, non equipollebat modò, ſed præpollebat argutioribus cunctis ſecum congredientibus, vel colloquentibus, vnde adhibita ea, qua mirificè præditus erat dexteritate, & affabilitate, con alacri conuerſatione plurimum in reducendis deuijs etiam pro familiari allocutione proficiebat.

II.

Tergeminæ Miſſiones geminis Apoſtolicis viris commendantur.

Ann. Chriſti 1601.

Publicè perorando, domeſticè conuerſando, & dogmaticè cōgrediendo plurimū laborat in reducendis deuijs.

Profitebatur quidem noua ſemper pro Eccleſiaſtico Regno incrementa promouere; ſed profeſſus perpetuò extitit ab anteceſſoribus ſuis Coapoſtolicis Patribus parta conſeruare, & collabentia fulciendo ſuſtentare. Inſtituerat, vel reſtituerat Fr. Valerianus (vti dedimus) Sodalitates pias plures, nempe Corporis Chriſti, Doctrinę Chriſtianę, & Sacratiſſimi Roſarij Deiparę Virginis: hæc poſtrema vix regreſſo inſtitutore vigebat, & quaſi neglecta feriabat, feriantibus pariter, & conſcriptis ſocijs, quorum tamen otioſam feriationem ægrè ferens Fr. Philippus, acrioribus reprehenſionibus, vrgentioribuſq; adhortationibus eos excitare; & ad opus pium præſtandum perurgere cæpit, efficaciter adeò; vt priſtinam ſolicitudinem pia in recitatione frequentanda reaſſumerent. Diſciplinatorum iterum Congregationem à Diuo Bonauentura (vt aiunt) inſtitutam, & à Fr. Valeriano reſtitutam, vt in præſcripto inſtituto fortiùs ſtaret; & vberiùs proficeret; noſtrę Capuccinorum Religioni Superiorum legitima relata auctoritate aggregauit. Chriſtianę tandem Doctrinę non modò Sodalitium, ſed eò magis conſuetum exercitium nunquam, ſiue nuſquam intermittebat, ſiue enim in Parochiali Draconerienſi Templo, ſiue in Diſciplinatorum Oratorio, aut in aliquo quouis Sacello agreſti alicuius ex cohærentibus populationibus, congregatis ſimplicibus iunioribus, atque rudioribus rudimenta Fidei, & fidelibus neceſſarias ſpiritualium, & ſacrorum cognitiones, & inſtructiones benigna charitate ſuppeditabat, & pro ſingulorum capacitate diſtribuebat.

III.

Reprehenſionibus, & adhortationibus Roſarij Societatē neglectam excitat.

Diſciplinatorum Confraternitatē Capuccinorū Religioni aggregat.

Et Doctrinę Chriſtianę Sodalitiū cōtinuis exercitationibus [illegible].

IV. Sagax non minus, quàm vigilax Eccleſiaſtici Regni Cuſtos limitaneus in Marchionali plaga ſciebat ſecum ſubuerſoribus, deriſoribus, atque deſertoribus perfidis habitare, qui aliud in ore, aliud in corde, ſeu opere profiteri aſſueuerant; quamobrem & ipſe aliud in dictis, aliud verò in edictis præcinebat, idem verò edictis, quod dictis procurabat: pro illorum namque verſutia, & confirmata nequitia coercenda, & Euangelicas ſanctiones ipſe prædicabat, & Ducales ordinationes à Carolo Emmanuele I. Duce promulgandas curabat, ſicq; Religionis reformationem affectantibus; & Decalogi præcepta, & Sereniſſimi Ducis hæreticam deformitatem reformantia præſcripta obſeruanda, & vel ab inuitis ad vnguem exequenda proponebat, perurgebat; atq; quò per plura callidiora diuerticula verſipelles à rectæ vel Fidei, vel iuſtitiæ tramite declinare quæritabant; cò ipſe quàmplurimis validioribus repagulis obligatos prohibebat, Sabaudi Catholiciſſimi Principis auctoritate fretus; & ſubſidio fultus, qui à prouido Cuſtode Apoſtolico per tempora admonitus, fortiarum legum ſucceſſiue pro opportunitate nouum codicem edidit, pro inopportunitatibus, ſiue impudentium hæreticorum ſui dominij in vniuerſum importunis temeritatibus, temerarijs auſibus, ſeditionibus; & rebellionibus legitimè coercendis; & Catholicorum rebus ſpiritualibus; & Politicis Eccleſiarum atq; Eccleſiaſticorum humani; & diuini cultus conſeruandis, pro fidelium perſonarum ſecuritate, boni publici indemnitate communiſq; pacis tranquillitate illarum ſeriem Sereniſſimorum Ducum peculiari in ratiocinio calculamus, & Fratris Philippi ſeriam ſolertiam in illis ſuggerendis in Præfectorum Calculis ratiocinamur.

Ann. Christi 1602.

Fretus aucto-ritate, & fultus ſubſidio Sabaudi Prīcipis, nouum Codicem reportat ad coercendā hęreticorū temeritatē, reſq; Spirituales Catholicorū conſeruādas.

V. Enumeramus interim hic ſolertis Apoſtolici Vigilis peculiares, ac ſingulares quoſdam pro promouendo Eccleſiaſtico Regno progreſſus: Animaduertebat Fr. Philippus; ſe & anteceſſores ſuos Coapoſtolicos ſtrenuos operarios validè, & pro concione, & pro dogmate, & pro cōuerſatione per integrum luſtrum non vulgares tum labores, tum fatigationes plures exantlaſſe pro conuerſione horum Marchionalium errantium, qui tamen ſpirituali dumtaxat ſolitario vno brachio, vel manu ſolicitati, excitati, vel impulſi vix pauperculi aliqui, & ægrè admodum reſipiſcebant: quamobrem validiori eos impulſu excitandos decreuit; & ſic à ſæculari Principatu hoc anno promulgato decreto vel de abiurãdo, vel de abeundo fortiùs eos concuſſit, cōcuſſos verò, & cõmotos, & iam iã diſpoſitioni proximos, nō violētia ſola; quàm veritate manifeſta extimulāte, conſcientia comite, pertraxit. Latam enim Omnipotētis Dei, & per Apoſtolum euulgatã Diuinã legem de vnitate Fidei, Baptiſmatis, & Eccleſiæ pro ſuggeſtu pertonare cœpit, & cōſtanter perdurauit, coaceruatas reprobare Hęreticales innumerabiles Sectas, ſchiſmata, ſectarias factiones, multiplices cōfuſiones, & diſſētiones Fidei, vel meliùs perfidię, diuiſiones Eccleſię, Baptiſmatis profanationes, impietates, ſacrilegia, blaſphemias, hæreſiarcharũ verſutias fraudulētias, mēdacia, figmenta, & cōmenta; Aſſeclarũ Pſeudoapoſtolorũ; denique hęreticantiũ vniuerſorum impuritates, diſſolutiones impudicitias obſcenitates pudendas, incorrectos mores, conſcientię libidinem irreligioſam conuerſationem, abominationem, denique deſolationis, ſine templo ſine ſacrificio, ſine religione, ſine virtute, abſque & præceptorum diuinorum obſeruantia, ſimul & bonorum operum neceſſaria præſtatione, omnium verò malorum impuni, immò cum admiſſa perpetratione, penitentiæ ſublato Tribunali, ſolo Deo omnium etiam atrociorum facinorum auctore impiè, & ſacrilegè conſtituto, acriter reprobare iugiter perſeuerauit.

Concutit omnes hęreticos ad conuerſionē; non ſolũ violentia, ſed & Diuini verbi pręducatione

VI. Quibus, & ſimillimis euidentioribus demonſtrationibus, pro Catecheſi frequentiùs ab Euangelico Oratore exhibitis; adhibitis humanioribus pro familiari conuerſatione admonitionibus, tandem aliquando ſupero Flamine efficaciùs afflante, quamplurimi nomina ſua Catholico albo conſcribenda dederunt, ipſiq; legitimæ Matris Eccleſiæ inter myſtica membra connumerari expoſtularunt, quos Apoſtolica ſibi delegata conſueta auctoritate Fr. Philippus, & Coapoſtolici Operarij per decurſum totius huius anni ſecundi initiati ſæculi ſeptimi decimi à cenſuris abſolutos vnitati fidelium reſtituerunt. Quorum propria nomina, & peculiaria agnomina parentes, & patriæ Catholizatorum, & Catholizationum dies, menſis, & annus in manuſcripto regeſto apud nos aſſeruantur ex Originali Sancti Officij Salutienſis in Archiuio ſeruato extracto: collectiuè igitur referuntur ſola in hac Miſſione reconciliati.

Draconerij in Oppido, & territorio	numero	522.
Villarij in Pago & confinijs	numero	24.

Inter quos plures recenſentur Optimates, Primiores ex honeſtioribus, & diuitioribus familijs, Iuriſperiti, Phyſici, militiæ Duces, Tabelliones, Mercatores, reipublicæ Adminiſtratores, tandem reliqui ex vulgo promiſcuo enumerati, ex quorum numero quidam licèt verſipelliores in corde Caluinicolæ Catholiciſmum ſimularent in ore (vt communi prouerbio fertur) quo ruri conſulerent, & pratum conſeruarent, nec quod verbis ſpoponderant, operibus præſtarent, ipſi dum viuerent;

Quingenti, & Quadrāginta ſex cōuertuntur, & inter legitimę Matris Eccleſię myſtica mēbra cō numerantur, iter quos aliqui non vulgaris conditionis.

poſt tamen impiorum parentum interitum, inſurgent liberi, ſi non meliores, non tamen perfidiores, quinimmò per generationes ſucceſſiuè vel nati natorum, vel qui naſcentur ab illis diutiùs extrinſecè profitendo, & Catholicis conuiuendo, tandem hæreticam ſimulationem deteſtabuntur, & ſimulatæ religionis laruas, & hypocriſim deponent, & à ſe longè reijcient.

Præcipua autem reuerentia, & beneuolentia veluti legitimus Seraphici Patris VII.
alumnus Frater Philippus proſequebatur Eccleſiaſticos Miniſtros Sacerdotes orthodoxos, ſignanter Parochos, quibus coadiuuandis intelligebat ſe ipſum emiſſum: nequaquam igitur prætermittebat demandatam ſibi miniſterialem cooperationem, quinimmò Curatoribus, & Sacris Rectoribus aſſiſtebat, inſeruiebat, opitulabatur, opemq;, & operam ſuam nullo vnquam aut incommodo, aut diſcrimine, aut difficultate præpeditus eis denegauit, vel ſegniùs, aut ſeriùs preſtauit. Præſtò Anno Chriſti 1603.
enim eis ſemper aderat, & pro Sacramentorum quotidiana adminiſtratione, & pro ſacrorum honeſtiori celebratione, vel celebriori ſolemnitate; iura tàm Eccleſiaſtica, quàm Eccleſiaſticorum acerrimè ſemper propugnauit, pro vſurpatoribus, ſiue oppreſſoribus, atque aggreſſoribus repellendis validè pugnauit verbo, dicto, & ſcripto, pariter & facto; quibus ardentiùs & animosè præſtitis in facie coram aduerſarijs obſiſtendo, aduerſantium in ſe virus, & iram concitauit, & antiquam malitiam exacuit, vnde illum pungere & cruentare perpetuò ſategerunt.

Poſtpoſito omni cõmodo, etiã cum diſcrimine, Parochis ſẽper, & vbiq; aſſiſtit, & in omnibus coadiuuat.

Satagebat nihilominus ipſe, Templorum venerationem in odium prophanantium reſtituere, & ad maiorem Dei gloriam perangere; quamobrem & ſæcularibus VIII.
honorificam reuerentiam erga Sacras Ædes, & Leuitis congruam diligentiam, munditiam, atque vigilantiam vehementiùs commendabat, & aliter facientes mulctandos curabat. Procurans pariter & ipſe, quæ ſuadebat verbis, exemplis efficaciùs perſuadere; quare vltra perſonale obſequium à ſe, & religioſis Collegis Eccleſijs exhibitum; reale etiam ſubſidium pro viribus præbere ſategit. Egerat iam ſatis atque enixus fuerat Fr Valerianus anteceſſor Eccleſiaſtica paramenta parare è tenui ſuo quotidiano commeatu ſubductis pecunijs, verùm abundantiori indigentiæ tenuiori ęre adęquatè prouidere nequaquam valuerat: ſuccedens igitur & in miniſterio, & in zeloſi deſiderio Fr Philippus, neceſſariç alimoniç ſibi adminiſtratç partem in portionem Sanctorum transferebat, nempè in paramentorum, ac ornamentorum comparationem, ſiue prouiſionem conferebat; quò & Sacella honeſtè magis tegerentur, atque opportunis diebus exornarentur, & Sacroſancta Myſteria auguſtius pertractarentur, ſicq; honorificentior Diuinus cultus apparere conſpiceretur.

Zelat Templorũ venerationem, ac debitã reuerentiam, & ornamẽta Eccleſijs ſubminiſtrat, ac etiã perſonale obſequium exhibet.

Si per brachium Excelſi motus perpetuus excitaretur; vnum ex perpetuò mobi- XI.
libus, & in Diuino famulatu infatigabilibus enumerandum autumarem Fratrem Philippum Capuccinum Apoſtolicum equitem emiſſarium: hic enim Euangelici regni promotionem Marchionalibus hiſce in ſeductis plagis vt indeſinenter irrequietus proſequeretur; toto huius anni excurſu percurrens, nunquam quieſcens peragrauit: reduces ad Fidem recolligendo (vti proprijs numeris ſignamus) ſignanter vero Verzolium, & Caſtrumdelphinum Capuccinorum Stationem conſtituturus peruenit, & aliquandiù laborans commoratus eſt, vnde Draconerienſi à perpurgando agro aliquantulum ceſſauit per ſe, non tamen per perſiſtentes Collegas cooperatores infatigabiles, quorum mox fatigationes ſequenti Calculo numerabimus. Innumerata interim nec memorata admoneo plura egregia huius Viri re- Anno Chriſti 1604.
ligioſi pro religione facinora, commune illud publicum pro ſingularibus multis præualeat teſtimonium; quod populari vniuerſaliori memorabili plauſu, & acclamatione, conclamabatur: Frater Philippus Ribottus Capuccinus à Pancalerio Operarius inconfuſibilis, infatigabilis, ardens & validus hæreſeorum & hæreticorum domitor, & profligator agnoſcitur.

Verzolium, & Caſtrumdelphinũ peruenit, & aliquandiù ibi laborat.

Cuius interim hic ſolicitioris ſolicitudines pro editorum Decretorum plenaria X.
obſeruantia obſeruamus: Anno immediatè elapſo exierat iam dictum edictum à Carolo Emmanuele I. Sabaudiæ Duce, vt deſcriberentur totius proprij dominij deſertores, & deſcripti vel Eccleſiæ Catholicæ albo conſcriberentur, vel in perpetuum proſcripti ab vniuerſo dominio exularent; prælegerunt nonnulli ſceleſtiores pro perfidia vltroneum ſimulatum exilium, non tamen re vera à patrijs laribus exulabant, ſed lucifugarum auium inſtar latitabant per diem, per noctem verò ſępè ſępiùs ad propria remeabant, & in abſcondito morabantur; nec ſic deliteſcentes abſtinebant ab impietate ſerenda, ſed ad ſe aſcitos domeſticos agnatos, vel amicos ſubuertere, perturbare, & à legitima Eccleſia deturbare nitebantur. Cum igitur Excubiarum Magiſter ſua vigilantia furtiuos hos, & nocturnos regreſſus, & congreſſus deprehendiſſet, ab Excellentiſſimo Mantæ Domino Ducali Adminiſtratore efficaciori ex-tempore relata ordinatione integram præſcriptarum à Principe legum obſeruantiam circa exulantium exactam eiectionem procurat, & ſic noctuarum, ac veſpertilionum Conciliabula deſtruxit. Enitebantur peruicaciores

Nouã Ordinationẽ reportat cõtra hæreticorum exulantiũ nocturna cõciliabula.

Dracone-

Draconerienſes Sectarij lata iura vel infirmare, vel non obſeruate varijs & technis, & dolis, ac verſutijs ſubmolientes, ſed prudens Excubitor contra nitebatur frequentioribus interpellationibus, iuridicis prouiſionibus realibus, vel perſonalibus executionibus per legitimos Iudices præſtitis, quin ſolicitiori recurſu ad Superiores Magiſtratus, vel etiam ad Sereniſſimum Legiſlatorem latarum legum confirmationem, atque exactiorem obſeruantiam promouere.

XI. Apoſtolicus Miniſter Apoſtolico ſpiritu actus, atque exemplo edoctus, ſicut humiliter reſipiſcentibus, & reuertentibus pietatis, ac charitatis viſcera aperiebat, & benignè excipiebat; ita & incredulos ſimul atque contumaces durè increpabat, quinimmò rebellantes validiori manu coercere non dubitabat. Cum ergo ſuę Cuſtodię conterminos perluſtrans ſceleſtiores quoſdam, multo hæreticali veneno phreneticos delirare, & inſolentiùs debacchari offendiſſet; expedito aduocato ſatellitio carceribus eos mancipandos tradidit, præhabita ad hoc delegata ſufficienti facultate; & quia grauioribus lapſus, & relapſus iteratis criminibus captiuati rei tenebantur, illorum capturę notitiam non ſacra ad ordinaria ſolum Tribunalia, ſed ad ſupremum Sanctę Inquiſitionis Officium, nempè Romanum Tribunal tranſmiſit, vnde grauiſſimorum ſuorum ſcelerum debitas pœnas reportarent. Quod ſimiliter ſceleratioribus varijs pariter præſtandum multoties procurauit. Vt enim hæreticum non iam vulnus, ſed inueteratum mortale vlcus curaret, parum vel nihil lenimentis proficientibus ferrum, & ignem apponendum adiudicauit, ne fuſiùs lethiferum virus ſubreperet, atque inficeret.

Vt hæretic[illegible] mortale vlcus curet, ferrum & ignē apponit, ſacrilegos ſceleſtiores carceribus tradendo.

XII. Nequaquam tamen ægrotantibus aſperioribus ſemper medicaminibus accurrebat, quin verè miſeris, & indigentibus humanioribus adminiculis ſuccurrebat, non in ſpirituali ſolummodo animarum ſaluatione procuranda, ſed & in corporali quoque incolumitate, ceu indemnitate promouenda, & neceſſitate auferenda, indigentibus namque orphanis, pupillis, viduis, egenis, infirmis, cunctiſque denique patientibus pro virili miniſtrabat: ſolabatur triſtes, conſolabatur afflictos, ſubleuabat lapſos, & oppreſſos à potentioribus liberabat: fideles cunctos ad pietatem animabat, ad perſeuerantiam bonorum operum cohortabatur, dehortabatur verò à prauis conſuetudinibus, ab habitibus nequam, & grauioribus criminibus auertere ſatagebat, Deo obedientiam, ſubiectionem Principatui, proximis domeſticiſq; præcipuè charitatem præſtare ſuadebat, ad quę iugiter præſtanda religioſę vitę, & Euangelicę perfectionis exemplis quotidianis pro conuerſatione publica, vel priuata excitabat; omnibus charus, nullis niſi peruerſis amarus, nemini noxius, vniuerſis verò ſaltem ſpiritualiter proficuus; publicum bonum ſolicitabat, nec priuatum negligebat, optimates, & maiores honorificare, inferiores, ac vulgares reſpectiuè æſtimare conſueſcebat.

Ann. Christi 1604.

Spiritualibus miſericordię operib⁹, etiā corporales adiungit.

XIII. Sacer Argus, oculatus Vigil Regni Eccleſiaſtici, non errores modò à populorum mentibus expellere, ſed & errorum cauſas, & fomites veluti deprauatas radices penitus euellere inhiabat, ideo dum per vicos, & villas, quin per habitationes, & domicilia hæreticalibus quiſquilijs perueſtigandis, & eijciendis cautè, & prudenter diſcurreret, hæreticales, atq; Hæreſiarcharum codices impia figmenta, & commenta continentes libros deprehendere ſtudebat, quorum varijs temporibus, & perluſtrationibus plurimos cum collegiſſet, & in tuto repoſuiſſet; publicè tandem eos comburendos, & anathemati dandos exponere voluit: ſibi igitur delegata competenti facultate ſolemniori pro die feſto in Foro publico, & accenſo rogo, rogato publico actu, manu Notarij Apoſtolici ſingillatim, & nominatim deſcripta damnata volumina flammis data, & concremata extiterunt die & anno ab infraſcripta annexa ſcriptura ex Salutienſi Sanctę Inquiſitionis Archiuio extracta ſignatis. *Ego Fr. Antonius à Sale Sacerdos Capuccinus, & Notarius Apoſtolicus fidem facio qualiter referente Reuerendo Patre Philippo Ribotto Commiſſario ſanctæ Apoſtolicæ Miſſionis citra Montes, accepi igni traditos fuiſſe libros hæreticos numero centum & viginti quatuor. Qui libri combuſti fuere præſentibus Admodum Reuerendo Patre Antonio Perrotio Carmelito Theologo ſuæ Celſitudinis Sereniſſimæ, D. Finetto, & D. Philippo Mazzocho Priore ſcolenghenſi, qui omnes conteſtantur ſic ſe vidiſſe, & numeraſſe, & concremari ſe ſpectaſſe hoſce libros die decima octaua Ianuarij anno 1604. ſicuti, & ego depono, oppoſito meo manuali.* Hæc ille. Quibus pro modo ego adijcio: quamplurimos Inquiſitionales actus diuerſimodè varijs temporibus à Fr. Philippo præſtitos, quippè qui Vicaria Sancti Officij ab Inquiſitoribus facta auctoritate pollebat, ab Epiſcopis firmata, & adaucta.

Plures Hæreſiarcharum Codices deprehendit, & colligit, ac publicè comburēdos tradit.

XIV. Interpretatur Hebræum nomē Philippus Latinè OS LAMPADIS: lampas autē lucet, & ardet, & præſtito lumine per recta itinera ad tuta refugia ducit, & deducit. Chriſti Apoſtolus Philippus rectè os lampadis extitit, quippè qui ſedentes in tenebris, & vmbra mortis illuminans, pedes populorum direxit in viam pacis. Nec Apoſtolicus Chriſti famulus, & Miniſter Fr. Philippus conſimilem nomenclaturā (non æqualem tamen, ſed analogam) demeretur: os lampadis eum vocitare valemus, quia ardebat, & prælucere errantibus geſtiebat, deuioſq; non à cæcitate

errorum ſolum, ſed à prauitate quoque morum obſcuriorum educere ſatagebat;
vt ſuum igitur Apoſtolicum os, lampadis os demonſtraret; non ordinarijs decla-
mationibus modo populis his prælucere, ſed & quadraginta horarijs ardentiori
bus ſermocinationibus præardere decreuit: quare cum duobus iam ab hinc elapſis
annis, Indulgentiarum Diploma à Romano Pontifice pro huiuſcemodi concio-
nationum celebriori exercitio inſtituendo retuliſſet, ad eumque actu ipſe exer-
cendum præterito anno Verzolium acceſſiſſet (ſicuti ſuo loco indicauimus) ibi
aliquandiù commoratus pro Apoſtolatu ſtabiliendo, denique Draconerium ad
ordinariam Stationem regreditur circiter initia ſequentis, nempè anni præſentis
quarti, currentis ſæculi ſeptimi decimi. Tunc igitur quò quadrageſimalibus ora-
torijs certaminibus honorabiliorem coronidem imponeret; horarium Inſtitutum
quadraginta ſermocinationum inſtituere, & conſtituere ipſe ſimul, & præſtare
diſponit, ſuperueniente in Iunio menſe, huiuſque ſuæ excogitatæ diſpoſitionis
Reuerendiſſimum D. Iuuenalem Ancinam pijſſimum Salutiarum Epiſcopum cer-
tiorem facit, qui non conniuere modò, & ſola facultate conceſſa annuere; ſed
& præſentialiter Sacroſanctis inſtituendis miniſterijs adeſſe, & cooperari ſtatuit,
Draconerium adueniens, vt curando proprio gregi reale, & perſonale ſuum præ-
beret auxilium, & efficacius impenderet ſubſidium.

Quadraginta horarũ Orationẽ in mẽſe Iunio inſtituit.

Indixit igitur Fr. Philippus per tranſmiſſa diplomata futuram quadraginta ho- XV.
rarum in Parochiali Draconerienſi Templo celebrationem, per triduum à die
Natiuitatis Sancti Ioannis Baptiſtę initiandum: vndique ab adiacentibus, ſiue
circumſtantibus Villis, Pagis, & Oppidis conuocatis ad Indulgentiarum percep-
tionem numerolioribus populis, quibus ſtatis diebus & aſſignatis horis turmatim
concurrentibus, ſedula itidem Oppidanorum frequentia, nec non procerum ſimul
& Reuerendiſſimi zelotis Antiſtitis frequentiori aſſiſtentia, Seraphicus Eccleſia-
ſtes coram Sanctiſſimo Chriſti Corpore Sacramentato expoſito procumbens, bre-
uiores quidem, ſed feruentiores perorationes ſingulares ſingulis populationibus
proponebat, & ex ore lampadis ardentioribus adeò, & clarioribus Diuini verbi Ann. Chriſti 1604.
iaculis emiſſis adſtantium corda ſalubriter feriebat; vt ſanciata quamplurima
pectora priſtinam animę gratiosam valetudinem receperint. Sanabat homines
de vlcere vulnus, curabat omnes defluens de ſalutifero vulnere lacrymarum
cruor: currebant vulnerati ad medicum pro medicina, & accurrebat ſanaturus
per Pœnitentię Sacramentum benignè omnibus accedentibus ab eo adminiſtratũ
Reuerendiſſimus Præſul, quondam corporalis, modo ſpiritualis medicus Iuuenalis
Ancina, cui ancillabantur non minus quam famulabantur Apoſtolici Capuccini
Cooperatores, non prædicationibus modò perhabendis, ſed & confeſſionibus
crebrioribus excipiendis, Sacramentis exhibendis aduenantibus peregrinis, &
aduenis turmis receptandis, receptis verò neceſſaria ſiue alimenta, ſiue lenimenta
miniſtrando corporaliter multis, nec paucis ſpiritualiter: ex ſceleſtioribus namq;
reſipiſcentes plurimos reduxerunt, & reduces Eccleſię Catholicę reſtituerunt, &
reſtitutos catechiſmo inſtruebant. Ex peruerſis fidelibus conuerſos plures crimi-
noſos magis multij licata, ac inueterata, vel non confeſſa, vel nunquam correcta
crimina fatentes exaudierunt, & conſcientię tranquillitati redditos, iniquitati
quondam deditos chriſtianę pietati colendę reddiderunt.

Orationi quadraginta horarũ aſſiſtentia Reuerendiſſ. Antiſtitis, populorumque frequentia.

Referre vix enarrando, ceu deſcribendo ſufficio, quot diſcordantium pacifica- XVI.
tiones, diſſidentium compoſitiones, quondam rixantium amicitię tunc contractę
fuerint; quot iamdiu impœnitentium plurium annorum confeſſiones, conſcien-
tiarum olim neglectarum accuratę vniuerſales expiationes peractę, & perfectę
extiterint: quot, & quales ablatorum reſtitutiones, debitorum, & noxarum rela-
xationes, eleemoſynarum clargitiones factę, & præſtitę fuerint: quales denique
rerum tàm priuatarum, quàm publicarum meliores, vtiliores, ac laudabiliores
adminiſtrationes apparuerint. Reſipiſcere quærebant vniuerſi, & Chriſtianè im-
poſterum ſapere peroptabant: Perſtabant ſoli perfidiores Sectarij in malitia per-
ſeuerantes, confundebantur, & ſcandalizabantur in mirabilioribus gratioſis ope-
ribus, quę operabatur Deus per ſeruos ſuos, & à propria nequitia excæcati ori qui-
dem manum imponebant, inuidię tamen liuoris, & nequioris zeli furijs exagitati
in rabiem agebãtur, de hæretica prauitate palam triumphante Catholica veritate,
de perfidia Fide, atque de tentata tyrannide, ceù democratica vſurpatione Eccle-
ſiaſtico Regno ducente præclaros triumphos, de tartareis caulis, aula Euangelica,
& de Diabolica ſimul, & Sectaria confuſione Apoſtolicus ordo trophæa publica
erigente. Fremebant dentibus, non tamen ſtridebant, ſed obmuteſcentes, vel
muſſitantes tabeſcebant, & deliteſcebant, dum in ſacro Templo melodis reſonan-
tibus vocibus Summo Deo laudes, grateſq; perſoluerentur à fidelibus: dumq; hi
efficacioribus precibus, & validioribus pijs precationibus Diuinam Clementiam
implorarent; illi in conuenticulis, vel conciliabulis blaſphemas imprecationes
euomentes Omnipotentis Iudicis vltricem iuſtitiam exacerbabant, & dum Catho-

Quot fructus perceperit F. Philipp. hac pia inſtitutione quadraginta horarum vix enarrare ſufficitur.

lici

lici Sacroſancta Myſteria, coram Sanctiſſima Euchariſtia ſolemniori apparatu expoſita, concelebrarent; profanationes Caluinicolę perduelles conſuetas, ſibiq; familiares meditabantur, ſed fruſtra, poſt hæc enim & Diuinus cultus excultior, & Chriſtiana religio renitentior, & glorioſior perſeuerarunt ſplendeſcerę, effloruit enim impoſterum, & honorificentiùs reſplenduit in dies Catholiciſmus, Caluiniſmo ſuppeditato, tandemque penitus proſtrato.

XVII. Apoſtolici muneris profeſſor Fr Philippus Apoſtolicę remunerationis pariter particeps eſſe meruit: *Nobis autem* (aiebat Apoſtolus) *datum eſt, vt pro illo patiamur, benedicimur, & maledicimur, obſecramus, & blaſphemamur, perſecutionem patimur, & ſuſtinemus.* (Cor. 1. c. 4.) Non ſolis benedictionibus, ſed eò magis abundantioribus beneficentijs, ac multiplicatis cuiuſlibet generis beneficijs Seraphicus Leuita vniuerſitati ſtudebat proficuum, atque beneficum ſemetipſum exhibere, quem tamen veluti pernicioſum, ſimul & maleficum, quia à ſe iamdiù profeſſę perfidię aduerſarium acerrimum patiebantur, perſequi acerbiùs, & ad necem proſequi decreuerunt ſceleratiores quidam, & potentiores Marchionenſes perduelles; vnde & in domo, & in agro, ſtanti, & proficiſcenti, egredienti, & regredienti inſidias ſtruere nunquam, & nuſquam deſtiterunt, occultè tamen, non palam, ſemperque fruſtra, quia; *qui habitat in adiutorio Altiſſimi, in protectione Dei Cæli commorabitur: Dicet Domino ſuſceptor meus es tu, Deus meus ſperabo in eum; quia ipſe liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aſpero:* (Pſalm. 90.) Perduelles Eccleſiaſtici Regni hunc inuincibilem Pugilem in Cuſtodia Vigilacem proſpiciebant, ad deſtruenda hæreticę rebellionis molimina ſolicitum; & validum, in reſtituendo Catholicę dominationis regimine ſolicitiorem, & ſtrenuum adeò conſpiciebant; vt nunquam, & nuſquam eum ab opere ceſſaturum, & receſſurum pertimeſcerent, ac præuiderent; niſi Sectaria defectione penitus de medio ſublata: quare cogitauerunt impij intra ſe dicentes (non rectè) venite mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium. Verùm permanſit ille in terra morientium, & glorioſus regnat (vt piè ſperare iuuat) in terra viuentium: at illi de viuis eraſi ardent perpetuò in mortuorum regione. Euaſit igitur ſemper Fr. Philippus aduerſantium laqueos, nec aliquando obligati conſtiterunt pedes eius, quin per totam Marchiam Salutienſem pernix, & impiger excurreret ab hæreticorum pedicis compeditos ad eripiendos.

Ann. Chriſti 1604.

Particeps Apoſtolicę remunerationis efficitur perſecutiones perplurimas patiendo.

CALCVLVS QVARTVS
COMMVNIS.

Coapoſtolicorum Operariorum Fratrum BERNARDI AVGVSTENSIS, IOSEPHI FOSSANENSIS, IOANNIS BAPTISTAE SCALENGHENSIS, FRANCISCI à Sancto-STEPHANO, STEPHANI TENDENSIS, per annos 1600. 1601. 1602. 1603. 1604.

I. ET, *iſte numerus robuſtorum David, qui adiuuerunt eum iuxta verbum Domini, quod locutus eſt ad Iſrael: & hæc nomina fortium David ſedens in Cathedra ſapientiſſimus Princeps;* (l. 1. Paralip. c. 11. & l. 2. Reg. c. 23.) Princeps Apoſtolici operis, Fr. Philippus à Pancalerio ſapientiſſimus, quia prudens, prouidus, expertiſſimus non minus quàm accuratiſſimus, atq; ſolers, ſolicitior atque acerrimus Eccleſiaſtici Spiritualis Regni, his in Italicis luminaribus inſtaurator ſedebat in Cathedra, ideſt in capitę Euangelico, huic muneri Præfectus; Coapoſtolicis ſuis Capuccinis cooperarijs Præpoſitus Draconerienſi quidem in principaliori Cuſtodia vt plurimũ reſidebat; verùm cum ſolicitudo omniũ Eccleſiarum Marchionalium, ſcilicet Miſſionum eum perurgeret, & ad diuerſa pro temporum, & locorum ſimul ac occurrentium opportunitate illum ſępè ſępiùs importunè interpellaret; Fratribus Valeriano Pinerolienſi, & Stephano Gombolatenſi, ac Mauritio Murrenſi alibi grauioribus curis, atque occupationibus detẽtis, ipſe habito robuſtorum Leuitici ordinis virorum delectu, nonnullos celebriores Commilitones delegit, qui ſtrenuè ſibi in Fidei collabentis reſtauratione coagonizarent. Iſte igitur eſt numerus, & hæc nomina fortiorum Coarmigerorum Fr. Philippi, qui adiuuerunt eum iuxta verbum Domini, quod & ille ad Iſrael, ſiue ad Chriſtianum populum locutus fuerat, & ipſis loqui incumbebat pro Apoſtolico munere, & onere, ad quod extiterant aſſumpti. Prænominati igitur Euangelici

Ann. Chriſti 1600.

Ann. Chriſti 1601.

Fr. Philippi Cooperarij quatuor numerantur.

Operarij Ioſephus, Ioannes Baptiſta, Franciſcus, & Stephanus diuerſimodè variis in Miſſionibus operati à nobis proprijs, & numeris, & calculis referuntur. Præſenti interim in Draconerienſi Statione, non otio torpentes ſtetiſſe, ſed negotio inſiſtentes ſtetiſſe & pro catechiſmo, tàm pro concione, quàm pro dogmate, pariter & Sacrorum adminiſtratione ex eo præcipuè liquidò cunctis conſtare autumo: quod quoſdam reduces, nempè quinq; Sanctæ Matris Eccleſiæ gremio reſtituerunt.

Hi quoſdam reduces Eccleſiæ reſtituerunt.

XI.

Dixit autem Ionathas ad armigerum ſuum veni tranſeamus ad ſtationem incircumciſorum. Aſcendamus, ſequere me, tradidit enim Dominus eos in manus Iſrael. Aſcendit autem Ionathas manibus & pedibus reptans, & armiger eius poſt eum, itaque alij cadebant ante Ionatham, alios armiger eius interficiebat ſequens eum. Aſcendens Princeps Apoſtolicæ expeditionis aduerſus incircumciſos Caluinicolas ad Draconerienſem Stationem Fr. Philippus, adſciuit in ſuum Coarmigerum peculiarem, & fideliſſimum Achatem Fratrem Bernardum ab Auguſta Prætoria, cuius cooperatoria ope pluribus annis eſt vſus in hac præcipua Draconeria Miſſione, intra cuius & Oppidum, & agrum hæreticos plures ad vitam interfecit; & præcedens ille, & ſubſequens iſte: ancipiti mucrone verbi Dei commilitabant pariter, & ſibi inuicem collaborabant, viciſſim ad agonem egrediendo; quando in arenam deſcendens decertabat Fr. Philippus, domi in Excubijs inuigilabat Fr. Bernardus: & quando in Cuſtodia aggredienda diſponens ſpeculabatur ille, iſte ad caſtra egrediebatur: cumque Fr. Philippus Euangelicis agminibus indigentibus ſuppetias allaturus, vel Apoſtolicæ bellicæ expeditioni congrua ſubſidia præſtaturus, peregrè proficiſceretur, in ſpecula Fr. Bernardus excubabat, ne poſticus ex improuiſo irruentes hoſtes, quod partum diuturno labore fuerat, diſſiparent, ac peſſundarent. Vnde tum ſtans tum egrediens ſemper proficiebat concionibus, diſputationibus, catecheſi, Leuitico miniſterio & ipſe operando, & Leuiticis Eccleſiarum Parochialium Miniſtris cooperando, doctrina non minus quàm religioſo integerrimæ vitæ exemplo, quibus plurimum valuiſſe manifeſtè comprobant perduelles Eccleſiæ reconciliati, quos ex Catholizatorum catalogo tranſcriptos hic enumeramus.

L. 1. Reg. cap. 14.

Ann. Chriſti 1602.

Ann. Chriſti 1603.

Achates Fra. Philippi Fr. Bernardus perduelles quadraginta Eccleſiæ reconciliat.

Draconerienſes.	numero.	22.
In Oppido Villaris S. Conſtantij.	numero.	5.
Valgranæ.	numero.	19.

Igitur Fratri Philippo Miſſionum Commiſſario pro ſui officij munere communia, ac magis ardua Apoſtolatuum negotia coram vtriuſque dominationis poteſtatibus, ſuperioriſque, atque inferioris Iuſtitiæ Tribunalibus aſſiduè peragente; Fr. Bernardus domeſtica, & conſueta Miſſionalia quotidiana munia exercebat, & ſolicitè præſtabat, omnique ſolicitudine pertractabat.

Ann. Chriſti 1604.

CALCVLVS QVINTVS

Fr. CHRISTOPHORI à CEREALI Concionatoris per annos 1605. 1606.

I.

SVperioribus annis ſedula, tum ſolicitudine, tum Fr. Philippi à Pancalerio ſolertia, ſimul ac Reuerendiſſimorum Præſulum, nec non Sereniſſimorum Principum auctoritate, atque poteſtate hæreticalibus ſentibus, ac vepribus laborioſè expurgatis Draconerienſibus & Agro, & Pago, ſilebant quidem adhuc nonnulli obſtinatiores Caluini Aſſeclæ, ſed ſedebant in inſidijs cum diuitibus in occultis, vt interficerent innocentes: furtim vehitabant proſcripti, & occultè Orthodoxæ Fidei inſidiabantur, fouentes jam deprauatos, & deprauandos quæritantes; quamobrem Excubiarum Magiſtri Præſules præcipua prætenſi in Cuſtodia ſpeculatorem ſtatuerunt Fratrem Chriſtophorum à Cereali, ſicuti manuſcripta noſtra teſtantur. Huius Capuccini Chriſtiferi equitis emiſſarij confuſa nimis, & indiſcreta ad nos acta referuntur; quapropter non ſatis ſitne ſufficienter diſcernere, & diſtinguere valemus præciſa tempora illius reſidentiæ in Perruxina, atque hac in Draconerienſi Stationibus, quibus per prænotatos quintum, ſextum, & ſeptimum annos currentis ſeculi ſeptimi decimi legitur peruigilaſſe. Sufficiat igitur nobis vigilacem illum Excubitorem agnoſcere, & indefeſſum Apoſtolicum curſorem dignoſcere, qui plures ad Catholici exercitus Stationes excurſitando pluries valuit periclitantibus accurrere, & opportunas ſuppetias impendere. Haudque minus impenſiùs quàm alibi hic enixum, vt Chriſtum perfidorum cordibus inferret; Fratrem Chriſtophorū exiſtimare debemus, quippe qui & ab anteceſſoribus Apoſtolicis Operatoribus laborioſiùs parta integrà præſeruare, & adhuc paranda quibuſlibet ſudoribus, & conatibus comparare, atque acquirere ſibi in animum pro

Ann. Chriſti 1605.

Ann. Chriſti 1606.

Fr. Chriſtophori indefeſſi Apoſtolici Curſoris indiſcreta, & confuſa acta referuntur.

demandato

demandato munere adimplendo firmiter induxerat. Stetit igitur in Excubijs vigi-
lando, docendo in doctrina, ſacris in miniſterijs miniſtrando: in exhortationibus
cohortando: miſerendo in hilaritate, in ſimplicitate tribuendo, ſolicitudine non Rom.c.12.
piger, ſpiritu feruens Domino ſeruiens, cunctorum neceſſitatibus communicans,
bona prouidens non ſolum coram Deo, ſed etiã coram omnibus hominibus iuxta
IX Apoſtolicum monitum.

CALCVLVS SEXTVS

Fratris COLOMBANI à TRIDINO per annos 1607. 1608.

I. QVi *ſunt iſti qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas*, interrogabat Iſai. c. 60.
Iſaias præindicans, & prænuncians Apoſtolicorum Nunciorum emiſſio-
nes. *Oculi tui ſicut columbæ, ſuper riuulos aquarum, quæ reſident iuxta fluen-
ta pleniſſima*: reſpondet Salomon Rex ſapientiſſimus columba commoratur li- Cant. 5.
benter iuxta decurſus aquarum, quia inibi dum proprio alimento quæritando
diſcurrit, intra limpidiſſimæ vndæ perſpicuitatem ſuperuenientis accipitris inſi-
dias diſcernit, & damna refugit. Myſtica columba Sancta Mater Eccleſia iuxta
fluenta ſcripturarum columbinos ſuos emiſſos Apoſtolicos doctores commorari,
congaudet, quia per dilucidam illarum contemplationem, & intelligentiam here-
ticalis accipitris, & nequitiam deprehendunt, & inſidias euitant, ac damna refu-
Ann. Chriſti 1607. giunt. Quam appoſitè columbarum, ſiue columbinus, ſeu columbanus hic tropus
noſtro propoſito inſeruit: Frater namque Columbanus à Tridino leuis, & ſubli-
mis ſicut nubes lucida, ab ardore ſolis à terra eleuata, feruore nempè charitatis à
mundo ſegregatus, in Cœlum Seraphicæ Religionis receptus; affectu, & effectu Huius Apoſtolici Viri virtutes, & ſtudia pro Fide Catholica
terrenarum rerum onere expeditus, Apoſtolorum veſtigijs in profitendo Euange-
lio inhærens peruolabat, & virtutum profectu, atq; regulari obſeruantia progre-
Ann. Chriſti 1608. diens, quando ob integritatem vitæ, & doctrinæ ſoliditatem Apoſtolico officio
deſtinatus Draconerium aduolauit; iuxta, quinimmò intra largiſſima aquarum
fluenta (interamne namque Oppidum Draconerium nuncupatur) ſicut columba
ad feneſtras in ſpecula Euangelica excubabat, vel ſicuti columbinus pullus ſecus
decurſus aquarum ſcripturarum, ſcilicet vtriuſque paginæ exuberantiam depaſcẽs
contemplatiuæ ſurſum ſuſpicientis oculò, actiuæ deorſum aſpicientis periculo
conſulebat. Verè Columbanus æmulator columbarum, quarum innocentiam,
ſimplicitatem, manſuetudinem, benignitatem imitabatur in ſufferendo: velocita-
tem verò, fecunditatem; aſſiduitatem, & perennitatem profitebatur in operando,
& proximis benefaciendo ſpiritualiter, & corporaliter dum cunctis pro viribus mi-
niſtrando, auxiliando, & opitulando, commune Fidei bonum ſolicitus promoue-
bat; nec particulare ſingularium fidelium negligebat, ſed omnì ſtatui proficuum
ſe ſe exhibere ſtudebat, quamdiù impoſito operi incubuit.

CALCVLVS SEPTIMVS

Fratris ROMVALDI TAVRINENSIS Concionatoris per annum 1609.

I. EX Draconerienſi ſeducta à Caluinicolis plebe, non plebicolæ vniuerſi ho-
munciones ruricolæ, vel artifices, ſeù etiam milites computabantur; ſed &
Iuriſprudentiæ, & Medicæ Arti, & Tabellionicæ plurimi incumbentes, &
egregiè pollentes, ſiue præexcellentes enumerabantur; qui humanorum, vel natu-
I rarum iurium peritiam aſſecuti, Diuinarum rerum, ſacrarumque ſcripturarum
vtriuſque paginæ notitiam ſibi obuiam vltrò pateſcere præſumebant: breuiori atq;
ineptiori ſæcularis profanæ ſcientię metro, vel menſura auguſtiorem ſiue Diuinio-
rem Sacrorum intelligentiam, ſeù cognitionem metiri, & comprehendere ſom-
niantes, ac prætendentes. Quapropter Caluiniſticos huiuſcemodi Theologaſtros
ad coarguendos, non quilibet Theologiæ laureatus, ſed Theologica in paleſtra
Ann. Chriſti 1609. diutiùs exercitatus, atque conſumatus Protomagiſter prædeſtinandus iure fuerat;
vnde & prudentiſſimi Preſules Fratrem Romualdum Taurinenſem, hoc nono an- Ad coarguẽdos Caluiniſticos Theologaſtros, mittitur Protomagiſter F. Romualdus.
no extra ſexcentum & mille, mittere voluerunt pro Draconerienſium Schiſmati-
cæ Synagogæ Maſtigophoro, qui & Theologicarum facultatum, & Sacrarum lit-
terarum hierophilacium communiter apud nos vocitabatur: eò quod Scholaſtica

Patrum

Patrum placita, & ſubtiliori via, ac methodo traditas diſciplinas plenariè caleret; & vtriuſque fęderis ſcripturales Codices tenaciſſima memoria exactè teneret, vnde perpetuò garrulos Hæreticorum doctorculos inſequebatur, & obuios habitos ſcientificis exuberantis eloquij vorticibus abſorbebat, ac ſubmergebat, vnde, & ab illius congreſſu quàm-maximè ſcioli refugiebant, & abhorrebant.

Sapiens hic Romanus Araldus, ideſt Fr. Romualdus, alta quidem, & non mediocriter intelligebat, eminentiori namque intelligentia pollebat, verùm non altum ſapere volebat, ſed timebat, exaudiens Apoſtolum monentem, *Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes*. Non igitur ſublimioribus ſolis in explicandis dogmatibus inſiſtebat humillimus hic Minoticæ ſcholæ alumnus; ſed etiam, & eò magis in ſimplicibus erudiendis maiora maioribus, minora verò, & neceſſariora minoribus diſtribuendo, ſiue pro concione, ſiue pro catechiſmo ineruditam plebem inſtituendo, omni qua valebat facilitate, & humanitate. Vnde, & quoſdam adhuc perſtantes Caluinicolas, nempè duos, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ reconciliauit, & plura Eccleſiaſtico ſpirituali Regno tempore ſuæ Miſſionis proficua præſtauit, quæ diſtinctè ignorantes indiſtincto & numero, & calculo ſupputamus. XI.

Rom. c. 12.

Maioribus maiora præſtat, minoribus verò minora diſtribuit.

CALCVLVS OCTAVVS

Fratris BERNARDI à PORTVMAVRITIO Concionatoris per annum 1610.

NOn tranquillo in portu otiando, ſed in altum ratem, perducendo, atque aduerſus aduerſarios marinos intumeſcentes vortices, ſimul ac contrarias tempeſtates pariter, & reflantes boreas validè, & prouidè enitendo, ac reſiſtendo nautica arte inſtructus expertus præexcelluit nauclerus: excellens igitur noſter hic Apoſtolicus Nauta Frater Mauritius à Portu ſoluens, terrena ſcilicet cuncta relinquens Euangelicæ vitæ, ſeu profeſſionis nauigationem aggrediens, non in tranquillo religioſæ ſolitudinis litore contemplationi, & ſolitariæ proprio ſaluationi vacauit; ſed ad mare publicę adminiſtrationis deſcendens, Oceanum Mundi aſcendens, D. Petri myſticam nauem, ideſt Eccleſiam quantum valuit, voluit in altum ducere, aduerſum aduerſantes, inſurgenteſque Hęreticos fluctus, ſimul & contrarias aereas tempeſtates validè, & prouidè enitendo, reſiſtendo, perſiſtendo, atque proficiendo non ſemel, ſed pluries, plureſque per annos circa noſtra hęc Italica littora, vel limina laborans in remigando (flabat namque ventus Aquilonaris Schiſmaticus contrarius eis) vt legitimorum diſcipulorum Chriſti nauicula Catholica Heſperieis his Oris appelleret, & tranquillo ſalo, ac Cęlo requieſceret. Vnde irrequietus ſemper, & vbique moliebatur meliora, concionabatur, docebat, diſputabat, arguebat, monebat, inſtruebat, miniſtrabat pro virili congrua vtrique homini exteriori, & interiori ſubſidia: ſtantes roborabat, vacillantes confirmabat, lapſos erigebat, ex quibus Draconerij, legimus, ſingulares binas ab eo familias, nempè Progenitores, & genitos liberos maſculos, & fœminas ad tutam Catholicæ Fidei ſtationem, & Eccleſię littora ab infidelitatis amaris vndis, & hęretico naufragio ereptas perduxiſſe. Alia autem plura bona ex Apoſtolica nauigatione mihi peracta retexit, quę in æternæ ſaluationis portum intexit.

I.

Ann. Chriſti 1610.

Fr. Bernardus plurimùm laborat remigando in myſtica naui aduerſus Catholicę Fidei aduerſarios.

Binas familias ab hęretico naufragio eripit.

CALCVLVS NONVS

Fratris RAPHAELIS à CHERIO Concionatoris per annos 1611. 1612.

MArchionalibus Salutiarum in Conuallibus in hocque præcipuè draconum cubili non ceſſabant lamię, ſiue arpię infernales draconum oua confouere, vt iamdiu conceptos auernales colubros, ſiue ceraſtes parerent, & hæreticalia ſerpentina genimina viperarum denuò excitarent, his ſignanter temporibus quando ſubdoli quidam impoſtores, atque ſeductores (ſicuti authenticum Apoſtolici Nuncij Taurinenſis diploma ſub hoc anno datum conteſtatur) per Marchionatus Valles, & Villas ſingulariter Draconerienſem circumeuntes circuibant Caluiniſticè rugientes, aduerſus Catholicam Fidem frementes quęrebant, quem denuo deuorarent: ſemel conuerſos iterum peruertere, atque olim reuerſos a recto veritatis tramite ad hęreticale baratrum reuocare conantes peruerſi. Cum igitur lethiferum Caluiniſticum virus, & venenum aſpidum inſanabile ſub labijs

I.

Ann. Chriſti 1611.

Seductores quidam denuò inſurgũt aduerſus Fidem Catholicam.

ſuis

ſuis abſconditum circumferrent, vt miſellam plebem feraliter inficerent peſtilentes homines, humanæ conuerſationis deprauatores; communis boni ſignanter ſpiritualis Orthodoxæque Fidei præcipuè conſeruatores Eccleſiaſtici, nempè Præſules pro inuaſoribus illis deprehendendis, & reijciendis, ac illorum nefarijs moliminibus euertendis, Fratrem Philippum à Pancaletio, prolixo iam labore ſimul ac diutino habituali podagræ languore confectum, intra religioſæ cellulæ anguſtias quieſcentem, ad campum iterum prouocant, atq; ad hæreticum certamen denuò egredi compellunt (vti peculiari numero tranſcribimus) in vniuerſo Salutienſi Marchionatu Apoſtolicæ expeditioni illum præficientes in Draconerijque præcipuè Oppido.

Fratrẽ Philippũ a Pancalerio ad Cãpum iterum prouocãt Cõſeruatores Fidei Eccleſ.

II. Ad quod interim vel curando, vel preſeruando à grauiori Caluiniſtica deprauatione, ab Hierarchici Ordinis præſidentibus electus, vocatus, & legitimè ordinatus Miſſus venit Fr. Raphael Cherienſis, veluti à ſuperis emiſſa medicina Dei, ſicuti enim Angelus quondam Tobiæ apparuit iuuenis ſplendidus, ſtans, præcinctus, & quaſi paratus ad ambulandum, haud ſecus Angelicus noſter Capuccinæ familiæ, alumnus Prælaris ſimul, & cunctis apparuit iuuenis quidem, nempè validioris virilis ætatis, ſed moribus, ac virtutibus ſplendens, ſtans in ſuo teſtamento, in obſeruantia videlicet profeſſæ Euangelicæ perfectionis, per Minoricam regulam præcinctus, iterum non lumbis modò purioris caſtimoniæ cingulo, ſed, & membris omnibus abſtinentioris temperantiæ ſub ligamine: paratus ad Apoſtolicè ambulandum, quia expeditus à terrenis omnibus prædiuitem Theologicarum facultatum vtriuſque Sacræ Paginæ commeatum ſecum perpetuò deferens; prudens, prouidus, ſolers, humilis, modeſtus, & pacificus incedebat, & inter proximos conuerſabatur.

Ann. Christi 1611.

Fr. Raphael miſſus venit ad Draconerienſẽ ſtationẽ, ſcientia, & virtutibus ornatus. Tobiæ cap. 5.

III. Appulſus igitur Frater Raphael Apoſtolicus Medicus Draconerienſem ad ſuam primam Stationem, pro abigendis, & extricandis malignis, & diuexantibus Caluinicolarum Sathanicis Spiritibus cor, fel, & iecur exenterati hæreticalis piſcis perſcrutari ſtuduit: ideſt vt vexatam illam plebem ab infenſis Seductoribus liberaret; voluit interiora ideſt occulta inſidiantium molimina, & molientium conamina, artes, & technas perſcrutari, vnde ſolicitus vigilabat in cuſtodia, nec fruſtra; plures namque corruptores, & nonnullos corruptos deprehendit, perſonatos Catholicos, ſed genuinos Hæreticos detexit, quos ex tempore Sacræ Inquiſitionis Tribunalibus delatos, coercendos condigna pęna ſategit: vnde & hi coerciti à recidiuo vlteriori hæreticali lapſu abſtinuerunt, & qui ſtantes, vt in perfidiæ foueam laberentur, impellebant, repulſi, & terrore perculſi abierunt ſine ſiluerunt, vigilacis Excubitoris ſolicitiores excubias pertimeſcentes.

Detectos Hęreticos Sacrę Inquiſitionis coercendos, & caſtigãdos defert.

IV. Nec vigilia ſola, aut ægrotos curabat, aut valentes ſeruabat Fr. Raphael; verùm oratione, & ieiunio domeſticum Dæmonem alligare oſtendebat, tum per regimen, & nutrientia, ac medicinarum exhibitionem, nec non manualem operationem infirmantibus mederi ſtudebat. Operabatur igitur prius ipſe non honeſtè modo, quin religioſè & perfectè opera legis Euangelicæ, & honeſtioris, ſiue ſanctioris conuerſationis miris exemplis proximos cooperari inſtruebat, lenimentis quidem dolentia membra delinire ſtudebat, ſed aſperioribus quaſi ferro, & igne putrefacta membra vel purgare, vel reſecare non negligebat: medelas congruas, & proprias Pœnitentiæ, & correctionis opportunè adhibebat: cathartica noxios humores egerentia exhibebat: ſed & Euchariſtici panis, atque ſpiritualis refectionis nutrientia neceſſaria adminiſtrabat, diſcreto & prouido regimine ſibi commiſſorum vitam moderando, & dirigendo in melius, vnde priſtinæ ſanitati plures conualeſcentes reſtituit, & firmiori valetudini quàm pluſimos recuperauit ex credentibus, de non credentium verò valetudinario Noſocomio ſchiſmatico nonnullos reuocauit, ac liberauit, enumerant enim poſteris tranſmiſſæ relationes duos & viginti primo ſuæ Apoſtolicæ curatiuæ reſidentiæ, ſeptenos verò ſecundo annuali curriculo hæretica quondam lepra infectos ab Angelico hoc Euangelico Medico fuiſſe mũdatos, copioſiores vltra diuerſis impertitas ſpirituales ſanitates.

Ann. Christi 1612.

Legis Euangelicę opera operatur.

Vigintinouẽ hæretica lepra infectos, mundat.

CALCVLVS DECIMVS

Fratris FELICIS à SANCTA-VICTORIA Concionatoris per annos 1613. 1614. 1615. 1616.

I. MArchionalium Eccleſiarum ſtatum referens D. Marc. Aurel. Lucer. ſub his annis ſic annuit: *Aliquanto meliùs, & proſperiùs agebantur, ſe ſeque habebant res Fidei in Salutienſi Marchionatu, quia tum Ducalium indictarum iuſſionum auctoritate, tum Capuccinorum Miſſionariorum non ordinaria diligentia plurimi rebelles Hæretici*

eliminati

eliminati vel Gebennenſem ad Aſylū, vel ad Vallium toleratū confugium reſilierant, qui licèt interdiù regredientes apparerent; furtim tamen pertranſeuntes, non diutiùs immorantes comparebant. Qui enim audaciores temerariè per plateas, & vicos circuire præſumebant, Excubitorū Apoſtolicorum vigilantia deprehenſi in vincula conijciebantur, veluti Principis iuſſu, & ſecretò violantes. Qui verò domi perſtiterant, licèt ore tenus Catholicā profiterentur confeſſionē, Catholiciſmū ſimulantes extrinſecus tenaciùs tamen inhærentem Caluiniſmum intrinſecus, publica, vel manifeſta aliqua demonſtratione nequaquam oſtentare audebant; quinimmò Diuina verba proponentibus pro ſuggeſtu Capuccinis prædicatoribus aſſiſtebant, & Sacroſanctis myſterijs celebrandis interueniebant (iuxta commune prouerbium) vt rurì conſulerent. Verùm enimuerò quo quo titulo, ſeu intentione Catholicè viuerent, non iam ampliùs hæreticè conuerſantes petram ſcandali, & lapidem offenſionis ſecum verſantibus obijciebant. Ex his præterea promiſcua credulitatis nonnulli per tempora fideliter ſapere incipiebant, quod ſi impudentior quiſpiam vel factis, vel dictis Hæreſim redoleret, vel ſaperet, Sacro Tribunali annuntiatus, & denuntiatus plectebatur: vnde tranquillè admodum res Fidei procedebant ſolicitudine, & ſolertia Apoſtolicorum Excubitorum, quibus per opportunitates legitimorum Præſulum auctoritatem interpellantibus benignè his annuentes expeditè & efficaciter præſtò ſua canonica poteſtate aderant fouentes, fauentes, ſimul ac patrocinantes. Hactenus ille de horum temporum conditione.

Ann. Chriſti 1613.

Status Eccleſiarum Marchionaliū refertur.

Ann. Chriſti 1614.

II. Sedebant igitur in inſidijs pauperes cum diuitibus Draconerienſibus in occultis; vt innocuę Orthodoxę Eccleſię poſticùs detraherent perſonati aduerſarij, quando Fr. Felix à Sancta-Victoria, vt felicem ſanctus de regreſſis hoſtibus victoriam reportaret Euangelicam in arenam deſcendit, rè & nomine felix, qui à natura pacatioris, & humanioris conuerſationis ſuauitate præditus, virtutes quoque religioſa profeſſione acquirere haud neglexit: cumq; primò Minoricam regulam profeſſus, Euangelicè, & laudabiliter operari didiciſſet; emiſſa vota, & promiſſum inſtitutum adamuſſim obſeruando, ſtuduit etiam poſtmodum, quo pacto cæteros à Christo præſcriptam Chriſticolis legem adimplere perdoceret. Doctrinalibus igitur tum naturalium, tum ſupernaturalium facultatum ſignanter Theologicarū vtriuſque Paginę in ſtadijs exercitus eminentiori, & abundantiori ſcientiarum excellentia præeminebat, vnde ad ſublimiores etiam regularium dignitatum gradus euectus peruenit. Magiſtralem apud ſuos Cathedram ſæpiùs rexit, & Diffinitoris Prouincialis munere præfulſit, vnde conſiderabiliori Draconerienſi Cuſtodiæ à Prælatis prudenter præfectus aduenit, nec in Excubijs ille dormitauit, aut oſcitauit in Statione, immò Apoſtolici muneris præclarè conſueta munia exercens, ſimplicium, ac rudium Catecheſi (pro ſua humilitate) ipſe cum ſocio impenſius incubuit, profeſtis quidem ſeu Dominicalibus ſolemnitatibus infra annum, in Aduentu tamen quotidie Chriſtianę diſciplinę ſtatuta hora rudimenta explicabat, primaria elementa dilucidabat, hæreticorum figmenta, & commenta reſoluebat, & reſoluta damnanda indigitabat: proprię conſcientię ritè diſcutiendę, & coram Confeſſario plenariè aperiendę methodum porrigebat, percipiendis Sacramentis congruam & ſufficientem præmittendam præparationem indicabat: tandem Fr. Felix ſi quem, vel quando hæreticum hominem obuium haberet; vel pro diſputatione, vel pro publica declamatione, abundantioris eruditionis, (qua pollebat) affluentia perurgebat, Diuinis, ac Sacris Oraculis frequentiùs allegatis confundebat, & validioribus ratiocinijs obmuteſcere compellebat, interpellabat eos tamen humaniter vt reſipiſcerent, & reſipiſcentes Catholicę ſcholæ reſtituebat.

Peruenit ad hanc Miſſionē Fr. Felix non ignotus meritorū ſed ſcientia, & dignitate ſublimis.

Ann. Chriſti 1615.

Præclarè cōſueta munera Apoſtolica exercet.

Ann. Chriſti 1616.

CALCVLVS XI.

Fr. MARCELLI TAVRINENSIS Concionatoris per annos 1617. 1618.

I. *Conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem. Oua aſpidum ruperunt: qui comederit de ouis eorum morietur: & quod confotum eſt erumpet in regulum:* prædixerat Iſaias Proph. de generatione ſerpentium in cubilibus Draconum: Quàm verè, & quàm aptè ac propriè vaticinans futura in draconerio Oppido, & Draconerienſi agro genimina viperarum, & anguium germina, qui aſpidum Hæreſiarcharum nequiſſimorum dogmatum oua adulterina in ſinu ſuo occultè fouentes, & de venenatis effractis ouis comedentes morerentur æternaliter, & quod longo tempore, & diuturna ſimulatione confotum fuerat, tandem nefarij partus captata inopportuna opportunitate erumperet in regulum ſacrilegij, & rebellionis, ideſt violatæ Catholicæ Religionis. Macrenſis Vallis Sectarij Vallicolę, Draconerienſeſq; præcipuè Caluinicolę conceperant pluribus continuatis ſuperioribus annis laborem, quem pro ſuſcitanda intra proprios lares denuò hæretica defe-

Iſai. c. 59.

Ann. Chriſti 1617.

ctione

ctione adhibere decreuerant, & pepererunt tandem aliquando hoc anno ſeptimo decimo poſt milleſimum ſexcenteſimum iniquitatẽ apertę & manifeſtę deſertionis Fidei, & ab Eccleſiaſtico Regno rebellionis acerrimę, nequiter arrepta importuniori anſa Ducalis cuiuſdam indulti declaratorij celebrioris illius aduerſus Sectarios promulgati Edicti anno ſecundo currentis ſæculi die vigeſima quinta Febr. Carolus enim Emmanuel primus Dux Sabaudię politicis nonnullis rationibus, immò neceſſitatibus impulſus (vt fuſius ſuo calculo damus) ſub vigeſima octaua Septembris præſentis anni ab Aldigherio Duce Caluinicola etiam importunè exoratus emiſit edictum, cuius virtute gratioſè confirmatis antiquis toleratis limitibus intra ſuum dominium citra montes degentibus Secticolis, indulgebat etiam eiectis olim violatæ religionis cauſa, & exulibus; vt patrios lares repetere, & iterum excolere valerent per triennium peremptoriè, quo durante, de domeſticis ſuis rebus liberè redeuntibus diſponere liceret: ſecundò vt proſcripta bona eadem pro Religionis cauſa priſtinis poſſeſſoribus exulibus reſtituerentur, quoad libitum de his contrahere poſſent: tertiò vt adhuc carceribus eodem titulo detenti expeditè dimitterentur, ea tamen in primis, & ante omnia inuiolabiliter obſeruanda conditione, vt ſub capitali irremiſſibili comminatione ab omni impietatis exercitio ſignanter dogmatizandi perpetuo abſtinerent. — Sectarij Hęretici irrepta importuniori anſa cuiuſdã Indulti Ducalis, iniquitatem apertè profitentur.

II. Pia igitur hac benigniſſimi Principis limitata, atque ad triplicem duntaxat conceſſionem coarctata indulgentia temerariè impudentes deſertores palam abutentes Mactenſes Vallicolæ, Draconerienſeſq; præcipuè Incolæ liberum ſibi, ac publicum, Caluiniſmi ſacrilegum exercitium, tamquàm Canonicè permiſſum licere, atque abſolutè ſtatuere voluerunt, & decreuerunt. Quamobrem ab vtroq; Principatu ſpirituali, & temporali deſertionis aggreſſus, & progreſſus moliri occeptauerunt (vt ſuo loco diſtinctè referimus) vtriuſque dominationis in cauſa Religionis ſacrilegæ & neglectum, & contemptum ex condicto propoſuerunt, rei politicæ, ſiue ciuilis pariter, ac Religionis pro hæretico inſtituto ſtatum ſibi independenter conſtituere, ad inuicem conuenientes ſtatuerunt: Catholiciſmum à ſuis laribus, & ab Italicis limitibus penitus eliminare, & eradere excogitantes, quinimmò deliberantes, ideò, & prædicti Aldigherij Sectarij tutelari patrocinio freti, & cohærentium, ſiue Delphinenſium, ſiue Conuallicolarum Subalpinorum Caluiniſtarum auxilio, ac ſubſidio fidentes in ſolo Oppido Draconerij ex tempore duo, & ſeptuaginta & ex nobilioribus, ac potentioribus familię, quatuor centum ſcilicet, & eò amplius promiſcui ſexus habitatores publicè Catholica Romana deierata, Caluiniſticam ſectam profeſſi ſunt, & Caluiniſticè viuere, vel potius mori, ſed peius deſipere & furere cæperunt, referente D. Lucernenſe cuius latinitati donata verba tranſcribo: *ſub vmbra conceſſionum iſtarum vnuerſi illi, qui hæreticum ignem ſub ſimulationis cineribus occultatã geſtabant in ſinu (qui quamplures exiſtentes numerabantur, connumeratis eiectis proſcriptis, qui antea potiùs in angulo deliteſcere, quam in foro conſpectari quærebant) in medium impudentiores, & inſoleſcentiores adeo prodierunt, vt infernalibus diſraptis clauſtris, ſeris, vectibuſq; confractis, Auernales manes euaſiſſe; atque huc conueniſſe viderentur. Inſultantes namque perduellis extremum excidium, ſimul & finale exterminium Catholicis minitabantur acerrimè Draconerij, Aceliquè ſignanter; quibuſdamq; nonnullis in Macrenſis Vallis oppidis: ... quibus turmas in conuenientes inſtabundi gloriantes in malitia, potentes in iniquitate pompaticè incedebant, vicos, & plateas occupabant, conciliabula, & conuenticula de ſanguinibus congregabant intra confœderatorum commodiora domicilia, nocturnos cogebant deſertorum conuentus, quæ autem ab his petulanter gerebantur, longum nimis foret recenſere, illud vnum præcipuum annotandum exiſtimo: quod legitimè olim iam, & iuſtè ab adminiſtranda republica reiecti, denuò violentia, & minis intra ſe publica vſurpabant miniſteria, violenter ad libidinem communia negotia, & vniuerſitatis bona pertractantes: quinimmo eò impudentiæ, & temeritatis vſurpaturum proſilierat licentia; vt non politica & rei ciuilis modò, ſed & ordinariæ iuſtitiæ adminiſtrationem ſibi arrogare, & Tribunalia iuridicè pertractare præſumerent, & cum propria bona diuendere, ac alienare titularis, & tutelaris perſona in intuitu illis conceſſum fuerit, ex aduerſo præuaricatores aliena vel conducere, vel acquirere & cumulare adeo ſatagebant & accelerabant; vt Catholicis prædominari, & tyrannicè imperitare geſtirent, & affectarent inſolentius; ita, vt appreſſorum fidelium afflictionem, triſtitiamque atque confuſionem præ timore, & terrore, quinimmo ex expectatione malorum, quæ ſibi imminere de proximo intelligebant, exprimere vix quis poterit, vnico ſibi pro ſuperſtite ſolatio miſerorum ipſa in Diuino auxilio ſpe derelicta, & in Apoſtolicorum Pugilum Capuccinorum patrocinio confidentia extrema, quorum ope, & opera deplorandam propriam conditionem vtrique Principatui annuntiabant.* Hactenus vbi ſupra D. Prior Lucernenſ.

Ann. Chriſti 1617.

Hęretici ſtatuunt eliminare à ſuis laribus Catholiciſmũ.

Lucernenſ. mem. hiſtor. cap. 35.

Temerarij hęreticorum auſus deſcribuntur.

III. Qui inibi rurſus quibus conatibus, & quibus moliminibus profana religionis primordia ſtabilire fuerint increduli conati proſequitur enarrare dicendo: *ſibi pro certa perſuaſerat deſertorum hic numerus, prætenſam ſuam reformationem exordiri à Principis decretorum præuaricatione, vnde extraneorum militum Draconerij degentium protectione ſuffulti, ad ſacrilega exercitia frequentanda conueniebant: & quamuis aſſerat reformatum dogma,*

neminem

Conueniunt Hæretici ad ſacrilega exercitia ſrequentãda in Draconerio.

Vetula quædam mulier intruditur ad Miniſteriale exercitium verbi.

neminem niſi legitimè vocatum ad verbum Dei, & Sacramenta adminiſtranda accedere debere; nuſquam tamen legitima, ea vocatione quis præditus, & ordinatus inter eos comparuit, qui vel prædicare veritatem, vel mores corrigere valeret. A referentibus accepi, vetulam quandam olim miniſterium verbi exercuiſſe, atque in nocturnis Conuentibus medio tornu in congregatorum nebulonum aures inſufflaſſe: manuſcripta noſtra monumenta aſſerunt, prædictam laniam appellatam fuiſſe proprio nomine Magdalenam ex Barcinonenſi Valle, & Archia Villa oriundam, vxorem quondam pauperculi homuncionis mechanici linarij ſiue carminatoris. Hæc per domos circumcurſitando confirmabat ſedactos, vt in acceptata perfidia perſeuerarent: ad hoc dogmatizabat aſſiduè, vnde faſcinati Nebulones Draconerienſes omni reuerentia eam in congregationibus nocturnis ſuper Cathedram à quatuor ex primioribus erectam recipiebant, atque ab ea medio tornu inſufflante Spiritum Sanctum ſe excipere credebant. Illa autem deficiente, vel inſufficiente, ne dicam indecorè deſipiente, & decipiente detecta, Pſeudomagiſtri, ſiue Miniſtri magiſterium ſponte intruſus exercendum ſuſcepit Draconerienſis quidam non ignobilis Protophyſicus, qui opibus, ope, & opera Caluiniſmum dementatis illis gentibus propinare, & venenum pro antidoto exhibendum etiam pretio condactis deliris, & phreneticis afferebat, & fundebat, acriter in Catholiciſmum vſque ad feralem, & violentam à propriis concubinicolis ſibi illatam necem deſæuiendo. Cogebant igitur hæretici conuentus frequentiùs ſiue in domo, ſiue in agro, ſiue in aulis, ſiue in ſyluis, tum in caulis, tum in antris, & ſpeluncis, in quibus execranda ſacrilegia omni ſtudio, atque animi contentione frequentabant, armata manu gradientes, & ferro ſimul atque feritate ſua dogmata propugnantes. Profanum agrum, quẽ in ſchiſmaticorũ ſepulturam emerant Caluiniſtæ muris circumcingere adorſi ſunt iuxta cõmunem viam, quæ ducit ad Macram Vallẽ, & Cartiniani Villam, vnde quaſi perfidiæ trophæa erigentes, & ſuæ ipſorum rebellionis monumenta perpetua ſtabilientes increduli, vel legitimè inſcriberent: manus Abſoluis: cuncti ſiuè ignobiles, ſiuè nobiles, ſiue plebei, ſiuè optimates; tum viri, tum mulieres nobiliores conueniebant, ipſis etiam Paſchatis ſolemnitatibus diebus lapides, arenam, & calcem manualiter certatim exhibendo, & ſtructoribus ſubminiſtrando gaudentes, & dat anter ſinguli Patresfamilias ſingularia ſuis ſepulcra erigendo, ſe ſuoſque perpetuò hæreticos ab Eccleſia electos, & anathemati donatos profitendo. Cum autem eò defunctorum Sectariorum humanda cadauera deferrebantur; publicum funus non Religioſi Leuitæ accenſis luminaribus, & facibus induti æternam requiem mortuo ominantes, quinimmò nefarij gladiatores ferro præcincti, & armis onuſti viuis mortem minitantes comitabantur. .II

Miniſtri magiſteriũ Prophyſic. quidam ſponte exercendum ſuſcepit.

Ferro, & feritate ſua dogmata propugnant Sectarij: Cœmeteriũque ſibi ſtatuunt, illudq; muro cingunt.

Ann. Chriſti 1617.

Grande quidem hactenus computauimus malum, dum Marchionales recenſitos ſeductos religionarios iniquos in proximum, ſceleſtiores in ſemetipſos, inſolentiores aduerſus vtramque dominationem induximus: valdè autem maius, quin quàm maximè plurimum execrandumq; facinus recenſebimus, cum eos in Deum Diuoſque, atque Diuinum cultum ſæuos denuntiabimus. Manibus igitur agitati miſerrimi hi arreptitij palam coram populo, & Reuerendiſs. Epiſcopo Salutienſi; ac copioſa Religioſorum multitudine deiectantes proteſtati fuerant; breui à ſe & Templum, & Pinnaculum & Campanas ſubuerſum iri, quin vniuerſos, & Sacerdotes, & Religioſos eliminandos, & Catholiciſmum affatim exterminandum fore. Hoc autem quod & affectu conceperant, & conſpirantes decreuerant, iamq; verbis etiam profeſſi fuerant, opere adimplere ex tempore adorſi ſunt: in agmina enim conuenientes Sectarij, & Sicarij Draconerienſes Oppidi vicos, & communes vias ſtatis tẽporibus nocturnis vel diurnis occupabãt, & armata manu Catholicos liberè verſari, ac diuerſari vetabant, multo magis impediebant, atque minis, terroribuſq; à ſacris in Eccleſia preſtandis, & Sacroſanctis cælebrandis Myſterijs interueniendo retrahebant: paruulos baptizandos ad Parochiale Templum deferre etiam plagis id tentantibus impoſitis prohibebant, cælebrationes ſolemniores feſtiuitatum, ſiue Miſſarum, ſiue Diuinorum Officiorum impediebant impudentius adeò; vt Diſciplinantium Confratres, qui proceſſionaliter religioſo habitu amicti ſingulis Dominicis diebus Parochiales Ædes adire, & Sacroſanctum Euchariſticum Sacramentum adorare, pro communi bono ſupplicantes ab antiquo conſueuerant, indecorè adeò irriſionibus, & deriſionibus, quinimmò luto, ſaxis, putridis excrementis, ac immunditijs, ipſum etiam Crucifixi erectum, & prælatum ſimulacrum impetere perſtiterunt, minis, acerbioribus comminationibus perſequendo, vt à propoſito exercitio deſiſtere coegerint: vnde iam iam ſacra cuncta ſilebant, quaſi clauſis Templis Diuinorum ceſſatio mox indicenda immineret. Ipſe enim Reuerendus Præpoſitus, & Rector Parochialis tot pulſantibus procellis, & tempeſtatibus irruentibus in Dei domum publicè palam ſe receſſurum conteſtabatur, niſi Apoſtolicorum Commilitonum, nempè Capuccinorum, validè propugnantium auxilio fretus perſtitiſſet: Gemini namque cum adhuc ſupereſſent Catholicorum Achilles Ludouicus Allineus vnus: Fabritius de Petris alter, hic gladio, ille calamo valens, ſceleſtiores Sicarij & hæretici gladiatores primum pugionibus appetitum ad mortem vulnerauerunt, ſecundum proditoriè mucrone à tergo tranſuerberatum de medio ſuſtulerunt. IV.

Catholiciſmi extermin. ũ, Eccleſiarũq; ſubuerſionẽ publice minãtur Hæretici, & quod decreuerant, opere adimplere adoriuntur.

Catholicos eiectos à frequentatione ſacrorum retrahunt.

Se receſſiſſe cõteſtatur R. Parochialis Rector, tot pulsãtibus procellis, niſi Apoſtolicorũ Capuccinorũ validè propugnantium auxilio fretus perſtitiſſet.

Acerbiori igitur hac aduerſus Catholicam Eccleſiam deſeuiente, atq; debacchãte hæreticorum perſecutione, atque diuexatione quando ſuppreſſo ferè Diuino V.

cultu,

cultu; cultor ipſe Sacerdos de euadendo cogitabat: pro his Draconerienſibus Excubijs excubabat Apoſtolicus Cuſtos Frater Marcellus Taurinenſis Capuccinus & eximius ſacer orator, & non vulgaris Theologus, qui compoſitis moribus, & ſuauiori conuerſatione, pacificaque allocutione à natura præditus, & morales, & ciuiles, ac religioſas virtutes gratiæ dono conſequi enitebatur. Vnde cum pius, prudens, zelanſque Leuita ab omnibus haberetur; ad regularis adminiſtrationis gradus non infimos per tempora extitit euectus. Guardiani namque, Magiſtri nouitiorum, Cuſtodis, Diffinitoris, ac Vicarij Prouincialis muneribus præclariſſimè functus fuit. Inuigilabat igitur hac in Marchionali Italicæ Eccleſiæ Statione Frater Marcellus, quando & Macrenſes Vallicolæ, & Draconerienſes incolæ ſeuam illam, & deſperatum naufragium minitantem tempeſtatem, hæreticam procellam aduerſus Eccleſiaſticum Regnum Schiſmatici concitauerunt. Quod Euangelici ſui muneris erat, ſedulò præſtare ſtudebat: ſatagebat ille veluti ſollicitus Nauclerus, nauis fidelium gubernacula cōſtanter tenebat, ſtabat, inſtabat, cunctoſq; præſertim Catholicæ nauigationis Adminiſtratores, ac ſacræ militiæ pugiles, vt in officio ſinguli perſeuerāter perſtarēt, & vigilanter miniſtrarent, ſeù intrepidè, & indefeſsè pugnarent, cum moderamine inculpatæ tutelæ, continuò admonebat, ac adhortabatur: conſtantes roborabat, nutantes firmabat, Infirmos confirmabat, lapſos erigebat, eſurientes, & ſitientes Iuſtitiam Sacramentali pabulo reficiebat, ſauciatos pœnitentiali cura ſanabat, lugentes ſolabatur, Indigentibus cunctis opitulabatur, corporalibus quidem, & temporalibus ſuppetijs, ſed multò magis ſpiritualibus: concionando, docendo, Euangelizando, inſtruendo, exhortando, atque diuina ſubſidia periclitantibus miniſtrando. Perſecutoribus etiam palam ſæuientibus in faciem reſiſtebat, obſiſtebat, expugnantes oppugnabat diſputationibus, redargutionibus impietatis, ſacrilegij, infidelitatis, & rebellionis eos coarguendo, ſciolos confutabat, Theologaſtros confundebat, perſtrepentes in Eccleſiaſticos ritus, oblatrantes, blaſphemos in Deum, & iniquos in Sanctos obmuteſcere faciebat: valebat quidem co-nitente legitima iuſtitia, ſed contranitentibus potentioribus præualebat iuribus nequitia.

Ann. Chriſti 1617.

Excubabat in excubijs hoc tempore Fr. Marcellus omni virtute fulgens.

Sedulò præſtare ſtudet quod eſt Euāgelici ſui muneris.

VI. Cum igitur violentia, & vſurpatione prædominanti Sectariæ Tyrannidi repugnare, nec reſiſtere valeret inermis Capuccinus Antagoniſta (quia ſeducti deſertores Turcico more Caluiniſticos errores propugnare conſueuerant) ſolertia, & prudentia ſibi pugnandum pacificè, & tacitè indixit. Apoſtolico ergo ex ſibi præſtito pecuniario ſtipendio exploratoribus fidelibus conductis, perſeuerauit, & perſtitit ſeditioſorum molimina, conamina, conciliabula, & temeraria facinora explorare, atque diligentius perſcrutari, eaque certitudinaliter deprehenſa ad vtriuſque Principatus Secularis, & Eccleſiaſtici poteſtates opportunè tranſmittere. Opportunè igitur Frater Marcellus Reuerendiſſimo Saluzienſi Antiſtiti rebellantium horum ſeductorum defectionem, & legitimæ Matris Eccleſiæ deſertionem cùm annuntiaſſet; Adfuit ex-templo vigilantiſſimus Præſul perſonaliter, Draconerium perueniens, atque morbidi facti gregis viſitationem tùm Villæ, tum Vallis inſtituit, viſitando autem nitebatur Paterna benignitate, ac Paſtorali Clementia, quod infirmum erat conſolidare, quod autem confractum inueniebat, poteſtatiua coercitione, atque coarctatione redintegrare: monebat, arguebat, obſecrabat, increpabat, adhortabatur, minabatur, condonabat, caſtigabat, indulgebat, corrigebat, vtraque tandem & miſericordiæ, & iuſtitiæ manu errantes, infectas, delitas oues reducere ſatagebat; & quod per ſe non valebat, adhibitis cooperarijs Apoſtolicis Miſſionarijs, & adſcito Fratre Ioanne à Montecalerio inſigniori Theologo, & eximio declamatore, per coadiutores religioſos præſtare anhelabat. Cum autem proficua multa in viſitatione ſe præſtaſſe ſciret, plura autem immò quamplurima (eaque principaliora) præſtanda ſupereſſe animaduerteret, quæ validiori temporalis dominij poteſtate indigerent; vnanimi conſenſu cum Fratre Marcello Catholico Pedemontano Duci Carolo Emmanueli I. per ſuos nuncios commotam perduellionum ſeditionem annuntiat, & pro congrua potentiori prouiſione interpellat, quibus auditis pius Princeps, licèt vrgentioribus bellicis expeditionibus premeretur, & inſiſteret aduerſus Hiſpanos, ſuum dominium inuadere tentantes, expeditam nihilominus ſelectorum militum manum ſubſtrenuè, & Catholico Duce emiſſam, eò immiſit, ducentem Tribunum Andream de Nigra Arcis Draconerienſis, & Vallis Adminiſtrum Gubernatorem conſtituens. Inde cùm per litteras Reuerendiſſimi Salutienſis Præſulis, & Excubitoris Apoſtolici ſcelestiores in dies ac magis temerarios auſus, tranſgreſſiones, ac rebelliones perduellionum intelligeret; ex-tempore nouo correctorio edicto fulminato, antiqua promulgata aduerſus Sectarios iura cōfirmauit, & noua indulta infirmauit, atq; improbauit grauioribus etiam Capitis, & bonorum proſcriptionis pœnarum comminationibus appoſitis. Quibus prouidis fortioribus, atque arctioribus repagulis obligati perſtiterunt, quinimmo cedere, cadere, & à propoſito reſilire, atque velociùs recedere

Ann. Chriſti 1618.

Ex ſibi præſtito Apoſtolico ſtipēdio cōductis fidelibus exploratoribus ſeditioſorum molimina, & conciliabula explorat, & ad vtriuſque Principatus tranſmittit Tribunalia.

Adeſt Reuer. Antiſtes, & viſitationem Vallis, & Villæ Draconerij inſtituit, accerſito ſibi Fr. Io. à Montecalerio.

Catholicus Dux Carolus Emman. expeditā ſelectorū militū manū immittit ad reprimēdos hæreticos, inde nouo edicto vetera iura cōfirmat, noua infirmat.

coacti, abierunt retrorſum cohors, & Miniſtri Iudæorum immo Dæmoniorum.

Fr. Marcellus Sacrū Parochiale Cœmeterij illæſum ſeruat à pollutione, eiectis Sacrilegis profanatoribus.

Ann. Christi 1618.

Dum ex Stationaria ſua Draconerienſi ſpecula iniquorum conſilia ſpecularetur Capuccinus explorator, intellexit cuiuſdam nobilioris defunctæ mulieris hæreticæ Cadauer à Domeſticis, etiam contra adſtantis D. Epiſcopi placitum, & mandatum, Sacra ſepultura humandum ad Eccleſiam armata manu deferri; quare illico Frater Marcellus accurrens, & Catholicis ſtipatus Parochiales ædes cuſtodiens aduenientes profanatores Sacrilegos reiecit, & Cœmeterium à pollutione illæſum ſeruauit, anathematizatum funus ad agros deferrendum compellens. VII.

Gallos milites dogmatizātes aggreditur, eoſq; validiſſimè redarguens, retrocedere cogit.

Martialium inter Sabaudum, & Hiſpanum diſſidiorum occaſione, à Viennenſi Gallia ſuperuenientes auxiliares copiæ pluribus Caluinicolis militibus, & Ducibus conſtabant: illi igitur pro itinerario commeatu ad Valles, & Villas diuertentes, & Macrenſis Vallis, & Draconienſis Villæ intra limites, ſiue lares, diuerſabantur, apud Oppidanos diſtributi, vnde indigenarum propenſioni hæreticæ vt fauerent; religionaria nefaria dogmata oſtentare, & commendare etiam publicè geſtiebant, quibus admonitus occurrens Frater Marcellus Antagoniſta glocitantes anſeres illos, ſiue perſtrepentes Gallos validiſſimè redarguens; Caluiniſticum Gallicinium ſilere compellebat, & acclamantes aſſeclas Oppidanos muſſitantes retrocedere, ac vela, ſiue vexilla contrahere cogebat, trophæa Fidei ipſe cum fidelibus explicans. VIII.

Duodecim Sectarios Anteſignanos Catholicis infenſiſſimos, longè eliminari à Tribunalibus interpellat.

Pro ſuo Apoſtolico munere preſtādo, nō paruam cōtrahit maleuolentiam. Mem. hiſt. c. 37.

Ann. Christi 1619.

Peruigilabat ſolicitior Frater Marcellus in ſua cuſtodia pro integra, & plenaria obſeruantia latarum ab vtroque Principatu legum, quarum violatores mulctandos, vel puniendos, ſeu exilio pellendos curabat: inter hos Sectariorum, ſiue potius Sicariorum Anteſignani numero duodecim computantur, qui immani à ſe gladiatoria exercita profeſſione confidentes; turpiora plurima facinora aduerſus Catholicos perpetrabant: neque enim vel Deum, vel homines reuerebantur ſceleratiores carnifices; quamobrem Apoſtolicus Excubitor Tribunalibus delatos à patrijs laribus longè eliminandos interpellauit, quod poſteriori anno ſucceſſor Miſſionarius reportauit. Quibus & ſimilibus accuratioris vigilantię pro ſuo Apoſtolico munere præſtando, ſolicitudinibus adhibitis, & aduerſus inſurgentes hereticos hoſtes exhibitis, perduellium furentium non paruam ſubijt inuidiam, contraxit maleuolentiam, iracundiamque concitauit, qua efferueſcentes, perpetuò illum ſunt inſectari, quibus valebant, eum malis afficere volebant: grauiores etiam illius capiti ſtruentes mortales inſidias; ſi non ferro, aut gladio, ſaltem lingua, ac calamo lancinari illum tentantes, quibus nihilominus ardentior, ſiue ſolicitior effectus ad finem vſque ſui biennij contra ſubuerſores decertauit. XI.

Inſtantibus Capuccinis, hæreticales Sepulchrales parietes demoliuntur.

Huius Pugilis laboribus calculandis finem impono tranſcriptis ſequentibus verbis D. Lucer. *Draconerij deformatorum reformatio Caluiniſtica ab antro egrediens, per ſtabulum ad aulas peruenit, ad Sacra Templa pertingere geſtiens, licèt ab eis profana Phana conſpectarentur: ſed Catholicis zelotibus validè opponentibus, præualere non valentes inſoleſcentes, & intumeſcentes voluerunt hæreticorum ſepulchretum mænibus circummunire, vt Babylonicam erigerent turrim; verùm monſtruoſiori illius pernicioſiorique in damnata infantia iuſtè præfocata informi deformatione ipſimet credentes Draconerienſes Oppidani coöppidanorum non credentium ſepulchrales parietes deiecerunt, inſtantibus, & expoſtulantibus Capuccinis Miſſionarijs, vigore promulgati hoc anno decimo octauo ſupra milleſimum ſexcenteſimum Ducalis edicti inhibitorij ſimilium.* X.

CALCVLVS XII

Fratris FRANCISCI à MONTECALERIO Concionatoris per annos 1619. 1620. 1621.

Fr. Franciſco Illuſtris proſapię, nō ignotæ virtutis commendant hanc ſtationē Regulares Præſules.

Ann. Christi 1619.

NOna huius anni decimi noni ſupra milleſimum ſexcenteſimum exordia, noua pariter huius noſtræ Pedemontanæ Prouincię Capuccinorum à Ianuēli ſegregatę primordia feliciora nobis offerunt in Comitijs Prouincialibus Papię à communibus Patribus, preſidente Viſitatore generali Admodùm Reuerendo Patre Fr. Ioanne Veneto auſpicia: diſpoſitionibus namque Capitularibus pro Subalpinis Miſſionibus inibi peractis, Draconerienſis conſiderabilior Cuſtodia adminiſtranda peculiari Prelatorum conſideratione Fratri Franciſco à Montecalerio obtigit. Splendebat Religioſus hic Leuita naturali quadam congenita probitate, & humanitate, conuerſationiſque integritate, morum ſuauitate: preſulgebat iterum vitę ſanctimonia, & integerrima illibataque omnimoda caſtimonia clarus generis nobilitate Perilluſtri Ducorum progenie natus & conſpicuus profeſſione virtutis, Theologica ſcientia, & oratoria facultate pollebat, ſicuti prudentia; & religioſa ſolertia valebat. Valenti igitur huic Athletę Draconerienſem Stationem commendauerunt Apoſtolici operis Præfecti, & Regulares Præſules, quibus obtemperare quidem ille exactè, & expeditè valebat, verùm Apoſtolicæ I.

militiæ

militiæ adhuc Tyro formidabat operis magnitudinem, certaminis difficultatem, & perduellium hoſtium ſuperioribus annis euulgatam, & præoſtenſam pertinaciã & confirmatam nequitiam; Diuino attamē & patrocinio confidens, & Sanctę obedientiæ ſubſidio ſuffultus demandato oneri colla ſubiecit, mandatum accepit, & aggrediendo operi cum Capuccino coarmigero nempè Fratre Bernardo à Draconerio Sacerdote Draconerium aduenit.

II. In Cuſtodia igitur vacillantis, ſiue nutantis his in liminaribus Italicis Eccleſiæ exagitatæ conſtitutus nouus Excubitor; qualiter ſuę vigilantię concreditum, & à ſe acceptatum Euangelicum munus laudabiliter, & vtiliter adminiſtraret, ſpeculari, atque altius perſcrutari tacitus occeprauit, diutinam autem intra ſe poſt maturam, exagitatamq; cõſiderationem, Euangelicũ opus ab Euangelico oraculo exordiendum, atq; Euangelico Canone dirigendum prudentiſſime decreuit, quare agonem ſuum à feruentiori, & frequentiori Sacroſancti Euangelij publica prædicatione adorſus eſt. Declamabat igitur validè, opportunè, & importunè pro ſuggeſtù, vtriuſque fœderis paginę teſtimonia ſacra prolata, legitimis Patrum expoſitionibus dilucidabat, Catholica dogmata luculenter promebat, & luculentioribus conualidationibus firmabat: Oecumenicorum Conciliorum, & Eccleſiaſticorum traditionum, atque Sanctionum Canonibus confirmabat; Hereſiarcarum placita anathematizabat, ſcripturalibus oraculis, & Sanctorum calculis appoſitis validè confutabat, reijciebat, atque improbabat, omni faciliori methodo, atque methodico ordine ſimul & progreſſu, quò inordinatos Sectariorum errores, & erroneas deſipientias corrigeret, vnde errones, & inſipientes Caluinicolas, quoniam publicè propoſitas redargutiones non ſufferentes, & manifeſtè traditas veritates reſpuētes communibus concionationibus egrè admodum interueniebant; ſolicitus oui cularum morbidarum inquiſitor pro domeſtica, & familiari allocutione, vel conuerſatione intrą proprios ipſorum domeſticos lares eos amicabiliter conueniebat, & opportunitatem nactus, colloquendo controuerſiarum articulos propoſitos dilucidè enucleabat, Sacrorum intelligentiam genuinam tradebat, firmabat vera, infirmabat falſa, documenta porrigebat, figmenta, & hæreticalia commenta improbabat, ſtanteſque ex-aduerſo pacificè expugnare, & eluctari ſatagebat.

Agonē ſuum à frequentiori, & feruentiori prędicatione adoritur.

Itē, & intrà domeſticos lares conuenit, cōtrouerſiarumq; articulos amicabiliter proponit, & enucleat.

III. Verùm enimuero aſpidum genimina aures cordis obturantis, vt ſapienter incantantis Doctoris nequāquam exaudirent vocem, neque dogmaticas Catholicas perciperent incantationes, ſuadenti Frat. Franciſco aliqualiter auſcultare, licèt extrinſecè oſtentarent; intrinſecè tamen priſtina in ſchiſmatica malitia, atque perfidia perdurantes furtiuos, ſubdolos Conuentus conuocantes occultè inter ſe conueniebant, qualiter expugnanti Capuccino inſtitutori repugnarent, ſatagentiſque ſoliciti diligentias eluderent, ſimul & ſolicitudines irritas caſſaſque redderent. Quod vt pleniùs præſtarent, ſibi inuicem Nigri Dracones condixerunt; vt profeſtis Dominicalibus, ſiue quibuſlibet ſolemnioribus diebus ſtatutis matutinis, vel veſpertinis horis, quibus ad Sacroſancta Myſteria, vel Diuina officia celebranda in Templum Catholici frequentiùs conueniunt, proq; Euangelico verbo ex ore Concionantis, vel ſpirituali alimonia ex manibus Sacerdotis excipiendis congregantur ad feſtiuum campanarum ſonitum, eo ipſi abutentes vniuerſi Caluinicolæ ad Synagogam properarent, vel in domibus, vel in ſyluis, aut agris Conuenticula congregantes, pro execrandis miniſterijs actitandis, ſimul & participandis. Nefario hoc ſcelestorum condicto, atque Sathanico ſtratagemate à vigilaci Excubitore ſubintellecto & deprehenſo, vt illuſores deluderet; conſuetis diebus, & horis ſolitum ſolemne Campanarum ſignum edendum præcipiebat Frater Franciſcus, & cum eos pariter in conciliabulo coadunatos intelligebat, egrediebatur quaſi ad Eccleſiam concionaturus progrediens, ſed ex-templo regrediens accelerabat; vt impiorum Conſilium deprehenderet, verum illi a vigilibus in ſpecula conſtitutis admoniti feſtinanter diſcedebant, & digrediebantur, & per Suburbia quaſi deambulando perambulabant.

Ann. Christi 1619.

Ad furtiuos Conuentus conuenientes Caluinicolæ abutūtur ſonitū Campanarū Catholicorum.

Accelerat Fr. Frāciſcus deprehendere concilia impiorum.

IV. Vbi igitur animaduertit Euangelicus Monitor; ſe voluntariè ſurdaſtris fabulam canere, & ſpontè in impietate ſordeſcentes lauare Ethiopes, dum ſuanioribus eos delinire ſtudet; acrioribus cepit eos pulſare, promulgatorum edictorum plenariam obſeruantiam indicendo, & indictas in edictis pęnas comminando, vel pro publicis, vel pro priuatis ſermocinationibus pertonando aliquandiù perſeuerauit: Verùm enimuerò venenatiores, obſtinatioreſque atque ex propoſito hæreticos aſpides ſe excantare poſt non multum temporis intellexit; Hi namque atri dracones longo tempore conceptum virus diù retinere non valentes, Reuerendiſſimo Saluciarum Epiſcopo vix ante pauculos elapſos dies Draconerio regreſſo, aduerſus Catholicos furentes, vehementiorique audacia intumeſcentes eo inſaniæ, & veſaniæ proceſſerunt; vt nullius vel Apoſtolici Cuſtodis, vel Tribunalium aut Præſidialium militum, quin nec ſacrorum Iurium Principis habita ratione, irrationabiliter debacchari, & pro ſua libidine conuerſari, Eccleſiaſtico Regno

Primò ſuauioribus delinire ſtudēs, inde acrioribus pulſare cępit Draconerienſes Hęreticos, ſed fruſtra.

 aduerſari,

aduerſari, atque redarguentés auerſari, quinimmò floccipendere palam profiterentur. Hoc igitur in nouo diſcrimine res Fidei verſari conſpiciens Frater Franciſcus, ex-tempore Salutias aduolat, & Reuerendiſſimum Antiſtitem, atque Marchionalis Iuſtitiæ Præfectum conuenit annuntians eis, & proprias hactenus ſolicitudines, & ſolicitiones artes religioſas pro cieurandis phreneticis à ſe adhibitas, & in dies magis phreneticantium Sectariorum incorrectas proternias, ſimul & auſus ſceleratiores: Sceleſtorum igitur pertinaciam numquam ſatis admirantes, & deplorantes illi in eam communem ſententiam deuenerunt; vt pro his ſcilicet inſoleſcentibus, in dies magis deſipientibus deſertoribus compeſcendis poteſtatiuum Supremæ Ducalis auctoritatis ſubſidium Frater Franciſcus renouatis interpellationibus expoſtularet. Quorum ſapientioribus, & ſanioribus placitis hic acquieſcens, Taurinum progreſſus Carolum Emman. I. Apoſtolici operis Tutelarem adit, atque fideliter, & fidelis Eccleſiæ manifeſta diſcrimina, & infidelis Synagogæ euidentiora crimina pandit, quæ niſi acutiori Iuſtitiæ gladio coerceantur, & reſecentur genimina, facinorum auctores, & ſeditionis fautores congrua ſeueritate plectendo; Catholicæ religionis negotia illis in oris; peſſundanda forè aſſeuerās. Quibus auditis Catholicus Dux haud ſine grauiori zeloris ſui animi dolore, protinus & pacis, & belli, ideſt, & Politicæ, & Iuſtitiæ ſuis Adminiſtris Marchionalibus, quinimmò vices ſuas Ducales gerenti Excellentiſſimo Gubernatori vrgentiora tranſmiſit mandata, vt Apoſtolico Operatori Fratri Franciſco præſto vbicunque adeſſent, & annuentis pro Fide Catholica nutus adamuſſim exequerētur, contra ſeditioſos, & auitæ Religionis deſertores iuridicè, & irremiſſibiliter procedētes.

Fr. Frāciſcus Salutias conuenit Reuer. Antiſtitem, & Iuſtitiæ Præfectum; inde Taurinū progreſſus ad Carol. Emm. adit, Eccleſiæq; manifeſta diſcrimina pandit.

Catholicus Dux Excell. Gubernatori, & Iuſtitiæ Adminiſtris vrgētiora mādata trāſmittit, vt præſtò adſint Apoſtolico Operatori Capuccino.

V. Auxiliares igitur geminos vtriuſque Principatus gladios referens ſtrenuus Antagoniſta, commiſſam ſibi Stationem Draconerienſem repetens Seductorum agmina, & conamina euertere deſignans, Caluiniſticæ factionis Anteſignanos, ſiue Archimandritas primo congreſſu prudentiſſimè aggreditur. Computabantur hi duodecim, & Draconerienſis Agri, & Macrenſis Vallis Optimates potentiores, & opulentiores, & ideò hæreticæ turbæ ductores, atque validiores (ſeù meliùs) imprudentiores Agonothetæ, inter quos gemini Iuriſperiti, bini Medicæ profeſſores, Militiæ Duces, & Tabelliones enumerabantur: quos ſuperiori anno legitimè à Tribunalibus proſcriptos Frater Marcellus perpetua eiectione damnandos curauerat: Horum tamen pronuntiatam per diffinitiuam ſententiam neceſſariam expulſionem hactenus executioni nequaquam mandauerant, quia temerarij, & inobedientes contumaces iura cuncta peſſundare, & contemnere conſueuerant, viribuſque, & violentia freti, diſcedente Fratre Marcello Actore, in odium Iuris domi perſtantes, & publico in foro petulanter deambulantes perſtabant. Inſtans igitur Frater Franciſcus, & ſui Anteceſſoris veſtigijs inhærens, ac ſolicitudines proſequens, à Sereniſſimo Duce emiſſi tribuni militum tota in Macræ Valle prædominantis ſubſidio fultus, Iuridicè proſcriptos Sectarios ſeductores viribus, & iuribus in exilium perpetuum propulſare facit. Fuerunt igitur Draconerienſes expulſi exules bini Fratres Iuriſperitus, & Medicus de Goſſis: Ioannes Ludouicus Beneſia iterum Medicus, Doctor, & Dux militiæ, Fratres de Garnerijs: Ioſeph; & Petrus Fratres de Marchetis, Lucas, & Cæſar item Fratres de Marinis: Horatius Pollotus Tabellio, Conſtantius & Horatius Fratres Paridis Polloti nati ſanguinarij.

Duodecim proſcriptos Sectarios ſeductores Opptimates in exilium perpetuum propulſare facit.

Ann. Chriſti 1619.

VI. Inter Primates hos Draconerientes hæreſis propugnatores eminebat Accelienſis vnus Petrus Marchiſius Tabellionicæ artis profeſſor, in nequitia, & malitia inſignior, Caluinizantiū Vallicolarū Anteſignanus, inter eos Antiani & Viceminiſtri Sathanico officio fungens, qui cæteris impudentior, atque inſolentior exilij latam Sententiam contemnens, dominationes licèt legitimas ſpernebat, maieſtatem etiā Diuinam blaſphemabat, atque diuinas ſimul, & humanas leges contemnebat, ſeditiones, & tumultus nec non hæreticas factiones, & rebelliones in vniuerſa Macrēſi Conualle, & in Accelij Villa concitando, fouendo & propugnando. Simul igitur conuenientes Accelij, & Draconerij excubiarum Apoſtolicarum Magiſtri Fratres Ludouicus à Cherio, & Franciſcus à Montecalerio inſoleſcentis, & in dies magis debacchantis Tabellionis, ſiue potius nebulonis, deliramenta Principi annuntiant: quare vrgentioribus ille tranſmiſſis mandatis contumacem comprehendi iubet: vinculis igitur ſeditioſus homuncio traditus, primò Accelienſi, deinde Draconerienſi in Arce carceribus mancipatur, poſtremò Salutias perductus veluti latarum legum relapſus tranſgreſſor iudicatus tandem cum Mauritio Mongio publico Salutienſi in foro ſuſpendio necatur (vt exactiùs peculiari numero conſcribimus) Dum igitur Verſipellis Antianus vinculis conſtrictus Accelij adhuc detineretur ſibi debiti capitalis ſupplicij timore correptus reſipiſcere ſe velle coram Fratre Ludouico Miſſionario ſimulauit, vnde admonitus Frater Franciſcus Draconerium iam in arctiori Cuſtodia deducto, & conſtituto accurrit, & de propoſito reſipiſcendi vinculatum interrogauit; qui ad Religioſi Admonitoris aſpectum excandeſcens, hæreticum virus, quod eius viſcera depaſcebat, impetuosè eructauit.

Tabellio quidam Accelienſis Caluinizantium Anteſignanus blaſphemus, ſpretorq; ſuriſſ ac rebelliones concitās, comprehēſus, & vinculis traditus; tandem cū ſocio ſuſpendio necatur.

contume-

contumelioſis, & ignominioſis verbis benignè alloquentem afficiens, Antichriſti Aſſeclam Dæmoniacum, furens, ac intumeſcens beneuolum Sacerdotem exclamans indecorè inclamauit. Quibus inexpectatis vituperationibus nequaquam commotus Euangelicus profeſſor, blandis illum delinire, & inſanum ſanioribus, ac ſuanioribus monitis cicurare ſatagebat: Principis clementiam, & Iudicum indulgentiam reſipiſcenti ex corde offerens, & pollicens, verùm phrenetico grauiùs inſanienti tandem & humanæ, & Diuinæ iuſtitię acerbiora luenda ſupplicia comminatus receſſit.

VII. Publicę igitur Eccleſiaſticę tranquillitatis de medio ſublatis perturbatoribus, & Sectarij ſchiſmatis abſciſſis promotoribus, ac tutelaribus Patronis Fr. Franciſcus, vt Acelienſi Coapoſtolico Collegæ cooperaretur, vniuerſam ferè Macrenſem Conuallem peragrauit, diſperſaſque Villas, & Vicos perluſtrando animaduertit; ſeductos Vallicolas vacillantes, eò quod nefarij Caluiniſmi penitus eradendi Immobile, & inuiolabile tum ſpiritualis, tum temporalis dominationis ex præcedentibus propoſitum conſpexiſſent. Hanc igitur propitiam opportunitatem nactus indefeſſus operarius vehementiùs Orthodoxas veritates prædicare, & perſuadere nutantibus illis populis aggreſſus eſt: tum pro concione, tum pro Catecheſi, tum pro dogmate tamdiu inſtans perſeuerauit diſcurrendo; quamdiù cum Fr. Ludouico Acelienſi cooperario conueniens, ſuperueniente admonito Reuerendiſſimo Salutiarum Epiſcopo reduces cunctos Vallicolas Catholicę Eccleſię reconciliarunt, vti fuſius proprio Calculo numeramus, annotando tredecim huius Vallis Pagos hæretica lue expurgatos auctoritatiua vigilantia, & Reuerendiſs. Epiſcopi, & Sereniſs. Ducis, ſimul & Capuccinorum Operariorum ſolicitudine ac diligētia.

Coapoſtolico Acelienſi Collegę cooperatur in Valle prædicando catechizando, & dogmatizando.

Tredecim Macrēſis Vallis Pagi hæretica lue expurgati annotantur.

VIII. Propriam inde Cuſtodiam repetens, ſibi ſpecialiter commendati Draconerienſis Agri culturam exactiorem proſequitur; à quo vt dracones nigros extricaret; dumeta, atque ſenticeta rimari, atque diligentiùs eradicare conatur: quamobrem Sanctæ Prædicationis ſarculum acutiorem adhibere voluit, pertonando quidem Diuinę imminentis vltionis excidia incredulis impendentia; ſed ſimul & ſemel temporalis dominationis vindictam inobedientibus, & tranſgreſſoribus comminatam, & iam proximam mox infligendam prænuntiando. Perſiſtebant adhuc tenacioris propoſiti capitones, nec elatam mentis ceruicem æquitati, aut veritati inclinare, vel ſubmittere conſentiebant: verùm inſtante vehementiùs, & rationibus ab vtroque foro deductis validioribus diutiùs perurgente Euangelico Capuccino Declamatore propitio, & efficaciori aſpirante gratioſo ſupero flamine, tandem aliquando plebs deſipiens reſipiſcere, & deceptores proceres Catholicè ſapere voluerunt ſicuti, & opere publico præſtiterunt. In Draconerio namque & in omnibus finibus eius, nempè in Pago, & ſimul in latiori Agro, ex tempore commota vniuerſa quondam Sectariorum turba ſponte coram Fr. Franciſco turmatim, vel ſingillatim comparens importunè adeo (licet admodum opportunè) confluendo propria nomina Catholico albo conſcribenda offerebant; vt Caluino renunciantium, & Caluiniſmum anathematizantium abiurationes à mane vſque in veſperam collaborantes, vix excipere ſufficerent gemini Cooperatores Fr. Franciſcus ſcilicet, & Fr. Bernardus Sacerdos, Apoſtolicus Notarius ex propoſito infatigabiliter & indefeſsè per dies aliquos enitentes.

Ann. Chriſti 1610.

In Draconerio ſanctæ prædicationis ſarculum acutiorē adhibet, validioribuſq; rationibus diutius purgit, & tādem decepta plebs reſipiſcit, & conuertitur.

Per multos dies à mane vſque in veſperum laborant gemini Capuccini in recipiendis abiurantibus.

IX. Proſequendo (interim) infatigabilis Apoſtolici Operatoris perſeuerantem ſolertiam explicare, ſuperaddendo annotamus: quod poſtquam præſentes, quos obuios habuit, verbo edocere, atque inſtruere compleuit, abſentes, & eiectos, quos redituros ſperabat, per adhortatorias, & inuitatorias humaniores allicientes epiſtolas prouocare, & ad reſipiſcendum ſolicitare adorſus eſt. Ad Angronianum Aſylum, & Lucernenſe confugium, hæreticum receptaculum refugerant expulſi Draconerienſes nonnulli inter quos Beneſias Phyſicus, & Garnerius militiæ Dux numerabantur: Quibus Fr. Franciſcus ſuas litteras dedit, & illis annuentibus Ducali Saluoconducto reportato, facta permiſſione per quindecim dies patrios lares repetendi, primus Draconerium appulit Ludouicus Beneſias Medicus, qui poſt prolixiorem cum Apoſtolico Doctore dogmaticum congreſſum & voce, & ſcripto amicabiliter plures per dies protractum, tandem aliquando ſuperno irradiatus lumine Phyſicus tranſnaturaliter ſapere occeptauit, & fideliter credere voluit, vnde profundiori humilitate, atque ſubiectione inclinatus, & coram Catholica Eccleſia proſtratus publicè & ex toto corde Caluiniſtica, & dogmata, & hæretica placita anathemate damnauit, atque Catholicè conuerſari ad finem vſque inter ſuos perſeuerauit: huius namque ſingularis perſonę reductione Carolo Emmanueli Duci annūtiata, clementiſſimè pius Princeps reſipiſcenti & pęnas remiſit, & exilij decretum reuocauit, patria repetere limina indulgens. Huius medicinæ Profeſſoris exemplum contribules ſuos plures ab infidelitate curauit, inter quos dictum Garnerium, & inſigniores nonnullas Vallicolas perſonas.

Præſentes verbo edocet, ac inſtruit; abſentes verò exiliatos per adhortatorias epiſtolas ad reſipiſcēdum ſolicitat.

X. Excitanti igitur, præuenienti, operanti, & cooperanti ſupero Diuinæ gratiæ

Septuaginta, quinque familiæ a Fr. Fräcisco reconciliatę in ſolo Draconerio, quę cũ Vallicolis cõputatæ perſonæ ſimul numero ſeptingentę calculantur.

adiutorio cooperans, & collaborans fideliter, ac validè Apoſtolicus Operarius totis ſuis conatibus enixus operi ſedulò incumbens,& propoſito inſiſtens robuſtus excantator de hæreticalibus dumetis, & ſpinetis nigros vniuerſos dracones extricauit, ideſt Draconerienſes & Pagum, & latiorem Agrum hæreticalibus ſentibus expurgauit, vberem in Dei Eccleſiaſtica horrea meſſem recolligens, redeuntium namque, & Catholico albo nomina dantium coram Fr. Franciſco ſeptuaginta, & quinque familię recenſentur ex ſolo Draconerio reduces: quæ ſimul cum reconciliatis Vallicolis computatę Perſonæ numero ſeptingentę calculantur; inter quas Geminæ Virgines ſorores Fr. Bernardi Draconerienſis Sacerdotis, & ſocij ab ipſo ad hæreſim & paternam hæreticam domum abiurandam laborioſè, & ſolerter inductæ recenſentur. Ann. Christi 1620.

XI. Expulſis ab hac terra Amorrhęis, nonnulli adhuc ſuperſtites perſtabant intra Dei populum, Iebuſęi iurgia ſeminantes, vnus Lucas Marinus dictus inter ſceleſtiores proſcriptos quondam adnumeratus, hic temerarius, & impudens cum inſanire, & infideles immò Religioſos deſæuire non ceſſaret; opera Fr. Franciſci in vincula coniectus, & iuſtè damnatus, tandem reſipuit,& debitas ſuorum ſcelerum pœnas euaſit. Alter pernicioſior computabatur quidam conductitius Medicus alienigena, qui opportunitate corporum curandorum ægrotantium animas inficiebat hæretico contagio, quinimmò Sectario mucrone ſauciabat: vnde deprehenſus, & Sereniſſimo Duci delatus, protinus de ſpeciali mandato Draconerio fuit pulſus, & eliminatus. Quidam præterea Draconerienſes helluones, duabus oſſis mandebant, nempè Deo, & Baal ſeruire geſtiebant, Catholiciſmum (vt rei familiari conſulerent) ſimulantes, & Caluiniſmum verè profitentes. Aliorum

Perſtantes adhuc aliqui ſuperſtites iurgia ſeminantes Frar. Frãci cus pulſatiõnibus adobitur, ne Catholicum gregẽ vt quõdã dilanient.

domus Accaron Templum redolebant, quia in eis Dagon, & Arca ſimul morabantur: Hæretica vxor Catholici coniugis, ſed verè exculto intrinſecè Dagone, Arca ad oſtentationem circumducebatur; vt vel ſic à reipublicę adminiſtratione nequaquam arcerentur ſatrapæ Philiſthinorum. Sed Fr. Franciſcus verſipellium comprehenſa verſutia, & vulpina aſtutia, relata à Sereniſſimo Duce opportuna declaratione, qua homines etiam titulo Catholicos, cuius vxores Caluiniſtica ſequerentur placita à publicis miniſterijs abigebat, & vulpes, & lupos ouinam falſam pellem induere coegit. Vigilanter igitur taliter perſtando in Excubijs omni ſtudio, atque ſtudioſa diligentia præcauere ſatagebat; ne extrinſecè ſaltem & palam leones, & vrſi dominium in ouile irruerent, neue fures ac latrones Catholicum gregem vti quondam dilaniarent. Ann. Christi 1621.

XII. Sedata igitur amaræ perſecutionis tempeſtate, ceſſantibus Aquilonaribus ſiue Borealibus inſufflationibus, tranquillatis ſeditioſorum vndis, propitio ſatis aſpirante fauonio, ſereno Cœlo proſperè Petri nauis per hæc Italica littora, ſiue Subalpina limina percurrebat, vnde prouidus negotiator Fr. Franciſcus, vt quæ in Fidei portum iamdiù laborioſè inuexerat, & reduxerat merces incorruptę impoſterum aſſeruarentur. Iterum, vt quam delineauerat Sciagraphiam, ſiue Iconographiam perficeret; quos Catholicę Fidei reſtituerat reduces; hos verè Catholicos fideles efficere ſtudebat: ideo Chriſtianę diſciplinę rudimenta omni ſolicitudine neophytis tradere curabat, quamobrẽ catechiſmo ſimplicium diligentiori ſtudio incumbebat, & neſcientium cuiuſcunque gradus atque conditionis accuratiori catecheſi nempè inſtructioni inſudabat,& pro cõcione publica frequentiori, & pro domeſtica familiari conuerſatione, ſiue etiam dogmatica congreſſione: conueniebat enim veteranus miles Orthodoxæ militiæ Tyrones ſiue in foro, ſiue proprijs eorum in domibus, ſiueque in vicis, ſiue in agris obuios habitos blandè, & perhumaniter alloquendo neceſſaria ſcitu dogmata, quaſi obiter confabulando proponebat, obijciebat, reſpondebat, diſſoluebat difficiliora; explicabat meliora, neceſſariora docebat, inſtillabat, ingerebat viris, ac mulieribus, magnis, & paruulis, & pro ſibi à natura indita benignitate, & morum ſuauitate adhortando, ſuadẽdo, confortando, confirmando, & ſi quando opus fuerat admonendo, corrigendo, increpando cunctos Neophytos illos ad immutabiliter ſanam acceptatam doctrinam ſuſtinendam animabat: commonefaciens ne iterum à veritate auditum auerterent, & ad fabulas conuerterentur, coaceruantes ſibi Pſeudomagiſtros carnales prurientes auribus. Cum eſſet igitur ipſe Fr. Franciſcus vir bonus, præclarioris virtutis mirifico exemplo præfulgens, cunctis amabilis, nulli odibilis, pacificus, beneficus libenter vniuerſi ei auſcultabant, gratanter eum audiebant, & audito eo multa faciebant, confirmabantur ſtantes, fulciebantur nutantes, & adhuc pererrantes reducebantur, & in dies plures ex obſtinatioribus docibiliores, & fideles efficiebantur.

Quos Catholicę Fidei reſtituerat, hos verè Catholicos efficere ſatagit, catechiſmis, prędicationibus, ſermocinationibus, exhortationibus, & cæteris.

XIII. Leuans igitur ex ſublimiori monte ſuæ præuidentiæ prouidæ conſiderationis oculos, à longè conſpiciens vidit regiones limitaneas illas iam albas ad meſſem, vt igitur, & qui meteret mercedem acciperet, fructum congregans in vitam æternam, & qui ſeminauerat ſimul gauderet, & metenti congauderet, ad plurimas re-

colligendas

colligendas ſegetes ſciens plures operarios neceſſarios exiſtere, eodem tempore & excogitauit, & excogitatum propoſuit, tum ſæcularibus, tum regularibus Præſulibus, quinimmò ipſi etiam Sereniſs. Principi Carolo Emmanueli opus ſcilicet ſua opinione proficuum, quin perneceſſarium in propugnaculum Fidei: Draconerienſi in ampliori Oppido Capuccinorum nempè conſtruendum Cænobium. Cuius prudentiori ſuggeſtioni obuiis vlnis occurrentes, & annuentes vniuerſi; concurrente etiam oppidanorum beneplacito conſenſu, & ardentiori deſiderio, hoc anno vigeſimo primo poſt ſexcenteſimum millenum, Capuccini Conuentus prima iacta fuerunt ſolemniter totius populi applauſu nonnullis dumtaxat perſonatis Caluinicolis in Conuenticulis frementibus fundamenta; primarium lapidem ponente, & ſacrante Reuerendiſs. Octauio Vialio Salutienſi Epiſcopo (vti diſtinctè ſuo calculo referimus) cui ſuperædificare Fr. Franciſcus omni ſolicitudine, & diligentia accelerauit, non prouidendo modò, ſed & manuali operatione cooperando materiali ſtructuræ, quia ſperabat ſpirituali ædificationi illarum Eccleſiarũ plurimum coædificaturum forè auſterioris Minoricæ vitæ, & religioſioris ſanctimoniæ Capuccinorum mirificum exemplum, & virtutum ſpecimen non minus profuturum copulatum pariter cum aſſidua Diuini verbi prædicationę, & ſedula Sacrorum adminiſtratione. Nec eum rationabilis ſua ſpes fefellit, per tempora enim & Monaſterij, & elegantioris Templi conſtructiones proſequentes, & perficientes Capuccini conſumato opere, conſtituta congrua religioſa familia inibi & Diuinas laudes die noctuque perſonare canonicas horas perſoluendo, & ſpiritualia plura in ſalutem animarum exercere in dies magis proſequuntur: perſecutiones licèt, & oppoſitiones frequentiores perpeſſi à cuiuſuis conditionis nequioribus hominibus.

Draconerij Conuentus Capuccinorũ fundamenta iaciũtur, primo lapide ſacrante Reuerendiſs. Octauio Vialio Salutiẽſi Antiſtite.

XIV. Cum igitur operoſus vir Apoſtolicus recenſita noua omnia & molitus, & conſecutus extitiſſet; vetera à prioribus, & antiquis primoribus Miſſionis fundatoribus, & promotoribus nequaquam neglexit, aut iacere proſtrata permiſit: Ideo Doctrinę Chriſtianę primò Congregationẽ, & inſtitutum reſtituit, atque mirificè ipſe coluit, catechiſmo, ſermocinatione, inſtructione paruulis, & grandioribus prima elementa vitæ Chriſtianæ per ſe, & ipſo præpedito, per ſocium Fr. Bernardum explicando. Secundò Sacratiſſimi Roſarij Sodalitatem denuò excitauit, & populum Draconerienſem ad Matris Dei venerationem, & piam inuocationem ſpecialius excolendam concitauit: ſpecioſiore ad hoc in peculiari Sacello comparata, & erecta myſteriorum depictorum eleganti Icone, & Sacra Ara congruis ornamentis, ſiue paramentis ditata. Tertiò tandem Diſciplinatorum Sancti Bonauenturę Sodalitium, intra cuius Ædes Apoſtolici viri commorabantur, & iam ferè negligentiùs excultum ad nihilum redactum fuerat, inſtaurauit, & diminutum confratrum numerum ad plebeios quoſdam, & optimates paucùlos redactum, quàmplurimùm multiplicandum curauit, primarijs quibuſque religioſo Congregationis albo nomina dantibus, & inſtituta pia exercitia frequentantibus.

Ann. Chriſti 1621.

Reſtituit Cõgregationem Doctrinæ Chriſtianę.

Sacratiſſimi Roſarij Sodalitatẽ excitauit, & Diſciplinatorũ Confraternitatẽ inſtaurauit.

XV. Superiora igitur vniuerſa proſpera à Fr. Franciſco perpetrata, ſciens monitum Apoſtolicum, inumò Dominicum: *Et vos cum hæc omnia feceritis dicite: ſerui inutiles ſumus: quod debuimus facere fecimus*. Ideò humiliter Fr. Franciſcus de cunctis præſtitis bonis Summo Deo gratias agens, Diuinæ gratiæ efficaciam, & mirabiliora facinora Sacræ Romanæ Curiæ per litteras annuntiauit, Sabaudoque primogenito Principi Victorio Amedeo Caroli Emmanuelis I. Filio, Catholicę Fidei zelantiſſimo communicauit, qui omnes de reportatis ouiculis, & reſtituto Dominico grege collætantes, in Cęlo gaudentibus Angelis congaudebant, dum in Inferno Dæmones vlulabant, & in terra Sathanæ Aſſeclæ Caluinicolæ ſtridebant, qui tam Fr. Franciſco, quàm Fr. Bernardo coarmigero nequiores inſidias ſtruere non ceſſauerant.

Luc. 17.

Cuncta quæ operatus eſt Fr. Franciſc. Sacrę Romanæ Curię, & Sabaudo Primogen. Principi annũtiat.

APPENDIX

Fr. AMBROSII à MONTECALERIO Concionatoris, & Commiſſionarij per annum 1620.

I. IPſis in Comitijs Prouincialibus Pedemontanę Prouincię Capuccinorum Taurini habitis præſenti vigeſimo anno extrà ſexcentum, & mille, cum Prouinciales oculati Patres admoniti conſpexiſſent; in Draconerienſi Cuſtodia meſſem quidem multam, immò fœraciores illas regiones albas iam ad meſſem, operarios verò paucos, nempè Fr. Franciſcum à Montecalerio licèt infatigabilem, ſolitarium tamen operarium nequaquam colligendo Dominico tritico, in horreumque Eccleſię reponendo ſufficere; poſt biennium ſuæ villicationis Cooperarium ſolicitum, illi appoſuerunt Fr. Ambroſium & ipſum à Montecalerio, &

Ann. Chriſti 1620.

ipſius Montiſcalerij Patritiorum nobili familia oriundum, qui vt ſe adauctum ad coronam dignum efficeret, condigna Apoſtolico Pugili facinora facere aggreſſus & progreſſus eſt: verbi Dei aſſiduæ annuali, & quadrageſimali prædicationi, ſimplicium opportune inſtructioni; ſacrorum congruę adminiſtrationi ſedulò incumbendo; confeſſionibus crebrioribus excipiendis inſiſtebat, diſcordibus pacificandis perſiſtebat, & ſciolis Caluinicolis hæreticè balbucinantibus, garrientibus, & obſtrepentibus reſiſtebat: ſermocinationibus, vel priuatis congreſſionibus, aut domeſticis collocutionibus legitima dogmata explicando, ac propugnando pariter, & ſpuria condemnando, & reijciendo. Laborabat equidem ipſe ſolus, & in propria Statione excubabat, ſed & commilitoni; ideſt commiſſionario Fratre Franciſco fideliter collaborabat, quia meliùs eſt duos eſſe ſimul. Sibi igitur adinuicem commilitantes, & cooperantes Collegæ Euangelicam ſationem, & Apoſtolicam Dominicę vineæ culturam concordi opere, & ſolicitudine proſequentes, & perfidiam, ad conſumatam ſubuerſionem, perſequi, & Fidei perfectam reſtitutionem aſſequi voluerũt, vnde ſeditioſis, & nouatoribus Caluinizantibus repreſſis, fidelibus confirmatis, Diuino cultu reformato Eccleſiaſtici Regni ſtatum in bonũ, & meliùs promouerunt: pluribus reducibus Catholicorum albo adſcripris. Denique Fr. Ambroſius Draconerio ad Sancti-Martini Vallem deſtinatus, Perrerium inuigilaturus perrexit.

Collega Fr. Franciſci Fr. Amoroſius concordi ſolicitudine Euangelicā ſationem operatur.

Ann. Chriſti 1620.

CALCVLVS XIII.

Fr. CONSTANTII VERCELLENSIS Concionatoris per annos 1622. 1623.

POſt Ieroſolimitanæ Ciuitatis vaſtationem, & deſolationem, poſt etiam populi captiuitatem, atq; in Chaldæam tranſmigrationem: cum permittente, & annuente Perſarum Rege Artaxerxe regreſſus in Iudæam populus vrbis, & Templi inſtaurationem totis conatibus proſequeretur ſub Eſdra, & Pontifice, & Propheta; teſtatur ipſe: *Aedificantium in muro, & portantium onera, & imponentium: vna manũ ſua faciebat opus, & altera tenebat gladium.* Poſt Caluinianæ prauitatis in Eccleſiam Catholicā inuaſionem, & tentatam deſolationem, atq; fidelis populi molitam eiectionem: Cum annuente Diuino numine, atq; Carolo Emm: I. Sabaudo Duce patrocinante, ad Catholicæ Eccleſiæ, & credentis plebis in reſtaurationem, atque ædificationem Draconerij in Oppido Capuccinorum Cœnobium conſtrueretur; Religioſi Excubitores, & ædificatores Seraphici vna manũ ſua faciebant opus, & altera tenebant gladium: Erant adhuc inter Draconerienſes, qui aduerſus domum Dei molirentur inſidias; Quamobrem huic peculiari vt præeſſet Cuſtodiæ; miſſus fuerat Fr. Conſtantius Vercellenſis Capuccinus non vulgaris declamator Euangelicus, qui præclaris, & nobilioribus, in ſæculo natalibus exortus, egregiam etiam ſtudijs ſecularibus operam nauauerat: Cum autem Capuccinam Religionem profeſſus, valde iterum in Theologicis facultatibus excolendis in Mediolanenſi Prouincia profeciſſet; litterarum peritia, pariter, & naturalium donorum excellentia, rerum agendarum experientia prudentia, atq; in dicendo efficaciori vehementia, vitæ integritate, & morum, atq; conuerſationis grauitate pollebat. I.

Lib. 2. cap. 4.

Ann. Chriſti 1622.

Miſſus venit Fr. Conſtantius ad hanc Cuſtodiam.

Validus igitur hic Capuccinus Athleta Draconerienſi in Statione ad excubandam emiſſus adueniens, duplici ſibi diſtincto operi incumbendum perſpexit: nempè, & murorum ſtructuræ, & fidelium patrocinio; præiactis enim iam à duobus annis Capuccinorum Conuentus in Oppido Draconerij fundamentis, ædificij molem pro viribus promouere ſtuduerat Fr. Franciſcus prędeceſſor, verùm neqiaquam conſumare valuerat, cui ſuccedens Fr. Conſtantius conſtanter initiatum pium opus ad perfectum perducere inhiabat, vnde & altera manũ conſtructioni murorum collaborabat, quia rurſus à Draconerienſi Fideli Eccleſia nec dum penitus perfidia, fraudulentia, ſiue vafrities cum Hypocriſi Caluiniana exulauerant; ideò altera manũ gladium ſpiritualem, ideſt verbum Dei, pertractare ſtudebat. ſicque Apoſtolico ſibi concredito oneri ſatisfacere ſatagebat. Valebat plurimùm hic conſtans operarius, & facundia, & vehementia in dicendo, quia abundantiori eruditione excellebat in intelligendo, docebat igitur plebem illam ſicut poteſtatem habens, non ſicut Pſeudoſcribæ Sectariorum: ſtabat Fr. Conſtantius vel pro ſuggeſtu, vel pro congreſſu, & conſtanter in veritate perſiſtens, conſtare cunctis liquidò faciebat apertioribus demonſtrationibus, quia Romanæ Eccleſiæ nuitam extra fidem nulla inueniebatur ſalus, nec ſaluationis ſpes vlla ſuppetebat. Præualebar rurſus ſtrenuus hic & Vigil, & Pugil ſola ſua præſentia virtutis, & religionis aduerſarios fugare: cum enim profeſtis diebus Diuinorum officiorum, vel ſpiri- II.

Dupplici manu operatur vna pro Cōuentu perficiēdo, altera gladium ſpirituale ideſt verbum Dei declamando.

tuālium

tualium exercitiorum ſtatutis horis in foro, vel in vicis Oppidi appareret, protinus ganeones luſores, temperantiæ, & Sacrorum oſores fugam arripientes latibula quæritabant, dicentes ad inuicem, & nunciantes ceteris : P. Conſtantius adeſt, qui ſi quos impudentiores perſtantes offendiſſet; menſas luſorias ſubuertebat, & æs ludentium effundebat, inde profanos eijciendo.

Sui præſentia fugat luſores, & Sacrorũ Oſores ...

III, Nec duabus (vti dedimus) ſolis manibus ambidexter operabatur; ſed quaſi centimanus Frat. Conſtantius digitos ſuos vniuerſos ad prælium docere, & exercere conſueuerat, quoniam vltra materialem, & ſpiritualem Eccleſiæ ædificationem, per doctrinam, atq; operationem, inſtabat nihilominus Conſtantius conſtantiſſimus religionis Orthodoxæ reſtitutor, Apoſtolicis in Miniſterijs tàm Rectoribus Paræciarum, quàm Parochianis populis obſequendo: paruulos,& rudes inſtruebat, ignorantes, ſiue inſcientes edocebat, monebat errantes, reducebat deuios, collapſos erigebat, confeſſionibus excipiendis inſtabat, ſacramentis porrigendis perſtabat, à iuuandis patientibus non recedebat, accedebat ad infirmos, & malè habentes, necnon ad ſe egenis,& indigentibus accedentibus opitulabatur; hæretica phreneſi laborantes ad ſanam mentem nonnullos reduxiſſe aſſerunt teſtes fideles, vnius verò ſingularis diſcretam notitiam hactenus ſolam accepimus.

Ann. Chriſti 1623.

Apoſtolicum munus perfectiſſimè perficit.

Ad ſanã mẽtẽ nonnullos reducit, vni' tantũ diſcretam notitiam habemus.

C A L C V L V S X I V.

Fr. AVGVSTINI à SAVILIANO

Concionatoris per annos 1623. 1624.

I. IN Terra Sennaar, Ciuitate Babylonis gemina profana colebantur numina, non lumina; quinimmò Babylonica germina. hæc autem Idolum Beli in Phano, & Draco magnus in antro computabantur. Cùmq; Darius Rex tradidiſſet Bel in poteſtatem Danielis, ipſe ſubuertit eum & Templum eius, *& erat draco magnus in loco illo, & colebant eum Babylonij: fecit ergo Daniel maſſas, & dedit in os draconis, & diſruptus eſt draco.* Deiecto, & à templo reiecto Babelico Idolo, remanſerat adhuc tenebricoſa, & obſcuriori in ſpecu deliteſcens draco magnus, & immanis cultores ſuos, & decipiens, & deuorans: miſit ergo Deus Danielem Prophetam, qui voraci bellua artificioſè interfecta, populum à duplici interitu, & diſcrimine eripuit. Draconeriana hac in Statione de templo quidem Babelicum, ſiue Babylonicum hoc eſt dicere Gebennenſe Idolum, Caluiniſticum Sacrilegium, Sacrilegam profanationem de Eccleſia iamdiù eiecerant, & deiecerant Orthodoxæ Fidei tutelares Patroni, & ſtrenuè cooperatores; verùm adhuc deliteſcebat in obſcuriori, & tenebroſo antro hypocriſis draco magnus, & immanis, nempè hæretica, verſuta, verſipellis, & perfida quorumdam Draconerienſium incolarum ſimulatio, quæ Eccleſiæ illi duplicem ſpiritualem ſcilicet, & temporalem interitum non ominabatur ſolum; ſed, & aſſiduè moliebatur. Miſerunt ergo Euangelicæ Miſſionis Præſides hoc noni Pontificis Vrbani VIII. priori electionis, ſiue Pontificatus Anno, tertio, & vigeſimo extra ſexcentum, & mille à Verbi Incarnatione ad draconem obſcurum interimendum Fr. Auguſtinum in Sauilianenſi Ciuitate clarioribus natalibus, ideſt, de Crauetarum familia progenitum: qui poſtquam in Taurinenſi celebri Vniuerſitate Iuriſprudentiæ adhuc ſæcularis plurimam operam nauaſſet; proximè laureandus Capuccinorum cucullam prçelegit,& induit Alexandrina in Lombardiæ Ciuitate; inde intra Clauſtra Philoſophicis inſtitutionibus ſimul, & Theologicis facultatibus eruditus, eruditè, & laudabiliter Cathedram Magiſtralem apud ſuos, ſemel,& iterum regens, exuberantioris ſuæ eruditionis diuitias plurimis communicauit alumnis (ex quibus minimum me eſſe profiteor) qui, & Cathedra, & pergamo plurimam noſtræ Prouinciæ opem, & operam præſtiterunt, ſicuti & perſtitit Fr. Auguſtinus regularia inſigniora onera, & munera Guardiani, Diffinitoris, pluriesq; Cuſtodis, ſemel, & rurſus Prouincialis Miniſtri accuratioris cum obſeruantiæ, regularis diſciplinæ zelo, cuſtodia, atq; promotione laudabiliter, & proficuè adminiſtrare.

Daniel. c. 14.

Ann. Chriſti 1623.

Fratris Auguſtini patria, genus, ſcientia, ac virtutes.

II. Opportunè quidem, & opportunus adfuit Frater Auguſtinus ad hæreticæ ſimulationis, & ſimulatæ perfidiæ anguem apud Draconerienſes confodiendum ipſe, & à natura, & à profeſſione candidum pariter, & ſincerum animum geſtans, atq; prudentem ſimplicitatem in omnibus præ ſe ferens,& ex corde profitens. Profeſtis igitur, & pro faſtis diebus, ideſt, totius anni tempore, temporibus ſignanter aduentus, & immediatè ſubſequentis quadrageſimæ compoſitam ex varijs ſapientialibus adipibus, pinguioribus ſcilicet dogmatibus, doctrinis, ſacriſq; oraculis myſticam Offam, legitimam animarum fidelium eſcam Draconerienſibus offerebat, afferebat, proferebat, & ingerebat, vt ea aſſumpta diſrumperetur draco ſectarius, effun-

deretur

Opportunè tectis adeſt, vt proficiat, Fideſq; Catholica refloreſcat.

deletur ſimul, & diſperderetur Sectarum virus, reuireſceret veritas, reuiniſcerent viri, refloreſceret Fides; cuius maiora vt promoueret incrementa, minoribus, ideſt, rudioribus, atque ſimplicioribus paruulis, & grandioribus primaria Chriſtianæ diſciplinæ rudimenta frangebat, & porrigebat adultis, & grandæuis viris, ac mulieribus in Sacramentis Pœnitentię, ſiue Euchariſtiæ diſtribuendis, & exhibendis longanimiter Parochis Sacerdotibus collaborabat, quibus in Diuino cultu honorificentiùs exercendo, infatigabiliter opitulabatur, ac famulabatur.

III. Morabantur adhuc Apoſtolici Excubitores Capuccini apud Sacras Diſciplinatorum Ædes in commodato à Confratribus habitaculo, verùm enimuerò cum ſub his diebus, recenter quod conſtruebatur in Religioſo noſtro Cœnobio, congruum ſatis ad inhabitandum iam paratum domicilium perſiſteret, Fr. Auguſtinus decreuit prudenter, Apoſtolicorum Vigilum ordinariam Stationem ad Cœnobitica Clauſtra transferre: quod vt honorificentiùs, & magis opportunè Seraphicis Leuitis pariter, & magis proficuè fidelibus populis præſtaret; ſecundam ſextilis menſis diem conſecrationis Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Angelorum Aſſiſiatis anniuerſariam, veluti valdè propriam præſignauit: promulgata namq; antecedenter opportuno tempore annuali Indulgentia Plenaria à Summis Pontificibus Capuccinorū Eccleſijs in toto Ordine ad imitationem Portiunculæ conceſſa; ipſe ſtatuto die ſummo mane ad initiatum noſtrum in Draconerio Templum acceſſit, congruaque facultate munitus, Sacras Ædes benedixit, Sacroſanctum celebrè Miſſæ Sacrificium obtulit, ſolemniori cum Clericorum ſæcularium, & Coapoſtolicorum Operariorū interuentu, inſolitò etiam populorum incolarum, & accolarum aduenientium concurſu, qui eluerandarum Indulgentiarum ſtudio, eò conuenientes, vel turmatim Diſciplinatorum Sodalitates, vel ſingulatim ſpeciales perſonæ, nec ignobiliores accurrebant, & concurrebant. Quibus proptèrea numeroſiori in quantitate accedentibus, vix ſeni Confeſſores, & Sacerdotes Sacramentis Pœnitentię, & Euchariſtię adminiſtrandis ſufficere valebant. Quam nondum hactenus in Draconerio Oppido conſpectam Sacrorum frequentiam Reuerendiſs. D. Octauio Vialio Salutiarum zeloti Antiſtiti cum annunciaſſent internuntij; pius Pater, & Paſtor gaudij, & lętitiæ copioſas lacrymas fudit, impenſas pro his Orthodoxæ Eccleſiæ collatis augmentis de corde gratias agens Omnipotenti Domino.

In die Conſecrationis S. Marię Angelorum Eccleſiam Capuccinorum in Draconerio benedicit, magno, & inſolito aſſiſtēte populorū cōcurſu, feſtiuitatēq; celebrat ſolēniter;

Ann. Chriſti 1623.

IV. Sacri cultus congruum decus cum & promouere, vel ſaltem conſeruare ſummoperè ſatageret; ipſe quidem & matutinis celebrioribus Miſſis ſolemniter celebrandis, & veſpertinis canonicis horis perſoluendis, & religioſis Eccleſiaſticis exercitationibus piè colendis ſolicitè aſſiſtebat Fr. Auguſtinus, & horum oſores, vel contemptores, aut ſaltem deſides neglectores acriter arguebat: Vnde poſtremò edito pro celebratione Diuinorum campanę ſigno, per vicos, & plateas aliquando perambulabat, & ſi quempiam vel iocantem, vel ludentem has per horas offendiſſet; duriùs increpabat. Cum igitur impudentiores quoſdam adoleſcentes aleis ludentes, correptos magis inſoleſcere animaduertiſſet; ab eorum manibus ex-tempore erepta luſoria folia coram omnibus in fruſtra diſcerpſit, & pecunias diſperſit. Cum etiam celebriori in Corporis Chriſti celebritate delatum Auguſtiſſimum Sacramentum comitaretur, obſeruabat, num per vicos, quibus proceſſionaliter erant tranſituri, domorum parietes deuotis imaginibus, & pijs picturis (iuxta conſuetum) exornati apparerent, cumque cunctos muros nudos conſpexiſſet; ſolius cuiuſdam bifrontis domus parietibus ridiculam iconem affixam aſpexit, quare vehementiùs in irreligioſos adſtantes homines inuehens; lictoris manu ſcurrilem picturam auferendam, & concidendam præcepit, quod ex-templo ille coram toto populo præſtitit.

Sacri cultus promotor exit per vicos, & plateas ſacrorum tempore diebus feſtiuis, luſoreſq; durius increpat.

Aduerſus impudētiores, & irreligioſos homines vehemēter inuehitur.

V. Mercede conductus Draconerienſi Oppido, populo, & agro tunc curando inſeniebat, ſcientia quidem medica inſignior alienigena Protophyſicus, malitia autem hæretica inſigniter perfidus veritatis impugnator; qui medicę artis exercendæ apud hos populos occaſione circumiens Caluiniſticę prauitatis circumferendæ, pariter, & diſſeminandę opportunitate abutebatur. Huius ergo deprauatoris verſipellis deprehenſa, & ad Apoſtolicum Vigilem delata nequitia, ne latiùs, ſiue fuſiùs Sectarius morbus ſubreperet; accurrit protinus Frat. Auguſtinus, & Reuerendiſs. Taurinenſi Nuncio, Petro Franciſco Saonenſi Epiſcopo per litteras admonito, huius Pſeudophyſici expeditam eiectionem ſolicitat, ēgit Apoſtolicus Præſul apud Carolū Emmanuelē I. & effecit; vt præſentaneum egrederetur edictum; quò corporum curator, & animarum deceptor medicus Draconerienſibus, & Pago, & agro exulare cogeretur: quæ res aduerſus Capuccinum Cuſtodem perſecutionum vehementiores turbines, & tempeſtates excitauit; ille namque relatis, ſiue emendicatis, ſeù compoſitis nonnullis atteſtationibus, à ſui ſimillimis, volens coram Principe iuſtificare ſe, ſuum à Catholicoq; Principe illius impudēti, callida, artificioſa, & mendaci reiecta iuſtificatione; acerbiorem omnem ſuam indignationem in religioſum Excubitorem, & direxit, & exacuit, Optimates non-

Protophyſicum peruerſa diſſeminantē à Draconerio eijcit.

nullos

nullos perſonatos Chriſticolas, legitimos Caluinicolas contra Capuccinum Sacerdotem concitando. Hi namque Sectarij ſui Archimandritę expulſionem, & carentiam ægrè admodum ſufferentes Fidei propugnatoris capiti inſidiari feraliter tentauerunt: furentium igitur mortales inſidiæ cum Fr. Auguſtino innotuiſſent; ſuperni auxilij patrocinio fultus, inſana hæreticorum molimina ſuccidens Euangelico in opere, & Eccleſiaſtico in Regno promouendo, ad completum vſque annum perſeuerans, ſuæ Miſſionis curriculum feliciter expleuit.

Perſecutiones cōnotas patienter ſuſtinet.

VI. Mox igitur diſceſſurus Apoſtolicus Declamator, cum pro extrema declamatione pro ſuggeſtu peroraret, adſtantibus plurimis perfidis ſub fidelium titulo; dixit Fr. Auguſtinus: ego quidem hactenus vobis à me propoſitę, ſimul & expoſitę Catholicę Doctrinę rationem redditurus paratus adſum, ex Sacris Concilijs, Sanctis Patribus, & Diuinis Oraculis, verumtamen quia, & Conciliorum, & Patrum teſtimonia impudenter reijcitis, Sacræ itidem Scripturę oracula ex parte acceptata, ex parte tamen temerariè non recipitis; ad maiorem veſtri confuſionem, & euidentiorem veritatis dilucidationem, en ex veſtrorum reformatorum Caluini, & Bezæ perfidię editis promptuarijs, deductis teſtificationibus Orthodoxa dogmata comprobo. Quod cum ex-tempore præſtitiſſet, Pſeudodoctorum productis in fauorem Catholicę Fidei euidentioribus confeſſionibus; Draconerienſes peruicaces decepti homines Capuccino concionatori non vſquequaque credentes, Gebennenſem Conuentum ſuper hoc conſulere feſtinauerunt, cuius reſponſionem cum aliquandiù Fr. Auguſtinus præſtolatus fuiſſet, nec comparuiſſet, diſparuit ipſe à Draconerienſi Statione, vt ad Prouincialia noſtra Comitia Taurini celebrāda ſe conferret.

Ann. Chriſti 1624.

Ante diſceſſum expoſitę Catholicæ Doctrinę rationē redditurum ſe exhibet.

CALCVLVS XV.

Fr. IOACHIMI ab AYRASCA Concionatoris per annos 1625. 1626.

I. GEminos, breuiori temporis curriculo, ſibi ereptos Sacros Præſules Octauiū Vialium, & Agaphinum Solarium, lugebat Vidua Salutienſis Epiſcopalis Cathedra, hoc vniuerſalis iubilationis, ſiue Iubilei anno ab Vrbano VIII. indicti: Quando indicta pariter inter Pedemontanum Ducem, & Hiſpanos Liguribus fœderatos bellica diſſidia acriter exercebantur, & militari ſonitu Subalpina regio Martialia incommoda reſonabat; conſonabant, & inter ſe conueniebant Sectarij Eccleſiaſtici Regni perduelles, indigenæ, & alienigenæ aduentantes Franci, iniquum perpetuò aliquid aduerſus Eccleſiam Catholicam, & moliri, & perpetrare. Quare cùm in Draconerienſi plebe, non quilibet plebei, ſed optimates quidam Caluini adhuc fideſes Achates perſeuerarent; eò ad inuigilandum pro Fide deſtinarunt religioſæ militiæ Duces Fr. Ioachimum ab Ayraſca, virum probum pariter, & cuiuſlibet improbi laboris ſufferentem. Pacificus hic Capuccinus Athleta naturalibus benegnitatis, humanitatis, prudentiæ, & intelligentiæ dotibus valebat: gratioſis autem ſapientiæ, ſcientiæ, regularis obſeruantię, & religioſarum virtutum donis non mediocriter pollebat. Deo igitur, & Præſulibus probatus, ordinatus, atq; Apoſtolico muneri Prefectus Draconerium venit in excubijs inuigilitarus.

Ann. Chriſti 1625.

Deſtinatus ad inuigilandum pro Fide contra Caluinizantes.

II. Peruigilans igitur in ſua cuſtodia, animaduertit Pſeudodoctorum callidam vafritiem, cum enim prohiberentur circulatores iſti garrulis verbis, & ridiculis Conuenticulis Caluiniſtica deliramenta ore venditare, per circuitores, ſiue circuitores, vel melius per circumforanos, aut circumforaneos conſcriptos hæreticos libellos diſtribuentes Caluiniſticos fucos, & nugas diſſeminare ſatagebant. Vigil igitur ſpeculator per domos Oppidi & ipſe circumeundo in circuitu impios ambulando proſequutus aliquandiù fuit, & ſuo celeriori circuitu non rectè gradientes deprehendit, comprehendens aſtutos in ſua verſutia, repertos namq; damnatos diſtributos libros, è legentium, & tenentium manibus ex-tempore ereptos, non mediocri in numero collegit, collectoſq; per epiſtolas Sanctę Inquiſitionis Officio denunciauit, à quo delegata ſibi facultate canonico deſcripto codicum catalogo, Caluiniſticam Bibliothecam plauſtro impoſitam, in forum perducendam curauit, vbi conſtricto rogo, præcone clamante, Iuridicè ignibus traditam combuſſit. Quia verò peroptime nouerat prudens Excubitor; quod ſubdoli circitores à circumferendis huiuſcemodi damnatis litterarijs peripſematibus non abſtinerent; nec ipſe abſtinuit, ab inſequendis, & proſequendis eorum circulationibus, vnde, & breui manu centum numero iterum hæreticos codices recollegit, quos ſacris tribunalibus annuncians Iudicum mandata exequenda præſtolabatur.

Damnatos libros colligit, ſibique delegata facultate à R. Inquiſitorę omnes igni tradit.

III. Seraphicus hic Leuita non ſoli Apoſtolico oneri exercendo, ſed, & Conuentui moderando ſub titulo Vicarij præfectus fuit; quamobrem vt Apoſtolorum veſti-

Conſtitutus Vicarius Conuentu, Frat. ſuos ad quæritandū panē, & vinū mittit.

ziis adamuſſim inhærentem Capuccinorum vitam, & inſtitutum in veritate demonſtraret, Fratres ſuos conſocios, & ſubditos ad hoſtiatim, atq; vicatim religioſam ſtipem, ſiue quotidianam panis, & vini alimoniam quæritandam occeptauit emittere per Oppidū, & agrū ſiue per circūadiacētes vicos, & populationes. Rurſus quoniam cunctis Fratrum Minorum Eccleſijs Summi Romani Pontifices plures, Xyſtuſq; ſignanter Quintus Plenarias aliquot Indulgentias pro feſtis Sanctorum noſtri Ordinis diebus acquirendas conceſſerunt; Fr. Ioachimus eloquenti ſua perſuaſione pro concione promulgatis diplomatibus, cæpit populos ad pietatis, religioniſq; cultum inuitare, cæpit ſpiritualia ad lucra prouocare, cæpit cunctos ad penitentiam, haud abſque abundantiori fructu excitare.

Promulgādo Indulgentiarū Diplomata, populos ad pietatis cultum inuitat.

Draconerium peropulentum Oppidum habitatoribus multiplicatis tunc temporis affluebat, nec erat qui numeroſiori plebi ſpiritualia ſubſidia ex officio adminiſtraret, niſi bini Sacerdotes Parochus ſcilicet, & Curati vices agens Sacerdos: vnde cooperatores, & coadiutores Capuccini in ſolicitudinis non mediocrem partem aduocabantur. Contigit autem hoc anno, vt Reuerendus Præpoſitus Dominus Marſilius eximiæ integritatis, & probitatis Sacerdos, vniuerſali cum Oppidanorū luctu extremum ſuum diem in Menſe Maio clauderet, & inter viuos eſſe deſierit; derelicta pariter (vti primo numero computauimus) vacabat Diœceſana Salutienſis infula Epiſcopalis, ad hæc derelictus Parochiales Vicarias Vices gerens Sacerdos incurabili morbo cepit eodem hoc tempore ægrotare. Quamobrem deſtitutę & Rectore, atque Curatore carentis Parœciæ, Parochiale totum, & integrū Fr. Ioachimo onus ab his diebus incubuit, ipſe verò ſolicitus ne improbo labori ſuccumberet; non accubuit, aut recubuit, ſed indeſinenter inuigilans quotidianæ fatigationi opportunas, diei horas diſtribuens, congruis temporibus diſtributum, & Parochiale, & Apoſtolicum, & Regulare opus ſuſtinere pariter, atq; adminiſtrare valuit, quoadusq; à Sacris Præſulibus reſtituto Parocho, adfuit poſt plures menſes ſucceſſor Præpoſitus. IV.

Ann. Chriſti 1616.

Parochiali Eccleſia deſtituta, abſq; Rectore, & Curatore; per plures mēſes totū onus Fr. Ioachim amplectitur.

Ioachim, Præparatio Domini interpretatur, nec in vanum, aut fruſtra Capuccinus hic Leuita præparationis Dominicæ nomenclaturam præ ſe ferebat; quia concionibus, ſermocinationibus, paruulorum, & ſimplicium ſolicitiori catechiſmo, Sacramentorum accurata adminiſtratione, Sacerdotali aſſidua operatione, ſiue cooperatione, cultura, & Euangelica agricultura ſuo dominio plebem perfectam parare ſatagebat. Orthodoxæ Fidei incrementa promouere, perfidiæ decrementa accelerare ſtudebat, peculiari ſtudio ſpiritualem Eccleſiæ inſtaurationem, ſimul, & materialem noſtri Cœnobij ædificationem ſolicitare nunquam intermittebat per biennium ibi commoratus, & ſtrenuè operatus. Cuius Apoſtolicæ operationis prouentus computantur catholizationes aliquæ. V.

Spiritualem Eccleſię inſtaurationē, Fidei Catholicę promotionē, noſtri Cœnobij materialē ædificationē ſollicitare ſatagit.

Aliquas Catholizationes fecit.

CALCVLVS XVI.

Fr. ANGELI à CARIGNANO Concionatoris per annos 1627. 1628. 1629. 1630.

Gen. c. 32.

APparente Angelo ad vadum Iaboc, prævaluit Iacob nouam nomenclaturam accipere, vt Iſrael in Phanuelis loco vocitaretur. Accedente hoc vigeſimo ſeptimo poſt ſexcentum, & mille anno ab initio, Fr. Angelo à Carignano ad vadum Macrefluminis in Draconerienſi Statione, Dominus Iacobinus Marenchus Monſregalenſis Ciuis, & hactenus Carmaniolienſis Collegiatę Archipræsbyter nouum Epiſcopi, ideſt videntis, vel ſpeculantis nomen accepit, & iamdiù vacantem Salutienſem Epiſcopalem Prælaturam; Victorio Amedeo Sabaudo Duce poſtulante, & Vrbano VIII. Romano Pont. deferente, acquiſiuit, & circiter decimi Menſis medium poſſeſſionem adeptus Epiſcopari Marchionenſibus exorſus eſt. Pontificalia igitur propria munera dum præclarè, & ſolicitè hic adminiſtrare aggreditur, Apoſtolica ille onera ſuſtinere pariter, & munia exercere fortiter proſequitur: in Draconerio namq; Draconerienſiq; ſuæ Miſſioni ſubiectis in Villis, Pagis, & Oppidis, vel ſurſum verſus Macrenſis Vallis medium opportunè, & importunè aſcendendo, vel deorſum vſque ad complanos terminos deſcendendo feruenter Dei Verbum proponebat Fr. Angelus, ſignanter peculiaribus cuiuſcumque populationis Tutelarium celebrioribus ſolemnitatibus, crebriùs etiam in die, exigente opportunitate, concionando: pro concione autem ſermonem ſuum audientium capacitati accommodabat, ita vt cum ſimplicibus ſimplex eſſet ſermocinatio eius, cum verſutioribus verò, nempè cum Draconerienſibus, occultè adhuc Caluinizantibus didaſcalicè, & ſcholaſticè procederet prædicatio eius; adulterina improbando, & legitima dogmata comprobando eruditiſſimis ratiocinijs, Patrum I.

Ann. Chriſti 1627.

Apoſtolica munia exercere fortiter proſequitur Fr. Angelus, cunctis, & vbiq; feruēter Verbum Dei proponit.

Eruditiſſimis rationibus repullulātes errores prohibet, & hæreticè balbucinātes cōpeſcit.

III.

teſtimonijs,

teſtimonijs, & Sacræ Paginæ oraculis adductis, productis, & dilucidè explicatis, pro currentis Euangelij qualitate diuerſitatem controuerſiarum à dogmatiſtis traditarum adaptando: vt ſaltem in aperto errores repullulantes prohiberet, & hæreticè balbucinantes compeſceret.

II. Vt autem Catholicè fari, profari, & publicè Orthodoxas veritates profiteri, ſaltem plebuſculam paruulos, & adoleſcentes mares, & fœminas perdoceret; primariâ Chriſtianę Fidei documenta omni ſolicitudine, & ſedulitate tradebat, ſingulis Dominicis Catechiſmum in Eccleſia exercendo, ad huiuſcemodi pia exercitamenta minuſculam plebē deuotis donarijs, & religioſis munuſculis alliciendo; ita vt qui litteraria in Chriſtiana paleſtra ſtrenuè magis decertaſſe, ideſt de Fidei articulis diſſeruiſſet; brauium cuiuſdam ſpiritualis domi reportaret. Vnde, & factum eſt; vt à prandio campanæ ſigno edito, & exaudito confluerent vndique mares, & fœminę etiam ætate prouectiores ad ſaluti neceſſaria rudimenta perdiſcenda. Quò verò non ſolos plebæios, ſed & primarios, & loci optimates ad propriam excolendam ſaluationem adduceret; ex parte iam conſtructo Capuccinorum noſtri inchoati Conuentus Templo, ita vt ſacris habendis inſeruire decenter, & ſufficienter valeret; Fr. Angelus pro ſingulis, & omnibus Seraphici Ordinis Sanctorum profeſtis celebritatibus à Summis Pontificibus conceſſas Plenarias Indulgentias in noſtris Eccleſijs acquirendas promulgauit. Quamobrem huiuſcemodi per annum occurrentibus feſtiuitatibus, tam frequentiores cæperunt concurrere populorum cōuentus ad ſacra participanda; vt plures ex regularibus, & ſæcularibus Sacerdotibus Confeſſarijs aduocati, & iugiter collaborantes pœnitentium confeſſionibus excipiendis vix valerent: ipſe verò Capuccinus proprius Stationarius non ſolis his feſtiuis, ſed & ferialibus totius temporis diebus ſacramentalibus expiationibus ad ſe accedentium in audiendis ſedulò, & aſſiduè incumbebat, & ſolicitioribus nonnullis frequentiùs Sacramenta miniſtrabat.

Ann. Christi 1628.

Catechiſmū quotidie in Dominica exercet, denotis munuſculis plebeculam alliciendo ad pia exercitia.

Omnes & ſingulas noſtri Ordinis in feſtiuitatibus Indulgentias Plenarias promulgat, magno populorum cōcurſu, vt vix ſufficerēt plures Cōfeſſarij ad recipiendas ſacramētales expiationes.

III. Cum igitur eruditis prædicationibus, & ſolicitiori catecheſi, ac frequentiori ſacrorum cultu, non minus quàm humaniori, & religioſiori conuerſatione Angelicus hic Sacerdos, quaſi doctus incantator nigros hos dracones incantare ſapienter, & cicurare ſtuderet; non iam aures ſuas obturare Draconerienſes, ſed incantantis voces libenter exaudire, & ſuadenti auſcultare videbantur. Quare quotidianę Miſſarum celebrationi, & ſtatutæ Diuinorum Officiorum recitationi adeſſe feſtinabant ſenes cum iunioribus, viri cum mulieribus, qui in ſua patria renouatum, & emundatum Templum, ideſt, reſtitutam, & inſtauratā Catholicam Eccleſiam, à Diuo Franciſco, eiuſque alumnis agnoſcentes; Seraphicis filijs, qui eis abundè ſpiritualia impertiebantur; corporalia ſubſidia impendere liberaliter voluerunt. Religioſa namque hoc tempore ſeptem Fratrum cuiuſlibet conditionis Sacerdotalis, Clericalis, & Laicalis familia in Cœnobium introducta; pluribus ad conuiuendum eleemoſynarijs elargitionibus indigebat: religioſorum igitur Operariorum indigentijs ſufficienter miniſtrare Draconerienſis populus ex tunc decreuit, atque feruentius occeptauit, & Capuccinorum perſonali ſuſtentationi, & Capuccini Conuentus reali continuę conſtructioni neceſſaria ſuppeditando, quidam quidem ex ſinceritate, & charitate, quidam verò ex calliditate, & honoraria, ſeu politica neceſſitate impulſi; quorum violentus, & coactus motus tandiù perdurauit, quandiù vim inferens adfuit extrinſecum impellens, ſicuti experientia mox numeranda declarauit.

Ann. Christi 1629.

Inſtaurata Cathol. Eccleſia in Draconerio his tēporibus introducit pariter in Capuccin. Cœnobiū f. miſſis ſepte Fratrū, quibus Draconerienſis populus neceſſaria cuncta ſuppeditat.

IV. Circa finem ſexti luſtri decurrentis ſæculi ſeptimi decimi (vti aliàs pluries annotauimus) Tranſalpini à Ciſalpinis Gallis diſſidere, & diſcordare voluerunt, Franco Rege in Pedemontanum Ducem Carolum Emmanuelem I. inſurgente, atque trigeſimi poſt ſexcentum & mille huius anni in principio, ex inſidijs occupata Pinerolij, & Arce, & Ciuitate, Salutiarum Marchionatum inuadente per Gallicanas ſuas copias, hæretico ferè ex parte milite conflatas: quorum aduentū anxiè nimis, & cupidè præſtolantes, & operientes nigri plures Caluiniſtę dracones, nempè quamplurimi Draconerienſes Optimatęs; aduenientium in Concaluiniſtarum acceſſu ſperabant forē; vt patrio in ſuo ſolo ex toto corde, & longo tempore concupitum, & dilectum Caluiniſmum toties pertentatum, tandem aliquādo numquam amplius moriturum reuiuiſceret, firmaſque in Draconerio radices ageret. Vnde manifeſtè Fidei propugnatoribus aduerſari, & Capuccinos auerſari cœperunt, eleemoſynariam quondam præſtitam alimoniam, & pium commeatum religioſis militibus ſubtrahentes, illoſque, & Catholiciſmum omne breuiter ſe de patrijs laribus eiecturos, & eliminaturos palam iactantes. Qui enim olim pietatis, & Orthodoxæ religionis, & religioſorum patronos, ſeu tutelares ſe ſe oſtentabant; modò ementita depoſita perſona, Fidei atque pietatis Chriſtianæ aduerſarios publicè profitebantur: abſconditum hactenus, & inueteratum hæreticum virus de viſceribus per ora blaſphema eructantes, in Capuccinum præcipuè Stationarium Fr. Angelum inſurgentes, quem aculeatis linguis fel draconum, &

Ann. Christi 1630.

Frementibus bellorum tumultibus congaudēt Caluiniſtæ.

Draconerienſes iterum Caluiniſmū pertentant, depoſita pietate Chriſtiana cōtra Frat. & Angelum, & Capuccinos inſurgunt.

venenum aſpidum inſanabile ſub lingua geſtantes, & aduerſus innocuum Sacerdotem euomentes; quibus valebant cum aſperioribus, & verborum, & geſtorum tractationibus perſequentes, vt ſublato Cuſtode Eccleſiaſtici Ouilis, deripiendi, & Eccleſiam ſubuertendi propoſitum ſacrilegum proſequerentur. Capuccinus verò hic Angelus, ſeu potius Agnus, vel Agnellus ad Apoſtoli exemplum dicebat, & factis aſſimabat illud: *Perſecutionem patimur, & ſuſtinemus; blaſphemamur, & obſecramus.*

Cor. 1. cap. 4.

V. Supra recenſita confirmant infra mox referenda. Tergeminæ illæ ter, & quater, ac ſepties acerbiores; quinimmò ſeptuagies ſepties, & in infinitum ſæuiores, atque crudeliores Parcę Clotho, Atropos, ac Latheſis proprio nomine peſtis, fames, & bellum trigeſimo præſenti vltra elapſos mille, & ſexcentum annos, Gallicanis caſtris Pedemontium aggredientibus, & deuaſtantibus, vel admixtæ, vel ſtipatæ, Pedemontanos hos miſeros populos adorientes, cuncta Sacra, & prophana peſſundare, & paſſim vniuerſa depopulari occœptauerunt; ita vt verè Parcæ nemini parcentes, poſt direptas opes, poſt dirutas domos, poſt ſubuerſas populationes, & regionem euerſam, incolarum cuiuſlibet ſexus, gradus, ac conditionis perſonas inuadentes, innuaſos feraliter ferrea forcipe, ideſt, prælliari mucrone trucidabant. Lacheſis verò ferro euadentes, Clotho circumuentio, ideſt, peſtilentialis morbi inſidioſa aggreſſio mortis vertigine circumuoluebat: ab huius autem circumuentione elapſos, inexorabilis Atropos famis, ſcilicet, & neceſſariorum penuria implacabilis, atque irremediabilis enecabat. His igitur Erebi, noctiſque tergeminatis filiabus, Orci furijs Subalpinos miſeros depaſcentibus, dracones nigri ſerpentium morſus euadere nequiuerunt, quinimmò ferri, famis, & funeris extrema acerbiora ſupplicia paſſi, ad ſupremum ferè feretrum ſuam patriam efferri proſpexerũt. Nam Francum gladium primò aggredientem, peſtilens ſagitta ſubſecuta Draconerienſẽ populum indiſcretè vulnerare, & proſternere cœpit: proſternentis autem, & vulnerantis veſtigia calcans, & ſequens eſuriei lancea, ideſt, dira neceſſitas adhuc ſtantes deijcere proſecuta eſt. Quamobrem Fr. Angelus Cuſtos fidelis, & intrepidus Stationarius, Stationem ſuam à validiſſimis adeò tergeminatis aggreſſoribus adoriri conſpiciens, in Cuſtodia quidem cum tribus commilitonibus, nempè Capuccinis Confratribus perſtare decreuit; ſed pro alimentandis pugilibus commeatum certum prouidere excogitauit. Vnde ad Draconerij Conſules publicoſque Patriæ adminiſtratores confugit poſtulans; vt pugnantibus, & ſpiritualem, atque temporalem Oppidi ſaluationem; ſiue incolumitatem religioſis Pugilibus propugnantibus neceſſaria congiaria dare, & ſubminiſtrare non grauarentur: graſſante iam triplicato interitu, & multiplicata interfectione. Pro congrua igitur, & opportuna viriliter ad Oppidanorum ſalutem elaborantium, & lethaliter periclitantium pauperculorum religioſorum refectione, incongruam ſatis pietati; ſed hæreticæ prauitati conuenientem reſponſionem Draconerienſis publicæ nonnulli rei miniſtri reddiderunt: poſtulata primum iuſta ſubſidia denegantes, affirmantes rurſus hactenus conſtructa religioſa Clauſtra Capuccinorũ deiecta, Clauſtraleſq; eiectos, in perpetuum ſe ſe ſuæ patriæ auſpicari, & auſpicatè nimis deſiderare.

Tergeminæ Parcę peſtis, fames, & bellum Pedemontanos populos adorientes, cũcta Sacra, & prophana diruunt, ac peſſundant.

A tergeminis aggreſſoribus aggreſſus eſt Draconerienſis populus, Fr. Angelus Cuſtos intrepidus ſuã Stationem cum tribus commilitonibus Capuccinis perſtare decreuit.

Ann. Chriſti 1630.

Incongrua, immò ingrata Draconerienſium reſponſio.

VI. Quorum irreligioſorum, & ingratorum indignum, & inhumanum, ne dicam ſacrilegum reſponſum patienter excipiens humillimus Leuita Seraphicus Fr. Angelus, non ingratos lares deſerere, ſiue non gratos homines incuratos derelinquere ſtatuit; quinimmò in ſuæ Fidei fidelibus commendatis Excubijs ſolicitius inuigilare aduerſus Eccleſiaſtici Regni perduelles inſidiantes decreuit: vnde à proximo Domino Valgranæ Barone, & Militiæ tribuno Domino Viualda Montregalenſi Patritio commeatu neceſſario recepto, perſtitit Capuccinus Sacerdos cum collegis peſte languentium (ſicuti à principio exorſus fuerat) accuratiorem curam gerere; Solitario namq; in Parochiali adminiſtratione derelicto Sacerdote peſtilentiali vulnere percuſſo, percuſſorumq; & epidemico cuſpide vulneratorum in dies innumerabili numero exteſcente; non ſpiritualis modò, ſed, & corporalis curationis omnino Miniſtri, ac Curatores defecerant: Pharmacopolæ, Chirurgi, & Medici, immo ipſius temporalis Oppidi regiminis directores, vel morbo deceſſerant; vel contrahendi morbi formidine diſceſſerant, & à communi procurando bono receſſerant: quarę tot conglobatis ruentibus malis perculſi animo deficientes Draconerij incolæ, vniuerſi ferè à domeſticis laribus abſceſſerant, tutiora receptacula, & remotiora intra montes requirentes, vel in agro, ſeù in Villis latitantes.

Sibi, & pugilibus ſuis aliunde commeatũ prouidet, & peſte laborantibus inſeruit.

VII. Deſertæ igitur, ac in totum ferè derelictæ huius Draconerij Villæ curationem, cum nullus inueniretur, qui ſuſciperet; Apoſtolicus Stationarius deſtitutam gentem ad interitum laborantem derelinquere non ſuſtinuit; quapropter tribus ſuis Confratribus, & Cooperarijs Laico vno Fratre Vgone à Nouaria nomine, Clerico altero Fr. Petro à Riuaria nuncupato, Sacerdoti tertio Fr. Pacifico Taurinẽſi diſtributis, & proportionatis aſſignatis miniſterijs, conuaſuit ipſe validius ægrotanti plebi Sacramenta, ſignanter Pœnitentiæ adminiſtrare percurrendo, non per

Pagum

Pagum dumtaxat, ſed & per agrum pariter, quò opportunè periclitantibus præſtò eſſet: dumque exterorum ſalutem procurandam omnibus conatibus laborioſè proſequitur, en ex improuiſò inimica mors, ſiue mortalis lues ſocios, & con ſodales ternos ſuos Capuccinos Cooperatores ferali vulnere agreſſos, & percuſſos ex-tempore proſtrauit, & geminos breui ſepulchro conſignauit. Dum igitur ſuperſtes adhuc ipſe Fr. Angelus, à morbifica infectione illæſus, incolumnis perſeueraret; vt deficientibus, ac epidemicis morientibus indefeſsè, & infatigabiliter inſeruiret, validè in miniſterio perdurando, plures per ærumnoſi huius anni menſes, nulli labori parcens, à nullo diſcrimine abſtinens, nullum periculum pertimeſcens, vt periclitantibus adeſſet; tandem circa finem temporis, idest huius trigeſimi anni lethifera & ipſe lue ſauciatus, contracta ex contactu, ſiuè conuerſatione languentium contagioſa febre, poſtquàm aliquos per dies mortalis ægritudinis moleſtias, dolores, ac languores fortiter ſuſtinuiſſet; à conualeſcente Fr. Pacifico Sacerdote confortatus, & coadiutus, tandem charitatis ardore defæcatum, & probatum ſuum Spiritum Creatori Deo reddens, deuotus occubuit ſtrenuus pugil, & inuincibilis Athleta, pluribus pro Eccleſiaſtico Regno aſſeruando, & pro proximorum ſalute procuranda, iiſque grauioribus exantlatis laboribus. Illius attamen glorioſa memoria, & felix recordatio apud Draconerienſes nequaquam ſimul cum ipſo occidit, ſeu tumulo ſepulchrata conticuit, ad hanc enim vſque diem memoria Fr. Angeli communi ore veluti ſuauiſſimus vnguenti odor, & ſapor ab Oppidanis teritur, & dulciter ruminatur, ac recenſetur. Primario igitur Apoſtolico Operario morte ſublato, Fr. Pacificus Sacerdos, licèt, cum ſolus euaſiſſet, Prouinciali Miniſtro, & Miſſionum Præfecto Confratrum interitum per litteras nunciaret; nequaquam tamen interim à ſtatione receſſit, ſed Superiorum reſponſum, & directiuum oraculum in opere perſiſtendo præſtolatus eſt.

Per Pagum, & agrum diſcurrēs Sacramēta cunctis adminiſtrat.

Ann. Christi 1630.

Ferali vulnere aggreſſos ternos ſuos Cooperarios Capuccinos, duo moriuntur, quos & ſequitur poſtremò Frat. Angelus lethifera lue ſauciatus.

CALCVLVS XVII

COMMVNIS

Fr. Fr. FRANCISCI à MONTEREGALI, & MAVRITII à CEVA Concionatorum per annum 1631.

I. CVm Apoſtolatuum operi Præpoſitus Prouincialis Miniſter Capuccinorum, tunc Frater Paulus Maria Aſtenſis per litteras à diuerſis acceptas intellexiſſet; Euangelicos ſuos Capuccinos Excubitores Draconerienſis, Cadralienſis, & Verzolienſis Cuſtodiarum in epidemicorum miniſterio epidemiæ, & ipſi vulneribus percuſſi dormitionem mortis accepiſſe: ne conſiderabiliores tunc hæ Stationes ſpeculatoribus Apoſtolicis deſtitutæ Eccleſiaſticum Regnum hoſtiliter inuadendi Sectarijs furibus aditum aperirent, vel apertum præſtarent; geminos religioſos Operarios ad in his inuigilandum copulatos expeditè deſtinauit, Fratres ſcilicet Franciſcum, & Mauritium. Bini ergo illi ad Euangelicum opus emiſſi, deſtitutarum Miſſionum curam ſuſcepturi, ad ſibi commendatas Eccleſiaſticas Stationes accedentes, Stationariorum Capuccinorum conſueta domicilia, & habitationes, domeſticamq; pauperculam ſupellectilem defunctorum contagio infectam primò perpurganda curarunt, mox verò trium ſibi creditarum Excubiarum curationem exercere exorſi ſunt: mobiliter quidem Apoſtolando, (quia in tribus Cuſtodijs duo dumtaxat ſpeculatores fixè peruigilare non poterant) verùm ſtabiliores, & prolixiores moras, vt plurimum, Draconerienſi in præcipua Miſſione trahebant prædicationibus, catechiſmo, & miniſtrandis Sacris, Parochiq; officio fungendo intenti, & occupati, ſacrarum ædium reſtaurationem, Diuiniq; cultus reſtitutionem, & renouationem procurando. Contigit hoc tempore; vt in Vico, qui trans Macram dicitur, fœdum ſuſcitatum incendium, & validiori turbine perlatum, breui ſpatio habitacula plurima conſumpſerit, plura mox, immò vniuerſa conſumpturum: cum enim copioſæ hauſtæ allatę, & iniectæ aquæ flammarum impetum compeſcere nequaquam valerent, quinimmò iniecto humore validiùs exardeſcerent, & conualeſcerent; incolæ humani omni deſperato auxilio, ſupernum ad ſubſidium confugere didicerunt; quare Fr. Mauritius, qui Fratre Franciſco ad Prouinciale Capitulum Taurinum properante in Draconerio tunc, & Miſſionarij & Parochi onera ſuſtinebat, à Capuccinorum Templo proceſſionaliter Auguſtiſſimum Sacramentum honorificè deferens ad combuſtionis locum, Oppidanorum caterua ſtipatus peruenit, flammantibusq; globis in Sacramentati Creatoris nomi-

Ann. Christi 1631.

Ad ternas Cuſtodias bini Operarij deſtinantur à Miſſionū Præfecto, mobiliter Apoſtolantes.

Ad Capitulū properāte F. Franciſco, ſolus Frat. Mauritius Miſſionarij & Parochi onera ſuſtinens, hic virtute Sāctiſs. Sacramenti magnū extinguit incendiū

ne, & virtute præcipienti (mirabile dictu? ſicuti teſtimonijs fide dignis authenticè comprobatũ accepimus) haud mediocriter ignis accenſus, licèt inſenſibilis auſcultauit, obtemperauit, retroceſſit, & penitus deficiens receſſit. Quod cum adſtantes vniuerſi, mirifico ſtupore correpti, valdè admirati fuiſſent; & Diuinæ potentiæ mirabilia magnificare, & memoriam mirabilium Domini in Sacramentato Pane agnoſcere, & fideliùs impoſterum credere voluerunt: ſicq; facto vno, & prohibitum malum, & Fides Catholica fuit roborata, atque hæretica perfidia reprobata.

CALCVLVS XVIII.

Fr. MATHIAE Concionatoris, ac Prioris Guardiani per annos 1631. 1632. 1633.

I. NOlite itaque errare Fratres mei dilectiſſimi *(admonebat D. Iacob. Apoſt.)* *Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt; deſcendens à Patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio: voluntariè enim genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initium aliquod creaturæ eius.* Quaſi diceret: Ne inconſideratè iudicando erretis, animaduertite; quod quidquid malitiæ, vel imperfectionis in noſtro miniſterio accidit, hoc à tenebrarum Principe, vel à miniſtrantis malitia, ſeù incuria de infimis aſcendit: quidquid autem optimi, aut perfecti in Euangelico miniſtro homine inuenitur, deſurſum deſcendit à luminis Protoparente, qui vltronea ſua benignitate eleuauit nos ad ſupernaturalis, nempè gratioſæ operationis inſtrumentale miniſterium. Quæ Catholica, & infallibilis veritas prius hìc eluxit in nomine, poſtea in opere præſentis Apoſtolici Operarij huius trigeſimi primi cũ ſexcentis, & mille anni circà finem, in celebratis Commitijs à Prouincialibus Patribus Pedemontanæ Prouinciæ electi, ordinati, & deſtinati ad Draconerienſem Cuſtodiam aſſeruandam, qui Fr. Mathias nuncupabatur; Mathias autem Hebręum nomen Donum Dei, ſiue donatum à Deo latinè interpręatur: quidquid enim boni, aut melioris, vel optimi, ſiue perfecti illius computatur in geſtis, ad creaturarum rationalium initiandam ſalutem congeſtum, totum hoc deſurſum deſcendit à Patre luminum; obumbrantes verò gratiæ clarum viciſſitudines, id eſt, permixtæ imperfectiones Diuinum gratioſum opus tranſmutantes, vel alterantes, inſtrumentalis miniſtri vel incuriæ, vel inſcitiæ, vel diſſidiæ veniunt iuremerito adſcribendæ: enumerabimus igitur, & efficientis ſupernaturalis Cauſæ præclaram efficientiã, & cooperantis humani inſtrumenti naturalem deficientiam.

D. Iac. Ep. Can. c. 1.

Omne donũ à Deo recognoſcendum.

Ann. Chriſti 1631.

Mathiæ nominis interpretatio.

II. *Eu-tes autem* (dicebat Chriſtus electis Apoſtolis) *prædicate dicentes: quia appropinquauit Regnum Cælorum. Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora qu d loquamini; non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis.* Selectis, ſiue ſubelectis ex delectis ſeptuaginta duobus diſcipulis, duodecim prælectis Apoſtolis, primum & præcipuum Apoſtolici miniſterij munus commendat, & imponit Regni Cœlorum prædicationem, poſtmodum ſubſequentes curationes. Commendationem igitur hanc, & Apoſtolicè Euangelizandi impoſitionem veluti ſibi præſcriptam intelligens Fr. Mathias non quomodo, aut quid præter Diuina oracula loqueretur, cogitabat; ſed ſufficienter, & efficaciter populis illis Regnum Dei qualiter annunciaret, prædiſponebat. Per opportuna igitur, & conuenienti diſpoſitione excogitata, aſſiduè, & numquam intermiſſæ ſuæ prædicationis curſum ita diſtribuit; vt Euangelicæ ſarritionis portio congrua propriè Miſſionis ſingulis, & omnibus Villis, & Oppidis opportunè contingeret; à feſto Omniũ Sanctorum ad Pentecoſtem vſque incluſiuè intra: à Pentecoſte verò ad vſq; Sanctorum omnium celebritatem, extra Draconerium circumeundo, regulariter Euãgelizaret: irregulari autem, licèt regulari motu indiſtinctè per quamcumque temporis, ſeù itineris differentiam, tàm ad complana campeſtria, quàm ad montana agreſtia Oppida egrediebatur, quò peculiaribus, & opportunioribus in feſtiuitatibus eſurientibus, atque egentibus gentibus illis prædicati verbi pabulum exhiberet: huiuſcemodi ſibi à Deo præmonſtrata methodo; vt iuxta audientium rudium, ſiue eruditorum conditionem ſuæ ſermocinationis ſimplicis, ſiue eruditioris, & tramitem contexeret, & modum ſeruaret. Quamobrem mirum non eſt; ſi cum à Domino ſibi iuxta præſcriptam amuſſim, & regulam Apoſtolicæ prædicationis verba componeret; ipſe Dominus ex legitimè prædicato verbo vberes bonorum operum prouentus, & pęnitentiæ fructus recolligeret frequentiùs, per bini annualis, gemini Aduentus, geminatæque Quadrageſimæ continuatos proceſſus, quibus apud Draconerienſes hac prima miſſione extitit operatus:

Math. c. 10.

Fratris Mathię Miſſionis exordium ab aſſidua prædicatione, vbiq; & omnib. Regnum Dei Euãgelizando.

Anni Chriſti 1632.

Ad audientiũ captum ſuæ prędicationis methodũ cõponit, ex qua mirificos fructus recollegit.

III. Procurans, vt bona cuncta pro ſaluatione animarum promoueret, omnia autẽ mala, vel impediret, vel remoueret: quapropter triceſimi ſecundi extra ſexcentũ

& mille anni in principio; ſuperueniento Quinquageſimæ Dominica die, vt bacchanalia tripudia diſſolueret; Draconerienſi Parochiali in Templo ſolemniter expoſito Sanctiſſimo, conuocatis religioſis, Sodalitatibus, vicinorum Pagorum populationibus, quadraginta horarum ſacrum exercitium inſtituit, & frequentiùs ſermocinando feliciter abſoluit. Debitum autem Apoſtolandi munus non ſolis ſibi commiſſis gentibus, fideliter perſoluere ſategit; ſed & cum Fr. Angelus Taurinenſis Cadralij grandæuus Stationarius articulari morbo detentus, Granæ Vallis ad Villas Apoſtolicæ Sationis beneficia communicare, & participare non valeret; præualebat à Diuina gratia confortatus Fr. Mathias imbecillis Coapoſtolici miniſtri infirmitates ſubleuare, dum ad proximam Granenſem Conuallem penetrans Euangelici miniſterij expectantibus, & deſiderantibus populis ſpiritualia beneficia, ſiue mnnia, ſiue munera impenderet. Ex pluribus igitur quos eo concionante Diuina bonitas, & clementia à malis retraxit, & ad meliora perduxit, vnum duntaxat recenſendum cenſeo Draconerienſem prius militię Ducem, poſtea Tribunũ, qui cum à teneris annis vtroque parente orbatus opes, quibus abundè instructus erat, damnabili ludo (in quo non ſolis diebus inhærere, ſed & ſæpius pernoctare conſueuerat) impenderet, & conſumeret, egregias pecuniarum quantitates alearum, & taxillorum vnico iactu proijciendo, quod plures itidem etiam Patresfamilias in Draconerij Oppido tunc frequentare aſſueuerant; quorum damnabilem; & pernicioſam conſuetudinem immò abuſum perſentiens Euangelicus Orator, pro ſuggeſtu declamare, & acrius in luſores, ac colluſores inuehi cœpit: damnatum deteſtabile ludum pluribus demonſtrans, coram Diuino Tribunali haud mediocriter criminoſos, ludentes pariter, & taliter colludentes reos eſſe grauiter oſtendit. Quâ graui oſtenſione, & oſtentiua demonſtratione, non minus quàm acriori increpatione admoniti nonnulli ab huiuſcemodi detrimentoſo lucro impoſterum abſtinuerunt: prædicatus verò dux, & tribunus emiſſo ex tunc de corde voto inuiolabili ſe ſpontanea promiſſione conſtrinxit; quòd in futurum nunquam amplius, niſi recreandi animi gratia, modeſtè ludis incumberet, quod inuiolabiliter ad extremum vſque vitæ ſpiritum cuſtodiuit.

: Vt Bacchanalia tripudia diſſoluat, quadraginta horarũ orationem inſtituit.

Cadralienſis Miſſionarij infirmitates ſubleuat, ſpiritualia beneficia populis Granæ Vallis impẽdendo.

Contra deteſtandũ ludorum abuſũ inuehit ſua prædicatione multiq; conuertuntur.

Ann. Chriſti 1632.

IV. Ab exordio Dominicalium ſermocinationum, nempè in priori aduentu doctiores, & dogmaticas quidem, non minus quàm varijs eruditionibus refectas conciones Draconerienſibus (inter quos & legum, & medicæ profeſſores plures, ac laureati numero duodecim computabãtur) proponendas neceſſario forę adiudicauit, quò ipſo in ingreſſu ſyllogizantium ſophiſtarum haud vſquequaque Catholicè ratiocinantium ſciolum, & temerarium acumen retunderet: ſimul autem, & ſemel ab initio pariter Euangelicarum exercitationum ſimplicium, ac ignorantium Catecheſim iam olim à ſuis prędeceſſoribus mirificè excultam, & contagioſi morbi inuaſione interruptam, validius ſibi reaſſumendam ex ſui muneris debito adiudicauit, & in primis reaſſumptam, ante omnia perpetuò à ſe excolendam decreuit, & in decreto notabili ſeruando ad finem vſq; perdurauit. Congregationis ad Campanæ ſonitum paruulis, grandioribus, & grandæuis promiſcui ſexus fidelibus quibus primò ſimpliciter ſermocinando ad ſalutem neceſſaria fidelis doctrinę elementa, ac peruia dogmata dilucidiùs explicabat, ac repetita dilucidiori explicatione palpanda offerebat, indè ad ſe aduocatos adoleſcentiores, Dominicam orationem, Angelicam ſalutationem, Symbolum Fidei, & mandatorum decalogum aptè, & ſufficienter recitare, & docebat, & faciebat: cum antea in conſuetæ ſermocinationis progreſſù, adſtantibus omnibus proprię conſcientiæ ritè, & iuſtè diſcutiendę faciliori methodo, & exactiori ordine tradere conſueuiſſet; non modo confitendi, ſed & quod magis neceſſarium eſt, ſufficienter contetendi modum aperiens. Scitu igitur, & operatione neceſſaria rudimenta poſtquam conuocatis fidelibus in Regulari noſtra Baſilica impertitus fuiſſet; ex-tempo, & ex-tempore egrediebatur per vicos, & plateas progrediens, vt ſi quos ſolutioris vitæ viros, ac mulieres tempore Diuinorum in via vacantes, iocantes, aut colludentes inueniſſet; à luſibus, & iocis deturbatos ad Sacra colenda perduceret.

Doctiores, & dogmaticas conciones ab exordio ſuæ Miſſionis proponit, & quò ſenſu.

Doctrinam Chriſtianam interruptam reaſſumit.

Diuinorum tẽpore egreditur per vicos, & vias ad corrigendos luſores, quos ad ſacra perducit.

V. Draconerienſium Parochiali præcipuè Eccleſiæ tunc præſidens Reuerendus Præpoſitus, & Epiſcopi Diœceſani Foraneus Vicarius ſolitarius eo in miniſterio Sacerdos operabatur, qui cum iamdiu ſibi familiari & chiragra, & podagra ſæpius per tempora affligtaretur; minus aſſiduè, ac ſedulo Parochialibus præſtandis munijs adeſſe valebat. Non valentis autem cum ſubſtitutus Capellanus, qui munus expleret, præſtò non eſſet; Capuccinum Leuitam, cui ex demandati Apoſtolici muneris debito Parochis cooperari, & opitulari congruit, in Eccleſiæ ſolicitudinis partem aduocare conſueuerat: aduocatus autem ille libenter participati oneris, licèt non exiguam portionem ſubire feſtinabat, miniſtrandorum tam ſanis, quam ægrotis, Sacramentorum ſignanter Pœnitentię pondus ſuſcipiens, & ſuſtinens, indicti præcipuè his annis Iubilei, & Paſchalium feſtorum temporibus, quando accolis, & incolis frequentiùs ad Capuccinum cõfeſſarium confluentibus,

Solitarius Præpoſitus perſæpè habituali ægritudine detẽtus, Capuccinum Leuitã in Eccleſiæ ſolicitudinẽ aduocat.

confeſſionibus excipiendis ad vſque animi deliquium incumbere ille compellebatur; refocillabatur verò hilaris ſpiritus eius, quando ex pœnitentibus plures, non honeſti viri dumtaxat, ſed & facinoroſiores homines, homicidæ, ſacrilegi, viarũ graſſatores ſicarijque ad eum accedentes exactiores, pleniores, immò generaliores totius actæ vitæ ſacramentales expiationes de contrito corde, & humiliato ſpiritu perficiebant, quibus ille pro muneris debito debita congrua alexipharmaca, ſiue curatiua, ac præſeruatiua antidota, ſecundum artem præſcribebat, & præſcripta ſeruanda monebat: admonitos verò nonnullos, quos ex eorum dictis inualidè ex dirimente impedimento criminis, matrimonia contraxiſſe, ſimulque iamdiu cohabitaſſe, animaduertebat; opportuna à Sacra Curia reportata auctoritate coniugia irrita reficere, & iterum coràm ſe contrahere faciebat: ſicuti & inualidas plures confeſſiones reficiendas, pariter, & reddenda vota, atque perſoluenda legata pijs locis, aut perſonis derelicta præſtanda ſolicitiori ſtudio curabat, debitaſque famę, pecuniæ, vel ſanguinis reſtitutiones exequendas mandando, & procurando. In omnibus ſui Domini fidelem ſeruum ſe ſe exhibere geſtiens; ſed in Diuino cultu honorificè, & decorè exercendo non confuſibilem operarium demonſtrare ſe ſatagens; conſuetas Officiorum recitationes ordinarias, & extraordinarias, etiam celebriores Miſſarum celebrationes publicas, ſignanter in die Corporis Chriſti generales Proceſſiones, ac pro communi bono ſupplicationes, Eccleſiaſticos Conuentus, ſiue Societatum Sanctorum, Roſarij, Corporis Domini, Doctrinæ Chriſtianæ, & tandem Diſciplinatorum deuotas, ac religioſas Congregationes ordine congruo, & honorificentiori ritu; vt Leuitæ, & ſæculares proprij miniſtri præſtarent, inſiſtebat, & aſſiſtebat, ac pro virili cooperabatur, Apoſtolicè inſeruiendo, ac leuiticè miniſtrando.

Sacramenta cũctis adminiſtrat tã ſanis, quam ægrotis, Iubilæi tempore præcipuè.

In Pœnitentiæ Sacramẽta adminiſtrando, pro muneris debito, antidota cũctis pręſcribebat.

Diuini cultus promotorem ſe demõſtrare ſatagit.

VI. Quoniam rurſus ab orti Saluatoris diebus emiſſorum Angelorum officium eſt, gloriam in altiſſimis Deo, & in terra pacem hominibus bonæ voluntatis annuntiare: Fr. Mathias Angelico officio (licèt indignus, ac minus dignè) cum fungeretur; ad maiorem Dei gloriam cuncta ſua molimina dirigendo, hominibus quoq; pacem conciliare, & inter fideles concordiam ſtatuere, ſiuè conſeruare concrediti ſibi muneris eſſe ſciebat: ne igitur Chriſtianæ reipublicæ læſæ reus in conſpectu Cœleſtis Curiæ appareret; ſuæ triennalis Miſſionis tempore vel exortas, vel agitatas rixationes, & inter potentiores exercitas digladiationes extinguere, ac impedire, conſequentiaque inconuenientia quampluria detrimentoſa à Populo Draconerienſi auertere ſategit. Plures igitur ſimultates treſque præcipuas: inter primarias Oppidi familias, ſeù agnationes vnam inter Buſchæ, & Draconerij Accolas alteram, tertiam inter Draconerienſes, & Macræ Conuallicolas, qui armatis aciebus in agrum egreſſi, ad inuicem in modum præliantium congrediebantur: Conciliauit: ciuilibus compoſitis grauioribus litigijs, prætentionibus ſatisfactis, mutuis debitis ſatisfactionibus exhibitis: hæc autem non ſolitarius ipſe pertractabat; ſed in Socios adhibitis, ac aſſumptis, vel potentioribus proceribus, vel doctioribus Iuriſperitis, ne publicæ tranquillitati conſulendo, ſingularium Iuribus inconſultò obeſſe, vel detrahere contingeret, conſultiuſq; aduerſantibus partibus pleniùs ſatisfaciendo, perenniter permanſura fœdera ſtabiliret. Cùm de decimarum congrua ſolutione Parochus aduerſus Oppidanos Draconerij iamdiù in iudicio contenderet, proque Eccleſia pronunciata Iura ſtarent: perſiſterent autem laici à prolatis ſentẽtijs appellãdo, interim verò pro ſolutione inſtarent, immò pro exigendo vrgerent Eccleſiaſtici, nec ſatis diſcordantes partes inter ſe conuenire valerent, grauiterque Reuerendiſſimus Salutienſis Epiſcopus aduerſus ſolutionem protelantes Draconerienſes ſucceſſus, Cenſuras fulminandas indixiſſet; Fr. Mathias pro Apoſtolici muneris conuenientia humiliter apud Sacrum Antiſtitem expoſtulando plurimùm laborauit; vt Populus & ſupremo, & immediato proprijs Paſtoribus obaudiendo iuſta perſolueret, tandemq; mox ferendas Cenſurarum ſẽtentias à Draconerienſi plebe auertit, & honeſta à Præſulibus præſtanda erga ſubditos conuertere, enixus eſt, neque inter Laicos, & Clericos turgentia diſſidia exorirentur, ſæpè præpediuit.

Ann. Chriſti 1633.

Inter fideles pacem, & cõcordiam cõſeruare curat, rixaſque exortas, vel agitatas extinguit.

Litigioſa cõtentione cõmota inter Parochum, & Draconerienſes oppidanos pro decimarũ ſolutione, diſſidia cõponit.

VII. Inter ea quæ ab Euangelico Cuſtode requiruntur, illud imprimis computatur: vt Orthodoxę Fidei illibata integritas aſſeruetur. Ne igitur vaterrimi, & acerrimi Eccleſiaſtici Regni perduelles, & legitimę religionis oſores, ac violatores, aut alienigenę poſticus irruerent, aut indigenę doloſè, fraudulenterque de hæretico more detraherent, Cœleſtiſque Patrisfamilias domum occultè perfoderent; Capuccinus Excubitor in excubijs inuigilabat attentius, vt de Apoſtolica ſpecula ſupergredi, & aggredi, ſeu irrumpere conantes Eccleſiæ Catholicæ aduerſarios opportunè ſpecularetur: cumque eò magis ſibi in ſpecula contemplandum intelligeret; quo Vicarias Sanctæ Inquiſitionis vices ſibi Reuerendiſſimus Salutienſis Inquiſitor adminiſtrandas commiſerat; commiſſo in munere fideliter ſe gerens ſolerter ſuſpectorum in Draconerio, & cohærentibus Villis Caluinizantium geſta

Sanctæ Inquiſition. Vicarius conſtitutus, onus quã diligentiſſimè, ac fideliter complet.

egręſſus,

egreſſus,& progreſſus, ſiue proceſſus perſcrutatus, Caluiniſticas vulpeculas ſubdolè intra Domini vineam latitare, & fidelem vindemiam, aut in totum demolire, aut ſaltem ex parte diminuere tētantes deprehendit: quare hęc ſibi nunciantibus teſtibus, & teſtificationibus prædiſpoſitis, ſecretò ipſum Salutienſem Inquiſitorem Patrem Petrum Mariam Dulcetum Draconerium ad ſe accerſitum, & in proprio religioſo Capuccinorum Cœnobio reuerenter exceptum, de præordinatis peragendis inquiſitionibus admonuit, atque ſecretò congruis horis aduocatis, & conuocatis teſtimoniis, ſub ſilentio ſufficientem aduerſus perfidos perficiendam inquiſitionē, atque informationem ab ipſo Reuerendiſſimo Inquiſitore procurauit. Cui etiam vnà cum Reuerendiſſimo Salutienſi Epiſcopo Iacobino Marenco Draconerium viſitationis gratia peruenienti centum, & eo amplius damnatos primæ claſſis Codices recollectos conſignauit. Quos ille coram ſe, & Reuerendiſſimo Antiſtite adſtantibus publico in Draconerienſi foro Dominica in die Canonicè comburendos mandauit. Cuius rurſus delegata auctoritate Fr. Mathias lapſos quoſdam ſponte comparentes, ſecretò abiurantes fidelium communioni reſtituit. Reſtitit tandem pro ſuo munere proſcriptis quibuſdam iam olim violatæ religionis cauſa exulibus à Macrenſi Valle eiectis, qui ſuæ reſidentiæ temporibus patrios repetere lares, & Draconerium agnatos ad inuiſendos peruenire auſi fuerant: quibus Ducalia iura obijciendo; & per internuncios indicendo feſtinanter eos diſcedere, & recedere compulit. Clericum philtris conficiendis, & fęminis exhibendis incumbentem, à Præſulibus eijciendum curauit; ſenitam ſibi calumniantem cum Oppidani compeſcere, & exprobrata malitia confundere vellent, prohibuit.

Depræhēſos Caluinizantes ſecretò R. uer. Patri Inquiſitori denunciat, & ab eodem vocatur.

Pluſquā cētos primæ Claſſis damnatos Codices recollectos Reuer. Patri Inquiſitori conſignat.

Lapſos quoſdam ſecretò abiurātes reſtituit cōmunioni fideliū, pluraq; alia fecit.

VIII. Conſiderabiliori hac inter cęteras Draconerienſi Statione Apoſtolantes cuſtodes Capuccini denominationes diuerſas per diuerſa tempora; pro varijs, & diſcretis muneribus ab illis exercitis, atque adminiſtratis ſortiti ſunt. Ab huius namq; Apoſtolatus primordijs ad noui Conuentus exordia excluſiuè, cuncti Apoſtolici Operarij communi vocabulo, ſeu vocitatione Miſſionarij fuerunt recenſiti: à recēti autem Cœnobij fundatione ad præſentia vſque tempora Vicarij nomenclatura cenſebantur. Anno verò Milleſimo triceſimo ſecundo, Octobri Menſe, in Capitulo Altæ celebrato, cum Draconerienſis Monaſterij ædificium regularibus, & religioſis Miniſterijs exercendis ſatis iam iam idoneum, & aptum intellexiſſent Capitulares Patres; competenti Fratrum numero in eo aſſignatæ, & collocatæ familię Guardianum præficiendum decreuerunt: Fr. igitur Mathiam, qui iam per annum ſub Vicarij nuncupatione illi Conuentui præfuerat, in primum Guardianum elegerunt, atque ſimul & ſemel, & Guardianatus, & Apoſtolatus copulata munera, & onera ſuſtinere mandauerunt: mandatis igitur ſuperiorum exceptis, indignū quidem ſui Domini famulum immeritò ſe fatebatur, infidelem tamen ſeu inertē nequaquam ſe exhibere profitebatur: immo vt duplicato demandati officij debito pro viribus ſatisfaceret; Apoſtolica antiqua munera proſequens, regularia noua quoq; munia aggredi occeptauit: mendicitatem ergo à Fratre Angelo à Carignano iam olim inſtitutam, & temporum, iniurſa deſtitutam, in primis ipſe reſtituit, religioſos ſuos Fratres ad eleemoſynariam Domini Menſam oſtiatim queritandam emittens, atque hactenus aliqualiter ſuppeditato, & de Apoſtolico ærario prēſtito ære alimoniario renuncians: nequaquam tamen ob reiectum ſtipendium remiſſior fuit in Eccleſiaſticis Caſtris ad militandum, ſiuè in Euangelica Militia ad inuigilandum:

Ann. Chriſti 1633.

Fr. Mathias electus Draconerij Conuentus Guardianus, primus & Guardianatus, & Apoſtolatus munera, & onera copulata ſuſtinet.

IX. Quinimmò pro multiplicato onere multiplicia ſibi opera præſtanda proſpiciens, inualuit primò in Diuino cultu propriam intra ſuam regularem Eccleſiam multiplicando, & in Miſſarum copioſiori celebratione, & in Sacrorum miniſteriorum præſtatione, non minus quàm in ſpiritualium exercitationum frequentatione. Inter illas autem ſingulariorem feſti Portiuncule, nempè dedicationis Eccleſię Sanctę Marię Angelorum Aſſiſiatis, quotannis ſecunda die Auguſti anniuerſariam ſolemnitatem, apud Franciſcanos celebrari conſuetam, quam ſui Pręceſſores a regularis Templi erectione honorificè celebrauerant; & ipſe ſolemniter concelebrare per triennium ſuę reſidentię nequaquam neglexit: immo pluribus, & Coapoſtolicis ſuis Capuccinis, & Parochis Sacerdotibus, pro confluentium fidelium confeſſionibus excipiendis, conuocatis, congregatis tum indigenis, tum alienigenis; intra Miſſarum ſolemnia de Indulgentiarum quidditate, qualitate, & efficientia pariterq; de huiuſcemodi ſpiritualium theſaurorum acquirendorum modo vtiliorem ſermocinationem proponebat: ſicque copioſiori Populorum frequentia Minoritarum propriam hanc celebritatem magnificè, ſed religioſe excolebat, cuius ad pium cultum honorificentiùs percolendum benignè, & deuotè concorditer accedentes geminos Epiſcopos Salutienſem, & Aſtenſem vna, eademq; die Capuccinorum in Eccleſia celebrantes gratanter aſpexit, alterumque ipſorum nempè proprium Salutiarum Antiſtitem ad ſuos pauperes diuertentem humiliter excepit, & quo explorato oraculo, & acceptata facultate Eccleſiarum quarum-

Feſtum Portiunculę per triennium ſolemniter celebrat.

> A Reuerendiſs. Antiſt. acceptata facultate, Eccleſias quaſdam ædificādas, ſiue reficiendas curat.

dam ædificationem reficiendam, & aptiùs diſponendam curauit. Parochiale templum Sancti Iacobi in Draconerienſi agro conſtitutum anguſtum nimis Incolę experiebantur, quo igitur recipiendis populis latiùs pateret; cum Parochiani nonnulli pia legata pro campeſtribus Sacellis paſſim erigendis peſte ſublati dereliquiſſent; Fr. Mathias ex his recollectis ſufficientem pecuniam conflari conſuluit, atque ex conflata Parœciam Sancti Iacobi exemplari delineato ampliandam appoſitis nouis Sancta Sanctorum Altari, & Choro procurauit: quod itidem peragendum ſuaſit Confratribus Oratorij Draconerienſis Congregationis, quibus de recenti Chorum altiorem, grandiorem Aram ſuperaddenda, & ſitu commutato vbi prius cathedra ſtabat Rectoris, aperiendam iuxta communem viam portam præſcripſit.

X.

Adſcriptos autem (licèt minus ſibi debitos) & acceptos honores cum onera eſſe peroptimè intelligeret; non honorifica proſequi, ſed onerata exequi ſuæ conſcientię proficuum exiſtimauit. Quare de noui Conuentus ædificatione, ſiue conſummatione cogitans Tēpli Sacri ędificium conſummare decreuit, ad hocque licèt laborioſè, lapidum, arenę, calcis, & lateris ſufficientem copiam congregauerit: ſibi verò cum aggregandi neceſſaria ligna, poſſibilitas non ſuppeteret; ab amico quodam, Religionis benefactore ſingulari, D. Antonio Helena Draconerienſi Iuriſperito admonitus, & à Prouinciali ſuo Miniſtro iuſſus Macrenſis Vallis ad commune ærarium confugit, publicoque, atque vniuerſali Conuallicolarum congregato Concilio ſupplici exporrecto libello, religionis nomine pro Draconerienſi Capuccinorum de nouo conſtruenda Baſilica congruam trabalium lignorum, quibus Vallis altiores montes abundant, quantitatem ſuppliciter præcario, & eleemoſynario nomine præſtandam expoſtulauit: cui illi benignè annuentes, per ſuos opifices ſtructurę ſiue contignationi idonea, & congruentia præciſa ligna ad quingentorum ſcutorum Pedemontani nummimatis valorem, per Macrę fluenta deducentes Draconerium perduxerunt, & Capuccinis charitatiuè exhibuerunt, atque obtulerunt. Cum igitur Frat. Mathias nouo perficiendo Templo omnem præparaſſet impenſam, impenſiſque laborando opus ſe conſummaturum ſperaret; alio ad operandum aduocatus (vt infra mox dicetur) prædiſpoſita ſucceſſoribus perficienda reliquit. Interim verò dum ipſe ſtetit; ſtatuam deauratam, & variegatam Deiparę Matris Deum Filium altero brachio geſtantem, maiori Aræ apponendam, ab amicis dona accepit. Tabernaculum deauratum pro aſſeruando Sanctiſſimo, & Calicem pro Miſſarum celebratione, necnon Altaris vndulata ornamenta a Frat. Ioanne Prouinciali Miniſtro requiſita obtinuit: domeſticam ſupellectilem adauxit, & Conuentuali Bibliothecę plures ſacros codices comparatos ſuperaddidit. Non tamen ſic propria curabat; vt proximo debita charitatis opera præſtare negligeret: ne enim cum alijs prædicaret; ipſe reprobus efficeretur, quę adimplenda pietatis facinora populis commendabat; pauperibus ipſe, & neceſſitatem patientibus ſpiritualia, & corporalia ſubſidia impendere non obliuiſcebatur: egenis, miſeris, & verecundis pro viribus ſuccurrens. Inter hos viduę cuidam liberorum familia oneratę, & egeſtate oppreſſę quinimmo in lectulo ægritudine affectæ decumbenti aliquandiu, nempè quouſque conualeſceret, & operandi vires reciperet, abundantiora, & peculiaria ſubſidia miniſtranda præcepit, & patientibus pluribus alijs prandia opportuna ſubminiſtrauit ægrotis, & infirmis, vltra corporales viſitationes, & verbales conſolationes, Sacramentorum quoque adminiſtrationem, vel ſpontè, vel requiſitus impendebat: quibuſcumque tandem quæ valebat, bona præſtare volebat, & quæ ipſe nolebat mala noxia, & animabus, corporibuſque pernicioſa occurrentia enixè, & ſtudioſè impedebat. Impendit igitur Minoritanus hic Leuita ſuam inutilem operam Draconerienſi Miſſioni per triennium, nempe à trigeſimi primi anni ſupra ſexcentum, & mille fine, aduſque trigeſimi quarti initium in Draconerio præſidendo, non tamen per integrū triennium inibi reſedit, ſed circiter kal. Nouembr. trigeſimi tertij anni, Padnanam in Reuerendiſsimi Salutienſis Antiſtitis, pro eijciendis hæreticis laborantis obſequiorum, ſeruum, & miniſtrum emiſſus, ad Epiphaniam vſque incluſiuè a Draconerio excluſus abfuit, iterum vix Paduana reuerſus, rurſus Bennas pro noui Conuentus fundatione, & Dominicali, ac Quadrageſimali Prædicatione miſſus, his vtrumque abſolutis, per directum ad Prouincialia Comitia Taurini celebranda in principio trigeſimi quarti anni acceſſit, quando ad regularia onera portanda deſtinatus, litterariæ paleſtrę inſiſtere intra Religioſa Clauſtra coactus, Apoſtolicam militiam pro tunc exercere decreuit.

> Sacri noſtri Templi ædificium conſūmare ſtatuit, ſed omni pręparata impēſa, aliò ad operandū aduocatur.

> Ann. Chriſti 1633.

> Eccleſiæ, & Conuentui plura præſtat, ac prouidet.

> Omnibus indiſtinctè beneficus ſpiritualia, & corporalia miſericordię opera charitatiuè exercet.

> Ab Apoſtolatu ad regularia onera aduocatur.

CALCV-

CALCVLVS XIX.

Fr. HIPPOLYTI TAVRINENSIS Concionatoris, & Guardiani per annum 1634.

I. CVm à vigeſimo nono anno incluſiuè currentis ſæculi ſeptimi decimi tribus Apoſtolicis in Stationibus ſucceſſiuè per integrum luſtrum egregiè primo Paduſanę, ſecundo Caſtridelphini, tertio Perrerij operatus fuiſſet Fr Hippolytus Taurinenſis; tamquam exercitę Eccleſiaſticę militię ſtrenuus, & probatus decertator, ac profeſſor præficitur hoc anno, à Seraphici regiminis Præfectis Draconerienſi, & Apoſtolatui exercendo, & Guardianatui adminiſtrando. A Perreriana igitur Cuſtodia ad Draconerij excubias per directũ tranſlatus mutauit ſedem, ſed non propoſitum: geminato namque labori addictus, adaugere labores, congeminare ſolicitudines ſicuti decreuit, ita executus, ac proſecutus eſt per annũ ſuæ reſidentię, dum regulari obſeruantię intra domeſticos parietes, atque Euangelicę vigilantię ad extra proximorum ſaluationem procurando incumbit. Succubuit itaque numquam iugi, ac continuę licèt improbę fatigationi prædicandi, ac concionandi, per Draconerium, & coherentes Villas peragrandi, Sacramentorum Pœnitentię ſignanter in diſtributione miniſtrandi, Parochis cooperandi, indigentibus, ſiue egentibus vniuerſis ſpiritualiter, & corporaliter ſubueniendi: infatigabilis in miniſterio, ſedulus in opere, cunctis beneficus apparere ſtudebat; vnde nec ipſos paruulos, aut rudes negligebat; quinimmò ſimplicium Catechiſmum apprimè curabat, & inſcientium inſtructioni mirificè inſiſtebat; ſicut & diſſidẽtium pacificationi perpetuò ſtudebat: ſpiritualiter autem extraneos ædificando moribus, & doctrina, ſolicitiori quoque opera, ac diligenti ſolertia domeſtici ſui Cœnobij ſtructuram promouere nitebatur; atque à ſuo prædeceſſore prædiſpoſitum ædificium perficere accelerabat.

Ann. Chriſti 1634.

Tranſlatus à Statione Perreriana ad Guardianatũ Draconerienſem Fr. Hippolytus, opera Apoſtolica egregiè exercet.

CALCVLVS XX.

Fr. PETRI à PLANITIA Concionatoris, & Guardiani per annum 1635.

I. PRæſenti anno trigeſimo quinto cum mille, & ſexcentis, rationabilibus de cauſis adductus Victorius Amedeus, Pedemontium Dux ab Vrbano VIII. poſtulauit, atque benignè annuente Pontifice reportauit D. Iacobini Marenchi Reuerendiſs. Antiſtitis de Salutienſi ad Nicienſem Cathedram Epiſcopalem tranſmutationem. Qua Præſulis tranſlatione illud effectum eſt; vt Salutiarum & totius Marchię Pontificalis infula per integrum annum viduata lugeret. Hoc igitur vacantis Sedis tempore à regularibus Præſulibus Miſſionarius electus, ac deputatus, atque etiam in Guardianum ſuffectus, Draconerium venit Fr Petrus à Planitia iam olim in Pancalerienſis Apoſtolatus cultura exercitus. Draconerienſis Cuſtodię congeminatum exercitium ſolicitè, ac ſedulò excolere ſtuduit; ita vt, & Clauſtralis diſciplinę curam gereret, & Euangelicę curationis ſtudium non negligeret: aſſiduè concionando, opportunè catechizando, & Pœnitentię Sacramentum frequenter adminiſtrando. Sed quid ſcribo frequenter? quinimmò cum ſolitarius Parochus Sacerdos Draconerij in Oppido conſiſteret; ſtabat pariter pro vniuerſi populi Confeſſionibus audiendis vnicus Confeſſor, quo abſente confitentium integrum pondus Capuccino incumbebat, cui etiam ad tempus recedente D. Præpoſito Diuini cultus, & Parochialis muneris gerendi onus accedebat: non cedebat tamen, nec oſcitabat Fr. Petrus; ſed ſolers in miniſterium feruidus procedebat; Oppidanis cunctis Leuiticè inſeruiendo, & ſanis, ac ægris fideliter Sacra impertiendo: diſcordantes, & iurgantes plures conciliauit, & cum humiliatarum ſororum Cõſodalitatem inſtituere Draconerienſi in Pago excogitaſſet; quod ei vniuerſorum beneuolentiam conciliare debuerat, inuidiam multorum concitauit; vnde & calumnias, ac perſecutiones non paucas iniuſtè perpeſſus, opere infecto, expleto anno in Officio ſucceſſorem accepit.

Ann. Chriſti 1635.

Fr. Petrus Clauſtralis diſciplinę curam gerit, & Euangelicæ curationis ſtudium non negligit, abſente præſertim ſolitario Parocho.

APPEN-

APPENDIX
Fr. SERAPHINI à MONTECALERIO Concionatoris.

FR. Seraphinum à Montecalerio, milleſimi ſexcentiſimi trigeſimi ſexti anni in Quadrageſima, ad Draconerienſem populum conſuetas ſeptem ſubdomadum Conciones habiturum emiſerunt Sacri Præſules concionando validiori adeò ſpiritus impulſione, & impulſiua perſuaſione auditores ſuos, vel ad bonum impellere vel à malo repellere contendebat; vt ſuauiori, & gratioſa quadam libera violentia quamplurimos ad Pœnitentiam prouocaret, ſignanter per Sacræ ſeptimanæ à Dominica Palmarum exordiendo continuum triduum, quando quadraginta horarum ab eo celebrato deuoto exercitio horariarum Sermocinationum ardentiori efficacia conuenientes, ſignanter Draconerienſes difficiliores Antianos ad manifeſta religionis, & Chriſtianæ pietatis inconſueta indicia præſtanda compulit; vnde & inimicitiarum diſſolutiones, ſiue reconciliationes, noxarum quoq; remiſſiones, debitorum relaxationes, ablatorum reſtitutiones, & inueteratorum piaculorum confeſſiones frequentiores fieri viſæ ſunt. I.

Quadraginta horarũ deuotiſſ exercitiũ quos fructus parturiat.

Ann. Chriſti 1636.

CALCVLVS XXI.
COMMVNIS.
Fr. Fr. PAVLI TAVRINENSIS, & IOANNIS RIPALTENSIS Concionatorum, & Guardianorum per annos 1636. 1637.

REuerendiſſimus Dominus Petrus Bellinus vir Doctrina rebus geſtis, vitæq; integritate celeberrimus tota hac in Subalpina regione, à Victorio Amedeo Sabaudo Principe expoſtulatus, ab Vrbano VIII. Summo Pontifice Salutiarum Epiſcopus creatus, trigeſimo ſexto hoc decurrente anno circa Idus Maij Marchionalis Cathedræ poſſeſſionem accepit: quando Paulus Apoſtolicus Operarius, ideſt Fr. Paulus Taurinenſis Capuccinus declamator, in Draconerienſis Cœnobij Guardianum ordinatus Draconerium peruenit, quem ſequenti anno trigeſimo ſeptimo, & in Officio, & in Miniſterio ſubſequens Frater Ioannes à Ripalta geminatam notitiam ſub annis binæ operationis celebrandam nobis proponit, quæ de Coapoſtolicorum Capuccinorum Concionatorum Ioannis, & Pauli commemoratione procedit, quos eadem profeſſio, & Minoritana religio verè fecit eſſe germanos. Hi igitur in Guardianatus Officio Collegæ in Eccleſiaſtico prælio, ſiuè certamine commilitones ſucceſſiuè vnus poſt alterum Paulus, & Ioannes propriæ Seraphicæ ſibi commiſſæ familiæ primò accuratiorem curam habentes; Euangelicæ ſuæ vigilantiæ concreditam plebem curare numquam ceſſauerunt, dum in ſtatione perſtiterunt: nequaquam enim ſtantes, per Vicos, & Villas continuò perambulabant, prædicationibus, Catechiſmis, ſacrorumq; miniſtratione populis inſeruiendo, & ſubueniendo, ſignanter cum ex proprij Sacerdotis abſentia Parochi munia ægrotantibus, & valentibus præſtanda eſſent. Quando nulla prorſus proprij commodi habita ratione ſingulis neceſſitatem patientibus preſtò adeſſe feſtinabant, vt egentibus proximis bona vtriuſque hominis pro virili impenderent, & noxia cuncta remouerent. Fr. Paulus quod ſuus Prædeceſſor inchoauerat, humiliatarum inſtitutum licèt admodum difficulter ipſe tandem perfecit. I.

Ann. Chriſti 1636. & 1637.

Fr. Fr. Pauli & Ioãnis idẽ zelus Fidei, ac Religionis, progreſſus.

CALCVLVS XXII.
Fr. IOANNIS CHRYSOSTOMI TAVRINENSIS Guardiani Concionatoris per annum 1638.

SVb præmemorati Reuerendiſſimi Salutienſis Antiſtitis Petri Bellini prouida, ſolicita, ac prudenti directione non bellè ſolummodò; ſed & perbellè, ac belliſſimè (liceat ſcriptoribus nonnumquam lepidis barbariſmis peruti) Petri Romanæ Cathedræ Orthodoxa fides, etiam inter nigros Dracones feliciter, & I.

Proſperè ſatis procedebat. Cum ſi qui ſupererant, à recto tramite errantes à proprio Paſtore haberent, quę ſequerentur, & vitæ verba, & vitalia exempla. Nõ enim ſolitaria licèt exuberantiori, qua abundabat omnigena doctrina, ac eruditione; ſed, & irreprehenſibilis ſanctimoniæ perſeuerantia, ac ſincera demonſtratione ſibi ſubditos greges paſcere ſatagebat iuſtus, pius, benignus & miſericors, cunctis etiam iniquis æquus, beneficus, munificus, humilis, ac modeſtus. Petro igitur Bellino ideſt, benigno Patri vt famularetur, gratioſum aureum os præſenti annuali decurſu delegarunt regulares Præſules, hoc eſt Fr. Ioannem Chryſoſtomum Taurinenſem, Guardianum, & Draconerienſem Apoſtolicum Stationarium: & congenita manſuetudine, & manſueta ingenita prudentia, humilique licèt abundantiori ſcientia, ac tandem præclara concionatoria facundia virum celebrem, qui vtriuſque ſibi concreditæ Prouinciæ Guardianatus, ſcilicèt, & Apoſtolatus ſarcinam ſubiens, ſub Euangelico iugo enixè laborans Religioſam arationem in directum protrahere, & ad perfectum perducere conatus eſt: Dei Verbum & pro concione, & pro ſolicita catecheſi vbiq; ideſt cunctis in ſuæ Miſſionis locis diſſeminatum atque à ſe proiectum, in peccantium reuerſione, & confitentium laborioſa nimis, ad virium vſque defectionem, abſolutione multiplicatum recolligens, vt in Dominicum horreum abundanter reconderet. Ad hoc nullam temporis acerbioris hyemalem, vel æſtiualem iniuriam, ſeù inclementiam pertimeſcebat, nullam aſperioris itineris difficultatem agnoſcebat, ſed infatigabilis in opere Apoſtolico perſeuerabat; diſcordantes præcipuè vt pacificaret; ex quorum numero ſingulariter Optimates quidam Draconerienſes recenſentur, inter quos potentiores cùm alter alteri percuſſionem, & fuſtis verberationem intuliſſet; percuſſi honorabilior agnatio ad arma currens indecoræ verberationis vltionem ad ſanguinis vſque copioſam effuſionem proſequi intendebat; vnde digladiantiũ factionum aciebus omnia repleta, & occupata, nec ipſi Seculares Religioſi tuti per viam incedebant. Tunc ergo de ſui Religioſi Cœnobij anguſtijs egreſſus Fr. Ioannes Chryſoſtomus aduerſarias partes ſucceſſiuè conueniens, tantum ſtetit, & perſtitit humaniori ſua ſuadela offenſis perſuadendo; vt poſt laborioſam inter vtramq; partem curſitationem, tandem aliquando remiſſis noxis, & offenſionibus dimiſſis publicè coram admirãte, & proclamante populo pacis ſpontaneum fœdus diſcordantes inirent in noſtro Capuccinorũ Sacro Templo. Cuius cõſummationem ipſe Fr. Chryſoſtomus accelerauit, pauimentum enim rubricante bitumine ſtratum, & elegantem fornicem tectorio opere litam perficienda curauit; cuius etiam adhortatione, & cooperatione Dominus Thomas Marchiſius Ducalis Theſaurarius, & Capuccinæ Religionis munificus benefactor noſtræ Eccleſiæ Sacello conſtructo proprijs ſumptibus Iconem, & Altaris ornamentum appoſuit: pro Fratribus inibi morituris ſepultura defoſſa & concamerata. Supra numeratis igitur nonnulliſque alijs egregijs facinoribus per annum præſtitis Guardianatus officio alibi perfuncturus, inde receſſit.

Ann. Christi 1638.

Fr. Ioannes Chryſoſtomus infatigabiliter Apoſtolico opere perſeuerat in Cõcionibus, & Sacramentorum adminiſtrationibus.

Rixantium diſcordias pacificat.

Eccleſię noſtræ cõſũmationem accelerat, & perficit.

CALCVLVS XXIII.

Fr. PAVLI MARIAE à CORNIATO Concionatoris, & Guardiani per annos 1639. 1640.

I. *Petrus Apoſtolus, & Paulus Doctor gentium ipſi nos docuerunt legem tuam Domine*; conſueta in quotidiana ferialis Officij recitatione canit Eccleſia. Eccl. Petrus Epiſcopus, & Apoſtolorum legitimus in officio ſucceſſor, & Paulus Concionator Apoſtolicę Doctrinę Prędicator Diuinę nos legis obſeruantiam docuerunt, occinere & poſſunt, & debent Draconerienſes in frequentiori acceptorum beneficiorum commemoratione. Epiſcopante namque Reuerendiſſimo Domino Petro Bellino Fr. Paulus Maria à Corniato à Prouincię Capuccinorum Rectoribus prędeſtinatus in Guardianum, ad Apoſtolandum pariter Draconerium acceſſit: qui opportunus quidem adfuit, quando defuncto proprio Parocho, & Reuerendo Prepoſito curatore deſtituta languebat Draconerienſis Eccleſia. Cui vt congruè, & opportunè prouideret pręindicatus Dominus Petrus Epiſcopus, Fr. Paulum Mariam Apoſtolicum Cooperatorem in Oeconomum vacantis Paræciæ ſuffecit: detrectabat quidem iſte à principio, quia vnius Operarij licèt validas vires ad triplicatam ſarcinam ſuſtentandam impares exiſtere ſciebat; à zelote nihilominus Præſule rogatus, precibus pręceptis æquipollentibus tandem acquieuit: & Guardianatus, Apoſtolatus, ac Parochialis muneris humeris manſuetiſſimis trinam ſarcinam ſuſcepit, ſuſceptamque omni ſolicitudine, ac fideli curatione valide ſuſtinendam decreuit. Quare ſuæ Religioſæ domus curam ſolicitam gerens, Eccleſiæ quoq; Dei diligentiam habebat, quia ſuę domui benè prępoſitus Domi-

Ann. Christi 1639.

Fr. Paulus Maria hoc tui Apoſtolatus ingreſſu à Reuerendiſſimo Salutiarum Antiſtite orbatæ Parochialis Eccleſię Oeconomus præficitur.

ni etiam

ni etiam Eccleſiæ preeſſe ſciebat. Igitur Fr. Paulus Maria ſedulus in miniſtrando, cunctis Domini ſui domeſticis (cum ſuper familiam ſuam Chriſtus illum conſtituiſſet) in tempore tritici menſuram diſtribuere fideliter ſatagebat; in Sacramentis, & Sacramentalibus Parochianis petentibus, ſiuè egentibus, ſanis, & infirmantibus preſtandis, die noctuq; infatigabiliter exhibendis. Quia verò Parochialis Sacrarij leuiticam ſuppellectilem perſcrutando, minus congruam & Sacris celebrādis idoneam offenderat; ex Eccleſiaſticis prouentibus minuſculis, & obuentionibus aliquali conflata pecunia, de communi Oppidanorum publico ære ad ſufficientiam adaucta, Pixidem pro cōſeruando Sanctiſſimo, & Calicem pro congruè celebrando deauranda curauit; atque nigri coloris Caſulam, cuius penuria immò carentia Parochi Sacerdotes laborabant, comparandam procurauit. Haudquaquam conſueta Apoſtolica munia ſingulis feſtis, & Oppidis predicandis, omnibus quoque Dominicalibus diebus ſimplices catechizandi interim negligens, vel pretermittens, Commiſſi namque ſuę Miſſioni populi in ſaluationis directum tramitem dirigendi ſolicitiori ſtudio tenebatur; quapropter haud intra ſolitaria Clauſtra diutiùs continebatur, immò ſæpè ſæpiùs, ſed opportunè ſemper egrediebatur; vt indigentibus præſtò adeſſet, & laborantibus pro viribus accurreret, ſicquę laudabiliter ſuæ Stationis biennium percurrendo ſuæ Apoſtolationis curſum perfecit.

Ann. Chriſti 1640.

Ex prouentibus Eccleſiaſticis, & Oppidanorũ publico ære Pixidẽ, Calicem, ac paramẽta comparanda procurat.

CALCVLVS XXIV.

Fr. MATHIAE Concionatoris, & Guardiani ſecundò per annos 1641. 1642.

I. F*Iduciam autem talem* (aiebat Apoſtolus) *habemus per Chriſtum ad Deum, non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt, qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti, non littera ſed ſpiritu: littera enim occidit, ſpiritus autē viuificat.* Quia enim ad Epheſios ſcribens dixerat: *& ipſe dedit quoſdā quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem Paſtores, & Doctores ad conſumationem Sanctorum, in opus miniſterij in ædificationem corporis Chriſti.* Ne quis ergo ad tàm ſublimia hęc miniſteria à Deo aſſumptus, Corporis Chriſti ideſt Eccleſiæ ædificationem propria ſua efficientia, atque ſufficientia promouere, & perficere ſibi blandiendo præſumeret; monet Apoſtolicorum Miniſtrorum Anteſignanus & docet, quod omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt, qui idoneos nos fecit Miniſtros Noui Teſtamenti: cumque nec ipſum quidem cogitatum bonum ex nobis habere ſufficeremus; dedit nos Doctores, Paſtores, Euangeliſtas, & Apoſtolos, ſicuti patet Actuum primò in D. Mathiæ electione. Mathias iuxta Aratoris, & Bedæ interpretationem latinè ſonat Dei paruum, ſiue humilem. Cum igitur ipſe ſua aptè natura paruus, humilis, ideſt inſufficiens, & ad Euangelica magiſteria inhabilis exiſteret, à vocante Chriſto ad Diſcipulatum, poſtmodum verò ad Apoſtolatum electus, & enectus, idoneuſq; à vocantis gratia effectus; qui nouæ Eccleſiæ ædificationi, & Sanctorū conſummationi cooperaretur; annumeratus eſt cum vndecim Apoſtolis; vnde fiduciam habens per Chriſtum ad Deum confidenter opus miniſterij exercendum ſuſcepit, non littera ſed ſpiritu. Fr. Mathias non ſola nominis expoſitione, ſed multò magis ſincera veritatis confeſſione paruus, & humilis, ideſt vilis, inhabilis pariter, & ad quodlibet vel minimum laudabile facinus inſufficiēs à Deo per capitulares Preſules, hoc anno in comitijs Taurini Ianuario Menſe celebratis, ad Apoſtolicum munus primò Verzolij, poſtea Draconerij exercendū euocatus, vocationis gratia operante idoneus factus eſt Miniſter Noui Teſtamenti, non quod ſufficiens eſſet cogitare aliquid boni, ſed omnis illius ſufficientia ex preſtitæ gratiæ efficientia proceſſit, quò in opere Euangelici Miniſterij cooperaretur ad perficiendam Fidelium ſanctitatem: vt ergo reædificandæ Eccleſiæ fideliter miniſtraret; non littera ſed ſpiritu elaborare enixus eſt, fiduciam habens plurimam ad Deum per Ieſum Chriſtum.

2. Cor. cap. 3.

Epheſ. cap. 4.

Ann. Chriſti 1641.

Fr. Mathias ſecundò huic Stationi, ac Guardianatui præficitur.

II. In Saluatoris igitur nominis auſpicatiori omine, cum & Guardianatus, & Apoſtolatus ſuſtinenda onera ſuſcepiſſet; tunc Draconerium geminatum ad ſibi exercendum Magiſterium acceſſit, quando geminę Eccleſię nempè Saluſienſis Cathedralis, & Draconerienſis Parochialis proprio adhuc Rectore, & directore carentes vacabant, vndè haud ſibi vacandum, quinimmò multipliciter laborandum intellexit, vt & ſuę religioſę domui benè preeſſet, nec Eccleſię Dei viduatę deeſſet turbulentioribus illis tempeſtatibus, quibus ciuilia inter Sabaudos Principes diſſidia fouentes Gallicanę acies, ex parte Caluinizantes per vniuerſam hanc Subalpinam Italiam diſcurrebant, & hyemales Stationes prolixiores per Oppida diſtributi promiſcuę Fidei milites ducebant, ac protrahebant. Vnde & ſub his diebus inter

Quidã Draconerienſis Pſeudominiſtrũ ſub militari titulo domi ſuæ alit.

Draconerienſes optimates quidam, ex benè nota familia ab antiquo Caluinizate conſueta, militiç Gallicum Ducem, qui Pſeudominiſtri munere fungebatur, ſuo ruri alere, ac ſub militaris commeatus titulo retinere gaudebant: quia eò perfidi conuenientes deceptorias illuſiones à circulatore vẽditatas inhianter excipiebant. Nec eos Euangelicus excubitor etiam de ſpecula contemplando, & in excubijs ſolicitius inuigilando deprehendere valebat, quia qui furtiuos, ac nocturnos congreſſus, acceſſus, & receſſus fideliter exploraret, ac referret non habebat: violentus enim militaris metus tunc omnia replebat, ſicque perfidia violentia aſſociata, religioni præualebat, ſicuti ex mox enumerando occurſu ſiue incurſu liquidò conſtabit. Parochialis Draconerienſis Præpoſituram vacantem hoc tempore, à Romano Pontifice reportauerat Sacerdos quidam, ex Nicienſi Comitatu oriundus, qui licet Theologica facultate celebraretur instructus; contra tamen Draconerienſis populi placitum, quibuſdam de cauſis eum auerſantis, & petulcaciter reſpuentis, ad ſibi collati beneficij acquirendam poſſeſſionem adueniebat.

Conſules infidelitate ſuſpecti.

Qui tunc Oppidi rempublicam adminiſtrabant gemini Conſules, infidelis Fidei ſuſpicione coram vulgo laborabant, quia eorum alter de ſuſpecta ipſe progenitus, magis ſuſpectç agnationis vxorem duxerat, quç ſemel, aut iterum per annum vix coram Sacerdotibus in Sacro Templo apparebat: alter verò ex tota infecta familia primogenitus ſecundò genitos binos fratres, & ſororem ne dicam filios, etiam nonnullos computabat, qui ad hæreticas Conualles Petruxię ac Lucernç refugç, legitima ab Eccleſia Apoſtatç, ſpontanei exules quamdiù vixerũt obſtinatè perfidiando perſtiterunt. Stabat igitur ipſe ſolus in Patria, (vt vulgo ferebatur) ruri conſulens: gemini igitur hi Pagi Sindici, quia coram Romana Sacra Curia Draconerij ſuam plebem tamquam hæreſi grauiter laborantem à deſignato, & deſtinato ad ſe Præpoſito Sacerdore diffamatam intellexerant; conſcij ipſi ſibi, de ſe putantes omnia dici, quoniam veritas odium parit, feruentiori iracundia in ſuperuenientem proprium Parochum exardeſcentes, ex malitioſo condicto ad inuicem compoſito conuenientes: dum vnus ad Capuccinorum Guardianum moroſè de incurſu, & iniurioſo occurſu ſtudioſè tardiùs graditur admonendum, alter concitata prius puerorum minuſcula, mox plebeiorum grandiuſcula plebe prouocatorijs vocibus, & adhortatorijs clamoribus in aduenientem, & loci portis iam iam approximantem Sacerdotem Præpoſitum, tamquàm iniurioſum, ac calumniatorem cõmuniſq; patrię honeſti nominis, & exiſtimationis publicè deturpatorem ſeditionem plurimorum ex-tempore excitat, qui lapidibus, lignis, ferroque armati furentes, certatimque feſtinanter egredientes, cum in ſuburbio extra portam, qua Buſcam pergitur, ternos Sacerdotes hactenus ſibi incognitos, obuios habuiſſent; quis nouus Parochus eſſet non diſcernentes, indiſcretè, & hoſtiliter tres Præsbyteros fuſtibus, ac gladijs adorſi ſunt.

Ann. Christi 1641.

Seditionem excitant cõtra nouum Præpoſitum.

Furens plebs hoſtiliter adoritur Parochum.

Quo inſperato, & hoſtili occurſu obſtupefacti, & rationabili timore illi percuſſi fuga ſuç vitç conſulere Leuitę voluerunt, ſed à perſequenti turba ſaxis, lapidibuſque impetiti, tandem ſuburbani cuiuſdam domum ingredientes, tutiores latebras quæſierunt Parochus Figueria, & ſecundus quidam Ceſpitelenſis Sacerdos: alter verò per vineta difugiens, indecora paſſus euaſit. Interim dum hæc ita peraguntur; moroſus nuncius Sindicus alter, vbi in inſtructas inſidias incidiſſe Præsbyteros coniectatur; fatigatum ſe ex curſitatione ſimulans, anhelans ad Fr. Mathiam ſuo in Capuccinorum Conuentu domeſticis incumbentem, quaſi feſtinus accedit, eumque (iuxta Capuccini, quod euenturum erat, ſuſpicantis, mandatum) de deſignati Præpoſiti aduentu commonet, enixèque deprecatur; vt gradus acceleret, ne à concitato populo inuiſus ſuperueniens Sacerdos mali aliquid præter prudentiorum intentionem pateretur. Feſtinat Apoſtolicus Stationarius, ne minus decorum quid Eccleſiaſtico Miniſtro aduentanti accidat. ſed cum ad ſuburbium perueniſſet, à Præsbyterorum perſecutione reuertentes nonnullos cum obuios habuiſſet; duriſſimè increpauit, ſeque à doloſo Sindico fraudatum animaduertit: quare cum quod multò ante verebatur accidiſſe ex perfidorum inſidijs cognouiſſet, nec adhibita, & exhibita ſua ſolerti diligentia præuiſum malum præcauere valuiſſet; diſperſos ſaltem Sacerdotes inquirendos, & à perſequentium manibus eripiendos ſibi indixit. Vnde per ſuburbanas domos diſcurrendo binos Sacerdotes in latibulo trementes inuenit, & de latebris eductos blandis verbis, & ſuauioribus confortationibus adhuc pertimeſcentes cõfirmauit, atque à timore, ac tremore liberauit: quinimmò adhuc ieiunos, è proprij Conuentus promptuario allatis edulijs eos refocillauit, reaſſumptiſque viribus perſonaliter illos concomitans, omnique moleſtia liberos ad tutiorem locum perduxit, ſecuroſque Buſcam verſus ire permiſit.

Fr. Mathias Sacerdotes inquirit, à perſequẽtiũ manibus eripit.

Altera autem die viſis ſcripturis, inter longè à ſe inuicè diſſitas partes diù curſitans, populũ Parocho vt reconciliaret, iugiter laborauit: vnde prudentioribus, & ſincerç Fidei profeſſoribus præualentibus, infra paucos dies benignè exceptus Reuerendus Præpoſitus, ſibi aſſignatç Parœcię pacificam poſſeſſionem acquiſiuit, & domicilium in Parochi conſuetis Ædibus poſuit.

III.

Subdoli inſideles peruerſa moliri cogitant aduerſus Miſſionarium, & Parochum.

Abyſſus abyſſum inuocat: ſubdoli enim nonnulli, ſecretò adhuc Caluino militantes in Draconerio, nigriores, & venenatiores dracones priori ſpe Parochū reijciendi deluſi, & à praua ſua expectatione fraudati, nequiori, ac perfidiori aſtu aduerſus ſuę perfidię validiorem aduerſarium iniqua moliri cogitauerunt: quinimmo geminos Catholicę Eccleſię religioſos propugnatores Parochum, & Miſſionarium hoc anno prouiſo vnico ictu deijcere, vel ſaltem eijcere decreuerunt; dum inter eos iurgia ac diſſidia ſeminantes vnum aduerſus alterum, iuxta conſuetum hæreticorum, concitare ſtuduerunt. Callidi igitur ſimulatores, (quorum nomina conſulto reticeo) qui vtrumque ſimulatos hos fideles fideliores coram plebe apparere affectabant, ſingularem beneuolamque confidentiam cum deſcecuti aduentato Parochiali Rectore ſimulantes, domeſticis confabulationibus, atque familiaribus inuitationibus necnon comeſtibilium frequentioribus donationibus illius amicitiam, ac familiaritatem ſibi conciliare in primis ſtuduerunt: poſtmodū Parochialia iura zelare ſe ſe oſtentantes, his contrarias, ac perniciosas quam maximè Miſſiones demonſtrare conabantur: quamobrem à ſuis iuribus detrimentoſi Miſſionarij conuerſatione, ac confœderatione incautum Sacerdotem alienare, & auertere diuerſis ementitis commentis proſecuti ſunt. Quod vbi à nimis credulo increduli ſubuerſores obtinuerunt; in Fr. Mathiam præcipuè veluti antiqua iam Optimatum amicitia, & Oppidanorum communi beneuolentia potentiorem, ac ſibi magis infeſtum impingere, & illidere conuenerunt. Accepta igitur occaſione, quod Franci-prævalentes, expugnatę Cunienſi Ciuitati, & Prouincię moderandę

Maligni inſidiatores Fra. Mathiam accuſant, ſed inſamia purgatur.

Lutheranum quemdam natione Rhetice Tribunum Sectarium præfecerant; vt à ſe excogitatę malitię, & compoſitę proditionis peroptatum finem commodius, & aptiùs aſſequerentur; Capuccinum ſacrum oratorem, quaſi in Gallos iniquus pro concione Galliçanos Duces, & Dynaſtas crudeliorem tyrannidem in populos exercere aſſeruiſſet, apud Lutheriſticum Ciuitatis, ac Prouinciæ Præfectum detulerunt. Vnde ille per Capuccinorum Cunienſis Guardiani litteras Frat. Mathiam admonitum ad ſe accerſit. Hic verò intrepidè nihil ſibi cum hæretico homine commune reſpondens, vocanti annuere renuit. Interim Optimates Oppidi, coacto prudentiorum Conuentù coram aduocato Iudice, ſingulorum iuramento firmatū, atque ſcriptis manu Tabellionis exaratum authenticum veritatis teſtimonium vnanimiter ſubſcripſerunt, & per cōmuni nomine auctoritatis hominem, ex ipſis Cuneum deſtinatum coram Lutherano Gubernatore Capuccini declamatoris innocentiam plenariè conteſtari fuerunt: ſicque maligni, & doloſi inſidiatores euanuerunt in cogitationibus ſuis; nequaquam tamen ſcelestiores perſecutores à ſua malitia receſſerunt; ſed fraudulentiora molientes in inſidijs aduerſus Fidei defenſorem quę ſequuntur machinantes perſtiterunt.

IV.

Interim nempè dum Eccleſiaſtici Regni callidi, ac vaferrimi perduelles ſedentes in inſidijs cum diuitibus in occultis Orthodoxę Eccleſię Apoſtolicum propugnatorem in Euangelico opere perturbare; atque à Draconerienſi Statione deturbare nituntur: perſtabat ille ſtrenuè in officio Leuiticę conuerſę ſuæ exercitationis vbique, id eſt, per omnem proprię Miſſionis locum perambulando, prædicabat, catechizabat, & Sacramentaliter miniſtrabat, inceſſanterque in Draconerij Oppido aduerſus hæreticam prauitatem militaribus inuolucris, & fomentis ſecretò nutritam declamabat. Oblatrabant in angulis platearum, vel domorum illi, ſed ſagittę paruulorum factę ſunt plagę eorum: pertonabat iſte de ſuggeſtu, & ſagittę potentis acutę cum carbonibus deſolatorijs validè penetrantes iniquorum & facinoroſorum virulenta corda transuerberabant, per continuam Sacri Aduentus prædicationem, vnde Euangelici chirurgi proprium vicus detegentis, & latens in viſceribus nequitiæ virus eijcere nitentis, cum acriorem curam vltronei languidi diù ſufferre non valerent; vt quia à Statione per hæreticum Gubernatorem, ſicuti Demontani Fr. Stephanum Taurinenſem (vt proprio numero dantes) eiecerant, ipſi Fr. Mathiam expellere non prævaluerant; per proprium Parochum ſuis malignis artibus circumuentum, & in Miſſionarium concitatum, à Quadrageſimali prædicatione Draconerienſi in Parœcia de more peragenda impedire conantur.

Ann. Chriſti 1641.

Dum Fr. Mathias Euangelico operi incūbit, callidi perduelles ipſum à Statione eijcere conātur ſed fruſtra.

Illū à Quadrageſimali predicatione in Parochiali deturbant.

Ann. Chriſti 1642.

Reuerendum ergo Prepoſitum tamquàm Theologica eruditione pollentem adhortantur; vt Quadrageſimales imminentes ſermocinationes ad proprias oues, ipſe per ſe, non per cooperatorem Capuccinum habere velit. Annuit ille, atque per internuncium Fr. Mathiam admonet; in propria ſua Parochiali Eccleſia illius cooperatoria concionatoria opera vltra ſe non indigere, nec deſiderare, quia ſufficienter per ſemetipſum Draconerienſi ſibi commiſſo gregi, & prædicati verbi pabulum, & ſpiritualem alimoniam & valebat, & volebat miniſtrare. Quibus ille auditis ter rationabile hoc, & Parocho dignum; immò debitum eſſe nunciam reſpondit: latior autem Domini ager illis in oris eum procideretur; Euangelici etiam binis operatoribus nuſquam Apoſtolandi defuturum opus; quod vnanimi, & concordi labore ambo viciſſim enitentes proſequerentur, aſſeruit.

V. Huiuſcemodi ergo accepto nuncio, vigil Excubitor à Sathanę Aſſeclis ſibi inſtructas, & compoſitas inſidias de ſpecula contemplans comprehendit: haud tamen ob inexpectatum occurſum deſpondit animum; quinimmò proximum per percurrendum Quadrageſimalium concionum curſum pluſquam conſuetos, ac ordinarios ſpirituales prouentus in profectum Fidei, & Religionis ſe collecturum ſpem ſpopondit. Quamobrem ex-tempore in proprij Conuentus Templo ex nuceo ligno extructo, & erecto ſuggeſtu, & circumcirca commodis ſedilibus appoſitis, vniuerſiſque neceſſarijs expeditè compoſitis, ſuperioribuſque, ac populis de aduerſantium technis, & artibus admonitis, prima ſuperueniente feria quarta Cinerum Quadrageſimalibus ſermocinationibus in propria regulari Eccleſia habendis principium fecit, firmo in ſuo corde ſtatuto propoſito; vt quanto callidiùs, ac doloſiùs, vel fraudulentiùs ſiue violentius multiplicaris retinaculis Lucifer Euangelicam ſuam agricolationem præpedire niteretur, eò feruentiùs ſolicitius, ac validiùs Apoſtolicum ſibi demandatum miniſterium ipſe proſequeretur. Cœpit igitur, & inſtanter perſeuerauit Draconerienſi non in ſolo Pago, ſed & in agro, ideſt circumadiacentibus Vicis, ac Villis ſtudioſius, ac laborioſius diſſeminare verbum Dei, vehementiori ſpiritu gentem illam ad pœnitentiam prouocando: vnde perorantis ſermo numquam terminabatur, quin exaudientium oculis copioſiores contritionis lachrymę erumpentes contrita adſtantium corda conteſtarentur. Ideò à ſuggeſtu ad confeſſionale progrediens excipiendis confeſſionibus quandiu confiteri volentes accedebant perſeuerabat. Quibus abſolutis ieiunus ſemper ad propria remeabat, ſicque faciebat cunctis feſtiuis, vel ferialibus diebus, quibus vel ad Villas egrediebatur, vel in Oppido concionabatur. Quò autem Draconerij & Incolæ, & Accolæ abundantiùs ſpiritualibus gazis ditarentur; circa Quadrageſimalis exercitationis dimidium, exercitium quadraginta horarum inſtituit, & per triduum ſuſtinuit, expoſito Sanctiſſimo in ſua Eccleſia, per diſtributas horas conuenientibus efficaciùs perorando; atque cuiuſlibet horariæ pro perorationis termino iuxta a Summo Pontif. Apoſtolicis Concionatoribus attributam facultatem, adſtantibus confeſſis, vel contritis ac Sacra Communione refectis, Plenariam omnium peccatorum Indulgentiam de ſuggeſtu in eleuati Crucifixi Ieſu nomine, & merito, Crucis edito ſigno, concedebat.

In propria Capuccinorũ Eccleſia prędicat, & in circũuicinis villis, magno cum animarũ prouentu.

Circa dimidiatam Quadrageſimam, quadraginta horarũ orationem inſtituit.

Ann. Chriſti 1642.

VI. Illius ergo pro ſermocinationibus exaudiendis cum inſoliti vicinorum populorum concurſu in dies frequentiores fieri conſpicerentur, Dominicalibuſq; præcipuè feſtiuitatibus: Fr. Mathias manifeſtum opus Dei agnoſcens, cum operanti Diuinæ gratiæ pro ſuo munere cooperari satageret; validiùs vehementiùſq; aduerſus humani generis aduerſarium inuehi, & declamare decreuit: quare liberati obſeſſi dæmoniaci tertia quadrageſimali Dominica occurrentis Euangelij oblata, & excepta opportunitate; de peccati malignitate, & de Diaboli in peccatores ſæuitia, ſęuaque tyrannide efficaciorem concionem ad copioſum, ſeù numeroſum congregatum populum concitato ſpiritù habuit. Sermocinantis igitur feruentioribus vocibus tantam vim, & efficaciam Dominus contulit; vt ex-temporè vniuerſi in largiorem fletuum profuſionem eruperint: vbi verò ille gemituum inceſſabilibus vocibus à Sermocinatione impeditus, arrepto pulpito inſidente Crucifixi ſimulacro, humanæ ſaluris aduerſarijs, & Auernalibus hoſtibus imprecari, atque in nomine Saluatoris, vt à fidelibus animabus diuexandis recederent, imperare cępiſſet; vehementiori concitato miſericordiam, inclamantium eiulatu, iugibus decurrentibus abundantioribus lachrymarum riuulis, nonnulli (inter quos Iuuenis quidam homo ſignanter) publicè coram populo propria etiam verenda facinora, & tegenda piacula Dei ſpiritu impulſi fateri, & confiteri, ſe damnabiles peccatores confitentes aliquandiù perſeuerauerunt: de ſuggeſtu autem Concionator cum ſilentium indiceret, atque vt quieſcerent, ac conclamandi finem facerent, perſuaderet, nihilque proficere; diſceſſit ipſe perſtantibus illis in Diuinæ miſericordiæ repetitis, immò multiplicatis inclamationibus. Poſtquam autem in Templo diu commorati ad propria vt regrederentur; egrediebantur, per vias Oppidi adhuc flentes, & eiulantes validè adeò procedebant; vt vel quoſque obuios habitos ſecum plangere, vel domeſticos domum ingredientes ad complangendum ſuis gemitibus impellerent: immo quidam Gallicus miles, qui ſermocinationi interfuerat; compunctionis ſpiritum exuberantiorem adeò concepit; vt per prolixiores dies, etiam ſepties immò ſæpius in die Concionatori Capuccino obuians protinus ſiue in foro, ſiue in Vico copioſiores in planctus ſe daret: alter verò itidem alienigena non quidem ſeptuagies ſpeties ſed multoties ad Euangelicum monitorem accedens totius anteactæ vitæ generalem luſtrationem, & conſcientiæ perſcrutationem non ſemel, ſed multipliciter repetitam plures per dies, & vices contrito corde perfecit. Quamplurimi itidem pœnitentes homines Capuccinum Confeſſarium opportunè, & importunè conuenientes, ſuarum conſcientiarum inueteratis languoribus cataplaſmata congrua requirebant.

Accepta opportunitate Dominicæ tertię Quadrageſimę, cũ de peccati malignitate, ac Diaboli in peccatorum animas ſæuitia ſermonẽ protraheret, mirificos fructus conuerſionum animarum reportat.

VII.

Proſpiciens igitur Euangelicus ſeruus., qualiter benignus Deus inſufficientem famulum in idoneum Miniſtrum eleuaſſet, & ſufficienter in miniſterio proficiendi gratiæ operantis ſufficientiam ſibi ſubminiſtraſſet; ædificationem Corporis Chriſti promouere validius excogitauit: quamobrem ſi in præcedenti decurſu quadrageſimali prædicando feruentiùs fidelium ſanctitatem, ideſt ſanctum propoſitum conſummare ſtuduerat; modò ſuperaccedẽtibus hebdomadę ſacratioribus diebus, quibus abundantiores Chariſmatum effuſiones populo Chriſtiano Deus cõſueuit impertiri, impenſiùs & ipſe collaborare ſtatuit, quò ſanctioribus, quæ tunc ab Eccleſia celebrantur, & recoluntur, deuotiori cultu myſterijs in repræſentandis, & populo explicandis pœnitentiæ digniores, & perfectiores fructus proferendos à fidelibus procuraret. Quare non ſemel Paſſionum Chriſti laborioſam predicationem habere voluit; ſed ſemel, & iterum primò in Sancti Damiani Oppido feria quarta ſeptimanę per quatuor horarum ſpatium productam, haudque ſine gemitibus, & audientium clamoribus, ac fletibus, copioſoque reſipiſcentium prouentu abſolutam: ſecundò Draconerij in mane ferię ſextę Paraſceue conuentualem intra Baſilicam propoſitam, per quinque horarum tempus protractam fauente adeo pariter, & à Deo aſpirante ſupero flamine; vt Diuinæ charitatis flammis accenſi, & compaſſiua patientis Saluatoris religioſa interiori teneritudine pariter, & tenera compaſſione, atque affectione permoti intra, & extra anguſtam Eccleſiã in veſtibulo, ac publica via adſtantes, & conſiſtentes, vndique ex vicinis Oppidis confluentes promiſcui ſexus Fideles copioſam lachrymarum vim profundentes, Diuinam miſericordiam in ſuorum delictorum expiationem iugiter vſque in finẽ ſermonis deuotè conclamare perſeuerauerint; ita vt clamantium gemitibus, & flebilibus vocibus validè concuſſis etiam durioribus, & potentium obſtinatioribus cordibus, conceptæ in compaſſionis ſignum ipſi pernicaciores flentibus complorare palam coacti fuerint. Verùm quod conſiderabiliùs eſt, ex hac Saluatoris Crucifixi efficaciori commemoratione commota vniuerſa conuenientium fidelium plebs, non vulgares, gregarijq; homunciones dumtaxat; ſed & Optimates quique ſolicitiores ad Capuccinum Sacerdotem Euangelicum directorem, ex illa hora frequentiùs feſtinabant accedere; vt generales exactiores, etiam ſcripto exaratas ſuarum conſcientiarum Sacramentales perluſtrationes coram eo dolentes, & fideliter de præteritis piaculis conterentes perficerent, noxaſque atque offenſiones de corde remitterent. Vnde, & factum eſt; vt à fer. 6. Maioris hebdomadæ ad vſque Dominicam in albis, & vltra, vltrò conuenientium componendis litigijs, & conciliandis diſſidijs incumbere Apoſtolicus mediator compulſus fuerit, haud exiguo cum ſpirituali, & temporali Oppidanorum emolumento vniuerſis de corde ad propria redimenda piacula, & Diuinam iracundiam prouocantia crimina diluenda concurrentibus

Copioſiores fructus in maiori hebdomada.

Chriſti paſſionẽ ſæpius repetit.

Ann. Chriſti 1642.

Multi ex Optimatibus etiam Generalẽ cõfeſſionem ſuorum peccatorum perficiunt.

Diſſidia conciliantur.

VIII.

Ne igitur commune Oppidi bonum curans, peculiare ſibi concredito Apoſtolico muneri imminens malum negligeret Fr Mathias; perſpiciens quomodo iniquorum aduerſantium nequiori factione Euangelici miniſterij, iuxta Romanæ Curię præſcriptum, exercitium in Parochiali Draconerienſi Eccleſia, ſub ementitis honeſtis titulis, ſibi interdictum fuerit, inuigilandoque in excubijs intellexiſſet: perſonatos Caluini aſſeclas, ſub Catholiciſmi fraudulento palliolo, dum Parochialia Iura patrocinari ſe ſimulant, Apoſtolatus firma Eccleſiaſtici Regni propugnacula Italicis illis in oris proſternenda moliri; quò Sectarijs ſuis Caluinizantibus inuaſoribus Catholicam Eccleſiam inuadendi aditum aperirent, & Parocho decepto, & Miſſionario eiecto duplici huic à malignantibus pertentato nequiori molimini duplex munimen obijcere cogitat. Quamobrem vix pro ſuo munere expeditis eo anno Sacramentorum Parochialibus adminiſtrationibus, circa nonas Maij, cõgregato coram publico in ſolita domo Draconerienſium conuentu Fr. Mathias comparuit, & exponens, & exprobrans quod Oppidanorum fictè fraudulenterq; blandientium perfidia, ac doloſa malitia conſueta ſibi Apoſtolici miniſterij munia populo præſtandi oſtium in Paræcia occluſum fuerit, & ſpontaneum hactenus de Summ. Pontificis mandato à Capuccinis exhibitum concionum Annualium obſequium reiectum, ſibique interdictum extiterit: ideò cum Apoſtolica Miſſione ipſis delegatum cooperarium agnoſcere, & recipere recuſaſſent; non recuſabant Capuccini, vti Religioſi operarij more regularium cœteris in Villis, ſeu Ciuitatibus commorantes, Draconerij Pago, in quo ſuæ Religionis Monaſterium conſtitutum habebant, prædicati verbi ſeruitium quoties, & vbi opus fuerit, impendere. Sed (vti par eſt) & rogati, ſiue aduocati, & alimentis congruis, iuxta Sacros Canones, Concilijque Tridentini præcipuè, ſibi opportunè ſubminiſtratis: de qua ſua proteſtatione, & poſtulatione à Præſidente ordinario Iudice petijt publicos ſibi concedi teſtimoniales actus, quos Secretarij publici inibi exiſtentis, & conſcribentis ſcriptura, in propoſitionum publicarum conſueto reipublicæ Codice exaratos conceſſit, ſicque ab illis Fr. Mathias receſſit, hincq; per directum Taurinum pro-

Inuigilans F. Mathias, auertit inſidias Miſſioni paratas.

ceſſit, atque ad Reuerendiſſimum Apoſtolicum Nuncium, tunc Gaſparem Cechinellum acceſſit: coram quo ſibi demandati Euangelici operis proſequendi obiectis impedimentis expoſitis, ſupplici exporrecto libello pro remedio expoſtulauit, cui expeditè annuens zelans Antiſtes propria deſcriptum manu decretum emiſit, quo Draconerienſi Parocho, ſub ſibi arbitrarijs infligendis comminatis pœnis, interdixit; ne Apoſtolicę Sedis emiſſos Operarios, ideſt Capuccinos Miſſionarios ab Euãgelico concionandi opere in ſua, vel in qualibet ſuæ Miſſionis Eccleſia præpedire auderet, neuè cuiuſlibet alterius quamuis approbatæ, vel exemptæ Religionis Predicatores, etiam in propriam ſuæ Præpoſituræ Parœciam adducere, vel ad Conciones quaſlibet, ſub quocumque pretextu introducere præſumeret. Vti ſuo numero exaratis authenticis patet.

A Reuerendiſs. Nūcio decretū reportat.

IX. Cum igitur pacificus ipſe in ſua cuſtodia peruigilaret, & domeſticis, ac ciuilibus bellorum incurſionibus exagitata hac in miſera Pedemontana regione extremis in Italicis liminaribus excubaret, procurando (vt quantum fieri poterat) militares aduerſas incurſiones, & inuaſiones à Draconerienſi populo auerteret; contigit vt quidam militiæ tribunus, in certamine proſtratus, mille Pedemontani numiſmatis libras pro Cœnobitico noſtro regulari ædificio conſummando legauerit, quod pium legatum cum ope, & opera Excellentiſſimi Domini Marchionis Planitiei iam ad noſtræ fabricæ Præfecti Sæcularis hominis manus peruenisſet; malignantium perfidorum proditoria, & compoſita delatione admonitus hæreticus Cunienſis Ciuitatis Adminiſtrator Rheticus Lutheriſta emiſſo militum agmine, pauperum Chriſti eleemoſynarium prædictum ſubſidium ſubripuit, & in proprios ſuos vſus conuertit: ita à Lutheranis Pſeudodoctoribus, & Pſeudodogmatibus Iuſtitiam colere edoctus. Sed ſceleſtiorum aduerſantium in confuſionem, breui altera manu conſumandæ Capuccinorum ſtructuræ prouidit Deus Omnipotens. Cum enim fidelis, & Catholicus militiæ Tribunus Mauritius Marchiſius Draconerienſis in Demontanę Arcis violenta expugnatione lapidis demiſſi à propugnatoribus iactu, & pondere grauiter in capite vulneratus, ad interitum properaret; Dominus Thomas Theſaurarius languentis germanus perficiendæ Capuccini Conuentus Clauſuræ votum emiſit ad B. Franciſcum pro Fratris incolumnitate, poſtq; aliqualem curam mirabiliter ille conualuit: quare vouens ad Fratrem Mathiam accedens, & emiſſam promiſſionem manifeſtans conſummando operi manum admouit. Fr. Mathias ergo huius benefactoris opportunis ſubſidijs adiutus, cum ex Valgranenſis cuiuſdam honeſti viri Chirurgici legato ſufficientem quoq; pecuniam tunc accepiſſet; Sacriſtiam, adque Sacellum perducendum porticum & Clauſtrum perficienda curauit: Concionatorios codices, Gloſamque Ordinariam præcipuè de nouis ſibi attributis eleemoſynis comparatam Bibliotecæ conuentuali ſuperaddidit. Nec ſibi ſoli viuere, ſed, & alijs proficere ſtudens, Præpoſito Parœciæ Reuerendo Rectori pro eleganti conficienda Caſula variegatum pannum eleemoſynis acquiſitum, ſuppeditauit.

Lutheranus quidam eleemoſynarium ſubſidiū Capuccinis ſubripit.

Ann. Chriſti 1642.

X. Quibus omnibus & aduerſis exagitatus, & quotidianis domeſticis occupatus nequaquam tamen impediebatur, ægris, debilibus egentibuſque congrua pro virili vel perſonalia obſequia, vel realia ſubſidia impendere. ſignanter ſpirituales neceſſitates patientibus. Contigit aliquando, vt vxoratus quidam homo alearum ludo addictus, ferociori cuidam coopidano colludens non pecuniam vniuerſam duntaxat; ſed domeſticam quoque ſuo agricolandi miniſterio neceſſariam ſupellectilem amiſerit, & ſuper hæc omnia, ſibi non poſſibile perſoluendæ pecuniæ debitum cum colluſore contraxerit; quare amiſſorum deſperatione actus, & ad ſolutionē potentioris peturgentis acerbiori minitatione, ac grauioris mali comminatione perterrefactus pro tot deuitandis moleſtijs, ſuſpendium elegit, & vltroneus ad laqueum cucurrit, cui accurrens ſtrepitu admonita vxor, pro tunc maritum à ſuſpēſione liberauit; ſed miſerum à ſpontanea ſibi ſemel decreta internecione perpetuò meditata, continuò quæritata, & oblata opportunitate ſubeunda nequaquam retraxit. Cum enim ob hæc enormiora patrata crimina ſpiritus malus (Deo iuſtè annuente) deſperati homuncionis fortiorem poſſeſſionem acquiſiuiſſet; à Sathana alligatus non ſatis rationis compos, obſtupefactus, & violentiori faſcino dementatus videbatur: nihil noctu, ac die magis meditans, & affectans quàm laqueo ſe ſuſpendere, cuius Sathanico, & phrenetico deliramento, ac propoſito vniuerſa infelix eius familia diſcompoſita lugebat, vnde delirum luſorem, & voluntarium ſui ipſius homicidam pro vnico ſalutari remedio ad Capuccinum ſacrum directorem deducere, & adducere decernunt. Miſerum igitur coram ſe ſtantem cum conſpexiſſet Minoritanus Sacerdos; à Deo inſpiratus à conſcientiæ Sacramentali expiatione deſperati curationem exordiendam cenſuit: quare ſeorſum conductum pro penitentiali ſua integra confeſſione perficienda adiuuit: abſolutum autem, & iam iam reſipiſcentem domum pro tunc cum cuſtodia remiſit; poſt nonnullos dies ad ſe redeundi promiſſione, & conditione accepta. Ad ſe igitur iuxta con-

Luſorē quēdā alearū deſperatione actū, à voluntario ſuſpendio liberat.

dictum, ſtolidum adhuc ſuſpirantem bonorum diſſipatorem reuerſum iterum coram ſe ſecretò aduocatum ſacramentaliter confiteri admonuit, & melius iam ſapientem, & conualeſcentem Euchariſtico pane refocillauit: poſtmodum eum efficacioribus exorciſmis aduerſus maligni ſpiritus inſidias communiuit; rurſus ſanioribus conſilijs pro ſua ſalute cuſtodienda, & re familiari curanda inſtructum commonuit; vt penitus deſperationis foueam deuitaret: tandem apud importunum exactorē nempè colluſorem grauioribus etiam minitationibus adhibitis egit; vt quibuſdam à miſero debitore acceptis pecuniolis, maioris elucratorum ſummę exactionem nequaquam proſequeretur: opportunam denique à reſipiſcente olim ludente, de non ludendo impoſterum cautione accepta, perditum hominem à perditionis laqueo diuina operante manu liberum abire curauit.

Procurauit pariter, dum ſtetit; vt iuxta conſuetum, Anniuerſaria ſolemniori celebratione, in Ecclesia propria ſui Ordinis, & Conuentus Portiunculæ feſtum haud mediocri conuenientium populorum frequentia celebraretur, propoſitis elucrandis Plenarijs Indulgentijs, & pro ad confeſſionem accedentium audiendis fidelibus plures, vel ex ſuis Coapoſtolicis, vel ex vicinis Parochis Confeſſarios adducebat, adductiſque & ipſe cooperabatur concionando, & Sacramenta adminiſtrando: quibus Apoſtolicis exercitationibus perpetuò dum ſtetit incubuit; ſimplicium præcipuè inſtructioni ex-profeſſo inſiſtendo: dumq; legitima ipſe dogmata, & primarias ſinceræque fidei inſtitutiones rudibus tradebat; nefaria quoque dogmata, hæreticèque dogmatizantium placita pro viribus excludere ſtudebat, quapropter per ſuſpectorum domos negotia, vel opportunitates prætexando perambulabat, ſi quos fortè hæreticorum libros inueniret: vnde, & contigit, vt deſiderata nanciſceretur. Perueniens enim ad cuiuſdam Catholici ſui familiaris præmonentis domum, quæ quondam Polottorum propter Religionem ſpontaneè apud Gebennenſes, & Ollandicos Sectarios exulantium fuerat, in remoto ſecretiori receptaculo magnam damnatorum Codicum, proprio poſſeſſoris illius familiæ nomine, & agnomine auro expreſſis, & exornatis ſignatorum quantitatem arte, à profundo latibuli extractam adinuenit, quam amico cooperante congregatam, in tuto apud ſe reponendam mandauit, donec à Sacro Tribunali, quid de illis agendum eſſet, intelligeret. Ipſe verò dum ad vlteriora pro Eccleſiaſtico Regno molimina promouenda anhelaret; circiter ſeptimum menſem, à Generali Capuccinorum Miniſtro Fr. Ioanne à Montecalerio per litteras vocatus Neapolim expeditè ad illius excipienda mandata conceſſit: Guardianatum, & Apoſtolatum per Vicarias Vices gerentem adminiſtranda relinquens.

XI.

Portiunculę feſtum ſolemniter celebrari curat.

Deprauatos Codices vndiq; perquirit.

Ann. Chriſti 1642.

CALCVLVS XXV.

COMMVNIS.

Fr. Fr. AMEDEI à TAVRINO, & IOACHIMI à GAXINO Concionatorum, & Guardianorum per annos 1643. 1644.

I.

PRæcedentis anni circa terminum, initiatæ ſuæ Epiſcopalis Præſidentiæ exordium, & poſſeſſionem acceperat Reuerendiſſimus Dominus Franciſcus Auguſtinus ab Eccleſia, Salutienſis Ciuis, Salutiarum Epiſcopus ab Vrbano VIII. hoc anno ad Chriſtianę Francicæ Duciſſæ petitionem creatus. Dum igitur ipſe in conuocata Diœceſanorum Sacerdotum Synodo, ſibi ſubiectarum Eccleſiarum indigentijs per idoneos Leuitas, & Miniſtros prouidere incumbit; Capuccinorum noſtræ Pedemontanæ Prouinciæ Capitulares Patres in congregatis comitijs, per ſufficientes delectos Operarios Eccleſiaſticas Stationes adminiſtrare contendunt. Quamobrem ad Draconerienſem præcipuam cuſtodiam adminiſtrandam ſucceſſiuè vnus poſt alium, ſibi inuicem ſuccedentibus immediatè duobus ſubſequentibus quadrageſimo tertio, & quadrageſimo quarto poſt ſexcentum, & mille annis, binos Apoſtolicæ exercitæ iam olim militiæ pugiles, & vigiles, Guardiani pariterq; Miſſionarij officio perfuncturos emittunt Fr. F. Amedeum, & Ioachimum, qui pari paſſu, & vniformi ſenſu quæ ſuæ profeſſionis inſtitutum domi exigebat, non negligentes; quæ foris Euangelicum illis creditum opus poſtulabat, apprimè pariter curabant: in verbo ſoliciti, & in opere efficaces, & Draconerienſibus, & circumcirca incolentibus gentibus ſpiritualem Prædicationum & Sacramentorum commeatum, ſiue vectigal diſtribuentes, ſermocinando, inſtruendo, atque animarum iuſtificationi, & ſaluationi miniſtrando.

Ann. Chriſti 1642. 1643.

Succedentes ſibi inuicem emittuntur Fr. Fr. Amedeus à Taurino, & Ioachim à Gaxino.

Quod

II. Quod commune eſt (vulgari apud ſæculares abuſiuo fertur prouerbio) negligi ſolet, apud Religioſos autem non ſic: apud quos, quod commune eſt, ideſt commune vniuerſitatis bonum ſpectat, peculiaris ſingularium commodo perpetuò preponi conſueuit. Fr. Amedeus igitur, cum Geminæ Abbatiales Pareciç & Sancti Conſtantij Villaris, & Villarienſis proximæ Murræ Draconerienſi ſuæ Miſſioni commiſſç Sacerdote congruò Rectore, & Curatore deſtitutæ, haud ſufficienter adminiſtrarentur; binos idoneos Leuitas, & laudabiles vitæ leuitici Ordinis Miniſtros conquiſitos Reuerendiſſimo Dom. Abbati Broliæ obtulit, & tamq; Parochiali ſubenndo oneri habiles, quàmplurimum commendauit; quoſque ille lçtanter, & libenter approbauit, promotori Capuccino de proficua prouiſione per litteras gratias agens. Fr. Ioachim autem ſuis in Excubijs dum peruigilare perſeuerat; non paruam prohibitorum voluminum quantitatem repertam recollegit: cumque ad quodam Clerico antiquo Capuccinorum Cuſtodum aduerſario iniuſtè illatas acerbiores iniurias accepiſſet, eaſq; ſibi per internuncios delatas Reuerendiſſimus Salutiarum Epiſcopus vindicare decreuiſſet; Euangelij legitimus Profeſſor offenſiones acceptas, quantum valuit, voluit diſſimulare, & ſilentio velare.

Ad binas Eccleſias binos Rectores Sacerdotes prouidet Fr. Amedeus.

Fr. Ioachim Euangelicus profeſſor acceptas iniurias patiẽter ſuſtinet, multaque prohibita volumina recolligit.

CALCVLVS XXVI.

COMMVNIS

Fr. Fr. VICTORIS RIPVLENSIS, & EVSEBII EPORREDIENSIS Concionatorum, & Guardianorum per annos 1645. 1646. 1647.

I. LEuita Parochiali Rectore haud vſquequaque in Capuccinos Apoſtolicos Excubitores æquo nonnulli etiam Clerici inferiores, vt ſuperiori adhærerent; non dubitabant in Euangelicos Cuſtodes, vel iniqui apparere, vel ſaltem in abſcondito iniquum aliquod aduerſus irreligioſitatis Correctores continuò moliri: quapropter Apoſtolici operis Regulares Præſides ad hanc plurimorum potentiorum acrioribus moleſtijs exagitatam Cuſtodiam Draconerij obſeruandam, non niſi veteranos milites, & validiores Athletas emittere conſueuerant. Per decurrentes igitur hos tres quintum, ſextum ac ſeptimum extra quadraginta ſexcentum, & mille annos, animoſis duobus Vigilacibus Cuſtodibus, ac Guardianis periculoſiorem, & difficiliorem hanc Stationem cuſtodiendam commiſerunt, & mandauerunt Fr Fr. Victori, & Euſebio, qui ſuorum prædeceſſorum experientia admoniti; ab aduerſariorum inſidijs præcauere, & Apoſtolico muneri conſulere ſolicitius ſtuduerunt. Igitur Fr. Victor perſpicacioris intuitus, vel acutioris contuitus, ſiue vigilantioris ſpeculationis cum eſſet; de Eccleſiaſtica ſibi aſſignata ſpecula iugiter contemplando, intra Draconerienſem populum in plurimum fidelem perſonatos quoſdam perfidos deprehendit: quare à Reuerendiſſimo Salutiarum Inquiſitore Thoma Maria Talleardino eruditiſſimo, & zelanti viro Vicarias Inquiſitionis vices gerendas accipiens; cæpit protinus aduerſus Caluinizantes ſimulatores canonicas ſolerter, & ſecretè informationes deſumere: prudenter inquirendo de quodam Patrefamilias præcipuè, qui adoleſcentẽ proprium natum, pro humanç litteraturç ſtudijs excolendis, ad Viennenſes Gallos (apud quos impunè graſſantur hæreſes) miſerat. Hæreticum autem ad ſe accedentem militem, Orthodoxæ Fidei rudimentis ſufficienter inſtructum congrua ſibi facta facultate fidelium numero adauxit. Quia adoleſcentulam à coactione inuitè, inuiſoque iuueni nubendi, liberauerat; ipſe innocens à violentis coactoribus perſecutiones plures pertulit. Vt autem & ſeipſum, & ſucceſſores à continuatis moleſtijs quoquomodo eriperet; per Fratr. Mathiam prædeceſſorem de liberè in Draconerij, & circumadiacentium Pagorum qualibet Paræcia pro libito prædicando, deque ad inibi prædicandum nullo omnino alterius profeſſionis Concionatore admittendo reportatum olim decretum à Reuerendiſſimo Nuncio Taurinenſi confirmandum curauit, (vt peculiari congruo numero computamus) quo relato, & confirmato, infirmus numquam ipſe, vel nuſquam ignauus perpetuò circuibat, Concionibus, Catechiſmo, & leuitico obſequio populos inſtruendo, & non firmos, nec ſtabiles in Fide bonoque opere confirmando, Orthodoxam veritatem affirmans, delirantium Atheiſtarum ineptias, ac commenta infirmabat, per biennium ſuæ reſidentiç.

Ann. Chriſti 1645. 1646. 1647.

Huic difficiliori Cuſtodię veterani milites mittũtur Fr. Fr. Euſebius, & Victor.

Fr. Victor S. Inquiſitionis Vicarias Vices gerens, aduerſus Caluinizãtes ſecretas informationes deſumit.

Perſecutiones plures pertulit.

Reportatum olim à Frat. Mathia decretum confirmari curat.

II. Præſignati verò triennij nouiſſimo anno, Fr. Euſebius anteceſſoris Fr. Victoris veſtigijs inhærens, & in Excubijs vigilare, & in Apoſtolicis exercitationibus per-

enniter

Apoſtolica, & Parochialia onera, & munia, ſuſtinet, & impertit.

Ann. Chriſti 1647.

cuniter laborare numquam deſtitit: nuſquam namq; aut prædicando Euangelio defuit, aut in ſimplicium exercenda Catecheſi defecit, aut à confeſſionibus etiam prolixioribus libenter auſcultandis, vel per latum vnguem receſſit: quinimmò quoſlibet ad ægrotantes inuiſendos, quemlibet ad mærētem ſolandum, quoſcunq; ad diſcordantes conciliandos etiam non rogatus, ſemper feſtinus acceſſit: magis tamen feſtinanter proceſſit ad binas inter cæteras, potentiorum digladiantium inimicitias auferendas, & pernicioſiora diſſidia componenda. Hoc anno, cum per beneficiorum permutationem mutuam antiqui illius Parochi transmutatio opportuna, & Eccleſiaſtico Regno proficua pertractaretur, vacabat interim plures per menſes Parochialis Draconerienſis Eccleſia, cuius derelictæ curationem Fr. Euſebius ſolicitè gerebat: Apoſtolica pariter, & Parochialia beneficia multiplicata ipſe ſolus numeroſo populo impertiendo. Contigit hoc tempore; vt Draconerij Optimates fideles per Fr. Mathiam edocti à Fr. Ioanne Monſcalerienſi, olim Capuccinorum Generali Miniſtro Sanctorum quaſdam Reliquias in Patriam, & Patriæ beneficium, ac Patrocinium inferendas ſuppliciter expoſtulaſſent; quibus cum ille benignè annuiſſet; ſicutque Carmaniolienſibus Diui Plinij Martyris, ſic Draconerienſibus Sancti Bonifacij itidem Martyris Corpus in donum gratioſum dediſſet, perſonaliterque ad eos accedens comportaſſet: Frat. Euſebius igitur & de nouo electum Reuerēdum Præpoſitum, & ab antiquo huiuſcemodi ſpirituales theſauros affectantem, & deſiderātem populum admonuit, atque illis vnanimiter vltroneos ſufficientes, ac neceſſarios pro ſolemnitate præſtandos ſumptus offerentibus, Capuccinus Operarius pro Reliquiarum Sanctarum tranſlatione ſolemnius peragenda ornatum apparatum, & religioſum comitatum ritè, & appoſitè prædiſpoſuit. Vnde ſtatuto die cunctis circumuicinis populis conuocatis, & conuenientibus copioſo religioſorum cœtu concinente, Capuccino ſacro Oratore de Sanctorum tutela, & patrocinio declamāte, à Capuccinorum Draconerienſi Eccleſia, ad Parochiale Templum celebriori publica Proceſſione procedente, Sancti Martyris Reliquiç illi populo donatç gratioſè ſolemniter tranſlatæ ſunt. Draconerienſiumq; plebs Diuum Bonifacium Peculiarem in Patronum, & Protectorem aſſumpſit, & per tempora venerabiliter anniuerſaria celebritate percolit.

Apparatū pro translatione Corporis S. Bonifacij diſponit.

CALCVLVS XXVII.

Fr. IOANNIS ANTONII à RACCONISIO Concionatoris, & Guardiani per annos 1648. 1649. 1650.

Proteſtatio Draconeriēſibus facta.

Ann. Chriſti 1648.

Draconeriēſes ad propriam Parochiam reuocant Concionatores Capuccinos, ſtatuto alimentario ſtipēdio.

I. IN virtute, & executione conteſtationis, & proteſtationis olim iam per Fratr. Mathiam coram publico Draconerienſium Conuentu factæ, & Iuridicè Tabellionis manu exceptæ à Capitularibuſque Prouinciæ Patribus confirmatæ, Capuccini Apoſtolici per tempora Declamatores non niſi rogati, & alimentis iuxta Canonum præſcripta ſibi ſuppeditatis Quadrageſimales conciones, ſiue Aduentus Prædicationes in Parochiali Draconerij Templo habere volebant, ſed Euangelico ſuo miniſterio vel in propria Eccleſia, vel in adiacentium Villarum Paræcijs prædicando æquè benè ſatisfaciebant. Hanc autem noxiam à ſua Parochiali Capuccinorum, abdicationem ægrè admodum ſufferentes Draconerienſes, immò cum diu ſufferre non valerent; per publico nomine delegatos internuncios ad Reuerendiſs. Taurinenſem Nuncium peruenerunt, illinſque opera, & auctoritatiua interceſſione vſi, promiſſis congruis prædicatoribus pro tēpore alimentis (haud ab hac promiſſione, & debita præſtatione diſſentiente nouo Parocho Reuerendo Matheo Fabiano Montregalenſi ciue, & Theologo.) Capuccinos Concionatores ad propria in Paræcia verbum Dei proponendum reuocandos curauerunt. Statuta igitur pro Concionibus faciendis congrua hora media inter Miſſarū ſolemnia, omni à quocumque concionantibus prohibita moleſtia, ſublatoque impedimento, & publico Laicorum, & Clericorum ære ſuppeditato alimento Fratres Minores Capuccini pro tempore Declamatores Aduentus, & Quadrageſimç conciones percurrendas reaſſumere conſenſerunt, præſentique anno Frat. Angelus à Foſſano Vicarius, & Miſſionarius emiſſus reaſſumptionis poſuit exordia.

Regnū Dei vbique annūciat.

II. Primordia autem ſibi demandatæ villicationis, Præcurſoris Ioannis ab exemplo monitus, Antonij Abbatis ad imitationem ſpiritualis feruoris igne ſuccenſus à feruoroſa, & crebiori Euangelica Sermocinatione poſuit Fr. Ioannes Antonius Guardianus, & Apoſtolicus Operator: appoſitè ſingulis feſtiuitatibus, cunctis ſuæ Miſſionis populationibus, Pagis, & oppidis Dei regnum annunciando, & ad peragendam pœnitentiam adhortando; cuius efficacioribus cohortationibus per-

moti auditores, & contritionis ſpiritu impulſi, vndiq; aduenientes coram Capuccino Sacerdote Sacramentaliter proprias conſcientias pandere, & plenariè aperire feſtinabant frequentiùs adeò, & copioſiùs; vt ferè diebus ſingulis confeſſionibus exaudiendis à mane in veſperam illis inſiſtendum foret, eoq; magis illo excipiente Sacramentales etiam generales expiationes facere accelerabant; quantò magis eo docente ritè, atque exactè ſua piacula perſcrutari, & plenariè rimari didicebant. Inſcientium namq; & rudium Catecheſi ſtudioſius inſiſtendo, præter Catholicæ veritatis documenta, congregatis paruulis, & grandioribus, iuuenibus cum ſenioribus diſcutiendæ conſcientiæ methodũ, pro conſueto tunc pręſtito ſermone, tradebar, haeq; traditione pro validandis inualidis à multis annis peractis confeſſionibus proficiebat. Sollicitiorem verò recipiendorum Sacramentorum frequentiam perficere præualebat, dum ſingulis noſtrę Religionis feſtiuis diebus, Portiunculęq; pręcipuè celebritate, more ſuorum maiorum pręcedentium, ſolemniùs quampluribus adſcitis, & adhibitis cooperarijs, ideſt Confeſſarijs elucrandas Plenarias Indulgentias proponebat, & honorificentiori apparatu populum inuitabat: Tunc enim vnico feſtiui diei in mane Sacrę Synaxi ſexcenti, & eo amplius promiſcui ſexus fideles indigenæ, & alienigenę confeſſi communicabant. Confitentes autem ipſe gratioſè à Reuerendiſſimis Præſulibus Taurinenſi Archiepiſcopo, Epiſcopis verò Salutienſi, & Foſſanenſi, ac Villarienſi Abbate opportuna accepta facultatè, à quibuſuis reſeruatis eorum caſibus abſoluebat, & abſolutis curantia, & præſeruantia pharmaca pręſcribebat.

Ann. Chriſti 1649.

Studioſius inſtituit rudiũ Catecheſi.

Elucrandas Indulgentias proponit.

A Reuer. Prę ſulibus, accepta facultate, à caſibus reſeruatis abſoluit.

III. Ne verò in vlteriores grauiores, & pernicioſiores lapſus ſuo tempore diuerſæ excitatæ ſimultates, & rixationes procederent; opportunus ipſe accurrebat, & inter diſcordantes intercedendo, ac prudenter procedendo ſalubriora pacis conſilia exhibendo, ſublatis odijs, compoſitis litigijs, illius opera iurgia ceſſabant. Quod ſępius præſtitit, numquam tamen opportunè magis pacificandis diſcordibus perſtitit; quàm vbi inter potentiores duos Draconerij optimates, & graduatos milites, qui amicorum, & agnatorum armatis coactis agminibus ſtipati procedentes hoſtilem incurſum, & occurſum prestolabantur, immò aucupabantur, medius ſtetit; tunc enim cruentioribus prohibitis digladiationibus, atque digladiantium vulnerationibus, ſeu etiam mutuis internecionibus impeditis, ſublatis ſimultatibus licet laborioſè ſibi inuicem priùs aduerſantibus pacem impendit, & pacificatos priſtinæ amicitię reſtituit. Inſtituti autem ſui muneris labores, fatigationes, ſiuè laborioſum miniſterium non potentioribus, ſiue opulentioribus duntaxat libenter exhibebat; immò indifferenter nulla perſonarum acceptata differentia, etiam pauperibus ęgenis, mendicis, atque abiectis, & deſpectis, ſanis, & ęgris miſeris exhibebat: tàm ſpiritualiter miniſtrando; quàm corporaliter inſeruiendo, & ſubueniendo; vt omnibus prodeſſet, nulli verò deeſſet, multò minus alicui vel ignoranter obeſſet. Triennio ergo viriliter enitendo expleto, ab hac Statione receſſit.

Ann. Chriſti 1650.

Diſſidijs, & rixationibus opportunus accurrit, paciq; Conſilia exhibet.

Omnibus indiſtinctè ſpiritualia, & corporalia adminiſtrat.

A P P E N D I X

Fr. ANGELI Foſſanenſis Concionatoris.

I. FR. Angelus Foſſanenſis ſub his temporibus, in Verzolienſi Statione ſacras obſeruabat excubias: Draconerium autem ad Quadrageſimales ſermocinationes conficiendas, in principio anni quadrageſimi octaui vltra ſexcentum, & mille adicito, & miſſo cum Draconerienſes & Prępoſitus, & populus promiſſa alimenta debita iuxta Canones, & de nouo à Sacra Congregatione, De Epiſcopis, & regularibus editum decretum nequaquam ſubminiſtrarent; ille in noſtri Ordinis Eccleſia cæpit concionari: vnde & plebs, & Sacerdos tandem aliquando rationabili neceſſitate, & congrua æquitate perducti oblatis, & datis alimonijs ſacrum Oratorem ad Parochiale templum aduocatum, in eo, quæ ſupererant, Quadrageſimæ conciones vt habere vellet, rogauerunt; quibus ille gratanter ſatisfaciendo, verbum Dei ad finem vſque in Paræcia proponere perſeuerauit.

Rogatur Fr. Angelus vt concionari velit in Parochiali Eccleſia, datis alimonijs.

CALCVLVS XXVIII.

Fr. OCTAVII TAVRINENSIS Concionatoris, & Guardiani per annum 1651.

D. Eſtenſis Lancei, ac Draconerij Marchion. erga Capuccin. deuotio, ac liberalitas.

HÆc tempora circiter, Excellentiſſimus Dominus Dominus Eſtenſis Lancei Marchio Sabauda Domina Margarita in vxorem ducta, huius pro dote Draconerij Marchionatum de recenti conſtitutum acceperat: quare vt peropulenti ſui Oppidi amænitate, & ſalubriori aere perfrueretur; Taurino Draconerium ad tempus ſuum transtulerat domicilium: cumq; hereditaria nobiliſſimæ ſuæ Eſtenſis familiæ ſucceſſione transfuſam in Diuum Franciſcum & Franciſcanam Capuccinorum Religionem affectuoſam deuotionem à ſuis maioribus acceptam, peculiariter ipſe profiteretur; Capuccinorum familiam ſuo hoc in pago exiſtentem mirificè colebat, & ſingularibus beneficijs, ac beneuolentia proſequebatur. Sicuti enim Lancei, ſic & Draconerij liberales eleemoſynarum ordinarias ſubuentiones Seraphici Patris alumnis pauperculis miniſtrabat. Iſtius igitur met anni in initijs cum Pedemontanę Prouincię Pater Prouincialis, ac Diffinitores, coacto conſueto Conuentu ad Concionatorum pro futura Quadrageſima emittendorum perficienda, & deſcribenda Epygraphe, conueniſſent; Frat Octauium Taurinenſem egregium ſacrum declamatorem, iàm olim Guardiani munere functum, in noſtri Conuentus Vicarium electum, atque in Parochiali ſacras Quadrageſimę prædicationes peracturum Miſſionarium Draconerium deſtinauerunt. I.

Ad ſacras Quadrageſimales Conciones habēdas deſtinatur hoc tempore Fr. Octauius Miſſionarij, ac Vicarij ſub titulo.

Deſtinatus igitur ille expedite acceſſit, & ſuperueniente opportuno tempore demandatum ſibi Apoſtolicum onus, & ſermocinationum opus laudabiliter adeo, & fideliter ſuſtinuit, atque perfecit; vt poſt Paſcha ad Prouinciale Capitulum conuenientibus Patribus Prouinciali, ac Diffinitoribus, vnanimi ſenſu prænicatus Excellentiſſimus Eſtenſis, ſeu Draconerienſis Marchio, populus pariter, & Parochus litteras dederint, quibus Fr Octauium hactenus Vicarium in futuri anni immediatè ſequentis Guardianum, ac Miſſionarium depoſcebant. Cui piæ petitioni libenter annuentes Capituli Præſides, expoſtulatum Guardianum, atque Euangelicum Cuſtodem in Draconerio tunc ſtatuerunt. Ann. Christi 1651.

Laudabiliter peractâ Quadrageſima, Guardianus ponitur.

Ille ergo qui dum Vicarias dumtaxat quōdam vices gereret; Apoſtolico in exercendo munere fideliter laborauerat in Pago, & in agro concionando, confeſſiones excipiendo, gentemque illam in viam ſalutis dirigendo; modo in capite poſitus, proprio capiti impoſitum pondus validius geſtare contendebat, atq; ſolicitiùs excolere geſtiebat: vnde & laborioſius enitebatur, ſtabat, circuibat, vt prędicatione doceret, admoneret, ac ſuaderet, Catecheſi inſtrueret, manſuefaceret, & dirigeret; Leuitico quoque miniſterio ſpiritualiter cibaret, curaret, & ſanaret: ſicque pertranſibat per Villam, & cohercentes Vicos omnibus benefaciendo. Nam & diſcordantes nonnullos, atque ad inuicem rixantes ad integrandam amicitiam perduxit, odijs extinctis pacem pluribus attulit. Neceſſitatem patientibus multis pro viribus neceſſaria ſubſidia præſtitit, extrema egeſtate laborantibus honeſtis quibuſdā familijs grani, pecunię, atque neceſſariorum præſidia à potentioribus accepta ſuppeditauit, ſicque plurimorum calamitates ſubleuauit: cum enim ſingularem in cōſpectu Domini Marchionis Eſtenſis gratiam inueniſſet; ab eo in poſtulantium, & egentium ad ſe recurrentium fauorem, & patrocinium conceſſiones crèbriores reportauit. Vicarius denique Sancti Officij à Reuerendiſſimo Thoma Maria Taſſeardino Salutienſi Inquiſitore conſtitutus; de Apoſtolica ſpecula, ſi quos incredulos deprehenderet, ſeu non vſquequaque fideles contemplabatur: & per domos circumeundo damnatos hæreticorum libercu̇los queritabat, ſi quos autem inueniſſet, aſportabat, ſuſpectorumq; mores, atque domeſticam conuerſationem explorabat: dum per annum illa in cuſtodia inuigilabat. II.

Fideliter in Miniſterio laborat cōcionando, catechiſmis inſtruendo, Sacramenta adminiſtrando; rixationes, & odia extinguendo.

Plurimorum calamitates ſubleuat.

Vicarias vices S. Inquiſitionis quam diligētiſſimè exercet.

CALCVLVS XXIX.

Fr. VICTORIS RIPVLENSIS Concionatoris, & Guardiani per annos 1652. 1653.

ECcleſiaſticis in Caſtris, à ſuperioribus annis militando, Apoſtolicæ militiæ gratioſa ſtipendia ducens pluribus iam in Excubijs Stationarius peruigilauerat Fr. Victor Ripulanus: per biennium Perrerij, per ſingulares annos Verzolij, & Acelij: rurſus per biennium Draconerij primò (vt ſupra enumerarum I.

præmi-

Ann. Chriſti 1652. 1653.

præmiſimus; ad cuius aſſeruandam Cuſtodiam ſecundò nunc emiſſus, ſecundum iam biennium compleuit, Miſſione hac incolenda pariter, & Capuccinorum hoc in moderando Conuentu. Conuenientia igitur, atq; impoſito muneri congruentia munia conſueta pleniùs vt exequeretur; exactè egredi, & valdè mane ad Euangelicam exercendam, fodiendam, ac putandam vineam exire ſatagebat: prædicati namque verbi ſarculo, exercitę autem Sacerdotalis poteſtatis falce, quaſi gemino gladio, pariter & miniſteriali ſpirituali adhibito fulcimento eradicare ſentes, amputare luxuriantes palmites, myſticas fidelium vites fœcundare, fulcire, atque ad vberiores prouentus producendos, adducere conabatur: quò verò perniciosè alligata reſolueret; vltra ordinariam, extraordinariam etiam à Præſulibus Eccleſiarum abſoluendi poteſtatem, ſignanter à Reuerendiſſ. Foſſanenſi Antiſtite amplam ſatis reportauit.

Fr. Victoris diligentia in hoc ſecundo Aduentu.

CALCVLVS XXV.

Fr. HILARIONIS à BOVISIO Concionatoris, & Guardiani per annos 1654. 1655. 1656.

I.

Ann. Chriſti 1654.

POſtquam ſemel, nempè per integrum luſtrum in Vallis Soanæ, & iterum, idest, quaſi per biennium in Pancalerij Miſſione egregiè Apoſtolatus fuiſſet Fr. Hilarion verus Iſraelita, tandem currente hoc anno, in Capitulari congreſſu à Pedemontana Capuccinorum familia Lancei habito, Draconerienſi & Conuentui moderando, & Apoſtolatui exercendo præficitur. Draconerienſes Oppidani, nempè Optimates ferè vniuerſi domeſticis, & ciuilibus ſimultatibus, immò mortalibus odijs, & diſſidijs agitari, quaſi auernalibus furijs exagitari, armatis agminibus aduerſus contribules mutuò conſurgentes, feraliter adeò ad inuicem ſæuiebant; vt nulla ætatis, ſexus, aut conditionis habitæ ratione, mares & fœminas dirè trucidarent in geminas factiones diſpartiti, quarum vna intra Oppidi muros, altera in ſuburbio Sorſanæ conſiſtens, occupatis, & diſtributis ſtationibus, quaſi caſtrorum acies in campo ad inuicē ordinare, inordinatè, & hoſtiliter noctu, dieque dimicabant, continua ſcloporum exploſione, & armorum pertractatione ſe inuicem infeſtantes, atque ad interneccionem, & trucidationem quærentes, & ſolicitius, ac dolosè inquirentes. Quando igitur deſtinatas ad ſibi Euangelicas Excubias Fr. Hilarion venit; inuenit Draconerienſem Villam, & plebem ruinæ fore iam proximam, ſpontè tuentibus Oppidanis, quibus vt pro virili accurreret; orationum ſubſidio ſuccurrere voluit. Vndè ſub his diebus Excellentiſſima Domina Eſtenſis Margarita Sabauda Draconerij Marchioniſſa vidua, vt à ſibi ſubiecto populo tam grande, & detrimentoſum malum auerteret; dilectum ſuum germanum fratrem Excellentiſſ. D. Gabrielem à Sabaudia deprecata, ipſum Draconerium deſtinauit, vt qua pollebat auctoritate, & poteſtate rixantes ſuos ſubditos pacificaret, & acerbiores rixas ſedaret. Ille igitur hoc chriſtianę charitatis officium libenter amplexatus; Draconerium venit, vbi D. Valgranenſis Baronis opera, induſtria, & prudenti ſolertia viris, poſt prolixiorem, & moleſtiorem negotiationem, immo diſcordantium importunas altercationes, tandem aliquando armorum ſuſpenſionem ſtatuit, & paulatim rixantes cicurare perſeuerauit. Fratre Hilarione & priuatis allocutionibus, & publicis ſermocinationibus ad pacem, & concordiam diſſidentes efficaciùs adhortante.

Draconerienſes in geminas factiones diſpartiti, hoſtiliter ad inuicem ſæuiunt.

Aduenit Fr. Hilarion eos & priuatis, & publicis allocutionibus ad pacē adhortans.

II.

Nequaquam tamen interim, ſæuitia præualente, ſegnis ipſe torpebat otio, immò plurimo negotio pietatem, religionem, & Chriſtianos mores pro viribus conſeruare ſatagebat; dum & Euangelicam prædicationem, & ſimplicium inſtructionem, & Sacramentorum adminiſtrationem pariter, ac Sacri cultus venerationem impēſiùs excolere ſtudebat: ſpiritualibus exercitationibus de more inſiſtendo. Parochis proprio in miniſterio cooperabatur, & Parochialibus in myſterijs diſtribuendis opitulabatur opportunè, & importunè. Ipſo in Draconerij Oppido ſingulis ferè tum Dominicis, tum feſtiuis diebus, & pro ſuggeſtu verbum Dei proponebat, & pro Catechiſmo à prandio ſimplices inſtruebat: nec tamen propterea circumadiacentium pagorum populos ſuæ Miſſionis negligebat; quinimmò ad ſingula circumquaq; Oppida, & populationes opportunè ſe conferens, importunis licet vel itineribus, vel temporibus afflictatus ſacræ diſciplinæ pabula rudibus, & egentibus, ſiue panem Verbi eſurientibus liberaliter, & charitatiuè frangebat, & dilucidè porrigebat, pluries etiam in die concionando diuerſis illis, & diſcretis in villis, cum in ſuæ reſidentiæ Parochiali Draconerienſi Eccleſia, & Aduentus, & Quadrageſimæ laborioſas ſermocinationes egregiè perfeciſſet.

Ann. Chriſti 1655.

Præualente ſæuitia Frat. Hilarion ſpiritualibus exercitationibus chriſtianam pietatē cōſeruare ſtudet.

III.

A Concionibus habendis, ad confeſſiones excipiendas indefeſsè progrediebatur,

tur, tum quando foras egrediebatur, cum quando domi morabatur: vbique namque publicè expoſitus longanimi tolerantia, & toleranti ſufferentia ad ſe venientes penitentes fideles humaniter exaudiebat propriaq; crimina fateri vel ignorantes, vel erubeſcentes & docebat, & prouocabat: huiuſcemodiq; pijs charitatis officijs tantum profecit; vt tum inualidè confeſſos, tum iamdiù hactenus inconfeſſos plurimos ad integram, & validam Sacramentorum receptionem adduceret. Proximo Cadralienſi Coapoſtolico Operario quadraginta horarum exercitium celebranti, vt confeſſionibus excipiendis cooperaretur; per glacies, & niues pluries Draconerio Cadralium ventitans à mane in veſperam penitentibus exaudiendis & abſoluendis perſiſtebat.

Longanimi tolerantia cō feſſionibus audiēdis charitatiuè aſſiſtit. — *Ann. Chriſti 1616.*

Inuigilabat ſollicitius in ſua cuſtodia, tum concionibus præſtandis, tum cōfeſſionibus audiendis, vnde admonitus, & commonefactus de animarum periclitantium ſpirituali neceſſitate diſcordantes, inimò grauiter rixantes quoſdam, obq; perpetrata gemina homicidia per triennium iam digladiantes pacificauit: litigantes cōciliauit, & iurgia compoſuit: compoſitas quoque nonnullas magicas facturas, ligaturas, ſiue tutelares chartulas à deceptis homuncionibus, in ijs confidentibus, & ea deferentibus abſtulit, errantes alios ad rectum ſalutis tramitem perduxit, deuios reduxit, cunctos benefacere docuit. Periclitantibus opitulatus eſt, mœrentes ſolatus, afflictis compaſſus, indigentibus ſingulis ſubuenire feſtinauit, donec in Draconerienſi cuſtodia excubauit. IV.

Vigilax in ſua Cuſtodia cunctis prodeſſe ſatagit.

CALCVLVS XXXI.

COMMVNIS

Fratrum PAVLI à TAVRINO, & PHILIPPI à BOVISIO Concionatorum, & Guardianorum per annos 1657. 1658.

V*Æh vobis* (exprobrabat Iudęis Increata veritas) *Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum; & omni ſpurcitia: ſic & vos à foris quidem paretis hominibus iuſti, intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate.* Quàm appoſitè, quàm conuenienter conuenit ſuprarecenſita exprobratio nonnullis ex Draconerienſibus, qui coram hominibus, ſignanter Religioſis Sacerdotibus Parocho, & Miſſionarijs apparere contendunt probiores Catholici ſimulantes Catholiciſmum, intus autem pleni ſunt hypocriſi Heretica, ex totis viſceribus profitentes Caluiniſmum. Quapropter Euangelicæ militiæ Præſides directores, ad excubandum hac in diſcriminoſa Statione, Stationarios oculatiores ſolent deſtinare. Pręſens igitur per biennium, ſucceſſiuè vnum poſt alium Draconerium emiſerunt Apoſtolici exercitus veteranos milites, Fr. Paulum à Taurino primùm, deindè Fr. Philippum à Bouiſio: qui cum in Eccleſiaſticis caſtris iamdiù fideliter militaſſent varijs in aciebus; modò apud Draconerienſes ſubdolos ſimulatores nequaquam ipſi diſſimulare voluerunt, ſed apertè, (prudenter tamen) aduerſus errores, & erroneos inuehentes nullum non mouebant lapidem, nullam negligebant opportunitatem pro perfidia reijcienda, & Fide Catholica confirmanda. Ad hoc & Sacramentorum ſedulæ adminiſtrationi, & verbi Dei prædicationi, & rudium inſtructioni pariter, ac vtriuſque miſericordiæ operum ſolicitæ præſtationi ex propoſito vacabant. Sicq; numquàm, & nuſquàm vacando Fr. Paulus annnali completo curriculo receſſit: Fr. Philippus verò primordiali in ſequentis anni portione accedens, vſque in præſentem diem operans ſtat, & ſtetit. I.

S. Math. c. 23. — *Ann. Chriſti 1657.*

Vterq; egregiè muneri ſuo ſatisfacit — *Ann. Chriſti 1658.*

ACCELII APOSTOLATVS RATIOCINIVM QVARTVM

D. O. M.

CHRONOTAXIS

ANNO REDEMPTI ORBIS VIII. EXTRA MILLE QVINGENTOS, ET NONAGINTA KAL. MARTII.

CLEMENTE VIII. SVPREMO ANTISTITE MANDANTE: CAROLO EMMANVELE I. CISALPINO DVCE INSTANTE: BARIENSI ARCHIEPISCOPO IVLIO CÆSARE NVNCIO DIRIGENTE: EPISCOPALI SALVTIARVM INFVLA, PRÆSVLE EXTINCTO, QVIESCENTE: FR. ANGELO IANVENSI MINISTRO PROVINCIALI VOCANTE; ET MITTENTE: FR. STEPHANVS A GOMBOLATO NEQVAQVAM A PRÆCVRSORIS MVNERE QVIESCENS, ACCELIVM MACRENSIS VALLIS IN VERTICE APOSTOLATVRVS PERVENIT, QVO SVPERVENIENS FR. VALERIANVS PRÆFECTVS, APOSTOLICÆ MISSIONIS INIBI CAPVCCINORVM SACRAS POSVIT EXCVBIAS, IN ECCLESIASTICI SPIRITVALIS REGIMINIS SVPPETIAS.

Digitized by Google

ACCELII RATIOCINII SYNOPSIS

Præambuli Numeri Quinque.

Primus Geographicam } Relationem exhibet.
Secundus Politicam
Tertius Hierarchicam.
Quartus Errorum, & Hæreſis } Originem perhibet.
Quintus Apoſtolatus, ideſt, Miſſionis

Calculus Primus.

Præcurſoris Apoſtolici Fr. Stephani à Gombolato Concionatoris per annos 1598. 1599.

Calculus Secundus.

Communis
Fratrum Philippi à Pancalerio, & Bernardi Auguſtenſis Priorum Operariorum per annos 1600. 1601. 1602. 1603. 1604.

Calculus Tertius.

Fr. Archangeli Ianuenſis Concionatoris per annum 1605.

Calculus Quartus.

Communis
Fr. Fr. Ioſeph à Foſſano, & Ludouici ab Alexandria Concionatorum per annos 1606. 1607.

Calculus Quintus.

Fr. Iſidori à Buſca Concionatoris per annos 1608. 1609.

Calculus Sextus.

Communis
Fr. Fr. Chriſtophori à Cereali, & Angeli ab Attela Concionatorum per annos 1610. 1611. 1612.

Calculus

Calculus Septimus.

Fr. Raphaelis à Cherio Concionatoris per annum 1613.

Calculus Octauus.

Fr. Iſidori à Buſca Concionatoris per annum 1614.

Calculus Nonus.

Fr. Ignatij à Nicia Maritima Concionatoris per annos 1615. 1616.

Calculus Decimus.

Fr. Ludouici à Cherio Concionatoris per annum 1617.

Calculus Vndecimus.

Fr. Cherubini Taurinenſis Concionatoris per annum 1618.

Calculus Duodecimus.

Fr. Ludouici à Cherio, ſiue de Buttiliera, Concionatoris per annum 1619.

Calculus Tertiuſdecimus.

Communis

Fr. Fr. Bernardi Auguſtenſis, Ludouici Nicienſis, & Archangeli à Moxio Concionatorum per annos 1620. 1621. 1622.

Calculus Quartuſdecimus.

Fr. Hieronymi à Monteregali Concionatoris per annos 1623. 1624.

Calculus Quintuſdecimus.

Fr. Alexandri Oribienſis Concionatoris per annos 1625. 1626. 1627. 1628. 1629. 1630. 1631. 1632. 1633. 1634. 1635. 1636. 1637. 1638. 1639. 1640. 1641.

Calculus Sextuſdecimus.

Fr. Bernardini à Pinerolio Concionatoris per annos 1642. 1643.

Calculus Decimus ſeptimus.

Fr. Victoris Ripulenſis Concionatoris per annum 1644.

Calculus Decimus octauus.

Fr. Franciſci à Podauerino Concionatoris per annos 1645. 1646. 1647. 1648. 1649. 1650. 1651. 1652. 1653. 1654.

Calculus Decimus nonus.

Communis.

Fr. Fr. Bernardini à Ceſpitello, & Damiani à SanctoDamiano Concionatorum per annos 1655. 1656. 1657. 1658.

ACCELII IN APOSTOLATV

CAPVCCINORVM OPERARIORVM

Pro Eccleſiaſtico Regno laborioſi Proceſſus numerantur, & calculantur.

RATIOCINIVM QVARTVM.

Geographicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. I.

ACOTIIS altioribus rupibus erumpens Macræ fluuius, præcipiti ab Occaſu in Ortum lapſu deſcendendo peraperit Macram Vallem: cui ab Oriente Draconerium, à Meridie Granæ, ab Aquilone Varaitæ, ab Occidente Delphinatus Valles adſtant. Cùm ſtet illa inter ex vtraque parte Vallantia præalta, non minus quàm aſpera cacumina montium, quibus concluſa, ſicut nec ipſa ſufficienter ſolaribus radijs, vel clementioris fruitur climatis temperie; ita nec ſuis cultoribus ſufficientia ſolatia, ſeu neceſſaria ſubſidia vitæ præſtat. Aquarum quidem è ſilicibus ſcaturientibus fontibus abundè ſcatet; ſed à Lotuli portis circiter vino abſtinet. Producit in montibus fœnum, & herbam ſeruituti hominum, & iumentorum: Verùm à frumenti, & ſelectiorum terræ frugum copia vacat, ſecale, far, hordeum, auenam peperiſſe contenta. Habitatores ſuos gignit idiotas, rudes, ex parte aſperos, ſed laborioſos, induſtrios, agricolas, paſtores, armentarios, & muliones, tenuiores autem egeſtate pulſi, brumalibus diebus è proprijs antris erũpentes per Subalpinas regiones alimoniam quæritant, proprias oues educentes, & in complanis enutrientes. Optimates vero, vel militiam, vel tabellionatum exercent, vt ſic publica adminiſtrare gubernacula ſufficiant. Hæc Vallis à Draconerio commenſurando per 18 Italica milliaria in directum progreditur, collateralibus minimè computatis Valleculis. Complectitur propterea intrà proprium ambitum tredecim Pagos ſequentes per vtramque fluminis partem diſtributos ſcilicet Lotulum, & Armam, Eluam, & Stroppum, Sanctum Michaelem, Pratium, & Vxolium, Chiapellam, Arbaretum, atque Cellas, Marmoream Villam, Gianoſium, ſimul & Preitum. Tandem ipſo in aſcenſus vertice ad radices alpium maximarum, ad vtramq; amnis partem ſedet Accelium, cui ſuperſedet, & ſupereminet caſtrum, & vnde aſcenditur ad Narbonenſes, vel Viennenſes Francos.

Quibus conterminis hæc Vallis adhæreat.

Aquis abundat, ſed terræ frugum fertilitate caret.

Politicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. II.

QVamobrem licèt olim veteres illi Salutienſes Marchiones inferioribus Vallaribus portis (vti ſequenti ratiocinio dabimus) firmioribus aggeribus firmatis; Supèriores illos quaſi paruipendere viderentur; Neoterici attamen Heſperiæ Cuſtodes, nempè Pedemontani Duces, interque hos Carolus Emmanuel I. hac Marchia iuribus, & viribus potitus, à graſſantibus Sectarijs Gallicis poſtquam plurimas regionis cuſtodiales munitiones ſublatas, atque ſolo æquatas animaduertit; Marchias, ideſt, Cuſtodias coacervauit Sanctum Michaelem, Pratium, Paliegium à Ferraria oriundis nobiliſſimis à Villa Marchionibus nobium in Marchionatum conceſſit: Accelij Oppidum in Comitatus titulum præeminere voluit, quem DD. Taſſinis Sauilianenſibus ciuibus optimatibus ſpecialiori pro

A Sebaſtiano March. olim dimiſſa, nunc Sabaudo Duci ſubeſt.

 præſi-

præſidentia, & vigilantia tradidit. Accelij etiam ipſo in Vallis culmine Pagi imminentis erectam ſupra rupem validum quamuis anguſtum Caſtrum conſtruxit, in quo milites excubias perpetuas cōſtituit, in Orthodoxæ ſpecialiter ſubſidium, ſimul & præſidium Fidei. Hàc enim furtim irruentes, priores illi perfidiæ aſſertores vniuerſas Eccleſias illas inuaſerant, & iniquis dogmatibus cunctos Vallicolas ferè infecerant. His igitur ne in poſterum incolæ, vel grauioribus ſubijcerentur incommodis; haud quidem commodum, opportunum attamen præmunitum hoc oſtium illis occluſum, atque obiectum fuit à ſæcularis Principatus Catholica ſolicitudine.

Hierarchicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. III.

CVi propria Paſtorali, ſpecialique cooperatione, & coædificatione nequaquam defuit D. Salutiarum Diœceſanus Epiſcopus; cum enim à Lotuli portis, ad vſque montium limites ſpiritualis animarum ſtatus quatuordecim in Parochias diſtribuatur; ſingulis ſingulari peculiari Parocho attributo, Stroppi Oppidum vnum inter reliqua opulentiùs ſtat, cuius præcipuo, ideſt, magis idoneo Parocho Salutienſis Præſul Vicarij Foranei facultatem ſuper cæteros contulit. Cum verò quondam Accelienſis Eccleſiæ Sacerdotes ſimplicis Curati, vel Rectoris vocabulo cenſerentur, quò honeſtiùs, ac decentiùs auctoritatiuè, poteſtatiuèque magis proprio Parochiali munere fungerentur, illos Præpoſiti titulo cohoneſtauit, & ſublimauit, vt vel ſic Dominici ouilis oſtia obſeruarent ſolertiùs.

Salut. Epiſc. ſpirituali curæ ſubiacet.

Erroris, ideſt Hæreſis originem perhibet Præambulus.

Num. IV.

HÆc Vallis Macra illibatam Fidem Catholicam ſeruauit (ſicut ſeniores conteſtantur) vſque ad annos 1530 ex quo patet (iuxta placitum Dom. Marc. Aurel.) non aliam ab his Vallibus Marchionalibus eporam hæreſim, ante euomitum ibi ab apoſtaticis Miniſtris venenum Lutheri, & Caluini. Venerabantur enim tunc Eccleſias, & Eccleſiaſticos, Deum, & Diuos deuotè colebant, excolebant ſacra, & Sacramenta recipiebant, ſacrificia, & exercitia ſpiritualia frequentabant, ædificabantur noua in dies Templa, vel ſaltem Sacella: Confraternitates erigebantur; & vigebant; vſquequo erumpentibus tartareis Hæreticorum turmis, hoc ſeculo infelici ſolutis Angelis apoſtaticis ex improuiſo Regnum Eccleſiaſticum in infirmioribus ſuis partibus aggreſſi ſunt, nempè in alpeſtribus Conuallibus, quas, vt plurimum incolunt rudes populi, & idiotæ Sacerdotes: vixque inuenitur, qui pauperculurum Eccleſiarum regimen, non dicam affectet; ſed nec acceptet. Hos igitur Italiæ angulos initialis primum hæretica iniquitas, & pro ſuis receptaculis elegit, vbi iaceret ſterrens, & luxurians libido, gula, impudicitia. Affirmant igitur antiquæ Vallis relationes, quod egreſſi circa ann. 1540 tres filij Babylonis vel Antichriſti in malum miſerrimæ huius regionis, ex furiarum debacchantium hæreticorum antro, & proſtibulo Ludouicus quidam, alter iterum Ludouicus, & Laurentius fratres apoſtatæ ab Eccleſia: aſſumpto ſecum Hugone Medico, & Vallem Macræ ingreſſi, peſtiferam hæreticam luem diffundere cæperunt in loco Accelij primò, inde proficiſcentes ad alia. Qua nequitia cognita Reuerendiſs. Salutiarum Inquiſitor, expeditè accurrens per ſuos ſolum Medicum ſtringere valuit, qui ad carceres Salutias perductus, ibi infelix dies ſuos clauſit. Reliqui tres faſcinatores nequaquam propter hoc à nequitia abſtinuerunt; quin artificiosè; & fraudulenter poculum Babylonis abominationibus plenum circumferentes rudibus propinarunt, & vſque ad fæcem ebibere perſuaſerunt: quare breui temporis ſpatio inebriarunt maiorem partem incolarum Accelli, Pratij, Sancti Michaelis, Chauſolij, Stroppi, Elnæ, Lotuli: Ex hiſque Pagis vniuerſos helluones, fures, ebrioſos, impudicos, adulteros, blaſphemos, homicidas, & nequiores congregarunt. D. Marc. Aurel. refert; quod in damnata Synodo iam dicta, in Prato Gulielmo habita 1567. 4. Iunij, & Draconerij confirmata 14. Octobris, in diſtributione Pſeudominiſtrorum Petrus Gellidus Accelium deſtinatus fuit à Conciliabulo. Nec credendum hic ſuis partibus defuiſſe, & aliter quàm anteceſſores inobedientiam ſuperiorū ſpiritualium, & temporalium non docuiſſe, & augere defectionem, & apoſtaſiam non ſtuduiſſe. Accidit autem vt ann. 1579. Roggerius Bellagarda Gubernator Carmaniolæ, & Reuelli ſub titulo offenſionū,

D. Lucernenſis lib. mem. Hiſt. cap. 15.

Ann. Chriſti 1530.

Quando, & à quibus introducta Hæreſis in hanc Vallem.

Ann. Chriſti 1540.

Lucernenſ. l. mem. Hiſt. cap. 38.

Ann. Chriſti 1567.

Ann. Chriſti 1579. & iniuriarum ſibi à Ludouico Duce de Niuernio vices gerente Regias, & Carolo Birago Gubernatore totius Marchiæ illatarum, vel indignatione, vel politicis rationibus ductus, ſuppetias quæſiuit ab Aldigherio Adminiſtratore Delphinatus, qui cum hæreticam prauitatem profiteretur, & eam promouere niteretur in Gallia Viennenſi; captata occaſione latiùs progrediendi auxiliares copias Sectarijs, & religionarijs, & militibus, & Ducibus conflatas in Pedemontium per Valles deſtinauit; ſub ducatu ſubuerſoris Pſeudominiſtri Garrini, comitantibus militiarum Chiliarchis Prada, Anteſino, Gouernetto, & Ghò, quorum infauſtæ memoriæ vſque in hodiernum tempus in Conualle perſeuerant: hi igitur vniuerſi Eccleſiaſtici Regni perduelles in Catholicos deſæuiendo, vniuerſam occuparunt Marchiam, etiam ipſa Salutiarum Ciuitate expugnata. Quare cum tot milites, tot Caluini commilitones ſpecialiter Garrinus veram Fidem expugnare, & erronea dogmata diſſeminare non deſtiterint, tempore eorum in Marchionatu commorationis, non quidem longioris, ferè vniuerſos Pagos contaminarunt, vel infectos confirmarunt, eò magis in Conualle Macræ, vbi diuturniores moras traxerunt. Sub ducatu Pſeudominiſtrorum hæretici milites errores diſſeminant, Fidemq; expugnant.

Ann. Chriſti 1580. Ibi enim (referente D. Marc. Aurel) ſub ann: 1580. coacto Conuentu, conſtitutionem contra Eccleſiaſticum, & legitimum Regnum, & propoſuerunt, & concluſerunt, & vnanimiter acceptantes, fœdera iniquitatis ſtrinxerunt. Quibus ita compoſitis, audaciùs, & inſolentiùs deuaſtare proſecuti ſunt, quæcunq; ad Diuinũ cultum pertinentia: Eccleſias, Templaque violare, depopulari, ornamenta, & paramenta deprædari. In loco Accelij prægrandem, & venuſtam Baſilicam euerterunt, quinque ſubuerſis Sacellis, auferendo vniuerſa deſiderabilia, & ſupellectilia aſportantes, vbique violantes ſacra, & ſacra vaſa publicè profanantes, ſemper Duce Garrino. Lucerneniſ. l. mem. Hiſt. cap. 22.

Miſſionis exordium perbibet Præambulus.

Num. V.

Ann. Chriſti 1595. 1596. ANnis igitur 1595 & 1596 exorientibus Miſſionibus mobilibus, Fr. Fr Valerianus Berna, & Stephanus à Gombolato ad Marchiam Salutienſem, ſignanter Draconerium peruenientes, vniuerſas Conualles adiacentes explorarunt, & Accelium penetrantes, miſerrimum Fidei ſtatum offenderunt; quare nonnullis ſeminibus Euangelij iactis, & cuſtodia examinata, regredientes Draconerium, per Oppida Vallis Apoſtolatum exercere mobilem perſeuerauerũt, omni ſolicitudine, & diligentia. Et quia Accelium, velut Arcem in capite Vallis iacere obſeruarunt, eò ſua conamina direxerunt. Venit igitur Frat. Stephanus à Gombolato anno 1598 tempore quadrageſimali conciones quotidianas habiturus agrumque eum ſterilem, & deſertum impenſiùs colere exorſus eſt, non tamen viciniorum Pagorum oblitus. Ad Oppidum appulſus Eccleſiam inuiſit, & breui precatione rem Domino commendauit. Et Fr. Valeriano à Pinerolio Miſſionum Præfecto dirigente, ſuperioribus ordinarijs loci annuentibus, neceſſaria ad hoc accepta canonica facultate Capuccinorum Apoſtolatum inſtituit, & fundauit anno nonageſimo octauo ſupra milleſimum quingenteſimum. Et vbi Carolus Emmanuel I. Dux Arcem erexerat in patrocinium Fidei, Clemens VIII. Summus Pontifex Apoſtolatum inſtituit ad excidium perfidiæ. Huius Vallis habitatores ſummoperè Pedemontij Fidei illibatę conducit eſſe Catholicos; quia perpetuò negotiandi cauſa, vel vendendi, vel emendi, vel commorandi, aut inſeruiendi opportunitate, cum Subalpinis verſantur. Origo Miſſionis. Ann. Chriſti 1598. A Clemente VIII. Summ. Pont. conſtituitur Apoſtolatus Capuccinis.

II

CALCVLVS PRIMVS

PRÆCVRSORIS APOSTOLICI

Fratris STEPHANI à GOMBOLATO Concionatoris per annos 1598. 1599.

OPeri Apoſtolico Præfectus proficiebat, operoſeq; atque ſollicitè præſidebat Frater Valerianus à Pinerolio: quaſi enim Vallanus Vallicolas vellicare & volens, & valens, ad valuas Macrenſis Vallis Draconerium appulſus, nequitiæ Vallum expugnare decreuit. Explorato namque, & perſcrutato exitioſo, deplorandoq; ſtatu Regni Eccleſiaſtici Heſpericis illis in oris intellexit, vallatibus cunctis in Oppidis Diuinum cultum non vigere, ſed lugere, non ob amicorum negligentiam modo, ſed & propter inimicorum violentiam ſine modo: quadruplici namque (vti prælibauimus) hoſtili facta inuaſione, perduelles Sectarij multiplici direptione tàm Eccleſiaſticorum, quàm Eccleſiarum bona ſurripere acceleraucrant, dirutis Accelij, Prarij, S. Michaelis Templis; cęteris verò Parochialibus Sacris Ædibus profanatis, fugatis Parochis, ceſſationem Sacrorum inducere, vel indicere ſtuduerant: quod licèt ad votum, & in totum haud conſequi valuerint; præualuerant tamen Orthodoxæ Fidei profeſſionem haud mediocriter diminuere; Catholicam Religionem ferè ab vniuerſa Valle profligare, atque tandem Chriſtianę pietatis faciem execrandis ſacrilegijs deturpare. Quamobrem priſtinę incolumitati Vallicolas vt reſtitueret Frater Valerianus, eos & per ſe, & per Coapoſtolicos Operarios vellicare voluit, & valuit, nam cubile draconum dum extricare ipſe deſignat; latronum Aſylo expugnando Fratrem Stephanum à Gombolato, validum veritatis propugnatorem Accelium Euangelico operi aggrediendo prudenter deſtinat, vt ſicut Draconerij, ita, & Accelij incolis, Præcurſoris officio fungendo, Regnum Cœlorum, ſiue Eccleſiaſticum in proximo reſtituendum aduentaſſe prænunciaret. I.

Macrenſis Vallis deplorandum ſpiritúale excidium.

Deſtinatur F. Stephanus præcurſor Euãgelici operis.

Ipſis ergo ſub initijs huius anni nonageſimi octaui poſt quingenteſimum milleſimum, Apoſtolica auctoritate miſſus Frater Stephanus Accelium quaſi Arcem ſcelerum aggreſſurus, & expugnaturus peruenit. Illuc igitur vt primùm venit; Religionis Catholicæ ſtatum ſibi obſeruandum decreuit, & obſeruando adinuenit; in perfidis graſſantes errores, & in his, qui fidelium nomine cenſebantur prædominantes irreligioſos mores: vnde quis merito & hos, & illos non Chriſtianos, ſed à Fide deuios, & à pietate adiudicaret erroncs. Offendit Parochum ſolitarium Sacerdotem circa Religionem irreligioſa adeò incuria, ſeu ignauia laborantem, ne dicam ſordeſcentem; vt Eccleſiæ culturam negligeret, Eccleſiaſticum cultum oſcitanter peragerct, ſacrorum venerationem flocciponderet, Sacramentorum adminiſtrationem ignauiter impenderet, Sacroſancta irreuerenter adeò pertractaret; vt conſecratas Hoſtias pro Sacramento aſſeruandas, indecorè potius vilibus quàm velis inuolutas, in arcula, ſedilis loco coram Altari poſita, expoſitas magis, quàm repoſitas proprius negligeret, quàm cuſtodiret; neque enim Auguſtiſſimo coram prælucebat lampas accenſa, ſed relucebat dumtaxat in tenebris irreuerentia immenſa. Nam Sacræ Aræ ſacrorum menſa immundis tegebatur, indecorè veſtiebatur Templum, vel potius diruti Templi rudemum, ruderibus magis, quàm piorum muneribus abundabat; decentia cuncta ornamenta exulabant, indecentia potiùs ea Sacroſanctis myſterijs indecenter adeò inſeruiebant; vt Sanctorum imagines, vel ſimulacra crucis oculis Diuini cultus profanationem nec obſeruare, nec deplorare valerent.

Anno Christi 1598.

Catholicæ Religionis ſtatũ obſeruat.

Eccleſiæ cultus neglectus, Sacramẽta irreuerẽter pertractata inuenitur.

Deplorandam hanc ergo profanationem acutis zeli oculis dum perſpexiſſet Frater Stephanus, pro iniuncto ſibi onere, & munere ſuſcitatus vt emundaret Euangelicum ventilabrum ſumpſit in manu ſua, vt permundaret aream Domini, ideſt Euangelicum Domini verbum conſuetum (licet his miſellis Vallicolis obſoletum) quadrageſimalibus diebus quotidianis ſermocinationibus proponere, & exponere exorſus eſt, publicè prius declamando: tunc enim mores corrigebat, indiſciplinatos arguebat, in dogmata perfidia acerrimè inuehebat, eaq; validiſſimis ratiocinationibus audientium capacitati accommoda confutabat, imbuerios interpellabat, errantibus erroneam ſemitam deuitandam demonſtrabat, ſtantes verò in veritate confirmabat, ſimulq; omnibus Catholicas ex ſcripturis veritates oſtendebat, diluciděq; tradebat, atq; explicabat, ſedulò incumbens, & infatigabiliter laborans, vt myſticam Dei domum ſcopis mundatam, & ornatam non vacantem, ſed collaborantem, ideſt penitentem, & reſipiſcentem proprio Domino aduenienti præpararet. II.

Quadrageſimalibus Concionibus, pariſq; Sermocinationibus infatigabiliter laborat myſticam Dei domũ mundare, ornareq; ad meliorem vitam perducere.

præpararet. Familiaribus deinde congreſſionibus, & ſermocinationibus priuatis perſeuerabat ad meliorem vitæ frugē vniuerſos inuitare, ignorantes docere delinquentes admonere, mœſtos ſolari, cunctos denique illuminare verbo veritatis, & iuſtitiæ. Dimidiū operis, qui bene cepit, habet (veteri fertur prouerbio) nec bene cepiſſe exiſtimandus eſt, qui non eſt auſpicatus à Cœlo. Cum igitur Frater Stephanus Euangelico opere curare aggreſſus eſt Accelium à Cœlo exorſus eſt; ideſt ab Eccleſia, & Eccleſiaſtico Regno, omne enim rectum iudicium perperuò incipiet à domo Dei. Apoſtolicus ergo noſter hic Operator zelans zelum legis, iuſto ordine pro ſuo munere Diuini cultus venerationem occeptauit inducere, honeſtiori cultura res ſacras pertractandas inſtituit, cultiori, atque ſacratiori veneratione Diuina Sacramenta ſimul, & ſacrificia peragenda, & adminiſtranda propoſuit; verbo, & opere, doctrina, & exemplo Præsbyterum ipſum ad meliora prouocare ſtuduit, Sacerdotem ad ſacram dotem, nempè Diuinam gratiam perquirendam; & acquirendam cohortabatur, & ad ſibi concredita ſacra dona ritè diſtribuenda adhortabatur. Parochum ad propriæ Parœciæ curam agendam, & Parochianorum ſalutem curandam excitabat; tandem Rectorem, atque Paſtorem ad ſui gregis regimen, & paſtionem interpellabat: Vnde & factum credimus; vt ex mercenario bonus Paſtor euaſerit.

Ann. Chriſti 1598.

Miſſionem exorditur ſuā Fr. Stephanus à reformatione Eccleſiæ, Diuini cultus venerationē inducere occeptans.

III. Ne igitur ouium vice lupos, ſeu hædos, atque capros paſcere contingeret; deprauatos rudioris illius plebis mores & corrigere, & emendare enitebatur Frater Stephanus; quadrageſimalis ſanctioris & temporis, & inſtituti captata opportunitate, & Chriſtianas virtutes ſerere, & multiplicata Sathanica vitia euellere conabatur. In primis perfidiam à Caluinicolis impoſtoribus inuectam reijcere, & penitus eijcere incumbebat, deceptos ad veram Eccleſiam regredi admonebat, rebelles ad obedientiam, ſchiſmaticos ad vnitatem hortabatur, tandem helluonibus abſtinentiam, mollibus, adulteris, & fornicatoribus continentiam, furibus & latronibus iuſtitiam, ſanguinarijs, atque homicidis concordiam, erronibus denique cunctis legis obſeruantiam, bonis præmio, malis ominato ſupplicio perſuadebat. Nec Accelienſibus ſolis tantùm præſtabat, & impertiebatur beneficium; ſed vniuerſis Vallicolis ſpirituale diſpertiebat ſubſidium: nam opportunis, & importunis temporibus ſiue diebus per circumadiacentia Oppida circuibat, exurgens per montana cum feſtinatione curſitabat, cunctis egentibus pabulum verbi Dei vt ſubminiſtraret ſignanter verò Marmoreæ, & Chiaperiæ Villarum incolas, qui perpetuò illibatam Catholicam Fidem ſeruauerant, frequenter inuiſebat, eoſq; ad perſeuerandum, & ad propugnandam veritatem vehementiùs concitabat, ad delictorum penitentiam, ad Sacramentorum frequentiam pariter, atque bonorum operum exercitium prouocabat. Feruentiori tandem adeo zelo, & charitate ferebatur, agebat opus Dei, & agebatur; vt peruerſos plurimos ad ſemetipſos reuerſos, ſimul & ad Deum conuerſos reduceret.

Deprauatos mores corrigere, vitia euellere, virtuteſq; inſerere conatur.

Verbi Dei pabulum Oppidanis, & Montanis cūctis circuiens adminiſtrat.

IV. Cum igitur vehementiori ſpiritu, tàm pro publica concione, quàm pro familiari conuerſatione vniuerſorum ſaluationi ardentiùs conſuleret, & incumberet; vnius quadrageſimæ decurrente dierū curriculo, Diuini Flaminis operante, & coadiuuante efficacioris gratiæ adminiculo, non modo tepidi, ſed & frigidiores fideles cœleſtis charitatis igne feruenter adeò exardeſcere cœperunt; vt zelo propriæ ſalutis accenſi turmatim irruerent in eum, vt audirent verbum Dei, & Diuinorum Sacramentorum alimonia, ſeu alexipharmaca eo adminiſtrante excipere, & accipere valerent. Quamobrem Frater Stephanus confluentium indigentijs, atque poſtulationibus, vt ſatisfaceret vniuerſis; poſt propoſitum laborioſe verbum Dei, ac pro cunctis oblatum Miſſæ Sacrificium, Sacramenta cœleſtia accedentibus patienter adminiſtrabat. Pœnitentium verò vtriuſq; ſexus Fidelium copioſior adeo numerus confluebat, quò Sacramentales coram eo propriæ conſcientiæ expiationes perficerent; vt his excipiendis cum dies non ſufficeret, noctu inuigilare haud ceſſaret; hoc ordine; vt diurno feminarum, nocturnò verò tempore virorum confeſſiones, eaſq; vt in plurimùm generaliores audiret. Sicq; indefeſſus Domini famulus die, noctuq; proximorum ſaluti, errantium reductioni ſolicitè adeò incumbebat, vt vix reſpirandi, ne dicam comedendi, & quieſcendi ſupereſſent tempus, & locus. Donec elapſo quadrageſimali, atque Paſchali expleto tempore, Accelij loco digreſſus, Draconerium, vbi Apoſtolicam ſtationem fixam incolebant Apoſtolici Pugiles, conſumata præſcripta ſibi quadrageſimali vigilia, & ipſe Vigil regreditur; ſed nequaquam obliuiſcitur inde iterum egredi, & ad præinceptum conſummandū opus per congruas opportunitates Accelium denuò regredi non ſemel, aut iterum, ſed toties, quoties Eccleſiaſtici Regni interpellaret indigentia; donec enim Draconerienſi in Cuſtodia, nempè vſque ad completum ſæculum ſextumdecimum vigilauit, inuigilauit pariter Macrenſis Vallis à ſuperiori limine, Subalpinæq; Eccleſiæ à liminari aggere, arcem ſcelerum vt dirueret, arcem Cœli Accelij præcipuè vt conſtitueret. Plurimos enim ad ſe venientes, ſuis olim laboribus ab erroribus

Ann. Chriſti 1599.

Die noctuq; proximorum ſaluti incumbens, pœnitētiæ copioſos fructus colligit.

Draconeriū regreditur, ſed Macrēſis Vallis nō obliuiſcitur.

auocatos

auocatos Vallicolas, benignè excipiebat, & Catholicæ Eccleſiæ reconciliabat, vel ſaltem Diuinæ gratiæ reconciliatos Eccleſiaſticis Sacramentis reficiebat, dirigente, & collaborante Fratre Valeriano Pinerolienſi. Hi namq; Coapoſtolici Chriſti Miniſtri, & diſpenſatores myſteriorum Dei firmam quidem ſibi ſedem Draconerij ſtatuerant; verùm in ſtatione non ſedebant, ſed per vniuerſam Macrenſem Vallem aſſiduè incedebant, & ad ſingulas Villulas, populationes, aut Parecias perluſtrandas, genteſq; iuuandas accedebant; nec niſi ſpiritualibus præſtitis ſubſidijs recedebant. Tunc verò pro opportunitate illo reuerſuri; interim alibi operaturi diſcedebant.

Plurimos Eccleſię Catholicæ reconciliat, collaborante etiā Fr. Valeriano.

CALCVLVS SECVNDVS

COMMVNIS

Fratrum PHILIPPI à PANCALERIO, & BERNARDI AVGVSTENSIS Priorum Operariorum per annos 1600. 1601. 1602. 1603. 1604.

I.

SAta iam à Capuccinis Præcurſoribus Fr. Fr. Valeriano, & Stephano per Macrenſem Conuallem vniuerſam, Euangelica germina ſuperioribus annis antecedentis ſeculi ſextidecimi poſterioribus, prioribus his ſubſequentis decimi ſeptimi primæ Olympiadis, Operarij primiores Fr. Fr. Philippus à Pancalerio, & Bernardus Auguſtenſis proſequuntur diutius, & vtilius viciſſim ſarire, vel ſimul conſarire. Incumbebat tunc temporis vniuerſalis Apoſtolici operis Præfecturæ onus Fr. Philippo, ſimulq; ſolicitudini, atq; illius ſolertiæ innitebatur: Præſidebat quidem ipſe operantibus, ſed & cooperari perſonaliter laborioſo in miniſterio non detrectabat, quinimmò feſtinabat, modò Pinerolienſis, modo Salutienſis Prouinciæ percurrens, & perluſtrans operoſus ſpeculator Conualles. Marchionalibus Salutienſibus igitur plagis curandis peculiariter adſcriptus, hęc tempora circiter, Fr. Philippus; vt in plurimum Draconerienſi in ſtatione excubabat, cui cum in Coapoſtolicum Excubitorem Fr. Bernardum Auguſtenſem copulaſſent; copulati adinuicem Commilitones, & Macram Vallem, & arcem ſcelerum, ideſt Accelium repetere, & religioſè expugnare, atq; completè Eccleſiaſtico Regno ſubijcere decernunt; quamobrē aliquādo ſingillatim, aliquando verò copulatim eò conuenientes, Apoſtolica cuncta munera per Vallares Villas, Acceliumq; ſignanter exercebāt, & ſpiritualia ſubſidia Vallicolis ſedulo miniſtrabāt; Euangelizādo præcipuè & Regnū, & verbū Dei, Catholicas explicando veritates, neceſſarias ſubminiſtrando intelligentias, & noxias, ac pernicioſas refutando hæreticas inſipientias, vehementiùs cohortando deſipientes; vt ad Catholicā redirent ſapientiam: Non abſq; vberiori prouentu. Curarunt in primis Fr. Fr. Philippus, & Bernardus per vices intra Cōuallē mobilem adhuc Apoſtolatum exercentes, Sacras Ædes, vel Sacella iam olim debacchantium Caluinicolarum furore diruta, vel expoliata pro temporis opportunitate aliqualiter inſtaurare, & exornare ſaltem ad ſufficientiam, ſi non ad congruentiam, vt Sacroſancta myſteria perficere valerent; inde à materialibus ad ſpiritualiora progredientes, Caluiniſtico vel turbine impulſos, vel impulſu deiectos, vel impetu proſtratos, & ferè eliſos vtramq; & doctrinę, & religioſę vitę exempli porrigendo manum, & iacentes ſubleuare, & proſtratos erigere, & eliſos redintegrare nitebantur; ſed plures ad inſtar ſuis in cœni volutabro lotę in ſordibus hereticalibus adhuc, & eò magis inſordeſcere geſtientes, ſimul ac gaudentes pro extrahendis ſordidis laborantium conatus deridebant, & enitentibus, ſe ipſos deluſos ab illuſionibus eruere, illudebant, non tamen vniuerſi; ſed ſceleſtiores, inter quos Accelienſes computabantur. Accelium igitur aduenientes Viri Apoſtolici; diutiùs inibi commorabantur, atque diuturniores moras trahebant; vt illi; noxijs reiectis moris, ad ſanam mentem ſe ſe perduci permitterent. Permiſſos ergo Capuccinos Leuiticos Operatores ad legitimam Eccleſiam reducebantur nonnulli; verùm plures in dies plus recedere feſtinabant, atque contribules ſeu Conuallicolas ſuos ab Eccleſia deficere nequiter, ac ſolicitè ſuadebant, ne dicam violenter compellebant. Sceleſtiores ergo illi Impietatis aſſertores Catholicæ pietatis prędicationibus contradicebant, aduerſabantur, & contraria moliri, enixè conabantur. Vnde ſępè ſępiùs Seraphici Antagoniſtę contradictores illos aggrediebantur, increpabant, perfidiæ coarguebant; & oſores veritatis legitimæ manifeſtabant, irreligioſæ religionis propugnatores, & Sacrilegiorum patratores, vnde ſchiſmatica excandeſcentia, & hæretico furore in Fr. Philippum præcipuè acriorem aduerſarium efferueſcere; & incaleſcere cęperunt.

Fr. Philippus Miſſionū Pręfectus Apoſtolicis Operantibus pręſidendo, & ipſis pariter cooperatur.

Ann. Chriſti 1600.

Spiritualia ſubſidia, & Apoſtolica munera miniſtrā tur etiam à Fr. Bernardo Coapoſtolico

Sacras Ædes aliqualiter Inſtaurant.

Ann. Chriſti 1601.

Religioſę vitæ, ac doctrinę exemplo cunctos Caluinizantes ad veritatē perducere conātur.

Acerbioris

II.

Acerbioris autem odij nouum fomitem perduellibus ſubminiſtrauit relatum à Fr. Philippo, atq; à Sereniſſimo Carolo Emmanuele I. promulgatũ aduerſus Sectarios cunctos generale, & peramplum memorabile Edictum, ſecundo hujus currẽtis ſæculi anno editum, ſub quinto Kal. Martij, quo incredulis vniuerſis, vel Caluiniſtica placita deierare, vel patria limina linquere indicebatur. Cuius iuridicam promulgationem pro roſtris faciendam, cum per ſingulos Vallis Pagos vigil Euangelicus curaſſet; natiuitate, & prauitate Pagani in arcto poſiti fremebant, eoq; magis dentibus in Fr. Philippum ſtridebant; quo ille magis plenariæ latæ legis executioni ſolicitiùs incumbebat, & peragrando inuigilabat, atq; inſiſtebat; nullo ſiue improbo labore defeſſus, ſiue grauiori diſcrimine perterritus; ſed quotidie inualeſcens aduerſus Eccleſiaſtici Regni perduelliones conualeſcebat, aduerſaria caſtra infirmando, dum Catholicæ militiæ ſeductos olim deſertores ad legitima agmina reducebat plures in dies, tàm ipſe, quàm Coathleta Fr. Bernardus, fidelium albo conſcribentes ex illis, qui Caluino prius dederant ſua nomina.

Ann. Chriſti 1602.

Relatũ à Fra. Philippo Edictum Hæreticis odij fomitem miniſtrauit.

Fr. Philippus igitur ex

Ann. Chriſti 1603.

Accelio anno 1602. reduces conciliauit Catholicæ Eccleſiæ	num.	384.
Chianoſio	num.	40.
Preito, ſiue Prato	num.	35.
Pratio	num.	95.
Vxolio	num.	64.
Sancto Michaele	num.	329.

Inualeſcit Fr. Philippus aduerſus aduerſarios, feductumq; copioſam multitudinem ad Catholicam Eccleſiam redire cogit.

Anno vero 1603. Idem ex

Accelio	num.	49.
Vxolio	num.	1.

Anno 1604. Idem ex

Accelio	num.	1.

Fr. Bernardus Auguſtenſis 1602. ex

Ann. Chriſti 1603.

Acceſio	num.	25.
Stroppo 1603.	num.	9.
Pratio	num.	4.
Sancto Michaele 1604.	num.	5.

Ann. Chriſti 1604.

Enumeratis igitur & præſignatis mille, & quinquaginta Tyronibus Catholicis aciebus ſuperadditis, Orthodoxæ Fidei negotia validius reſpirare, & proficere cœperunt; honorificentiùs enim ad Eccleſiaſtica pertractanda, congruentiùs Sacroſancta ad celebranda, honeſtiùs Sacerdotalia adminiſtranda, & celebrius feſtiuitates, ac de Romano more ſolemnitates ad celebrandas numeroſiori frequentia conueniebant fideles, tùm Euangelico Verbi pabulo excipiendo, tùm Sacramentorum ſpiritualem alimoniam participando, & ſic indies meliùs proficiendo.

III.

Sceleſtiores igitur, qui obſtinatiores, atq; pertinaciores ſuperfuerunt; ac perſtiterunt inter eos nempe Caluiniſtas Vallicolas, loco cedere, & à patria diſcedere Ducalibus ordinationibus compulſi, eniſcente ipſo in primis ſolicito actore Fratre Philippo, ad impietatis Aſylum refugientes, Acceliumq; confugientes in Italica remotiore limina ſe ſe receperunt, vnde Capuccini perurgentis, & ſolicitantis capiti inſidiari vehementiùs decreuerunt; quare vbiq; mortales illi inſidias parantibus ſicarijs, vix ille pro ſuo fungendo munere ſuperas Vallis ad Villas (niſi præſidiario milite aſſociatus) tutè peruenire valebat, immò vix iam per communiora itinera, & apertiora Oppida peragrare ei licebat, frequentiores adeo illi laqueos in via præparabant: quamobrem pluries à recto tramite diuertere, & inuias ſemitas aſperrimaſq; calcare cogebatur, quin in montibus, ſyluis, ac ſpeluncis per integros dies ieiunus deliteſcere, & ſub dio pernoctare compellebatur, quo propoſitum munus poſtera die ad perficiendum expeditius percurreret. Tranſcurrendo igitur, vt oculos in viam ſalutis dirigeret, ſæpius Vallis Macrenſis Villas, & Vicos, ſiue populationes cunctas excurrit, & ſic excurrendo grauiora pericula, ſiue diſcrimina à proſcriptis ſibi parata inuenit, Diuina tamen ſe protegente gratia illæſus euaſit, vt pluribus benefaceret, & populis pluribus Catholicas veritates oſtenderet, & diutius operi Apoſtolico fundando, augendo, perficiendo, & complendo perſiſteret, ſicuti Superſtite varijs in luminaribus Eccleſiaſtici Regni, vt diſtinctè proprijs calculis damus. Nequaquam interim reticentes vulgare aſſertum, quo Vallicolæ illi per generationes traducentes, Fratrem Philippum Macrenſis Vallis ab hæretica tyrannide liberatorem acerrimum communiter proclamant.

Creſcente numero fidelium Diuinus cultus validius reſpirare incipit.

Dum Fr. Philippus Apoſtolatũ perficere ſtudet, à Sectarijs illi per vias mortales inſidiæ parantur.

CALCV.

CALCVLVS TERTIVS

Fr. ARCHANGELI IANVENSIS Concionatoris per annum 1605.

CIrca hæc obſcuriora tempora prolixioris Pontificij interregni, ob congeminatum duorum ſucceſſiuè Romanorum Antiſtitum Clementis VIII. & Gregorij XIV. interitum, ſub initijs quinti anni decurrentis ſæculi ſeptimi decimi; ſceleſtiores quidam Antichriſti Aſſeclæ, Catholicę Eccleſię irreconciliabiles perduelliones inopportunam etiam opportunitatem vacantis Sedis Epiſcopalis Salutienſis nacti, Neophytos à Caluiniſtica defectione reduces iterum ſubuertere, & ad nouam Apoſtaſiam prouocare omni malitia, dolo, & artificio enixi ſunt: quamobrem rurſus concitata deſipientium multitudine, & religionaria deſertione, ſine ſeditione excitata, quamplurimos ab vtriuſque Dominationis legitima ſubiectione reuocatos, ad manifeſtam rebellionem pepulerunt. Vnde in momento, in ictu oculi ſchiſmaticorũ per Conuallem perſonante tumultuaria tuba, & Accelij, & Pratij, & in Oppido Sancti Michaelis, cæteriſque nonnullis Vallis Pagis quamplurimi promiſcui ſexus dementati, in hæreticum baratrum prolapſi à Chriſto deficientes, Caluino ſua nomina dederunt. Potentioribuſque illis ſchiſmatis promotoribus, atque aſſertoribus fauentibus, ſimul & patrocinantibus nequiter perfidiari, & ſi non palam, ſaltem occultè ſacrilegia exercere, ſectaſque profiteri plures per annos perdurauerunt. Adueniebant latenter interpellati, à proxima Viennenſi Gallia deceptores Pſeudominiſtri, qui veneficum hæreſum poculum iam deliris propinantes in dies magis inſanire cogebant; ita vt etiam trans montes ad Synagogas Gallicanas progredientes, ex Dæmoniorum menſa maleficum pabulum, ſiue panem deguſtare feſtinarent: quo vehementiùs faſcinati honeſtis moribus deprauatis, temperantia exulata, ablegata humanitate, pietate, ac Fide penitus abnegata, intra Alpium receſſus more pecudum conuerſarentur; non ex infirmitate, vel ignorantia delinquentes, verùm ex pura malitia induſtria, ac ſtudioſo propoſito nequiora perpetrarent.

Seductores inſurgunt; neophytosque ad nouam Apoſtaſiam, & duplicem rebellionẽ reducere enituntur.

A Viennenſi Gallia Diabolicum pabulum accipiunt.

I.

Ann. Chriſti 1605.

Quod infandum Sectariorum animum non paruum negotium ſpiritualibus curatoribus ſimul, ac Capuccinis Cuſtodibus in excubijs inuigilantibus, facceſſebat: cum enim plurimùm laboraſſent, vt exorientes hæreticos tumultus ſedarent, & ſeditioſos tumultuantes compeſcerent medijs, vel modis omnibus adhibitis, quibus tamen exhibitis parum nihilominus proficerent; Fr. Philippus Draconerienſis Stationarius, & Stationum Præfectus phreneticis illis eicurandis, atque curandis non quemlibet Angelum, idest Nuncium, ſed Fr. Archangelum Ianuenſem, virum Angelicum, Euangelicum præclarum Declamatorem, veteranum Stationarium, expertum Apoſtolicum Operatorem Accelium deſtinauit. Tranſlatus igitur hic à Perreti ad Arcis ſcelerum excubias, petronibus olim depetraſcẽdis diù fatigatus, conualeſceremine voluit, perduellionibus his manſuefaciendis, & tranquillandis. Appulſus igitur Fr. Archangelus Accelienſe ad Oppidum nullum pro Cuſtodibus religioſis ſtatutum, proprium domicilium inuenit: Parochialibus quoque Sacris Ædibus à Sereniſs. Duce in Arcis formam, pro ſchiſmaticorum ſeditionibus compeſcendis, conſtructis, & munitis, Sacroſanctis Miniſterijs præſtandis idoneum nullum Templum offendit. Quia pauperculus Rector Eccleſię Sacerdos in Ædiculam Sacram Confratrum de pœnitentia anguſtam, ſcilicet Oratorium pro Parochialibus munijs adminiſtrandis ſe collegerat, quod vetuſtate jam collabens, ingredientibus (vt ore nunc iam proximum) minitabatur caſum, vnde vix quiſpiam ad Sacra accedere, ſacellum intrare, multo minus ibi moras trahere jam audebat; quo iuſto titulo abutentes perſonati Catholici, germani Caluiniſtę ſeſe à Sacroſanctis miniſterijs, & Myſterijs alienabant. Vnde ea tempeſtate (iuxta veterum Oppidanorum teſtimonium) tribus ſolitarijs familijs in Fide perſiſtentibus, reliquus (tunc numeroſus) Accelienſis populus vniuerſus Caluini perfidiam toto corde ſequebatur, quamobrẽ acerrimè paucos ſuperſtites fideles, numeroſiores infideles, perſequebantur: quando illuc acceſſit Fr. Archangelus, qui ſe non minima, ſed maiora, nec nunciare, ſed operari miſſum intelligens, ad opus animosè ſe præcinxit, atque commiſſo exequendo miniſterio, & mentem, & manus applicauit.

II.

Ad ſedandos tumultus deſtinatur Frat. Archãgelus.

Accelienſis populus vniuerſus Caluini perfidiã ſequitur, tribus exceptis familijs.

Inter credentes ternas Catholicorum ſuperſtites familias Accelienſes, vna nec inferior, quin in patria celebrior Donadeiorum cognatio dicebatur, quæ pluribus Dei donis ditata, & fortunæ, & naturæ ſimul, ac gratiæ, idest Fidei charismatibus ſufficienter affluebat: præſeruatę igitur huius cognationis Pater nomine Spiritus, agnomine Donadeius aduenientem emiſſum Euãgelicum Capuccinum Nuncium

III.

humaniter excepit, & intra proprios lares peregrinis Sacerdotibus hoſpitiolum congruum commodauit, conquerente autem Fr. Archangelo, & Pagi illius miſerrimo Fidei ſtatui ingemiſcente, eò quod ſpiritualiter ferè cunctis paganis ægrotantibus ſpirituale nullum adeſſet myrothecium, ideſt Parochiale aptum Templum, in quo efficacia, & ſufficientia conficerentur alexipharmaca, tum Sacramentalia, tum Euangelica: ex-tempore promptus, & hilaris Spiritus hoſpitans hoſpiti Leuitæ propriæ domus Cænaculum grande oſtendit, & obtulit in miniſterium Domini, vt illo in Eccleſiam conſecrato, ad Sacrum Paſcha celebrandum, & Catholica cuncta exercitia perficienda, pro libito vteretur. Pij igitur viri oblatione acceptata Fr. Archangelus triclinium in Templum commutauit, quò conuenientibus fidelibus, & aliquando etiam incredulis Angelus pacis cœpit eis annunciare Regnum Dei, Dei verbum prædicare efficaciùs, frequentioriq; ſua feruentiori prædicatione pro audientium captu oracula ſcripturarum explicabat, Sanctorum placita adducebat, dogmata Orthodoxa confirmabat, & nefaria pſeudodogmatizantium adinuenta figmenta, & commenta damnabat: tum pro familiariori Catechiſmo neceſſariora rudimenta Catholicæ diſciplinæ rudioribus porrigebat, & paruulis inſtillabat: proteruos deinde ſciolos, & hæreticæ nequitię aſſertores diſputationibus, ratiocinationibuſq; validioribus obmuteſcere compellebat, quia de ſcripturis muſſitantes, ſiue balbucinantes magiſtraliter redarguebat, & perfidiæ inſimulabat, non tamen confuſos ſibilabat, ſed humaniter obſecrans exhortabatur, & ad Fidem prouocabat: vnde illius beneuolentia laceſſiti quamplures reduces legitimæ Eccleſiæ ſunt reconciliati, quorum diſcretum numerum adhuc ignoramus. Illud firmiſſimè tenentes, quod Ducalium Edictorum pro obſeruantia aduerſus proſcriptos ſpecialiter plurimùm apud Tribunalia, & Magiſtratus laborauit, & plura in obſequium Fidei, & perfidorum odium præſtauit.

Accelij cum nullum adeſſet Templũ, F. Archãgelus cęnaculũ grand. cuiuſdam Catholici acceptat, & in Eccleſiam conſecrat.

Suum miniſterium omni conatũ perficere ſtudet, multoſq; deuios ad Fidẽ conuertit.

CALCVLVS QVARTVS

COMMVNIS

Fr. Fr. IOSEPHI à FOSSANO, & LVDOVICI ab ALEXANDRIA Concionatorum per annos 1606. 1607.

I. QVò magis Euangelici ædificatores Capuccini Accelij ad Cuſtodiam deputati, & materialia, & ſpiritualia Templa conſtruendo Accelienſem populum ad Arcem Cœli extollere nitebantur; eò magis illi ſceleſtiores ſcelerum arcem intra domeſticos lares erigere, & conſtabilire nitebantur. Quorum nefarijs, Sectarijſq; conatibus vt validè repugnarent; vnus poſt alium electi, vocati, & ordinati miſſi venerunt Fr. Ioſephus Foſſanenſis primus, Fr. Ludouicus ab Alexandria ſecundus: qui vnanimiter, & viriliter nouatorum factioſorum, vel potiùs facinoroſorum nouæ reuolutioni intrepidè reſtiterunt, & obſiſtere perſeuerauerunt. Inſidiabantur illi perpetuò Eccleſiaſtico Regno, & integritati Fidei; vnde Apoſtolicis Antagoniſtis Catholiciſmi propugnatoribus hoſtiliter infenſi, quotidianis eos infeſtationibus impetere, & machinationibus perturbare ſtudebant, vt ab Apoſtolicis obſeruandis excubijs deturbarent: ſed tantùm abeſt; vt ſtrenui Pugiles cederent; quinimmò pulſatione ſoſpites, ſolicitiores in Cuſtodia peruigilabant: ne fortè dormientibus, vel abſentibus ianitoribus, ſiue ſpeculatoribus Diuini Patrisfamilias domus perfodi contingeret. Verbi igitur Dei prædicationi, Sacræ doctrinæ expoſitioni, Sacramentorum accuratiori adminiſtrationi, vigilijs, ieiunijs, & orationi iugiter inſtabant, ſimul ac Sacri cultus inſtaurationem moliebantur: ſuperſtitibus fidelibus integram, & Orthodoxam Fidem neceſſariam commendabant: ideò & ſedulò eos admonebant; vt à nocturnis auibus, Sectarijs veſpertilionibus, ideſt falſis Propheris ſecretò ruentibus præcauerent, atq; quàm maximè ab occultis conciliabulis, ſiue hæreticis Conuentibus abhorrerent, ne à peſtilentiæ Cathedra Caluiniſticas impietates promanantes exciperent; vnde & peſtilentiali tabe inficerentur. Infatigabiliter igitur taliter excubando, laudabiliter ſuas vigilias ambo perfecerunt, & receſſerunt.

Ann. Chriſti 1606.

Fratrum Ioſeph, & Ludouici labores narrãtur.

Ann. Chriſti 1607.

CALCVLVS QVINTVS

Fratris ISIDORI à BVSCA Concionatoris per annos 1608. 1609.

PErlelitanti interim, & iugiter inter Schiſmaticos laboranti Accelienſi Eccleſię, auxiliaris Apoſtolicus Athleta à Sacris Præſulibus, hoc anno octauo decurrentis ſæculi ſeptimi decimi, mittitur Fr. Iſidorns à Buſca, verè aurea Bucca, mel enim, & lac ſub lingua illius pacifici Euangelij profeſſoris. Hic igitur non iracundia zeloſi furens; ſed charitate Chriſtiana, immò religioſa feruens ferventiori greſſu aduerſus Eccleſiaſtici Regni perduelles, quotidie magis furentes, in campum proceſſit, plenum non oſſibus, ſed agminibus voluntariè morientium, Deo mortuorum Caluiniſtarum, quorum hoſtiles conatus ad Catholicæ Eccleſiæ interitum tendentes, vt caſſos redderet, & illuderet; accuratiorem perambulationem, & perluſtrationem omnium locorum Accelienſi Apoſtolatui ſubiectorũ inſtituit, & ſuæ biennalis reſidentiæ tempore non compleuit modò ſemel, ſed ſemel, & iterum, & pluries repetijt, ac perfecit, inuiolabili hoc ſibi præſcripto ordine, & methodo ſeruata: Ab indigentiori ſibi nota, & cognita Villa peragrationem Apoſtolicam exordiens, eò primùm appulſus Parochiales Sacras Ædes adibat, vel Paræciarum dirutarum rudera, aut ſaltem deſtituta męnia intrabat, quibus inſtaurãdis, vel pro virili reſarciendis incumbebat: vel mundandis, euerrendis, & perpurgandis, ſiue reconciliandis, aut deniq; componendis ſtudebat: quibus pro opportunitate compoſitis, prædicationem Diuini verbi adoriebatur, ardentiori ſpiritu pro ſuggeſto declamando, & aduerſus Sectarios ſchiſmaticos inuehendo. A ſuggeſtu ad Cathedram deſcendendo paruulorum, & ſimplicium Catechiſmum aggrediebatur, & longanimi perſeuerantia proſequebatur: Hinc ad Sacramentorum, ſignanter Pœnitentię ſubminiſtrationem progrediebatur, pęnitentium receptioni inſiſtendo, poſtmodum redeuntium ad Eccleſiam inſtructioni peculiari, atq; reductioni perſiſtebat. Spiritualibus igitur recenſitis fatigationibus expeditus, ad infirmorum viſitationem, & mœrentium conſolationem, miſerorumq; ſubuentionẽ ſollicitè vel præſtandam, vel procurandam egrediebatur. Quibus vno in Oppido expletis, ad proximũ ſubſequens Pagum ſimilia infatigabiliter pręſtaturus, tranſgrediebatur, ieiunuſq; ſæpiſſimè per integros dies, etiam violenter laborans perſeuerabat, nec tamen in ſuſtinendo, & aduerſa tolerando, aliquando deficiebat. I.

Fr. Iſidorus accuratè Vallis Villas omnes perluſtrat, vt Caluiniſtarũ conatus reluudat.

Villarum Parochias componit, miſericordięq; opera ſpiritualia, & corporalia omnibus impendit.

Ann. Chriſti 1608.

Eccleſiaſtici Regni perduelliones, Sacri cultus inſenſiſſimi hoſtes, & Religionis Catholicæ acerrimi oſores primo aggreſſu Sacras ſignanter Parochiales Ædes inuaſerant, & Sancta cuncta peſſundauerant; Altaria deſtruẽdo, Sacraria expoliando, Sanctorum imagines abradendo, deſiderabilia aſportando, & cuncta profanã do, etiam binis illis in Pagis, quos hæretica prauitas nunquam expugnare, & deprauare præualuit, nempè Marmoris, & Chiaperiæ Villis. Ad extremam hanc Italiæ populationem, limitaneas alpeſtres regiones perambulans, cum perueniſſet Frat. Iſidorus; derelictum, & penè deſtitutum Parochiale Templum à prophanis dehoneſtatum offendit: ſtabant quondam celeberrima gemina lignea ſimulacra, altera grandior Chriſti Crucifixi, altera peculiaris deuotionis Sanctæ Margaritæ Virginis, & Martyris Titularis, & Patronæ ibi conſtituta, quæ poſtmodum ab inuaſoribus arrepta, atq; à prominentiori rupe in Conuallem præcipitata, mutila, & quaſi præcipitio contrita, lapidibus & ninibus obruta adhuc iacebant; acceſſit zelans Leuita, & inter rudera conquiſita reportauit, atq; propria manu, vtcumq; valebat, reconcinnata proprijs, & priſtinis Sacellis, aris, & locis reſtituit, in quibus ad præſens vſq; fidelium ſingulari iubilo conſtiterunt exculta, & venerata. Hinc ad Sancta emundanda proceſſit, paramenta, & ornamenta, ſupellectilem Leuiticam, ſacra vaſa pro Sacroſanctis myſterijs conficiendis, & Parochialibus miniſterijs exhibendis prouidit; Sanctorum imagines, & pias icones reſarciendo pro temporis, & loci opportunitate; Primuſq; fuiſſe (communi Oppidanorum aſſertione) traditur, qui celebrationem Miſſarum, & Sacramentorum adminiſtrationem, remotis illis gentibus reſtituit. Quæ autem agreſtiori illi, atq; remotiori Eccleſiæ Capuccinus Sacerdos ſollicitè præſtitit; eadem reliquis cunctis numeroſioribus deſtitutis, & depauperatis Paræcijs non ſegniori diligentia, impendere curauit. Vallicolarum namq; conſtans fert traditio: nullam apud illos Sacram, vel Ædem Parochialem, vel ſpecialem ædiculam reperiri, cui inſtaurandæ, vel reſtaurandæ, aut reſarciendę, ſiue ornandę, mundandę, & componendę Leuita hic Capuccinus non incubuerit; Eccleſiaſtica ornamenta, miniſterialia vtenſilia, Sacerdotalia indumenta, ſiue paramenta, neceſſariam denique ſupellectilem congruam II.

Ab inuaſoribus hæreticis præcipitio colliſę Sacrę Statuę conquirit, reconcinnat, ac proprijs Aris reſtituit.

Sacra emundat, Sacramẽta, Miſſaruq; celebrationẽ primus reſtituit.

prouiden-

prouidendo ex piorum quidem clargitionibus, & eleemoſynis multa; ſed ex proprijs alimentis, nempè ex præſtitis ſibi, Apoſtolico ære, quotidianis ſubſidijs plura comparando. Victitabat zelans Diuini cultus inſtaurator, ſolo vt plurimùm hordeaceo pane, & aqua pura cum ſocio contentus, vulgaris aliquando obſonij modicum quid ſuperaddendo parciſſimè, quò largiùs, & abũdantiùs quod reliquum ſupererat, in pios vſus pauperculis Eccleſijs ſubueniendis conuerteret. Nec eo contentus, ſuum Capuccinorum Prouincialem interpellauerat, vt ſi quid de domeſticis Conuentuũ Sacrarijs, non vſquequo neceſſarium diminuere valeret; depauperatis his Sacris Ædibus prouidẽdis impendere, & tranſmittere dignaretur: quod & ille benignè annuens, pluries præſtitit.

Ipſe frugali, & auſtero victu cõtentus ſibi præſtitũ alimẽtum in ſacros vſus conuertit.

Etiam à ſuo Prouinciali paraméta ſacra pro depauperatis Eccleſijs impetrat.

III. Hic tamen non perſtitit operoſa Fr. Iſidori charitas: nam cum ornamentis, ſiue paramentis prouiſis, Sacerdoribus ſignanter Rectoribus non prouiſæ plures languerent, & prædonibus expoſitæ remanerent Eccleſiæ; Parochialium miniſteriorum ipſe onera vltroneus ſuſcipiens, ſuſcepti oneris partem Coarmigero Sacerdoti committens, ex condicto deſtitutarum Paræciarum ſolicitæ adminiſtrationi incũbere voluerunt, quouis labore, aut diſcrimine: nullæ enim prorſus diſcriminoſę, aut laborioſæ itinerationis, ſiue fatigationis habita ratione, ibant, redibant, egrediebantur, progrediebantur, regrediebantur ſeruiendo, obſequendo, curando, miniſtrando, inſiſtendo, aſſiſtendo vel ſanis, vel dupliciter (nempè ſpiritualiter, aut corporaliter) ægrotantibus, & indigentibus. A pio opere præſtando, non illos retrahebat difficultas itineris, non aſperitas montium, non niuium altitudo, non aquarum multitudo, non frigoris acerbitas, vel caloris vehementia, non imbrium ruentium copia, aut ingruentium tempeſtatum impetus, non ventorum incurſus; nec tandem inſidiantium aduerſariorum occurſus ab indigentibus ſuis proximis iuuandis, operoſos Miniſtros retardabat: hoſpitantium inopia, locorum paupertas, pauperculorum inciuilitas, & auxiliatorum ingratitudo nequaquam officiebat, quin nudipedes, pedeſtres, ieiunio ferè perpetuo languidi, fatigati ſemiinduti, pannoſis vilioribus tunicis oneroſis grauari potiùs, quàm veſtiti motu perpetuo Diuina gratia ſuffulti agitarentur: offendiculo etiam cruentatis, & firmiori gelu vulneratis cruribus, admirantibus, & compatientibus ſpectatoribus, etiam Hæreticis. Verus hic Apoſtolorum Aſſecla Frat. Iſidorus concionabatur frequentiùs, non in perſuaſibilibus humanę ſapientię verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus, ac virtutis: erant illius feruida verba non ad circinum concinnata, ſed cordium medullas penetrantia, pertingentia vſque ad diuiſionem ſpiritus, & carnis. In Templis quidem (iuxta conſuetum) publicè pro ſuggeſtu verba Euangelica proponebat: verùm enimuerò, quia vel irreligioſi homunciones, vel renitentes blaterones ſchiſmatici in catabulis potius torpentes otiari, quàm in Templo ſpiritualibus vacare delectabantur: ideo Fr. Iſidorus taurorum armenta, & armentariorum conuenticula in caulis perquirebat, & domicilia penetrans congregatos in ſtabulis inueniebat: vbi præſepibus pro cathedra vtens, ex-tempore coram ſtertentibus ſtantibus ſiue fidelibus, ſiue perfidis vtiliores ſermocinationes inſtruebat: docendo, monendo, adhortando, alliciendo, perterrefaciendo; cunctos tandem ad meliorem frugem efficacioribus ſuaſionibus, & ſuauioribus allocutionibus impellendo: nec aliquando omni prouentu vacuus recedebat; ſed vt in plurimùm ſpiritualis emolumenti aliquid gaudens referebat.

Orbatas Rectoribus Paræcias ipſe recipit, curamq; illarũ aſſiduè gerit.

Ann. Chriſti 1608.

Verba Euangelicą non in Templis tantũ proponit publicè; ſed & priuatim in catabulis docet.

IV. Si quem verò nonnunquam vel in caulis, vel in vicis, ſiue in domo, ſiue in foro opponentem, aut iurgantem Antianum, Diaconum, vel etiam Pſeudodoctorem obuium habebat; validiùs, ſed humillimè, ac pacificè ex-templo illum aggrediens, & ſcripturarum oraculis, & firmis ratiocinijs vndique à Diuinis promptuarijs adſcitis teſtimonijs, impietatis, infidelitatis, ac falſitatis coram arguebat, oppoſita reijciebat, & propoſitas difficultates facillimè diſſoluebat: deceptos miſeros ad reſipiſcendum inuitabat, & vt fideliter ſapere vellent prouocabat, impenſiùſque hortabatur: qua cohortatione haud minimum profeciſſe demonſtrabant crebriores reſipiſcentium Caluinizantium conuerſiones, quorum non paucos Eccleſiæ Catholicę reconciliatos à Fr. Iſidoro communi voce conteſtantur Vallicolæ: diſcretum tamen numerum nec voce, nec ſcripto enarratum adinuenire potuimus; quamobrem indiſtinctè tàm egregium facinus vix indigitare cogimur. Sicuti etiam epitomaticè recenſere compellimur vituperationes, & tractationes acerbiores, quas aſſiduè à deſertoribus patiebatur: ægrè enim admodum ſufferre valentes irreligioſi, immò profani ſacri cultus violatores, à Religioſo hoc zelote Catholicę religionis ſtatum inſtaurari, & quas ipſi violenter deiecerant Eccleſias, ſolicitè à Capuccino Machabæo reædificari; illi perpetuò inſidiari non deſtiterunt, nec ab eo calumniando, iniuriando, & pluries percutiendo abſtinuerunt ſceleſtiores, quod inuicta ille patientia tolerabat, haud ſine ſpectantium inſigni ædificatione, vt ex ſequentibus patet. Ab Vxolij Pago Paganus quidam Caluiniſta nefarię Sectę tenaciter adeò inhærebat, atque tam mordicùs eam propugnabat,

Antianos, Diaconos, ac Pſeudominiſtros obuios falſitatis arguit, deceptos ad reſipiſcendum inuitat, multoſque ad veritatem conuertit.

Percuſſiones, & irriſiones a Caluinicolis deſertoribus multas patitur.

X 2 & Catho-

& Catholiciſmum auerſabatur; vt ſi quando etiam neceſſario laboritio incumbentis noxium quid, vel minutioſum Catholicis Templis præſtandum illius vel menti, vel manui occurreret; opus dimittebat, vt impium facinus ſacrilegus proſequeretur: quem peſſimum iconoclaſtam deprehenſum ſæpè ſæpiùs humaniter, vt à nefatio opere abſtineret, Fr. Iſidorus monuerat, verum indulgentia deterior perſeuerabat nefarius Deo, & Sanctis iniurioſus, ſacris imaginibus abradendis; quare Apoſtolicus Cuſtos minitatis tandem à Tribunalibus infligendis pœnis, acerbiùs illum coarguit, qua redargutione fremens Iconoclaſta Religioſum Capuccinum prius vituperationibus oneratum, verberationibus tandem impetiuit; ſimulque affecit, quas ille æquanimiter, & longanimiter aliquoties ſuſtinens, & ſemper pacificè perferens; denique improbus percuſſor patientis virtute deuictus, confuſus, & contritus humillimè veniam precatus, ab improbitate ſimul, & ab impietate receſſit, & Catholicæ familiæ acceſſit.

Verberationibus, & vituperationibus à Sectario Iconoclaſta impetitur

Secus autem cum altero Sacrorum profanatore illi contigit: commorabatur Accelii in Oppido mercator quidam hæreticus, qui nulla feſtorum habita ratione, vt mercimonię incumberet; indifferenter qualibet etiam celebriori die, patentibus tabernę foribus ſuas merces exponebat: Admonuerat aliquoties blandè eum conueniendo Fr. Iſidorus tabernarium, qui in dies nequior, in odium religionis, & religioſi monitoris ſtudioſè in contemptu ſacrorum perſeuerabat. Quodam igitur ſolemniori Sabbato regrediens ab Eccleſia domum verſus zelans Leuita, violatorem hæreticum venditandas merces, iuxta conſuetum, apertis ianuis expoſuiſſe conſpexit; quamobrem acriori ſtimulo impulſus, vehementiori inſimulatione profanatorem pulſauit, Sereniſſimi Ducis indignationem, & Ducali Edicto indictas mulctas comminando: iuſta hac, & condigna reprehenſione Caluiniſta commotus, iracundia vehementer adeo efferbuit; vt inermem religioſum aggreſſus, violenter ſtantem pepulerit, & grauiori impulſu ad terram eliſum ferè enecauerit, atque ſic proſtratum iniuriis, calumnioſiſque improperijs affecerit, & cumulauerit, inclamante continuò innocuo Agno manſuetiſſimo. O bone Ieſu! O Maria Virgo; quem demũ accurrentes Catholici de ferocientis manibus ereptum, & eleuatum, domum reduxerunt. Nec impunè ſacrilegus percuſſor abiuit, breuiori namque temporis intercapedine primus ipſe mercator ſceleſtus ſubitanea, ac improuiſa morte correptus miſerrimè interiit, inde ſucceſſiuè vnus poſt alium vniuerſi ex eius familia defecerunt, & deceſſerunt cum familiaribus, vniuerſa etiam penitus re familiari conſumpta; ita vt ne illius quidem domicilij olim ſatis commodi, inſolentiori caſu deiecti, ſupererint veſtigia. Verum enimuerò non illatæ ſibi diuexationes Fr. Iſidorum ſolicitabant, ſed irrogatę Deo iniurię, & multiplicatæ offenſiones vehementer eum angebant. Contigit igitur his diebus, dum ſolicitus Operarius Dei domum vniuerſis ſuis conatibus ſuſtentare, & releuare niteretur; vt illius angulus caſu grauiori rueret: inueniebatur igitur eo tempore in Oppido Accelij Congregatio quædam Pœnitentium Confratrum Diſciplinatorũ, quæ ſub Sancti Spiritus titulo, & vexillo Deo militabat. Hi igitur à maligno, & nefario ſpiritu exagitati, & perducti ſimul conſpirantes, vno eodemque die à Catholicis Caſtris deficientes ad ſchiſmaticorum partes tranſeuntes, publicè Caluino nomina dederunt, haud ſine grauiori totius illius Eccleſię ſcandalo, quia & Spiritus Sancti quondam domicilium, atq; Oratorium in proſcriptorum Sectariorum receptaculum ſimul, & hæreticum delubrum tranſtulerunt, Sacrum Sacellum in ſacrilegiorum proſtibulum profanantes, atque conuertentes. Inualuerat namque adeo apud agaſones, & caupones, ſiue armentarios, & bubulcos illos Vallicolas religionaria libido; vt inuerecundè immò glorianbundi modò Catholiciſmum, modo Caluiniſmum ſæpè ſæpiùs profiteri, vel deierare ſucceſſiuè palàm præſumerent: Fidei opus quaſi vltroneum negotium ad libitum nundinantes: ex inſtabilibus igitur his promiſcuę religionis homuncionibus nonnullos aliquoties lapſos, & relapſos ad Eccleſiam Fr. Iſidorus reduxit, quorum diſtincta nomina latent.

A ſacrorum profanatore grauiter reprehẽſo malè afficitur, Deus autem viri offenſam vlciſcitur.

Confratrum Diſciplinatorum Sancti Spiritus Cõgregatio tota ſimul à Catholica Fide ad Caluiniſmum tranſit.

Nonnullos lapſos, & relapſos ad Catholicam Eccleſiam reducit Fr. Iſidorus.

V.

Ann. Christi 1509.

Sæcularis igitur prædicatæ Congregationis turpis, & indecora defectio, & ab Eccleſiaſtico Regno rebellio, explicare vix valemus, quam acerbiori dolore, & mærore zeloſis Leuitæ precordia affecerit, & quàm grauiter contriſtauerit; verum enimuero non deſpondit ille animum, quinimmò conualeſcens ex infirmitate, vt Catholicorum partes fortes fierent in bello aduerſus pietatis Orthodoxæ oſores, & perſecutores; nouam, & illis in oris adhuc ignotam Societatem, ſiue Religioſam aciem inſtituere excogitauit, & excogitatum opere ex-templo expleuit; Congrua enim relata facultate Deiparę Virginis Roſarianum Sodalitium Accelienſi in Villa conſtituit, habito ad hoc ſelectorum virorum, ac mulierum numeroſo delectu, quò conuocato coram Altari conuenientes ſtatis diebus, & horis precarios Matri Dei globulos perſoluebant; mente interim totius Redemptoris vitę myſteria reuoluentes. Hinc Frat. Iſidorus comparata ex ſubſidijs pecuniarijs non mediocri coronarum quantitate, largè cunctis accedentibus diſtribuebat, & religioſa mu-

VI.

Roſarianum Sodalitiũ cũ debita facultate ſuſtituit, coronarumq; multitudinẽ ex pecuniarijs ſubſidijs comparatam, largè cunctis diſtribuit.

nuicula

nuſcula impartiebatur, vt ad ſolicitiùs conueniendam ſegniores ſolicitaret. Nec ſic tamen ſibi ſatisfeciſſe videbatur pro illati damni reparatione; niſi neceſſariorē alteram diligentiùs Congregationem excoleret: quamobrem ex propoſito cepit ſolicitiùs Chriſtianæ doctinę publicè tradendæ inſiſtere: nàm ſiue in caulis, ſiue in vicis, ſiue in alpeſtribus Sacellis, vbicumq; denique opportunitatem nanciſcebatur, congregatis paruulis, & adoleſcentioribus rudioribus, ſimplicibus, & inſciētibus Catholicę diſciplinæ prima elementa facilius, & familiariùs explicabat, frangebat, porrigebat, ea humanitate, & indolgentia, vt ad adſtantium ſingulos ſimpliciores accederet, & ineptioribus verbatim copulatim, vel ſingillatim Dominicam orationem, Salutationem Angelicam, Symbolum Fidei, præcepta Decalogi, quaſi edentuliſis premandendo inſtillaret; quin verò balbutientium infantium ori nomen Ieſus, & Marię perſtillabat, & apprehenſam imbellem adhuc eorum manū, Crucis ſignum efformare premonſtrabat, veluti cū puerulis pueraſcens, vt paruulos ad Dominum maturè deduceret. Tum grandioribus maiora explicita, noſtræ Fidei myſteria tradebat, & vt efficaciùs ad neceſſaria perdiſcenda perduceret; coemptos, ex Apoſtolico ſubſidio ſibi detracto, libellos doctrinæ Chriſtianę, & officij Beatę Virginis, ceterarumq; precationum profuſa liberalitate diſpartiebat; ſicq; deuotis donarijs ſolicitiores ad ſacra frequentanda efficiebat. Cui pluſquam neceſſario Catechetico operi ſolicitior ipſe perpetuò incubuit, vnde nec minimum profecit, quin verò maxime profuit.

Ann. Chriſti 1609.

Omnibus omnia efficitur, vt cunctos ad Chriſtū deducat.

Libella Doctrinę Chriſtianę, Officia Beatę Virginis, & alia deuotionis gratia, liberaliſ. diſpartit.

VII. Ex induſtria hactenus huius Capuccini Leuitę proprium, & familiare opus recēſere protelauimus: *Diſperſit dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi*. Liceat nobis à Pſalmiſta mutuatum id Elogiolum huic miſerorum tutelari adſcribere, de quo nequaquam dicere vereor, (quod non modò à dicentibus audiui; ſed ego ipſe proprijs conſpexi oculis, & manibus pertractaui) in egenos ſcilicet, & ęgrotos interminabilem illius extitiſſe charitatem: ſiue namq; intra clauſtra religioſę domui, ſiue extra Apoſtolico operi præeſſet, occurrentibus ſibi egentibus cunctis, etiam non rogatus accurrebat, & ſuccurrebat, & quod per ſe non poterat, per alios præſtare ſatagebat; mendicando ipſe, quod mendicare erubeſcentibus poſtea ipſe impenderet, & eſurientes paſcere, & ſitientibus potum, & hoſpitibus requiem, & carceri mancipatis ſolatium, & nudis veſtimentum exhibere modis omnibus feſtinabat. Sed quid dicam de infirmantium curatione? velut mater amans tenellum ſuum infantulum languentem, ſic ille ſuum proximum iacentem pietatis viſceribus amplectebatur: viſitabat, ſolabatur, inſeruiebat, lectulo aſſidebat, cibum ſiue potum humaniter porrigebat, cubiculum, & immunda vaſa perpurgabat, lenimenta ſuppeditabat, & medicamenta exhibebat. Si quem verò pauperiorem ægrotum, qui ſibi neceſſaria parare non ſufficeret, offendebat; protinus ille vel de religioſa ſua domo, vel de opulentioribus promptuarijs, prouidere curabat, immò currebat, etiam vbi neceſſitas afforet, ad pharmacopolas accedens, medelas congruas laborantibus procurabat, nullum deniq; reale, aut perſonale rationabile obſequium, neceſſitatem patientibus, effusè impendere omittebat; Vnde legitimus & pauperum, & miſerorum parens habebatur.

Pſal. 111.

Charitatis opera ægentibus & infirmis quibuſcumq; impēdit.

CALCVLVS SEXTVS.

COMMVNIS

Fratrum CHRISTOPHORI à CEREALI, & ANGELI ab ATTELA Concionatorum per annos 1610. 1611. 1612.

I. AD aliud Cœlum, ideſt Regnum celorum, quod eſt præſentis temporis Eccleſia, reducendos deuios Acceliēſes, & cohærentes Vallicolas, Seraphicos binos aduenisse his annis legimus inſignes operarios Fr. Fr. Chriſtophorum, & Angelum, quorum primus per vnicum ſolum, alter per geminum annualem curriculum inibi ſunt operati: pro viribus enitentes; vt Eccleſiaſticum Regnum deſertoribus illis gentibus iterum reſtituerent. Angelicam igitur in primis, religioſamq; vitam Chriſti Ieſu ſpeciem imitatricem præſeferentes ſpectabilis virtutis ſpeciem cunctis exhibere geſtiebant: hinc præclaris ſuis geſtis linguæ manus præambula verbo parauit ſemitam; vt amplecterentur homines doctrinam facto proditam. Prodeuntes propterea exinde, poſtquàm cęperunt facere, aggreſſi ſunt docere; validè declamantes pro ſuggeſtu; vt & credentes firmiores redderent, & incredulos docibiliores efficerent. Docebant igitur, & Catholicas veritates pro

Ann. Chriſti 1610.

Ann. Chriſti 1611.

Fratres Chriſtophorus, & Angelus pergentes ad hā Miſſionem prius cęperūt facere, poſtea docere.

capitu ſingulorum explicabant; commonebant, corripiebant, & ad meliora interpellabant, pro opportunitate iteratas rudes, ac idiotas inſtruebant; ſciolos, & præſumentes compeſcebant, confutabant: aduerſantes, & contradicentes Caluiniſtas confundebant: nefaria dogmata damnabant; & Orthodoxa oracula propugnabant; perfidis verbum veritatis miniſtrabant, & fidelibus Sacroſancta myſteria, & Sacramenta adminiſtrabant, vitam cunctis impertire geſtientes, cunctis proficui, nulli noxij, vniuerſitati ſeruientes, ſingulis, & omnibus benefacere ſtudebant, pro ſuæ reſidentiæ diſtinctis temporibus ſatagebant.

CALCVLVS SEPTIMVS

Fr. RAPHAELIS à CHERIO Concionatoris per annum 1613.

I. POſtquam fortiter ſtans in acie, viriliter decertaſſet Fr. Raphael aduerſus exſibillantes, & venena euomentes dracones, ſiue Draconerienſes Caluiniſtas; tamquam validior Agonotheta ad arcem fortiorem ſcelerum, ſiue ſceleſtorum Accelienſium emittitur. Ad quos cum perueniſſet; pro Apoſtolico munere puſillum credentium gregem occeptauit confirmare feruentioribus concionationibus, admonitionibus, atq; cohortationibus, proſperiora annunciando, Regnum Dei, Euangelica promiſſa pronunciando, & prædicando, ſiue prædicendo: pro familiarioribus deinde congreſſionibus, infirmiores, ſiue puſillanimes ſolabatur, inſtruebat, commonebat, & humanioribus officijs ad meliora promouebat. Poſt pabulum Verbi, Sacramentorum etiam vegetioribus alimonijs, efficacioribus alexiphatmacis, vel læſos curabat, vel illæſos reficiebat, tranſeundo de domo in domum, de Pago in Oppidum, de Vico in Villam Vallicolas vniuerſos inuiſebat, & indigentibus cunctis opportunè auxiliabatur, opitulabatur, atq; vt vniuerſis benefaceret; enitebatur ſedulo inſtaurando Eccleſiaſtico Regno aſperioribus Italicis illis in receſſibus ſatagens. Excellebat quidem Fr. Raphael varijs Diuinæ gratiæ, & congenitæ naturæ chariſmatibus, ſuper omnia autem validiori animi robore, ac vigore pollebat. Ideo ruſticos illos Vallicolas; agreſteſq; montanos ſe ſciolos, & Eccleſiæ reformatæ reformatoreſq; iactitantes ægrè admodum ſufferebat: quare ex propoſito, religioſè equidem, ſed vehementiùs Secticolas reformatos pulſare adortus eſt, non indigenas modò, ſed ventitantes alienigenas, nec Accelienſes ſolos, ſed confœderatos Conuallicolas omnes: circuibat igitur, peragrabat ſolicitè quæritans Religionarios therſites quoſcumque, illorumq; quemlibet ſiue gregarium militem, ſiue Anteſignanum, nempè Antianum, ſiue Athleram, ideſt Diaconum, aut Pſeudomagiſtrum vel caſu, vel ſtudio obuium habere ſi contigiſſet; ex-tempore inſurgens, atq; validè aggrediens firmioribus, & fortioribus ratiocinationibus impetitum robuſtè concutiebat, exagitabat, & conuincebat, dogmatibus, Sacræque paginæ oraculis impetebat, inſequebatur, ac proſequebatur acerrimè adeò; vt nunquam ac nunquam eos requieſcere permitteret, niſi manifeſtæ veritati acquieſcentes manus darent; quo acriori bello plurimos ſanandos, & reconciliandos proſtrauit, & Catholicis caſtris recuperauit, (ſicuti antiquiores teſtantur) quorum Catalogum diſtinctè tamen adhuc perlegere nequiuimus.

Fr. Raphael à Draconerij Miſſione ad Accelienſem tranſmittitur.

Ann. Chriſti 1613.

Religionarios quoſcumq; ad Doctrinale certamen aggreditur, eorumq; quoſdam ad Fidē perducit.

II. Sicuti igitur reſipiſcentes benignè amplexabatur, fauebat, fouebat, & pro virili patrocinabatur; ita & renitentes pertinaciores beneuolo doctori reſiſtentes acriùs perurgebat, & quos Supremi Regis indictis iuſſionibus, & annunciatis legibus, ſeu comminatis ſupplicijs æternalibus reducere non valuerat; his humanæ Dominationis comminata indignatione, Ducalibus nempè indictis Edictis, atq; preſcriptis ſub grauioribus interminationibus promulgatarum perſoluendarum noxarum ab vlteriori, & nequiori lapſu retrahere ſtudebat. Aſſiduè igitur tū docēdo, tū diſputādo; aliquādo obſecrādo, aliquādo increpādo; ſiue minis, ſiue blāditijs; & alliciendo, & perterrefaciendo ſubuerſoribus, & ſeductis reducendis ſatagebat: hincq; (ſicuti tranſmiſſa ad nos monumēta teſtantur) Sectarijs Caluinicolis formidabilis adeo & apparuit, & euaſit; vt antonomaſticè Hæreticorum terrorē paſſim illū vocitarent. Nec immeritò, quia non modo hactenus inſoleſcentium temerariorum audaciam compeſcuit; ſed & ab inuaſoribus illata Eccleſiaſtico Regno damna ex parte reſtituit; nullis obſtrepentium gladiatorum minitationibus, inſidijs, ſiue perſecutionibus multiplicatis, ſiue de facto allatis vexationibus perterritus. Intrepido enim corde, & maturo ore progrediens heretica ſpectra, ſiue terriculamenta ridebat, & floccipendebat. Iacebat adhuc quondam à perduellionibus diruta, & ad ſolum equata Parochialis Vxolij Eccleſia, intra propria rudera tumulata, vnde pauculi fideles, qui inibi ſuperſtites degebant, omni ſpirituali ſubſidio expertes, miſerrimè

Hereticorū terror vocatus, æternalibus ſupplicijs, & comminatis Ducalibus Edictis pertinaciores perurget.

& viue-

ſeuiebant, & moriebantur, omni inde penitus Catholico cultu eliminato, quem cum eò reuocare, & Catholiciſmum inſtaurare apud Vxollenſes decreuiſſet, Frat. Raphael, Paganos conuenit, & Parochiale Templum readificandum proponit: Caluinicolæ tunc numerabantur ferè vniuerſi incolæ, quibus non modo parum honeſta; ſed & ridicula viſa res eſt Apoſtolici viri propoſitio, vnde & obluctari, ac contradicere, conatibusq; validioribus reſiſtere perſtiterunt, minacibus, & verbis, & operibus promotorem operis ab excogitato facinore deterrere tentantes. Verùm intrepidus Fr. Raphael ſtetit in propoſito, & prædiſpoſitum opus coram reluctantibus adorſus eſt, & communibus contribulum tàm credentium, quàm nō credentium ſumptibus ædificationem proſecutus, tandem Parochialis Templi cōſummatum ædificium compleuit, ideſt, idoneum effecit, & aptum; vt congruè, & decenter Sacra in eo & myſteria, & miniſteria haberentur Parochialia. Quod itidem in proximis Pratij, & Sancti Michaelis Oppidis præſtauit; in quibus proſtratas ab Hæreticis iam olim Paræcias excitauit, & iterum conſtruendas ære publico curauit. Procurando ſolicitè, & ſedulò inuigilando; ne in domo Dei, ideſt in Sacris Sacellis indecens quid, aut incongruum, aut gereretur, aut conſpiceretur, ſiue contra Sacrorum Canonum præſcriptum perageretur; quia tunc proprijs etiam ipſe manibus accurrens offendicula remouebat, vti ſequenti facinore comprobatur. Aduenit aliquando Fr. Raphael ad Chiaperiæ & Vicum, & Templum, cuius circumcirca parietes cum appoſitas tabulas, & in modum promptuarij, ſiue gazophilacij compoſitas, ita vt tabernam potiùs quàm Eccleſiam redolerent, offendiſſet; ex-tempore Capuccinus Leuita domus Dei zelo accenſus ad parietes acceſſit, & manu violenter arreptas tabulas deiecit, & foras procul abiecit.

Parochiale Vxoliēſe Tēplum à rüderibus excitat, etiā reluctātibus Hæreticis.

Paræciarum aliarū reſtaurat Eccleſias, ac componit.

III. Sicuti & prudenter reiecit Hæretici cuiuſdam perfidi hominis impudentiam, communi bono cooperari renuentis. Apoſtolici Stationarij, vel limitanei milites Capuccini poſtquam aliquandiù gratioſè ſibi à Spiritu Donadeio (vt ſupra dedimus) commodato habitaculo vſi fuiſſent, ne vltronei benefactoris liberalitate, vel humanitate abuterentur, domeſtica quotidiana opera perturbantes, alterum quoddam ſolitarium habitaculum conducititium elegerunt, in quo Oratorio conſtructo, congruenti exornato, & aperto in Sacello Eccleſiaſtica munia exercebant concionandi, catechizandi, & Sacramenta adminiſtrandi proq; temporis, & loci opportunitate Parochialia munera præſtandi; ab Arce occupato principaliori Templo, & ædiculis Sacris vniuerſis, vnica ruinæ proxima excepta, ab inuaſoribus ſubuerſis. Conſiderans igitur prudens Stationarius incongruum, & minus honeſtum fore, & eſſe religioſos viros ſæcularium domos habitare, & intra prophanos lares Sacroſancta pertractari; voluit conductas illas Ædes, ære publico communi Oppidanorum nomine, comparare: facto igitur de emptione, ſiue venditione amicabili verbo cum iuſto poſſeſſore, homine hæretico Petro Marchiſio, annuit ille à principio, & iuſto pretio mediante, domum ſe venditurum pollicetur; poſtmodùm vt irreconciliabilis erat Eccleſiaſtici Regni perduellis, ne religioſo cultui ſua limina deſeruirent, à contrahendo receſſit, & promiſſa reuocauit: verùm Fr. Raphael Iudicialis poteſtatis interpellato ſubſidio renitentem Caluiniſtam publico religionis bono ſua iura media congrua ſatisfactione, cædere, & vendere compulit, vnde ex communi ærario iuſto pretio venditori perſoluto, abſoluto dominio, & iuridica ſibi poſſeſſione retenta publicæ rei adminiſtratores vſum facti, nempè ſimplicem habitationem Apoſtolicis excubitoribus Capuccinis cōceſſerunt. Itaq; ſtatuto certo ſucceſſoribus habitaculo & Oratorio, inde diſceſſit Fr. Raphael.

Ann. Chriſti 1613.

Domum cuiuſdam hæretici pro conſtruenda Miſſione, ac nouo Oratorio cōparat.

Iudiciali ſubſidio hæreticū à promiſſis recedentē ad venditionem compulit.

CALCVLVS OCTAVVS

Fr. ISIDORI à BVSCA Concionatoris per annum 1614.

I. PRiſtinæ ſuæ Accelienſi Stationi poſt integrum luſtrum reſtitutus Fr. Iſidorus, priſtinos pariter ſui Apoſtolici miniſterij reaſſumpſit labores. Primo feruidum, frequentioremq; ex-tempore horariam prædicationem (ſi neceſſitas vrgeret) verbi Dei: Secundò ſolicitiorem Catechiſmum ſimplicium ad plenariam inſtitutionem: Tertiò ſeduliam Sacramentorum adminiſtrationem: Quartò validam & Fidei propugnationem, & perfidiæ expugnationem aduerſus Sectarios cunctos ſtrenuè enitendo: Quintò à ſe inceptam, & à ſucceſſoribus proſequutam Paręciarum, & Templorum inſtaurationem; Sextò in caulis, & præſepibus dogmatizationem; Septimò egentium; & languentium; atq; inerentium ſiuè conſolationem, ſiuè curationem, ſiue ſubuentionem. Nec altera hac vice immunis ipſe

Apoſtolica priſtina miniſteria reaſſumit Fr. Iſidorus, non immuni ab hæreticorū dir… uexationibus

euaſit ab Hæreticorum diuexatione, quin crebras ab eis, & iniurias, & opprobria, & pulſationes ſuſtineret: Quibus nihilo ſegnior affectus, ſedulus circuibat, peragrabat per aſpera, & difficiliora itinera, irrumpens aliquando per delapſas niues vſq; ad femora, euidentiori cum ſalutis diſcrimine, haud mediocri cum ſpectantium, etiam Caluiniſtarum exemplo, quibus præ patientis Apoſtolici viri miſeratione compaſſiua, ex oculis decurrebant lachrymæ. Feruidus, immò ardentior hic operator cum Sacroſanctis miniſterijs exercendis, vel Sacramentis miniſtrandis occupabatur, ferè ſemper ieiunus ad vſq; veſperam perſtabat in opere, & tunc parciſſimè quodcunq; ſibi appoſitum degustabat potius, quàm depaſceret.

Solicitior iſte Eccleſiaſtici Regni inſtaurator (vti ſupra indicauimus) Ædium Sacrarum quàm-maximè reædificationi incubuit: vnde præter ſupra enarrata, inuenio, quòd ſui Apoſtolatus tempore Cælicolis varijs diuerſa Sacra Sacella numero quatuordecim vel à ruderibus excitauit, vel à fundamentis erexit: erecta autem, ſeu reædificata congruè componere ſategit, comparando, & prouidendo vela, ornamenta, & quibuſdam Paræcijs tabernacula pro aſſeruando Sanctiſſimo, cooperimenta, miſſalia, & cætera ad ſacrum cultum neceſſaria. Hæc verò omnia ex cibario ſibi præſtito ære, etiam neceſſarios ſibi, & ſocio cibos detrahens, coemenda curabat. Frigebat apud pauperculos Capuccinos focus; & vt Altare fulgeret, algebat triclinium, & renitebat Templum. Quò enim congruentiùs, & honorificentius ſacra myſteria perficerentur, celebrarenturque Diuina; aſſiſtebat Fr. Iſidorus pauperculis Sacerdotibus ope, & opera reali, & perſonali inſiſtendo, conueniendo peculiaribus locorum ſolemnitatibus feſtiuis Titularium, vel Patronum diebus concionando, & ſpiritualiter miniſtrando. Quod cum ſemel in Oppido Marmoris ſolemniori profeſto præſtitiſſet; religioſo poſtmodum conuiuio à militiæ Duce Hercule Vernetto Catholico viro exceptus, Inſeruientem famulum altero brachio collo appenſo, ſeruitio ineptum offendit, à quo languoris intellecta cauſa, languidum interrogans, ait: Habes Fidem? Saltem habere mihi perſuadeo, reſpondit famulus: Tuæ deficientię ſuppleat noſtra abundantia: & ſigno Crucis ſuper affectũ brachium edito, mox conualuit, & ſurgẽs ambidexter miniſtrabat illis. II.

Ex cibario ſibi præſtito ære, quatuordecim Sacella reſtaurat, componit, & Sacris paramentis prouidet.

Brachio languentem famulum, ſigno crucis benedictum, incolumnitati priſtinæ reſtituit.

Bona multiplicare ſatagens, mala auferre feſtinabat: Ideò cum diutiùs obſeruans animaduertiſſet; ex Accelienſibus optimatibus quemdam Petrum Marchiſium nomine, profeſſione Tabellionem, ore tenus extrinſecis quibuſdam oſtentationibus contentus, Catholiciſmum ſimulare, re tamen vera Caluinianam perfidiam corde, ore, & opere, profiteri, & promouendo ſeditiones, & ſeductę plebis commotiones excitando, & excitatas fouendo, ſimul & plures ad hæreticas partes amplexandas ſolicitando, occultèque grauiora mollendo; amicabiliter illum pro ſuo munere Fr. Iſidorus conuenit, humaniterque, & charitatiuè admonens, manifeſtè eum infidelitatis coarguit, palam verſipellis euidenter propriam detectam malitiam ſufferre non valens, efficaciori reprehenſione excandeſcens infremuit, & ex-tempore benignè corripienti acerbiorem alapam impegit: ſed percutienti Euangelicus Profeſſor illico alteram maxillam porrexit; ſceleſtus verò percuſſor nihilo melior effectus, quinimmò quotidie in deteriora ruens, Conuallicolas ſuos ſeducere & ſubuertere perſeuerabat, Catholicæque Religionis ſtatum deſtitutum, ad interitum adigere conabatur. Quamobrem zelo iuſtiori ductus, & impulſus, cœpit pro ſuggeſtu acrius in rebelles inuehere, altiùſque perſonando Diuinam vltionem ſacrilegis à Deo ſibi peculiariter reſeruatam, & tempore congruo acerbiùs infligendam comminari, inauſpicatiora quibuſdam ſceleratioribus, nempè ſuſpendium futurum ominando; quod vix peracto luſtro Petro percuſſori, & Mongio affini ſuſpendio publicè necatis adamuſſim contigit. Sicuti, & Accelienſi Oppido vniuerſo ferale quaſi totale exterminium ad præſens perſeuerans accidit. Cum enim perfectioris vitæ claris exemplis, & exemplaris Sanctimonię, ac innocentię radijs refulgens, omni qua valebat, ſpiritus, & charitatis contentione, & vehementiori conatu, Apoſtolicis quibuſlibet ſolicitiùs præſtitis miniſterijs ad meliorem frugem reducere enixus perpetuo fuiſſet; intelligeretque omnia fruſtra euaneſcere in deteriora aſſiduè miſeris prolabentibus, tandem circa extremos ſuæ reſidentię dies, ſupremam interminationem, & deſolationem extremam pluries eis comminatus fuit; quam & ipſi ſibimet mortalibus diſſidijs ciuilibus domeſticis furendo intulerunt, & incurſiones bellicę ſimul, & Sectarię diuiſiones completè attulerunt. Vnde ex quondam numeroſa Accelienſi plebe opulenta, vix modò pauperiores nonnulli ſuperſtites conſpiciuntur: mercatura, & negotiationes penitus ſilentibus, deficientibus non modò hominibus, ſed ipſis etiam domicilijs ruentibus, & delectis, vnde rudetum potius quam Oppidum reſpectiuè cenſetur Accellum. Multum igitur laborauit, & plurimùm ſudauit Fr. Iſidorus; vt à Cœlo aberrantes Accelienſes recto tramiti reſtitueret: quod enim foris prædicando, diſputando, admonendo, cohortando, & perſuadendo pertractabat; domi poſtea ieiunando, orando, Deum obſecrando, & pro delictis populi pluribus ſe flagellis III.

Ann. Christi 1614.

Ab infideli Catholico p Fide Caluinizante, impietatis acriter reprehenſo alapa percuſſus.

Sacrilego percuſſori futurum ſuſpendium præſignat.

Accellenſibus extremã deſolationem comminatur, quæ & completur eueniſ.

cædendo, reportare, & promouere procurabat: quapropter ex Catholicis plures pænitentes Chriſto reconciliauit, Sacramentales expiationes generales, & prolixiores patienter exaudiendo, & ex Caluinicolis multos etiam Eccleſiæ Catholicæ reſtituit: reſtitutorum verò nonniſi duorum & quadraginta circiter diſcretum computum exhaurire quiuimus. Scimus autem pro indubitato, quod quarumdam deſtitutarum Paræciarum Vallis ab Hæreticis vſurpata bona Eccleſiaſtica, & prouentus, licèt difficulter & recuperauit, & inſeruientibus operarijs reſtituit; pauperculorum Sacerdotum cooperarius fideliſſimus, & Clericorum tutelaris acerrimus perpetuò, ſemper, & vbique apparens.

Caluinicolas multos Eccleſiæ reſtituit, ex quibus quadraginta duos

CALCVLVS NONVS

Fr. IGNATII à NICIA MARITIMA Concionatoris per annos 1615. 1616.

I. Occidentalibus his in extremis Italię receſſibus frigidioribus, intra aſperiores rupes, & perruptas alpes toto ferè anni tempore niuium copia, & glaciei abundantia albicantes algebat pietas, & ad interitum refriguerat charitas multorum, ſignanter ſeditioſorum, ad quos refouendos, & viuifico calori reſtituendos myſticum Promethæum aduenire neceſſarium adiudicantes Apoſtolici operis Præſules, emittendum Accelium Euangelici muneris Miniſtrum ignem vrentem exiſtere voluerunt; vnde Fr. Ignatium quaſi igneum, pluſquam ignitum deſtinauerunt. Medicę profeſſioni olim in ſæculo incubuerat, modò Capuccinus hic Theologus, & calida frigidis, frigidaque calidis curanda eſſe probè nouerat: ideò agreſtes hos Interalpinos Vallicolas gratioſo ardore expertes, vitioſo gelu obrigeſcere conſpiciens; calefacientibus appoſitis fomentis vegetes, & feruentes illos efficere ſtudebat. Feruentius igitur ad hoc ipſe cæpit gelidos ardentioribus prædicationibus accendere, cohortationibus incendere, admonitionibus inflammare, vniuerſiſque pietatis, & charitatis officijs errantes, indigentes, & miſeros proſequi, & corporaliter, & ſpiritualiter egentes confouendo; vt rigentia, & brumali hæreticali rigore obſtupefacta Chriſti membra, vitali calore deſtituta viuificaret: non ſepties modò, ſed toties quoties (opus fuerat) ſuper defunctos ſpiritualiter incumbendo, & incubando: vnde & nonnulli tandem aliquando prius oſcitantes, poſtmodum oculos mentis aperiendo, denique ad vitam conualeſcere voluerunt, quorum diſtinctum numerum non calemus. Nec inferioribus, ignobilioribuſque ſolis membris ſpiraculum vitæ dumtaxat inſufflauit; ſed à ſolari Spiritus Sancti inflā[m]mata tota, mutuato vegetiori igne, non ardere modò, ſed iterum lucere geſtiebat, Leuitici ſignanter ordinis Miniſtris prælucere ſtudens; quos exēplis, doctrinis, & fideliori cooperatione Eccleſiaſticis cunctis in miniſterijs iuuare ſedulò ſatagebat inſiſtendo, & ſolicitè Diuinis Myſterijs ſolemniter celebrandis aſſiſtendo opitulabatur, cooperabatur; ope, & opera eleemoſynaria Eccleſiaſticū decus, & Sacellorum ornatum procurando. Curauit in primis ſingularis hic Deiparæ Virginis cultor, & à fundamentis erectum conſummauit Chriſtiferæ Matri dicatum Sacellum elegantiùs, quod paſſim Oratorium vocitatur, ipſo in Oppidi Accelienſis ingreſſu, & hoc religioſo ſuo quotidiano victui portionem non exiguam diminuendo, ex conſueto Apoſtolico ſibi aſſignato commeatu, ex quo pariter quamplurimas pro patientibus ſubueniendis erogationes præſtabat. Per biennium igitur Accelienſem plebem confouere perſeuerauit Fr. Ignatius, ex qua proſcriptos quoſdam perturbatores eijciendos, & comburendos procurauit.

Ann. Christi 1615.

Ad curanda Accelienſium vulnera eligitur Fr. Ignatius olim Medicę artis profeſſor.

Ann. Christi 1616.

Eccleſiaſticis Miniſtris fideliter aſſiſtit.

Marianum Sacellū à fundamentis excitauit, & erectum conſūmauit.

CALCVLVS DECIMVS

Fr. LVDOVICI à CHERIO Concionatoris per annum 1617.

I. Annus hic poſt ſexcenteſimum millenum decimus ſeptimus, non ſepties modò, quin ſeptuagies ſepties memorabilis, quia Macrenſis huius Vallis Eccleſijs infauſtiſſimus, infęliciſſimus, & pernicioſiſſimus ſepties, & ſeptuagies ſepties recenſetur. Quam enim à primo luſtro decurrentis huius ſęculi item decimi ſeptimi exordium, & exorſi fuerant ab Eccleſiaſtico Regno defectionem, & ſchiſmaticam, hæreticamq; deſertionem, ſpecioſis diuerſis ſub titulis, quaſi ſimulatam, ſiue cohoneſtatam, ad hanc vſq; diem ternas per olympiades confotam, &

mordicùs propugnatam, hoc tempore, quo ſuperbè extulit ſæuis emiſſus latebris coluber hæreticalis perfidiæ caput, & ſerpentinis euomuit venena pectoribus niger, ſiue rufus draco magnus Caluiniſta in Draconerio nequitiæ receptaculo, ad fores Macræ Vallis poſito Oppido (vti ſuo loco retulimus) In Vallari vertice poſiti Accellienſes Concaluinicolæ accelerantes, & non minus ſceleratiores vt apparerent feſtinantes, palam inſoleſcentes profitebantur: quam enim hactenus aliqualiter ſub velamine ſuſtinuerant hæreticam deſertionem; modò manifeſtè exercebant Sectariam rebellionem. Si qui namq. intrinſecè verè rebelles, extrinſecè ſe ſe fideles vſq; modò oſtendauerant; nunc hypocriſis remoto velamine hæreſes publicè proſequi gloriabantur. Vnde, & Apoſtatantium, & proſcriptorum, & Sicariorum, ſiue Sectariorum coacto hoſtili agmine in Catholicos inſurgere palam non dubitauerunt; duriùs cum eis agentes, malis plurimis afficiebant, & dinexabant, opprimebant, & capitale diſcrimen comminabantur; bona occupabant, rei communis publica miniſteria ſibi arrogauerant, & Iuſtitię virgam ad libidinem inflectebant, agitabant, & quod deteriùs eſt, Sacrum Orthodoxum Dei cultum impediebant, perterrefactionibus fideles à Sacris retrahentes, & ipſi vſurpato iamdiu Spiritus Sancti Congregationis Oratorio pro Phano abutebantur, & Caluiniſtica ſacrilegia in eo, & alibi frequentabant, adſcitis aliundè Pſeudomagiſtris. II.

Tentatam à principio huius ſæculi rebellionē, modò Sectarij palam exercēt.

Catholiciſmi deplorandus interitus.

Furebāt igitur, & aduerſus Diuina, & humana Iura inſurgentes debacchabantur ſchiſmatici eò magis; quò Carolus Emmanuel I. Catholicus Dux bellicis Hiſpanorum violentijs oppreſſus, vt propria tueretur alienigenas Caluiniſtas ſub Aldigherio Duce Delphinenſi in ſuppetias aduocauerat, & poſtulantis proceris intuitu nonnulla eiectis Sectarijs Vallicolis indulſerat: cuius indulgentia abutentes inſolentius deſipere voluerunt (vti Draconerienſi ratiocinio calculauimus) & Eccleſiaſticum Spirituale Regnum peſſundare tentauerunt vniuerſi Vallicolæ, Accellienſeſq; præcipuè. Vnde D. Prior Lucernæ. Poſtquam Draconerienſium Hæreticas ſeditiones enarraſſet, addit: *Ad imitationem Draconerienſium (quibus cum conſpirauerant tumultuantes, Ducalium Edictorum violatores Vallicolæ) nonnullis alijs in locis, ſignanter Accelij in Oppido perpetrata à deſertoribus nefaria extiterunt violentia: ibi namq; prætendentes reformatores domicilium Confraternitatis Sancti Spiritus vſurpauerant, quod promulgata Legis vigore, & tenore reſtituere compellebantur Catholicis, ſub capitis intermisatione, & bonorum proſcriptione, addita interdicta ſub eiſdem; ne quando in poſterum, quouis emendicato titulo eo potirentur, vel abuterentur ad hæreticalia exercitia, ſicuti iam abuſi fuerant, aduocato aliundè Pſeudoprædicante, qui ea in domo execranda Caluiniſtica miniſtrauerat. In Sancti Michaelis Villa haud longè ab Accelio diſſita, nonnulli Sectarij, & gladiatores violenter pariter inſurrexerant aduerſus proprium Parochum Sacerdotem, quem proditoriè in itinere aggreſſum in capite grauiter vulnerauerant, & hæreticum cadauer armata manu Catholicum in Cæmeterium intulerant.* Irruentibus igitur Schiſmaticis prædictis procellis, & effrænis audaciæ, ſine perfidię aduerſus Catholicam Eccleſiam, & fideles deſæuientibus turbinibus, Fr. Ludouicus à Cherio vigilabat in Accelienſi Cuſtodia, qui inermis quidem, & imbellis, non Martiali ferocitate viciſſim ipſe ferocire, & ferro præcinctus feraliter aduerſus furentes aduerſarios digladiare valebat; ſed religioſa patientia, & prudentia pollebat, qua in Excubijs inuigilabat, & rebellantium molimina, ſiue iniqua molientium conamina obtenuabat, & per nuncios Tribunalibus, & Principatibus annunciabat, & pro opportuna prouiſione interpellabat. Interim ipſe nequaquam in ſtatione vacabat; aut intra lares quieſcens delireſcebat; quinimmò progrediens in medium animosè ſe ſe deſæuientibus obijciebat, reſiſtebat, contradicebat, acriter perfidos obiurgabat, increpabat, impietatis inſimulabat, rebellionis arguebat: Fidelibus verò perterrefactis patrocinabatur, nutantes confirmabat, mærentes ſolabatur, ea quæ ſunt Diuini cultus intrepidè, & ſolicitus perficiebat, miniſteria Apoſtolica exercere non intermittebat, populos & prædicato verbo, & Sacramentato pabulo reficiebat: Rectoribus Eccleſiarum in Sacramentorum adminiſtratione, & Miſſarum celebratione aſſiſtebat, ſtabat, ibat, redibat, peragrabat, perambulabat Catholicos inuiſendo, viſitando, & auxiliando: circuibat circumcirca Eccleſiaſticū ouile; vt pro virili irruentes vndique Hæreticos lupos arceret, & ab ouium dilaniatione prohiberet; dumque ſic laborioſè hoſtilibus incurſibus obſiſtere ſatageret, annuali expleto curriculo diſceſſit.

Memor. hiſt. cap. 35.

Accelienſes Vallicolę Eccleſiaſticum Regnum peſſundare tentant.

Ann. Chriſti 1617.

Gladiatores Sectarij proprium Parochum grauiter in capite vulnerant.

F. Ludouicus religioſa patientia, ac laborioſa aſſiſtentia Catholicis, hoſtilibus incurſibus obſiſtere ſatagit.

CALCVLVS XI.

Fr. CHERVBINI TAVRINENSIS Concionatoris per annum 1618.

I. PRimordialibus illis in enaſcentis ſæculi diebus, ideſt ſæculorum ab initio, poſtquam infęlix nimis viri,& mulieris delinquentium, ſimul atq; perſuadẽtis ſerpentis ternarius vniuerſa cęleſtia terreſtriaq; primariæ culpæ grauiſſimæ perpetratione confudit, & confuſionibus cuncta repleuit: quia vt ſuperbè nimis ſaperent; fructum ſcientiæ non boni tantum, ſed & mali deguſtauerant, vitalis pomi eſum interdictum ſibi agnouerunt: *Collocauit enim Deus ante Paradiſum voluptatis Cherubim, & flameum gladium, atque verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.* Exordialibus his quatuor currentis ſæculi decimiſeptimi prioribus luſtris, quartoq; præcipuè, cum nefarius nimis, & infauſtus trium ſceleſtiorum ſicariorum, ideſt Sectariorum Petri Marchiſij, Franciſci Garnerij, Iſaac Gioliti aduerſus Eccleſiam coniuratorum ternarius, ab infernali ſerpente impulſus, & à Draconerienſibus confęderatis Concaluinicolis quaſi viperino furore percitus cęleſtia, ac terreſtria ſimul, ideſt Eccleſiaſtica omnia (& ea præcipuè) ſæculariaq; ſeditioſis, ac tumultuarijs confuſionibus repleuiſſet; prædominantibus, & graſſantibus ſchiſmaticorum turmis, ſiuè ſeductis turbis, quia hebetes, agaſones, armentarij, ſiue muliones, aut caupones, vel tandem ad ſummum tabelliones montani, & agreſtes, ſuperbè nimis ſapere non bonum, ſed malum voluerunt, & ſic grauiter deſipuerunt, dum Caluiniſticè ariolari, ſiuè potius phreneticari preſumpſerunt: dicentes namq; ſe eſſe ſapientes, non ſtulti modò, ſed inſani facti ſunt. Tunc igitur inſanientibus contra Regnum Eccleſiaſticum inibi confuſum Fidei deſertoribus, emiſſus venit ad cuſtodiẽdum quidem Paradiſum Eccleſiæ, ſed ad aperiendam viam ligni vitæ vltroneis illis morientibus, Cherubim à Deo deſtinatus, nempè Frat. Cherubinus Taurinenſis à Præfectis Apoſtolici operis vocatus, electus, & ordinatus. Huius quidem viri ſingularis Miſſio opportuna à Diuina prouidentia extitit præordinata, & ab humana prudentia ſtudioſè præmeditata. Erat enim Fr. Cherubinus Archigrammatei, ideſt Magni tunc Cancellarij Pedemontani filius, copioſa nobilium agnatorũ Quiritum turba vallatus: pollebat ille naturali prudentia, & benignitate, nec carebat columbina diſcreta ſinceritate. Computabatur inter Capuccinos legitimus Seraphici Patris alumnus, veluti exactioris paupertatis ſectator fideliſſimus, illibatæ conſcientiæ profeſſor, humillimæ obedientiæ, & longanimis patientiæ cultor, colebat virtutes, à vitijs declinabat, regulariſque obſeruantię integritatem proſequebatur; Sacra Theologia varijs in Capuccinorum Academijs Mediolani, Bononiæ, Romæq; laureatus; eximius tandem verbi Dei Concionator euaſit, & ſtrenuus miles apparuit. Ideoque ad Accelienſem Stationem cuſtodiendam, & cuſtodiam excolendam, hoc anno octauo, & decimo ſupra mille, & ſexcentum miſſus; intrepidè acceſſit, primarioq; ſuo in acceſſu adinuenit vniuerſas quidem Vallis Villas ſeductas ex parte, Accelij verò, Pratij, & Sancti Michaelis Oppida in totum ferè ſubuerſa, & Regnum Dei euerſum ope, & opera nefarij Triumuiratus Petri, Franciſci, & Iſaaci. Statutus igitur Cherubim ad excubias, non inuigilare modò, ſed & aduerſus inuaſóres, & aggreſſores in campum egredi, & validè congredi adorſus eſt; exemit igitur viriliter flammeum gladium, atq; verſatilem, & circumquaque vertare cępit, & digladiare, ideſt, ex Apoſtolico ore exeruit Euangelicum vitalem mucronem, & concionando ſiuè publicè declamando occeptauit docere, adhortari, & confirmare credentes, tum pro manifeſta diſputatione, & dogmatica diſceptatione voluit pulſare incredulos; vt eos ad prudentiam iuſtorum prouocaret: ideo validis illos rationibus, blandis allocutionibus, ſuauioribus adhortationibus pro opportunitate conueniebat; iterum promulgatarum Ducalium legum obſeruantiam indicebat, ſupplicia tranſgreſſoribus indicta comminabatur, illorumque timore repreſſos ab impia deſertione retrahere conabatur.

Geneſ. 3.

Ann. Chriſti 1618.

Furentibus Caluiniſtis Sectarijs aduerſus Catholicam Eccleſiam, emiſſus venit F. Cherubinus non ignobilis prolapiæ, ac virtutis.

Vigilax excubitor Frat. Cherubinus aduerſus inuaſóres validè egredit, & congreditur.

II. Poſtquam autem cumulatis ſuis aggreſſionibus nec minis, nec blandis arcem ſcelerum ſe expugnare poſſe intellexit; auxiliares Principis copias adſciſcere excogitauit: quare ex-templo vnà cum Fr. Franciſco à Montecalerio, in Draconerienſi Statione & ipſe contra peruicaces decertante, Senatorij vnius primarij Præſidis germano fratre conuenit, & concordi greſſu Taurinum venientes, vniformi ſenſu ad Carolum Emmanuelem I. Ducem perueniunt, cui cum plenariè rebellantium Sectariorum tumultus, ſeditiones, rebelliones; Eccleſiarum, atque Eccleſiaſticorum ſacrilegas inuaſiones, & temerarias Caluiniſmi introducendi præſumptiones, ac proſumptuoſa molimina annuntiaſſent; ex-tempore pius Princeps

Induratam ſeditioſorum pernicaciam Catholico Duci repræſentat, brachioq; ſeculari rebelles propulſat.

reuocato-

reuocatorio indulgentioris Edicti emiſſo reſcripto, proſcriptos, ſeditioſos ſignanter ſeditionis auctores, & aſſertores, carcerandos, puniendos, & eliminandos præcipit, opportunis, & efficacioribus ad hoc Magiſtratibus, & Gubernatoribus Draconcrienſi, Accelienſi, quinimmò Marchionali tranſmiſſis iuſſionibus, quibus Capuccini Collegæ Fr. Fr. Cherubinus, & Franciſcus præmuniti regredientes, nebulonum turmas occeptauerunt brachio ſæculari adhibito pulſare, & propulſare, proſcriptorum nonnullis vinculis traditis, pluribus eiectis voluntariè exulibus: vnde fidelium ſtatus aliqualiter viſus eſt reſpirare. Quia aſpirabat Fr Cherubinus, & ad completam relati reſcripti, & amplioris Edicti ſub die ſecunda Iulij huius anni octaui poſt mille & ſexcentum totis conatibus obſeruantiam anhelabat, ſolicitiùs ſtans in Cuſtodia, & in excubijs peruigilans, non ſolum vt Apoſtolicus Excubitor, ſed etiam vt Delegatus Vicarius Sacroſanctę Inquiſitionis: ideo proprium Coarmigerum ſocium Sacerdotem Fr. Michaelem à Iaueno in Notarium aſſumptum ſecum circumducens perambulabat ſuæ Miſſionis intra limina: vnde & iuſtorum limitum tranſgreſſores, ac Iuſtitiæ, ſiue religionis liminum violatores deprehendit, & deprehenſorum tranſgreſſiones iuridicè ſcriptis exaratas, fideliter Tribunalibus tranſmiſit ſimul, & acta ſequentium facinorum. Primò ſacrilegæ Religionis frequentioris cultus in congregatis Conuentibus conuenientium Sectariorum. Secundò pertinaciæ, & contumacię perſeuerandi in vſurpata interdicta poſſeſſione Oratorij, & domicilij quondam Congregationis Spiritus-Sancti, contra præceptum reſtituendi, & in futurum nihil noui moliendi. Tertiò illatæ violentiæ plurium patrumfamilias Caluiniſtarum, qui minis, ac verberationibus domeſticos ſuos vxores, & liberos, fratres, ſeu ſororęs à Catholico exercitio retrahebant, impediebant. Quartò tentatæ pluries ſeductionis, & peruerſionis plurium fidelium, quos importunè ad apoſtaſiam ſolicitabant, & prouocabant, publicè iactantes, & blaſphemantes potiorem eſſe Caluiniſticam, quàm Papiſticam religionem. Hæc igitur omnia in authenticam formam redacta, Sacris Iudicibus Fr. Cherubinus indicauit, & proprio Apoſtolico, & Euangelico muneri, & oneri in vtroque foro ſatisfacere procurauit, Eccleſiaſtici Regni prouectum, & credentium ſalutis augmentum, modis omnibus promouere ſatagens, quamdiù ſtetit.

Ann. Chriſti 1618.

Ad relati reſcripti obſeruantiam anhelat, & Sancti Officij Vicariam diligētiſſimè exercet curam.

CALCVLVS XII.

Fr. LVDOVICI à CHERIO, ſiue de BVTTILIERA Concionatoris per annum 1619.

I.

PVlſatis ergo, & ex parte validioribus & Iuſtitiæ, & militiæ geminis brachijs, propulſatis Vallicolis, ſignanter Accelienſibus proſcriptis à proprijs laribus, ob idque acerbiùs aduerſus Eccleſiaſticum Regnum deſæuientibus, & debacchantibus: huic turbulentę, & exagitatę periculoſiori Stationi obſeruandę delegauerunt Sacri Præſules Fr. Ludouicum à Cherio, ſiue à Buttiliera virum probū, prouidum, ac prudentiſſimum, eximium Theologum, & non vulgarem Oratorem ſacrum. Hic Capuccinę familię dignus alumnus, obſeruantia regulari, & virtutū profeſſione conſpicuus, aſſignatis ſibi in Eccleſiaſticis excubijs ad inuigilandum, Accelium vbi primùm peruenit; accepit per nuncios in Sancti Michaelis Oppido, ſuæ vigilantię concredito à geminis fratribus Moyſe, & Ioanne de Enaudis, & hæretici cadaueris defunctę genitricis violenta ſepultura ſacrum locum violatum, & violentię propulſatorem, & ſancti loci propugnatorem Sacerdotem Rectorem, lethaliter in capite à ſacrilegis vulneratum ipſius Pentecoſtes peruigilio die: quamobrem cò accurrens Fr. Ludouicus, vt ſolemnioribus celebrandis myſterijs populo ſatisfaceret; & fidelibus ſpiritualia miniſteria exhibuit, & perfidis proficua conſilia, & reſipiſcendi, atque Eccleſię, in percuſſo Sacerdote placando, ſatiſfaciendi ſalutaria monita dedit. Verùm enimuerò quia & germani hi bini fratręs, & ſicarij plures iſtorum Aſſeclæ Sectarij nefaria plurima in odium Fidei, in decretorum Ducalium contemptum facinora perpetrauerant, vnde proprijs ſceleribus congruas, ac debitas pœnas, etiam capitales luendas rationabiliter pertimeſcebant; ideo fidelibus copulari timentes renuebant: quamobrem Fr. Ludouicus proximis vt conſuleret, & commotam ſeditionem vt tranquillaret; Taurinum expeditè progreditur, & Sereniſs. Ducem conuenit, cui fideliter & Eccleſię, & rei communis, Vallicolarumque conditionem aperiens, ad delinquentibus, ſed verè pœnitentibus aperienda viſcera miſericordię quàm vehementer exorauit, & ſua natura clementiorem Principem interpellauit. Supplicanti igitur Sacerdoti benignè ille annuens, reſipiſcentibus proſcriptis criminoſis remiſſionem pœnarum indulſit, perſiſtentibus verò in ſchiſmate acriorem vltionem ſibi ipſi reſeruauit.

Fr. Ludouicus Accelium adueniēs, primo ingreſſu, à Sancti-Michaelis Oppido in die Pentecoſtes ſuę Miſſionis primordia poſuit.

Ann. Chriſti 1619.

Taurinū pergit, proſcriptiſq; criminoſis à pio Duce indulgētiam obtinet.

Regreſſo

Regreſſo igitur, & meliora ſuadenti Fr. Ludouico acquieuerunt multi, germaniq; præcipuè fratres, Sacrorum violatores, & Sacerdotis percuſſores Moyſes, & Ioannes, & Caluinum deierantes, Chriſtum, eiuſque legitimam ſponſam Catholicam Eccleſiam amplexantes, illiuſque dogmata profitentes, facinorum ſuorum plenariam abolitionem recipere meruerunt.

II. Perſeuerauerat ex aduerſo hactenus in dies impudentiùs inſaniendo, Petrus Marchiſius Sectariorum, ſiue Sicariorum Aſſeclarum patrocinio, & rei domeſticę, ſiue domeſticorum agnatorum opulentia, ſiue copia fretus, quorum ipſe Archimandrita, & Anteſignanus humana, & Diuina, non minus quàm Ducalia vniuerſa iura contemnere, & contempta violare docebat verbo, & exemplo. Huius hæreticæ deſertionis & aſſertoris, & propugnatoris publicam inſolentiam, & impudentem audaciam cum diù ſufferre & Catholici, & Apoſtolici Cuſtodes nõ valerent; pro contumaci Antiano reprimendo ad Pedemontani Ducis prouidentiam, & potentiam recurrunt, qui rebellantium Patroni perſeuerans propoſitum, & peruicax conamen exhorrens, carceribus mancipandũ facinoroſum Apoſtatam mandauit: in Accelienſem igitur arcem aduocatum, & vinculis conſtrictum frequentiùs Fr. Ludouicus inuiſit, vt humanitate, ac beneuolentia, non minus quàm pia ſuadela ad pænitendum alliceret: verùm obſtinatior permanſit ille, donec Draconerium, & Salutias catenis reuinctum ſibi proficiſcendum fore intellexit: tunc enim reſipiſcere ſe velle ſimulauit, cuius Fr Ludouicus ſimulatam verſutiam ſinceram pœnitentiam exiſtimans, Sereniſs. Duci annuntiauit, qui perditi ſalutem percupiens, redeunti clementiam promiſit per Principis Mauririj filij litteras. Verùm enimuerò cũctorum ſolicitudines deludens obduratus Hæreticus, damnatus temporali, & æterno ſupplicio plectendus, ſuſpenſus interijt, cum Maritio Mongio Concaluiniſta (vti alibi). Seductoribus ergo partim eiectis, partim reductis, & partim ſupplicio ſublatis, qui reliqui ſupererant prudentiores, quos fecerant aliena pericula cautos, & cautiores, cuncti hæreticas factiones, ac ſeditiones veluti humanę, & Diuinę Iuſtitiæ, ac Politicę aduerſantes omninò deierare, & anathemate damnare decreuerunt: Quamobrem horum deſertorum reductioni vt incumberent validiùs; adinuicem conuenientes Fr. Fr. Ludouicus, & Franciſcus College Apoſtolici per communes Draconerienſem, & Accelienſem Miſſionem, ideſt Macræ Vallis Villas vniuerſas peragrantes, & ſuadentes de Regno Dei, ideſt Catholica Eccleſia acceptanda, quadrimeſtri excurrente interuallo, cunctos ferè olim ſeductos reconciliarunt per dies, integras hebdomadas, & laborioſos menſes operãdo. Quadam die Accelij pariter commorantes, vt à fatigatione paulilper requieſcerent, pro requie tredecim reduces ad Orthodoxã Fidem receperunt: inde Pratium conuenientes ſeptuaginta & quinque reſipiſcentes in Parochiali Templo congregatos dum primis Catholicę Religionis rudimentis inſtruere collaborarent, ſuperueniens Reuerendiſs. Octauius Vialius Salutienſis Epiſcopus Apoſtolico operi tertius (licet merito, & ordine primus) cooperari ex-templò voluit, catechizando, & catholizando ſingulari ſui zelotis animi gaudio, & exultatione, eò quod hoc anno & ſua auctoritate ac vigilantia, & Sereniſſimi Principis potentia, ac prouidentia, labore, & opera Apoſtolicorum Operariorum Capuccinorum tredecim Vallis Villæ ab hæretica infectione expurgatę, & liberatę extiterint, & acerbioris illa hæreticalis, & ſchiſmatica procella, quæ per integras quatuor olimpiades Macrenſes Vallicolas exagitauerat, & ad rebellionem, ſeu perditionem pepulerat, tandem quieuerit, nec ruſum hactenus conſurrexerit, ſiue reſurrexerit.

Ann. Chriſti 1619.

Sectariorum Archimãdrita proteruus carcerib' mãcipatur, cum ſocio ſuſpendio necatur.

Multos reduces ad Fidem recipiunt.

CALCVLVS XIII.

Fr. Fr. BERNARDI AVGVSTENSIS, LVDOVICI NICIENSIS, & ARCHANGELI à MOXIO Concionatorum per annos 1620. 1621. 1622.

I. Apud Iudæorum monumenta ab Eſdra deſcripta tres illi iuuenes, qui cuſtodiebant corpus Regis, ſcribentes ſinguli ſuum verbum: *Forte quidem* (dixerunt) *eſt vinum: fortior verùm eſt Rex: fortiores autem ſunt mulieres: ſed ſuper vinum, regem, & mulierem* (proclamauerunt) *ſuper omnia autem vincit veritas*: legitimam victrici veritati victoriam adſcribentes, atque referentes. Apud antiqua noſtra, à noſtriſque deſcripta, atque nobis tranſmiſſa Apoſtolicorum geſtorum monumenta lego, quod tres Capuccini Pugiles, myſtici corporis Chriſti Vigiles Cuſtodes in Euãgelicis excubijs, ſub prædicatis annis Accelienſi hac in Statione excubantes, intelligentes forte quidem eſſe hæreticalis fraudulentię, & nequitię poculum, ſiue vinum inebrians ſapientiores terræ: fortiorem autem procerum

Ann. Chriſti 1620.

lib. 3. c. 3. & 4.

Tres Euangelici Operarij, & ipſi triumphi ac victoriæ conſummationẽ accelerauerunt.

Ann. Christi 1621.

violentiam, ſiue potentiam libitum pro iuſto patrocinantem: fortiores verò exiſtere mundi,& carnis concupiſcentias, hæreticę prauitatis famulas indiuiduas, ſuper omnia verumtamen viciſſe Macrenſi in Conualle Catholicam veritatem perſpicientes laudauerunt quidem anteceſſores ſuos Apoſtolicos Operarios; ſed & ipſi ad conſummationem victoriæ, & perfectioris triumphi pariter cooperari propoſuerunt, ſicuti ſinguli ſingularibus pro annualibus ſuis reſidentijs præſtiterunt. Hi igitur tres religioſi, ſæculi cupiditatibus, & vinculis ſoluti, non in Babylonica fornace, ſed in camino ardentioris charitatis ſtantes, vnanimiter trinam centeno cumulandam fructu Euangelicam aggrediuntur ſationem, concionatoria, dogmatica,& catechetica cultura ſtrenuè collaborãdo, ad intra, ſiue ad extra, ad dextram, ſeu ad ſiniſtram: in laboribus plurimis, in frigore, & nuditate, in ieiunijs, orationibus, & obſecrationibus: per arma iuſtitię aduerſus hæreticam iniuſtitiam, immò malitiam,& nequitiam decertantes, omnibus neruis Eccleſiaſtici ſpiritualis Regni promotionem, inſtaurationem, & perfectam reſtitutionem inquirebant. Vnde ſi miniſterialibus Apoſtolicis obſequijs fideles confirmare, atque multiplicare ſatagebant; incredulos, & perfidos infirmare pariter, & diminuere ſtudebant: deducendo ab errore, atque ad veritatem manuducendo, ſeu reducendo. Numerantur igitur.

II

Vnanimiter Euangelicam aggrediuntur ſationem, ab errore multos reducunt.

Ann. Christi 1622.

Reduces

A Fr. Bernardo ex Accelienſibus	num.	80.
A Fr. Ludouico, ex Accelienſibus, & SanctoMichaele	num.	4.
A Fr. Archangelo ex Accelienſibus	num.	5.

CALCVLVS XIV.

Fr. HIERONYMI à MONTEREGALI Concionatoris per annos 1623. 1624.

I.

PErcelebris ille Doctor, & Eccleſiæ Sanctæ lumen, Diuinæ legis amator, & Scripturæ ſacræ canonicus dilucidator Hieronymus, & ſi ſolitudinis Bethleemitici Conuentus, vel Syriaci Eremi deſiderio teneretur; cum nihilominus Catholicam Matrem Eccleſiam ab Hæreticis diuexari, & exagitari proſpiceret; turbulentioris in huius ſæculi Oceano, littoris Stationem deſerens, per medios difficultatum vortices perambulare non exhorruit, vt periclitantibus ſuccurreret. Fr. Hieronymus à Monteregali acerrimus Scholaſticus ſimul, & Eccleſiaſticus nõ ignobilis, Capuccinus licet regularis, & religioſę ſolitudinis,& obſeruantiæ ſtudio intra Cœnobitica Clauſtra ſtudioſè ſe ſe contineret; obedientiali attamen ordinatione,& miſſione impulſus ad hanc periclitantem,& hæreticorum exagitationibus, ſiue turbinibus agitatam, laborantem Accelienſem Eccleſiam iuuandam, è Clauſtris egreſſus, non dubitauit per vndas difficultatum,& aduerſitatum perambulare, torrentem aquæ intolerabilis pertranſeundo. Acceſſit igitur Catholicus Doctor Fr. Hieronymus ad Macrenſis Vallis incolas, & accolas ac veluti expertiſſimus Vrinator eleuato ſuper aquas ore exſufflando, manibus pedibuſque enitendo, contra ictum fluuij conatus eſt aſcendere, ideſt & Apoſtolorum veſtigijs operibus inhærendo, & Euangelica dogmata prædicando, atque vt Sacroſanctum D. N. Ieſu Chriſti Euangelium, Apoſtoli inſtar, prædicaret; perpetuò, & laborioſè curſitando, & peragrando Eccleſiaſticum Chriſti Regnum illis in vltimis oris, à perduellionibus infirmatum releuare, atque reſtituere enitebatur. Confundebat malos, accendebat bonos, lapſos erigebat, ſtertentes eleuabat, paruulos,& inſcientes docebat, admonebat errantes, corrigebat delinquentes, ad inuicem rixantes, & diſſidentes reconciliabat, iurgia ſedabat, lites componebat, pœnitentium confeſſiones audiebat, & confeſſis Euchariſticum antidotum communicabat. Aduerſarios Fidei acerrimè exagitabat, temerariorum audaciam reprimendo; dum Ducalium Edictorum in fauorem Fidei editorum exactam obſeruantiam ab illis præſtandam omni ſolicitudine ſatagebat. Conſueuerunt perpetuò Sectarij humanas, & Diuinas leges ſub religionis titulo præuaricari, id cum iamdiù animaduertiſſet Fr. Hieronymus; veluti latæ legis zelator obſeruantiſſimus iamdiù pariter inuigilare perſeuerauerat in excubijs, & in ſpecula conſtitutus obſeruare quoties, & quomodo delinquerent præuaricatores. Vnde vigilax profeſtis,& profaſtis diebus circumibat; vt feſtorum profanatores mulctandos à Iudice procuraret. Per publica hoſpitia, cauponas, vel diuerſoria ſolicitus percurrebat, ſi fortè proſcriptos hæreticos exules remeare aut vltra indultum terminum intra Catholicos commorari contingeret. Sicuti aliquando deprehendit alienigenas nonnullos Caluiniſtas, qui præſcriptum conceſſe moræ, ſiue cõmorationis tempus prætergredientes,

Ann. Christi 1623.

Emiſſus venit Fr. Hieronymus ad hanc Miſſionem Apoſtolicis veſtigijs inhæres.

Edictorum Ducaliũ obſeruantiam curat.

diutiùs

diutiùs quàm par erat, malitioſè commorantes, Fr. Hieronymus tribunali delatos plectendos curauit. Plurimos damnatos Hæreſiarcharum libros de domibus, & manibus diuerſorum eripuit, & in tuto repoſuit, ſicuti & tribus mercatoribus huiuſcemodi impreſſa Caluiniſtica commenta circumferentibus, atq; venditantibus Iudici Eccleſiaſtico, vel ſæculari denuntiatis, & mercatores multandos, & mercimoniam impiam, ſiue iniquam auferendam reportauit. Sicuti igitur Eccleſiaſtici Regni hoſtes vehementiùs propulſare anhelabat; ita & Chriſti Eccleſiæ Miniſtros efficaciùs fouebat, & patrocinabatur; quemadmodum opportunè expertus eſt Rector Parochus Oppidi Sancti Michaelis, qui cum à Sectarijs duriùs perſequeretur, ac acerbiùs quàm vt vix tandem miſellus Sacerdos ſufferre valeret; afflicto Parocho accurrit Capuccinus Leuita, & ſui Apoſtolici miniſterij authoritate, multòq; magis pijſſimi Carol. Emman. I. Sabaudiæ Ducis relatum per reſcriptum poteſtate, Curatorem animarum illatum, iam iam ab Eccleſiaſtica Statione difficiliori reſilientem firmauit; confirmauit, & contra deſæuientes aduerſarios confortatus eſt, & ad perſeuerandum, quinimmò in opere perſiſtendum confortauit. Catholicos nonnullos qui Eccleſiaſticos ritus, ſiue canonicas ceremonias, atque Chriſtianas obſeruantias inobſeruare, ſiue tranſgredi auſi fuerant, condignis coercitionibus corripi fecit.

Ann. Christi 1623.

Libros corruptos eripit.

Afflicto Parocho accurrit.

II. Inſtaurationibus, ſiue reſtaurationibus Eccleſiarum ſignanter Parochialium mirificè incubuit, & inuigilauit: Chanoſij pariter, & Stroppi geminas Parœcias reædificandas, ſiue reſarciendas perſuaſit, & ſolicitauit cooperando & officijs, & ſubſidijs. In Acceglienſi Pago (vti ſupra dedimus) antiqua Parochiali, in eleuato colle ſita, in Arcem tranſlata à Sereniſſimo Principe, principale adhuc pro quotidianis Parochialibus miniſterijs adminiſtrandis; nullum conſtructum conſtabat Templum; quapropter Fr. Hieronymus perſpecta loci indigentia, Apoſtolicæ quidem ſuæ Miſſionis Oratorium ampliauit, ſed & Taurinum expeditè perueniens Catholicum Principem pro nouis ſacris Ædibus reædificandis interpellauit, à quo benignè exauditus congruas prouiſiones reportauit, quas in regreſſu Oppidanorũ optimatibus communicauit, eoſq; ad pium, & neceſſarium opus aggrediendum, & proſequendum efficaciter eſt adhortatus: qui Capuccini admonitoris conſilijs inhærentes edito Decreto, Parochialem Eccleſiam de nouo conſtruendam publico in Conuentu decreuerunt, vnde & neceſſarijs diſponendis mentem; & manus admouerunt. Pluribus itidem & diuerſis (quinimmò iuxta quorundam veridicum teſtimonium) omnibus, & vniuerſis Vallis Macrenſis ſacris Ædibus aliquod vel ornamentum, vel paramentum impertitus eſt: aut de ſtipendiario ære ſibi collato, aut de Religioſis Capuccinorum Sacrarijs detractis; & acceptis ſacræ ſupellectilis honeſtis ſubſidijs, de ſuorum Prælatorum licentia, & beneplacito recollectis, vt diſtribueret; ſicuti & diſtribuit quædam lignea aurata tabernacula, aliunde dono accepta, pauperculis Eccleſijs: Parochiali ſignanter Pagi Marmoris pixidem congruam pro aſſeruando Euchariſtico Sacramento, à Prouinciali Capuccinorum oblatam, tribuit, ita vt vix aliqua ſuperſit Vallicolarum Eccleſia, quæ Fr. Hieronymi liberalis charitatis beneficijs expers extiterit. Nec de ſolis inſenſibilibus lapidibus conſtructis ſacris Ædibus non ſenſibilibus ſubſidialem cenſum impendit; ſed multò magis viuentibus electis Dei Templis ſentientibus, & neceſſitatem patientibus ſenſum ſuæ largioris charitatis reliquit: nam cum biennalis ſuæ reſidentiæ tempore, ex Apoſtolico ſibi præſtito commeatu egregiæ cuiuſdam quantitatis pecuniam reponendam curaſſet; cum iam iam ſe ſe receſſurum intelligeret, in indigentes largiùs eam voluit erogare: quare certa ſumma pro reædificando in Parochiali Marmoris Sacello attributa, quod reliquum fuerat, iuuandis miſeris impendit: pauperculo Chiaperiæ Sacerdoti Rectori binos argenteos, quadri; geminis verò Sororibus, quondam Petri Marchiſij relapſi Salutijs cum Mongio ſuſpenſione necati filiabus aureos ſexdecim in congruam dotem, qua honeſtis viris nuberent, elargitus eſt, alijſq; quàmplurimis ſimiliter egentibus conſimilia pietatis ſubſidia præſtitit: orphanis, viduis, & infirmis cunctis pro viribus beneficus, vel largiendo, vel protegendo vel patrocinando, vel conſolando præſtò aderat: adfuit verò ſpecialiter ſingulariq; ſolicitudine reducendis lapſis ſchiſmaticis vnde, & plurimos à profunda hæreticæ meretricis, nempè falſitatis fouea eripuit, & legitimæ Matri reſtituit. Enumerantur igitur ab eo reſtituti anno 1623. num. 80. anno 1624. num. 23. Quamobrem haud iniuria ab Illuſtriſſimo Tononienſi Barone, & Sancti Damiani Marchione Macrenſis Vallis Apoſtolus publicè nuncupabatur.

Ann. Christi 1644.

Trinas Parochiales Eccleſias ædificandas curauit.

Paramenta, & ornamenta Eccleſijs prouidit.

Miſeris, & indigentibus largioris ſuæ charitatis ſenſum reliquit, cunctis beneficus.

Multos ab hæreſi ad Catholicam veritatem perduxit.

Ann. Christi 1623. 1624.

CALCVLVS XV.

Fr. ALEXANDRI OXIBIENSIS Concionatoris per annos 1625. 1626. 1627. 1628. 1629. 1632. 1633. 1634. 1635. 1636. 1637. 1638. 1639. 1640. 1641.

IVbilabat Deo omnis terra, hoc vigeſimo quinto anno ſeptimi decimi ſęculi,& ſeruiebat Domino in lætitia vniuerſa Catholica Eccleſia: Sacerdotes Domini induebantur iuſtitia, & Sancti Dei exultabant. Laudabant Dominum omnes gentes fideles,& collaudabant eum omnes populi credentes,eò quòd rorarent Cęli deſuper, & myſticæ nubes pluebant Iuſtitiam: aperta namq; in terra à Sum. Pont. Vrbano VIII. Sancta aurea porta, Eccleſiaſticus hortus, ſiuè ager Romæ excultus, germinabat cunctis eò accedentibus ſaluationem in vniuerſalis Magni Iubilei indicta celebratione: Quando de Cœlis (Patre luminum dirigente) directus, electus, ordinatus, & deſtinatus Fr. Alexander Oxibienſis de legitimo genere Sacerdotali genuinus Leuita, & verus Iſraelita Acceſienſem ad Stationem excolendam acceſſit. Cuius acceſſu, ingreſſu, & progreſſu tot taliaq; ſpiritualia & temporalia bona Macrenſibus Vallicolis acceſſerunt; vt verè incolæ illi Iubilei, & duplicatæ iubilationis annum hunc ſibi faſtis deſcribendum, computare deberent: ab hoc namq; quinto,& vigeſimo ad vſque primum,& quadrageſimum per quaternas licet interuptas olympiades inibi Stationarius Euangelicus hic Operarius mira in ſubſidium Fidei operatus eſt, incredibilia pro Eccleſiaſtico Regno perpeſſus, innenarrabilia in proximorum vtilitatē præſtitit,quæ epitomaticè hoc calculo damus. I.

Deſtinatur huic Stationi verus Iſraeli ta Frat. Alexander.

Ann. Chriſti 1625.

Olim iam per integrum luſtrum Caſtridelphini cuſtodiam excoluerat Fr. Alexander, à qua reuocatus ad regularia Clauſtra, annualis curriculi ſpatio Guardianatus onus apud ſuos ſuſtinuerat. Verùm ſequentibus in Prouincialibus Comitijs cum ſponte & magiſtratu, & omni ſe ſuperioritate abdicaſſet, Comitiales Patres eum tamquā magis idoneum, & opportunū perpetuo Apoſtolico oneri ſubeundo, & exercendo dedicarunt, & dedicatum indigentiori huic Miſſioni adminiſtrandæ emiſerunt. Verè Capuccinæ Religionis dicere poterant, quinimmò debuerant tunc Acceſienſes, vſurparum illud Canticorum elogiolum: *Emiſſiones tua paradiſus.* Quia fons hic Seraphicus de terra quidem aſcendebat; ſed vniuerſam faciem illius terræ cœleſtibus irrigationibus fęcundaturus erat: cœpit enim Fr. Alexander veluti fluuius de loco voluptatis, nempè de Eccleſia, & de Minoritica Religione egrediens, paradiſum fidelium animarum in quatuor capita diuiſus irrigare, quia & cardinalium quatuor virtutum Prudentiæ, Iuſtitiæ, Fortitudinis, & Temperantiæ, quinimmò Fidei, Spei, & Charitatis pariter, ac meliorum operum exemplis mirificis illi populo ſatagebat illuceſcere, & Sacroſanctæ quaternæ Euangeliorum prædicationis perennis exuberantioribus irriguis voluit prodeſſe, & perpetuò præſto eſſe. Hanc enim Acceſienſem Eccleſiam, & plebem per ſex & decem & Annualis, & Aduentus,& Quadrageſimalis concionatorios curſus, excurſus, & recurſus irrigauit, atq; fęcundauit; vt ſuperius, & inferiùs eis contribuens irriguum, eorum aridam, & infructiferam terram allueret. Nequaquam tamen propinquiora alluendo, perennes ſuos Euangelicos ſeu fontes, ſeù riuulos concludebat, ſiue inſumebat; quinimmò Franciſci Patris æmulus ſic illi ſe contemperat, vt fonte manans riuulus aquas vitæ circumferat, longè lateq; diffluit, ſitiq; mortis aridos verbo ſalutis imbuit, dans rore ſacro viuidos: currebant fluenta gratiæ dum flumina Euangelij prædicationis alueo excurrere Fr. Alexander faceret, percurrendo ipſe nulla temporum differentia ſeù inclementia, nulla aeris aſperitate, ſeù acerbitate, nulla itineris difficultate, ſiue prolixitate retentus. Concionaturus namque complanas, atq; montanas perluſtrabat populationes, Villas,& Vicos opportunis tutelarium profeſtis eorum diebus peragrabat, per abundantiores è Cœlo delapſas niues permeabat, per glacies, & gelidas aquas peruadebat, per gelu denſiori conſtrictas niues irrumpebat, die noctuque circuibat, vt verbum vitæ in alendæ rudioris pauperculęq; Eccleſiaſticę familię cibum pluries impenderet. II.

Cant. c. 4.

Ann. Chriſti 1626.

Ab Euangelij prædicatione ſui Apoſtolatus primordia dedit, vbique diſcurrens.

Cui, quo abundantius ſpiritualis alimonię ſubſidium ſuperimpenderet; non prędicationis modò, quinimmò & catechiſmi beneficium pręſtare feſtinabat: feſtiuis namque diebus, Dominicalibuſq; præcipuè à concione aliquando ſępiùs iterata, vix tenui refectione refocillatus in Templum iterum conueniebat, quo per ſignū campanę conuocatos paruulos adoleſcentiores, & grandęuos promiſcui ſexus Chriſtianę diſciplinę neceſſariora rudimenta dilucidè explicata docebat: breuiori, III.

vel

vel prolixiori pro opportunitate; ſed faciliori ſermocinatione rudiores inſtruendo, atq; catechizando: Catechiſmo autem in Accelij Pago completo, accepto in Comitem Clerico, ſocium Sacerdotem, pro veſpertinis horis cum Parocho in Villa decantandis, dimittebat: ipſe verò ad circumadiacentes Vicos, & populationes alpeſtres aſcendebat, & percurrebat, eoque vbi primùm perueniſſet, campanulę à Clerico circumcirca properante aliquandiù pulſatę ligno agreſtes incolas in Sacellum, aut in opportuniorem viciniæ locum per æſtatem, per hyemem verò in ſtabulum conuocabat: conuocatorum autem in ſimplicium conuentu ipſe ſtans, feruentiori familiarioriq; ſermone ſtantes, vel ſtertentes ad laudabilia facinora excitabat, excitatiſq; neceſſaria Chriſtianę doctrinę elementa porrigebat, atq; explicabat: viam ſalutis, & ſaluationis ſemitam cęcutientibus, & ignaris aperiendo omni ſolicitudine, & humanitate. Quod pium Apoſtolicum opus, cum in vno aliquo Vico pręſtare compleſſet, ad alium properans, idem inibi eadem methodo ſeruata exhibere accelerabat; quò inde digrediens, atque opportunè ad tertium quartum, quintumq; & vltra perueniens, conſimilia Euangelica officia impartiri vſq; in veſperam pręualeret. Sic faciebat Frater Alexander cunctis prolixioris ſuę Miſſionis diebus; ne fortè in neceſſarijs deficerent Filij Eccleſię, & Sabbatis Domino dicatis benedicerent Deo in cordibus ſuis. Edocebat igitur, excolebatq; Montanos homunciones, fœminas, & pueros ſolicitus inquiſitor; ne vel vnum puſillorum contemni contingeret: quorum Angeli faciem Dei Patris in Cœlis continuò vident.

Ann. Christi 1627.

Per Vicos & Oppida diſcurrendo feſtiuis diebus, vbique Fidei rudimenta explicat.

IV. Vniuerſi quidem noſtri Apoſtolici operarij Euangelicis operibus, & egregijs facinoribus pręſtandis, ſiue perpetrandis communiter excelluerunt: verùm enimuerò vnum peculiare eſt, in quo Frater Alexander nec primum ſimilem viſus eſt, nec habere ſequentem; gradum Sacri Oratoris habens, cum paruulorum ſoliciti Doctoris, & pręceptoris honore, munere, vel onere. Accelienſi igitur in hac ſpecula conſtitutus, dum laborantis illius Eccleſię miſerum ſtatum obſeruaret, atque pro congruo, opportunoq; adhibendo remedio ſpecularetur; oculatus Excubitor animaduertit, plures in populo illo agreſti eminere adoleſcentes, religioſo propoſito Clericalis militiæ exercendæ conſpicuos, qui licèt naturali intellectus perſpicacia pollerent, pauperiei tamen iniuria preſſi, humi inter mundanos agaſones, ſiue ruriculas reptare cogebantur; à Capuccinis quidem hactenus Stationarijs Vigilibus ſpiritualia exercitia didicerant; verùm litterarum expertes, nullaq; litteraria cultura exculti terræ ſolius ſulcos cum bubulcis verſare nouerant. Hos igitur, vt idoneos, & aptos Eccleſiaſtici Regni Miniſtros, & milites redderet; litterariam paleſtram domi inſtituere, & aperire voluit, in qua ſponte Clericalis Ordinis candidatos inſtruendos gratioſo Magiſterio ſuſcepit; quibus cum ſolis educandis, ſiue efformandis ſolicitiùs incumberet; religioſæ primùm educationis, poſtmodum Sacerdotalis eruditionis præcepta, & pręſcripta tradendo; manuali experientia, & quotidiana, ſiue familiari illius gentis conuerſatione, & exactiori cognitione edoctus perſpexit; apud Vallicolas illos, vt in plurimùm, pauperiores, & rudiores adoleſcentium, ſiue puerorum educationem penitus negligi, & paſſim floccipendi: Quamobrem ſuper derelictas, & neglectas adoleſcentes plantulas miſericordia motus, charitatis ſinum pandit, & pietatis viſcera dilatauit: non iam ſolùm Clericis beneficus, ſed & Clericis, & Laicis futurus proficuus inſtruendis vniuerſis adoleſcentibus indifferenter ſemetipſum publica in ſchola Præceptorem gratis exhibuit, atque expoſuit. Propoſuerat enim pariter, & in corde ſuo diſpoſuerat Apoſtolicus operarius, taliter in ſibi demandato munere operari; vt vetuſta irreligioſitate depulſa, recentiorem Chriſtianam pietatem Macrenſibus amnicolis induceret; quod cum ſolis concionibus, & catechiſmo ſe vix conſequi poſſe animaduerteret; proſpexit faciliùs ſe exculta iuuentutis inſtitutione, ſeu efformatione pleniùs adepturum. Nouerat præterea plures è Vallicolis reducibus ficte, fraudulenterq; quaſi coacti, Caluiniſmo reiecto, Catholiciſmum amplexatos fuiſſe, quem quidem foris profitentes, domi tamen Caluinianas quiſquilias retinebant, quam liberis pro domeſtica conuerſatione communicantibus coaleſcentes pueri priùs perfidiam quàm lac ſugebant, anteq; Antichriſtum, quàm ipſum Chriſtum agnoſcebant. Huic igitur pernicioſiori incommodo, vt opportunè occurreret, ita vt extincta cum breui extinguendis ſenioribus hæreſi, in iuuenibus iuueneſceret, & refloreſceret veritas; Euangelicus vigil, voluit, & valuit ruſticorum puerorum Pedagogi & titulum acquirere, & officium exercere, quamdiù Apoſtolico muneri incubuit.

Ann. Christi 1628.

Publicè aperto Gymnaſio gratioſo magiſterio Clericos inſtruendos ſuſcepit, & laicos.

In Schola iuuentutē vniuerſam Chriſtianā pietatem colere docet.

V. Cum igitur huius religioſi lycei, ſiue Chriſtianæ ſimplicium Academiæ per circumadiacentes regiones fama percrebuiſſet; ad Capuccinum Præceptorem conuolabant vndiq; feſtini plures diſcipuli à tota Macrenſi Valle, deq; Granenſi proxima Conualle, necnon à longe diſſiti Nicienſis Comitatus Oppidis S. S. Dalmatij, & Stephani, quinimmò ex toto viciniori Marchionatu Salutienſi, ita vt breuiori

tempore anguſtiori in domicilio claude eritur edocendi ſexaginta,& am; lius tyro nes, inter quos plures barbati, quin gemini iam vxorati homines non verebantur adſtare, atque primarijs elementis, ſiue documentis excipiendis adſiſtere. Inſiſte bat autem Euangelicus adoleſcentium inſtitutor ſuis in excolendis alumnis intra ſcripta Chriſtiana methodo: Primo mane edito campanæ ſigno accedebat ipſe ad Sacroſanctum Altaris Sacrificium quotidie offerendum,cui itidem ſingulis diebus, diſcipulos vniuerſos ſub præſcriptis pœnis intereſſe præceperat;hoc abſoluto hi ab Eccleſia ad Scholam tranſgrediebantur, ille verò aliquandiu gratijs Deo de more agendis poſtquam incubuerat; ludum ingreſſus Abecedarios cognoſcentes,vel copulantes litteras exaudiebat: inde Chriſtianæ Doctrinæ, ſiue diſciplinæ ab aliquo vno pro vniuerſis referendam lectionem quotidianam præſcripſerat, mox à prouectioribus & grammaticæ; & humanioris eruditionis, ſiue rethoricæ, aut logices lectiones excipiebat: quibus exceptis ex tempore earumdem facultatum præ lectiones, poſtera die reddendas, dilucidè explicabat, explicationem ipſam cum Tridentini Concilij ſiue ſummæ Toleti vnius capitis expoſitione de more concludendo. Quæ omnia quinque prioribus matutinis horis ſolicitè præſtabat: hora autem prandij dimiſſis Tyronibus ipſe ante commeſtionem horas Canonicas perſoluebat, & à prandio recitandis quibuſdam ſibi conſuetis pijs precationibus pro viuis, vel defunctis inſiſtebat. Rurſus autem opportuna hora reuocatos diſcipulos de prehabitis lectionibus, ſiue varijs eruditionibus examinabat, ab illis exhibitas compoſitiones, ex vulgari latinitati donatas perlegebat, & corrigebat; heſternisq; emendatis, craſtino die præſentandas dictabat, pluraque alia neceſſaria tradebat vſque in veſperam: tunc enim perſolutis Deo conſuetis actionibus gratiarũ, ad propria quoſque dimittebat. Hec quò ad humanam eruditionem.

Chriſtiana methodus vniuerſis diſcipulis præſcripta.

VI. Quo vero ad pietatem, & chriſtianam religionem, mox referendis præſcriptis regulis adoleſcentes dirigebat; Primò (vti ſupra dedimus) quotidie ſiue profeſtis, ſiue profaſtis diebus Sacroſancto Miſſæ Sacrificio intereſſe tenebantur, cui inſeruiendi modum calere iubebantur, & edocebantur. Vniuerſi iterum & Chriſtianę Doctrinę exercitio in Eccleſia publicè habendo ſtatis diebus,& horis, atque ordinariæ ipſius prædicationi, ſolemniorique Miſſæ, atque veſpertinorum officiorum celebrationi præſtò adeſſe præcipiebantur. Conueniebant ſinguli rurſus cunctis diebus feſtiuis in Apoſtolicæ domus appoſitum Oratorium, ad Beatiſs. Virginis Matris Dei paruum Officium deuotè recitandum alternatim concinendo, præſidente ad hoc Capuccino ſocio Sacerdote, Fr. Antonio à Strambino, vbi pariter quadrageſimalibus diebus (Sabbatis exceptis) eiuſdem Litanias piè decantabant, quas ad ſolemnius occinendas, toto anni tempore, ſingulis veſpertinis Sabbatis, ad Parochiale Templum ex præceptoris præſcripto concurrebant; qui lege inuiolabili alumnis ſuis Pœnitentię, & Euchariſtię Sacramenta altera ſaltem (ſi non ſingula) hebdomada ſumenda mandauerat: vnde, & breuioris temporis decurſu illud effectum eſt; vt & religioſę vitæ, ac Chriſtianę pietatis forma, & ſpecimen refloreſceret, atque exculta duplici deuotionis, & inſtitutionis vomere quondam derelicta iuuentus non proſperè reflore ceret modò; ſed & abundantiores fructus religionis, ac eruditionis, tam ſæculari quàm Eccleſiaſtico Regno proficuos ederet. Ex hac namque Fr. Alexandri Paleſtra quindecim ordinati Sacerdotes de illius cura ad Parochiales curandas Eccleſias aſſumpti fuerunt, atque ab eius Scutica nonnulli ad Magiſtralem ſcholæ Cathedram vocati ſunt: Tabellionis, Chirurgi,& Medici alij quidã munus aſſecuti laudabiliter miniſteria exercuerunt.

Ann. Chriſti 1619.

Sacris adſtare, & Sacramẽta frequẽtare pręcipit,

Breui temporis decurſu eruditio floruit, vnde diſcipulorũ plurimi laudabilia munera ſunt aſſecuti.

VII. Circiter huius decurrentis anni noni, & vigeſimi vltra mille & ſexcentũ finem in hominibus deploranda ſua primordia, & feralia ſua exordia accepit epidemica lues, quæ bellico furori copulata infeliciori ſubſequente annò trigeſimo Pedemontanum agrum feraliter deuaſtauit, à qua & infectione,& deuaſtatione nequaquam immunes euaſerunt Subalpini Vallicolę, ſiue remotiores Interalpini Amnicolæ, quinimmò quò à frequentiori conſortio magis diſtabant; eò ab expeditiori, & efficaciori ſubſidio magis longiùs ſtabant. Inualeſcente igitur per alpeſtres illas Villas, vicos atque populationes lethifero, & peſtifero morbo, rudes illi Vallicolæ, pauperesque ruricolæ ſanitatis tam tuendæ, quàm reſtituendę, ſiue recuperandæ & ignari, & ignaui ſemel peſtilentiali vulnere ſauciati, vix aut ægrè admodum conualeſcebant; quinimmò vniuerſi ferè incurati, ideſt nec corporali, nec ſpirituali ſolamine; ſeu medicamine recreati interibant: non ex minuſcula ſola plebe, ſed & ex Optimatibus, Sacerdotibuſque præcipuè, qui à principio naturam contagij ignorantes, nec à contactu abſtinentes dum proprio Parochiali officio, vel manuali quotidiano, ſiue familiari ſeruitio inſiſtunt, in languorem incidunt: languentes igitur & ipſi, nec congruo ſubſidio coadiuti, Paſtores plurimi ab initio defecerunt intra Vallares Macrenſium anguſtias; ita vt anguſtiati populi ſine medico, ſine Parocho omni medela deſtituti,& morbo,& morti expoſiti tabeſcerent: quorum tabeſcentium in leuamen bellicę inuaſiones accedebant, inter Sabaudum,

Feraliter deuaſtante Pedemontanum agrũ epidemica lue, ac bellico furore non immunes euaſerunt Macrenſes Vallicolę.

& Gallum

& Gallum inhumaniter furente Saturno,cui in ſuppetias acceſſerat Ceres, vel Opis frugum copiam his populis ſub hoc anno denegando, ita vt infauſto nimis Dauidico ternario belli, famis, & peſtis Subalpina Regio ſimul quateretur, & acriùs licèt iuſtiùs à Deo cæderetur.

VIII. Vniuerſam igitur Macræ Vallem, Accelijq; præcipuè Villam morbo epidemico depaſcente ad ſaturitatem, fameſcentibus cunctis (ſola non ſatura licèt ad ſatietatem paſta morte) Capuccini liminis Cuſtodes, cum facta eſſet valida eſuries in alpeſtri illa regione, cœperunt & ipſi egere,& neceſſariorum maximam penuriam pati, & inter pereuntes grauiter periclitari; ne vel alimentorum penuria, vel Martiali iniuria, vel irremediabili epidemia deficerent, & interimerentur: Diuinæ tamen pariter, & fraternę charitatis ardore impulſi, & robore conualeſcentes inualuerunt de infirmitate, atque in extrema egeſtate Diuina de prouidentia confidentes, deſolatos illos populos nequaquam penitus omni ſpirituali munimine deſtitutos derelinquere ſuſtinuerunt, quinimmò per quindecim menſes belli, famis, & peſtis inter incommoda, & diſcrimina ſuſtinentes adſtiterunt, & omni ſolicitudine, atque vigilantia præſto ſemper, & vbique adfuerunt & ſanis, & laborantibus, & morientibus miniſtrando alimenta, medicamenta,& Sacramenta, ſine perſonarum ſtatus aut conditionis acceptione: percurrebant, diſcurrebant vel ſeparati, vel copulati Fr.Fr. Alexander, & Antonius per Villas, & Pagos ſignanter proprio Parocho orbatos,& deficientibus occurrebant, vt opitularentur ſi non ad carnis, ſaltem ad ſpiritus, & animæ ſaluationem: mendicabant ipſi ab opulentioribus, quod egentioribus præſtarent. Accurrebant, ſuccurrebant pro virili, & cum ſubſidium aliud patientibus exhibere non valerent; conſulebant, conſilia dabant quid pro publico, & priuato bono præſtandum foret,afflictis,& anguſtiatis populis oſtendebant, timentes confortabant, lugentes mœrenteſque conſolabantur, ad pœnitentiam cunctos adhortando, pariter, & ad Diuinam Iuſtitiam manſuefaciendam cohortando; & vt concludendo ſemel omnia dicam: nullum pietatis, religionis, & charitatis officium, ſiue pium miniſterium iuuandis miſeris opportunum, ſeu neceſſarium Capuccini Leuitæ prætermiſerunt, aut neglexerunt: perpetuo cum propriæ ipſorum vitæ diſcrimine communiter cum ægrotantibus, & conualeſcentibus familiariter pro obſequio conuerſando: quare impenſas Saluatori Domino gratias egerunt, qui inter mortis non vmbram,ſed euidentiora pericula illæſos ſemper pro communi bono procurando eos ſeruauerat, præſeruauerat, & inter fameſcentes, acerbiorique penuria laborantes, famulos ſuos nihil habentes ſufficienter pauerat, & aluerat; quinimmò quòd paſcendis, & alendis egenis conferrent, atque communicarent præſtauerat.

Ann. Christi 1630.

Fameſcentibus cunctis, etiã Capuccini Leuitę maximã penuriam patiuntur.

In extrema hac egeſtate nequaquam deſolatũ populum dereliquerũt, immò omni charitatiua ſolicitudine, & vigilantia sẽper adfuerũt.

IX. A peſte ergò, fame, & bello confuſa omnia humana cum Diuinis, immò ab hominibus quaſi Diuinorum cultum exulaſſe, vel ſaltem ceſſaſſe conſpiciens Frat. Alexander, accuratiùs occeptauit inuigilare, ne prædominantibus his obſcurioribus turbinibus, Tiphys hæreticus miſceretur, & decedentibus hominibus, pluri miſque Eccleſiarum Paſtoribus morbo lethali deficientibus, errorum quondam iam combuſta, atque extincta zizania reuiuiſceret, repullularetque impietas; vnde nonnullos cum irreligioſitatis, & indeuotionis circa auditionem Miſſarum, Eccleſiaſticorum officiorum aſſiſtentiam, & feſtorum obſeruantiam ſubrepentes abuſus conſpiceret, protinus hos Aſtreo mucrone præcidendos curauit. Circuibat enim vel ipſe, vel ſocius, immò & ipſe, & coarmiger Sacerdos Frat. Antonius profeſtis diebus, ſignanter matutinis,& veſpertinis temporibus per vicos,& plateas quin per domos, per caulas, per receptacula,& cauponas; & quoſcumque Diuinorum tempore vel ſtertentes, vel malitioſè deliteſcentes, multò magis publicis, ſeu priuatis ludis, ſiue commeſſationibus, ac compotationibus incumbentes offenderent, tunc acriter correptos inde deturbabant, & Tribunali delatos cõgruè mulctandos procurabant: mulctas ipſas in beneficium nempè ornamẽtum, vel inſtaurationem Templorum applicãdo iuxta præſcriptum iamdiù promulgatorum Ducalium Edictorum in Eccleſiaſtici Regni bonum.

Ann. Christi 1631.

Ternario infauſto ceſſante, ceſſato pariter, & cultu Diuino, F. Alexãder accuratiùs inuigilare cæpit ne reuiuiſceret hereticalis tyrannis.

X. Quarum fauorabilium ſimul,& iuſtarum Principis legum obſeruantiam ſummoperè vigilax Cuſtos promouere, & ſuſtinere anhelabat, ſignanter circa proſcriptorum perduellium eiectionem. Ideò cum pertinaces expulſos, & vltroneos exules Macrenſes aliquos furtim, & latenter frequentiùs patrios lares repetere ſubintellexiſſet; quò antiqua exactiùs obſeruarentur; nouum ipſe Ius, id eſt Edictum à Victorio Amedeo, nouo Duce veterum confirmatiuum reportauit. Quorum virtute cum proſcripti bini Hæretici Accelienſes à Cluſonia Valle, in quam refugæ confugerant, aliquando in patria regreſſi, inibi contra fas diutiùs morarentur, cũ bini iterum Caluiniſtę Delphinenſes clitellarij opifices Accelium, à Delphinenſi Gallia aduenientes domicilium inibi ſtatuere deſignaſſent; gemini rurſus Sectarij à Gebennenſi Ciuitate ſiue facinorum Aſylo aduentantes, cum quorundam potentium patrocinio freti in Accelij Oppido longiores moras traherent; vigilans

Ducalium Iurium, & legum obſeruãciam ſuſtinet, ac promouere laborat.

Excubitor

Excubitor Frater Alexander animaduertens Fidei Catholicę diſcrimen,ex horum
ſiue exulum indigenarum, ſiue alienigenarum hereticorum conſortio, protinus
Regredientes hæreticos ſeculari Iuſtitię pręſidio reicit.
ſęcularis Iuſtitię inuocato, & aſſumpto prę́ſidio, eos perſequendo vel in fugam
vertebat, vel carceri mancipandos,& mulctis puniendos tradebat: quinimmò cum
Gebennenſibus geminis prędictis eijciendis potentiores quidam auſi fuiſſent obſi-
ſtere; Fr. Alexander ex tempore Victorium Amedeum Pedemontanum Ducem
admonuit:delegauit ille expeditum ſuæ Iuſtitię Adminiſtrum, qui Accelium con-
uolans, & protectores, & protectos opportuna,& congrua animaduerſione corre-
xit. Haudq; exiguum timorem Vallicolis cunctis magnis, & paruis inuexit, quò
ab huiuſcemodi receptandis exulibus, ſiue rebellibus abſtinerent, vnde factum eſt;
vt eiecti quoq; à ſepius ventitando ceſſarent.
Cum igitur ad inſtar Phinees zelotem Sacerdotem Eccleſiaſtici Prę́ſules agno- XI.
ſcerent; Reuerendiſſimus Saluciarum Inquiſitor Vicarias vt ſuas vices intra Val-
lem exercendas acceptaret, per litteras Fr. Alexandrum rogauit: hic cum nihil
magis quàm Catholicę veritatis profectum illis in oris peroptaret; gratanter &
Sãctę Inquiſitionis Vicarius electus, demandatum onus accuratè perficit.
delegatum onus ſuſcepit, & ſuſceptum fideliter exercere incœpit, ſocio Sacerdote
in Notarium Apoſtolicum aſſumpto. Accuratè igitur, & oculatè inquirendo,
nonnullas intra Vallicolas illos haud in totum adhuc fideles hereticas quiſqui- Ann. Chriſti 1632.
lias ſuperſtites animaduertit, quas exactè in ſcripturam digeſtas, ſacrum ad Inqui-
ſitionis Tribunal recognoſcendas, iudicandas, damnandas, atq; puniendas tranſ-
miſit. Nec prætermiſit,alteram haud minus pro bono Fidei neceſſariam ſolertiam
adhibere, in conquirendis nimirum damnatis Caluiniſtarum libris, paſſim à dece-
Caluiniſticos,& Magicos libercu-los colligit.
ptoribus diſſeminatis:reperit igitur Caluinianos,& Bezanos plurimos catechiſmos,
& quoſdam conſimiles Hereticos, magicoſq; liberculos, quos exactè recolligens,
recollectos verò apud ſe in tuto repoſitos reſeruauit; donec quid agendum à Supe-
rioribus de illis intelligeret.
Huiuſcemodi ergo, & conſimillimis plurimis zeloris ſolicitudinis, & vigilantiæ XII.
in remouendo malo operibus intentus, nequaquàm tamen talia, & maiora in pro-
mouendo bono præſtare negligebat. Quinimmò propoſiti tenax, cum iam (vti
ſupra numerauimus) inſtruendos adoleſcentiores, Clericoſque pręcipuè ſuſcepiſ-
ſet, animaduerteretq: ex eis nonnullos ob neceſſariarum rerum inopiam, à propo-
ſito recedere coactos, eò quòd congrua pro alimonia paranda agriculturę,non lit-
teraturæ illis vacandum foret; pius,& zelans Capuccinus Sacerdos, ne populi alpe-
ſtres idoneis Sacerdotibus, ſiue Parochis per tempora carerent cum ſpirituali ani-
marum detrimento; ipſe hiſce pauperculis Clericis apud ſe domi benignè recolle-
ctis alimentum ſuppeditare decreuit, quod & pluribus alijs per diuerſa prolixiora
tempora exhibuit. Verùm nec alimenta ſolum, ſed & veſtimenta quoq; præſtitit. Ann. Chriſti 1633.
Nam ab opulentioribus Sacerdotibus petitas, & obtentas Clericales veſtes, quin
à Prouinciali noſtro Capuccinorum Miniſtro Religionem ingredientium, &
profitentium Neophytorum ſępè, ſępius requiſita, atq; relata ſpolia expoliatis ſuis
Pauperioribus Clericis alimenta, & veſtimenta ſubminiſtrat.
alumnis pro opportunitatę pariter,& indigentia diſtribuebat, vel linea induſia,vel
lanea indumenta interiora, vel exteriores talares veſtes, pallia,& pileos, cæteraq;
id genus plurima. His igitur cetteriſq; vniuerſis ſuæ diſciplinæ traditis adoleſcenti-
bus inſtruendis impenſiùs vt inſudaret; quotidie immò perpetuò manicare conſue-
uerat, & per tres, vel quatuor antelucanas horas vel perſoluendis orationibus,vel
exercendis meditationibus, vel exequendis à Capuccino inſtituto conſuetis fla-
gellationibus, vel tandem parandis, & conficiendis concionibus ſtudiosè vacabat:
poſt hęc iam iam eluceſcente die, ad campanę ſignum diſcipulos ad matutinum
Sacrificium,& litterarium exercitium conuocabat, & ſi quando Dominicis vel fe-
ſtis diebus ad Vallis Villam aliquam concionaturus progrediens,inibi Apoſtolico
miniſterio incumbens, iuuandis proximis plus ſolito remoratus, aduesperaſcente
die congruum regrediendi tempus defuiſſet;ipſe nihilominus ne in craſtinum con-
ſueto ſuo magiſterio inſtituendę iuuentutis deficeret;deficiente die, noctu peram-
bulans ad propria reptando, licet difficilius per aſpera, & aliquando montana re-
meabat; ſicque vt ſequenti luce paruulis edocendis laboraret, præcedenti veſpera
per tenebras grandæuus vir Religioſus progrediendo, vel anhelabat per æſtiuos
calores, vel obrigeſcebat per hyemales algores.
Superabundante iniquitate, continenſt refrigeſcere charitas multorum, nempè XIII.
imperfectorum: quinimmò inundante flagello aduerſitatis, tepeſcit zelus pietatis
apud mundanos homines: quamuis igitur quondam Coapoſtolici Prædeceſſoris
Fr. Hieronymi à Monteregali cohortationibus excitati, nouum Parochiale ſuum
Templum Accelienſes conſtruere decreuiſſent; ſupernenienribus poſtmodum pu- Ann. Chriſti 1634.
blicis quibuſdam difficultatibus, atque aduerſitatibus cedentes, afflicti Oppidani
iam iam ab antiquo pio propoſito receſſerant: Incongruo hactenùs inopportu-
no, id eſt anguſtiori in Oratorio ruinæ iam proximo Parochialia & munia admi-
niſtrabantur,& Apoſtolica munera prędicandi,catechizandiq;exercere cogebatur

Fr.

Fr. Alexander: quamobrem & pro ſuggeſtu publicis vehementioribus declamationibus, & pro familiari congreſſu efficacioribus adhortationibus cœpit, & perſtitit validiùs pulſare, & excitare ad prædiſpoſitum iam opus Oppidanos Accelij, quàm vt illi reſiſtere, aut valerent, aut vellent: vnde Parochialis Sacræ Ædis ſtructuram ferventiùs adeò aggredi, & in ea perficienda progredi voluerunt, pariter & perſeuerauerunt; vt menſe Iunio primis iactis fundamentis, Nouembris circa finem culmen Templo, tectumq; imponerent: ita vt die Sancto Andreæ Apoſtolo Sacro primum Sacræ Miſſæ Sacrificium in eo oblatum & celebratum extiterit: reali, & manuali cooperatione collaborantibus Capuccinis Operarijs. Fr. Antonius Sacerdos perſonali ſuo laboritio, & obſequio cooperans ædificantibus inſeruiebat, inſtabat: Frater Alexander verò ſua auctoritate, & diligentia conſtructę Eccleſiæ ſacra ornamenta, & Leuitica indumenta prouidebat. Q·ò enim quod verbo docuerat, & perſuaſerat, firmaret, & promoueret exemplo; Templo Parochiali elegans tabernaculum, cum tribus diuerſorum colorum oloſericis ſcutularis velis attribuit, quæ omnia Capuccinorum Miniſter Prouincialis è noſtri Conuentus Vigonenſis Hierophilacio accepta contribuerat. Tribuit iterum Capuccinus Leuita Parochiali Sacræ Ædi prædictæ lineam ſupellectilem congruam nonnulla itidem paramenta. Quinimmò cum erectę grandiori Arę conſummatę iam Eccleſiæ, non ſupperterent pecuniæ ad conducendum pictorem pro Icone concinnanda; Fr. Alexander Accelienſem quemdam hominem Summæripę incolam Conſtantium Pilotum nomine conuenit, pium illi pro Patria perficiendum opus ſuadens: acquieuit vir deuotus & elegantiorem, atq; grandiorem Aſſumptæ Virginis Paręcię titularis figuram, atq; picturam, ſimul & lignei grandioris Crucifixi elegans ſimulacrum proprijs ſumptibus concinnata, & perfecta Accelienſi Parochiali Templo in ornamentum tranſmiſit, ducentibus, & comitantibus ex induſtria, & proprio labore, ac opere Capuccinis.

Parochiali Eccleſię Accelienſi ędificationé promouet.

Ann. Chriſti 1635.

XIV. Cum ſuo tempore & bellici tumultus, & peſtiferi morbi incommodis vel ablata, vel neglecta, vel longiori vſu attrita Eccleſiarum paramenta, & ornamenta minus congrua, & decentia apparerent; quinimmò diſperſa diſparerent; Fr. Alexander ex induſtria ſub concionandi titulo, ſemel perluſtrauit vniuerſa ſuæ Miſſionis Parochialium Eccleſiarum Sacraria, quæ cum depauperata, & vacua, ne dicam penitus expoliata offendiſſet, ita vt vix neceſſaria (licèt minus congrua pro celebratione Miſſarum indumenta reperiſſet) obtenta à ſuo Miniſtro Prouinciali facultate, plures per ſuæ Prouincię Capuccinorum Conuentus perambulans, è pauperculis noſtris Eccleſiarum promptuarijs relatam vel lineam, vel laneam ſacram ſupellectilem ſecum auferens vniuerſis, & ſingulis Conuallis Macrenſis Paræcijs vnicuique congruam partem diſtribuit, quibus appoſuit ex penurioſo ſibi præſtito pecuniario ſubſidio alia itidem Sacerdotalia indumenta comparare, & attribuere; vt ſunt caſulæ, contraltaria, vela oloſerica, ſiue pro tabernaculis grandiora, ſiue breuiora pro calicibus, corporalia, purificatoria, ſtrophiola, linteamina, albæ, amictus, ſuperpellicea, & huiuſcemodi generis plura. Campeſtria per Vallem diſperſa Sacella belli, & malignioris temporis iniuria deſtituta, & ex parte diruta ferè vniuerſa inſtauranda curauit: tria à fundamentis erexit, cuncta decenter ornauit; ita vt Sacris habendis honeſtè ſatis ſufficerent. Quia rurſus Fr Gabriel Accelienſis Capuccinus in Religionis ingreſſu proprijs ſuis ad hoc in teſtamento derelictis, & aſſignatis expenſis mandauerat; in ſuæ natiuitatis Vico, ſeu populatione per milliare ab Oppido diſſita Sacram Ædiculam conſtrui; Fr. Alexander per Coarmigerum Fr. Antonium Sacerdotem teſtatoris piam mentem exequendam curauit, & Sacellum ædificari ſategit, quod illius diligentia, & cooperatione abſolutum, proceſſionaliter aſſociatus Fr. Alexander ſolemniter benedixit, congrua ad hoc præhabita facultate, celebreque primum ſacrificium coram aduentātibus populis Frat. Antonius obtulit, & in incolarum ſpiritualem profectum locus ille ſacer ad hanc vſque diem permanſit.

Ann. Chriſti 1636.

Parochialibus cunctis Sacra paramēta ſubminiſtrat.

Sacella Campeſtria inſtaurat, & à fundamentis excitat.

XV. Inſtauratis Paræcijs, Parochialibuſque Templis pro viribus quoquo modo exornatis, Diuini cultus inſtaurationem, atque promotionem in populo proſequendam ſibi præſcripſit: quamobrem de Catholico more pias, ac deuotas Congregationes inſtituendas propoſuit. Vnde opportuna, & ſufficienti ab his ad quos ſpectat, relata facultate; ſeptenis in Parochialibus Macræ Vallis Eccleſijs, primumque in Accelio Mariani Deiparę Roſarij Sodalitium inſtituit, & conſtituit: pro cuius congrua inſtitutione ſingulis in Paræcijs ſingulæ Confraternitati ſingularia Sacella, & Altaria aſſignanda procurauit. Si quę verò difficultates huiuſcemodi in aſſignatione occurrebant; eas ex-templo ipſe ſuperabat, & explanabat. Et vbi, vel quoties pro fundatione, & erectione Roſarianę Societatis alicuius expenſæ, vel elargitionis emergebat neceſſitas; Apoſtolicus Miniſter pecuniarium pro ſuo alimento ſibi elargitum commeatum in reparamentum, ſeu paramentum conuertebat; nulli ſolicitudini, aut diligentiæ parcendo; quò laudabile inſtitutum

conſummaretur. Cuius accelerata conſummatio haud mediocriter promouendæ Chriſtianæ pietati, & Catholicæ religioni apud illos populos profuit. Ex eo namque tempore tepidiores quondam, & ſegniores; immò Sacrorum oſores, & ſpiritualia auerſantes mares, & fæminæ ſolicitiores effecti, Sacramentorum vſum frequentiorem appetere, & colere ceeperunt, & perdurarunt: ſinguloque quoque menſe in prima Dominica (nonnulli ſingulis hebdomadibus, vel feſtiuis diebus) poſt pœnitentialem expiationem Communicantes, Roſarij & precarios globulos recitantes, & Myſteria recenſentes: ita vt qui olim Chriſtianitatis in ſignum Marianam vel coronam, vel officiolum geſtare verecundabantur; modò frequentiori recitationi intereſſe gloriarentur: & qui quondam vix in Paſchate præcepto vel confeſſionis, vel communionis ægrè admodum obtemperabant; modò ſolo conſilio ad frequentiores Communiones, & prolixiores confeſſiones crebrò accedere acquieſcebant, & auſcultabant; ita vt Fr. Alexander profeſtis diebus ab ortu ſolis ad vſque concionis ingreſſum, excipiendis pœnitentialibus expiationibus incumbere cogeretur. Piarum igitur Conſodalitatum Confratres conſcripti; & religioſe Capuccinæ ſcholæ diſcipuli adſcripti ſpiritualibus exercitationibus crebriùs inſiſtentes, & religionis Chriſtianæ exteriores frequentiores actus exercentes, cæteros irreligioſiores vel ad conſimilia inuitabant, vel ſaltem à diſſimilibus indeuotionis demonſtrationibus retrahebant. Adduxit accuratus Leuita Apoſtolicos Sacerdotes Parochos; vt ſingulis prouigilijs diebus ad futuræ ſolemnitatis, ſiue ſequentis feſtiuitatis deuotionis celebrandæ præparationem, ſeu excitationem campanarum pulſationem præmitterent in veſpera. Iterum feria quinta in Cœna Domini honorificentiùs in exornato Sacello Euchariſtiam aſſeruarent (iuxta Miſſalis præſcriptum) vſque in Paraſceuen, quod antea apud eos ex non vſu abolenerat.

Per decem, & octo Italica aſcendens milliaria Macræ Vallis, tredecim Pagis habitatur, quibus præſident in ſpiritualibus totidem Parochi, ſinguli ſingulas Parœcias ſingulares adminiſtrantes, eò quòd plures agreſtibus illis in regionibus non inueniantur Sacerdotes. Cum quem igitur exiſtentium Rectorum caſu aliquo vel abeſſe, vel deficere contigerit; Euangelico cooperatori Capuccino ſtationario deſtitutis Parochianis, & Parochiæ accurrere, & inſeruire conuenit, donec aliter: quod haud ſecus in dies euenire cernimus. Vbi enim primum abſentiam, vel carentiam, aut deficientiam Curatorum intelligunt Miſſionarij, illò properantes vel per ſe, vel per Collegas Sacerdotes vacantis Eccleſiæ Miniſterialem curam amplectuntur, & exercent: nulla vel æſtiui, vel Hyemalis temporis, vel aſperioris, vel commodioris itineris, vel diei, vel noctis habita ratione: per multa milliaria, per niues, per imbres peragrantes, ſicuti Fr. Fr. Alexandro & Antonio in Accelienſi cuſtodia vigilibus pluries accidit. Cum enim Accelij Pagi Parochus multoties abeſſet; aliquando per ſex continuos Menſes Fr. Alexander & intra, & extra Oppidum Parochiale onus ſuſtinebat. Stroppi numeroſioris Villæ Parochus Sacerdos aliquando circa Natalitias ſolemnitates grauiorem lethiferum in morbum incidit, vnde cum ſe feſtinanter ad funera properare irremidiabiliter conſpiceret; per Nuncium Fr. Alexandrum admonet; vt in extremis ſibi laboranti accurrere, & ſpiritualiter ſaltē ſuccurrere ne grauaretur; Adeſt Nuncians tēpore inopportuno, niues namq; copioſiores è cœlo iamdiù inceſſanter cadentes impermeabile iter nudipedi, & pedeſtri viatori reddiderant: Quamobrem grandæuus Fr. Alexander Iuniori Fratri Antonio Commilitoni agonem cedit, qui præcinctus, & expeditus geminum vt charitatis opus tam deficienti Parocho, quàm deſolatæ Parœciæ ſolemnioribus hiſce profeſtis impendat; apprehendit iter, tàm è cœlo iugiter dilabentes, quàm in terram iam abundanter dilapſas per niues irrumpēdo pedeſter, & nudipes. Quapropter cum quaternis excurſis milliaribus, ad Agonizantis Præsbyteri domum perueniſſet; vtramq; plantam calcatis hactenus obriguiſſe niuibus ſibi ſenſit, vnde morienti vt adeſſet, qui acceſſerat, morientium ſudores ob ſæuientia frigora experiebatur acerbiori gelu conſtrictis pedibus, ita vt & nimio algore præmerentur, & ignis ardore importabiliter cruciarentur: quod ſemel, & iterū ac tertiò hac vna in itineratione paſſus eſt. Cum enim ad iacentis lares appulſus, aliqualiter refocillatus morienti Sacerdoti adſtans extrema charitatis, & pietatis obſequia vſque in veſperam exhibens, perſtitiſſet; veſperaſcente die, longè diſſitam adhuc Eccleſiam verſus coactus fuit iterum gelidas per niues dirigere greſſus, quò priorem Natalis Domini Miſſam poſt mediam noctem in Parœcia expectantibus populis celebraret: eò perueniens brumæ rigoribus obſtupefactus, vixque exiguo igniculo ſemicalefactus frigidiori in ſtrato aliquantulum quieuit: immediatè enim celebrandarum Miſſarum ſuperuenientibus ſucceſſiuis horis plebi adſtanti ſatisfecit: mox vero vno eodemq; tempore & defuncti Sacerdotis, & alterius adoleſcentis cadauera ſolemniter ſepulturæ mandauit, & veſpertinas horas decantauit perpetuò ieiunus, & tremens Capuccinus ſemi-indutus Leuita, qui cunctis illis celebrioribus Natalitijs feſtis, populo illo poſtquam miniſtraſſet; domum

tandem

Ann. Christi 1637.

Sacros Romanos ritus reſtituit.

XVI.

Ann. Chriſti 1638.

Parochialia onera ſuſtinet eſt ſocio.

Ann. Chriſti 1639.

tandem regrediens, eademq; prius viæ incommoda perpeſſus, tertiò frigore hyberno ſuos ſibi obriguiſſe pedes decedentibus digitorum amiſſis extremitatibus expertus eſt: quibus conſimilia ſequenti anno iiſdemmet Natalitijs celebritatibus, eademmet Parochialia munera præſtando, in abſentia Parochi Pagi Marmoris laborioſè, & longanimiter ſuſtinuit, per montes, ac rupes nimbus obſitas reptando.

XVII. Nec pacis ſolius, ſed & belli temporibus egentibus, & periclitantibus vniuerſis ſubuenire geſtiebant. Hoc anno nono & trigeſimo poſt mille ſexcentũ, inter Sabaudos Principes ciuilia excitata diſſidia Pedemontanũ Principatum vniuersũ acriter diuexarunt, adſcitis enim & ab his, & ab illis Francis, & Hiſpanis in ſuppetias, & hi, & illi in inficias venerunt: feraliter depopulata regione deuaſtatis, diuexatis populis, nullo habito vel diſcrimine, aut delectu, aut reſpectu. Aſcenderunt igitur, hoc tempore, Mactenſis Vallis verticem Galli; & adfuerunt, vt Accelij Arcem contrariæ factionis partes ſuſtinentem expugnarent, ſicuti & expugnarunt poſt nonnullos dies. Interim furentium militum turmis aduentantibus Capuccini Cuſtodes vniuerſam fere Oppidanorum ſupellectilem intra anguſtiores ſuos lares recipientes aſſeruandam occluſerunt, quin plures & mares, & fœminas, ſignanter adoleſcentulas ſub Sacræ, & Religioſæ Domus patrocinio excipientes à militaribus iniurijs illæſas præſeruarunt, propria breuiora domicilia receptis commodantes; ipſi verò aliò quoquo modo diuertentes, quò nõ modò indigenas, ſed & alienigenas vel militiæ duces, vel militum exercitus confeſſarios Sacerdotes hoſpitarentur, quorum poſtea Patrocinio, & tutela in depoſitis reſeruandis fauorabiliter vterentur in incolarum bonum. Quorum quidem maior, & ſanior pars continuis his, ac inſignioribus ſpiritualibus ſimul, & temporalibus Capuccinorum officijs deuicta, benefactoribus & gratias agere, & gratos animos conſeruare ſtudebat, & oſtentabat: nonnulli verò ex perfidis ſecretis fidis Caluini aſſeclis, nempè quatuor ex Conuallis optimatibus aduerſus propugnatores Fidei furentes, hanc bellici tumultus ſe opportunè naneiſci occaſionem excogitauerunt Stationarios inde eijciendi, & perpetuò exulandi Capuccinos Apoſtolicos: Gemini igitur Vallis tunc Conſules, & tertius à Secretis Tabellio, quartuſque Primas fidus Achates (quorum nulla memoria digna nomina conſultò reticentur; quia omnes vel hæretici, vel relapſi fuerant) ad Gallicanę aciei ductores nequiter, & doloſè accedentes, innocentes religioſos Minoritas plurimis compoſitis calumnijs infidelitatis detulerunt, & perfidię nequioris inſimulauerunt: quare Galli naturaliter efferueſcentes, & conſilio pariter, atque executione præcipites, calumniatoribus plus æquo credentes ex improuiſo pauperculos in hoſpitio aggredientes domicilium, & inopem ſupellectilem vniuerſam perſcrutantur: ſi quid fraudis, vel malitię apud innocuos Capuccinos reperirent. Defecerunt tamen ſcrutantes ſcrutinio, quia ſcripturarum proceſſus, & codices, quibus quatuor criminantium hæretica facinora continebantur, & propterea quæritabantur, Fr. Antonius de manibus aſportãtium ſurripuit. & in fruſtra diſcerpſit, ne deponentes teſtes aduerſa pati contingeret. Surripuerunt quidẽ ſatellites cunctas ſcripturas, & pretioſiora depoſita Incolarum quædam, ſed proditionis delatæ inditia apud Chriſti, pauperes fideles Sacerdotes nulla penitus ſubodorare valuerunt. Vnde recedentibus agminibus, cum in expugnata Arce cuſtodienda Francorum militiæ Ducum primarius remanſiſſet; paucorum intra dierum ſpatium conuerſationem, & operationes Capuccinorum ex induſtria obſeruans, cum eos ſimpliciter ambulantes deprehendiſſet; humiliter ad eorum habitaculum perueniens illatæ cõtumeliæ pluries veniam ſuppliciter petijt, conteſtans ſe ad quatuor perſequentium perduellium preces, & ſuaſiones id preſtitiſſe, eorum criminationibus, & impoſturis faciliùs quam par eſt credendo.

Ann. Christi 1639.

Belli tẽpore egentibus, & periclitantibus vniuerſis ſubueniunt.

Innocentes Minoritas perfidiæ accuſant.

Ann. Christi 1640

Arcis Custos cognita innocẽtia, humiliter veniam petijt.

XVIII. Verùm enimuerò haud tum primò Apoſtolicos Cuſtodes perſecutionibus durius pulſare acceptauerant quaterni illi Eccleſiaſtici Regni perduelliones coniurati, & Caluiniſtico fœdere copulati: iam enim olim & iniqui Conſules, & falſarius Secretarius confictis delatorijs litteris, quinimmò diffamatorijs libellis, efficto & ementito nomine Communitatis vniuerſę Vallis, & Reuerendiſs. Epiſcopum, & Illuſtriſs. Gubernatorem Salutienſis Marchiæ conuenerunt, plura eaque grauiora piacula, vtroque foro plectenda crimina Capuccinis Sacerdotibus Fr. Fr. Alexandro, & Antonio obijcientes, & falsò imponentes, quibus exceptis Reuerendiſs. quidem Epiſcopus malitiam ſuſpicatus (quippe qui Leuitarum integritatem nouerat) denunciatę, & vocandę audiendæq; parti locum dedit. Illuſtriſſimus verò Gubernator præcipiti greſſu, & ambabus manibus, ſiue auribus calumnioſas delationes excipiens, vix aduenientes Capuccinos Sacerdotes ſpontè coram ſe comparentes intuitus, inauditæ parti, quinimmò nec vllo pacto ad defenſiones admiſſæ cæpit publicè grauiter obiecta grauiora crimina exprobrare, & vehementius obijcere, acriter increpando, & indecorè nimis coarguendo, quod patienter quidẽm, & æquanimiter pertulerunt, & exceperunt pauperculi innocentes. Non ſic Capuccinorum Prouincialis Miniſter, & Miſſionum Præfectus, qui perſecutionis

Quatuor præ recenſiti viri Apoſtolicos Cuſtodes nimis perſecutionibus duriùs pulſant.

iniquę

iniquæ accepto nuncio, protinus Aſta Salutias verſus brumali tempore arrepto itinere, ad locum proprium ex-tempore ſe transferens, perſonaliter ſuper obiectis inquirens, detecta calumnia coram & Salutienſi Curia, & Taurinenſibus Magiſtratibus, quinimmò coram Sereniſſimo Victorio Amedeo Duce innocentes ſuos religioſos Iuridicè comprobauit, & declarauit: ipſorum accuſatorum teſtimonialibus vera fatentibus ſcriptis, quare Accelium iterum remittendos decreuit, ſicuti in perſequentium confuſionem, eo exercendo Apoſtolico Miniſterio reſtituit. Conuentus verò vniuerſus totius Vallis & Sęcularium, & Parochorum indignans, & deteſtans effictas à falſarijs epiſtolas, nouis veridicis, & fauorabilibus Capuccinis litteris veteres Amaniſtarum litteras mendaces conteſtati fuerunt.

Iniquorum calumnia detecta, innocẽtes religioſi iterum Accelium remittuntur.

XIX.

Nequaquam tamen Sectarij perduelles à perſequendis Euangelicis excubitoribus deſtiterunt, quinimmò cum ſui ſimilibus conuenientes in conuenticulis, ſiue cauponis, aut in foro, vel in ſtabulo perpetuò honeſtæ famæ Capuccinorum detrahere perſeuerabant: vnde innocentes agni, ſiue oues inter lupos, eorũ nequioribus morſibus continuò dilaniabantur, plurima à garrientibus, immò malignantibus perfidis ſufferrentes. Accidit, vt quadam die concionanti in Stroppi Oppido Fr. Alexandro adſtaret vnus, è quatuor fæderatis ſicarius, qui cum Sacrum Declamatorem aduerſus ſingulare quoddam piaculum inuehentem exaudiſſet; fortiter ſuſpicans (eò quod ſeptem capitalibus eſſet infandis criminibus inſigniter facinoroſus) ſemetipſum inter cœteros à Concionatore pulſatum, regredientem ex improuiſo Fr. Alexandrum à prædicatione in itinere armatus aggreditur, & ad declinandum à publica via colloquendi cauſa ſolicitat; prudens Sacerdos animaduertens ſicarium acerbioris propoſiti indicia in vultu atro præſeferentem, ſolicitationem reſpuit, & inuitantem ad colloquium, ſi quid habeat cõmunicandum, inibi fari compellit; ille cernens ſemetipſum iniqua ſpe fraudatum, vehementiùs exclamando, & minitando minacibus iniurijs, iniurioſis verbis, & opprobrijs de illata in concionando iniuria, vindictam ſe ſumpturum pertonabat: verùm à Fr. Antonio ſocio de impudentiori loquendi cum Apoſtolico Oratore iniurioſo modo coargutus, acerbiori iracundia efferbuit, & indecoris magis, & magnis vocibus conuerſus eſt Sacerdotem impetere, vnde furenti, & debacchanti arreptitio terga dantes, locum ceſſerunt, & receſſerunt. Non ceſſauit tamen ille Prædicatori Capuccino calumniari, quinimmò quoticunq; illius concionibus interueniebat, & aduerſus crimina hic declamabat (quia conſcius ipſe ſibi, de ſe putat omnia dici dicebat ille) ratus ſe ſingulariter coargui, contra Declamatorem reclamabat, & ſcommatibus, atq; detractionibus inſurgebat, & ſic ſemper per ſingulas vices faciebat. Non diù tamen ſeruorum ſuorum retribuendam vindictam, & vindicandas iniurias Deus diſtulit, aut quatuor recenſitos calumniatores puniendos protelauit: Primus enim ex inopinato ignita glande ex inſtrumento bellico emiſſa ſauciatus, imparatus expirauit: ſecundus ex diuite egenus, immò miſerabilis euadens, & domo, & domeſtica re priuatus infeliciter in præſepio moritur: Reliqui duo gemini fratres intra paucos menſes infauſtiori nece extincti ceciderunt. Et ſic Apoſtolicorum operariorum perſecutores à Deo flagellati, & percuſſi, ac vulnerati, facinoroſorum morte ſublati à Dei ſeruis diuexandis ceſſauerunt. Nec ſic tamen fidelibus famulis Chriſti patientię certamina defuerunt: poſt hos namque defunctos inſurrexit quidam duorum prędictorum fratrum nepos nequior, qui ab immanioribus ſeptem ſpiritibus peruerſioribus poſſeſſus, iniquiùs perpetrabat delicta peiora prioribus. Hic enim abominabiliori omni crimine turpiter inſignis, chriſtiani quidem nomen oſtentabat, chriſtianitatis attamen inditia nulla præ ſe ferebat: per ſex enim etiam menſes aliquando ab ingreſſu Eccleſiæ abſtinebat, tenaciter adeò carnalibus inhærebat. Hic igitur facinorum hæres, & profeſſor, vitiorum aduerſario, & fugatori aduerſabatur, hoc eſt Fr. Alexandrum Concionatorem Euangelicum & ipſe perſequebatur; iniquiora plurima aduerſus illũ & machinans, & pertractans, non iniurioſis modò in eum verbis garriens, & perſtrepens, ſed & hoſtilibus operibus grauiora moliens, & capiti eius inſidiari geſtiens; aduenientibus Sacris Natalitijs diebus, quibus de more Capuccini Leuitæ Sacerdoti Parocho mediæ noctis ſacrificium oblaturo, vt inſeruiant, & præſto adſint ad Parochialem Eccleſiam accedunt, Sicarius hic armatus ſedit in inſidijs in via, vt pertranſeuntes religioſos confodiat; quare admoniti Excubitores Euãgelici ne ſacrilegij anſam nefario porrigerent, domi pro tunc ſe continuerunt, & ſic paratas inſidias declinauerunt, ſicuti Clericus adoleſcens, qui eò pertranſiens gladiatorem inſidiantem deprehenderat, poſtea conteſtatus eſt. Verùm nec hic ſanguinarius impunis abiuit, quibuſdam enim vix elapſis diebus, feraliter mucrone tranſuerberatus miſerrimè interijt.

Armatus ſicarius Fratrẽ Alexandrum aggreditur.

Ann. Chriſti 1641.

Vlciſcitur Deus iniurias ſeruorum ſuorum.

Facinoroſus alter aduerſ. Capuccinos inſurgit.

XX.

Totius ſuæ cuſtodię tranſcurſu, nempè per ſexdecim annorum curſum doctrinis, exemplis, dogmatibus, & Catechiſmis deuios plurimos ad Catholicam veritatem reduxit, & Eccleſiæ reconciliauit, quorum certum numerum cum ignoremus, hos

pro

pro indubitato computamus: Petri quondam Marchiſij ſuſpendio propter hæreſim Salutijs enecati, filium vnum reducem: mulierem aliam Delphinenſem: binos Accelienſes: Quaternos è SanctiMichaelis Oppido: deſolatam adoleſcentulam, quæ iam iam ad Lucernates Hęreticos fugam parabat, & confugium præmeditata ab Apoſtaſia à Fide, à deſertione,& defectione innocato brachio ſubſidij ſęcularis retraxit, & intra Eccleſiaſtica limina permanere coegit. Pœnitentes plures in bono perſeuerare fecit: renitentes ad pœnitendum adduxit: ſeductos ad reſipiſcendum reduxit: errantes correxit, ignorantes docuit, proficientes in bonum procedere ſuaſit: & ſic nulli non meliora ominando, & pro virili præſtando ſuæ Miſſionis quartam Olympiadem cum compleuiſſet, iam iam veteranus miles receſſit. Quoſdam ad Fidem perduxit, & ab Apoſtaſia retraxit.

CALCVLVS XVI.

Fr. BERNARDINI à PINEROLIO Concionatoris per annos 1642. 1643.

I. HOc anno, à ſeditionibus ciuilibus haud penitus immuni, milleſimo ſexcenteſimo ſecundo, & quadrageſimo Fr. Bernardinus Pineroliensis adeſt, ad inuigilandum in excubijs Macrenſis & Villæ, & Vallis. Quia ſenilibus grauatus annis, annoſus ſenex laborioſæ nimis Cuſtodiæ curas iam amplius non valebat ſuſtinere Fr. Alexander; robuſtus, & validus cordis, & corporis viribus, virilibus in annis conſiſtens ſuccedit Fr. Bernardinus, qui feruentioris igneę temperaturæ, non minus quàm zelotis ſpiritus ardore caleſcens, vbi primùm ſacris in excubiis vigilare incœpit, Eccleſiaſticum Regnum prouehendum totis conatibus ſibi indixit: quapropter à frequentiori, & vehementiori verbi Dei prædicatione Apoſtolica Miniſteria aggreſſus, haud mediocres in hoc progreſſus per biennium præſtauit: peragrando namque cunctis ſiue æſtiualibus ſiue hyemalibus aſperioribus temporibus, ac itinerationibus circuibat, vt ignorantibus eruditionem congruam, & ſpiritualiter eſurientibus, vel deficientibus opportunam Euangelicam alimoniam diſtribueret: cunctis proficuus, nulli oneroſus, omnibus æquus, nemini iniquus, ſine acceptione perſonarum veritatis verba fidenter pro concionibus loquebatur. Non minus autem pro Catechiſmis rudioribus erudiendis proficiebat, quinimmò in hoc excellebat: nam profeſtis diebus diuerſas, & diſperſas per populationes, ſeu Villas perambulans rudes, & ſimplices populos vel in Templo, vel in opportuniori loco apto congregatos, præuia breuiori ſermocinatione, Chriſtianæ diſciplinæ prima elementa edocebat, & inſcientibus ſcitu neceſſaria demōſtrabat, explicabat, ex debito præſtanda opera annunciabat, & de neceſſitate obſeruanda præcepta proponebat, inculcabat proprias conſcientias diſcutere, & coram confeſſario pandere plenariè præmonſtrabat: paruulis ſalutis ſemitam ingrediendam, & tenendam, grandioribus ſaluationis viam proſequendam indigitabat, comminatis pęnis, vel propoſitis præmijs: quinimmò quò adoleſcentiores mares, & fœminas ad ſibi neceſſaria perdiſcenda in catechiſmo alliceret; deuotis munuſculis, & donarijs aſſiſtentes, recitantes, vel de Chriſtianis doctrinis diſputantes publicè in Eccleſia munerabat, hoc pluries per diem ſolicitè præſtans plurimùm proficiebat, vel potius fideles proficere faciebat. A feruentiori Verbi Dei prędicatione ſuam Miſſionē aggrediens. Ann. Chriſti 1642.

II. In Profectum Fidei à Pedemontano Principe iam pluries latas vtiliſſimas leges exactè obſeruandas ſolicitior procurabat; vnde perambulabat, ſi quos fortè vel feſtorum profanatores, vel Sacrorum Violatores offenderet; quorum ſi quempiā forte fortuna deprehenderet; irremiſſibiliter à Iudice mulctandos Curiæ tradebat. Accelienſes proſcriptos Caluiniſtas exules nullo pacto, nulloue titulo patrios lares repetere, nec inibi per breuiorem morulam requieſcere permittebat; vnde geminos præcipuè potentiores regreſſos, vix ingreſſos expulit. A nocentibus verò, vel noxijs perſolutas mulctas pro inſtaurandis Sacris Ædibus impendendas ſuadebat, & curabat. Vigentibus adhuc in Subalpina regione domeſticis Martialibus diſſidijs, quia inter domeſticos doloſus verſabatur & conuerſabatur, ne dicam inſidiabatur Mercurius, inter bellicas expeditiones in militari Conſilio ſtatutas, vna extitit decretata Accelienſis nempè Arcis deiectio, & euerſio, quæ cum in detrimentum Fidei, & perfidiæ emolumentum reſultaret; congaudentibus perfidis, lugebant Fideles: inuaſionibus inſoleſcentium perduellium in poſterum expoſiti; quapropter volucer, & pernix Fr. Bernardinus accurrit & ad belli Magiſtros recurrit, quinimmò Chriſtianæ Franciſcæ Duciſſæ tunc Cunei conſiſtentis, ſuper hoc pietatem interpellans, voti compos, Arce ſeruata, ad propriām Cuſtodiam lætabundus remeauit. Solicitè latas Ducales leges obſeruādas procurat. Ann. Chriſti 1643. Accelienſem Arcē ab euerſione ſeruat.

Sicut autem Caſtrum à deſtructione ſeruauit, ſic iamdiù ab Hæreticis euerſam,

& ſubuerſam diſciplinatorum Confratrum Congregationem reſtituere conatus eſt opportunis adhibitis, & medijs attributis. Inſtituit pariter Immaculatæ Deiparæ Conceptionis cultum ſelecto ad hoc peculiari Sacello, cui cum plenarias à Summ. Pont. Indulgentias relatas applicuiſſet, populorum frequentia, & frequentiori Sacramentorum cultura eam celebritatem impoſterum conſueuit celebrare Accelienſis populus Sancti Antonij Abbatis Sacellum ſecus Macrenſium aquarũ decurium, & pontem à ſuo Prædeceſſore Fr. Alexandro conſtructum, conſummauit, & religiosè exornauit, in eoque congruè compoſito primam Miſſam celebrando, ſermonem in Sancti Abbatis laudem coram populis habuit. Varijs Vallaribus pauperculis Eccleſijs ornamenta, ſeu paramenta propria induſtria comparata attribuit; ſicuti Parochialibus Chiaperiæ, Vxolij, & alijs præſtauit. Miſſionis domum ampliauit, præſtitit plura bona, pertulit multa mala à malignis pietatis oſoribus varijs calumnijs impetitus, & perſecutionibus pulſatus, ſed ex his omnibus eripuit eum Dominus Ieſus Chriſtus, precibus, & meritis ſuæ pijſſimæ Matris; cuius coronæ recitationem Fr. Bernardinus impenſius commendauerat.

Congregationem r ſtituit Diuinũque cultum, ac deuotioné promouit.

CALCVLVS XVII.

Fr. VICTORIS RIPVLENSIS Concionatoris per annum 1644.

I.

COmpoſitis aliqualiter apud Ciſalpinos ciuilibus ſimultatibus inter Principes, incompoſiti in populo apparuerunt, & inualuerunt mores, ſignanter apud Interalpinas rudiores has gentes, quæ à natura efferæ, à bellica exercitatione magis efferatæ non Laici ſolum, ſed & Clerici irreligioſiores iterum euaſerunt. Emiſſus ergo ad Accelienſem hanc ſtationem cuſtodiendam, acceſſit hoc anno quarto cum quadrageſimo extra ſexcẽtum, & mille F. Victor Ripulanus, puſillus corpore, ſed vegetioris ſpiritus ſolertia præditus. Vnde vbi primũ in ſpecula Accelienſis Cuſtodiæ ſpeculari cœpit, Vallicolarum mores contemplari, ſeu ſolerter explorare incepit: perluſtrabat honeſtis ſub titulis illorum domus, & habitationes congruis, & opportunis temporibus, & horis perſcrutando ſolicitè num domeſtica illorum penetralia antiquam adhuc Caluiniſticam redolerẽt profanationem. Nec fruſtra, aut in vacuum cucurrit Apoſtolicus explorator; nam in ipſo Accelij Oppido, intra paucos dies iniquum cauponem, ſacrilegum hoſpitem deprehendit, qui quaſi nequaquam ſibi ſufficeret; ſi ſolus ipſe cum domeſticis vetito carnis eſu ſacros dies veneris, & ſabbati, vt in plurimũm, violaret; aduentantibus, etiam aduenis, & alienigenis hoſpitibus, interdictis temporibus vigiliarum, & Quadrageſimæ carnem comedendam offerebat, & apponebat, plurimorum puſillorum in ſcandalum. Vnde à Salutienſi Reuerendiſſimo Inquiſitore delegata poteſtate contra Profanatorem canonicè inquiſiuit, & deſumptas informationes ad Sacrum Tribunal pro criminoſo congruè plectendo tranſmiſit. In auferendo malo vigilabat quidem opportunè, ſed in promouendo bono inſudabat aſſiduè, perpetuæ prædicationi, ſiue ſermocinationi inſiſtendo: vt torpentes excitaret, pererrantes reuocaret, lapſos erigeret, deuios reduceret: pro Concione docebat maiora, ſed pro Catecheſi tradebat minora, licet aliquando neceſſariora; à ſuggeſtu regreſſus ſtatutis opportunis horis iterum rudioribus, ſiue iunioribus congregatis Doctrinæ Chriſtianæ elementa priora exponebat, ſcitu neceſſaria perdiſcenda proponebat. Hoc autem non in ſola Accelienſi Villa faciebat, ſed cum polleret vegetiori corporis dexteritate, & agilitate ex-tempore egrediebatur, & per Vicos, ac Pagos ſeu populationes progrediebatur prædicans, & Euangelizans Regnum Dei cunctis illis gentibus pluries in die, ſiue concionando, ſiue catechizando donec ad propria ferè ſemper ieiunus (ne pauperculis vel Sacerdotibus, vel Populis oneri eſſet) regrediebatur: per alpeſtria, per campeſtria per aquas, per niues, per gelu, per æſtum, aut ſereno aut nubilo imbrifero cœlo, lutuoſo, ſolo infatigabiliter diſcurrens.

Fr. Victor, Cauponam deprehéſum, qui carnem diebus vetitis & manducabat, & aduenis offerebat, Sacro Tribunali plectendum accuſauit.

Ann. Chriſti 1644.

Egreditur Regnũ Dei Euãgelizans, & Catechiſmũ docens.

II.

Vel terræ ſulcos verſare, vel inter greges, & armenta conuerſari aſſuetas has gentes ad frequentanda ſacra, & frequentiori cultu ad Sacramenta accedere, adducere, atque perducere indeſinenter ſtuduit Euangelicus operarius: Quamobrem, à Romana Curia plenariam pro Miſſionis noſtræ Oratorio reportatam Indulgentiam ex induſtria promulgauit, & efficacioribus perſuaſionibus ad cœleſtes acquirendos theſauros adhortatus eſt: vnde excipiendis accedentium confeſſionibus ſedulus incumbebat, libenter excipiebar, & expiatos Sacro Euchariſtico Pane recreabat, inſtabat, perſtabat; vt omnibus accurreret, & ſuccurreret ſpiritualiter, & corporaliter indigentibus, laborantibus, languentibus, & ægrotantibus. Nec

Reportatam Indulgẽtiam promulgat,

tamen

tamen rixantium litigia, immò acerbiora diſſidia componere negligebat; quinimmò his conciliandis ſtudioſè incumbebat, vndè cum Macrenſis ſuæ Vallis potentiores Vallicolę in aduerſarias geminas acies diuiſi, ad largiorem ſanguinis vſque effuſionem, & profuſionem acerbiſſimè digladiarentur; ex Marmoris Oppido vna Vernetorum, ex Stroppi Pago altera Abelium nuncupatorum partibus vehementer adeo exacerbatis, & obduratis, vt obturatis auribus & capitis, & cordis nullum penitus reconciliationis vel minimum verbulum etiam à Magnatibus ſpiritualibus, & ſæcularibus Dynaſtis rogati, & efficaciùs interpellati admitterent ſæuientes ſanguinarij. Pacificus Leuita Capuccinus voluntariæ horum gladiatorum quotidianę perditioni ex charitate compatiens, perditorum ſaluationi vt conſuleret; re prius Domino per orationem commendata, emolliendos hos leonibus, & pardis ferociores homines precibus, & ſuaſionibus aggreditur. Aggredienti autem cum priores congreſſiones, & adhortationes ad pacem nihil profuiſſent, vehementiores ſolicitationes adhibere proſequitur, hiſque ſæpè ſæpius, & frequentius coram his, & illis, nempè diſſidentibus partibus repetitis, tandem aliquando diſcordantes animos ad armorum ſuſpenſionem induxit, qua obtenta, & plures per menſes producta in collegam, ſiuè coarbitrum ſibi D. Antonio de Elua grandæuo Iuriſperito, & rerum agendarum praxi diuturniori peritiore adſcito, pariter & Accelium aduocatis diſcordãtibus partibus, ſolerti amborum prudentia, induſtria, & prouidentia compoſitis litigijs, prætenſionibus ſatisfactis, prætendentium exaſperatos animos pacificarunt, & ſingulari Vallicolarum exultationę, ſimul & congratulatorio applauſu, inter hactenus belligerãtes aduerſarias factiones perenniter duraturę pacis fædera ſtatuerunt, & vnumquemque proximo contentientem per viam ad proprias domos remiſerunt.

Rixantium litigia componere ſatagit.

III. Nec ſic tamen ſoliciti Excubitoris muneris dum ſtrenuè incũbit, malignantium moleſtias, ſiue malitias quiuit euadere: Sacerdos enim Accelienſis non æquis oculis Capuccinum aſpiciens, Apoſtolico Stationario voluit, & cæpit eſſe moleſtus, cunctis eius religioſis conatibus obuians, & vniuerſis Euangelicis exercitationibus pro publico Fidei bono à Frat. Victore propoſitis aduerſans, pios remorans conatus, & ſpirituales profectus impediens obſtabat factis, contradicebat verbis, & irreuerenti ore, ac lingua in eum inſurgere non abſtinebat; tolerabat legitimus Euangelicus profeſſor, ſeque talia intelligere ſimulabar: quotidianas moleſtias longanimiter ſufferendo, quas cum à nunciantibus quibuſdam ſubintellexiſſet Reuerendiſs. Salutiarum Antiſtes pro ſuo officio infeſtum Clericum voluit corripere: verùm Capuccinus Leuita acceptas iniurias Deo magis, quàm hominibus notas eſſe percipiens, modeſto, & religioſo ſilentio vniuerſa contexit. Obtinuit à pia Principiſſa Christina Sabaudiæ, vt Apoſtolici Miſſionarij patrocinij chartulis muniti, ſecuri, & tuti per vias incederẽt Vallicolę, ipſe autem per annum Accelij operatus Dracouerium elaboraturus acceſſit.

Ann. Christi 1644.

Clerici aduerſantis moleſtias patiẽter ſuſtinet.

CALCVLVS XVIII.

Fr. FRANCISCI à PODAVERINO Concionatoris per annos 1645. 1646. 1647. 1648. 1649. 1650. 1651. 1652. 1653. 1654.

I. *Nonne hic eſt faber filius Mariæ? Nonne hic eſt fabri filius?* Dictitabant adinuicem Nazareni de Christo Filio Dei: ex eo enim quod Incarnata Sapientia, dum adhuc à concionandi, & perdocendi munere vacaret; Nutritio ſuo, putatiuo Parenti Ioſepho peritiſſimo omnis opificij (iuxta D. Ambroſij placitum) artifici laborioſis ſuis opificijs, & artificiatis operibus elaborandis, & perficiendis cooperaretur, operoſus faber, cum cæteris fabris comparabatur, quia fabrilia pertractabat cum fabris lignarijs, ferrarijs, & cæmentarijs. Christi igitur genuinis veſtigijs adamuſſim inhærendo Minorum Patriarcha Sanctus Franciſcus, ſuæ Regulæ peculiari capite quinto manuale opificium, ſiue laboritium ſuis Fratribus maximoperè commendatum reliquit, quibuſdam appoſitis conditionibus, nempè vt honeſtum, & religioſum eſſet artificium, honeſtèque, atque religioſè opportunis temporibus, abſque ſpiritualium exercitationum, ſignanterque Sacroſanctæ Orationis detrimento, ſeu proprij altioris muneris impedimento exerceretur; hæc omnia cum probè noſſet, & peroptimè calleret Fr. Franciſcus à Podauerino, licèt politioris, & vniuerſalioris litteraturę, non vulgaris ſacer Orator, Theologus, & Philoſophus: haud tamen theoriæ ita vacare decreuit, vt practicę ſuas partes detraheret, nec cõtemplatiuę totum, ſed actiuæ debitum tribuit, liberales quidem præferendas facultates, nec tamen mechanicas artes ſpernendas cenſuit. Quapro-

Marc. cap. 6. Matt. cap. 13.

Ann. Christi 1645.

Fr. Frãciſcus huic Miſſioni deſtinatus mixtæ exercitationi, tẽpora diſtribuit.

pter Stationarius, pro Accelienſibus excubijs deſtinatus, & ad deſtinatam Stationem appulſus mixtę ſuæ futurę exercitationis tempora diſtribuit, ne aut importuna contemplatione tabeſceret, aut inopportuna mannali operatione fatiſceret.

II.

Act. cap. 18.

De Apoſtolorum Corypheo Paulo teſtatur Apoſtolicorum Actuum Catholica monumenta; *Et quia eiuſdem erat artis, manebat apud eos, & operabatur (erant autem Stenofactoriæ artis) & diſputabat in ſynagoga per omne ſabbatum, interponens Nomen Domini Ieſu. Suadebatque Iudæis, & Græcis.* Egregiam quidem præcipuamq; operam prædicando Euangelio nanabat Apoſtolus, ſed & ab Apoſtolando ceſſationem aliquã accipiens, laborare manibus, vt neceſſaria ſuo alimento pararet, haud obliuiſcebatur. Inter Coapoſtolicos ergo alumnos, ſiue Miniſtros cooptatus Fr. Franciſcus Apoſtolici Ordinis, ſiue Miniſterij Archigerontis ad imitationem, & per omne Sabbatum, hoc eſt dicere profeſtis diebus ſingulis, Nomen Domini Ieſu interponere, id eſt verbum Dei prædicare, bona opera cunctis perſuadere, & in Synagoga diſputare, aduerſos errores ſcilicet impugnare, & ſimul, ac ſemel manibus operari conſueuit: circumibat igitur opportunè vel Dominicis, vel feſtiuis celebritatibus, Euangelizando per ſuæ Miſſionis Villas, & Vicos, & annunciando Regnum Dei; vt vbique peccatores reſipiſcerent ad penitentiam: catechizabat, nempè paruulos, & ſimpliciores inſtruebat, diſciplinæ Chriſtianę neceſſaria documẽta porrigendo, pœnitentium Confeſſiones Sacramentales excipiebat, ſi quos diſcordantes offendiſſet adinuicem reconciliabat, infirmis ſpiritualiter, vel corporaliter laborãtibus accurrebat, & ſuccurrebat ope, opera, vel conſilio cunctos iuuando, & patientibus varias neceſſitates, opitulando: quod quidem vniuerſis ſuæ Stationis Incolis præſtitit, ſed præcipuè Accelienſibus: hoc namque in Oppido plures iam per annos cõmoratus, Oppidanis plurima contulit beneficia tàm in corporis, quàm in animę obſequium, & ſeruitium. Bis quatuor iam & annualis, & Aduentus, & Quadrageſimæ concionatorios excurſus inibi peregerat, & pro ſuggeſtu grandiores populos, & pro Catechiſmo rudiores, & paruulos Chriſtiano viro & cognitione, & operatione neceſſaria docens. Apoſtolico proprio vt demandato ſibi Miniſterio ſatisfaceret; Parochis, & Doctoribus Eccleſiarum obſequi, & cooperari non intermittebat in Sacramentorum adminiſtratione, & Parochialis oneris, ſiue operis exercitatione: quotieſcumque namque ob proprij Sacerdotis ſpecialiter Accelienſis Parochi abſentiam, ſpirituali Curatore plebs derelicta indigeret, Fr. Franciſcus ægrotantibus, ſiue periclitantibus præſtò aderat, gratioſam ſpiritui, vel naturalem carni opem allaturus: nam veluti Sacerdos pro ſalute animæ reſtituenda, vel promouenda Sacramentalia primùm ſubſidia miniſtrabat, poſtmodum tamquàm qui veluti Philoſophus, medicinalia nonnulla faciliora callebat, pauperculis, & egenis vallicolis, & medicis, & myrothecijs deſtitutis, remedialia nonnulla obſequia præſtabat, & impendebat: viſitabat, ſolabatur, & pro virili auxiliabatur, non ipſius ſolius Villæ Oppidanis ſed, & cohærentium alpeſtrium populationum habitatoribus pauperioribus.

Per Vicos, & Villas circuit diebus feſtiuis Euangelizans verbũ Dei, diſciplineq; Chriſtianę omnibus documẽta porrigens.

Ann. Chriſti 1646.

Vniuerſa Sacramenta adminiſtrat, abſentibus Parochis: ægrotãtibuſq; animæ, & corporis ſalutẽ operatur.

Ann. Chriſti 1647.

III.

Eccleſiaſtici cap. 50.

Simon Oniæ filius (aiebat Eccleſiaſticus) *Sacerdos magnus, qui in vita ſua ſuffulſit domum, & in diebus ſuis corroborauit Templum, Templi, etiam altitudo ab ipſo fundata eſt duplex ædificatio, & excelſi parietes Templi.* Haud incongruum fuerit elegans hoc elogiolum, quod Spiritus Sanctus de magno illo Sacerdote protulit, Analogicè de noſtro hoc Capuccino Operario explicare. Hic enim in Stationis ſuæ diebus, ſiue annis & Euangelico opere Apoſtolandi Dei domum, id eſt Eccleſiam ſuffulſit pro ſuis viribus, & Templum, hoc eſt præſidium Fidei ſua doctrina confirmauit, & corroborauit nec non mannali operatione, ſiue cooperatione Templi altitudinem erexit: & ſic duplicem ædificationem præſtauit ore, & manu theoretica, & practica, ſpeculatiua, & mechanica conſtructione. Prima igitur, & præcipua à Fr. Franciſco excogitata, ſolicitata, & conſummata ædificatio materialis Accelienſis Templi computatur conſtructio, inſtauratio, & conſummatio. Adduxerat iam olim (vti ſupra ſuo numero ſignauimus) Fr. Alexander Oxibienſis Accelij Incolas, vt Sacras ſibi Parochiales Ædes conſtruerent, quod efficaciter impulſi tandem aliquando præſtiterant, rudem conſtructionem quidem Eccleſię perficiendo, non tamen ad perfectum, vt par eſt, perducendo. Præſtabat igitur Templi quidem ſtructura, ſed inelaborata, ac inexculta, impolitum, quinimmò imperfectum tectum pariter, & nondum perfectum pauimentum, vnde domus Dei, hominum Incuria; ventorum, & tempeſtatum iniuriæ ſubiacebat: niuibus per Hyemem, per Æſtatem autem imbribus vndique irruentibus per rimoſa Clauſtra. Sciens igitur Fr. Franciſcus, quia domum Dei decet ſanctitudo in longitudinem dierum. Et quia hæc erat domus Dei à ſuis prædeceſſoribus ſupra firmam petram ſolidata, & fundata; excogitauit ipſe perficere, quod à Coapoſtolicis ſuis anteceſſoribus fuerat inchoatum: quamobrem Accelienſis publicæ rei adminiſtratores, atque optimates pluries conueniens, vehementioribus, & frequentioribus cohortationibus cœpit eos ad Templi conſummationem excitare, & impellere: ſed fruſtra ſurdo canitur

Accelienſis Parochialis Templi ædificationẽ conſummare aggreditur.

Ann. Chriſti 1648.

fabula, quod vbi ille animaduertit; eò quod grauiora illi quotidiana Principis, & belli vectigalia prætexarentur, quàm vt nouo oneri ſubeundo par eſſe valerent; valuit ipſe quæritando, & ab amicis opulentioribus accipiendo ducentas Pedemontanæ pecuniæ libras ex induſtria congregare, quibus congregatis laborioſum opus aggredi ex-tempore præualuit: conductis namque expertis artificibus, præparatis materialibus ſtructurę neceſſarijs, opificio manus admouendas mandauit, ſed quid dico mandauit? Cum non vltimus ipſe inter cæmentarios opifices vnus, & parando cæmento, & parietibus liniendis, & mechanicis cunctis operibus exequendis quotidiano, & aſſiduo Miniſterio inſiſteret. Aſſiſtebat equidem mercenarijs; vt fideliter, & congruè diurnum demandatum opus perficerent, ſed & perſiſtebat ipſe quoque laborantibus manualiter collaborare, & operantibus indeſinenter cooperari: quippe qui ambidexter & clauam, & trullam agitare nouerat. Quinimmò cum elaboratis, & perpolitis muris contignationem elegantiorem Templo ſuperponere decreuiſſet; cœpit & ipſe, cum fabris lignarijs aptè, & appoſitè ſatis contignare laquearia, ſicque lacunaria politiora concinnando. Rurſus cum cõtignationem, ſiue abſolutum laquearium aptis figuris, & picturis exornare aggreſſus fuiſſet; pingentibus quoque manus præſtabat, Iconographię ſaltem præmittendę cooperans, quę cum admirantes conſpexiſſent olim renitentes Accelienſes, Capuccini Euangelici ædificatoris & exemplo, & beneficio excitati & impulſi pecuniariam opem, & perſonalem operam præincepto ædificio abundè ſubminiſtrare, atque exhibere perſeuerauerunt, vſque ad egregij facinoris conſummationem. Breui enim perfecta Paræcię ædificatione, & ſtructura, & Dei domus elegantiori conſtructione, honorificentiùs cæpit Diuinus cultus exerceri. Ornauit igitur Fr. Franciſcus non ſolam exteriorem faciem Templi, ſed & interiores quoque parietes ſi non ſcutulis, & coronis aureis, ſaltem congruis ornamentis, & picturis, ita vt montani Pagi Parochiales Ædes ad inſtar Ciuici Templi præfulgeant. Grandiori Aræ nouiſſimè appoſito nueeo ligneo elegantiori ornatu pariter, & nouo tabernaculo, nec non ligneis candelabris, & variegato Altaris ornamẽto.

Ann. Chriſti 1649.

Ex induſtria quęritando à deuotis amicis eleemoſynas.

Artificibu aſſiſtit, & manualem propriam operã porriget.

Ann. Chriſti 1650.

IV.

Altera Templi ædificatio à Frat. Franciſco & initiata, & perfecta computatur noua à fundamentis erectio Oratorij, ſiue exiguæ Sacræ Ædis Apoſtolicæ noſtræ Miſſioni proximæ, pro Euangelicorum Cuſtodum ſeruitio, conſtructio: quam opportuna ad hoc petita, & relata à Reuerendiſſimo Ordinario facultate fundauit, & piorum ſubuentionibus, atque eleemoſynarijs elargitionibus ad perfectum vſque exædificauit: laqueata elegantiori contignatione ſuperpoſita, & deuotis, congruiſque picturis, atq; figuris exornata. Altari quidem ornatiorem Iconem excellentioris pictoris manu concinnatam, Illuſtriſſimus Dominus Iuſtus Aurelius Taffinus Accelienſis Comes, & Sauilianenſis Patricius in honorem Diui Antonij Patauini, cuius effigiem exhibet, appoſuit. Verùm Fr. Franciſcus circumcirca appoſita, & circumſtantia ornamenta vel ligneo, vel cęmentario Corinthio opere concinnata proprijs ſuis manibus fabrefacta circumpoſuit, ſimul & gradum ligneum pro concionibus habendis, & confeſſionarium pro Sacramentalibus expiationibus excipiendis, & ſuppedaneum pro celebrandis Miſſis proprio ipſe ſuo Marte confecit: Oratoria iterum, Cancellos, & nonnulla rurſus lignea inſtrumenta ſacris habendis neceſſaria fabrefecit. Hæc omnia populis illis oſtendebat, vt doceret; quoniam ſic laborantes opportet & Dei cultum promouere, & Dei domus decorem atq; ornatum quærere. Sicuti quæſiuit, & inuenit ornamenta, & paramenta pro Sacello Stroppi exornando, celebrationi Miſſarum aptando. Tertiam etiamnum Sacrarum Ædium ædificationem conſũmandam ſuſcepit Fr. Franciſcus: quia enim Accelij in montano agro populatio quædam à Pago longè diſſita reperitur, quæ Vniuerſum, ideſt domeſtico idiomate (Vniers) vocitatur, cuius habitatores non paruo ſpiritualium incommodo laborant, hyemalibus ſpecialiter diebus, quãdo alpeſtres ſemitę niuibus occupatę, ad Villam, & Parochialem Eccleſiam pro Sacris audiendis, vel participandis liberum haud quaquam præſtant permeandi aditum: Quamobrem nec illi celebrantibus Sacerdotibus adeſſe, nec Sacerdotes illis ægrotantibus preſtò eſſe queunt: Ideò oculatus Cuſtos hoc in Alpeſtri Vico Sacræ Ædiculæ conſtituendæ opus aggreſſus eſt, illique perficiendæ, & exornandæ haud parum incubuit, ſperans fore; vt proſperiori auente, annuente, & aſpirante numine, parato Templo conductitius Sacerdos adſcribendus, & aſſignandus ſit. Interim erecto in Sacello agreſtes habitatores pias ſuas precationes, & conſuetas orationes exercere, & habere poterunt. Capuccinus namq; relata congrua auctoritate Sacram ædiculam benedixit, & ſolemniter in ea celebrauit.

Alteram Ædem cõſtruit propè Miſſionis domum.

Ann. Chriſti 1651.

Tertiam itẽ campeſtrem Ædiculã cõſtruxit à fũdamentis.

Ann. Chriſti 1652.

V.

Mutuatis à Prophetalibus Iſaiæ notis noſtro propoſito accommodatis vocibus de hoc Euangelico Operario dicere valemus: *Faber ferrarius lima operatus eſt in prunis, & in malleis formauit plura, & operatus eſt in brachio fortitudinis ſuæ.* Cum enim non pauca inſtrumenta, vel fulcra ferrea ædificantibus in dies neceſſaria, & opportuna deſiderentur; Capuccinus Leuita ferrarij fabri ad incudem ſedens, conſiderabat,

Iſaias cap. 54.

Candelabra, & Pyxides ligneas facit tornatiles, quas Sacerdotibus donat.

& perficiebat requiſitum ferri opus. Rurſus velut Artifex lignarius extendit normam ſuam, & in runcina formauit multa, fecitque ea in angularibus, & in circino tornauit, & fecit candelabra lignea, quæ varijs pauperculis Eccleſijs diſtribuit, pro componendis honorificentiùs Sacris Aris, & Euchariſtico Sacramento illuminando, cui perficiendo ligneas itidem Pyxides tornatiles effecit, & Sacerdotibus impendit pro triticeis hoſtijs nondum conſecratis aſſeruandis, pluraque huius generis alia operatus eſt. Compleuit itaque Fr. Franciſcus trinam Dei domum, ſed nec Apoſtolicorum operariorum domicilium prætermiſit reficere, & ad meliorẽ formam perducere; nam cum non modò anguſto ſed & in non ſatis congruo, ſiue commodo religioſis exercitationibus habendis habitaculo hactenus commorati fuiſſent Capuccini, ille, qua valebat ædificandi peritia, induſtria atque ſolertia, præualuit in paruo, ideſt in arcto ſolo, maiora ideſt plures licèt non grandiores Anachoretarum cellulas multiplicare, ſicque habitationem capaciorem efficere: fabrilia cuncta, & cementi, & lapidis, & ferri, & ligni ipſe mechanico ſuo opere laborioſè perficiebat. Proficiendo igitur in Euangelico opere, & pro Apoſtolico munere preſtando proficiſcitur per ſuę Miſſionis limites Fr. Franciſcus, in ſua adhuc Statione perſiſtens, & operatione multiplici iugiter perſeuerans cor ſuum dando in conſummationem operum, vt vigilia ſua ornet in perfectionem. Apoſtolicum igitur opus abundanter vt perficiat; ſpirituali quoque ædificationi, ſiuè inſtaurationi haud parum incubuit: Clericalis ordinis decus, & venerationem promouendo, immò Clericorum ſaluti, & indemnitati apprimè conſulendo: cum enim Accelienſis Eccleſiæ Reuerendiſſimus Prepoſitus multorum ſubijſſet inuidiam, & inimicitias pertimeſceret; Fr. Franciſcus ne Rector Sacerdos capitales in paratas incideret inſidias; & apud ſe domi pluries receptauit, & furentibus hoſtibus aliquoties reconciliauit, pluresq; alios diſcordantes pacificauit. Quia rurſus promiſcuæ credulitatis nonnulli adhuc Caluinizãtes, mercimoniæ titulo ad Viennenſes Gallos peruenientes, ſacrilegis exercitijs ſe ſe commiſcebant apud profanos Sectarios; Capuccinus Excubitor Sacræ Inquiſitioni vicarias vices gerens, à perfidis geſta nequiora facinora iuridicè inquiſiuit, & canonicè plectendos curauit.

Ann. Chriſti 1653.

Apoſtolicum domiciliũ reficit, & ad meliorẽ formã perducit.

Accelienſis Rectoris ſaluti, & indẽnitati conſulit.

Ann. Chriſti 1654.

Caluinizãtes plectẽdos curat, ab ipſo facta prius Inquiſitione.

CALCVLVS XIX.

COMMVNIS

Fr. Fr. BERNARDINI à CESPITELLO, & DAMIANI à Sancto DAMIANO Concionatorum per annos 1655. 1656. 1657. 1658.

I. Ann. Chriſti 1655. 1656.

INſtabant noſtra Generalia Comitia, Romæ habenda proximè ſubſequenti anno: quamobrem præcedenti quinquageſimo quinto extra ſexcentum, & mille Taurini celebratum fuit Prouinciale noſtræ Pedemontanæ familiæ Capitulũ, circa finem Octobris, & Nouembris menſis initium: quando Fratri Franciſco à Podauerino ad Verzolienſem Stationem tranſlato, in Accelienſi ſucceſſerunt ordinatè primus Fr. Bernardinus à Ceſpitello, ſecundus Fr. Damianus à SanctoDamiano: bini Apoſtolici Operarij, integerrimiq; Religioſi, Capuccini Theologi, Sacriq; Oratores, qui cum apud ſuos laudabilioris vitæ, & prudentiæ exemplis prefulgerent; ad procurandam exterorum ſalutem idonei, & efficaces viſi ſunt. Quamobrem Euangelicum ad miniſterium deſtinati Accelium peruenerunt: prior Fr. Bernardinus, qui per triennium Eccleſiaſticæ ſuę villicationis, nequaquam bona ſui Domini diſſipare, immò & eò magis cumulare, & multiplicare perenniter ſtuduit, & laborauit: prędicatione verbi Dei, operoſa Sacramentorum adminiſtratione ſimul, & perenni Apoſtolicorum actuum preſtatione. Cuius veſtigijs inhęrens ſecundus nempè Fr. Damianus, & ipſe Accelium appulſus, præſenti anno milleſimo ſexenteſimo quinquageſimo octauo ſuę Miſſionis primordia in hac Cuſtodia laudabilia poſuit. Eccleſiaſtico Regno vtiliora præſtaturus, dum iugiter atq; ſolicitè miniſteriali ſibi demandato oneri infatigabiliter enitendo pro præſenti incumbit.

Succedunt bini Apoſtolici Operarij.

Ann. Chriſti 1657. 1658.

S.TI DAMIANI APOSTOLATVS RATIOCINIVM QVINTVM

D. O. M.

CHRONOTAXIS.

A DEIPARAE PVERPERIO SALVIFICO ANNIS MILLE QVINGENTIS NONAGINTA OCTO:

CLEMENTE VIII. CATHOLICÆ ECCLESIÆ VNIVERSALIS ANTISTITE ANNVENTE: CAROLI EMMANVELIS CHRISTIANISSIMI DVCIS POSTVLATIONIBVS, ET PIIS VOTIS: APOSTOLICI NVNCII IVLII CÆSARIS IVSSA EXCIPIENS, ET PERFICIENS FR. VALERIANVS MISSIONVM PRÆFECTVS, PRÆMISSO FR. STEPHANO A GOMBOLATO SACRO ORATORE, ADVENIT TANDEM IPSE AD SANCTI DAMIANI OPPIDVM, MACRENSIS VALLIS IN CENTRO POSITVM, IBIQ. APOSTOLICAM CAPVCCINORVM CVSTODIAM, PRO ORTHODOXÆ FIDEI SCEPTRO SVBLEVANDO, ET ASSERVANDO STATVIT.

SANCTI DAMIANI
RATIOCINII
SYNOPSIS

Præambuli Numeri Quinque.

Primus	Geographicam	Relationem exhibet.
Secundus	Politicam	
Tertius	Hierarchicam	
Quartus	Errorum, & Hæreſis	Originem perhibet.
Quintus	Apoſtolatus, ideſt, Miſſionis	

Calculus Primus.

Communis
Priorum Fundatorum, Apoſtolicorum Operariorum Fratrum Valeriani Pinerolienſis, & Stephani à Gombolato Concionatorum per annos 1598. 1599.

Calculus Secundus.

Communis
Fratrum Philippi à Pancalerio, Bernardi ab Auguſta Prætoria, Ioannis Baptiſtæ Scalenghenſis Coapoſtolicorum Cooperariorum per annos 1600. 1601. 1602. 1603. 1604.

Calculus Tertius.

Fr. Iſidori à Buſca Concionatoris per annos 1605. 1606. 1607.

Calculus Quartus.

Fr. Bernardini à Nouis Concionatoris per annos 1608. 1609.

Calculus Quintus.

Fr. Iſidori à Buſca Concionatoris per annum 1610.

Calculus Sextus.

Fr. Amedei Mediolanenſis Concionatoris per annos 1611. 1612.

Calculus Septimus.

Fr. Iſidori à Buſca Concionatoris per annum 1613.

Calculus Octauus.

Fr. Ioannis à Montecalerio celebrioris Apoſtolici Operarij Concionatoris per annum 1614.

SANCTI-DAMIANI IN APOSTOLATV

CAPVCCINORVM OPERARIORVM

Pro Eccleſiaſtico Regno laborioſi Proceſſus numerantur, & calculantur.

RATIOCINIVM QVINTVM.

Geographicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. I.

PRÆ anguſtijs, ideſt præ anguſtis foribus Lotuli latiùs patet Macrenſis Vallis complanum veſtibulum, cui hinc indè ab vtroque latere duo aperiuntur receſſus collaterales citra, & trans decurſum aquarum, ipſum medium per atrium perſeuerante perenni fluxu Macræ fluminis, ab Occaſu in Ortum tendentis. Quamobrem ibi, & ager feracior, & pratum amœnius, & multiplicatum vinetum apparent. Hoc igitur in excultiori, & fęcundiori ſolo ad læuam amnis dilabentis ſtat Oppidum Sancti-Damiani, quod quidem commodioris habitationis ædificia poſſidet: adinuicem ſibi cohærentibus domicilijs in Viculos decenter diſtributis, ſed & diuerſas diſtinctas etiam populationes montanas complectitur. Habitatores humanæ ſatis conuerſationis, vltra proprij agri culturam, varij etiam generis mercaturam ſolent exercere, ſignanter communioris totius Vallis in aſcendendo, & deſcendendo pertranſitus opportunitatem nacti. Hunc Pagum circumſtant ab Oriente Cartinianum, ab Occidente Lotulum, Palierię à Meridie, & à Septentrione Palierium in recenſitis receſſibus, cum per medium Sanctum-Damianum aſcendentibus, & deſcendentibus peruius aditus pateat.

Sancti-Damiani ſitus, Habitatorúq; natura.

Politicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. II.

QVapropter vigilantes antiqui Salutiarum Marchię legitimi Pręſides ſupra, & vltra binas Draconerij, & Rochębrunę, vnius in ore Vallis præpoſitas munitiones, geminum adhuc hinc indę Cartinianenſi Villæ ſub comitatus titulo Cambianis Proceribus infeudatę, appoſuerunt Caſtellum ad dexteram vnum modò dirutum, alterum adhuc ſtans ad ſiniſtrã fluminis, extrema verumtamen cuſtodialia clauſtra nequaquam ibi fixerunt, ſed ſublimiori, & opulentiori Pago Sancti-Damiani Septẽtrionale caſtrũ nunc iacens ſuperpoſuerunt, indèq; vlteriùs aſcẽdentes arctioribus in Macrenſis Vallis anguſtijs ipſo Vallari calcato in itinere, murali compoſito aggere propè Lotulum firmas portas poſuerunt, quas pro opportunitatis exigentia adaperire amicis, claudere inimicis perliceret: ventitantiũ aduenarum beneuolo, vel maleuolo explorato aduentu. Priſcis igitur illis Neoterici Allobrogi Principes ſuccedẽtes; quò Sancti-Damiani Marchiã validiùs firmarent Sabaudos Proceres agnomine Baroniali Tornonios illic in Marchiones pręfecerunt.

A Salutiarũ Marchionibus ad Sabaudos Principes trãſlatũ huius Oppidi temporale Dominum.

Hierarchicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. III.

ECcleſiaſtici quoq; ipſi Præſides, nempè tunc Taurinenſes Antiſtites Sacros vigiles oſtialibus his excubijs multiplicare haud dubitauerunt, dum Monaſticos SS. Victoris, & Conſtantij Præſules in cooperatores, ferè Coepiſcopos aſſumptos adhibuerunt, ſuper hos Sancti-Damiani, & Palierij populos Epiſcopali quaſi illis participata poteſtate: vnde Paſtorali duplici ſolicitudine, & vigilantia exculti, ſecuriùs, ac tutiùs per viam ſalutis incederent. Eòq; magis, quò vltra Abbatialem Generalem Vicarium, Parochiali huic SS. Coſmæ & Damiano dicatæ Rectorem Sacerdotem Prępoſitali dignitate inſignitum, pręfectum videmus.

Erroris

Erroris, ideſt Hæreſis originem perhibet Præambulus.
Num. IV.

Ann. Chriſti 1560.

Inundante Caluiniſmo in tota Valle, tunc & infectum Sancti-Damiani Oppidum.

Ann. Chriſti 1561.

Cartinianenſis Hereſiarcha flammis præfocatur.

Ann. Chriſti 1567.

DE origine erroris in Sancti-Damiani Villa ſuprarecenſitis in antecedentibus Draconerienſi, & Accelienſi enarrationibus nihil noui apponendum occurrit. Huic enim Oppido, vt ceteris vniuerſalis regionis, & viciniæ non melior, & fęlicior fortuna contigerat tàm in Fidei, quàm in ſęculi rebus; eoſdem enim cum Accelio & militum, & bellorum, & Hęreticorum paſſim fuerat incurſus, & excurſus, depopulationes, expilationes domorum, Eccleſiarum, Sacrorum eadem Sacrilegia eaſdem profanationes: ipſi pariter Caluiniana epotauerant venena, à Fide maiori ex parte defecerant, ab Eccleſia rebellauerant, mores in deterius mutauerant, ad quęuis mala ſpontè feſtinabant iam à medio ſęculi quintidecimi, cum Macræ Vallem inundans flagellum Caluiniſmi inuaſit. Tenaciter namq; adeo Hæretica libido Vallicolis illis inhæſerat; vt Cartinianenſes quidam ſceleratiores, & perditiſſimi nebulones ſimul conuenientes, in Pedemontana complana deſcendētes circumirent Caluiniſticas blaſphemias circumferentes: vſq; quò ex illis vnus Ioannes nomine à Satellitio comprehenſus Carinianum (vbi tunc Senatoria Curia ſedebat) in vincula perductus, ibi damnatus, ſimulq; cum Maturino quodam, eiuſq; vxore flammis concrematus interijt anno ſexageſimo primo ſupra milleſimum quingenteſimum. Sed non cito deperijt pertinax rebellantium duritia, & nequitia; nam in Sathanico Conuentu apud Pratumgulielmi habito, & Draconerij confirmato (vt narrauimus) anno ſexageſimo ſeptimo vltra quingenteſimum milleſimum, intermedij Vallis Macrenſis Pagi deprauandi traditi fuerunt partim Franciſco Crutho Draconerij reſidenti, partim Iacobo Iſardio, qui Pratium, Sanctum-Michaelem, Chianoſium inficienda ſuſceperat, nec improbabile eſt S. Damianum vſq; importunè ventitaſſe.

Miſsionis exordium perhibet Præambulus.
Num. V.

Ieſuitę vocantur ad Apoſtolicum munus.

Ann. Chriſti 1597.

Ceſſantibus Ieſuitis, ſubrogantur Capuccini.

Ann. Chriſti 1598.

Rationes huius inſtitutę Miſſionis.

QVamobrem ſuperſtites quidam pij viri Catholici, vt graſſanti tota in Conualle Macrenſi ſchiſmatico morbo occurrerent; cum PP. Societatis Ieſu Draconerium interdiù aduentantes, Apoſtolatus officio ſolicitè fungerētur; ex illis ſaltem vnum nutantis Fidei intra proprios lares in ſubſidium interpellarunt, qui eò illico gratanter accurrens, panem verbi Dei, cuius eſurie, ſeu indigentia iam per annos viginti ieiuni laborabant, charitatiuè, & abundanter eis fregit, & porrexit, atq; triginta & octo errantes oues ad Dominicam caulam reduxit. Ceſſantibus autem Patribus Ieſuitis, ſubrogati, & Marchionalibus Miſſionibus prędeſtinati ſuperuenerunt Fr. Minores Capuccini (vti ſupra iam indicauimus) anno nonageſimo ſeptimo ſupra milleſimū quingenteſimū, & Draconerij prępoſita, atq; firmata Apoſtolica Statione circumquaq; & quocumq; impellebat eos ſpiritus, illuc gradiebātur: Quare Accelij primū, inde in Oppido S. Damiani impentius Euangelica munera adminiſtrare cęperunt, diutiùs inibi cōmorantes pro ſpirituali animarū exigentia, donec fixas preindicatis in Pagis Cuſtodias ſtatuerunt circà annū quingenteſimū nonageſimū octauū vltra milleſimū. Quàm opportunè, & accōmodè prudentes illi Primarij Fundatores F.F. Valerianus, & Stephanus Apoſtolatū in loco S. Damiani in bonū Regni Eccleſiaſtici collocauerint, intelligemus, cū primùm obſeruauerimus quòd Conuallis Macrę à Draconerio protenditur circa per decē & octo milliaria Italica, vſq; ad altiores Alpes Cottias, inter quas cōputantur hęc montana. Per Conuallē decurrit flumē, in imis per rupes ad dexterā, & ſiniſtrā diſtributa reſident plura Oppida, & Pagi circiter 18. Quorū quidā, nempè numero duodecim conficiunt corpus, & conuentū Vallis à Chiapella in ſūmitate extrema deſcēdendo vſq; ad portas dictas Lotuli, in quibus portis vel incipit, vel deſinit Vallis. Hinc deſcēdendo, primū occurrit Oppidū non modicū dictū S. Damiani, ſub titulū Marchionatus redactū, ferè ſituatū in medio itineris. Quamobrē cū vniuerſi enumerati tàm Pagi, quàm Villę & Vallis, & Comitatus, & Marchionatus Hęreſi laborarēt, & irruentiū inimicorū incurſibus paterent, aduentantiū ſpecialiter à Caſtrodelphino, per Palieriū perueniētiū ad Sanctū-Damianum, iuxta portas Vallis dictas Lotuli: ibidē quaſi in cētro Apoſtolatū mediū inter Accelienſē, & Draconerientem interponere prudenter excogitauerunt, tàm pro commodiori itinerantiū refectione, quàm pro opportuniori diſcurrentium Miſſionariorum auxilio, & agri Chriſtiani cultura.

CALCV-

CALCVLVS PRIMVS
COMMVNIS

Priorum Fundatorum, Apoſtolicorum Operariorum
Fr. Fr. VALERIANI, & STEPHANI
Concionatorum per annos 1598. 1599.

I. GEmini Sancti Germani fratres Coſmas, & Damianus Arabes Medici, & Chriſti Martyres ab humana indigentia aduocati, & à Diuina prouidentia aſſignati Pago huic, & Paræciꝗ Tutelares præſident; vt inuocantibus ſupplicibus clientibus Diuinam opem impetrent, & pio patrocinio opitulentur. Gemini itidem, licèt non germani, religioſi attamen Minores Fratres Valerianus Pineroliensis, atque Stephanus à Gombolato ſpirituales Medici, ac Apoſtolici Operatores, & religioſa obedientia electi, & legitima auctoritate deſtinati huic & Paræciꝗ, & Pago Euangelici Cuſtodes præficiuntur; vt opus Diuinum perficiant, & auxiliarem ſuam operam præſtent. Violenter graſſante lethifero morbo, grauiter languente ægroto non vnicus, ſed geminus medicus accurrit: lethaliter ſerpente hæretica lue, ad mortem ægrotabant & Vallis, & hæc Villa, gemini germani Archiatres Patroni S. S. Coſmas, & Damianus myſtica & Chirurgia, & Pharmacia ſuccurrere periclitantibus cupientes, geminos Euangelicos Eſculapios, vel Hyppocrates deſtinandos obtinent, Fratres ſcilicet & Valerianum, & Stephanum, qui quotidiana iam præmiſſa experientia, pulſationem cordis explorantes, deceptorum infirmitatem ad mortem eſſe agnouerunt, quare non herbam, aut malagma, ſed verbum Domini ad eos ſanandos adhibendum fore cognouerunt, ſicuti & præſtiterunt. Sufficienter tunc Medicus infirmitati occurrit, infirmantem cum ſæpè ſæpiùs ad inuiſendum recurrit, ſymptomata patienti, opportuna antidota vt prouideat, infirmo vt leuamina præſcribat, medicamina exhibeat, noxia cuncta prohibeat. Draconerij quidem in firma Statione longiores trahere moras conſueuerant Fratres Valerianus, & Stephanus, vniuerſis attamen Macrenſis Vallis infirmis præſtò vt adeſſe, velociùs valerent; breuiores ipſas ſuæ quietis moras celeres in accelerationes commutare aſſueuerant: quamobrem frequentiori non modò tranſitus acceſſu, vel receſſu, ſed & Statione ſtudioſa ad Sancti-Damiani Villam peruenientes, ac inibi conſiſtentes feſtiuis, & opportunis diebus populi captata frequentia, Diuini Verbi pharmacum pro morborum conditione variè diſtribuebant: vel ad Caluiniſtica venena euomenda, vel ad impietatis venenata dogmata reijcienda, vel iniquitatis opera euacuanda, vel ad cordis malitiam egerendam. Tum ad reficiendas, & reſtituendas ſpiritus, & animę vires, cœleſtium Sacramentorum viuificas ſorbitiunculas (quibus quilibet fidelis Chriſtianus libenter veſci conuenit) deguſtandas, & depaſcendas proponebant, tamquam diuturniori ſpirituali incolumitati, immò æternitati appriinè neceſſarias, ſimulque conducentes. Conualeſceret igitur vt æger populus Sancti-Damiani; bini hi religioſi Curatores nullum pietatis, & charitatis officium, proprio miniſterio conſonum negligebant, publicè declamabat Fr. Valerianus; priuatim docebat Fr. Stephanus: hic pro concione errores redarguebat; ille domeſtica allocutione errãtes arguebat: ſi Fr. Valerianus Catecheſim, Fr. Stephanus Catechiſmũ exercebat, ambòque ſimul vnanimiter opus Dei, ſalutem animarum perficiebant.

Gemini operatores huic Cuſtodię pręficiũtur.

Ann. Chriſti 1598.

In Draconerio trahentes moras etiam S. Damianum perueniunt.

II. Poſtquam igitur vt medici, ſiue chirurgi digitorum contactu, vel ſpecilli contrectatione vulneris, vel languoris perſcrutata altitudine, appoſitas adhibendas medelas, vel curationes conſulendo decreuerant; iterum vti pharmacopolę, ſiue piſtores ſolatoria ſuauiora lenimenta, ſeu alimenta concinnabant, vel conficiebant, atque impendebant, hilarèque gratis, ac gratanter offerebant, ſimul & afferebant ægrotis: ideſt poſtquam ſalutaria congrua verbis, doctriniſq; perſuaſerant, Sacramenta cuncta ad ſalutem conferentia opere, & miniſterio conficiebant, ſiue exhibebant: quamobrem idoneis ad hoc excogitatis, & ſtatis diebus ex induſtria S. Damianum perueniebant: populum ſpontaneo obſequio præueniebant: & ad ſe venientium Sacramentales Pœnitentię expiationes patienter, & ſolicitè excipiebant: Sacramque Synaxim petentibus adminiſtrabant: rixas, ſi quas offendebant, ſubmouentes, lites, ſeu diſſidia componentes. Sicque Apoſtolico munere expleto digrediebantur, vt iterum opportunè regrederentur. Contigit, hoc nonageſimo nono anno poſt quingenteſimum millenum, vt D. Alexander Fiorentillus Taurinenſis Nuncij Auditor, Abbatialis itidem Vicarius, & Viſitator Generalis

Statis diebus S. Damianum peruenietes, Apoſtolicum mun° explẽt.

S.S. Con-

S.S. Conſtantij,& Victoris Abbatiam perluſtraturus, Abbati Ioanni Bandino Florentino tunc ſubiecta Abbatialia Oppida inuiſeret, atque in viſitatione perſpiceret, ac intelligeret; ex Hæreticorum violentis, & ſacrilegis ſepulturis profanatas Sanctorum Coſme, & Damiani Parochiales Sacras Ædes huius Pagi, ſicut & proximi Palierij Sancti Ioannis Baptiſtæ, Sanctorum Conſtantij & Victoris Villaris Eccleſias; quàmobrem à Romana Curia relatam congruam facultatem Fratribus Valeriano, & Stephano inibi elaborantibus contulit, quò violata Sacra mundare valerent. Ex-templo iſti iuſſa exequentes, Sanctum-Damianum, & Palierium, ac Villarium conuolantes, frequentiori populorum coacto Conuentu, myſterijs pro concione expoſitis, Sacris Ritibus ſolemniter adhibitis, hæreticalibus abominationibus Catholica Templa luſtrali aqua ab Epiſcopo Sacra expurgarunt, Eccleſiaſtica munia, atq; exercitia exequenda inibi vt perſeuerarent. Perſeuerantibus ergo Euangelicis Operarijs aduentare, quin ad Sanctum-Damianum ventitare, plebis illius communem, publicam, ſpiritualem, ciuilem, ſpecialem, cuiuſque ſaluationem vt quæritarent, & operarentur; ne contra Euangelicum monitum, illos per domos curſitare contingeret; Optimates quidam religioſorum virorum ſtudio illecti de prouidendo eis hoſpitiolo excogitant: quare pij hæredes cuiuſdam Laurentij Allinei, vel ex teſtatoris impoſitione, vel ſpontanea oblatione Capuccinis aduentantibus primum habitaculum gratioſè commodauerunt, & præſtiterunt: quò vel pertranſeuntes, vel perſiſtẽtes religioſè quieſcere, ac degere, ſufficienterq; hoſpitari valerent, nec inuiolabilis hoſpitij iura mutarent, hoſpitantibus pariter fidelibus maiora, ſeu abundãtiora bona, ac dona repẽderent diuturniori obſequio.

Ann. Chriſti 1599.

Congrua facultate, violata ab Hæreticis Templa expurgant.

A quibus accommodatũ Capuccinis domicilium.

CALCVLVS SECVNDVS

COMMVNIS

Fr. Fr. PHILIPPI à PANCALERIO, BERNARDI ab AVGVSTA PRÆTORIA, IOANNIS BAPTISTÆ SCHALENGHENSIS Coapoſtolicorum Cooperariorum per annos 1600. 1601. 1602. 1603. 1604.

I.

Ann. Chriſti 1600.

QVia non eſt in medico, ſemper integrè conualeſcat vt æger, recidiui ideò quàmplures ſuperfuerunt, & in impietate perſeuerantes, perdurauerunt in Pago, & agro Sancti-Damiani, quinimmò in circumadiacẽtibus eis, & trans flumen Macrẽſibus Vallis Villis. Primicerius igitur, & Primarius Apoſtolici Operis & Præfectus, & profeſſor Fr. Philippus excubabat quidem, (vt plurimum) primaria in Draconerienſi Statione ad Vallis fores, ſed per tempora intus, ſiue interiora Vallaria Oppida penetrans vniuerſam regionem perambulabat: peruia, & inuia, plana, & aſpera, decliuia, & ſublimia peragrando; vt hæretica lue laborantibus præſtò adeſſet, & alexipharmaca congrua offerret, atque porrigeret. Quoniam iterum nec ipſe ſolus neceſſaria omnia Apoſtolici Miniſterij munia ternis ſibi commendatis Cuſtodijs Draconerienſi in ianuis, Accelienſi in vertice, Sancti-Damiani in centro Macræ Vallis poſitis præſtare valebat; ideò primus appoſitus eſt illi, & ſuperadditus Cooperator Fr. Bernardus. Quia verò iuxta ſcripturale monitum: duo contra duo, & vnum contra vnum; propterea cum duo priores Stationarij contra duo, ideſt duarum excubiarum labores ſtare quidem poſſent, ſed nequaquam contra tres, ſcilicet trinæ Miſſionis adminiſtrationi ſufficerent; vnum contra vnum prò peruigilando in tertia ſpecula, tertius ſpeculator adauctus aduenit vel Fr. Ioannes Baptiſta Schalenghenſis, vel Frat. Ioſephus Foſſanenſis, vel Fr. Stephanus Tendenſis, vel Fr. Franciſcus à Sancto-Stephano ſibi inuicem ſuccedentes per opportunitates temporum, quos ipſe operis Præfectus Fr. Philippus, pro locorum, & accidentium exigentia viciſſim ad opus, & Euangelica opera deſtinatos, & ſtrenuè collaboraturos emittebat, & ad excubandum diuerſimodè varijs Vallaribus in excubijs diſtribuebat. In nomine ergo, & numine Sanctiſſimæ Trinitatis egredientes viciſſim Seraphici terni Euangelici Operatores, ad trinas Cuſtodias obſeruandas, triplici præcipuè miniſterio incumbere conſueuerant: veritati vnempè propagandæ, falſitati iterum euellendæ, & Sacris Myſterijs perficiendis: vnde feruentiori Diuini verbi prædicationi paſſim, & frequentiùs inſiſtebant; vt Catholicis doctrinis, ſalutaribus monitis, & ſuauioribus adhortationibus ſtantes confirmarent; vel acrioribus correptionibus, increpationibus, ſiuè obiurgationibus peccantes arguerent, & delinquentes reuocarent. Studebant etiam paruulorum,

Ad trinas Cuſtodias tres deſtinati Operarij numerantur.

Ann. Chriſti 1601.

& neſcien-

& neſcientium Catecheſi: vnde congregato ad hoc rudiori populo ſiue in Templo, ſiue in Vico, ſiue in agro diſciplinę Catholicę primaria rudimēta impertiebantur, tradentes pariter vtiliora, ac neceſſariora documenta indigentibus, & propriam conſcientiam in Sacramento Pœnitentię diſcutere, & Euchariſticum Panem reuerenter, & proficuè ad vitam ſumere, illos docebant, & commonebant. Credentibus poſtea vniuerſis ſiue pro ſuggeſtu, ſiue pro familiari congreſſu, demonſtrabant efficaciùs, & vehementiùs perſuadebant nefaria Caluiniſtica dogmata deuitanda, prurientes auribus magiſtros, carnis illecebras venditantes, veluti animarum nequiores deceptores abijciendos, indigitabant: iterum pro ſingulorum captu verum Catholicum à falſo Hæretico diſcernere: colloquia mala, quæ & bonos mores, & illibatam Fidem corrumpunt declinare: ſuper omnia autem in Catholicę Romanę Eccleſię veritate firmiter ſtare commendabant. Si fortè verò ſciolos quoſdam religionaria placita pertractantes, & dogmata venditantes obuios habuiſſent; ex-tempore aggreſſos, & audaces ſolidioribus rationibus, & legitima Orthodoxa eruditione repreſſos, vel veritati, vel loco, & vſurpato officio cedere compellebant. Ipſi verò perſeueranter in Apoſtolico legitimo ſuo miniſterio perſtantes, Eccleſiarum Rectoribus obſequebantur, & famulabantur fideliter: in Sacris Ædibus inſtaurandis, emundandis, exornandis, in ſolemnioribus Sacris celebrandis, & perficiendis, in Sacramentis Pœnitentiæque præcipuè adminiſtrandis, accedentibus ad ſe vniuerſis, ſæpiùs generales totius vitæ expiationes prolixiores, ac difficiliores facinoroſorum excipiendo.

Triplici miniſterio incũbentes, perſeuerantes in Apoſtol. opere perſtant.

II. Apoſtolando igitur, & Euangelizando indefeſſi hi Coapoſtolici Operatores præualuerunt aliqualiter fructificare, & prouentus aliquos in horreum Dei reponere: verùm excreſcentia multiplicata zizania ab agro Dominico nequaquam omnino eradicare valuerunt. Cum igitur ad propoſitum aſſequendum, Euangelicum ſarculum non ſufficere animaduerteret operis Præfectus Fr. Philippus, poteſtatiuum Ducale ſceptrum adhibere ſuperaddidit. Quamobrem, hoc anno ſecundo decurrentis ſæculi ſeptimi decimi, euulgato Edicto Caroli Emmanuelis I. Pedemontani Principis, ſiue de abeundo, ſiue de abiurando, ſuperuenientes ſacri Oratores perſtiterunt, & pro concione, & pro dogmate monere, docere, adhortari, obſecrare, increpare, polliceri, perterrefacere: Diuini, & humani Tribunalium indictis, & comminatis præmijs, vel pœnis, peragrando, diſcurrendo per Vicos, & Villas, vnde, & breui factum eſt; vt quamplurimi conualeſcentes de hæretica lethifera ægritudine, ad S.S. Coſmæ, & Damiani curatiuũ noſocomium, ſiue myrothecium, quod eſt Catholica Eccleſia, confugerent catholizandi: vnde reduces ſequentes Fr. Philippus fidelium albo ſua nomina ſponte, & liberè dantes adſcripſit.

Vt euelleret excreſcentia multiplicata zizania, Apoſtolico ſarculo etiam Ducale ſceptrũ adhibere ſuperaddit Fr. Philippus.

Ann. Chriſti 1602. 1603. 1604.

Catholizatorum catalogus.

	Anno 1602.		
Ex Sancti-Damiani Oppido		num.	123.
Ex Palierij Pago		num.	92.
Ex Lottulo		num.	10.
	Anno 1603.		
Idem ex Palierio		num.	10.
	Anno 1604.		
Idem ex Sancto-Damiano		num.	4.
Fr. Bernardus	Anno 1602.		
Ex Sancto-Damiano		num.	1.
Ex Palierio		num.	6.
Idem ex eodem, anno 1603.		num.	1.
Ex Lottulo 1602.		num.	3.
Fr. Ioannes Baptiſta	Anno 1603.		
Ex Sancto-Damiano		num.	6.

Plures igitur Operarij ſimul, & ſemel multis in Oppidis laborantes, ſinguli in ſingulari ſua cultura ſtrenuè exiſtentes, vberes Catholicę Fidei fructus reportabāt: quia non intra vnius Pagi anguſtias concludebantur; ſed ad proximos Vicos, & Villas vigilantium ſolicitudines extendebantur: Spiritu feruens, & opere feruidus Fr. Philippus: pacificus, quietus, & tranquillus, ſufferentia, & longanimitate pollens Fr. Bernardus: Seraphico zelo Apoſtolico, concionandi robore celebris Fr. Ioannes Baptiſta Scalenghenſis excellebat. Hic in Romana Prouincia Capuccinorum habitum induens, & inſtitutum profitens, Sacris etiam Theologicis facultatibus operam egregiam nauauit, & ardens ſacer Orator euaſit: qui circa hæc tempora patrios lares reuiſens, intelligens Confratres ſuos Capuccinos Pedemontanos Pugiles ſtrenuè in Miſſionibus Conuallium aduerſus hæreticam prauitatem laudabiliter pro Eccleſiaſtico Regno decertare, ſimilia & ipſe præſtandi deſiderio impulſus, à ſacris Præſulibus, vt validus Athleta electus, & ordinatus, & Fratri Philippo Commilito aſſignatus venit, ſtetit in excubijs, fideliter Apoſtolicum miniſterium aliquandiù exercuit. Inde Romam reuocatus inibi intra Romana

Operarij plures vberes Catholicę Fidei fructus reportant.

limina regularia ſibi plura commendata munera,& onera præclarè adminiſtrauit. A Ianuenſi poſtmodum ſegregata Pedemontana Capuccinorum Prouincia, circa quartum luſtrum ſæculi decimi ſeptimi, originale ſolum repetens Fr. Ioannes Baptiſta Subalpinis Prouincialibus noſtris terminis, & Congregationi aggregatus, cum regularis obſeruantię exactus obſeruator religioſis virtutibus abundantiùs præfulgeret; ſæpiùs Guardiani, & Cuſtodis, ac Diffinitoris officio functus, tandem Guardianus Taurinenſis,Cuſtos,& Diffinitor in maiori Conuentu extremum diem clauſit, ſingularis ſanctimoniæ fama perceIebris. Celebrioribus igitur à principio Calculi præindicatis Coagonothetis in hac Sancti-Damiani Miſſione collaborantibus, per hanc primam præſentis ſæculi olympiadem ſtatus Catholicę veritatis accrementi plurimùm recepit, atque ad meliorem conditionem reſurrexit.

Ann. Chriſti 1604.

CALCVLVS TERTIAS

Fr. ISIDORI à BVSCA Concionatoris per annum 1605. 1606. 1607.

CIrca quartam vigiliam noctis, ideſt circa quartum hunc annum obſcurioris ſæculi hæreticalibus nubibus obtenebrati,motus magnus factus eſt in mari, hoc eſt in Macrenſi Valle ingens tempeſtas Caluiniſticę commotionis excitata à perduellibus fuit (vti in Acelienſi ſuperiori ratiocinio annotauimus)ita vt nauicula Catholicę Eccleſię inter aſperiores hos Alpium ſcopulos periclitaretur conteri, & fluctibus ſeditionum operiretur. Non dormiebant tamen vigilaces operis Præſules, nec dormitabant Capuccini, qui cuſtodiebant Iſraeliticas Stationes. Nutantis igitur grauiter concuſſę Orthodoxę Fidei in præſidium mittitur, hoc anno quinto poſt milleſimum ſexcenteſimum, fidelis ſeruus, & prudens Frat. Iſidorus à Buſca. Hic vir ſimplex, & humilis paciſque cultor amabilis, Mundi, & ſui ipſius deſpector admirabilis, viliori habitu, & tenuiori victu perperuò contentus, pluribus quidem Religioſis præclarioribus chariſmatibus, ſine virtutibus effulgebat; ſed charitate, & fide clariùs præfulgebat, ſpe quoque fidentiori non deficiebat. De illius igitur Fidei vegetioris magnalibus innumera apud nos præclara facinora mirabiliora paſſim referuntur: nobis hic ſolummodo occurrunt patrata ab eo pro Catholica Fide propaganda recenſenda. Fidei igitur Orthodoxæ veluti grani ſinapis comminuti calore, & ardore ſuccenſus, neſciuit ille aliquando tarda molimina in ſpirituali ſpecialiter agri cęleſtis, & fidelium animarum Apoſtolica cultura: vnde quò in ſibi commendato hoc ſuo hortulo granum ſinapicum, atq; Euangelicum ſufficientiùs, & abundantiùs diſſeminaret; Dei verbo proponendo, enucleando, explicandoq; ſolicitior inſiſtebat: non ſemel, ſed bis, ter, immò toties, quoties opportunitas audientium ſuppetebat, atq; exigebat; nec remiſſo, aut languenti, quin concitato, & efferueſcenti ſpiritu, & zelo concionabatur: nec verebatur potentium præſentiam, aut ſceleſtorum hominum perſonas reſpiciebat; ſed diſcretè, & congruè loquens magnis paruulis, veritatis iaculis æquè feriebat. Feriabatur numquam, ſemper circuibat, quærens quem inſtrueret, quem reduceret, quem pererrantem ad pęnitendum adduceret: non in compoſitis ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſionibus virtutis, & ſpiritus, in illibatę vitæ ac religioſioris conuerſationis, præclarioriſq; ſanctimoniæ exemplis. Nec quidquam verbo peragendum ſuadebat; quod facto ipſe proprio præſtandum priùs non demonſtraſſet: vnde fiducialiter redarguebat errantes, increpabat delinquentes, obſtinatioribus impendentia temporalia, & æterna ſupplicia minabatur. I.

A perduellibus excitata Caluiniſtica cômotione, in Fidei præſidium mittitur Frat. Iſidorus,

Ann. Chriſti 1605.

Efferueſcenti ſpiritu, ac zelo verbum Dei prædicat.

Paruulorum, & ſimplicium Catechiſmum, veluti ſibi germanum, ac genuinum opus, omni qua valebat ſolicitudine, ac diligentia exercebat, ſiue enim in Templo, ſiue in agro, ſiue in foro, ſiue in ſtabulo congregatam minuſculam plebem ſolicitiori charitate inſtruebat:non ſolos paruulos;& adoleſcentiores,ſed & ignaros, vel potiùs ignauos hebetes ſeniores edocebat. Familiaribus namq; ſermocinationibus articulos Fidei explicabat, proteſtando ſingulis, quod extra Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Fidem nulla ſalus permanebat: propriæ ſalutis negotium vnicuiq; curandum demonſtrabat: pietatem, charitatem, opera bona excolenda perſuadebat: præceptorum obſeruantiam inculcabat: Progenitoribus Chriſtianæ Religionis rudimenta, quibus ſuos liberos ritè educarent, ſuggerebat: & iunioribus parentibus obſeruantiam, & ſubiectionem perſoluendam oſtendebat: ſingulis autem reuerentiam, & obedientiam Deo in ſuis Sacerdotibus exhibendam indicabat: proprię deniq; conſcientiæ perluſtrandæ methodum, & Sacramenta vtiliter in ſalutem recipiendi modum fidelibus cunctis ingerebat. Aſpectu hilaris, aſpectantes exhilarans, facie rubicundus, quia charitate feruidus incedebat Fr. Iſido- II.

Ann. Chriſti 1606.

Singulis & omnibus rudimenta Fidei aperit.

rus,

rus, obuioſq; quoſq; humaniter excipere conſueuerat. Incredulis etiam animoſè, & intrepidè obuiabat, & valldè contradicentibus opponebat: deceptorum perfidiam coarguendo; & incredulitatem, ſiue nimiam Pſeudomagiſtris exhibitam credulitatem reprehendendo: & cum eſſet homo quidem eruditus, ſed ſimplex, & manſuetus, non artificioſis, ſed ſinceris, & apertis verbis incredulos redarguebat, & impietatis palam inſimulabat: pro Fide legitima vitam profundere ſemper paratus, iniurias, contumelias, deriſiones, minas, immò vexationes, pro more ſubridens, patienter excipiebat, & æquanimiter tolerabat. Nullum expaneſcebat damnum, periculum nullum metuebat, qui nihil amittendum, aut quod amittere timeret, apud ſe retinebat. Contra inſidioſè aduentantes aduerſarios accuratiùs inuigilabat; eorumq; moliminibus, & inſidiantium Caluinieolarum vulpecularum conaminibus opportunè obuiabat, & obuiātia opportuna remedia obijciebat.

Charitate flagrans vniuerſos ad veritatem perducere conatur.

III. Zelans domus Dei Inſtaurator, Apoſtolicam portionem ſuæ alimonæ deputatā integrā fere reſeruabat, quā ex parte vinis ſpiritualibus Dei Templis ſuccurrēdis, ex parte verò materialibus Sacris Ædibus inſtaurandis applicabat. Vbi igitur primùm Sancti-Damiani ad Oppidum peruenit; animaduertit Parochialem Eccleſiā, olim à Fr. Valeriano Pinerolienſi reconciliatam, à ſchiſmaticis depauperatam, & dehoneſtatam quotidianis peragendis Sacris miniſterijs minus decenter inſeruire; quamobrem illius reparationem, & reſtitutionem aggreſſus, grandiori Aræ Iconem congruam, elegantemque conficiendam curauit in primis, & conſummatam appoſuit: circumſtantia poſtmodum Sacella, vel altaria compoſuit, lineam leuiticam ſupellectilem, ornamenta, ac paramenta congrua pro viribus ipſe comparando, vel comparanda diuitioribus perſuadendo. Sancti-Damiani Oppidum montanas varias longè ſitas, & inter ſe diſſitas populationes complectitur, quas vt plurimùm vniuerſi incolunt Catholici, qui cum difficultate, vel itineris prolixitate præpediti non haberent, vel minimam piam Ædiculam ad quam pro Deo exorando in neceſſitatibus confugerent; Fr. Iſidorus vniuerſa perluſtrans, cum ruricolarum credentium indigentiam deprehendiſſet; quatuor ex-tempore à fundamentis erecta, & constructa Campeſtria Sacella, opportuniori pro congreſsù; vel ex proprio eleemoſynario, vel ex mendicato ære conſummauit, & congruenter aptauit, Sacriſq; habendis ſufficientia, & idonea reddidit. Quia Apoſtolico teſtimonio illa ſola vera Fides iuſtificans, & perficiens comprobatur; quæ per charitatem operatur, quod corde credit, operibus cōfirmans. Ideo Fr. Iſidorus, quia erat verus ſeruus fidelis, & prudens, cum ſe ſuper familiam Domini conſtitutum conſpiceret; dabat ſibi commiſſis conſeruis, & fidelibus tritici menſuram Verbi Sacramentati, & ſine menſura præſtabat illis ſpiritualem cibum verbi omni tempore prædicati: ſed nec eo contentus, abſque menſura etiam corporalem eſcam & temporale ſubſidium ægentibus pro viribus ſubminiſtrabat: pupillis, viduis, neceſſitatem patientibus ſollicitè prouidendo, etſi omnibus indifferenter; infirmantibus tamen peculiariter aſſiſtebat ope, & opera. Non enim ſolis opportunis erogationibus accurrebat; ſed & perſonali obſequio ipſe inſeruiebat, neceſſaria ſeruitia, & obſequia, licet infima cuncta præſtando: ægrotantium curam quàm vehemēter ſocio Sacerdoti inculcabat, vt propria ipſius manu ægrotis pauperculis pulmenta, eſculenta, ſiue cataplaſmata conficeret, cumq; aliquando morbi acerbitate deficerent, deſperata eorum corporali ſalute; ſpirituali ſaluationi ſedulus incumbebat, Sacramenta adminiſtrando, & vſq; ad ſupremum, & halitum, & funus aſſiſtendo, pro Defunctis etiam ſacra faciendo.

Sacris Ædibus inſtaurādis ſuā alimoniæ portionem applicat.

Quatuor Cāpeſtria Sacella à fundamētis excitat.

Ann. Chriſti 1607.

Aegentibus, & pauperculis pro viribus ſubminiſtrat.

CALCVLVS QVARTVS

Fr. BERNARDINI à NOVIS Concionatoris per annos 1608. 1609.

I. ET *dixit, qui ſedebat in Throno: Ecce noua facio omnia. Et vidi cœlum nouum, & terram nouam.* Si autem inquirat quis, qua portentoſa virga, aut virtute innouauerit Deus vniuerſa tempore Gratiæ? reſpondet Chriſtus in Euangelio: *Mandatum nouum do vobis; vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos.* Charitas igitur effecit; vt vetera tranſierint, & facta ſint omnia noua. Fr. igitur Bernardinus à Nouis, noua omnia facere geſtiebat, quia charitate pollebat, & quia proximos diligebat; ideo veteres errores, & hæretica ſchiſmata pertranſire, & diſcedere cupiebat, & de nouo acceptatam Orthodoxam Fidem ab his Vallicolis, ſignanter Sancti-Damiani incolis conualeſcere anhelabat: propterea ſatagebat feruentius, & frequentiùs prædicando, efficaciùs diſputando, & refellendo, vehementiùs arguendo, & increpando; obſecrabat nihilominus, & adhortationibus prouocabat ad bonum, & à

Apoc. cap. 21.

Ioannis c. 13.

Ann. Chriſti 1608. 1609.

Fr. Bernardinus, ope, & opera cunctis benefacere ſtudet.

malo enectos reuocabat; rudes,& imperitos ſiue paruulos, ſiue grandæuos neceſſaria vitæ Chriſtianæ elementa primaria edocebat, lugentes ſolabatur, indigentibus opitulabatur, infirmioribus auxiliabatur, Eccleſiarum Rectoribus cooperabatur pro Diuinorum celebratione, & Sacrorum adminiſtratione; verbo: & exemplo, ope, & opera cunctis benefacere ſtudebat, ſicq; fideliter Apoſtolico fungendo miniſterio, biennium expleuit, & receſſit, cum reduces nonnullos Eccleſiæ reconciliaſſet, ex quibus vnius ſolius mulieris Catholizationis acta ſuperſunt.

Reduces nõnullos Eccleſiæ recõciliat

CALCVLVS QVINTVS

Fr. ISIDORI à BVSCA Concionatoris per annum 1610.

I.

AB Accelienſi hactenus exculta, ad Sancti-Damiani iterum excolendam Cuſtodiam remiſſus Fr. Iſidorus, vniuerſa ſupra recenſita Apoſtolica miniſteria, & Euangelica Fidei, pietatis, religionis, ac charitatis ægregia facinora reaſſumpſit, & reaſſumpta feruentiùs exercere feſtinauit; prædicando, diſputando, inſtruendo, miniſtrando, operando, cooperando, & Eccleſiaſticum Regnum modis omnibus pro virili inſtaurando. Duo ſingularia ſolummodo hic ſuperſunt recenſenda: hic Religioſus pius, & ſimplex Leuita ſicuti Sacras Icones, & Sanctorum imagines pia veneratione colebat, ſic iniquo valde animo ſufferebat ab Hæreticis Sacrilegis eas deturpari, & dehoneſtari: vnde quaſcumq; vel abraſas imagines, vel mutila ſacra ſimulacra oſtendebat; ex-templo ex Apoſtolico ære reſarcienda curabat. Ideo in Ædibus Sacris vel Parochialibus, vel priuaris totius Conuallis, ſignanter Accelij, & Sancti-Damiani, vniuerſas quas valuit, vel refecit, vel renouauit. In Parecia SS. Coſmæ, & Damiani vltra Iconem, grande ſimulacrum Crucifixi Saluatoris ligneum exculpendum mandauit, & exculptum, & concinnè compoſitum erexit, atq; Parochialis Baſilicæ interiori frontiſpicio in ſublime eleuatum appoſuit, & ingredientibus cunctis in Crucifixi Saluatoris piam recordationem propoſuit. Hæc de Fr. Iſidori in Deum, Diuoſq; charitatis ardore, & veneratione diximus; modo de compaſſiua teneritudine illius erga proximos infirmoſq; præcipuè agẽdum: vix credibile fuerit, quàm pius, & religioſus hic ſacerdos ad proximorum languentium præcipuè neceſſitates ſubleuandas, vel compatiendas afficeretur: afflictis, tribulatis, patientibuſq; omnibus, & corde compatiebatur, & opere auxiliabatur, vel ſaltem anxiè, & ſtudioſè ſubſidium venabatur. Si quando mœrentem, vel dolentem operibus non valebat, ſuauioribus verbis, & humaniori affectù ſolabatur; infirmantibus vero miſericordiæ viſcera & oſtendebat, & pro eis releuandis effundebat; nam ſolicitè, ac aſſiduè iacentes inuiſebat, amantiſſimis verbis quæſtulos demulcebat, conſolatorijs confabulationibus vim vexantis morbi delinire ſtudebat, corporali ſuo perſonali obſequio deſtitutis famulabatur, tum in lectulis componendis, tum in immunditijs auferendis, tum in vtenſilibus domeſticis abluendis, & cubiculis euerrendis: detergebat excrementa, alimenta ſubminiſtrabat, poculenta offerebat, medicamenta porrigebat, lenimenta procurabat, & ſolatia poſſibilia exhibebat; *Huiuſmodi* autem charitatis officia, & ſeruitia languidis cunctis nullo habito conditionis ſiuè perſonæ delectù, ſine acceptione præſtabat diuitibus, & pauperibus, miſerrimis, & deſpectis, nec ſolis Catholicis, quin & eo magis Hæreticis obſequioſa miniſteria impendebat, & per ſe, ac per ſocium ſolicitè prouidebat tum alimoniam, tum medicinalia. Poſtremò pro infirmantium valetudine, feruentiores Deo preces offerre conſueuerat, vnde, & illius Fidei, & interceſſionis merito, vtramq; ſalutem, nempè ſpiritus, & carnis quamplurimi conſequebantur: ab eo ſuaſionibus, & cohortationibus inducti ad pœnitentialem expiationem veterum criminum, & Euchariſtici panis ſumptionem. Quorum tandem deſperabatur corporis conualeſcentia, animæ ſaluationi ſedulus incumbebat per Sacramentorum opportunam adminiſtrationem, atque indefeſſam vſq; extrema pietatis officia aſſiſtentiam, & præſentiam.

Fr. Iſidorus, ex Apoſtolico ære Sacras Imagines reſarciẽdas curat.

Ann. Chriſti 1610.

Infirmis omnibus compaſſiua teneritudine auxiliatur, ſine perſonarum acceptione.

CALCV-

CALCVLVS SEXTVS

Fr. AMEDEI MEDIOLANENSIS Concionatoris per annos 1611. 1612.

I. AMabant hi Vallicolę, huius Stationis incolæ libertatem carnis potiùs
quàm ſpiritus, Caluinicolam ex parte Sectam proſequentes carnalia
dogmata profitentem. Non quidem furebant Hæretici, vt Accelienſes,
ſed inſaniebant quidam deliri poſt carnis concupiſcentias euntes, & præcipitanter
gradientes. Adfuit igitur hoc anno currentis ſæculi vndecimo, vt perditos à præ-
cipitio reuocaret, Fr. Amedeus Mediolanenſis, verè amans Deum erat Seraphicus
hic Capuccinus, & Concionator, & Theologus eximius, ſacra igitur eruditione
abundantiori, & religioſa profeſſione perfectiori pollens, ambidexter ad campum
hæretici certaminis deſtinatus, & emiſſus à Spiritualibus Agonothetis, intrepidè
acceſſit, & quà naturaliter excellebat prudentia, benignitate, & ſagacitate deman-
Ann. Christi 1611. datum ſibi miniſterium exercere voluit. Hic ergo haùd impiger Operarius, & factor
operis Apoſtolici, prædeceſſorum Athletarum veſtigijs inhærens conſueta Euan-
gelica itinera poſt illos calcare, & ſequi percupiens & in Pago, & in Agro Sancti-
Damiani, ſimul & intra, & extra conſtitutis Vicis, & Villis, nempè per vniuerſos
ſuæ Miſſionis terminos diſcurrens diuitias gratiæ Dei, & ſpiritualium chariſmatū
ſibi concredita dona largiùs diſtribuebat; talentum commiſſum, & acceptum ad
menſam fęnoris, vſuræ committens aſſidua prædicatione Dei verbum ſedulus ne-
gotiabatur: magnis, paruulis, ſimplicibus, rudibus, ſenibus, adoleſcentibus com-
modans ſacra eloquia, & abundanter impertiens, ſiue pro concionibus, ſiue pro in-
ſtructionibus, ſiue pro diſputationibus: & ſic infideles reducere, fideles deducere,
& cunctos ſaluare laborabat: mala arcere, bona aduocare, neceſſitatibus accurre-
re, calamitates ſubleuare, infirmitates ſignanter ſpirituales curare, & in votis, & in
factis habebat; Omnibus proficuum, nulli noxium, vita, exemplis, operibus pluſ-
quàm verbis Eccleſiaſtici Regni inſtaurationi conſulebat, & Antiregni ſubuerſio-
ni feruidus inhiabat. Dum igitur procelloſis his temporibus ſolicitiùs peruigila-
Ann. Christi 1612. ret in excubijs, contigit; vt gemini proſcripti, & eiecti perduelles Caluinicolæ per
poſticū patrios lares ſiue Draconeriēſes, ſiue Cadralienſes à Gallia Viennenſi adue-
nientes, vt repeterent; furtim hàc, ideſt, per Sancti-Damiani Villam in publica via
ſitam pertranſirent, & requieſcendi cauſa ad hoſpitium publicum diuerterent;
quod cum ſubintellexiſſent vigilaces ſpeculatores, ex-templo inuocato brachio
Sæculari, cum locali Ordinario Iudice ſuperuenientes, veluti latæ legis violatores
intra hoſpitium comprehendentes, in vincula coniecerunt, præreptis à ſocio Fr.
Mauritio Pineroliensi primo in aggreſſu de illorum manibus armis, quibus ſe ſe
tutati, vel ſaltem fugam arripere valebant: quare illi iuſta vexatione intellectum
recipientes, tandem bene ſapientes, reſipiſcere voluerunt; nam à Fr. Amedeo in
vinculis viſitati, admoniti, & edocti Caluinianas tandem impietates publice dete-
ſtatas deierauerunt. Plura quidem, & alia bona indefeſſus Operator præſtitit in
diebus ſuæ Miſſionis, quæ obliuioni tradita, & nobis incognita, ideo conſcripta
non leguntur in libro hoc.

Fr. Amedeus demandatum ſibi opus intrepidè exercens, prædeceſſorum ſuorum veſtigijs inhęrere ſtudet.

Geminos Caluinicolas patrios lares repetētes carcerandos curat.

CALCVLVS SEPTIMVS

Fr. ISIDORI à BVSCA Concionatoris per annum 1613.

I. ECce iam tertiò ad Sancti-Damiani Apoſtolatum exercendum, veluti huic
Cuſtodiæ valdè proficuus, atq; propitius ſæpè ſæpius à Præſulibus operis eò
directus, venit Fr. Iſidorus, ſuo in nomine claudens Iſidem, & horum Ægy-
ptios lares, illorum religionis aſſertores. Ille enim legitimæ Religionis intra hos
limitaneos receſſus validus propagator, Ægyptiorum, nempè Hæreticorum ſuper-
ſtitiones, & Sacrilegos ritus eliminare omni tempore ſtuduit, & operoſiùs adeò
perſtitit; vt tandem quibuſdam (ideſt vnica excepta familia) Oppidanos cunctos
ad Catholicam Matrem Eccleſiam reduxerit. Prudens hic Leuita ad hanc Miſſio-
nem appulſus, vt ſibi propitios & Pagi, & Paræciæ Tutelares, ac Patronos San-
ctos, videlicet fratres Coſmam, & Damianum redderet; Sacram illorum Baſilicam
deuotis picturis, & imaginibus exornandam curauit, prægrandi (vt ſupra diximus)

Fr. Iſidorus oppidanos cūctos (vna excepta familia) ad Catholicā Eccleſiā reducit.

Crucifixi Ieſu ſimulacro in proſpectu intrinſecus poſito, quo ſtatuto, & Sacræ Ædis ornatum, & fidelium erga Paſſionem Chriſti affectum voluit adaugere. Crucifixi namq; Redemptoris erecto Crucis Vexillo, & credentium frontis, atque mentis oculis obiecto, dum ſe ſe illius paſſionibus, & angoribus ab æternis cruciatibus ereptos intelligerent, & reminiſcerentur fideles; propriam languentem, & iam iam extinctam in Deum charitatem excitare, & reſuſcitare ſatagerent, & feruentiores in Chriſtiana profeſſione, & pietate & exiſterent, & apparerent. Ad hoc efficaciùs promouendum aſſiduis legitimis Apoſtolicis ſollicitudinibus inſtabat: Regni Eccleſiaſtici ſpiritualis inſtantiùs accrementa promouebat: Catholicam Fidē augere, & propugnare numquam ceſſabat: perpetuo conſtans, & perſeuerans in demandati oneris ſuſtentatione, & promotione. Vnde ſicuti excogitauit, ita & excogitata gemina inſigniora facinora opere compleuit. Quia enim ſacrilegi Catholicę veritatis oſores Euchariſtici Auguſtiſſimi doni, & Sacramentari Dei realitatem, & præſentiam denegant, & memoriam mirabilium Diuinorum ab Eccleſia ſuffurari, & eijcere tentant; ipſe vt fideles in hoc articulo firmaret, & honorificentiùs vt tanta myſteria celebrarent, iterumque frequentius communicarent; in Sancti-Damiani Parochiali Eccleſia Sodalitatem Corporis Chriſti inſtituit, & vſque ad præſens ſtantem conſtituit. Iterum quia in iam olim traditis inſtitutis, & methodis pro Virginis Matris, & Sanctorum veneratione ſeruandis, ſegniùs ſe habebant fideles; ad illorum pietatem in Deiparam, & Diuos exacuendam aliud Sodalitium inſigne nempe Mariani Roſarij, congrua ad hoc relata facultate, erexit, & eadem in Eccleſia peculiari adſcripto, erecto, & exornato, ac compoſito Altari recitandi Roſarianos globulos, menſtruas ſolemnitates celebrandi, & ſollicitius ſacra colendi cum indulgentiarum elucrationibus opportunitatem, & commoditatem exhibuit.

Parochialem Eccleſiā Sancti-Damiani deuotis picturis exornandam curat.

Ann. Chriſti 1613.

Corporis Chriſti Sodalitatē in Parochiali Templo inſtituit.

Marianum etiam Roſarium erigit.

II. Fidem ſibi dilectam, & cordi inhærentem, vt tepeſcentem in proximorum cordibus efferueſcere, & refloreſcere efficeret; nullam ipſe prætermittebat diligentiam, nulli labori parcebat, numquam quieſcebat, motu perpetuo verſabatur, vt reliquum zizaniorum ſemen illis in oris penitus extingueret, & repullulans ſuffocaret. Interim iuxta ſibi conſuetum morem benignitatis, & miſericordię operibus incumbens miſeros, ac mendicos, egentes ſimul, & languentes pro congruo eis impendendo ſubſidio, quæritabat. Cum igitur ipſis in inualeſcentis brumę primordijs nudos plurimos, ſignanter orphanos, & miſellos derelictos offendiſſet, qui vix laceris panniculis verenda tegebant; neceſſaria ſibi alimenta diminuens, comparatis, & quæſitis indumentis, veſtimentis, ſimul, & calceis contra auſterioris hyemis rigorem præmuniuit: calamitoſis, famelicis, infirmiſque præcipuè, quorum ſubleuandis anguſtijs addictus, & obligatus videbatur, ſubuenire feſtinans: cunctis denique ad ſe venientibus, & recurrentibus vel eſculentis, vel tegumentis, vel ſubſidijs pecuniarijs ſuccurrere geſtiebat, & ſi poſſibilitas affore; patientibus, & petentibus nullis denegabat. Numquam igitur Apoſtolico ſuo muneri, & oneri deficiendo ad finem vſq; perdurauit.

Zizaniorum ſemen extinguere & ſuffocare conatur.

Nudos plurimos veſtit.

CALCVLVS OCTAVVS

Fr. IOANNIS à MONTECALERIO Celebrioris Apoſtolici Operarij Concionatoris per annum 1614.

ET *vidit Simon* (legitur inter Machabæorum geſta) *Ioannem filium ſuum, quod fortis Prælij vir eſſet, & poſuit eum Ducem virtutum vniuerſarum, & habitauit in Gazaris.* Viderunt Regularis obedientię Præſules Frat. Ioannem, quod fortis prælij vir eſſet, id eſt quod animi, & corporis, mentis, & ſpiritus, Intellectus, & affectus zelotis viribus polleret: quippè qui perſpicaciſſimi ingenij acumine, atque exuberantioris ſcientię eminentioriſq; eruditionis plenitudine valeret: vnde Theologicarum facultatum poſitiuę, ſimul & ſcholaſticę profeſſor ſingularis pluries & Magiſtralem Cathedram laudabiliter, veluti profundus ſcholaſticus poſtea rexit, & tamquam percelebris Eccleſiaſticus, ſacerque Orator celebrioribus in Italicis vrbibus impoſterum declamauit: donec ſublimioribus in adminiſtrandis regularibus muneribus iuremerito occupatus, ab inferioribus ceſſauit. Hunc igitur fortioribus pertractandis prælijs validum Athletam poſuerunt Apoſtolici Operis Præſides Ducem virtutum vniuerſarum. Quia religioſarum virtutum præclarum ſpecimen præ ſe ferebat Fr. Ioannes; ideo ducem Stationarium in Apoſtolica Sancti-Damiani Cuſtodia poſitus fuit; vt vniuerſarum Chriſtianarum virtutum ſerendarum Eccleſiaſtico illo in agro, fideli eo in populo Dux, ductor, & Doctor exiſteret, Euangelicum perfectè exercens miniſterium. Habitauit igitur I.

Machab. lib. 1. cap. 13.

Theologicarum facultatum ſingularis profeſſor Fra. Ioannes, deſtinatur huic Miſſioni

Ann. Chriſti 1614.

in

in Gazaris, Gazar, ideſt Præciſio interpretatur, in præciſionibus ſchiſmaticorum Vallicolarum, aduerſus Eccleſiaſticum Regnum rebellantium Draconerienſium, & Accelienſium inhabitauit hoc anno quartodecimo, extra ſexcenteſimum millenum electus, vocatus, & deſtinatus. Opportunus ergo adfuit Fr. Ioannes, ad dandam ſcientiam ſalutis plebi illius, in remiſſionem peccatorum atque ad illuminationem, his qui in tenebris ſedebant, & in vmbra mortis deliteſcebant, ad dirigendos pedes eorum in viam pacis æternę. Venit, praſtò fuit Apoſtolicus, & Euangelicus hic æmulator, & plurimum profuit Ioannis Baptiſtę imitator, prædicans Baptiſmum pœnitentię, & appropinquans Regnum Cœlorum: ſuiſque feruentioribus, frequentioribus, efficacioribuſq; prædicationibus ſatagebat, praua morum in directa rectæ operationis conuertere, & aſpera conuerſationis profanę in vias planas Chriſtianę pietatis commutare; vt videret omnis caro ſalutare Dei noſtri. Nec defuit, veluti fideliſſimus alterius Ioannis, nempè Euangeliſtę alumnus, & Euangelica oracula pro ſuggeſtu publicè proponere, & Prophetica ænigmata exponere, & Canonicas ſcripturas explanare, quibus & fideles charitatis fraternę vinculo colligare ſtudebat, & incredulos altiùs pertonando veritates Catholicas, perterrefaciebat: paruulos autem ſimplices, & rudes haud negligebat, quin pro ſolicitiori Catecheſi inſtruebat, debiles confirmabat, & vacillantes conſolidabat in Fide.

Prædicationibus, & Catechiſmo debiles confirmare, & vacillantes conſolidare ſtudet.

II. Proprię Cuſtodię, ſiue Miſſionis ditionem, ſiue Villas perluſtrando circuibat, & circumeundo Vallicolarum exigentias, & indigentias ſignanter ſpirituales obſeruabat. Offendit igitur inter montanos diuerſos, nonnullos Vicos, ſiuè populationes Præsbytero Rectore carentes, vnde feſtiuis etiam celebrioribus diebus Sacroſanctis myſterijs ieiuni, & Sacrorum famelici tabeſcebant; quamobrem ſolicitus Excubitor, nè ex ſpirituali inedia contingeret graue aliquod detrimentum pati fidelem illam plebuſculam; ipſe velox, & in miniſterio expeditus, profeſtis diebus ad etiam diſtantes alpeſtreſq; Villulas illas aſcendebat, & congregatis incolis illis vt ſatisfaceret ſemel, & iterum in die Sacra faciebat, Sacramenta miniſtrabat, & Panem Verbi porrigebat, neceſſaria ſcilicet Chriſtianę diſciplinę rudimenta tradebat myſticam eis frangendo alimoniam. Clericalem militiam ſibi commendatę Stationis amicabiliter perluſtrans Clericos, & Leuitas Vallicolas ad ſe accedentes perdocendo, admonendo, & inſtruendo de proprij muneris ſolicitiori adminiſtratione; offendit aliquādo Sacerdotes geminos iamdiù præſtandis Leuiticis miniſterijs inhabiles (quia irregulares ex defectu debitæ ætatis) perſeuerare in Sacro Officio, & ſeruitio celebrando, reliquaq; munia Sacerdotalia perficiendo; quamobrem ne in proprię conſcientię damnum, & proximi detrimentum diutiùs cenſuris, ſiue inhabilitatibus irretiti perſeuerarent; prudenter, & diſcretè, efficaciuſq; cum Reuerendiſs. Antiſtite egit; vt abſoluti, & diſpenſati in priſtinum rehabilitati ſuis gradibus reſtituerentur, tacitè, & ſecretè vniuerſa pertractando.

Ann. Chriſti 1614.

Semel & iterū in die ſacra facit, vt populationibus (Rectore Præsbytero carētibus) ſatisfaceret.

Binos Sacerdotes irregulares, abſoluendos & diſpenſandos procurat.

III. Spiritualia quidem bona neceſſariora proximis procurabat; haud verò corporalia ſubſidia indigentibus, & miſeris impendere negligebat. quin verò commeatum Apoſtolicum ſibi dilargitum ex maiori parte aſſeruatum, mendicis egenis, pauperculis, pupillis, ſignanter debilibus, & infirmis ſuccurrendis, & ſubueniendis impertiebat, & largiter pro virili diſtribuebat: illius quoque aliqualem portionem neceſſariori domeſticę prouidendę ſupellectili applicando. Cuilibet perficiendo opificio indiget artifex non ſola arte, ſed etiam artis officina, & operatorijs inſtrumentis: Sacro igitur Oratori, & dogmatico Theologo nō ſufficit ſola ſcientia, pro plenariè ſapientiali ſuo adimplendo miniſterio, ſed ſcientificis quoque, & ſapientialibus voluminibus, & codicibus indiget, vt ſapientum, vel ſapientiorum & placita, & adinuenta, & commenta, & oracula perluſtrans, & perſcrutans abundantiùs, & luculentius dogmata ſacra calleat, proponat, & explicet: Fr. Ioannes igitur licèt perpetuò ſecum in capite doctrinarum promptuarium circumferret; pauperculam tamen Bibliothecam in ſibi aſſignata Miſſione inſtruere curauit. In vigilijs Euangelicis excubans, ſpeculator Seraphicus offendit ex Catholicis irreligioſiores quoſdam, qui à Paſchalibus Sacramentis participandis iamdiù abſtinuerant, & in malitia adeo occallucrant; vt nec blandis ſuaſionibus, nec aſperioribus monitionibus commoti reſipiſcere, & ad Sacram Synaxim regredi conſentirent, & in animum inducerent. Quamobrem zelans Leuita Frat. Ioannes à Sacro Tribunali compulſiuum edictum reſeruum, renitentibus publicè indixit, vnde, & plures reduxit: quemdam verò peruicaciorem, & impudentiorem adhuc reluctantem, cum profeſto die aliquando Eccleſiam ingreſſum, vt veſpertinis ſolemnioribus horis intereſſet, conſpexiſſet; protinus Diuinorum ceſſatione indicta, coram populo obduratum, & audacem hominem (licèt in patria non obſcurum) obmurmurantem, contradicentem, & reſiſtentem ſimul, & confuſum, ac erubeſcentem pepulit è Templo, ille vero publica tandem ignominia perculſus, timore ſaltem impulſus humilior ad Sacra participanda acceſſit, & ſuo exemplo nonnullos

Apoſtolicum Commeatum indigētibus, domeſticę ſupellectili prouidendæ applicat.

Compulſiuo Edicto renitentes ad Sacrā Synaxim reducit.

reliquos

reliquos pertinaciores ad obediendum reduxit. Proſcripti, & Religionarij exules Vallicolę exilij legem floccipendentes, accedendi, & recedendi pro libito vſurpata ſibi impudenter temeraria licentia, per tempora à Vienneni Gallia, vel hæreticis Conuallibus ſuos ad domeſticos reuiſendos, & inuiſendos, ſiue ad dementandos, & deteriùs inficiendos aduentabant Sectarij Caluinicolę: vnde Apoſtolicorum Excubitorum in ſpecula peruigilantium indicio, bini eiecti rebelles paſſim dogmatizantes, in regreſſu à ſatellitio comprehenſi Draconerienſis vnus, Cadralienſis alter in vinculis tenebantur, quorum ſolicitiorem curam Fr. Ioannes exercens, & neceſſariam alimoniam corporalem ſubminiſtrabat, & ſpiritualem animę libertatē procurabat, adhortando, monendo, ſuadendo, docendo, & inſtruendo, vnde tandem factum eſt; vt Sacris Tribunalibus traditi, coram illis deierato Caluino, Catholicorum albo nomina darent.

Gemini exules Religionarij carceribus traditur.

IV.

Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in teſtimonium vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum: Homo igitur Religioſus Seraphicus fuit per Hierarchici Ordinis Sacros Præſules, à Deo ad Oppidum Sancti-Damiani miſſus; vt teſtimonium perhiberet de lumine veritatis Catholicę, quod in ſola Romana Eccleſia reſplendet, à qua cunctæ Catholicę illud mutuantur, vt omnes crederent per illum. Venit ille nouiſſimus, circa extremam horam, nempè anno vltimo exiſtentis huius Cuſtodię quartodecimo poſt milleſimum ſexenteſimum, per quadrimeſtre iterum ſolum laborauit, ſed conſummato in breui opere, expleuit tempora multa: quod enim hactenus vigilijs, ieiunijs, orationibus, precationibus, ſacrificijs, laboribus, ſudoribus: concionando, dogmatizando, diſputando, circuiendo, peragrando, & impenſiùs collaborando prædiſpoſuerant præcedentes Apoſtolici operatores, tandem ipſe cooperando fideliter, & viriliter enitendo conſummauit. Nam ſolicitiori cultura vnam ſuperſtitem pertinacem in hæretica nequitia adhuc perdurantem familiam, intra terminos huius Miſſionis adeò Frat. Ioannes Apoſtolico miniſterio quaſi vomere excoluit; vt dignos pœnitentiæ fructus tandem emiſerit, redeundo ad priſtinam Orthodoxam Fidem. Circa igitur finem tertij luſtri currentis ſæculi decimi ſeptimi, mundatis Sanctis, eiectis profanis, & profanatoribus cunctis, hæreticali abominatione de Dei Templo, & Sacro Altari depulſa, integrè Catholico cultu reſtituto, inſtaurato Eccleſiaſtico ſpirituali Regno, quaſi alter Machabæus Frat. Ioannes à Statione Gazarorum receſſit, aliò aduocatus, vt alibi grauioribus incumberet. Apoſtolici igitur agminis Tribuni, ſiue operis Præfecti, à Sancti-Damiani Cuſtodia vniuerſos expulſos hoſtes conſpicientes Stationem hanc ceſſare, & recenter in Cadralij Oppido ad fauces Granæ Vallis, à tribus iam annis ſtatutam perſeuerare prudenter decreuerūt: quamobrem pauperculam, ſiue Eccleſiaſticam, ſiue domeſticam eleēmoſynario ære comparatam ſupellectilem eò indè transferendam præceperunt, ſicuti & hoc præmdicato anno tranſtulerunt ceſſanteque illa, in hac Cuſtodia Cadralienſi inceſſanter peruigilare, perſeuerauerunt.

Ioann. cap. 1.

Ann. Chriſti 1614.

Superſtitem ſolam familiam ad Orthodoxā Fidē perducit.

Ceſſat hæc Miſſio.

SOLI DEO HONOR ET GLORIA

SEGVSINI APOSTOLATVS RATIOCINIVM SEXTVM

D. O. M.

CHRONOTAXIS.

AB EXORTO CHRISTO REDEMPTORE, MILLE SEXCENTIS, ET DVOBVS ANNIS:

CLEMENTIS VIII. COMMVNIS, ET SPIRITVALIS PATRIS, AC PONTIFICIS ALTERO LVSTRO: CAROLI EMMANVELIS PRIMI ITALICI MARCHIONIS SVGGESTIONE: CAROLI BROLIÆ TAVRINENSIS ARCHIEPISCOPI PETITIONE: DOMINI PAVLI TOLOSÆ APOSTOLICI NVNCII DELEGATIONE: FABIO BLONDO HIEROSOLYMITANO PATRIARCHA, ET SEGVSINO ABBATE ANNVENTE: FR. PHILIPPVS A PANCALERIO AD SEGVSINAM VALLEM, ET CIVITATEM PERVENIENS, CAPVCCINOS MISSIONARIOS IN OPPIDIS MATHICI, ET MEDIANÆ VIGILES APOSTOLICOS CONSTITVIT, PRO LIMINARIBVS SPIRITVALIS ITALICI, ET ECCLESIASTICI REGNI CVSTODIENDIS.

SEGVSINI
RATIOCINII
SYNOPSIS

Præambuli Numeri Quinque.

Primus	Geographicam	Relationem exhibet.
Secundus	Politicam	
Tertius	Hierarchicam	
Quartus	Errorum, & Hæreſis	Originem perhibet.
Quintus	Apoſtolatus, ideſt, Miſſionis	

Calculus Vnicus.

Præcipui Apoſtolici Operarij Frat. Zaccharię Salutienſis Concionatoris per annos 1602, 1603, 1604. & 1612.

S E G V S I Æ
IN APOSTOLATV
CAPVCCINORVM OPERARIORVM
Pro Eccleſiaſtico Regno laborioſi Proceſſus numerantur, & calculantur.

RATIOCINIVM SEXTVM.

Geographicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. I.

PRIOR, potior, amplior, & vberior inter Graias Conualles,
ab vniuerſis proculdubio Chorographis cenſetur, & recenſe-
tur Seguſina Vallis, quæ planum, & facile aſcendentibus
quingentis, immò mille paſſibus, & eo ampliùs lato in ſuo
ſolo iter præbet, per circiter decem & octo Italica millia-
ria. Ipſa copioſis aquarum, & fontium, & fluuiorum, Du-
riæq; ſignanter fęcundis irriguis, necnon fauorabilibus tem-
peſtiuis ſolaribus influxibus, ſimul & benigniſſimo Aſtrorum
aſpectu fęcundata, abundantiam frumenti, vini, olei, & fœni,
cuiuſlibetq; ſelectioris, atq; delicatioris frugis, ſeu fructus ſtatis temporibus pro-
fert. Salubrioris Clymatis temperie dotata. Ad Orientem Taurinenſes Agrum,
& Ciuitatem, ad Occidentem Allobrogos, ad Meridiem Cluſinam, ad Septentrio-
nem Lancæanas reſpicit Valles. Hæc viginti quinque circiter inhabitata Oppi-
dis, ſine nobilium Caſtris, quibus ſi non Epiſcopalis, ſaltem Marchionalis Ciuitas
Seguſia quondam præſidebat: habitatores ſuos non vniuerſos agricolas, paſtores,
operarios, & mercatores, quin & militiæ, & ſcientiarum profeſſores nobiliſſimoſq;
tandem proceres computabat, & adhuc computat. Huius ad ianuas ſtant gemini
montes: Capraſius ad Polarem angulum: Picherianus ad Auſtrum. Vnde con-
tra deſcenſum fluuij aſcendẽdo ad dexteram ſequentes Pagos enumeramus, haud
longè adinuicem diſtantes: Nouaretum, Sellas, Caprias, Condonias, Mochias,
Fraxinerium, Burgonium, Sanctum-Diderium, Bruxolium, Chianuſehum, Buſſo-
letum, Foreſtum, Mompanterium duplex. Ad ſiniſtram verò regredientes, & rur-
ſum progredientes, ſubſequentes prioribus adnumeramus: Cluſam, Vayas, S. An-
tonium, Villarefulcardum, S. Iorium, vel Georgium, Mathias, ſiue Mathicum,
Medianam. Horum in capite, & Vallis vertice ad Alpium angularem baſim reſi-
det nobiliſſima Seguſia, poſt euerſionem ex Ciuitate in Oppidum conuerſa. Hacte-
nus cum vnita vnica Vallis proceſſerit, erigit tandem in capite cornua gemina, bi-
nos namq; receſſus, ſeù acceſſus aperit vel ſuperiores Valles pandit. Ad dexteram
per Ialionum, Venalitium, Noualitium, atque Ferreriam ad Cineſij, Ad lęuam
autem per Grauerias, Chalmontium, Exilias, Solabertum, & Vltium ad Ginepri
montes extremos Italię conterminos peruenitur.

Nobiliſſimæ Seguſinę Vallis deſcriptio

Vallis Oppida recenſentur.

Politicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. II.

HInc eſt, quòd priſci illi præpotentes Seguſiani Marchiones, in Pedemonta-
no agro latiùs licèt dominarentur; Seguſiæ attamen Ciuitatem magnifi-
centiſſimis ſtructuris conſtructam, atq; firmiſſimis propugnaculis inſtru-
ctam, verticali in Vallis ſolo veluti Italicarum valuarum medio in veſtibulo poſi-
tam, illuſtrẽ ordinarię ſuę cõſiſtentię ſedẽ, & Marchionalis proprię Dominationis

folium

Sedes Marchionum extitit Seguſina Ciuitas, ad Sabaudos Prīcipes tranſlata.

ſolium prouidè conſtituerunt. A quibus protoparentum rectis veſtigijs, & ſolertioribus præſcriptis haud declinantes legitimi illorum poſteri, ac ſucceſſores Sabaudi Principes Seguſiam, etſi Frǽderici II. Imperatoris hoſtili furore, ex Ciuitate in Pagum diminutam, bino tamen valido aggere ſemper munire curauerunt, ad dexterum aſcenſum Acropoli firmiſſima, ad ſiniſtrum verò Oppidano Caſtro: Altius interim in Gallicis conterminis Graueriarum poſita, & oppoſita ſtabili munitione.

Hierarchicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. III.

Religionis quoq; atque Chriſtianę pietatis propugnatores Eccleſiaſticorum propugnaculorum expertem hanc Marchiam minimè dereliquerunt; quin à primæuis ſæculis eò aduocatis Religioſis agminibus, Cęnobiticas plures regulares ſtationes, eaſq; celeberrimas ædificauerunt: Primam in Noualicio ad Montis, & Cineſij fluminis radices, & vortices quingentorum (iuxta Baldeſſani, & D. Salutienſis Epiſcopi in ſua Chronologia aſſertionem) Monachorum excubantium prædiuitem Abbatiam. Secundam Apud Vltium, Montem Gineprum verſus S. Laurentij Præpoſituram Regularium Canonicorum inſigniorem Cuſtodiam, cui ſubijciebatur Sanctæ Mariæ Seguſinæ Prioratus. Tertiam intra Seguſiana mœnia nempè Sancti Iuſti Abbatialem Eccleſiam: primò à Sancti Benedicti Monachis, poſtea à Lateranenſibus Regularibus Canonicis inhabitatam. Quartum tandem ad inferiorem Seguſiæ Vallis ſiniſtrum ingreſſum in Picheriano monte inſigne Benedictinorum Cœnobium, in quo copioſiores Orthodoxi Agonothetæ diù decertarunt, fauentibus perpetuò, & impensè fouentibus DD. Taurinenſibus Epiſcopis, ſignanter Cuniperto, & Vuiberto, qui vt in partem Eccleſiaſticæ ſolicitudinis Monaſticos Præſules traherent; partem quoq; ſpiritualis iuriſdictionis in Conualle Seguſina anno 1067. Præpoſitis, & Cęnobiarchis contulerunt, quam hactenus participant ſæculares Sancti Iuſti Abbates quaſdam ſuper Vallis Villas, ſignanter Mathicum, & Medianam in confinijs Cluſoniæ Vallis ſitas. Parochialia munera, & onera in præſenti apud Seguſinos exercent gemini Parochi, nempè Sanctæ Mariæ Maioris Regularis Prior, & Sancti Pauli Rector, quibus in Oppidum à pijs viris aduocati cooperantur Mendicātes Minores Cōuentuales, & Capuccini.

Exculta Catholica Fides à; Iuribus Religioſis, & Paſtoribus.

Ann. Chriſti 1067.

Erroris, ideſt Hæreſis originem perhibet Præambulus.

Num. IV.

HÆc igitur Seguſina Vallis, ſeu Villa ſpiritualibus tot circumuallata munitionibus, ex qua ab initio, & ante plura ſæcula noua Chriſtianæ Fidei lux ad inferiores Subalpinos egreſſa exiſtimatur, progredientibus à Noualicio primoribus Euangelij profeſſoribus: qualiter Hæreticalibus Vualdenſium, Lutheranorum, & Caluiniſtarum erroribus præbuerit ingreſſum, colligendum cenſeo ex prænotatis de Galliæ Viennenſis conterminis vicinis Conuallibus Cæſanæ, Pratilalati, & Petruxiæ. Scilicet quod Lugdunenſi & vrbe, & agro pulſi impuri Vualdenſes, primò Delphinatum, deindè Delphinenſibus circumadiacentes Valles, inter quas Seguſina connumeratur, execrandis impuritatibus commaculauerunt, circiter duodecimi ſæculi finem (ſicuti ex Mem. Hiſtor. D. Lucern. licet conijectari) deturpati igitur Seguſienſes Vualdenſibus maculis, huiuſcemodi in volutabro luti inſorduerunt, vſq; ad ſextidecimi ſæculi initium, quando effrenis Lutherana, & Caluiniana impudentia impunè debacchari exorſa eſt, quam à vicinis Cluſonianis, Petruxinis, & Delphinatibus gratanter exceptam, & ipſi libenter acceptauerunt, non copulatiuè, ſed ſingillatim quibuſdam in Oppidis. Priores autem hæreticæ prauitatis diſſeminatores Seguſino in agro cenſentur gemini Seguſij Oppidani, nempè Iacobus, & Ioannes cum Socijs, qui apud Gallicos Sectarios abominabili epoto veneno, primùm apud alienigenas, poſtremò apud indigenas nequiter illud euomere feſtinauerunt, & propinantes ebibere fecerunt, ſicq; Conterraneos ſuos immaniter infecerunt. Hæretica autem in impietate confirmatos eos extitiſſe arbitramur à Lutheranis, & Caluiniſtis Sectarijs tàm Galliarum Regis, quàm Germani Cęſaris in Caſtris militantibus (vti aliàs) inde nequitia excæcati in infidelitate occalluerunt Medianę ſaltem, & Mathici habitatores (vti ſupplices libelli à Religionarijs Sabaudo Principi per tempora porrecti, & à D. Marc. Aurel. relati conteſtantur) vſq; ad decimi ſeptimi ſæculi primordia.

Lucernenſis Mem. Hiſtor.

Quo tēpore, & quomodo introductæ Hæreſes.

A quibus diſſeminatæ.

L. Mem. Hiſt. cap. 34. & 35.

Ann. Chriſti 1580.

Ann. Chriſti 1603.

Miſsionis exordium perhibet Præambulus.

Num. V.

TVnc enim temporis de Sanctiſſimi mandato, efflagitante Carolo Emmanuele I. Duce, à Reuerendiſs. Taurinenſi Nuncio iam inſtitutis Miſſionibus; atque Apoſtolicorum virorum Ieſuitarum, & Capuccinorum expedita, & celeri acie ad Subalpinas Conualles emiſſa, & deſtinata, D. Taurinenſis Archiepiſcopus Carolus Brolia vigilias Fidei cuſtodiens ſuper gregem ſuum, ne proximarum Vallium ſubdoli deceptores, infernales lupi furtim irrumpentes, oues illas dilaniarent; pro Seguſinæ Vallis deceptis iam, & errantibus quibuſdam populationibus Capuccinorum Apoſtolatum & poſtulauit, & reportauit. Quamobrem Frat. Philippus à Pancalerio Miſſionum tunc Præfectus idoneos nonnullos ſui Ordinis Theologos, & Declamatores ſelectos Reuerendiſs. Nuncio, & Archiepiſcopo annuntiauit, inde Taurino Seguſiam digreſſus, RR. Præpoſitis Sancti Iuſti Seguſiæ, & Parœciarum localium eos præſentauit, à quibus benignè exceptis, obuiiſque vlnis acceptatis, ſtabilem, & certum Apoſtolatum pro Oppidis Medianę, & Mathici conſtituit, atque locauit in agro medio inter Medianam, & Seguſiam, quadam in Villula apud Sancti Conſtantij Sacrum Sacellum conſtituta, anno ſecundo ſupra ſexcenteſimum milleſimum. Conſtituit igitur prudens excubiarum Magiſter Euangelicas excubias, periculoſa magis, ac magis in Statione, nempè ad latera montis Prætogelido, & Cluſonio contermini, ſicque perpetuò inſidiantibus perduellibus Vigiles Pugiles, validoſque Antagoniſtas oppoſuit Fratrem Zachariam Salutienſem, & Iſidorum à Buſca. Huius inſtitutionis ſeriem proferunt litteræ ab eodem Reuerendiſs. Archiepiſcopo Frat. Philippo Taurini 5. Februarij 1602. datæ, & à nobis proprio loco opportunè exhibitæ.

Ann. Chriſti 1601.

Poſtulatur à Miſſio Reuerendiſs. Carolo Brolia Taurinen. Antiſtite.

CALCVLVS VNICVS

PRÆCIPVI

Apoſtolici Operarij Fr. ZACHARIÆ SALVTIENSIS Concionatoris per annos 1602. 1603. & 1612.

I. ET ſæculis memorabilis, & cunctis immeritò venerabilis Pater Frater Zacharias Bouerius Salutienſis Ciuis, Seraphicę Capuccinorum Pedemontanæ Prouincię alumnus, quin Pater, Prouincialis namq; Diffinitoris ſæpè; Generalis verò ſemel, & iterum munere præclarè functus, in Miniſtri Generalis Comitem Conſiliarium, ſiue Conſultorem aliquando aſſumptus fuit. Erat enim Fr. Zacharias vir omnimoda religioſiori compoſitione ornatus, manſuetioris, humillimęque naturæ, ac conuerſationis, parciſſimi ſermonis, abundantioris orationis, ſimul & contemplationis, ſolitarius enim vt in plurimum, perpetuę aut lectioni, aut ſcriptioni, aut meditationi vacabat: breuiori ſomno contentus, arctiori cibo viuebat: vltra namque ex præſcripto debitas, ex deuotione conſuetas Seraphico Patri noſtro Franciſco plures quadrageſimas obſeruabat. Paupertatis amator, & cultor, caſtitatis amantiſſimus zelator, Obedientię addictiſſimus obſeruator: exactioris regularis obſeruantię zelantiſſimus cuſtos iugiter vixit. Perfectionis religioſę ſolicitus æmulator, atq; perfectioris virtutis ſedulus inquiſitor virtuoſioribus actionibus frequentandis perpetuò ſtuduit: ſicuti & ſtudio non vulgari ſemper ſategit ea, quę ſunt Diuini cultus propria, ſolicitè, & accuratè præſtare: præſcriptum Leuitis perſoluendum Diuinum Officium, eo magis Sacroſanctum ferè quotidianum Miſſæ Sacrificium ſpectabili pietate, pia religione, & religioſa maturitate, congrua denique non faſtidioſa, nec accidioſa, ſed feſtina moroſitate celebrabat, ac perficiebat. Sciebat ille, & prudenter callebat deſcriptum ordinatum progreſſum à Spiritu Sancto; *Bonitatem & diſciplinam, & ſcientiam doce me*, quamobrem conſpicabilioris bonitatis, & obſeruantioris diſciplinę præmiſſis crebrioribus exercitationibus, poſtmittere, & ſuperaddere nequaquàm prætermiſit, ſcientiarum, ſignanter Sacrarum opportuna ſtudia, & ſtudioſa exercitia: vtriuſque enim facultatis ſiue poſitiuę, ſiue ſcholaſticę profeſſor ambidexter, ſicut poſterioris huius in Lugdunenſi Prouincia rexit, ac tenuit apud Capuccinos publicam Cathedram, ſic & illius aduerſus infidelitatis totius generis perfidiam, ſiue perfidos eruditiſſima deſcripſit, atque edidit volumina (vti ſuo tempore indicabimus) quibus à doctiſſimis viris præcipuè Eccleſiaſticis, quinimmò ab Eminentiſſ.

Ann. Chriſti 1601.

Pſalm. 118.

Virtutes Fr. Zachariæ recenſentur.

Hierarchici Ordinis Proceribus enoluris, ne dicam peruolutatis, pluſquā volucri celeritate auctoris fama per ora virùm volitare cæpit, & per ſapientum Porticus, Lycea, ſiue Academias peruadens, peruenit tandem ad Summi Hierarchę aures Vrbani nempè VIII. qui ſtudio viri allectus, illum inter tot ſophum Eccleſiaſticorum Myriades vnum elegit, quem Franciſco Barberino Eminentiſſimo Cardinali Legato à Latere ad Chriſtianos Gallum, & Hiſpanum Monarchas deſtinato Theologum peculiarem conſignaret, & adſcriberet. A quo grauiori præclarè perfuncto munere vix regredienti, Capitulum Generale Capuccinorum Religionis noſtrę deſcribendorum Annalium ſuperaddidit, & onus imponere, & opus demandare. Per annos igitur digeſta geſta priſcorum noſtrorum, & perfectiorum Patrum, & ſtrenuiſſimorum, ſiue Agonothetarum, ſiue Agoniſtarum diligenter conquiſita; ſolerter repetta fideliter, ſed eleganter adeò retulit, vt Tullianam eloquentiam adamuſſim redolentia, & ſuauioris facundię ſuauitate iucundiori reſperſa legentes ad vlteriora ſemper allectos prouocent, nec legendi periodum, ſiue terminum adinuenire permittant. Prætermiſit Frat. Zacharias ſtudiosè (licèt laboriosè Annalium geminos, ſiue gemellos Orthodoxę fidelitatis, filios Tomos emiſerit) prolixiorem Subalpini Apoſtolatus tractatum, ex induſtria tractandam completam ſeriem peculiari conficiendo operi reſeruans, ſed in epitomatica, ſiue potius indiciali illa ſua delibatione, & enarratione primiorum & Apoſtolatuum, & Coapoſtolicorum Operariorū ex induſtrioſa humilitate proprium ſuum nomen reticuit, cum tamen inter priores illos emiſſos Concionatores, ac Capuccinos Theologos non vltimo, aut mediocri loco reponendus, nec nouiſſimus laborauerit. Illius igitur nos labores per numeros computandos ſuſcepimus. *Spiritus Domini rapuit Philippum, & pertranſiens Euangelizabat cunctis Ciuitatibus*, quòd Lucas de

Act. cap. 9.

illo vno ex ſeptuaginta Diſcipulis affirmabat, confirmare nos poſſumus de noſtro Fr. Philippo à Pancalerio, qui priori hoc ſæculi ſeptimi decimi luſtro, vniuerſas

Fr. Philippus aſſūptus Comes à Reuerendiſs. Taurinenſi Antiſtite in viſitatione Vallium.

& Salutienſem, & Pinerolienſem, & Seguſinam Marchias à Domini ſpiritu impulſus infatigabiliter peragrauit Euangelizando, & Apoſtolando: obſequebatur quidem in miniſterio, ſed & præſidebat in officio. Nam ſemel, & iterum à Reuerendiſſimo Taurinenſe Valles ſignanter Seguſinam viſitante Archiepiſcopo in famulantem Comitem, & Adminiſtrum viſitationis aſſumptus, bini, ſiue terni illius Vallis Oppidi Caluinicolis Vallicolis reducendis Ipſe cum elaboraſſet, & collaboraturos laborioſos Operarios, qui iugiter reductioni inſiſterent, pernecesſarios animaduertiſſet; priori in perluſtratione annuente præcipuè, & expoſtulante zelote Antiſtite à Prouincialibus Patribus, huius anni in initio pro Capitulari congreſſu congregatis, idoneos miniſtros pro Apoſtolico ſuſcepto miniſterio adminiſtrando, & ipſe poſtulauit. Illi igitur quibus Fr. Zacharię Salutienſis, & ſingularis integritas, & non vulgaris eruditio, ſimul & zelans propugnandę Fidei Catholicę propoſitum regulari diuturna experientia innotuerant, Apoſtolicorum Operariorum albo illum adſcriptum, protinus emittunt: qui obedientialibus ſtimulis actus, velociter Taurinum peruolat, vt ſe ſe coram Reuerendiſſimis Archiepiſcopo, & Nuncio legitimè ſiſteret, qui ritè eum electum, vocatum, & oblatum, Apoſtolatus muneri ordinatum benigniſſimè ad opus dimiſerunt. Quem euntem comitatus Frat. Philippus, Miſſionum Præfectus Reuerendis Eccleſiarum illarum Præpoſitis propoſito tandem Fratri Zacharię Mathiel, & Meanæ, ſeu Caſtelletri Excubias Sacras cuſtodiendas, & cuſtodiam obſeruandam commendauit, & fideli Cuſtodi ea impenſiùs commendata, receſſit. Acceſſit igitur cum ſocio ex-tempore Frater Zacharias ad demandatum & opus præſtandum, & agrum exercendum, & accedentes, ſeu aduenientes ſuo in agreſti domicilio, ſeu rurali domo alendos, & prouidendos excepit, atq; deuotè ſuſcepit quidam Catholicus vir pius, & prudens Bernardinus Seſtorius nuncupatus, apud quem diuertentes Fratres Zacharias, & Marius ſocius Sacerdos toto ſuæ reſidentię tempore ſtabiles perſtiterunt, circiter ſcilicet per annum.

Ann. Christi 1601.

Fr. Zacharias ſuſcipitur à Bernardino Seſtorio viro Catholico.

II. Qualem, ſuo illo In priori ingreſſu ad Euangelicum cultum, nactus extiterit Fr. Zacharias Eccleſiaſtici Regni ſtatum, ex eo liquidò ſufficienter coniectari licebit; quòd hæretica febre laborātes binæ Villulę Mathicum, & Mediana Sectaria peſte phreneticanti Valli Cluſonię proximè adhærent, & cohærent infectæ Cæſanę Conualli. Hæreticantium igitur ſuorum incolentium, ſiue habitantium circiter tertiam partem, & eò amplius enumerabat Mediana, plures familias Includebat Mathicum, diſperſa domicilia continebant confinia, ad quos diutiùs dementandos, ſiue In deſipientia conſeruandos à Pratogelido dementiores per tempora irruebant occultè impoſtores, & faſcinatores, ſiue faſcinationis magiſtri. Contra faſcinum igitur hæreticale, Catholicum antidotum vt miniſtraret legitimus Apoſtolicus miniſter; Coapoſtolicum Adminiſtrum validum, atque præcipuum ſibi quæſiuit, & acquiſiuit Dominum nempè Thomam à Liburno, tunc Canonicorum Regularium Sancti Iuſti Seguſini Præpoſitum, poſtmodum Foſſanenſis Ciuitatis

Coapoſtolicū Miniſtrū, acquirit D. Thomam Præpoſitum S. Iuſti.

dignum

dignum Epiſcopum, virum omni eruditione prædinim, & exuberantioris litteraturæ, non minus quàm probarioris religioſæ vitæ præſtantem, atque conſpicuum. Cui religioſo ſacro fœdere conſociatus, amboque ſimul adinuicem colligati, conuenientes veniebant ad ægrotantia oppida, & ægrotantium ad domicilia perueniebant; vt ægrotos Inuiſendo Deo inuiſas Hæreſes, hominibus deteſtandas ſuaderent, & euidentioribus perſuaſionibus demonſtrarent. Declinabant ab initio pauperculi ſeducti, & deuitabant Orthodoxorum Doctorum occurſum, ſiue incurſum, multò magis conſortium, & colloquium: quòd ſi Inuiti euitare nequirent, nequiter obſurdeſcebant, & voluntariè ſurdaſtri obmuteſcebant, nec ſalutaria verba cordis aure percipere volebant. At Euangelici Curatores non deſtiterunt vltroneos errones interpellare, ſed ſteterunt, perſtiterunt pulſando, excitando, commonefaciendo, adhortando, obſecrando, increpando, & Ducalia tandem iura intimando, ſed Diuina præferenda proferendo: quamobrem tandem illi ceruicem cordis aliquantulum declinare, & duritiam aurium, ſiue mentium deponere, & ſic aliqualiter manſueſcere decreuerunt, & exaudire docentes Impoſterũ ſuſtinuerunt quapropter pijs, ac ſanctioribus dogmatibus dilucidè explicatis, & humaniſſimè porrectis, atque à religioſis præceptoribus propoſitis ſæpè ſæpiùs, tandẽ à miſellis reſipiſcentibus lætanter, & gratanter exceptis, acceptis, & perceptis reſipuerunt vniuerſi vt infra ſequenti numero notatur.

Ambo ad Oppida conueniunt, hæreſim deteſtari ſuadent.

III. Verùm enimuerò contumaces hi Seguſini Vallicolæ Sectarij, ægrè admodum interim ferentes, & vix ſufferre valentes, vel volentes tum Apoſtolicorum Operariorum vrgentiorem præſentiam in proprijs laribus conſiſtentem, tum Sæcularis Princlpatus promulgati edicti, vel de abiurando, vel de abeundo vrgentiam, atque requiſitam expeditè obſeruantiam, hoc eodem anno indictæ legis, & conſtitutę Miſſionis, cũ Concaluinicolis proximis Petruxiæ, Perrerij, & Lucernæ Conuallicolis conſpirantes, & iugum iuſtum ſubire renuentes, ſupplices efformatos geminos libellos Sabaudo Duci Carolo Emmanueli I. porrigunt, quibus impunè hæreticari, publicè conductis Miniſtris predicantibus, & miniſteria ſacrilega exercere palam ſibi licere, expoſtulant: ſed horum temeritate reiecta, & temeraria impudentia repreſſa extitit, Catholicis pij Principis excluſiuis decretis reſponſalibus redditis, menſibus Aprili, & Septembri ſubſequentis anni: ante quorum tamen Ducalium Oraculorum redditionem, dum ſupplicatione exporrecta fauorabiliorem expectarent conceſſionem inducias longiores nequaquam his adhuc reluctãtibus conceſſerunt ſtrenuiſſimi Pugiles tum Dominus Thomas Prępoſitus, tum Fr. Zacharias Excubitor Apoſtolicus, ſed vnuſquiſque in ſua Statione viriliter ſtantes & decertantes, validiùs adeò eos religionario, ſed pacifico, & catechetico pro certamine perurgere perdurauerunt; vt à veritate, & Religionis, ſeu fidelis doctrinę ſanctitate victi, & conuicti manus victoribus promptè, & expeditè ante relatam ſupplicatorum reſolutionem ſpontè, & liberè dederint, nec ad priſtinę parentum ſuorum auorum, proauorumq; credulitatem reuerſionem diutiùs protelare, ſiue ſaltem perendinare ſuſtinuerunt, ſed ex tempore, quem Angelicis Nuncijs, nempè Leuitis inſtructoribus nunciantibus conceperant Fidei ſpiritum parturire, ac parere peroptabant. Cum igitur hoc anno ſecundo poſt ſexcenteſimum millenum ſecundam Vallium ſibi ſubditarum perluſtrationem Reuerendiſſimus Taurinenſis Præſul Carolus Brolia inſtituiſſet; & coadiuuantem ſibi famulantem ſocium Iterum Fratrem Philippum aduocaſſet; peragratis Superioribus Lucernæ, Petruxię, Prarilalati, tandem ad inferiorem, & latiorem Seguſię Vallem peruenit, noni menſis ſub initijs. Ibi igitur cum intellexiſſet; quinimmò proprijs ipſe oculis conſpexiſſet; vberiores recollectos fructus, & reponendos ſacros prouentus abundantiores, vixq; quorundam menſium cultura copioſiorem albeſcentem meſſem admiratus, plurimùm in Domino gauiſus, Operariorum Apoſtolicorum ſtrenuam operationem, & ſolicitiorem Euãgelicam agricolationem ſummoperè collaudauit. Cum igitur vniuerſi iam olim ab Eccleſia rebelles, nunc verò reduces Eccleſiæ Catholicę reconciliari inſtanter poſtularent; pius ſacer, & alacer Paſtor cunctos amicos, & vicinos conuocans in domum ſuam, nempè in Eccleſiam Sancti Iuſti religioſis Sacerdotibus, & Leuitis congregatis exultans dicebat: congratulamini mihi, quia inueni oues meas, que perierant. Ergo ſedens pro Tribunali circumſtantibus, & adſtantibus Clericis, & Laicis, Inſeruientibus ad hoc ſpecialiter Capuccinis Operarijs Reuerendiſſimus Antiſtes omnes illos, & ſingulos perſonaliter à Cenſuris abſolutos, Catholico Cathalogo circa nonas Nouembris reſcripſit, vel conſcripſit, nunquam qui prius adſcripti fuerant, fuerunt autem.

Ann. Christi 1602.

Heretici ſupplices libellos Sabaudo Duci porrigunt.

Strenuiſſimi Pugiles Hereticos validiùs perurgẽt & ad Fidem impellunt.

Inſeruientibus Capuccinis à Reuer. Antiſtite cũcti Catholizantur.

Reduces Reconciliati
Ex Oppidis

Medianę Mathici, & Caſteletti	}	Num. 600. circiter

IV. Diſcedente igitur Reuerendiſſimo Preſule, & ad propria redeunte, receſſerunt pariter & reliqui, ſi qui ante Apoſtolico operi cooperabantur, & remanſit Frater Zacharias ſolus cum ſocio, vt reductos, & ad ouile adductos quondam errantes educeret ad paſcua, & fontes, & ſpiritualiter refectos, & paſtos, confirmatos reduceret, ideſt vt Catholiciſmo reſtitutos, catechiſmum edoceret, rudimenta Orthodoxę Fidei traderet, Chriſtianę pietatis, & religionis myſteria aperiret, & ad exercitia piè excolenda perduceret: quod ſtrenuè, viriliter, & fideliter pręſtitit Apoſtolicus Miniſter, tum concionibus publicis, tum peculiaribus ſermocinationibus Parochialibus illis in Eccleſijs, vel Sacellis declamando frequentiùs, cępit vehemētiùs adeò errores redarguere, Hereſes confutare, Pſeudodoctores refellere; è contra Sacra dogmata, Orthodoxaſq; veritates confirmare, declarare Diuina oracula, faciliùs explicare Sacroſancta Myſteria, & Eccleſiaſticas ceremonias comprobare; vt breui, omni reliquo adhuc nubilo effugato, ſerenum Fidei clariùs, ac lucidiùs cunctis illis eluxerit. Quibus euidentiùs, ac manifeſtiùs adhuc veritas vt prælucerer, conuocatis paruulis, cum ſenioribus rudibus, & ſimplicibus, viris cum mulieribus pro publico ſed familiariori congreſſu ſiue in Templo, ſiue in Sacello communiora, ac neceſſariora Chriſtianę diſciplinę dogmata, ſiue documenta porrigebat, frangebat, & veluti ſpirituale alimentum edentulis præmandebat, vel lac, adhuc ſolidum cibum capere non valentibus, potum illis dabat, & ſic ad rectum ſaluationis tramitem, etiam imbecilliores, infirmiores, & inhabiliores humaniter manuducebat: non verbo ſolùm, ſed & operibus. Euangelicę namq; religioſiorifq; vitæ, ſeu inſignioris ſanctimonię miris exemplis cunctis prælucere ſtudebat, quia ad delictorum emendationem, & morum correctionem ſibi commiſſos prouocare ſatagebat. Indigentibus egenis, ægris, afflictis, tribulationem patientibus compatiebatur, & pro viribus opitulabatur, ſolabatur, accurrebat, occurrebat, & benignè vniuerſis ſuccurrebat, nec ad ſe recurrentes vnquā vacuos dimittebat.

Euangelica prædicatione, oĩs ad viã ſalutis perducere ſtudet.

V. Templorum præterea cultum, Eccleſiarum decus, Eccleſiaſticorum reuerentiam recenſitis in expurgatis Pagis reſtituere pro virili conatus eſt. Sacrorum namque venerationem, Sacramentorum frequentiam, Sanctorum piam inuocationem vehementiùs inculcabat, mandatorum Diuinorum facilem obſeruantiam, operum bonorum neceſſitatem, Oecumenicis Concilijs, ſacriſque Canonibus, ſiue Eccleſiaſticis, & legitimis Iuribus obedientiam, Principatui ſubiectionem commendabat, omni tempore quo inibi commoratus perſtitit, ſed multò magis quadrageſimalibus ſacratioribus diebus, atque exercitationibus, quibus in principio huius tertij anni primi luſtri ſæculi ſeptimi decimi, nouellas has plantationes verno aduentante propitio tempore diligentiùs curare adorſus eſt; arida, marcida, vel ſuperflua reſecando, amputando, diſperſa colligendo, diſſoluta religando, iacentia erigendo, humi proſtrata ſubleuando, cadentia fulciendo, & labentia releuando; quò vineam Domini Sabaoth ſibi demandatam accuratiori agricultura componeret: quod tandem neruis omnibus, & vehementioribus conatibus adnixus Præſulum auctoritate, & diligentia coadiutus, combuſtis vepribus, ſentibus, ac zizanijs purum frumentum in Domini horreum, & defęcatum vinum in Eccleſiæ dolium reponendum præparauit. Præparatorum autem primitias ſolenniùs vt delibarent ſimul & ſemel ſacer, & ſæcularis Principatus; Neophytis his ſexcentis enumeratis, ſufficienter à ſe inſtructis, & edoctis efficaciter perſuaſit; vt celebratis Reſurrectionis Dominicę Paſchalibus triumphis, ipſi Crucis ſub eleuato vexillo Religionis armis, nempè religioſo amictu induti, ſupplices per acies, & turmas regulariter diſtributi proceſſionaliter Taurinum vſque ad Redemptionis humanæ cruenta trophęa in Sacra Sindone explicata, & explicita, proprio celebriori die veneranda deuotè accederent, inde ad Deiparæ Virginis à Diuo Luca efformatum pium ſimulacrum reuerendum in Cretæ Oppido aſſeruatum humiliter procederent. Quod illi ſanioribus ſenioris Patris monitis acquieſcentes, cum alacri animo præſtitiſſent, & Auguſtam Taurinorum primum appuliſſent; Carolus Emmanuel I. aduentantes ſupplices Neophytorum turmas, omni qua potuit, voluit humanitate excipere: priùs enim iuſſit Taurinentes Ciues ſingulos ſingulares aduenas, & Seguſinos peregrinos gratis hoſpitio excipere, quos poſtmodum ſacrum linteum Incarnati Verbi ſanguine non rubricatum, ſed repletum veneraros lautiori, & ſolemniori publico conuiuio, proprio in palatio humaniſſimè excepit, recumbentibus perſonaliter ipſe, ſimul & Principes eius nati, atque Quirites aulici miniſtrabant, benignè pro humaniori allocutione eos colloquentes, & confabulantes: indèque Cretam verſus digreſſuros commendatitijs literis ad ſuos Miniſtros Gubernatores, & Communitates locorum datis, iuſſit peregrinos hos vbique publicis expenſis, & exceptionibus hoſpitari, commodèque ac indemniter conduci, ac ad proprios lares proſperè reduci, ſicuti, & factum eſt adamuſſim.

Ann. Christi 1603.

Diuinũ cultũ reſtituere conatur.

Neophytis ſuadet peregrinationẽ ad Sacram Sindonem, indè ad Deiparam Virginẽ Cretenſem.

Dux Carolus Emmanuel I. Neophytos omni qua potuit humanitate excipit.

Præclatè

VI. Præclarè igitur, & proprio munere, & Apoſtolico onere perfunctus, per annum circiter Frater Zacharias Seraphicus Leuita receſſit, ſed non diſceſſit, quin vegetior perſeuerauit, & ad præſens vſque perſeuerat memoria eius apud Seguſinos Vallicolas: illumq; inibi glorioſos ſuos labores exantlaſſe, & conſtans populorum traditio affirmat, & ſcripta ſeniorum ad nos tranſmiſſa teſtimonia confirmāt, quibus concordant Prouincialia Capitularia regeſta, quæ Fratrem Zachariam cum Fratre Mario hoc anno ad Miſſiones electos, & deſtinatos notant. Quibus quidam connotant cooperatorem Fratrem Iſidorum à Buſca. Huius ſingularis viri, & doctoris eximij ad Apoſtolatum vocationem prudentiorem, atque Diuinæ prouidentiæ calculo præſignatam, licèt conteſtentur egregia illius facinora, breuiori temporis intercapedine perpetrata, congruentiorem nihilominus eam pariter comprobant ſequentes conſiderationes: Cum enim Seguſina Vallis inter Subalpinas Conualles inſignior, longior, & latior, fęcundiorq; ſimul, ac domeſtica magis exiſtat, vnde per eam valde peruiam frequentior, quin perpetuus tranſitus, acceſſus, & receſſus Occiduorū præcipuèq; Gallorum aduentantium militum mercatorum procerum cuiuſlibetue generis itinerantium quaſlibet etiam hæreticales Sectas profitentium exerceatur; ad ſufficientiorem, & fideliorem Italici huius ſiue atrij, ſiue aditus non quilibet ordinarius Excubitor, ſed ſingularis Peruigil conſtituendus fuerat. Iterum & tranſitantes alienigenæ, & aduentantes ab Hæreticis Conuallibus Pſeudoministri aduenæ ferè vniuerſi Gallico vtuntur idiomate, Gallici ergo ſermonis non ignarus, ſed callens Frater Zacharias pertranſeuntium, ſiue ſuperuenientium conditioni perſcrutandæ præfici debuit, quò interrogatio, ac reſponſio vno, eodemq; eloquio conſentientes, aptiùs conſonarent. Et ſi quando opportunitas importuna, vel opportuna exigeret, pro ſuggeſtu etiam, vel publica, aut priuata congreſſione Gallicis vocibus, & accentibus perſonaret, ſicque omni poſcenti ſe, ſuoq; officio congruentiùs ſatisfaceret: ſatisfecit igitur Frater Zacharias, opus perfecit, & communi omnium teſtimonio comprobatus, atque à cunctis deſideratus receſſit.

Ann. Christi 1603.

Apoſtolico onere perfunctus per annum circiter F. Zacharias, inde diſceſſit.

VII. Verùm enimuerò ab eius receſſu, & ab Apoſtolici muneris ceſſatione vix ſecunda elapſa olympiade, ſucceſſit vt Medianæ in Oppido, & populo Neophytorum aduerſus Parochum exoriretur concitata ſeditio, eò quòd Reuerendus Præpoſitus aſperioribus verbis, & factis duriùs agere, & ſe gerere videretur cū tyronibus, quàm cum veteranis Catholicis (quodq; conſiderabiliùs eſt) inclementiùs, quàm Chriſtiana Religio, & profeſſio ſimul, & Paſtoris conditio præſeferrent, ac requirerent. Vnde ex hac exacerbati populi commotione haud mediocre & diſcrimen, & detrimentum Catholicę Religioni illis in liminaribus imminebat: inſtabat enim & recidiuationis, & nouæ defectionis periculū. Quamobrē perurgētis neceſſitatis, & [illegible]gētis grauioris difficultatis admonitus Ordinarius Preſul illorū Oppidorum [illegible]rendiſſimus Abbas Sancti Iuſti Seguſiæ, nempè D. Alexander Scalia Taurinenſis ad hanc tumultuantis plebis ſeditionem ſedandam, & ſcandalum vlterioris lapſus præcauendum ope, & opera Capuccinorum Operariorum ſignanter Fratris Zachariæ Salutienſis vti excogitauit. Poſtulatione igitur coram Prouincialibus Patribus expoſita, placita iſti illius Reuerendiſſimi Præſulis excipientes, iterum Fratrem Zachariam ad Seguſinas populationes inuiſendas, & commotos populos compeſcendos emittunt, aliquandiu inibi operaturum: quippè qui tàm locorum, quàm perſonarum, quin ſingularium conditionum peritia præditus erat, & illius Eccleſiæ ſtatum probè callebat, vnde exorientem morbum faciliùs reſecare valebat. Expeditè igitur Frater Zacharias ſanctæ obedientiæ iugo proprij beneplaciti humillima colla ſubijciens, acceptis à Prælatis delegatis ſibi, ac communicatis congruis facultatibus, poteſtatibus, atq; inſtructionibus, commendatitijs à Reuerendiſſimo Abbate epiſtolis aſſociatus Seguſiam, ideſt Medianam venit. Eòque appulſus, & lętanter à cunctis exceptus, pariter & à partibus acceptatus, veluti communiter gratus pacificè, ac ſuauiter, non minus quàm benignè commotionis ſtatum, originem, & cauſas perſcrutari cępit; diſſidentium animos, & propoſitum explorare: ac prętenſiones intelligere, atque examinare proceſſit: perſpecta, ac examinata accuratiori trutina, & æqua lance ponderare proſecutus eſt: indèque poſtquam diù laboraſſet, & cum diſſidentibus partibus impenſiùs pro reconciliatione egiſſet; exardeſcentibus, & excandeſcentibus animis mitigatis, compoſitis mentibus, cordibus tranquillatis, adęquatis, & coęquatis rationabilibus, irrationabilioribus vero prætenſionibus expunctis, congruentibus, & neceſſarijs quibuſdam confectis ſcriptis, & ab vtraque parte ſubſcriptis conditionibus, à Reuerendiſſimo Abbate ſignatis, atque confirmatis capitulationibus, exorientes noxias, pernicioſaſq; ſimultates de medio penitus abſtulit iuxta mox referendam ad nos tranſmiſſam relationem. *Admodum Reuerendus Pater Zacharias Salutienſis à Reuerendiſſimo Domino Abbate Alexandro Scalia Medianam deſtinatus, quò exorta diſſidia, & diſſidentes tumultus inter Reuerendum Præpoſitum Parochum Oppidi, & Neophytos Catholicos intercedentes, ple-*

Neophytorū concitata ſeditio exoritur aduerſus Parochum.

Ann. Christi 1612.

Ad ſedandam ſeditionem, iterum mittitur Frater Zacharias.

naria, & competenti ad hoc ab eodem Reuerendiſsimo Abbate recepta poteſtate, diligenter prius examinatis, conſideratis ſimul, & excuſsis vtriuſque partis prætenſionibus, propoſitionibus, ac querelis, liquidiùs, & euidentiùs ſeditionis exorta perſpectis, atque cauſis intellectis: ſolicitiori ſtudio, ac accuratiori labore operam dedit; vt compoſitis diſsidijs ſimultatibus, ac odijs ſublatis, ſedatis litibus priſtinæ eos paci, ac Chriſtianæ vnitati reſtitueret. Quamobrem Parochiali in Templo Reuerendo Parocho cum populo conuocatis, & congregatis breuiorem ad eos ſermonem efficaciorem habuit de bono pacis, concordiæ, & fraternæ charitatis, ſignanter verò de neceſsitate vnitatis membrorum cum capite, in myſtico præcipuè, & Eccleſiaſtico corpore, id eſt inter paſtores, & greges, de debito officio Parochi ad Parochianos, & de horum in illum reciproco obſequio adinuicem præſtanda: quibus breuiter, ſed efficaciùs propoſitis, atque expoſitis, validiùs adeò adſtantes partes pulſauit, atque ex-templò excitauit, vt in vltroneos, ac mutuos charitatis amplexus adinuicem ruerent, omniq; penitus iracundia ſeu animi amaritudine ex corde eliminata, atque depoſita, fœdera pacis ex tunc publicè, & firmiter inirent, iniuriarum, atque noxarum omni prorſus obliterata memoria, & dimiſſo debito. Quò verò ſtabiliùs ſubſiſteret fœdus contractum, vtrique parti obſeruanda Pater Zacharias ſcripta quædam à Reuerendiſsimo Abbate ſubſcripta, præſcripta edidit, propoſuit, promulgauit, & conſentientibus, ſimul atque acceptantibus partibus indixit: ſunt autem quæ ſequuntur.

Epitomatica facti relatio.

Ordinationes Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi Abbatis Alexandri Scaliæ auctoritate edita à Parocho, & Mediana Parochianis obſeruanda.

QVoniam ſupremo cooperante Diuino ſubſidio hodie circa finem anni duodecimi, extra ſexcenteſimum milleſimum vniuerſa & differentiarum difficultates, & turbationum nubila, quæ quondam inter recenter Catholizatos fideles, & Pagi Mediana Reuerendum Parochum vigebant generali publica reciproca reconciliatione, atque remiſsione plenaria iniuriarum, ſiue noxarum ſublata fuerunt, quo de nouo contracta vnitas concreſcat, & duret per ſæcula communi omnium bono, & beneficio: expedire viſum fuit Reuerendiſs. D. Abbati Seguſino ſequentes ſanctiones conſentientibus partibus obſeruandas conſtituere.

I. Reuerendus Præpoſitus tenebitur ſine acceptione perſonarum, ita Neotericos, ſicuti antiquos Catholicos veluti Paſtor oues proprias paterno affectu curare, & amplecti, atque perhumaniter tractare indifferenter. Ann. Chriſti 1612.

II. Idem Reuerendus Parochus in Templo præcipuè, & in omni loco abſtinebit ab iniurioſis verbis, minacibus, prouocatorijs iracundis, vel deriſorijs.

III. Vltra conſuetas obuentiones, vel pias elargitiones nihil, etiam debitum exactius, & ſeuerius exiget ab Oppidanis.

Ordinationes præſcriptæ Parocho, & Medianæ Parochianis.

IV. Homines Oppidani, ſiue Parochiani tàm Veterani, quàm Neophyti fideles iuxta debitum Paſtori, & Communi Parenti Domino Præpoſito obedientiam, ac reuerentiam præſtabunt, ſingulis feſtis præcipuè Dominicalibus diebus Parochialis Miſſæ Celebrationi conuenientes, ab opere mechanico abſtinebunt, incumbendo frequentiori Sacramentorum Confeſsionis, atque Euchariſtiæ perceptioni ſecundum præſcripta.

V. Reuerendus Dominus Præpoſitus ſingulis Dominicis Chriſtianæ diſciplinæ rudimenta explicabit, cui excipienda præſtò aderunt Neophyti vniuerſi cum ſuis familiis, vt ſcita neceſſaria Catholica documenta perdiſcant.

VI. Matres, vel Nutrices nondum Trimulos infantes ad Eccleſiam nequaquam ſecum comportabunt. Nullus autem ſiue vir, ſiue mulier cum Sectarijs de Religione diſceptabit, ſed vnuſquiſque ſibi præcauere ſtudebit à Lupis veſpertinis.

VII. Inde caueblunt vniuerſi ne Pſeudominiſtros vel aduentantes domi excipiant, vel diſceptantes, aut ſermocinantes exaudiant, aut ſacrilegis exercitijs interueniant ſub grauioribus pœnis, quas ſubibunt ſcientes, & non reuelantes.

VIII. Tandem animas, Chriſti ſanguine redemptas Reuerendus Parochus maiori, qua poterit charitate, complecti curare, inſtruere ſatager, compatiendo, & ſubueniendo, nunquam tamen ſpernendo, vel contemnendo, aut negligendo. Quibus prolixiori ſerie exaratis, publicatis, lectis, & acceptatis, ſedata tempeſtate, tranquillitate cunctis reſtituta, imprecata populo diuturniori concordia Valedicto, iterum Frater Zacharias ad Clauſtra regrediens receſsit.

VERZOLII APOSTOLATVS RATIOCINIVM SEPTIMVM

D. O. M.

CHRONOTAXIS.

TERTIO ANNO VLTRA SEXCENTVM CVM MILLE POST INCARNATI VERBI NATALEM, IANVARIO MENSE DVRANTE:

CLEMENTE VIII. IN DIVI PETRI ROMANA CATHEDRA RESIDENTE: CAROLO EMMANVELE I. APVD SVBALPINOS REGNANTE: IVVENALI ANCINA AD SALVTIENSEM EPISCOPALEM SEDEM ASSVMPTO, AC INTERPELLANTE: DOMINO PAVLO EPISCOPO BOVINO APOSTOLICO NVNCIO COMMITTENTE: FRAT. PAVLO AQVENSI IANVENSEM CAPVCCINORVM PROVINCIAM MODERANTE: FR. PHILIPPVS, EVANGELICÆ MISSIONIS PRÆPOSITVS CELEBRI IN VERZOLIO PAGO MARCHIONALI CAPVCCINOS STATIONARIOS COLLOCAVIT, IN ECCLESIASTICÆ STRVCTVRÆ, ET INSTAVRATIONIS SVBSIDIVM.

VERZOLII

VERZOLII RATIOCINII SYNOPSIS

Præambuli Numeri Quinque.

Primus	Geographicam	Relationem exhibet.
Secundus	Politicam	
Tertius	Hierarchicam	
Quartus	Errorum, & Hæreſis	Originem perhibet.
Quintus	Apoſtolatus, ideſt, Miſſionis	

Calculus Primus.

Fundatoris Primi Apoſtolici Operarij Fr. Philippi à Pancalerio Concionatoris per annos 1602. 1603.

Calculus Secundus.

Communis

Fratrum Ioſeph à Foſſano, & Silueſtri à Ticino Concionatorum per annos 1604. 1605. 1606.

Calculus Tertius.

Communis

Fratrum Bernardi à Portu-Mauritio primò, deinde Stephani Tendenſis Concionatorum per annos 1607. 1608.

Calculus Quartus.

Fr. Andreæ Scalenghenſis Concionatoris per annos 1609. 1610.

Calculus Quintus.

Communis

Fratrum Columbani à Tridino, & Iſidori à Buſca Concionatorum per annos 1611. 1612.

Calculus Sextus.

Fr. Ignatij à Nicia-Maritima Concionatoris per annos 1613. 1614.

Calculus Septimus.

Fr. Gabrielis Taurinenſis Concionatoris per annos 1615. 1616.

Calculus Octauus.

Fr. Angeli à Cherio Concionatoris per annos 1617. 1618. 1619.

Calculus

Calculus Nonus.

Fr. Angeli à Montecalerio Concionatoris per annos 1620. 1621.

Calculus Decimus.

Fr. Angeli à Taurino Concionatoris per annos 1622. 1623. 1624.

Calculus Vndecimus.

Communis

Fratrum Auguſtini à Sauiliano, Arditij Vercellenſis, & Marci Auilianenſis per annum 1625.

Calculus Duodecimus.

Fr. Ioſeph ab Eporedia Concionatoris per annum 1626.

Calculus Tertiuſdecimus.

Fr. Franciſci à Monteregali Concionatoris per annos 1627. 1628.

Calculus Quartuſdecimus.

Fr. Franciſci Mariæ à Sauiliano Concionatoris per annos 1629. 1630.

Calculus Quintuſdecimus.

Fr. Franciſci à Monteregali Concionatoris per annos 1631. 1632. 1633. 1634.

Calculus Sextuſdecimus.

Fr. Mauritij Ceuenſis Concionatoris per annos 1635. 1636. 1637.

Calculus Decimus ſeptimus.

Fr. Simeonis Taurinenſis Concionatoris per annos 1638. 1639. 1640. 1641.

Appendix:

Fr. Mathiæ à Cabalariomaiore Concionatoris per annos 1640. 1641.

Calculus Decimus octauus.

Fr. Antonij Ceuenſis Concionatoris per annum 1642.

Calculus Decimus nonus.

Fr. Victoris Ripulenſis Concionatoris per annum 1643.

Calculus Vigeſimus.

Fr. Ioannis à Ripalta Concionatoris per annos 1644. 1645.

Calculus Vigeſimus primus.

Communis

Fratrum Simpliciani à Pinerolio, & Angeli à Foſſano Concionatorum per annos 1646. 1647.

Appendix.

Fr. Athanaſij à Montealeo Concionatoris per annos 1648.

Calculus Vigeſimus ſecundus.

Fr. Ioſeph à Summaripa Concionatoris per annos 1649. 1650. 1651.

Calculus Vigeſimus tertius.

Fr. Zachariæ Nicienſis Concionatoris per annum 1652.

Appendix.

Fr. Ioannis à Foſſano Miniſtri Prouincialis.

Calculus Vigeſimus quartus.

Fr. Pauli Taurinenſis Concionatoris per annos 1653. 1654.

Calculus Vigeſimus quintus.

Communis

Fr. Fr. Stephani à Viconouo, Franciſci à Podauerino, & Iacobi à Montereg ali Concionatorum per annos 1654. 1655. 1656. 1657. 1658.



VERZOLII
IN APOSTOLATV
CAPVCCINORVM OPERARIORVM
Pro Eccleſiaſtico Regno laborioſi Proceſſus numerantur, & calculantur.

RATIOCINIVM SEPTIMVM.

Geographicam notitiam exhibet Praambulus.

Num. I.

STERILIA quidem, & aſpera Cottiarum alpium ſubliniora iuga, fœcundiores medij montes, feraciſſimi verò tandem conſpiciuntur inferiores colles in Pedemontanę regionis formoſiorem coronidem à natura diſpoſiti, opportuniſq; in locis diſtributi: inter fœcundiſſimos autem feraciores, atque inter feraciſſimos fœcundiores computantur illi, qui Padi, & Varaytę ſuperiori tractu incluſi Salutienſe peropulentum territorium concludunt. Salutiarum namque Ciuitas, quaſi ſalutis aureæ patria, benigniſſimorum ſyderum clementiori aſpectu, & ſerenioris Cœli, atque purioris aeris & gaudet influxu, & perfruitur temperie: eleuato namque in ſolo cum emineat; orientis, meridiani, & occidentis Solis efficacioribus radijs fœcundatur, vnde peramœniſſimo delicatioribus, ac ſuauioribus, pariter & generoſioribus vinis affluente in vineto compoſita cum reſideat; complanum quoque tum agrum, tum pratum frumento, fœno, vino, & oleo, cuiuſlibetue generis tritico, ſiue frugibus vberrimum poſſidet, & ſicut fontium in collibus; ita fluuiorum in planis abundat, & vireſcit irriguis: copioſiora, ſiue exuberantiora aquarum fluenta per canales, & aquæductus circumcirca vrbis muros artificiosè perducta plurimis tum æris, tum ferri elaborandi, tum conficiendę farinę ſuperpoſitis officinis, ac multiplicatis molendinis deſeruiunt. Hæc quomodo mœnium ſuorum ambitu & eleuatum, & decliue, & complanum ambit patrium ſolum, ita ſpectabilium ædificiorum plurium magnificentiſſimis ſtructuris in eminenti poſitis, eminus gaudet à viatoribus conſpectari. Prominet enim in primis ſuper altiori fœcundorum collium apice Leuitæ Sancti Laurentij perantiqua Baſilica, hinc deſcendendo in humiliori haud minus delitioſo iugo ſuperioris (vt aiunt) Caſtriueteris hoſtilibus incurſionibus ſubuerſi rudera remanent: permanet nihilominus adhuc, vniuerſæq; Ciuitati ſupereminet nouiſſimum erectum à proprijs Marchionibus Caſtellum in habitantium commoditati, atque ſecuritati deſeruire ſatis idoneum. Adſtant Ciuicis mœnijs amœna vinera, & vireta ad Meridiemque ſignanter, vbi elegantiſſimum à Salutienſibus Dynaſtis olim deliciarum palatium conſtructum conſpicitur, in interminabilis viſionis ſpheræ formoſum theatrum: ad Aquilonem ex aduerſo Ciuitatis muros à dextra muniunt tum in colle, tum in agro quàmplures diſperſæ & vinearum, & villularum formoſiores domunculę, ſimul & Beatæ Mariæ de Conſolatione celebres Ædes Sacræ. Stat Orientalis portæ ipſo in exteriori veſtibulo, peramploque Vrbis atrio auguſtiſſimum, & magnificum, nullique huius regionis ſecundum, primarium Templum, nempè Cathedralis Eccleſia, Aſſumptę Cœlorum Imperatrici Sacra, in qua Collegiati Canonici duodecim, ſexque titulari Primicerij Sacerdotes proprio Epiſcopo præſidente. Diuina perſoluunt. Salutiarum Ciuitas ciuium ſuorum & ſufficienti opum affluentia, & ingenij perſpicacia, ſimul & litterarum eminentia, non minus quàm generis nobilitate nobilitari, multiplicatis proceribus ſtudet. Sicut enim & Iuris prudentię, ac Medicinę eximijs profeſſoribus (ne dicam oraculis celebrioribus) itidem, & martialibus quiritibus, torquatiſque equitibus, ac patritijs, multò autem magis Eccleſiaſticis vtriuſque facultatis

Salutienſis Ciuitatis, & ſitus, amœnitas, & opulētia enarrantur.

Ciues gignit litterarũ ſciētia, & martiali prudētia claros.

Theolo-

Theologicæ, & Canonicæ excellentioribus Doctoribus, illuſtrioribus tandem Præſulibus regularibus, & ſæcularibus abundare conſueuit: ſicuti & ciuilia, ac politica prouincialia, pariter & Eccleſiaſtica Diœceſana Iura hic adminiſtrare ſolent & primarius Iuſtitiæ Præfectus, & ſupremus Marchiæ Gubernator, Diœceſanuſq; tandẽ Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Salutiarum Epiſcopus reſidẽtes in vrbe.

Politicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. II.

Verzolienſis Pagi deſcriptio.

ADſtant autem Principi Ciuitati nobiles plures Marchionales Pagi, inter quos ad meridiem poſt Mantæ nobile Caſtrum, fertilitate, & amœnitate præſtans, adeſt in ſeſquimilliari diſtantia peropulentum Verzolij Oppidum: cui in delitioſo collium fœcũdorum receſſu, faciliori in acceſſu ſeu aſcenſu commodiori conſtructo caput in colle Arx ſpectabiliſſima, pectus in decliui Villa protenſior, crura tandem in planitie inferiores plures prædiuites populationes efformant. Inter quas celeberrima vocitata Paſcherium, ipſo communi in itinere ſita, pulchris domiciliorum ædificijs exornatur. Verzolium ſalubrioris aeris temperie, vberiori frugum, & fructuum abundantia, exuberantiori vini, & aquarum ſufficientia perfruitur. Quare habitatores ſuos non otioſos, ſed operoſos, haud ſegnes, quin ſolicitos, ac ſagaciores progignit: qui ſolerti & cultura, & mercatura bona naturæ, artis, ſiue fortunę incrementis cumulare conſueuerunt: humanioris litteraturæ, iuriſque prudentię, ac tabellionatui haud inepti. Clauditur Verzoliense territorium ad Occidens Alpium Veſuli, & Paduſane Vallis conterminis radicibus; ad Oriens verò Varaytæ fluminis vorticibus. A Verzolio iterum ducentis vix emenſis paſſibus, Meridiem verſus ſtat in vineto, atque vberrimo ſatis agro Villula-noua, vnde rurſus millenis, & quingentis commenſuratis greſſibus peraperte comperiuntur Varaytane Vallis & fauces, & fores: ad quorum Auſtralem trans flumen plagam cuſtodiendam in colle prominet prædiues, & celebris Coſtiliolarum Pagus, & agri, & vineti non mediocri feracitate inſignis, cuius in vertice pariter excubat in cuſtodia nobiliſſimum, & amœniſſimum Caſtrum. Cirrà amnem vero Vallis & ingreſſum, & aſcenſum ad Septentrionem obſeruat Alpeaſcum, & quondam diruto, & modo conſtructo ſpectabili Caſtello perceleb̃re, cui & agri, & collium celebris fœcunditas non deficit, vndè ad dexteram progredientes bino milliari, tandem traiecto flumine ad læuam innenitur ſatis amplum Oppidum Venaſchæ mercimonia, lapidicinis, & fabrilibus operibus prædiues. Hic quibuſdam ex montium, & aquarum anfractibus derelicto angulari receſſu peraperta reperitur amœna Vallecula ſuo in ſinu & Caſtrum, & Oppidulum Roſſanæ concludens ad meridiem, hinc ex rubeo ſolo abundans vinum ſuggunt, & de excisis ſilicibus, ac ſaxo duriſſimo ſibi cibos, ideſt calcis abundantiam eruunt incolæ. Haud tamen ij Varaytę Vallis confinijs includuntur. Notandum obſeruo, & obſeruandum adnoto: peramœno illo, ſed breui collium tractu à Salutiarum Ciuitate ad vſque Varaytanæ Vallis interiores fauces, quot Caſtella, ſeu Caſtra, & Oppida, tot ſingulares diſtinctas diſcretas iuriſdictiones Dominationum, Comitatuum, & Marchionatuum illuſtrium familiarum antiquatum, & neotericarum, tam à priſcis, quam à recenſioribus Salutiarum Marchionibus, in ſubſidiarias cuſtodias adhibitas enumerari. Venaſchæ enim, & Alpeaſco, immò vniuerſæ Conualli D.D. Purpurati Marchiones: Roſſanæ antiqui Condomini, ſicuti & Coſtiliolis per partes diuerſi, & ex parte de Crotis Comites: Villulæ nouæ nobiles Saluianenſes Patritij Crauetæ Comites: Verzolio, & Mantæ, nobiliſſimi de Salutijs Comites, & magnates prædominantur. Quondam (vt permanentia rudera teſtantur) Varaytæ Vallaribus ianuis munitę Venaſchæ, & Alpeaſchi Arcés præſidebant: nunc illis ſubuerſis, quæ ſuperſunt, pacis potius delicijs, quàm bellicis exercitijs inſeruiunt. Inſurgit autem & in colle feraci, & inter amœnos colles magnificentiſſimum Verzolienſe Caſtellum, quod & Floræ, & Pomonæ, ſicuti Baccho, & Marti congrua præſtare valet obſequia. Ideo in eo præcipuus ex Mantæ Dominis, ſingularis Verzolij Comes conſuetum ſuum ſtatuit domicilium, vt dominatum exerceat, & iura diſtribuat in his, quæ ſuæ ſæcularis computantur ditionis.

Salutienſi Ciuitati adiacent plura Oppida.

Verzolienſe Caſtrum ditioni præcipui Domini ſubiacet.

Hierarchi-

Hierarchicam notitiam exhibet praambulus.

Num. III.

NAm ſpiritualia à Salutienſi Epiſcopali Curia vniuerſa diriguntur. A prioribus, & elapſis Chriſtianis ſæculis Salutienſem Eccleſiam colebant Canonici Regulares, ſicuti penıetuſtę S S Euſebij, & Laurentij Præpoſiturarum adhuc exiſtentium memorię atteſtantur. Ab his ad ſæculares Sacerdotes deuoluta adminiſtratio Decani Primicerij præſidentię Collegiata ſubiacebat, donec Decanatu in Epiſcopatum euecto, & erecto Paſtorali ſolicitudine, atq; vigilantia Marchionales Eccleſiæ excoli cæperunt, ſicut & hactenus perſeuerauerunt. Ciuitas ipſa diuerſis olim, modò geminis Parochialibus Rectoribus adminiſtratur, nempè Cathedralis Archipresbytero, & Sancti Bernardi, ſeu Martini Parocho Franciſcano. Ciuium namque peruetuſta pietas pro egenis ſubueniendis Noſocomium diues vnum, ſupra Diſciplinatorum quadruplicia oratoria, & Monialium Ciſterciènſium, & Clariſſarum terna Monaſteria, ſena mendicantium Cœnobia intra ſuos lares adduxit, Minorum Sancti Franciſci tria, ſcilicet Conuentualium, Obſeruantium, ac Capuccinorum; Eremitanorum Sancti Auguſtini duo, Congregationis Lombardiæ vnum, Diſcalceatorum alterum: Ordinis Prædicatorum Sancti Dominici vnicum, ſed magnificum, & honorificum: in eo namque Sanctę Inquiſitionis aduerſus hæreticā prauitatem & Officium reſidet, & Tribunal ſedet, haud mediocri cum Catholicę Fidei emolumento, & perfidię decremento. Huius Dominicanę Familię Conuētus primordia in Salutienſi Ciuitate ſuſcitare exorſus eſt prius quidam incola profeſſione Medicus, Verzolio patria oriundus, vnde religioſis his operatoribus ab illius Oppidi communi ærario annui cenſus perpetui perſoluuntur. Verzolij iterum in agro ad vicum, vel potius vicos Faliceti, haud vulgare D. Præcurſoris Baptiſtę Templum inuiſitur, quod modo ſub opulentioris Commendę nuncupatione à ſæcularibus Clericis Commendatarijs poſſidetur, cum olim prædiues religioſorum ad Eccleſiaſticam culturam deſtinatorum Prioratus extiterit. Verzolienſium numeroſa plebs, copioſas per diſcretas populationes diſtributa, vnico Parocho, Præpoſiti nomenclatura inſignito, regitur: Parochialibus Sacris Ædibus S S. Philippo, & Iacobo Coapoſtolis dicatis, in capite, & pio Sanctæ Mariæ de Scala dicto Sacello in cauda, prolixioris Verzolini Pagi exiſtentibus tamquam ad cuſtodiam.

Regulares Canonici ſpiritualem Dominationem poſſederunt, poſtea ſæculares, tandem Epiſcopus.

Erroris, ideſt Hæreſis originem perbibet Præambulus.

Num. IV.

QVonam verò pacto Verzolium, haud vulgare Marchię Oppidum, præforibus ipſius Salutienſis Ciuitatis conſtitutum, coram ipſis tam ſæcularis, quàm ſpiritualis Sanctæ Inquiſitionis Curiæ Magiſtratibus, in proprij Præſulis, & excubantis Vigilis oculis Sectaria labe infici, ſeu Caluiniſticam lepram contrahere quiuerit; nequaquam aliam efficientem, originariamq; cauſam aſſignare valemus, aut debemus; quàm armorum violentiam, & armatorum inſolentiam, quæ effræni libidini nouos errores concipienti, & parturienti obſtetricare conſueuerunt. Cum igitur Subalpinis his in regionibus, circà ſeptimum ſexti decimi ſæculi luſtrum, exorta diſſidia inter Carolum V. Teuthonicum Imperatorem, & Franciſcum I. Francorum Regem à Lutheriſticis, & Caluiniſticis turmis plurimùm exagitata, plures per olympiades perſeuerauerint, ita vt vix ſub Henrico II. Galliarum, & Philippo itidem II. Hiſpaniarum Regibus, circà dimidium huius ſæculi finem acceperint: Quando exorientes ſeditiones, & coniurationes non in Tranſalpinis modò rebellantibus Sectarijs contra Regem, ſed & in Ciſalpinis his Gallijs vigebant excitāte, & fouente Rogerio Bellagardo Carmanioliæ, & Reuelli Cuſtode (ſicut apud D. Marc. Aurel legimus) aduerſus & Ludouicum Ducem de Niuernio citrà montes vices regias agentem, & Carolum Biragum Salutienſis Marchiæ Gubernatorem pro Chriſtianiſſimo Rege, varijs ſub titulis ſimultates gerente, quas validiùs vt exerceret ab Aldigherio Delphinatus Schiſmatico vſurpatore ſuppetias quæſiuit, cui ille auxiliares copias, Sectario milite conflatas, libenter ſubminiſtrauit, quæ ducente Pſeudominiſtro nefario ſicario Franciſco Garrino ſuperuenientes pulſis & locumtenente, & adminiſtratore regijs, Marchionatum vniuerſum occuparunt, & ad Bellagardi obſequium redigerunt: tunc Religionarij contrà legitimam Religionem opportunitatem nacti, debacchari

Ann. Chriſti 1535.

Hæreſis origo à bellico furore.

Lucernenſis mem. hiſtor. cap. 22.

multiplicauerunt. Quibus vix compoſitis Carolus Emmanuel I. Sabaudię nouus Dux antiqua ſua iura ſuper Salutienſem Marchiam repetens, breui eam armis in propriam ditionem recepit, anno octuageſimo octauo ſupra millenum, & quingenteſimum: vnde nonnullis vix elapſis annis Dominus de Aldigheria, tota ferè hæretica constructa acie, iterum in Pedemõtium gemina bella religioni, & regioni illaturus aduenit, dupliciter hoſtis dominationis ſpiritualis, & temporalis. Quare nulli mirum ſi tot bellorum furentibus vehementioribus turbinibus, Orthodoxæ veritatis clarum obnubilatum delituit in Marchionalibus, & Pedemontanis his liminibus. Nam graſſante ſacrilego, & Sectario Marte non Aſtrça, ideſt Iuſtitia ſola, ſed & Veſta, nempè Religio imas terras deſerentes aſtra petierunt. Verzolium igitur, adiacentiaque Oppida & Alpeaſcum, & Coſtiliolas præualente bellorum malitia, pluſquàm militia, contra fas hæreticum nefas acceptarunt; & coram vtriuſque Iuſtitię Tribunalibus non iniuſtitiam modò, ſed & impietatem profiteri præſumpſerunt, perduellium patrocinante temeritate, & potentia. Dominus Prior Lucernenſis hæreticam prauitatem, memoratis illis in Pagis, à duobus bis Apoſtatis nebulonibus Ludouico, & Iaffreddo diſſeminatam autumat, quam à Caluiniſtico impio Agonotheta Franciſco Garrino, ex Marchia oriundo, in Marchionatu adauctam, & multiplicatam aſſerit. Hanc vt foueret; à damnata Synodo Pratigulielmi (vti ſæpe ſæpiùs recenſuimus) deſtinatum Pſeudopaſtorem Religionarium impoſtorem Verzolium, Alpeaſcum, Coſtiliolas emiſſum ventitaſſe Secundum Maternum commemorat. Ille execrandum Babylonis calicem abominationibus plenum importunè adeo eis propinare ſtuduit; vt plures illis in Villis grauiter faſcinati, ab Eccleſiaſtico Regno defecerint, & Verzolij ſexaginta, & eò plures familiæ Caluino nomen dederint: ita vt conuenientes cum accolis per ſeductorem Franciſcum Galletum coram Galliarum Rege publicè nefaria exercitia profiteri tentauerint, ſed eorum reiecta impudentia, temeritas tamen non perſtitit; quin ea furtim, & occultè frequentare non perſeuerauerint.

Ann. Chriſti 1588.

Lucernenſis mem. hiſtor. cap. 18.

A quibus ſingulariter diſſeminat Caluiniſmus in Verzolio.

Miſsionis exordium perhibet Præambulus.

Num. V.

HVnc igitur Marchionenſem agrum impiorum dogmatum ſentibus, tribuliſque occupatum, denuò vt excolerent, & perpurgarent; numquam non accelerauerunt legitimi Paſtores Salutiarum Antiſtites: quorum nutu, & poſtulatione (iuxta à Dño. Lucernenſe relata) ad Salutienſem Diœceſim ſeni aduenientes Patres Societatis Ieſu, bini Verzolio perſtiterunt, quò pererrantem Verzolienſem populum ad ſanam frugem reuocarent, & viciniarum habitatores ad veram Eccleſiam conuocarent. Quibus ſucceſſiuè per tempora (vt temporum patiebatur conditio) emiſſos varios adfuiſſe operarios exiſtimandũ cenſeo, donec vniuerſæ Salutienſi Marchiæ per commutationem in pacificum ſuum Dominium acquiſitę Sabaudus Princeps tranquillum Eccleſiæ ſtatum reſtituere excogitauit, quamobrem anno nonageſimo ſexto ſupra quingenteſimum milleſimũ inſtituendas Miſſiones in ſuis Marchijs à Romana Curia obtinuit, per Ieſuitas adminiſtrandas, & Capuccinos. Hi igitur mobilem, & expeditum Apoſtolatum cum prioribus illis temporibus exercerent; ad Salutienſem Marchiam adſciti ſequenti anno appulerunt, velutique celeres turmæ regionem vniuerſam peragrantes, Verzolium peruenerunt, decimi ſeptimi ſæculi ipſis in exordijs: tuncque Apoſtolici muneris propria munia præſtare occeptarunt aliquot per annos. Inde vt citatus D. Lucernenſis ſcribit: *Anno tertio vltra ſexcenteſimum millenum aliam Stationem, & Miſsionem firmauerunt PP. Capuccini in loco Verzolij, quod licèt haud longè diſtet ab vrbe Salutiarum, perpetuò Catholica nihilominus Oppidum illud eò magis hæreticali perfidia laborabat.* Poſtulante ergo, recenter electo in Epiſcopum Salutienſem, Dño Iuuenali Ancina Foſſanenſi Ciue coram Reuerendiſſ. Taurineſi Nuncio, libenter annuente, & mandante, Fr. Philippus à Pancalerio Miſſionum Præfectus mobilem aliquandiu inibi exercitum, fixum, firmum in Apoſtolatum commutauit, atque conſtabiliuit Verzolij in peropulento Oppido iuxta Diſciplinatorũ B. Virginis de Confalone Oratorium ſtatuto domicilio, præindicato anno. Opportunus equidem Eccleſiaſticę Cuſtodiæ locus, quippe qui prope Ciuitatem Metropolim ad Iudicum aures, ob oculos Præſulum conſtitutus, ſubſiſtat inter Paduſanam, & Varaytanam Conualles, huius à faucibus haud longè diſtans, quapropter reſidentes inibi Apoſtolici operarij & Paduſanis occurrere, & Varaytę conterminis ſuccurrere valerent, Villulæ-nouę, Coſtiliolarum, Alpeaſchi, Venaſchæ, interiacentiumq; Villarum curam gerentes.

D. Lucernẽſ. mem. hiſtor. cap. 41.

Ann. Chriſti 1596.

Ieſuitę, & Capuccini mittuntur.

Lucernenſis mem. hiſtor. cap. 35.

Ann. Chriſti 1600. 1603.

Capuccini ſtabilem Miſſionem firmant.

CALCVLVS PRIMVS FVNDATORIS,

Et primi Apoſtolici Operarij Fr. PHILIPPI à PANCALERIO Concionatoris per annos 1602. 1603.

I. SIcuti potior ille Philippus, Ieſu Chriſti diſcipulus vix inter priores illos, &
primarios Apoſtolos ad Apoſtolatum à Domino vocatus reſponderat; cum
& ipſe ex-templò Apoſtolicum munus exercere feſtinans, Nathanaelem ad
condiſcipulatum aduocauerat; (iuxta Euangelicum Diui Ioannis veridicum teſti- Ioan. cap. 1.
moniũ)ita & poſterior(atq; & merito,& munere inferior)iſte Fr Philippus noſter
Capuccinus inter priores &primarios Apoſtolicos Operarios,& ipſe ad Apoſtolicũ
onus vocatus, hoc verò anno vix ad Capuccinorum Apoſtolatuum Præfecturam
extitit vnus ipſe inter tot alios ſubrogatus; cum protinus ad quatuor ventos egre-
diens, mucrone hæreticali ſuper interfectos vniuerſos ſpiritum vitæ inſufflare con-
tendit. Cum enim triplicem iam ſtatutam Cuſtodiam binis ſolis Cuſtodibus curan- Fr. Philippus
dam commiſiſſent, nempè Draconerij, Accelij, & Sancti-Damiani Fratribus Phi- Apoſt licus
lippo, & Bernardo Miſſiones demandaſſent; demandatis quidem non defuit (vti præcurſor &
ſuo loco conſtabit) ſed & ſolum commendatis ſolicitè adeſſe voluit, quamobrem Fundator.
Draconerio progrediens ad Occidens quidem Macrenſem rotam Vallem,ad Meri-
diem Granenſem Conuallem, ad Oriens Cadralienſe complanum, ad Aquilonẽ
denique Verzolienſem agrum peragrare, & percurrere Euangelicè miniſtrando
nunquam ceſſauit, vſquequò, poſtquàm plurimùm opis, & operis Apoſtolici Ver-
zolienſibus præſtitiſſet; Apoſtolatus tandem fixam, firmam, ac ſtabilem reſiden
tiã, ſiue conſiſtentiam Verzolij in Oppido ſtatuit, in priori hac olympiade ſeptimi
decimi ſęculi:ipſe ſolus,& vnus Pręcurſoris,& Fũdatoris munere pręclarè fungens,
Ann. Christi 1602. non ponderoſiori onere preſſus, vel remoratus, ſed vegetiori ſpiritu, ardentioriq;
zelo ductus Eccleſiaſtici Regni prouentus, ac profectus velociùs vt promoueret. Apoc. cap. 4.
Et quatuor animalia plena oculis ante & retro vidit Ioannes Apoſtolus Nouus
Argus, ſed verus, myſticus non efictus, Propheticus, nec Poeticus; ſignat enim
quid muneris Hierarchici, quid pariter oneris Apoſtolici: Circumundique enim
aperire oculos plures conuenit Vigili Sacro, vt circumquaque circumſtantia irru-
entia, vel imminentia aduertat diſcrimina. Frater Philippus igitur Apoſtolico
operi Præfectus, Vigilaci accuratiori oculo, ac intuitu circumcirca Eccleſiaſtici
Regni ingruentia futura pericula proſpectans, animaduertit, Verzolij Oppidum
Apoſtolicę Stationi, & Miſſionalibus excubijs valdè opportunum; Primo quia
ipſis in liminibus,quin ipſius prę foribus Salutienſis Ciuitatis poſitum propiùs cohę-
ret, ex cohęrentis igitur peſtifera hęretica lue infirmantis infectione,corruptionis
periculum ex vicinia proximioribus probabiliter imminet. Secundò ad fauces
ferè Varaytę Vallis, quą Trãſalpini Viennenſes ad Ciſalpinos Pedemontanos Gal-
los aduentant, ſitum iacet Verzolienſe Oppidum: Inibi igitur quaſi cuſtodiale
propugnaculum inferiùs, pro furtim tranſgreſſis primam, vel ſecundam, Cu- Stabilita fuit
ſtodiam perſcrutandis, & de profeſſione Fidei examinandis alienigenis con- Verzolienſis
ſtabiliri debuit. Tertiò ad inferiores, magiſq; domeſticas alpium radices compla- Miſſio cur?
no in agro ſtat, Vineto ameniſſimo inhæret, vnde & inferioris Pedemontij, quaſi
conterminantibus ſupereminet ciuitatibus Catholicis Sauiliano, & Foſſano ipſo
in Subalpinæ regionis centro,tamquam in corde conſiſtentibus:expedit autem quã
maximè, vt ab hæreticali læſione illæſum coaſſeruetur: quapropter circumpoſi-
ta præſeruantia alexipharmaca nunquam ſuperfluunt. Cum igitur Capuccinorum
Apoſtolicæ expeditæ auxiliares copiæ circumquaque per Salutienſem Marchiam
percurrerent; vt Eccleſiaſtico Regno nutanti accurrerent; vigilantiſſimus ſpecula-
tor Iuuenalis Ancina, tunc Epiſcopus Salutienſis Verzolio eos perſtare, & firmi-
ter ſtantes retinere voluit: cui obſequens,& obtemperans Frater Philippus perſpe-
ctis, quæ ſupra indicauimus, perſpiciendis, & conſideratis conſiderandis, primus
ipſe Præcurſor, operator, & Fundator hac in ſtabilienda Miſſione elaborare vo-
luit, & valuit.

II. Vbi primùm prioribus illis in enaſcentis Chriſtianę Eccleſię ſæculis idolatra in-
fidelitate penitus deteſtata, & eliminata intra propria limina Chriſtianam Fidem
adducere, & iugiter profiteri Verzolienſes decreuiſſent, & præſtitiſſent; gemina
Apoſtolica lumina, ſiue præclariora luminaria, quorum & lumine dirigerentur,

& tegmine, vel vmbra tutarentur; ſelegiſſe probabile cenſeo, nempè Diuos Philippum, & Iacobum Ieſu Chriſti Apoſtolos, & Martyres celeberrimos, quippè quibus in hodiernum diem ingens Parochiale Verzolienſium Templum exædificatum, atque cõſecratum perſeuerat, & perſeueranti ſacro cultu profeſtus illorum dies Kalendis Maij frequentiori Oppidanorum concurſu, apud Verzolienſes ſolemniùs agatur. Anteceſſit igitur in gemino Tutelari ſydere, & altero nomine congeminati omen beneficij: Iuuenalis namque proprius Epiſcopus, verè Epiſcopali, quo præditus erat officio, Apoſtolus, & Apoſtolorum ſucceſſor in dignitate pariter, & integerrimæ vitæ Sanctitate: Frater iterum Philippus, minimus Apoſtolorum alumnus, apoſtolicæ vitæ profeſſor, & æmulator, Apoſtolici operis Pręfectus, & patrator, Apoſtolicę nomenclaturæ imitator: ſimul in vnicum, & vniforme propoſitum conuenientes, auitam, antiquamq; Catholicam Fidem, ſub ductamine, & tutamine copulato, & communi Sanctorum Apoſtolorum Philippi, atq; Iacobi priùs à Verzolienſi Eccleſia acceptatam, inde à quibuſdam deſertoribus ex parte labefactatam, integram, & completam reſtituere, pro virili enixi fuerunt, & copulato conamine, ſibi inuicem pro ſuo modulo analogico cooperãtes, quoad valuerunt, collaborauerunt: ille veluti Supremus Paſtor, & Præſul Dięceſanus ſolicitudine, præſidentia, auctoritate, poteſtate, & frequentiori aſſiſtentia: iſte veluti infimus famulus, & adſcititius Operator obſequendo, inſeruiendo, ſerendo, excolendo, expurgando, euellendo, & plantando. Nec fruſtatoria, ſeu inutilis, aut infructifera euaſit geminorum horum operariorum Verzolienſis agri ſpiritualis cultura; nam vberes deinde fructus ager excultus attulit, nec primitias ſolas protulit, ſed annuos per tempora prouentus parere, ac præſtare vſquequaque perdurauit, vti mox ſucceſſiuè. Verzolium verſum, ideſt euerſum, vel ſubuerſum ſolum, ſiue potius ſolium, nempè Eccleſiaſtici regiminis tunc dici poterat (iuxta ad nos fidelia tranſmiſſa monita) Sectarijs namque profanis nouitatibus deprauati, atque hæreticalibus ſacrilegis dogmatibus faſcinati, plures & ex proceribus Verzolienſibus tum Tẽplorum profanationibus, tum Sacrorum violationi ſacrilegi inhiabant: Eccleſiarum igitur venerationem primò auferre cęperunt, vnde Ædes Sacræ non modo vacabant; ſed ſqualebant, & catabulorum immunditiam redolebant: Æditui Sacri, ſiue Sacerdotes contemptui potiùs, quàm reuerentiæ habebantur: Sacra miniſteria feriabant, & ſuperfluebant, quia miniſtranda Sacramenta pauculi vix requirebant: celebrationes Sacrorum ſilebant, ſi non in totum ceſſatione indicta, ex maiori parte paucioribus, vel nullis interuenientibus condicta: ex condicto enim ſeducti potentiores Diuinum Catholicum cultum è ſuis laribus exulandum & curabant, & ſperabant, præſtolantes ad hoc validiores à Gallis, ſiue Caluinicolis accolis expeditiores ſuppetias, ſed ierunt inficias his præſumentibus tàm Eccleſiaſtici Præſules, quàm Sabaudi Duces hoſtiles nequitias à proprijs finibus repellentes, & Seraphicis religioſis limitaneis militibus has Cuſtodias peragrãtibus præmunientes. Preſidens igitur Frater Philippus Leuiticis agminibus cuſtodiales plagas dum percurrit, non vltimo loco Verzolium appulit, vtq; ibi recenſitum miſerrimum Eccleſiæ ſtatum animaduertit; os lampadis aperire, & ſplendorem Verbi pariter ac Diuinæ charitatis ardorem diffundere incipit: nec tamen oleum miſerationis, beneficentię, & pietatis effundere veritus eſt, vel inſufficientiam timens, ſeu cauens communicare retinuit aut à participatione abſtinuit: quinimmò Euangelico ſermone, Apoſtolica ſermocinatione, orthodoxo dogmate, Canonicisq; ſcripturarum oraculis: religioſa conuerſatione, ac mirificis exemplis, loquendo, & conticendo, declamando, & contemplando: coarguendo, & reſpondendo: docendo & orando dementatos à pręſtigiatoribus Schiſmaticis homines ſanę menti reſtituere laborabat: ſemel & centies, vel pertranſiens, vel ex ſtatuto perueniens, ſtans, & vadens reſilientem à priſtina Fide gentem, & per deuia pererrantem reuocare, & per peruium veritatis tramitem ad reſipiſcentiam deducere ſatagebat.

Iuuenalis, & Philippus auitam antiquam Fidem reſtituere enituntur.

Ann. Chriſti 1601.

Spiritualis animarũ ſtatus deplorandus.

Concionãdo, & arguendo dementatos ſanæ menti reſtituere laborat.

III. Ventitans igitur ſæpiſſimè Apoſtolicus curſor, & Draconerio Verzolium aduẽtans Eccleſiaſticis, & Diuinis Iuribus pro ſuggeſtu frequentiori concionatione indictis, atque vehementioribus, ſimul atque efficacioribus ſuaſionibus Verzolienſibus incolis, & accolis ad priſtinam Eccleſiaſtico Regno ſubiectionem, pariter & obedientiam debitam præſtandam interpellatis: vbi quoad libuit, & valuit ſuauioribus religioſis cohortationibus, ſeu admonitionibus vſus, rationabiliores nonnullos ſolos reſipiſcere animaduertit; Iuſta, atque æqua in peruicaciores rebelles animaduerſione vt procederet, nouumq; ſpurium, à nouatoribus impoſtoribus adulterino commercio progenitum, hæreticum hominem ſalutifero vulnere vt ſalubriter trucidaret; exemit machęram, à Sęculari ſcilicet Principatu latam ſanctiſſimam legem, aduerſus profanas hęreticas nouitates impudentiùs profitentes, publicis pro roſtris fulminare, & pertonare curat, & velociùs currit; vt pro exactiori promulgati edicti, & expeditiori executione ad Excellentiſs. Manrę Dominum,

Vices Ducales apud Marchionales gerentem recurrat, inſiſtit ipſe zelans Sacerdos aſſiſtit ille vigilans Adminiſter, vnde pertinaciùs olim in nequitia perſiſtentes,iam æquirati, & omnimodæ iuſtitiæ, vel veritati obſiſtere, aut reſiſtere non valentes, pauculi quidam luxuriantis concupiſcentię effręniores dilectores ad meretriciam Babylonem refugerunt: plures verò, immò fere vniuerſi coram delegato Iudice, Fratr Philippo canonicè deieratis erroribus, Catholicę Eccleſiæ ſponte, & liberè ſua nomina publicè dederunt, tàm ex Verzolienſi, quàm ex adiacentibus Pagis Coſtiliolis, Alpeaſco, Venaſca, & Villula-noua: qui ſingillatim manuſcripto in regeſto recenſiti, à nobis collectiuè deſcripti numerantur.

Ann. Chriſti 1602.

Verzolienſes ferè vniuerſi Eccleſiæ reconciliantur.

A Verzolio reduces, ſaltem vnitati fidelium reſtituti	num.	230.
A Coſtiliolis	num.	27.
Ab Alpeaſco	num.	34.
A Venaſca	num.	7.
A Villula noua	num.	4.

Inter quos, inſigniores plures ex Optimatibus Pagorum, & honeſtioribus familijs connumerantur viri ac mulieres, qui hoc anno ſecundo ſæculi decimi ſeptimi Septembri, atque Octobri menſibus, vigente,& excurrente mobili adhuc Capuccinorum Apoſtolatu, reſipuerunt.

IV. Occurrit modo hic nobis (licèt ad vrgentiora currentibus) exigua quędam auferenda perplexitas: Dominus namq; Marc. Aurel. mem. hiſt. cap. 33. ad annum 1603. ſcribit: *Alteram hoc anno reſidentiam & Miſſionum firmauerunt Patres Capuccini in loco Verzolij*. Teſtimoniales verò litterę trium eiuſdem loci ſeniorum authenticis comprobationibus conſcriptæ aſſerunt Apoſtolari cępiſſe Capuccinos Oratores proprio in Oppido, antecedenti nempè nobis pręſenti anno 1602. quæ contrariantia primo aſpectu Fide dignorum aſſerta, diligentius examinata conuenire, & conteſtati ſic inueniuntur: Quia Capuccini ſcilicet Frater Philippus Apoſtolari quidem cępit, & Catholizare anno ſecundo, ſed Apoſtolatus Sedem in Verzolij Pago non acquiſiuit, ſeu ſtatuit niſi anno ſequenti, ſcilicet tertio vltra ſexcenteſimum millenum. Fælicioribus igitur auſpicijs ſatam, hoc altero anno prioris olympiadis recenſiti ſæculi, orthodoxæ Fidei myſticam meſſem in Marchionenſi prædiuite agro, vt exuberantiùs creſcere, & fructificare curaret, quinimmò peturgeret Celeſtis Patrisfamilias ſolicitus villicus Frater Philippus; Marchionali Cuſtodiæ dum inuigilat, Romanam Curiam interpellat, Romani ſcilicet zeloris Antiſtitis Clementis Octaui per ſupplices litteras animum pulſat; vt de ſpiritualibus Eccleſiaſticis theſauris depauperatis his Eccleſijs largiter, (licet ſpiritualiter) ſubuenire dignaretur à ſe propoſito ordine, & pręoſtenſa methodo Apoſtolicis elargitionibus, & fauoribus hos nutantes populos præueniendo & ad firmam Fidei petram alliciendo, dum illam ſibi iugiter decurrentes riuos Indulgentiæ olei fundentem recognoſcerent, ſimul & experirentur. Annuit igitur ex-templo benignus Hierarcha, & proprio loco integro dando ampliori diplomate exarato, vniuerſis, & ſingulis huiuſce regionis populis, maſculis, & fęminis horarijs ſermocinationibus ex quadraginta à Fratre Philippo, vel ab eius collegis Capuccinis celebrandis, aliquibus ſaltem vni interuenientibus, ſiue adſtantibus; Indulgentiam plenariam, ſub Iubilei forma concedit: conceſſis ad hoc abſoluendi, & diſpenſandi abundantioribus facultatibus.

Lucernenſ. Mem. hiſt. cap. 33.

Ann. Chriſti 1603.

Quadraginta horarum Indulgentiam concurrentibus fidelibus diſtribuit.

V. *Cum ſubleuaſſet ergo oculos Ieſus, & vidiſſet quia multitudo maxima ad eum veniret* (teſtante Euangelio Ioannis) *dixit ad Philippum vnde ememus panes vt manducent hi? Ipſe verò ſciebat quid eſſet facturus*. Noſter ſimiliter Apoſtolicus Chriſti famulus Frater Philippus, ex eleuato monte naturalis prudentiæ, & prouidentię, qua pollebat, accepta fauorabiliori Pontificia Indulgentiarum liberali conceſſione, præſciens, & præuidens quia multitudo innumera ruitura erat ad eum, & vndique aduentura, vt audirent verbum Dei, & à Dei Vicario participarent conceſſum donum, quod acceptum pręſenti tertio anno ſupra ſexcentum & mille in Verzolij Oppido primum diſtribuere decreuerat, inſtituendo celebritatem quadraginta horarum, quibuſdam ex quadrageſimalibus diebus ſcilicet circiter Idus Martij peragendam, neceſſarios in primis, ſufficientes, & idoneos cooperatores Capuccinos, ac religioſos nonnullos aduocauit, qui Sacramentorum Euchariſtiæ, & Pęnitentię pręcipuè ſacratum panem aptiùs, atque congruentiùs frangere, ſimul & diſpertiri valerent; ad plures item Subalpinę regionis ſignanter Marchię Salutiarum proximiores Epiſcopos, & Pręſules deprecatorias tranſmiſit epiſtolas, quibus eos humiliter deprecabatur; vt ſaltem pro tempore quadraginta horarum tam ſibi, quàm coadiutoribus ſuis Vicarias ſuas vices dignarentur committere, quibus fideles pęnitentes ab omnibus, & quibuſcunq; ſibi reſeruatis caſibus valerent abſoluere, cui vniuerſi benignè conniuentes, opportunam & congruam ad requiſita integram ſuam poteſtatem reſpectiuè contulerunt.(Vt ex eorum autheuticis patentibus ſuo loco explicandis euidentiùs patebit) Quorum Prouincialium Antiſtitum,& eò magis Ro.

Ioannis c. 6.

Pro inſtituenda Oratione Quadraginta horarum cooperatores aduocat.

mani ſupremi Pontificis Clem. VIII authenticis apographis perſpectis, Reuerēdiſs Salutiarum Epiſcopus edidit & ipſe ſuas teſtimoniales conceſſarum abſoluendi facultatum, Paſtorales ad populos adhortatorias, & Epiſcopales proprias litteras Vicariæ vicis cōmunicatæ, abſoluendi itidē, & diſpenſandi quoad ſuas reſeruationes confirmatiuas, quæ typis excuſſæ, cunctas per adiacentes regiones, pro religioſa vicinorum inuitatione opportuno tempore fuerunt tranſmiſſæ, per Parochoſq; in ſuis ſingularibus Parœcijs perlectæ & publicatæ. Antequam verò præexcogitatum, & deſignatum opus quadraginta horarum, per totum Salutienſem Marchionatum percelebrandum, exordiretur; peruigilans Cuſtos, & ſpeculator ſolicitus explorans animaduertit, & ſubintellexit, contumaces illos Sectarios eiectos non exulare, ſed deliteſcentes in abſconditis, intra domeſticos lares commorari, & cum familiaribus conuerſari: vnde ne de inſidijs ſurgentes innocentes turmas, ſiue religioſas Catholicas turbas interficere, ſiue aduenientibus officere, ſicq; propoſita ſacra exercitia perturbare valerent, vel potius frequentioris concurſus opportunitate captata, ſeditiones excitare, & ſeditioſis pro turbationibus vulnerationes, graſſationes, homicidia aſſaſſinia, vel turpiora facinora perpetrarent, in Eccleſiæ odium, & promulgatarum Indulgentiarum contemptum, & Chriſtianæ ſolemnitatis dedecus ac deriſionem: multiplicatis ſupplicibus litteris Dominum Salutienſem Iuſtitiæ Præſidem admonuit, & pro opportuno remedio, atque præſeruatiua prouiſione interpellauit. Qui Sereniſſimi Ducis & mandatis inhærens, & monita exequens, proprio etiam vt muneri ſatisfaceret; per vniuerſam Marchionalem ſuam iuriſdictionem contra proſcriptos editis, & euulgatis congruis ordinationibus, offendicula cuncta, & ſcandala remouere curauit, quæ tantò magis noxia, quantò ſub honeſtiori titulo emergentia, peroptimè intelligens Frater Philippus, Apoſtolico & muneri, & honori vt cautiùs præcaueret; publico Epiſcopali propoſito Edicto prohibendum curauit; ne quis aduenrantium vel Societatum, aut Cōgregationum in communi, ſiue ſingillatim ſingularium perſonarum pecuniarias nummiſmatum elargiones, ſiue eleemoſynas offerret, ſed ſolius ceræ, vel olei pro celebriori Eccleſiaſtico preparatu fouendo. Quia verò nihilominus quidam profuſiores etiam denarios conferre ſuperaddiderant; nouo edito decreto à Reuerendiſſimo Præſule mandatum fuit; vt perſoluendis expenſis, quæ in apparatu abſoluendo contractæ fuerant, per publicos operis adminiſtratores inſumerentur, ſicuti & illi fideliter præſtiterunt, nec in aliquo neceſſario ſolemnitati præſtando defuerunt.

Prouiſa plura à Fr. Philippo ante quadraginta horarum celebrationem.

Ann. Chriſti 1603.

VI. Cunctis igitur prærequiſitis ad huiuſcemodi celebritatem, & præmiſis, & prouiſis, atque prædiſpoſito ſolemniori apparatu in Parochiali Verzolienſi Templo, tranſmiſſis iam inuitatorijs Diplomatibus quibus nomine, & auctoritate Reuerēdiſſimi Præſulis Diœceſani Plenaria Indulgentia in forma Iubilei publicata, indicebatur ſolemnitas, & populi inuitabantur in communi quidem, ſed in ſpecie Confodalitates, & Congregationes Diſciplinantium, ſtatutis, & præindicatis ſingulis ſingularibus ſuis diebus, & horis aduentus, & orationis, ſeu ſermoeinationis. Cum opportunus placitus dies aduenifſet; in preindicata Eccleſia maiori, vel commodiori, ſeu aptiori altari artificiali apparatu hinc inde mirè diſpoſito, luminaribus, & elegantioribus Iconibus, prædiuite renitente quodam ſchemate myſteriorum Paſſionis Chriſti in eminentiori loco compoſito, expoſitum fuit Sacroſanctum Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, & aureis radijs, & radiantibus faculis rutilans, eo coram genuflexus Concionator, ſupra gradum ligneum proximè fabrefactum, dextera Crucifixi imaginē tenens, fune è collo grandiuſculo pendente, ſtans, & orans Confraternitatum, & ſingularium populationum iuxta placitos dies, & horas ordinatè, & ſucceſſiuè ingredientium, & egredientium præſtolabatur aduentum, quas per interualla horaria, & temporum differentias intrantes muſicalibus concentibus, & deuotis ſacris cantilationibus excipiebant, inde illis congruis locis proportionabiliter poſitis, ac compoſitis, genibus flexis, quibuſdam prælibatis oratiunculis, Frater Philippus ſacer Orator efficaciori, atque ad commouenda ſimul, & corda compungenda pariter, & excitanda magis idoneo ſelecto & propoſito themate, flebili voce, ſuſpirijſq; & pijs gemitibus aſſociata, ſermonem exordiebatur, & torpentia, ſiue duriora adſtantium pectora concutienda adoriebatur; proſequebatur enim validiorem perorationem vehementia ſpiritus magis quàm verborum, ſeu facundiæ eloquentia, affectuoſioribus, & compunctiuis ſtimulis, & feruentioribus charitatis, ac contritionis incitamentis tamdiù eos perurgebat: quādiù illi ad propria deteſtanda piacula, ſimul & ad Diuinam miſericordiā flebilibus iteratis vocibus, & vicibus comoti implorādā deuotè laceſſiti lacrymarū riuulos ex oculis profundebant: quibus iugiter, & profusè decurrentibus ceſſabat quidem à declamatione Sacerdos Euangelicus, ſed perſeuerabat contrita, & ſalubriter dolens, & deflens concio deprecándo vſq; ad præſcriptæ ſibi horæ terminum, inſtanter Diuinam clementiam, & pro Fidei propagatione, & perfidiæ ſub-

Ordo populorum, Altariſq; apparatus deſcribitur.

Efficaciori, ac deuota ſermocinatione populos ad pœnitentiam prouocat.

uerſione, pro fidelis Eccleſiæ incremento, & exaltatione, ac infidelium conuerſione, pro Hierarchici ordinis conſeruatione, & Chriſtianorum Principum pacificatione, tandem pro totius Catholici populi, ſignanter verò ſinguli pro ſingularis patriæ, propriæue Prouinciæ, ſiue Dominationis proſperitate impenſiùs implorabant, peculiaribus ad hoc præſcriptis perſolutis precationibus. Quibus expletis gratias Deo, laudeſq; conclamantes diſcedebant, (ſuccedentibus ſibi inuicem ordine congruo religioſis turmis) lento & compoſito gradu, demiſſis oculis, inceſſu graui, aſpectu modeſto, ſicuti & ingredientes peruenerant, præſcripto in diplomate & modo, & methodo.

VII. Quam decorum, & quam iucundum cunctis verè fidelibus & eò magis zelotibus proprijs Paſtoribus, ac animarum Curatoribus, conſpicere, atque contemplari eodem tempore expopulatos Pagos, vacantes Villas, quaſi ſolitarias relictas ciuitates, vacuas domos, derelictos vicos, deſertas plateas, ſilens forum: at contra confluentium frequentia non modò repleta, & præpedita itinera, ſemitas, ac vias completas, ſed & campeſtria occupata, per agros, & prata diffuſas Chriſtianas acies, diſtinctas religioſas turmas collaudantium, ſiue Deum deprecantium populorum, congruè regulatos exercitus ſub Crucis Vexillo aduerſus tartareas legiones, & deſertorum agmina Chriſto Regi, & Eccleſiaſtico Regno militantium: præmunitos armis Apoſtolicis pro viſibilibus, ſiue inuiſibilibus hoſtibus debellandis: calceatos pedes in præparatione Euangelij, indutos lorica iuſtitiæ, armatos ſalutis galea, tenentes ſcutum illibatæ Fidei, dextera flagella ſtringentes, quibus non proximos, ſed ſe ipſos ad ſanguinis vſque largiores effuſiones cæderent: manifeſtis, & euidentioribus percuſſionibus vel occultum caſtigantes peccatum, vel euidentem profectum virtutis promouentes: cinere, cilicio, ſaccoq; veſtitos, nudis pedibus etiam per longiora, ac difficiliora itinera progredientes: quo habitu, & actu, corde, & ore, voce, & opere legitimè pęnitentes Diuinam placarent indignationem, propitiationem impetrarent, reportarent indulgentiam plenariam omnium præteritorum, ac perpetratorum criminum: ſpontaneis flagellis acerbiora pro reatu infligenda flagella vt auerterent: & luctu vltroneo perpetuam mercarentur lętitiam: præſentiſq; vitæ bonis, ſimul & communi tranquillitati tutiùs conſulerent, iuxta Cęleſtis Patris, & infallibilis prouidētię, & prouidę benignitatis cōplacitum. Haud tamē taliter pęnitentialibus huiuſcemodi rigori, atq; aſperitati inſiſtēres; omni corporali ſolatio deſtituti diutiùs languebant, vel itinerationis prolixitate, vel ſpiritualium exercitiorum nimia diuturnitate, ſiue importunitate reſoluti; opportunè enim cum primùm Vigiles excubię, ſtudioſè ſtatutę, ex prominētioribus pinnaculis Oppidi, quò pergebāt, approximantiū vel Crucis vexilla grādiora, vel picturata circũuolantia agitata vela à longè conſpectare incipiebāt; ex-tempore campanarum melodi concentu, ſiue ſonitu reſonantes, deputatos honeſtiores viros, ac religioſos admonebant, qui protinus puerulis ad formas Angelorum compoſitis, accenſa luminaria, ideſt faces ardentes manu geſtantibus præmiſſis præcedente Vexillifero ideſt Crucifero, ſubſequentibus pluribus Sacerdotibus, ſiue Clericis, ſiue Laicis, religioſè tamen amictis, iam iam ingredientibus obuiam accurrebant, & occurrebant: Chriſtianèq; ſe inuicem conſalutatis, alienigenis benignè, & perhumaniſſimè exceptis neceſſarias humanas, modeſtas, ac temperatas refectiones offerebant vel ante, vel poſt propriam orationis horam peractam. Et ſi quando veſperaſcentis diei ſerotinum tempus interpellaſſet; aduenas, ac peregrinos comitantes ad hoſpitium humaniter cogebant, vnde dupliciter recreati, vnuſquiſque ad propria exultans regrediebatur in mane.

Quam deuotus concurſus ad Quadraginta horarũ ſolemnitatē.

Ann. Chriſti 1603.

Qua charitate excepti aduenientes populi.

VIII. Licèt autem cunctis tum alienigenis, tum indigenis diſtinctę peculiares diſeretę horæ obuenirent, quibus diſtributis ſermocinationibus intereſſent, plures tamen ex his, & ex illis à primo mane in veſperam Eccleſiæ inhærentes, ſuauitate ſpiritualium refectionum illecti, & allecti à rebus corporeis abſtracti, iugiter perſeuerabant. Inter quos perſtabat, perdurabat, & prælucebat, ſicut luminare maius in Dei Templo Reuerendiſs. ac Venerabilis Antiſtes Iuuenalis Ancina Salutienſis (vti ſupra diximus) Epiſcopus, & Præſul omni virtutum ſchemate exornatus, morum integritate, doctrinę excellentia, vitæ, ac operum ſanctimonia non vulgari celeberrimus: qui ſanctitudinis alimoniam à Sancto Philippo Nerio conſecutus, & Romæ in Congregationis Oratorio religioſè educatus, atq; in virum perfectũ eductus, reluctans licèt, ac renuens à Sereniſſimo Carolo Emmanuele I. Sabaudo Principe Salutienſi infulæ, ſiue Epiſcopali baculo ſuſtinendo, fuit propoſitus, & præpoſitus: qui ad proprium tandem dirigendum, & cuſtodiendũ cum perueniſſet Marchionale Ouile; laborantes tot, vel potius tabeſcentes, hæreticaq; tabe morbidas, ſiue marcidas oues cum enumeraſſet; ingemuit pius Paſtor, ſed poſtmodum gaudens exultauit, perſpectans, & enumerans indefeſſos, infatigabileſq; Capuccinos Operarios ſuis in ſacris caulis gratis, & gratanter non minus, quàm ſtudioſè laborantes, quò ſibi demandatum rationalem illum gregem ab hæreticali lepra

Adeſt ope, & opera Reuer. Salutienſis Epiſcopus.

curarent,

curarent, ac mundarent. Amabat igitur Seraphicos alumnos, honorabat, fauoribus onerabat, beneficijs proſequebatur, fouebat, cunctiſque pijs eorum molimínibus impenſiùs fauebat. Vnde inſtituendis iis, atque exercendis ſacratioribus quadraginta horarum ſermocinationibus, tum Verzolij, tum Draconerij à Fratre Philippo peractis, ope, & opera, perpetua præſentia, atque indefeſſa aſſiſtentia præſto perpetuò adfuit, & auctoritatiuam ſuam cooperationem præſtitit, à Solis ortu vſque ad occaſum perorationibus ſingulis adſtans, vt proprio etiam laborioſo exemplo ſibi commiſſos populos ad pietatem prouocaret: ſicque palam conteſtabatur; ſe non lanam, aut lac, ſed ſpiritualem profectum, & ouium ſaluationem aſſiduò præmeditari. Excipiebat igitur benignè ſuperuenientes, admonebat, adhortabatur, ſolabatur, pro virili opitulabatur, & tandem paterna, & Paſtorali benedictione, & pia meliorum bonorum imprecatione recedentes communitos dimittebat, ſicque cunctis accedentibus, & diſcedentibus faciebat, indifferenter aperiens viſcera miſericordię, benignitatis, beneficentię, & charitatis. Vnde haud facile affatu fuerit, relatos referre, ac reportatos ex ſpiritualibus his artificijs, exercitijs, ac ſanctioribus exercitationibus gratioſos exuberantiores prouentus conuerſionum, confeſſionum, pacificationum pœnitentium populorum, quorum exuberantibus fructibus redundabant Eccleſiaſtica torcularia & lætitię vino, & pinguedinis oleo, ita vt abundantiùs quoque replerentur Cæleſtis Patrisfamilias myſtica horrea electo tritico: eiectis, & flammis deditis luxuriantibus olim zizaniis, & Dei Regnum impoſterum per longiora ſecula confirmaretur, nec auferretur ab agricolis facientibus, & præſtātibus Deo annuos debitos cenſus, inualeſceretq; & conualeſceret in dies Eccleſiaſtica Catholica Monarchia, atque ad interitum vſque elangueſcenti Sectariæ vſurpatæ tyrannidi, & funera ſuprema pararentur, & extremę Neniæ canerentur, ſicuti & tandem aliquando vniuerſa in Marchia Salutienſi effectum videmus, & Apoſtolica auctoritate, & poteſtate Regia, & ſolicitudine Epiſcopali, cooperatione denique, ac fatigationibus Miſſorum Cooperantium Capuccinorum (ſicuti peculiaribus ratiocinijs calculamus). Inter quos non infimum, aut medium, ſed inter primiores inſignem ſibi vindicat locum Frat. Philippus à Pancalerio, qui veluti ambidexter decertator, vtraque manu tum perfidiam remouebat, tum Fidem promouebat, ſimul & Chriſtianam pietatem, ac Religionem inſtaurare, & augere pro viribus ſatagebat: ſicuti ex præſcripta in quadraginta horarum exercitatione, laborioſiùs ab ipſo exantlata liquidò apparuit. Comparuerunt enim tunc inueterati peccatores, ſceleſtiores criminoſi, criminoſiores conſuetudinarij, ſcandaloſa conſuetudine famoſi delinquentes, coram Sacerdotibus pœnitentes, & vniuerſaliores expiationes pœnitentiales legitimè contriti perficientes: apparuerunt itidem olim adinuicem litigantes, diſcordantes, perduelles rixantes, diſſidentes, digladiantes, modò coram populo reconciliati, mutuò conuenientes, concordantes, conuerſantes, & pacificè antiqua litigia, ſiue iurgia componentes: viſi ſunt tandem renitentiores, quidam fideliores perfidi Caluini Aſſeclæ, & Caluinicolę Sectæ perfidiores profeſſores, ac propugnatores, impietatis proiectis armis, cognitæ pietati manus porrigere, & deieratis erroribus, Catholicam veritatem toto corde proſequi, & publicè palam canonicè profiteri, coram delegato Apoſtolico Concionatore, numerantur autem ex Verzolienſibus

Reportati penitétię fructus his Sacris exercitationibus, recenſentur.

Ann. Chriſti 1603.

reduces reconciliati	num.	22.
Ex Coſtiliolenſibus	num.	2.

Caluiniſtæ reconciliati.

Reuerendiſſimus Archiepiſcopus Carolus Brolia Taurinenſis ſua congratulatoria epiſtola, ad Frat. Philippum Verzolium data, ſub die tertia Martij nempè ſub hoc quadraginta horarum exercitium congaudet operario de num. 100. reducibus ex fuga à Caſtrodelphino retractis.

Retraxit pariter ex pia celebratione prædicta, pro Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum honorificentiore veneratione, non exiguum emolumentum: ex tunc enim reſtitutus reuiuiſcere viſus eſt ſplendor Diuini cultus, venerata Templa, Sacella ornata, Sacræ Ædes honeſtiùs compoſitę, honorificati Sacerdotes, vſus accuratior Sacramentorum, ſolemnior celebratio & Miſſarum, & Diuinorum Officiorum, copioſiore conueniente, & adſtante populi frequentia: excreſcente in dies euidentioribus augmentis Chriſtiana pietate, piarum in Deum, vel Cœli Diuos exercitationum cultura ſolicitiori effloreſcente, & glorioſiùs præfulgente Religione Catholica multiplicatis Catholiciſmi cultoribus, Neophytis fidelibus in nouiter recepta Romana Fide confirmatis, tyronibus roboratis, veteranis militibus animatis, & ad meliora vocatis: inde ne plurificatę meſſi ſufficientes, & aſſiſtentes operarij aliquando deficerent; Fr. Philippus, Apoſtolico operi Præfectus in huius anni principio, quadraginta horarum celebrandarum occaſione, firmam Stationem, nempè Miſſionem in Oppido Verzolij conſtituit: præhabitis ad hoc congruis, & ſufficientibus facultatibus à Præſulibus ſuperioribus, & legitimis Prælatis, quam poſtmodum ipſe præcurſor, & fundator veluti ſingularis operator aliquandiù ex-

IX.

Diuino cultu reſtituto, Eccleſiaſtica cũcta refloreſcunt.

colere

colere voluit, & vtiliter coluit: licèt & hic nonnullas perſecutiones paſſus, varios à proſcriptis, & eiectis Sectarijs paratos laqueos, & præparata diſcrimina mirabiliter euaſerit: eo quòd eius capiti rebelles inſidiari necdum deſtiterant, ſicut & ipſe ab eis ad ſaniorem mentem interpellandis, vel inſanientibus in dies à fidelium cohabitatione repellendis, non ceſſauerat. Sæuientibus igitur ſchiſmaticis, & furentibus perduellibus eiectis in Vigilem Cuſtodem Fratrem Philippum, ipſe ne malignātium cōpoſitis impoſturis, ſiue conſtructis grauioribus calumnijs expoſita pateret, & Apoſtolici muneris & religioſi operatoris innoxij publica fama, præuenit ſuis litteris ſacras Curias & Romanam, & Taurinenſem, earum primarios Præſules commonefaciendo, & de ſibi inſidiantium conſummata malitia certiores reddendo: interim tamen à benefaciendo non quieuit, ſed Verzolio Caſtrumdelfinum, pluries per Varaytanam Vallem Apoſtolicè laborando, peruenit, & inibi pariter, intra hanc eamdem Olympiadem, Apoſtolicam Capuccinorum Stationem conſtituit, ſicuti proprio calculo numerauimus.

CALCVLVS SECVNDVS

C O M M V N I S.

Fr. Fr. IOSEPHI à FOSSANO, & SILVESTRI à TICINO Concionatorum per annos 1604. 1605. 1606.

I. VErzolium, non amplius ſubuerſum ſolum, quinimmò veris ſolum iam iam effectum, cum ad tempus deſeruiſſet Frater Philippus (eò quod alijs pluribus & Oppidis, & Vallibus oporteret eum prædicare verbum Dei) nequaquam tamen vel vacuam domum, vel de nouo conſtitutam Cuſtodiam vacantem dimiſit; quinimmò Apoſtolico muneri, & operi ſolertem feruidum, & ſoliciriorem operarium ſuffecit Fratrem Ioſephum Foſſanenſem (quem Reuerendiſſimus Nuncius Taurinenſis Paulus Toloſa Epiſcopus Bouinenſis ſuo in facultatum Diplomate, ſub precedenti anno exarato, Fratribus Valeriano, & Philippo commilitonem adſcripſerat) nulli dubium, quin hic Capuccinus Leuita, & verus Iſraelita, in quo dolus non erat, cum feruido ſemper, atque Apoſtolico zelo æſtuaret; mira præditus columbina ſimplicitate, religioſa prudentia ornatus, omni ſolicitudine proprio officio functus extiterit: concionibus, ſermocinationibus, adhortationibus, congreſſionibus publicis, & priuatis, Chriſtianæ doctrinæ pabulo, Sacramentorum alimonia commiſſum gregem pauerit, & pęnitentiæ antidoto ęgrotantes plurimos curauerit, eoſque vitę & operum ſanctimoniæ mirificis exemplis confirmauerit. Tempore namque proprię ſuæ reſidentię, non otioſus ſpeculator, ſed factor operis percurrebat, circumibat per proximos vicos, ac Villas cunctis Chriſtianitatis, Sanctitatis, atque Catholicę veritatis zelum, ardorem, amoremq; ingerere ſatagens, & ad cęnam Magni Patrisfamilias vniuerſos interpellare, & compellere ſtudens, charitatiua adeo beneuolentia, & ſuauiori humanitate; vt rebelles adhuc nonnullos reliquos ad fidelium vnitatem, & fidelem Eccleſiam reduxiſſe legatur, nempè ex fugitiuis reduces geminos Verzolienſes verè pęnitentes.

Ann. Christi 1604.

Fr. Ioſeph Apoſtolicum Onus adimplere ſatagens, binos reduces recipit.

Frater Silueſter Papienſis, Concionator, & Theologus hoc anno quinto, ſupra ſexcenteſimum cum milleſimo, Capitularium Prouincię Patrum Prouinciali diſpoſitione, primus legitur vocatus electus, ac denique miſſus ad ſingularem Apoſtolatum Verzolienſem ſingularis ipſe ſingulariter adminiſtrandum, cum hactenus expedita puſilla Coapoſtolicorum virorum acies, à conſtituto Præfecto pro tempore directa, per tempora, & loca diſtributis excubijs, & excubitoribus religioſis Capuccinis mobiliter, & communiter omnes, & ſingulas Miſſiones cuſtodire, atque in illis ſtrenuè decertare conſueuiſſet. Verſum igitur olim in malum hoc ſolum, omni ſolicitudine, ac diligentia conſerendo, conuerterant antecedentes, ſiue anteceſſores Euangelici Operatores in veris ſolum germinans, in gemmas erumpens, vt poſt flores fructus parturiret, & vberiores prouentus pręſtaret. Cum ergo adueniens Frater Silueſter, ſibiq; ſoli hoc fęcundum veris ſolium vnicum ſolitatium excolendum peculiariter demandatum animaduertiſſet; omnem ſuam opem, & operam impendit; vt Flore id ſolium, ſiue ſolum in Cereris horreum commutaret, ideſt vt Diuinum Catholicum ſemen, à ſuis prędeceſſoribus laborioſè, & induſtrioſè ſatum, quod iam in conuerſionum floribus, & conuerſorum fructibus aliqualiter apparuerat, copioſiorem in meſſem exereſceret, & fructum vel centeſimum, vel ſexageſimum, vel ſaltem trigeſimum redderet: quare gnauiter eniti, & pro virili conari nunquam deſtitit, vt præſtando

Ann. Christi 1605.

Ann. Christi 1606.

Subſequitur Fr. Silueſter ſibi demādatū opus adimplendo.

ſuo

ſuo operi non deeſſet, miniſtrando fideliter verbo, doctrina, exemplo, ſolicitiori cultura ſpiritualium, ſacrorum, Sacramentorum, & tandem temporalium etiam, ſiue corporalium obſequiorum ſubſidia exhibendo.

CALCVLVS TERTIVS
.C O M M V N I S.

Fr. Fr. BERNARDI à PORTV-MAVRITIO primò, deindè STEPHANI TENDENSIS Concionatorum per annos 1607. 1608.

Biennium ante ex humanis deceſſerat, & inter mortaliter viuos mortalis viuens eſſe deſierat Reuerendiſſimus Epiſcopus Iuuenalis Ancina, fęliciſſimę recordationis Antiſtes; vnde iam per triennium Salutienſis Cathedra Epiſcopalis vacua feriabatur, & primaria Eccleſia Diœceſana lugebat, tanti viri deſtituta ſolatio, patrocinio, & pręſidentia. Vigilabant quidem qui Vicarias vices Epiſcopales adminiſtrabant; verùm enimuerò ſpeculator proprius, ſuprema in ſpecula inuigilans, iamdiù deerat, & per mortem defecerat. Capuccinos igitur excubitores, Ordinariorum Cooperatores Sacri Præſules diuerſas ad Marchionales Cuſtodias, Verzoliumq; ſignanter emiſerant: vbi hactenus per integrum luſtrum vigilaces Cuſtodes excubauerant. Excubituri igitur, & excubias obſeruaturi impoſterum, miſſi venerunt Fr. Fr. Bernardus à Portu Mauritio, & Stephanus Tendenſis, qui nec dormire, nec dormitare aliquando voluerunt; vt fideliter cuſtodirent Iſraeliticam arcem: vigilabant in ſpecula, orando, ſtudendo, & contemplando: circuibant per muros peragrando, perluſtrando, & Vicos, ac Villas perambulando: Clamabant vigiles interrogando, interpellando, & excitando concionibus, ſermocinationibus, admonitionibus, adhortationibus, increpationibus: tyrones Chriſtianæ militię inſtruebant ſacro Catechiſmo, & Catholicę Doctrinæ primis elementis faciliùs expoſitis: militantibus in Eccleſiaſticis caſtris Sacramentorum commeatum diſtribuebant, vtroque ſacro pane reficiebant: ſtipendia gratioſa, & glorioſa fortiter dimicantibus pollicebantur, & in agmine ſauciatos, pęnitentialibus antidotis applicitis, iuuare ſatagebant, vino deterſos, oleo ſacro delinitos: ab hoſtilibus incurſionibus, & inuaſionibus ſuperuenientium perduellium, Sectariorum impoſtorum, & Pſeudodoctorum, præcauere, & ſuam Cuſtodiam præſeruare ſtudebant præcipuè: quare filios Babylonis vix exorientes ad petram Fidei Orthodoxæ allidere enitebantur, Babylonicum poculum exinanitum, & penitus ſubuerſum longiùs propulſare laborantes. I. Ann. Christi 1607. Ann. Christi 1608.

Vacante Cathedra Epiſcopali Salutienſi, emiſſi venerũt F.F. Bernardus, & Stephanus

CALCVLVS QVARTVS
Fr. ANDREÆ SCALENGHENSIS Concionatoris per annos 1609. 1610.

Verzolienſes cuncti olim ſeducti, vel expulſi pertinaces abierant, vel reducti docibiles Caluiniſticam impietatem deierauerant: verumtamen ne forte vel eiecti perduelles regredientes, vel alienigenę deceptores ſuperuenientes furtim, & occulte veluti irruentes vulpeculæ, Domini vineam demoliri aggrederentur; Poſuerunt Sacri Præſules Cuſtodem Apoſtolicum in vineis Eccleſiaſticis Verzolienſis Miſſionis Fr. Andream Scalenghenſem, Pedemontanæ Capuccinorum Prouinciæ Inſignem agonothetam: hic enim præclariori Piozaſcorum proſapia ortundus, præclariſſimis à natura congenitis donis enituit, ſuauiori, & affabiliori conuerſatione, & amicabiliori beneuolentia, pacifica manſuetudine exornatus: perſpicacioris intellectus acumine, & firmioris propoſiti robore præditus: vnde Capuccinorum inſtitutum profeſſus congenitas acquiſitis virtutibus cumulans, conſpicuus inter ſuos præclarè reſplenduit, ideo cum Theologus eruditiſſimus, & Sacer Orator non mediocris euaſiſſet; & Theologalem Cathedram bis tenuit, & Guardiani, Cuſtodis, ac Diffinitoris muneribus pluries functus extitit. Hic igitur Fr. Andreas à Scalenghis longas ſcalas ſibi de Crucis ligno conficiens, ſui nominis omen haud irritum reddens, fortiſſimi agnomen dignè ſibi adſcribere enixus eſt. Crucis enim Chriſti mortificationem iugiter in ſuo corpore præferens, & circumferens circuibat prædicando priùs Apoſtolico I. Ann. Christi 1609.

Non vulgaris proſapię emiſſus venit Fr. Andreas.

exemplo

exemplo, poſtea Euangelico verbo: præmijs religioſis operibus pronunciata verba corroborans, corroboratis fidelibus per verbum, quid in opere præſtandum foret, demonſtrabat maioribus ac minoribus ſimul, dum paruulos, ac ſimplices non negligebat, nec miſeros infirmos, aut egentes obliuiſcebatur; ſed cunctis benefacere feſtinabat in ſpiritualibus,& pro virili in corporalibus etiam miniſtrãdo. Perpetuis laboribus, vigilijs, ac itinerationibus vniuerſorum ſaluationi, ſiue reductioni ſedulus incumbebat: docibiles alliciendo, indociles perterrefaciendo, cunctos ad bonum vt perduceret, & à malo delinquentes retraheret. Stetit igitur viriliter in opere, quandiù perſtitit in munere.

CALCVLVS QVINTVS
COMMVNIS.
Fr. Fr. COLVMBANI à TRIDINO, & ISIDORI à BVSCA Concionatorum per annos 1611. 1612.

I. AD excolendam vineam ſuam, diſtinctis horis multiplicatos, copulatos miſit Dominus operarios, qui ſtatutis temporibus Vineto exercendo inſiſterent. Vinealem igitur ad Stationem hanc Verzolienſem Cuſtodiam operandam, & agricolandam vinitores gemini hoc biennio vocati, & deſtinati ſucceſſiuè vnus, poſt alium deuenerunt, & vineario myſtico, ac ſpirituali operi, ac labori inſiſtere, atq; inſudare, portantes pondus diei, & æſtus voluerunt. Concionando namq; dogmatizando, & catechizando, Sacramenta miniſtrando, Rectoribus Eccleſiæ cooperando, in promouendo meliori bono, & malis omnibus remouendis: vinitorium artificium imitabantur, & Apoſtolicum onus ſuſtentabant. Arida namq; ſarmenta amputantes, luxuriantes palmites falce ſuccidentes, ſalientes vites vlmo aſſociatas colligantes: ideſt noxias, & perniciosas iniquorum conuerſationes impedire ſatagentes, ſcandala auferre ſtudentes, bona fulcire, & ſtantes confirmare, lapſoſque ſiue cadentes releuare, enitentes, ſoliciti vinitoris officio egregiè fungebantur. Vnde ſuo tempore, ex recollectis vuis expreſſum Angelorum merum extrahentes, vberiores prouentus ſpirituales, ſaluationis nempè animarum patrifamilias perſoluere, & reddere non detrectabant; quin de fructu vineæ, & de opulentiori vindemia exultantem exhilarabant Fr. Fr Columbanus, & Iſidorus, vnuſquiſque pro ſuæ vinealis operationis annuali duratione egregiè agricolantes, ſiue Apoſtolantes in Eccleſiaſtico Verzolienſi vineto, & vineario ſolo, iuxta ſolitum proprium zelotem ſpiritum: quo impulſi aliquoties, ideſt toties, quoties ab operis Euangelici præſidentibus aduocati, & delegati extiterunt, grataner acceptatum, laudabiliter, & ſtrenuè concreditum ſibi munus, & onus ſuſtinere pariter, atque pertractare perpetuò ſategerunt, ſatis ſufficienterq; operando Eccleſiaſtico Regno in promouendo.

Ann. Christi 1611.

Ann. Christi 1612.

Gemini F. F. Columbanus, & Iſidorus ſucceſſiuè deſtinati.

CALCVLVS SEXTVS
Fr. IGNATII à NICIA MARITIMA Concionatoris per annos 1613. 1614.

I. PRædominante Marte his annis, ſæuiebat Sagittarius, nec quieſcebat Bellona inter Pedemontanum inuaſum Principem, & inuadentem Hiſpanum militem; vnde illato bello diuexatis Subalpinis ad ſuppetias ferendas adfuerunt Franci, & inter Francos permixti plurimi ſuperuenerunt Caluiniſtæ, qui vel pertranſeuntes, vel commorantes hæreticas quiſquilias perpetuò diſſeminare conſueuerant. Quamobrem maximoperè Apoſtolicis Eccleſiaſticis vigilibus excubandum erat in Cuſtodia: ideò Verzolienſes excubiæ demandatæ fuere, hoc anno tertiodecimo extra ſexcentum, & mille, Fr. Ignatio, a Nicia Maritima, qui iam grandæuus Medicæ profeſſor, Capuccinorum regulam Minoricam profeſſus eſt in tunc Iahuenſi Prouincia à qua diſcretæ Pedemontanæ intra terminos permanens poſt diuiſionem, ſicuti à principio, ſic & poſtmodum, & ſemper apparuit maturioris conſilij, & prouidæ à natura conſiderationis, pacatioris, & pacificæ conuerſationis, parcioris cibi, & parciſſimi ſermonis erat: Franciſcanæ paupertatis,& auſteritatis amator deſpectiorem ſui cultum, & exiſtimationem profitebatur; regularis obſeruantiæ propoſitum perpetuò geſtauit. Cum igitur Theologicis facultatibus,

Ann. Christi 1613.

Bello prædominante ad Verzolienſẽ Miſſionem demandatur Fr. Ignatius.

& eximia

& eximia prudentia excelleret ; aliquoties Apoſtolico miniſterio exercendo Præfectus fuit (vti ſuis calculis aſſignamus) haud mediocri cum ſpirituali Eccleſiaſtici Regni prouentu. Pluribus exantlatis laboribus, veris ſolum exercere, & fæcũdare toto ſuæ reſidentiæ biennali tempore enixus eſt Fr. Ignatius : vnde vt Cœleſtis hortulani Myſticum viridarium , vel pomarium cuiuſlibet generis & flores, & fructus produceret ; ſoliciriorem culturam impendere ſtuduit : declamando, docendo inſtruendo , miniſtrando ſpiritualia,& temporalia elargiendo : ſactis Leuitis & Rectoribus Eccleſiarum obſequebatur : percurrebat proximas per Villas , & Vicos , & opportunioribus celebritatibus verbum Dei frequenter , & feruenter diſſeminabat : accedentium vniuerſorum confeſſiones exactiores exaudiebat, malitiam denique, & impietatem ſubuertere, pietatem verò,ac religionem conſerere, plantare , & altiùs radicare ſatagebat . Quò igitur florere , & fructificare in dies magis feſtinarent fideles , & diutiùs in Eccleſia commorari , & Sacris commodiùs vacare valerent; in Parochiali Verzolienſi Templo plantationem roſarum conſeruit, & copioſiores fructices ad hoc plantare accelerauit . Inſtituit, ſcilicet , Sacratiſſimæ Matris Dei Roſarianum Sodalitium , & recitationem coronæ , & recordationem Myſteriorum vitę Saluatoris optimi Ieſu pręſcripſit: deſignato pro Congregtione ſpeciali, ſpecioſo Sacello, decenter ornato,& congruis paramentis inſtructo à Fr. Ignatio , ex Apoſtolicis aſſignatis ſtipendijs ſubtracta non modica pecuniarum portione, in ſacram ſupellectilem impendenda . Conſueuerat prudens, pius,& miſericors hic vir , donatiuum à Romano Camerali ærario ſibi præſtitum in populi congiarium conuertere , hoc eſt ſibi parcere , & ſubtrahere quod in vtenſilia Eccleſiaſtica , vel pauperes erogaret , quod ſingulariter præſtitit ; cum aliquando familias quaſdam honeſtæ conditionis ad extremam pauperiem , & neceſſitatem adactas intellexiſſet ; tunc enim pro viribus, etiam non rogatus, vltronea, & congrua ſubſidia patientibus tranſmiſit , & præter conſuetas elargitiones , oſtiatim quæritantibus, exhibitas; infirmis, egenis , debilibuſq; atq; cunctis ad ſe venientibus,vel à ſe poſtulantibus liberaliter ſuccurrebat . Percucurrit igitur fęliciter ſuæ culturæ tempora , quibus elapſis , grande poſteris ſui deſiderium & iugem memoriam relinquens , diſceſſit .

Roſarij Virginis Sodalitiũ inſtituit.

Ann. Chriſti 1614.

Ex ſibi ſuppeditato Apoſtolico ære , egētibus ſuccurrit.

CALCVLVS SEPTIMVS

Fr. GABRIELIS TAVRINENSIS Concionatoris per annos 1615. 1616.

I.

PErſtrepebant adhuc bellici turbines,& fremebant iugiter bombardarum ora, horrendo puluerario rugitu terram totam , ſiue Subalpinam regionem concutiendo : ruebant vndiq; milites, & confluebant ſiue amicorum, ſiue inimicorum armatorum agmina : conſtabant ex vtraq; parte acies promiſcuę religionis militibus, quamobrem ne militiam exercentes ſæculari principatu, inſidias pateretur Eccleſiaſticum Regnum , miſſus eſt Fr. Gabriel , vir Angelicus, ad Stationem Marchionalem , cui nomen Verzolium, Legationi igitur Euangelicæ deſtinatus Capuccinæ Religionis hic alumnus, non ex inferioribus Minoricæ Hierarchiæ ordinibus aduocatus , atq; electus fuit , ſed ex ſuperioribus: pluribus namque ſiue naturæ,ſiue gratię prærogatiuis inter multos excellebat: taciturnitatis, ſolitudinis, pacis,tranquillitatiſq; amator, regulatæ obſeruantiæ,& obſeruantioris profeſſionis æmulator : compoſitis moribus, & vitæ integritate conſpicuus, Theologus, & concionator laudabilis : vnde & Guardiani , & Magiſtri Nouitiorum , Cuſtodis , ac Diffinitoris ſępiùs miniſteria laudabiliter ſuſtinuit . Hinc apud nos intra Seraphica clauſtra clarus, ſuper Apoſtolici muneris candelabrum veluti accenſa lucerna in domo Domini à Pręſulibus conſtituitur . Miſſus ergo Frat. Gabriel à Deo , per obedientię oraculum venit Verzolium, non ad Virginem , ſed ad olim conſtupratam Eccleſiam , hęretico quondam conſortio adulteratam , cui ſicuti cęperat ; ita vt perſeueraret parturire , & parere Catholicam legitimam prolem,de Spiritu Sancto concipiendum Diuinitus prędicatum verbum annunciabat non ſemel aut ſępè, ſed ſępiùs , ac frequentius : nec remiſſiùs , aut ſegnius , verùm efficacius, & ardentiùs : non adulterans verbum Dei, aut auribus pruriens, ſed clara voce Crucifixum Ieſum Chriſtum prędicans , inculcabat : Pœnitentiam agite , appropinquauit Regnum Cęlorum . Non enim ſibi applaudentium,& collaudantium voces emendicabat , ſed penitentium gemitus , & lachrymas quæritabat : Inſtabat igitur pro concione, adhortabatur, monebat, minabatur, obſecrabat, increpabat atque à malis retractos ad multiplicia bona pertrahere conabatur , qua valebat vehementia, & ſolicitudine . Non enim ſolius Verzolij populo proſpera , immò proficua , &

Fr. Gabriel clarus intra clauſtra , ad Verzolienſẽ Stationẽ deſtinatur.

Ann. Chriſti 1615.

neceſſaria

Frequentiori prædicatione vniuerſos ad pœnitentiam perducere laborat.

neceſſaria Euangelica Oracula nuntiare volebat; ſed vniuerſis illis circumadiacentibus Villis Coſtiliolis, Alpeaſco, Villa-noua, Manta, & cæteris cohærentibus populationibus, ad quas infra annum proprijs ſingulorum Pagorum diebus vel opportunioribus profeſtis pro concionando ſolicitus accedebat: verùm Aduentus quoque & Quadradrageſimæ temporibus, ſolicitior ventitabat non ſemel vel bis in die, ſed ter & quater ſermocinari, diſcretas plures per Eccleſias, & Villas peragrando verbum Dei pronunciare laborabat. Poſt labores autem diurnos ibi diuerſabatur; vbi à veſperaſcente die detinebatur ſiue ruri, ſiue domi, tum per aquis, tum per niuibus obſita itinera permeando: ſiue ſereno, ſiue imbrifero cœlo, lutuoſo, aut ſaxoſo ſolo.

II. Poſt Diuini verbi aſſiduam prædicationem, mirificè excolebat Chriſtianæ diſciplinæ explicandæ inſtitutionem: vnde ſemper, & vbiq; congruam occaſionem nactus, congregatis paruulis, & grandioribus rudioribus vniuerſis Catholicæ Religionis primaria elementa inſcientibus tradebat, & Chriſtiano homini ſcitu ad ſalutem neceſſaria, omni facilitate porrigebat: fideles confirmabat: incredulos autem ſubdolos, qui ſub Catholiciſmi tegmine Caluinum adhuc exculptum geſtabant in pectore, ſiue pro declamatione, ſiue pro dogmate Orthodoxis veritatibus explicitis, firmioribus obiectis ſcripturarum oraculis acriter pulſabat, confutabat, hæretica commenta reijciebat: credentibus verò Sacramentalia pabula omni charitate adminiſtrabat: ad ſe ventitantium confeſſiones, ſiue generales ſacramentales expiationes ſingulari longanimitate excipiebat: peccatores ad pœnitentiam ſolicitabat: pœnitentes mirificè iuuabat, & benefacientes ad meliora prouocabat: monebat errantes; docebat ignorantes, deuios reducebat, & lapſos erigere curabat. Religioſus hic Leuitici ordinis excultor, & amator ſingulari cooperatione, & aſſiſtentia Rectoribus Eccleſiarum collaborare ſtudebat, quapropter pluries ſuæ reſidentiæ tempore durante Parochialia ad munia præſtanda, & onera ſuſtinenda, fuit interpellatus, vel abſentibus, vel deficientibus Parochis, quòd Fr. Gabriel libentiſſimè acceptabat, & exactiſſimè perficiebat: ſanis, infirmis, agonizantibus, ſiue morientibus ſedulò accurrendo: mærentes conſolando; afflictis compatiendo, & egentibus ſubueniendo: Sacrum cultum, & ſacrorum miniſterium vigilanter exercens, populos Sacerdotibus, & Religioſis ſubditos & obſequentes reddere ſtudebat. Accidit aliquando, vt inter Alpeaſci populum, & Reuerendum Præpoſitum ciuile exortum diſſidium, vix aliquis componere valeret; vnde Frar. Gabriel eo frequentiùs perueniens, & laborioſè ſatis plures per dies inter diſcordantes ſtans, enixus tandem ſublatis ſimultatibus, compoſitis litigijs Paſtorem gregi reconciliauit, & plebem Parocho ſubiectam reddidit. Diſcordantium pacificationi ſtudioſè Fr. Gabriel incumbebat, quia pacificus ipſe, pacis donandæ Nuncius, huc aduenerat, nec in hoc ſuo munere deficiebat, vnde & plurimùm proficiebat.

Incredulos acriter pulſat, Sacramentaq; omnibus adminiſtrat.

Ann. Chriſti 1615.

Exortum diſſidium inter populum, & Parochũ reconciliat.

Ann. Chriſti 1616.

III. Perluſtrans accuratè Verzolienſem agrum, deprehendit in meſſe non omnia triticea grana eſſe, ſed vetus lolium, adhuc olim ſatũ, repullulare: Principatus vtriuſq; decretis vt obſequerentur, cogebantur quidem quidam verſipelles bifrontes inter frumentarias ſegetes, ideſt Catholicos Catholicè ſaltem extrinſecè conuerſari; verùm damnata ſemina Caluiniſtica de ſuo ſinu penitus excutere, nondum excogitauerant, imò per opportunitates vel verbis, aut ſignis, ſiue factis germinantia, & repullulantia damnata genimina, intus latitantia prodebant: tum Eccleſiaſticos Canones, & Ducales leges tranſgrediendo, tum blaſphema hæreticalia verba pronunciando, & impia dogmata balbucinando, nefaria geſta, profeſta violando, oſtentantes. Fr. igitur Gabriel Apoſtolicus excubitor cum pro ſuo munere peruigilando clàm ſæuientes Sectarios hoſtes deprehendiſſet; à Sacris Tribunalibus coercendos, & congruè corrigendos curauit: interpellato ad hoc ſpecialiùs Sacræ Salutienſis Inquiſitionis Iudicio, & ſubſidio. Quò ergo à Verzolienſi agro Eccleſiaſtico omnem lapidem offenſionis & petram ſcandali amoueret; nullum non mouit lapidem, quinimmò & vino ideſt rigore iuſtitiæ, & oleo ſuauitate, ſcilicet, miſericordiæ vſus, vtraq; manu illius ſibi commiſſi populi ſaluationem promouere elaborauit ſiue malos, audaces, & criminoſos compeſcendo, ſiue bonos, meliores, pios, ac dociles confouendo. Fouebat ſpecialiter egenos, ægrotos, debiles, & miſerabiles, quibus congrua pro viribus (etiam præſtita ſibi alimonia diminuta) ſubſidia conferebat. Laborabat tunc temporis honeſti cuiuſdam viri (cuius clariorem notitiam conſultò non præſtamus) grauiori articulari morbo detenti, copioſa familia extrema egeſtate, & penuria: vnde benignus Sacerdos extrema patientibus, ex corde compatiens, per internuncios largiores ſubuentiones depauperatæ domui ſubmittendo, eſurientium viſcera reficiebat, plures per dies, ſiue menſes perſeuerando: nec interim defuit, quibuſdam nubilibus, & periclitantibus puellis accurrere, ne pro corporali calamitate ſubleuanda æternam miſeriam, cum ignominia incurrerent: & temporalia procurando, amitterent ſempiterna. Tandem quia Euangelicis religioſis Stationarijs nullum adhuc idoneum, & aptum, ſiue

Deprehenſos Sectarios Caluinicolas, Sacris Tribunalibus tradit.

Honeſtiori familiæ, & nubilibus puellis ſubſidia confert.

conueniens ſuppetebat domicilium; Fr. Gabriel tum ex ære Apoſtolico ſibi ſuppeditato, tum ex gratioſis Communitatis Verzolienſis elargitionibus conflata pecunia, Congregationis Diſciplinatorum Eccleſiæ, & Oratorio cohærentes Ædes inſtaurauit, & ad meliorem formam deduxit: quò & Confratribus pro Diuinis perſoluendis, & ſpiritualibus aſſiſtandis congruè, & decenter deſeruirent Sacræ: & exteriores domeſticæ Ædes degentibus inibi, & commorantibus Capuccinis Cuſtodibus pro pauperculo, ſed ſufficienti habitaculo inſeruirent. Itaq; Fr. Gabriel vtriuſq; hominis neceſſitatibus ſubleuandis conſulens, & proximis, & ſuis proficuus, cunctis beneficus, ſtetit in opere, & perfunctus eſt ſuo munere.

Miſſionis domicilium reſtaurat.

CALCVLVS OCTAVVS

Fr. ANGELI à CHERIO Concionatoris per annos 1617. 1618. 1619.

Ann. Chriſti 1617.

I.

DEſæuiebat hac tempeſtate in complanis Pedemontij ſæuus Saturnus, Martiali ſua falce in campis Bellonę feraliter abundanterq; militantes homines demetens; tumultuabat in Subalpinis Conuallibus hæreticus vafer Mercurius, & doloſa ſua lingua, quinimmò & perfidię angues ſuis manibus geſtans Caduceo circumpoſitos, vt caducos grauius cadere perdoceret, debacchabatur. Bellabant tunc temporis Vercellas expugnantes aduerſus Sabaudum Ducem Celtiberi, propugnantes auxiliares copię Gallorum aderant, & Macrenſes Vallicolæ inſoleſcentes aduerſus Eccleſiaſticum Regnum, & Catholicam Fidem fraude, dolo, violentia, & inſolentia pugnabant. Verzolienſi igitur in medio ſitæ Stationi, ad inuigilandum, prædictis annis; delegatus, & ordinatus, deputatus peruenit Fr. Angelus Capuccinæ Legionis, ſiue Religionis conſpicuus Athleta: Theologicis quidem facultatibus valens; ſed declamandi ſacra Euangelica facundia præualens Orator eximius, & concionator conſpicuus: qui claris natalibus exortus, ab ortu ſuæ natiuitatis præclaris ſiue naturæ, ſiue moris dotibus enituit, intellectuali perſpicacia, perſpicaci ſolertia, ſolerti animaduerſione ſuauiori atq; amabiliori conuerſatione prædiuts, omnibus gratus; ſermocinatione expeditus, in expeditione prouidus, & in prouidentia ſedulus.

Anni Chriſti 1618.

Infauſtis temporib⁹ ad inuigilandum venit Fr. Angelus.

Angelus nomen eſt officij, non naturæ, miniſterij, non dominij, non otij, ſed negotij: ideò Frat. Angelus vti erat vegetioris ſpiritus, otium abhorrebat, & Fidei negotium gratanter, & cupidè amplexabatur: & vt legitimè Dominationis, præcipueq; ſpiritualis iura congrua foueret; miniſterium Apoſtolicum viriliter adortus eſt, non naturæ, ſed officio ſatisfaciens, nec ſolitario vnico iterum officio fungi contentus; ſed multiplex ambiens ſuſtinere onus, adminiſtrare munus primò Apoſtoli, deinde Euangeliſtæ, tertiò Doctoris, Paſtoris, cooperatoris, Curatoris, miniſtri Chriſti, & diſpenſatoris myſteriorum Dei. Diſpenſabat ſpiritualia, in corporalibus miniſtrabat, languentes animas curabat, Curatoribus Sacerdotibus cooperabatur, Præcurſorio exemplari greſſu rationales oues ad cœleſtia paſcua deducebat, inſcientes, vel neſcientes docebat, Euangelizabat populis. Apoſtolabatur Eccleſiæ, & vniuerſitati proſpiciendo, ſingularia licèt abiectiora membra non deſpiciebat. Sic igitur faciebat, cunctis diebus reſidentiæ ſuæ.

Ann. Chriſti 1619.

Non tantùm Apoſtoli officio fungi contentus, ſed & multiplex onus ſuſtinere ambit.

CALCVLVS NONVS

Fr. ANGELI à MONTECALERIO PRIORIS Concionatoris per annos 1620. 1621.

I.

CIrca finem quarti luſtri decurrentis ſæculi ſeptimi decimi, dormitante Marte, vigilabat duplex Mercurius, nempè rei familiaris, & Chriſtianæ Religionis mercimonia inter Verzolienſes, & Gebennenſes contestantur namque fidelia ad nos tranſmiſſa teſtimonia, quòd ſub his diebus Verzolij Oppidi quidam incolæ, honeſtum mercaturæ titulum prætextantes Gebennenſem ad Ciuitatem ventitabant: vnde à Sathanæ Synagoga aduocati, ſub eodem prætextu Caluinicolæ impoſtores Verzolium aduentantes, negotium plus perfidię, quàm pecuniæ exercebant, pluresque inficiebant, Orthodoxę Fidei detrahendo: quamobrem Fratrem Angelum à Montecalerio, hic in Verzolina Cuſtodia vt inuigilaret, ſuperueniſſentem Reuerendiſſimus Saluciarum Inquiſitor Sanctæ Inquiſitionis Vicarium conſtituit, quò dupliciti titulo præfectus, obſeruandis ſacris

Fidei

Fidei excubijs peruigilaret attentiùs; & periclitanti illi Eccleſiæ ſolicitiorem cuſtodiam impenderet. Cum igitur geſtaret Fr. Angelus zelotem perpetuò Orthodoxæ veritatis ſpiritum, eſſetq; vir prudens, eximius Theologus, nec obſcurus Concionator: Verzolinum appulſus, ſuper infectum, ac deprauatum gregem cœpit vigilias dici, ac noctis cuſtodire: vnde vigilacis excubitoris accurata animaduertentia breui temporis interuallo, ex perſonatis Catholicis nonnulli deprehenſi Caluinicolarum quiſquiliarum diſſeminatores, Sacro Salutienſi Tribunali delati ſunt, vbi congruis perſolutis pœnis, impios errores, erroneaſq; deſipientias publicè anathematizare compulſi ſunt.

Aduenit Fr. Angelus Sãctæ Inquiſitionis Vicarius conſtitutus.

II. Angelicis moribus, & modis hic Capuccinus Leuita refulgens, in oculis populi effulgebat purioris innocentiæ candore, vnde ſingularis ſanctimoniæ exemplis, non minus quàm clarioris eruditionis, ac doctrinis cunctis prælucebat. Alacer igitur, & volucer per ſingulos ſuæ Miſſionis Pagos, & Vicos peragrabat; vt verbum Dei indigentibus opportunè, ſiuè importunè, licèt non inopportunè prędicaret in omni patientia, & ſana doctrina. Caluiniana placita, lethifera improbans, vt viuifica Orthodoxa oracula comprobaret. Vrgebat dogmate non credentes ad Fidem, perurgebat concione fideles ad opera, hos ſimul, & illos ad reſcipiſcendum à malis, ad bona autem peragenda ſolicitans, ſolicitus interim ipſe de cunctorum, etiam puſillorum ſalnatione; vnde & tenerioris ætatis puerulis, & tenuioris intelligentiæ grandæuis primaria, ac faciliora fidelia documenta explicabat; & tradebat. Adhortabatur vehementiori facundia ad ſpiritualium exercitationum frequentiam: vnde cum ſuauioris eſſet eloquij, & iucundioris conuerſationis, affabilis, atq; iucundus humanioribus ſuis ſuaſionibus, & mirificis cohortationibus pariter, ac religioſiori collocutione id apud Verzolienſes conſecutus eſt; vt quondam ſegniores, & ad Diuina tepidiores impoſterum vegetiores, atque ſolicitiores & Miſſarum celebrationi, & Diuinorum officiorum recitationi incũberẽt. Inter plura egregia facinora ad Diuinũ cultũ promouẽdum à Fr. Angelo perpetrata, illud nõ infimũ fuerit; quod Sacratiſſimũ Corporis Chriſti Sodalitium humana infirmitate, ſiue hominum incuria iam fere collapſum inſtaurauit, & Auguſtiſſimę Euchariſtiæ cultum mirificè propagauit, dum Sacramentorum frequentiam refrigeſcentem denuò excitauit: efficacioribus perorationibus ſuadebat ille fidelibus ſacrorum perceptionem, nec deficiebat ipſe Diuinorum in adminiſtratione: pœnitentium enim confeſſiones vel frequentiores, vel prolixiores libenter excipiebat, ſimul, & confitentibus compatiebatur, & ſpiritualiter laborantibus, ſeu periclitantibus congruè opitulabatur.

Ann. Chriſti 1610.

Cunctis Verbũ Dei prædicat; rudioribus Catechiſmũ tradit.

Corporis Chriſti Sodalitium, & Diſciplinatorum Congregationem reſtituit.

Confratrum Diſciplinatorum Congregationem collabentem duplici fulcro, ſiue ſuſtentaculo & muniuit, & ne laberetur, prohibuit, quin à lapſu glorioſiorem reddidit: materialis igitur primò ſacræ Ædis ſtructura, cum ſacris habendis minus congruè, & honeſtè deſeruiret; Fr. Angelus ſua ſolicitudine, & diligentia cohoneſtandam, & magnificentiorem conſtruendam curauit. Secundò cum antiquum pij illius Sodalitij inſtitutum deſcriptorum incuria, & deſidia iam, iam neglectum, vix à quibuſdam adhuc perſeuerantibus, & conuenientibus coleretur; Euangelicus inſtaurator vigilantiori ſolicitudine, & Confratrum numerum adauxit, & Confraternitatis decus cumulauit, & Congregationis conſueta ſpiritualia exercitia frequentanda propoſuit, quòd, & appoſitè illi opportunis temporibus præſtiterunt & perſeuerauerunt inſtante, & adhortante perpetuò hoc bono Angelo.

III. Dum malus Angelus perſtaret & ipſe, quoſdam ex illis ad apoſtaticam defectionem traducere, ſicuti cuidam Ioanneto Berardo Verzolienſi tunc contigiſſe, enarrabat Reuerendus Conſtantius Brumianus Verzolienſis & ipſe Sacerdos, Robellæque Parochus, qui cum aliquando prædictum Ioannetum recenter ab Eccleſia Catholica, & à Diſciplinatorum Congregatione apoſtatam obuium habuiſſet, ſacrilegæ deſertionis, & defectionis cauſas ab eo quæſiuit, cui ille reſpondit: ſe non aliam religionariæ rebellionis cauſam cognoſcere, quàm Franciſcum proprium germanum Fratrem, à Gebennenſe quodam Hæretico deceptum, quo cum frequenter negotiorum opportunitate verſabantur; aduentante illo frequentiùs à Gebennenſe Aſylo ad eorum Verzolienſe domicilium. A Berardo iterum cum Sacerdos Brumianus ſciſcitatus fuiſſet, de domeſticæ familiariſq; rei proſpero ſtatu, atq; conditione poſt lapſum, reſpondit Apoſtata: fateri cogor amice, quòd à meæ peruerſionis diebus, innumera mihi mala acciderunt: vix enim, à Catholica Eccleſia defeci, & diſceſſi; cum deſeruerunt me omnia bona: primò enim iumenta mea interierunt, vel perierunt vniuerſa, ipſis etiam gallinarum agminibus, ſiue examinibus apicularum extinctis; quotidianis præterea infortunijs depauperatus, poſſeſſiones, & agros amiſi; & quod omnium peſſimum experior, corporalibus viribus deſtitutus langueſco perpetuus valetudinarius, nec æger, nec ſanus in dies deficio, manuali namque operi ad domeſticas neceſſitates ſuble-

Hæreticus Apoſtata ore proprio fatetur ſibi debitas calamitates.

tiandas, incumbere nequaquam præ imbecillitate ſufficio: ideò factus ſum mihimetipſi grauis, carnibus meis ſolis pediculis gratis, à quibus irreparabili infeſtatione conſumor. Ab hoc igitur infideli anathemate recedente Catholico Sacerdote, cum regreſſus ille domum, miſerrimas ſuas vices coram domeſticis aliquando deploraret, & conquerendo fidelem propriam vxorem his alloqueretur: Quid aliquando iniquum adeò contra Deum, egerim neſcio, cuius in pœnam tot me aduerſa continuata contingũt. Cui protinus reſpondens diſcreta mulier dixit: Grauiter Marite in Deum deliquiſti, eò quòd Catholicorum albo Diſciplinatorum etiam in numero cum iampridem deſcriptus exiſteres; à fidelium communione, & Confratrum vnione reſiliens, in Hæreſi incidiſti. Hæc ab vxore exaudiens, excruciatus coniux ex vexatione intellectum recipiens, reſipuit dicens: Propitius ſit mihi Dominus, quia hoc verè dixiſti mulier; vnde ab hac horá, & ad Eccleſiam, & ad Confratrum Congregationem me reuerſurum profiteor; & polliceor. Immediatè igitur ſequenti die Dominico Eccleſiam verſus, vt propoſitum exequatur dirigit celerrimos greſſus, cum igitur iam iam Ædibus ſacris appropinquaret; in tranſitu publici pontis, manu quadam Inuiſibili ſe per lacinium veſtis apprehenſum, inſtanter retrahi ſenſit; violenter adeò vt cum contra enitens vnico greſſu procedere conaretur, gemino recedere cogeretur, donec vehementioribus conatibus concertans, à reluctantibus manibus expeditus, ad vſq; Parochiales fores peruenit, vbi procumbens, & lachrymarum profluuio irrigatus Diuinam miſericordiam humiliter interpellauit; inde ſurrexit, vt Diſciplinatorum oratorium verſus pergeret: verùm grauiori adeò in humeris pondere preſſum, & oppreſſum ſeipſum ſenſit; vt vlteriùs progredi, ei impoſibile videretur; factus nihilominus ſeipſo validior, Diabolico ſub onere ingemiſcens ad propoſitũ limẽ peruenire vehementer ita contendit, vt tandẽ aduenerit, & in ipſo in Oratorij ingreſſu, ab infeſta diuexatione exoneratus liber, & hilaris ad altare proceſſit, vbi iterum decumbens, coram Deo proclamans; illius clementem miſericordem implorauit: poſtmodum Confratrum Chorum ingreſſus coram adſtantibus Fratribus genuflexus proprium reatum confeſſus iterum in Pœnitentium albo adſcribi ſuppliciter poſtulauit: illum autem à Cenſuris abſolutum, & communioni Fidelium canonice reſtitutum, iterum Diſciplinantium Congregationi adſcripſerunt, & ſic miſer reſpirauit. Hæc à Sacerdote Bremiano ſcriptis edita, refero.

Relapſus à Coniuge fidelis correptus reſipiſcit.

Ann. Christi 1621.

Et Deum timebat Fr. Angelus, & Præſules Hierarchicos verebatur, & in hominibus Deo obſequi, & miniſtrare conabatur, ideò à cunctis amabatur; ab Eccleſiaſticiſq; præcipuè Rectoribus, & adminiſtratoribus: vnde non modò à Salutienſi Inquiſitore fuit in ſuum peculiarem Vicarium Verzolij electus, ſed etiam à Reuerendiſſimo Salutiarum Epiſcopo Octauio Viaſio ſingulariter dilectus: quapropter propriam Diœceſim viſitando perluſtraturus Fratrem Angelum in Theologũ, & Concionatorem aſſumpſit, & comitem peregrinationis elegit, nec fruſtra, Angelicus enim Capuccinus Leuita, veluti obſequioſus ſeruus, & miniſter viſitanti Paſtori omni humilitate interſeruiebat, prædicando, docendo, Sacramenta diſtribuendo, confeſſiones excipiendo. Sequebatur religioſum ſacri Antiſtitis comitatum ipſe perpetuò pedeſter, per algores, ſiue ardores, per ardua, & per montana reptando, donec geminæ Conuallis Macræ, & Varaytæ viſitationem exactiorem perficeret; in qua & zelotis Præſulis ſolicitudine, ſolertia, & auctoritate, & fideliſſimi Cooperatoris miniſterio quamplurimi abuſus ſublati, & Catholici vſus allati illis populis fuerunt, ingenti cum animarum ſalutis emolumento, & Eccleſiaſtici Regni acremento. Cum Paulus Apoſtolus teſtetur de Angelicis ſubſtantijs, quod: *Omnes ſunt adminiſtratorij Spiritus in miniſterium miſſi, propter eos qui hereditatem capiunt ſalutis*: propterea cum Fr. Angelo commilitaret Frater Chriſtophorus Taurinenſis Sacerdos, vt & ipſe pro ſuo modulo ſaluti fidelium collaboraret; aperto ludo puerulos, & grandiores grammaticis inſtitutionibus, & Chriſtianis diſciplinis imbuendos ſuſcepit, vnde & paucos intra dies diſcipulorum cœtus ad numeroſiorem quantitatem excreuit, quos ille non litterarias ſolas cognitiones edocebat; ſed & moralibus inſtructionibus eformandos ſatagebat: prius pietatem, religionem, & deuotionem proponens, & ſuadens; poſtmodum eruditionem. Eruditi igitur, & exculti tyrones vtraq; religioſi inſtitutoris manu, & diſciplina, non mediocriter profecerunt, ſicuti & Padutanæ Miſſionis in Ratiocinio eum præſtitiſſe computauimus. Cum enim his temporibus Erydani in Valle Capuccinorum Cuſtodiã deſignaſſent Apoſtolici Operis Præfecti, & Sacri Præſules Fr. Angelo à Montecalerio Verzolio vigilanti Padutanæ Stationis curam demandarunt; vt per opportuna anni tempora, vtrique Miſſioni inuigilaret, quod & fideliter præſtitit, vt fuſiùs proprijs calculis dedimus.

IV.

A Reuerendiſſimo Salutienſi Antiſtite in Theologum aſſumitur ad viſitandã Diœceſim.

Heb. c. 14.

Apertũ Gymnaſium à ſocio Sacerdote.

CALCVLVS DECIMVS

Fr. ANGELI à TAVRINO Concionatoris per annos 1622. 1623. 1624.

I. ET tertius Angelus tuba cecinit, & non cecidit de cœlo ſtella magna, imò in Eccleſię Firmamento magnum ſydus emicuit, nempè Fidei fulgor, & Chriſtianæ pietatis ſplendor. Ex eò enim quod Frat. Angelus Taurinenſis Euãgelica tuba cecinit; non exiguum lumen veritatis eluxit in cordibus fidelium, eò quòd Eccleſiaſtes perſpicuus exiſteret Capuccinus hic Declamator: præcipuis namque in Subalpinæ regionis Ciuitatibus laudabiliter verbum Dei & Aduentus, & Quadrageſimæ temporibus proponere conſueuerat, ſcholaſticus acerrimus, & Sacræ Paginę profeſſor non mediocris. Vnde præcipuis regularibus honoribus apud Capuccinos inſignitus Lectoris, Guardiani, Cuſtodis, Diffinitoriſq; muneribus functus ſæpe fuerat. Verzolium igitur deſtinatus inſignis hic Seraphicus pugil ex ore gladium Diuini verbi, vel radium Increati Solis, aut radios veritatis exſufflare, & emittere aggreſſus per Verzolij Pagum, & circumadiacentem Marchionalem tractum, trahebat ad ſe raptos homines audientes, quos ad bona opera perpetranda, & aduerſa æquanimiter toleranda ſuauiter pertrahebat: Diuinæ legis obſeruationem exactiorem cunctis perſuadendo, maiora maioribus, faciliora hebetioribus, & infirmioribus proponebat, & pro captu ſingulorum ſpiritualem alimoniã diſtribuebat, in doctrinæ poculis iuſtus ſua ſingulis reddens affluebat, loquens magnis paruulis veritatis radijs æquè illuceſcebat ſiue in paraneſi, ſiue in Catecheſi. Vtriuſq; tum Paduſanæ, tum Verzolienſis Cuſtodiæ (vt peculiaribus calculis referimus) ſolicitam curam gerens, ſtrenuè ſe ſe gerebat Apoſtolico in onere ſuſtentando, & in munere præſtando, in omnibus quidem, verùm in pęnitentiæ Sacramenti adminiſtratione ſignanter: ſoliciti ori enim ſtudio ex induſtrioſo zelo ſalutionis animarum excipiendis confeſſionibus generalibuſq; præcipuè incumbebat, & patienter ſuſtinebat, iam à pluribus annis impœnitentium expiationibus prolixioribus in audiendis, obliuioſis interrogandis, inſcientibus edocendis, & imparatis, atque incurioſis propriam conſcientiam negligentibus iuuandis, à mane in veſperam frequentius laborando: quare mirum non eſt; ſi periclitantes plurimas animas à mortis, & inferni faucibus multoties eripuit, tàm in Paduſana, quàm in Verzolienſi Statione inuigilans.

Apoc. c. 8.

Ann. Chriſti 1623.

Aduenientæ tertio Angelo ſpiritualis alimonia cũctis diſtribuitur.

Vtriuſque & Verzolienſis, & Paduſanæ Cuſtodię curam gerit.

Studebat quidem & ſolicitus ad fideles animas Diuinis gratiæ chariſmatibus exornandas anhelabat; non tamen negligebat Sacras Ædes, & Sacella congruis paramentis, ſiue ornamentis cohoneſtare, atque perornare, quinimmò huiuſcemodi in Sacrorum cultura plurimus ſemper, & vbiq; fuiſſe legitur: ſibi enim haud mediocriter annona diminuta, gaudebat augere altarium ornatum, & apparatum, vnde & confictos, ſiue arte elegantiori compoſitos florum diuerſi generis faſciculos eleemoſynarijs expenſis comparatos Sacellis apponebat, & alia plura ornamenta prouidebat. Cumq; ſuæ reſidentiæ tempore, ex ſibi ſuppeditato Apoſtolico ſtipendio centum manualis pæcuniæ ſcutos reponendos curaſſet; quaternis pro varij coloris caſulis prouidendis, pluribus pro concionatorijs codicibus coemendis impendendos præcepit: ita vt vtriuſque ædificij ſpiritualis, & temporalis augmentum numquam, & nuſquam promouere non ſategerit, donec per triennium partim apud Verzolienſes, partim apud Paduſanos ſtetit: poſtea receſſit.

Ann. Chriſti 1624.

Ornamenta, & paramẽta concionatorioſq; codices prouidet.

CALCVLVS VNDECIMVS

COMMVNIS.

Fr. Fr. AVGVSTINI à SAVILIANO, ARDITII VERCELLENSIS, & MARCI AVILIANENSIS per annum 1625.

I. TRes video viros ſtantes in Conualle Mambre hoc vigeſimo quinto ſupra milleſimum ſexcenteſimum Magni Iubilei anno, nempè tres viri fortes irruperunt, vt aggrederentur Stationem Philiſthinorum ſtantem contra Dauid, hoc eſt dicere: ternos religioſos athletas ſtetiſſe inuenio in Verzolienſi Cu-

ſtodia ad fores Vallis Varayranæ, vt irrumperent, & adorirentur perſtantes, atque adhuc exiſtentes perfidiæ errores, aduerſus Chriſti Regnum furtim irruentes, vt Catholicæ Fidei tranquillitatem, & ſecuritatem perturbarent. Numerantur antè illi temporis ordine Frater Arditius Vercellenſis, Fr. Marcus Auilianenſis, & Fra. Auguſtinus Sauilianenſis. Steterunt igitur hi tres validi Commilitones in acie Apoſtolica, & contra Allophylorum, ideſt impoſtorum iniqua molimina fortiter dimicauerunt: tenentes ſcutum imperturbabilis Fidei; gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei ore vibrantes, præclariorum operum manibus ſagittas ardentes proicientes, atque fulgurantem haſtam mirifici exempli perpetuò agitantes, aduerſus aduerſariosChriſtianę pietatis:dę ciſterna autem,quæ eſt inBethlehem iuxta portam, aquæ potum pro Dauidis ſiti reſtinguenda feſtinauerunt haurire, quia de credentium fidelium cordibus aquas lachrymarum,& pęnitentiæ in Crucifixi ſitiẽtis potum, ac refrigerium exhaurire accelerauerunt: feruentioribus ſermocinationibus, ſimul & efficacioribus cohortationibus frigida pectora pulſantes, Euangelico Sacro hauritorio, per longioris fatigationis Apoſtolicæ funem ad viſcerum ima demiſſo, mundanæ cupiditatis hydriam relinquere coegerunt, non fęminas ſolas, ſed plurimos viros è Samaria conuerſos. Nec cum paruuli peterent panem deficiebant hi tres ſpirituales parentes, abundè frangere eis, primariæ Orthodoxę diſciplinæ, ſiue facilioris doctrinæ pabulum largiter miniſtrando. Inueniebant namq; eos,vel potius conueniebant hi tres Seraphicici viri, aſcendentes ad Deum in Bethel ad Sacrificandum Altiſſimo, quorum vnus portabat tres hœdos, alius tres tortas panis, tertius verò lagenam vini baiulabat: quia hi tres Auguſtinus Arditius, & Marcus & peccatores ad pęnitentiam portabant, & Euchariſtici panis Fidem prædicabant, Sacrificium offerebant pariter, & Sacramentum adminiſtrabant: ſuauiora tandem ſanguinis, & Chriſti Paſſionis vina, ideſt merita ad indulgentiarum Iubilei oblata pocula deguſtare, & largiter bibere adhortabantur,& ſic legitimo Regi geminos corporis,& animæ panes offerebant.

Tres validi cōmilitones fortiter dimicantes aduerſus impoſtores.

1 Reg. c. 10.

Ann. Chriſti 1615.

II. Vnanimiter quidem procedentes hi tres; Apoſtolicum miniſterium vniformi & ſenſu, & greſſu Eccleſiaſtici Regni prouentum adaugere ſtudebant, conſuetis miniſterialibus exercitationibus: Verùm enimuerò Fr. Auguſtinus Sauilianenſis ſicuti feruentioris erat ſpiritus, & efficacioris Zeli inſtantiùs, & impenſiùs in Dei opere enitebatur: ſummo namq; mane ſingularum Dominicalium, ſiue feſtorum dierum Confratres Oratorij ad Beatæ Virginis officium perſoluendum de more congregare ſatagebat, & cum frequentiùs haud congrua recitantium frequentia adeſſet; ipſe abſentium locum, & vices ſuſtinebat: immediatè ab officij abſolutione Sacrum inibi faciebat, poſtmodum excipiendis confeſſionibus vacabat quouſq; Parochialis ſolemnioris Miſſæ inſtaret hora, tunc enim ad Paræcię ſacras Ædes perueniendo honorificentiùs Diuinis celebrandis aſſiſtebat, inter vero Miſſarum ſolemnia prædicabat, & ad meliora populum peruocabat: à prandiò immediatè puellis congregatis in Oratorio, Chriſtianæ diſciplinę elementa impertiebat: inde per directum ſecundò ad Parochiale Templum accedens perſoluendis veſpertinis horis cooperabatur, atque his decantatis, vnà cum Reuerendo Prępoſito Parochò, ac ludimagiſtro adoleſcentibus Fidei rudimenta explicabat: his explicitis omnes ſimul conuenientes ad inferiorem Oppidi partem Paſcherium dictam deſcendebant, vbi iterum Doctrinam Chriſtianam explicabat, cunctis in ſupradictis breuem ſermocinationem proponendo: poſtmodum abſoluto completorio, ſalutationis Angelicę ſigno edito, veſperaſcente die ſinguli ad propria regrediebantur, ſabbata taliter ſanctificare edocti. Nec bono in promouendo ſolummodo inuigilabat Capuccinus excubitor,ſed & malo ſignanter hęreticali in remouendo, imò impediendo: vnde congrua, & liberali propoſita mercede, per exploratorum viam accedentis ad Verzolij Oppidum Pſeudodoctoris furtiuos aduentus perſcrutari, & explorare pertentabat, vt ruentes prædones Eccleſiaſtici Regni perduelles acerrimos, & vaferrimos arceret, & adhuc inibi Caluinizantes compeſceret.

CALCVLVS DVODECIMVS

Fr. IOSEHPI ab EPOREDIA Concionatoris per annum 1626.

I. POſt mille, & ſexcentum à Chriſti natiuitate anno vigeſimo quarto, extremum diem clauſerat Octauius Vialius Salutienſis præclariſſimus Præſul, cuius ſucceſſor deſignatus Agaffinus Solarius, tunc Epiſcopus Foſſanenſis, morte præuentus Salutienſem Eccleſiam needum ſponſatam viduam dimiſerat,

ſequenti anno quinto, & vigeſimo, vnde per biennium iam, & viduitatis ſuæ luctum proſequebatur vniuerſa Salutiarum Diœceſis, & Bellonæ furores exardeſcentes patiebatur Pedemontana regio, ab Hiſpanis, Liguribus fœdere copulatis, Pedemontium Principe multiplicato hoſtili agmine pulſato. Aduerſaria igitur pro propulſanda inuaſione, auxiliares copias Gallicas adſciuit Sabaudus, cui in ſuppetias adfuerunt acies haud tam Catholicę, quin ſectario milite non forent reſperſę, ſiue commixtę: miſcentes igitur (vt proprij moris eſt) Sacra prophanis perfidi Hęretici ſacrilega placita, placentia carni paſſim deſſeminabant (ſi qui tamen inuenirentur, qui recolligerent) in Salutienſiq; Marchia præcipuè, vnde ne Verſolienſis ager ſentibus Caluinicolis iterum denſiùs ſiluеſceret, quin ne ſuperſtitioſi quondam Ægyptij Iſidis in cultum inſipientiùs deſiperent; mittitur ab Eccleſiaſticis Principibus Ioſeph, ideſt Fr. Ioſeph ab Eporedia, vt erudiret Primates Verzolienſis Eccleſiæ, & ſenes populi prudentiam doceret: erat enim Seraphicus
Ann. Chriſti 1626. hic alumnus placidis moribus, & humaniori conuerſatione perſpicuus: religioſis virtutibus pariter, & ſingulari eximia doctrina ſcholaſticaq; facultate conſpicuus: vnde haud mediocris expectationis laureatus, apud Capuccinos computabatur: nec præclariora de eo ominantes feſelliſſet; niſi feſtina mors vitæ illius auſpiciatiſſimum curſum in iuuentute terminaſſet. Cum tamen interim nullum benè operandi, & egregia facinora perpetrandi finem ipſe Fr. Ioſeph agnouiſſet: perſpiciebat fidelis hic ſui Domini, ſummi Regis famulus in Eccleſiaſtico Regno, quod eſt Eccleſia Catholica, ſpiritualis alimoniæ neceſſitate, penuria, vel inedia deficientes plurimos, eſurientes tamen, ſiue fameſcentes paucos, vnde de ſuo abundante promptuario vltronea Euangelica frumenta largiter effundere, & diſtribuere occeptauit, & perſeuerauit: de Apoſtolicæ namq; ſapientiæ horreo Diuini ſeminis grana, & cæleſtis meſſis ſegetes, ſiue plenos manipulos Verzolienſibus incolis, & accolis adiacentium Villarum erogare non deſiſtebat; dum circuibat, & prædicabat, & catechizabat, Sacramentis paſcebat, & exemplis recreabat: quia nondum plenè inualuerat Sacrorum vſus apud Verzolienſes; præualebat adhuc irreligioſarum quarundam mulierculàrum non vſus, Miſſarum celebrationi frequentiori conueniendi: verecundabantur namq; fęminę, adoleſcentioreſq; præcipuè ſepiùs Sacroſanctis myſterijs perficiendis intereſſe. Quamobrem Fr. Ioſeph pijs ſermocinationibus conabatur Sacris colendis, ſolicitiores eos in dies efficere, dumq; ipſe ſtudet pro animarum zelo cunctis prodeſſe, & ſtudioſiùs proficere; completo ſuę Miſſionis tempore, aliò operaturus proficiſcitur.

Mittitur Fr. Ioſeph religioſis virtutibus ornatus.

Prædicatione quoſdam abuſus conatur euellere.

CALCVLVS XIII

Fr. FRANCISCI à MONTEREGALI Concionatoris per Annos 1627. 1628.

I. COelum verſus, licèt non vniuerſi, Verzolienſes per Orthodoxę Fidei ſemitas aptiùs dirigere greſſus, iamdiù cęperant: perceptum igitur iter expeditiùs vt perficerent; deſtinatus venit ad eos comes ſiue Concionator facundus in Eccleſia Fr. Franciſcus à Monteregali, Capuccinus Declamator; vt in laborioſa huius vitæ via pro myſtico vehiculo tardè gradientibus ad cæleſtia deſeruiret: corporis quidem plantis diuturniori podagra correptis, corporali equidem gradiendi robore non valebat, imò deficiebat; ſpirituali autem, de virtute in virtutem proficiendi, valetudine quia mirificè pollebat; ideò infirmarum animarum nutantes greſſus, mentis, non carnis viribus valens, ſuſtentare ſufficiebat. Cum igitur inter Capuccinæ familiæ adnumeratus alumnos, inſignis Seraphici Patris, quinimmo Crucifixi Ieſu ſectator, & æmulator euaſiſſet Fr. Franciſcus; opportunè concionatorio munere ditatus, opportunus Apoſtolico oneri
Ann. Chriſti 1627. exercendo fuit ordinatus, & Verzolium deſtinatus. Patriarchæ igitur Franciſci hic genuinus diſcipulus, protinus vt in publicum acceſſit negotiari, in agrum mox Dominicum receſſit operari, inuentum iam olim, & mercatum Euangelicum theſaurum volens erogare: ardentiùs, feruentiùs, & frequentiùs cœpit prædicare; non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in virtute ſpiritus, cuius vehementiori impulſu perlatus, & roboratus (licèt pedum imbecillitate detentus, itinerario labori minus idoneus naturaliter videretur) ſolicitè tamen, ac ſedulò circuibat, & pertranſibat de Villa in vicum pluries, nempè ſemel & iterum, quin ter, vel quater, toties, & quoties populorum frequentia exegiſſet: Euangelizando Regnum Dei, & publicè pro ſuggeſtu, & priuatim pro ſingulari ſingularium indigentium ſuggeſtione vel correptiua, vel cohortatiua, vel commonitiua: ſiue enim pro virtute promouenda, ſiue pro vitio remouendo, tum

F. Franciſcus cœpit prædicare ſedulò diſcurrens de Vico in Villã

pro

pro euellendis erroribus, tum pro Fidei veritatibus conſerendis viriliter, & indeſinenter enitebatur. Quò verò vberiores prouentus ex concredito, & negotiato fideliter talento bonus ſeruus, & fidelis Domino ſuo reportaret; non conſuetis, ſiue ordinarijs modò modis, temporibus, & locis, ſed & inſuetis, atq; extraordinarijs mercatinis lucrationibus, ideſt non ordinarijs, ſed inſolitis ſpiritualibus exercitationibus prædicati Verbi minas ſibi commiſſas negotiabatur: dando Euangelicas pecunias ad menſam; vt cum vſuris eas Dominus exigeret: quia Orationes, ſiue Sermocinationes quadraginta horarum bacchanalium tempore inſtituendo, & accuratiùs celebrando, à commeſſationibus, & compotationibus reuocatos populos, ad menſam Euchariſtici conuiuij, poſt pœnitentialem expiationem inuitabat, & prouocabat: ſicq; non inſanis tripudijs, & veſanis ſaltationibus in foro, ſed ſanctioribus exercitijs, & precationibus in Eccleſia incumbebant viri, ac mulieres. Haud immemor præterea verbi Domini Ieſu dicentis: *ſinite paruulos venire ad me: talium eſt enim Regnum cælorum.* Cœleſtis Regni viam pueris, & adoleſcentibus indigitare ſatagebat: Quamobrem edocendis paruulis ludum aperuit, in quo non tàm grammaticalia rudimenta, quàm Chriſtiana documenta tradebat: raſis illis tabulis, ideſt puris adhuc mentibus puerorum priùs religionem, quàm eruditionem, ante pietatis formam, quàm litterarum figuras exſculpere ſatagens. Catholicæ igitur diſciplinæ elementa & in ſchola explicabat, & explicita, atq; intellecta in Templo à diſcipulis recitanda, & publicè referenda curabat frequentiùs. Exuberantiores igitur fructus laborioſus hic Domini operarius, ex ſolicita & cultura, & mercatura referebat, tum innocentiæ, tum pœnitentiæ: cuius Sacramenti pro ſolicitiori adminiſtratione ſedulò inſtabat auſcultando, adhortando, commoneſaciendo inſtruendo, interrogando, & in viam ſalutis deuios dirigendo, errones reducendo, mentis oculis captos manuducendo, quinimmò ob grauiora piacula mente captos ad reſipiſcentiam adducendo: donec poſt annuum laboritium ipſe recederet.

Sermocinationes Quadraginta horarū Bacchanaliorū tempore inſtituit

Ann. Chriſti 1628.

Matt. c. 19.

Puerulis aperto ludo grammaticalia rudimenta & Chriſtiana documenta tradit.

CALCVLVS XIV.

Fr. FRANCISCI MARIÆ à SAVILIANO Concionatoris per annos 1629. 1630.

IEſus, Maria, Franciſcus, myſtica, & venerabilis Trinitas, cuius tutelarem inuocationem, poſt Sacroſanctæ ſupremæ Triadis adorationem, in ſalutem deuotè exprimere, & quotidianis familiaribus ſuis operationibus præmittere ſolent Minoricæ familiæ alumni Capuccini: inter quos enumeratus, & laudabiliter, atq; religioſè iamdiù conuerſatus computabatur Sauilianēſis quidam nobilioris agnationis Ciuis, regulari nomenclatura Fr. Franciſcus Maria pronominatus. Qui dignitate Sacerdos, officio Prædicator, Laurea Theologus, virtutibus clarus, præclariſque moribus conſpicuus, & innocentioris conuerſationis amabilis intra Cœnobitica Clauſtra cum extaret, ad extra quoque, inter mundana diſcrimina verſantibus, Saluatorem Ieſum imitando, ſaluationis inſtrumentalem cauſam efficacem verbo, & exemplo mirificè reſplendens, exiſtere omnibus ſuis feruentioribus votis, ac extremis conatibus anhelabat, & enitebatur. Quare concionandi miniſterio ſedulò per annuos, ac Quadrageſimales decurſus incumbentem, tandem aliquando Apoſtolico exercendo muneri, hoc anno in Verzolienſi ſtatione præcipua præfecerunt. Præfectus igitur, atque aſſignatam ſibi ad Cuſtodiam profectus, perfectè vt ſuas partes expleret; circumquaque ad Euangelizandum cuncta ſuæ Miſſionis Oppida perambulare agreſſus eſt: progreſſus autem alicui Populo vt prædicaret; non priùs à pago regrediebatur, quàm ſpiritualiter vniuerſis egentibus, indigentibus, & poſtulantibus pro virili ſatisfeciſſet. Pro concione igitur crimina, ac vitia deteſtabatur: virtutes autem, & compoſitos mores commendabat: iuxta legalia præſcripta decalogi bona opera, & egregia facinora preſtanda monebat: à perpetratis pœnitendum, & recedendum à perpetrandis, præcauendumq; à piaculis admonebat: pro Catechiſmo rurſus ſolicitè frequenterq; minuſculam plebem neceſſaria ad ſalutem fidei elementa docebat: & ſaluationis ſemitas faciliori, & humiliori methodo indigitabat, Chriſtianas primarias eruditiones inſtillando perenniter. I.

Profectus Fr. Franciſcus ad ſibi aſſignatā cuſtodiam cępit cūctis Euā gelizare Regnum Dei circumquaq; diſcurrendo, puerîſq; Catechiſmū tradendo.

Ann. Chriſti 1629.

Diuini cultus frequentiam, ac reuerentiam non minus, quàm decorem, ac venerationem zelabat Capuccinus Leuita: quapropter ſacroſanctis myſterijs Miſſarum celebrandarum, ſiue Diuinorum Officiorum perſoluendorum, aut quorumcumq; Sacrorum exercitationibus perficiendis & perſonaliter ipſe conueniebat, & inſiſtebat, & cęteri quoque Oppidani, & Verzolienſes Incolæ vt conuenirent, & aſſiſterent, ſatagebat: quare Campanarū ſolemni edito, & primario ſigno exaudito, II.

à proprio

à proprio habitaculo egreſſus Pareciam verſus gradiebatur, non tamen in directũ progrediebatur; quinimmò per vicos, & plateas digrediens, ſi quos Diuinorum tempore irreligioſos, & otioſos in foro ſtantes ludentes, vel iocantes inueniret, perquirebat: inquiſitos autem, & inuentos placidè admonitos, ad Sacra celebranda inuitabat, & perducebat: quos autem renitentes offendebat, acriter increpatis, & Diuinæ, & humanæ Iuſtitiæ puniriones comminabatur: eoq; magis in proteruos inuehebat; quando ludentes, aut laſciuientes vel obſcœna, vel verba blaſphemiæ impudenter eructare intelligebat. Et quià ſuæ Apoſtolicæ operationis diebus, Parochus Sacerdos agricola potius, quàm Leuita, agri magis, quàm Eccleſię culturæ ſedulus, non de animarum ſaluatione, ſed de prouentuum collectione, ac pecuniarum acquiſitione ſolſcitus incumbebat; inexculti, & neglecti Diuini cultus accuratiorem culturam, ac opportunam curam Fr. Franciſcus Maria ſuſcepit, & aſſiduè exercuit: Parocho quidem monita ſalutis congrua; & neceſſaria diſcretè exhibebat: Parochianis autem in Sacramentis, & Sacramentalibus cunctis ſignãter Confeſſionibus, & pœnitentialibus expiationibus tàm valentium, quàm infirmorum excipiendis indefeſſè miniſtrabat, morientibus adſtabat, & agonizantibus aſſiſtebat: vniuerſis denique neceſſitate aliqua laborantibus, atque ad ſe accedentibus, opitulabatur.

Diuinorũ tẽpore per vices, & plateas digrediens ꝑquirit irreligioſos.

III. Poſt Diuinæ ſummæ Deificæ Maieſtati debitam latriæ venerationem Deiparæ Matris hyperduliæ reuerentiam, ac proficuam inuocationem promouere ſtuduit: vnde Roſariano à ſuis prædeceſſoribus inſtituto, & erecto Sacello nouam elegantiorem Iconem prouidendam, & apponendam non perſuaſit modò, ſed & cooperando procurauit. Peculiari autem ſui animi, cordis, & affectus propenſione, cum in Diui Ioſephi venerationem inclinaret, atq; in ſuffragiorum ſolatia purgantibus animabus procuranda, & afferenda propenderet; Fr. Franciſcus Maria Suffragij Sodalitium, ſub Patriarchæ Ioſephi inuocatione, & tutela in Sanctæ Mariæ de Paſcherio Baſilica erigere; & conſtituere feruentioribus votis percupiebat: quamobrem & familiaribus pro ſuis congreſſionibus, & conuerſationibus, & multò magis publicis pro conſuetis annualibus ſermocinationibus, & quadrageſimalibus Concionibus, quadraginta itidem horarum continuatis ſermonibus Verzolienſem populum, maiori qua valebat ſui zelotis ſpiritus contentione adhortabatur, cohortabatur, atque ad huiuſcemodi altare, ac Sacellum pariter, & Sodalitium erigendum perducere conabatur: hortanti autem, & ſuadenti licet maior pars plebis, & ſanior optimatum portio auſcultaret, & propoſitum pium opus proprijs eleemoſynis perficiendum acceptaret; irreligioſiores verò multi tàm de plebe, quàm de populo, qui intrinſecè ſaltem Caluinizare nondum quieuerant, & defunctorum ſuffragia, & Sanctorum venerationem videntes, & irridentes præindicatæ Societatis erectionem, atque conſtitutionem emendicatis ſub effictis honeſtis titulis reſpuentes, commodiora, & opportuniora magis in tempora reſeruandam dixerunt. Indixit tamen ex hac contradictione, ipſe ſibi Capuccinus Leuita magis laborioſam fatigationem, in eleemoſynaria ſtipe à Catholicis fidelibus, prò pio opere promouendo, quæritanda, & in pago, & in Verzolienſi agro: vt etiam reluctantibus indeuotis deuotionis, & Orthodoxæ religionis incrementa proueheret, & multiplicaret. Multiplices igitur pecuniarias erogationes cum collegiſſet; penes pium virum reponendas curauit.

Roſariano Sacello elegantiorem nouã Iconem apponendam procurat.

Verzolienſẽ populũ ad erectionem Sodalitatis Suffragij ſub inuocatione S. Ioſeph adhortatur.

Ann. Chriſti 1630.

IV. Ominoſioris ergo trigeſimi anni decurrentis ſæculi ſeptimi decimi in initijs, nempè Februario Menſe intra Bacchanalios dies, per Dominicæ Quinquageſimæ triduum quadraginta horarum exercitium in Verzolij Oppido cum ſolenniter celebrare decreuiſſet; Capuccinus Cōcionator Parochiale quidem Templum, & altare pro Sanctiſſimi expoſitione perornanda curauit, verùm apparatus ornamenta non alia, quàm mortis trophæa, & mortuorum ſimulachra effictа, & depicta apponenda, & affigenda mandauit. Superuenientibus verò pro horarijs orationibus, & ſermocinationibus aſſiſtendo Oppidanorum religioſis Societatibus, & fidelium turmis inauſpicatè nimis cepit, & ad finem vſque perdurauit, acerbiora flagella imminentia ominari: licètque needum in hac Marchionali plaga vel prælij, vel peſtis germina, vel primordia pullularent, & Marchionenſibus cunctis ad alimoniam neceſſaria abundè cuncta ſuppeterent; comminabatur nihilominus de ſuggeſtu iacet Declamator obſtinatis peccatoribus vniuerſis, iiſque præcipuè, qui à ſe propoſitæ Sancti Ioſephi Congregationis fundationi aduerſati fuerant, tergeminatæ punitionis prelij, peſtis, & famis exterminium, acerbius adeò, & irreparabile; vt morienti filio Pater, vel pereunti Parenti natus ſuccurrere, nec auderet, nec valeret. populuſq; vniuerſus repentino, & inexpectato, ſiue inexcogitato flagello occupatus, ſuis vel bonis, vel vitę conſulere nequiret: vnde adſtans plebs vniuerſa indigenarum, & alienigenarum miſericordiam Diuinam eleuatis vocibus implorando, ploratus, & vlulatus reſonare faciebat, criminum ſuorum remiſſionem poſtulando. Quæ tamen omnia à Capuccino

Quadraginta horarũ oratio nẽ inſtituit.

Religioſo

Religioſo Præmonitore prænunciata aduerſa, de manu Domini plenariè accepit plebs Verzolienſis: occupantia enim circiter Iunium Menſem Salutienſem Marchionatum Francorum Caſtra, Luc laborantia Marchionales Villas primò bonis, deinde ſanitate expoliauerunt: vnde bellicis inuaſionibus depauperatos, & peſtilentiali morbo laborantes Verzolienſes egeſtas, & alimoniæ acerbior penuria inuaſit. Ægrotabant igitur ad mortem, & ad defectionem, ſeu interitum egebant etiam optimates; nec tamen erat, qui ad auri, aut argenti pondus panem porrigeret.

Inter eos ergo, qui peſtifero mucrone percuſſi in Verzolij Villa, circa Kal. ſextilis epidemica tabe infecta, interierunt, non nouiſſimi computantur pertentatæ à Fr. Fráciſco Maria Suffragij Sodalitatis inſtitutioni cõtradicentes, quibus extinctis, cum in dies magis graſſante morbo aliquando de Religioſi Domicilij ſpecula contemplans Capuccinus excubitor, pertranſeuntem proſpexiſſet præindicatum eleemoſynarum depoſitarium, Dominum Sicardum, illum allocutus Fr. Franciſcus Maria dixit: En expectatus ades, ego enim peſtilentiali vulnere ſauciatus deficiam, vnica igitur cordis mei ſenſum cogitatio, & ſolicitudo contorquet: nempè quòd morte præpeditus præditpoſitum Dino Ioſepho, & purgantibus fidelium animabus obſequium, & Sacrum inſtitutum perficere nequeo, tibi ergo, qui licet peſte percuſſus conualeſces, etiam atque etiam quantum valeo, volo religioſi operis conſummationem commendare, ſicuti de toto corde commendo: vt quibus apud te retines eleemoſynarijs ſubſidijs; Sacras & Aram, & Societatem conſtituendas procures. Quibus diſpoſitis cum iam à principio inualeſcentis morbi languentium, & infectorum Miniſterio ſe addixiſſet; libentiùs poſtmodum peſte deficientibus peragrabat, & perſeuerabat Pœnitentiæ ſacramentum adminiſtrare, eò laborioſiùs, ac ſolicitiùs, quò maturiùs lethifera egritudo Parochum, & ſæculares Sacerdotes, nempè Capellanum occupauerat. Perſtitit igitur in charitatiuo miniſterio Fr. Franciſcus intrepidus, & infatigabilis, donec charitatis vltroneo Sacrificio & ipſe occubuit: laborantibus enim, & morientibus dum vt ſuccurreret, diſcurreret; lethalem & ipſe infectionem incurrit, ex qua mortaliter decumbens, à commilitone Sacerdote Fr. Chriſtophoro Taurinenſi licet pro virili coadiutus, tandem tamen Sacramentalibus antidotis roboratus, & munitus animam ſuam pro amicis expoſitam, ſuo Creatori commendatam expirauit. Cuius religioſam dormitionem Reuerendiſſimus Salutienſis Epiſcopus Prouinciali Capuccinorum Miniſtro per ſuas litteras annunciauit, & defunctum Capuccinum Operarium honorificis notis commendauit: enixè ipſum deprecans, vt ſuperſtitem ſolum Fratrem Chriſtophorum deſtituto illi, & laboranti populo in Parochialiter miniſtrando perſeuerare concederet: cui expeditè Miſſionum Præfectus annuens, Capuccino Sacerdoti (qui & ipſe epidemica infectione correptus, diù languerat, atque aliquando Verzolio Coſtilioſas iter faciens, & in itinere languidus deficiens, ſecus communem viam deſtitutus aliquandiu iacuerat, tunc verò vires aliqualiter recuperauerat) tranſmiſit per litteras in mandatis, vt mortuis, & deficientibus proprijs Curatoribus, derelictæ Verzolienſi plebi Parochialia munia ſubminiſtraret, donec legitimi de nouo prouiſi, vel prouidendi Rectores ſuperuenirent: quæ omnia adamuſſim ille (propria neglecta, hactenus nondum confirmata valetudine) exequi curauit, & deficientibus ſiuè indigentibus viriliter in omnibus præſtò adfuit, Sicardus autem Diui Ioſeph Theſaurarius, langoris quidem morbifici infectionem contraxit; ſed mortis diſcrimina pro tunc (iuxta Apoſtolici ſpeculatoris vaticinium) euaſit, & commendatum egregium facinus proſequi non neglexit.

V.

Propiam mortem prænuntiat.

Intrepidè ſtat in charitatiuo miniſterio, donec percuſſus morbo occubuit.

Ann. Christi 1630.

Defuncto Miſſionario Fr. Chriſtophoro Sacerdoti Parochialia cõmendantur.

CALCVLVS XV

Fr. FRANCISCI à MONTEREGALI Concionatoris per annos 1631. 1632. 1633. 1634.

I. INfauſtiori igitur præcedenti anno epidemicæ interfectionis falce feralis mors in Verzollenſi agro, & Oppido cum laicis, & Clericis ipſum etiam Apoſtolicum Operarium vbi demeſſuiſſet; omiſſo, & miſſo facto Sacrorum cultu, vacabant Diuina, donec à peruigili Diœceſano Præſule electus, & ordinatus Parochus Parœciæ curandæ curam aſſumpſit. Interim vacantis Apoſtolicæ triplicis Cuſtodiæ (vti proprio in ratiocinio ſupra numerauimus) Draconerienſis, Cadralienſis & Verzolienſis adminiſtrandæ onus Præfectus Miſſionum, Prouincialis Miniſter Fr. Paulus-Maria Aſtenſis geminatis excubitoribus Fr. Fr. Franciſco à Monteregali, & Mauritio Cauenſi commendauit: cum verò in proximè celebrandis Prouincialibus co-

mitijs Fr. Franciſcus adeſſe compelleretur; eius in Miniſterium præreccuſitus Præfectus Fratrem Matthiam à Cabalario maiore Concionatorem ſuffecit, & Verzolium ad excubandum deſtinauit, Qui inibi pro breuioribus ſuæ reſidentiæ diebus commoratus, proprio oneri ſatisfacere ſategit. Capitularium verò Patrum noua

Frat. Franciſcus venit iterum Miſsionis Stationarius.

Ann. Christi 1631.

diſpoſitione prædicto Fratre Matthia in Draconerienſis Cuſtodiæ Stationarium ordinato, Verzolienſi ſtationi iterum Fra. Franciſcus à Monteregali venit Præfectus. Proficiebat in dies magis Seraphici hic Patris genuinus alumnus, de virtute in virtutem proficiſcens: vnde inter ſuos non mediocris ſanctimoniæ, patientię, & humilitatis radijs præfulgebat: quare animarum ſaluandarum ardentiori zelo cum pariter arderet; frequentius Euangelico operi varijs in Miſsionibus vt incumberet, eſt prædeſtinatus. Verzolium igitur ſecundò, hoc trigeſimo anno primo poſt ſexcentum, & mille adfuit ordinatus.

II. Ordinarijs ergo, & jam olim à ſe ſibi præordinatis Apoſtolicis exercitationibus, de nouo ſolicitior incumbens Frat. Franciſcus conſuetæ, & aſsiduæ Diuini verbi prædicationi per ſuæ ditionis vniuerſa Oppida indeſinenter, licèt podagroſus, perambulando inſiſtebat: à Prędicatione autem ibidem ſimplicium eruditioni perſiſtere non omittebat: nec Sacramentales confeſsiones pœnitentium longanimiter, & toleranter etiam rudiorum, vel criminoſiorum audire prætermittebat: quin verò beneficentiæ effuſioris in proximum peculiari ſtudio afficiebatur, atque conſimilibus Charitatiuis occupationibus hilaris ſpiritus eius recreabatur, Quamobrem vt Chriſticolæ Vniuerſi (ſicuti Chriſtianæ religionis inſtituta requirunt) ſpiritualibus magis, quàm carnalibus delectarentur illecebris, & oblectamentis ſpiritus, non carnis gauderent: Bacchanalicis diebus, nempè Quinquageſimæ Dominicæ per ſubſequens triduum, quandò effrenes ſenſus quęlibet in diſſolutionum tripudia laxatis habenis ruentes debacchantur: Bacchi, Cæreris, & Veneris Triũuiratus infauſtiſsimi pernicioſiores progreſſus vt impediret; Quadraginta horarum pacifica exercitia in Eccleſia Parochiali percurrenda, & frequentanda proponebat. Ibi namque de more in honorificentiùs exornato Altari, expoſito Sanctiſsimo, propoſitis à Capuccinis vigilibus reportatis, elucrandis plenarijs indulgentijs, & Incolis, & Accolis cunctis inuitatis, & ſtatis diebus, ac horis concurrentibus Fr. Franciſcus horarias efficaciores ſermocinationes habebat, quibus & mares, & feminas à carniſpriuij minus modeſtis, & honeſtis conuerſationibus, & commeſſationibus reuocatos ad carnalium ſpretum, & contemptum prouocabat: prouocati autem non ſurdi auditores ſed factores operis, laudabiliora Chriſtianæ pietatis facinora per totum Deo dicatum triduum multiplicabant. Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramentis deuotè, & humiliter cuncti approximantes, ſacro Euangelico declamatore vehementiùs perorante, quòd per quadriennium ſuæ hujus ſecundæ Miſsionis obſeruare opportunis Bacchanalium temporibus nunquam deſtitit. Præſtitit autem & hoc quadraginta horarum emolumentoſum ſpirituale beneficium Coſtiliolarum Oppidanis, dum Parochiali illorum in Eccleſia Quadrageſimales conciones nouiſsimo ſuæ laborioſæ Olympiadis anno haberet. Tunc enim ſacratioris hebdomadis per triduum, Concinnato apparatu, & conuocatis circumadiacentibus populis, feruidè adeò perſeuerauit per horas adſtantibus declamare; vt non ordinarias dumtaxat Sacerdotes accedentium confeſsiones audirent; ſed generales hactenuſq; inualidas plures reinualidatas, & repetitas expiationes ſacramentales exaudirent: ipſe quoque, quando per ceſſationem à concionibus ei licebat, criminoſiores ad ſe accedentes, & pœnitentes gratanter, & hilariter excipiebat. Admonitus aliquando, quòd mox perhabendę ſermocinationi interuentura cuiuſdam Pagi plebs, in factiones diuiſa iamdiù diris rixationibus agitabatur, adinuicem furentibus Oppidanis; ipſe ligneo gradu conſcenſus, accenſo ita ſpiritu, & incenſo adeò ſermone diſsidentes perſeuerauit pulſare, & ad Charitatem, ac pacem vehementiùs cohortari; vt adhortantis Oratoris monitis, quinimmò aſpirantis flamminis motibus iam reſiſtere non valentes, in mutuos amplexus publicè ibi in Templo coram Populo, vltrò diſcordantes adinuicem ruerent, & noxas dimittentes, & iniurias miſſas facientes, & inimicitiarum obliuiſcentes: vnde illius Villę contribules pacificè in poſterum inter ſe verſati ſunt.

Bacchanalicis diebus in Parochiali Eccleſia exercitium Quadraginta horarũ frequentauit.

Ann. Christi 1632.

Idem exercitiũ præſtitit populo Coſtiliolarum.

III. Quo verò non ſolis ſacris, aut profanis Bacchanalibus; vel Quadrageſimalibus; ſed pariter totius anni diebus, ſibi commendatam plebem melioribus, vel ſaltem bonis exercitationibus occuparet; feſtiuis, ſeu Dominicalibus ſignanter temporibus, præter Chriſtianæ doctrinæ nunquam intermiſſa ab eo, etiam podagra detento, exercitamenta, ſpiritualium quarumdam hiſtoriarum vitæ Sanctorum, vel Dei Matris, aut Chriſti Saluatoris geſta memorantium relationes, interdiù ab edoctis adoleſcentibus in proſcęnio repræſentandas ſumma diligentia, & labore curabat: tergeminæ igitur peculiares enumerantur, prima Paſsionis, ſecunda Reſurrectionis, tertia tandem Aſcenſionis Chriſti repræſentationes ab eo in Verzolienſi Villa celebratæ, quartam verò Sanctæ virginis, & martyris Cathari-

Ann. Christi 1633.

Tergeminę repræſentationes & quarta Sanctæ Catharinę.

næ Ale-

hæ Alexandrinæ geſta, & Martyrium referentem ab expertis, & edoctis adeò iuuenibus, & oppidanis viris actitari fecit; vt cùm Salutienſes, & Reuerendiſſimus Antiſtes, & optimates plures Verzolij recitantibus ſemel adſtitiſſent; iterum in maiori Salutiarum Eccleſia coram congregatis vniuerſis Ciuibus Incolis, & Accolis recitari, & repræſentari petierint, & voluerint, ſicuti & Fr. Franciſco dirigentè honorificè intra paucos dies compoſita Sacra Scena ab eiſdem præſtitum eſt. Fideles ergo Verzolienſis Eccleſiæ cùm ſedulus adeò Capuccinus ſtationarius ad pietatem medijs, & modis omnibus perducere ſtuderet; non in cunctis fruſtra nitebatur, quinimmò in pluribus haud mediocriter proficiebat: nam ſaniores, & prudentiores ſiue ex aduerſo rudiores, & ſimpliciores Apoſtolico exhortatori prudenter auſcultando, crebrioribus Confeſſionibus, & Communionibus incumbebant: & pro animarum ſuarum ſaluatione ſoliciti, bonis ingiter operibus inſiſtebant: & Chriſtianè viuendi Chriſti Regis Præcepta, & Eccleſiæ obligantia præſcripta obſeruare ſatagebant. Vt autem ſicut populus ſic Sacerdos laudabiliter, & ſufficienter proprio in miniſterio operarentur; Leuiticis miniſtris, idest Parochis ipſe Fr. Franciſcus cooperari numquam negligebat, quin verò & intra, & extra Verzolij Oppidum Parochis auxiliari, & ſuccurrere feſtinabat; non in Sacroſanctis modo myſterijs honorificentius celebrandis, ſed & in Sacramentis miniſtrandis, & Parochiali onere ſuſtinendo. Verzolium poſt contagium prouiſus venit Reuerendus Præpoſitus, podagra laborans, vnde cùm articularis morbi doloribus correptus, in lectulo decumberet; quia ſolitarius erat, non alium ſe ſubleuantem & Parochialia munia exercentem habebat quàm Capuccinum Cooperarium, qui eadem charitatiua ſubſidia vicinis Curatis abſentibus, vel impeditis rogatus præſtabat: quin etiam non rogatus Aduentus, & Quadrageſimæ temporibus, præcipuè cùm circumadiacentes Villæ, & Populationes panem verbi Dei indigentibus præ egeſtate, frangentem Prædicatorem non haberent; ipſe (cùm per habitualem articularem ægritudinem ei permittebatur) ſolicitus, & feſtinans etiam ter, & quater in die, per diuerſas Parœcias Concionari properabat: Mantam, Falicetum, Villamnouam, Alpeaſcum, Venaſcam, & Coſtiliolas perueniendo. Ann. Christi 1633.

Parochis quibuſcumque ſubſidiariè opera præbet.

IV. Accelerabat verò in Verzolij peculiari Pago Chriſtianæ pietatis, ac religionis accrementa ſingulariter promouere: vnde quamuis olim ſubuerſores, & nonnulli increduli obſtitiſſent; quò minus illius prædeceſſor Fr. Franciſcus Maria Saluzzienſis plum deſideratum opus conſummaſſet: ipſe nihilominus ſub ſuæ Quadrageſimalis Miſſionis temporibus, pro Purgatorias pœnas patientibus animabus impenſius ſuffragandis, religioſum Sodalitium in Parochialibus Sacris Ædibus ad Leuitæ Sancti Stephani Protomartyris Sacellum inſtituit, & Canonicè conſtituit e congrua à Præſulibus reportata auctoritate; hancque nouam antiquæ doctrinæ Chriſtianæ congregationi iam perſtanti aſſociauit, aſſociatæ autem ex eleemoſynarijs ſubſidijs conflatum peculium attribuit; vt congruo ſtipendio conducti Sacerdotes, ſingularum hebdomadarum ſingulis ſecundis ferijs, ſolemnem vnam, priuatas plures in defunctorum requiem Miſſas ſelectum, atque ſtatutum ad illud Altare celebrarent: eam autem Protomartyris Hieroſolymitani ſacram Ædiculam non caſu, ſed ex induſtria præmeditato ſtudio inſtituendo hoc pio operi elegit, & deſtinauit; vt vel ſic collabentis Sacelli inſtaurandi opportunitatem nanciſceretur: quia enim inibi iam olim à religioſis antiquis inſignioris Leuitæ Sacræ repoſitæ reliquiæ nonnullæ, neglecto, & deſerto in Sacello minus honorificè aſſeruabantur, & colebantur; prouidus Operarius, vt vnico greſſu binos progreſſus aſſequeretur; ſuffragiorum Sodalitatem eo in altari erigendo inſtitutionem nouam quidem, ſed veteraſcentis reſtitutionem, ac inſtaurationem pariter molitus eſt. Per agrum igitur, & Verzolienſem Pagum religioſam ſtipem ipſe queritando, pecuniarum ſubſidium congruum conflauit & pro altari reſtituendo, atq; exornando, & pro recenter depicta, ac comparata Icone apponenda, & tandem pro paramentis congruis comparandis, quibuſuis temporibus Miſſarum ſacrificia in eo offerrentur. Ann. Christi 1634.

Suffragij Sodalitium ipſi Protomartyris Stephani protectione ad eius Sacellû inſtituit.

Rotarianæ curſus, eodem in Templo conſtitutæ aræ pallium ſcutulatum album attribuendum curauit: diſciplinatorum Oratorio alterum altaris ornamentum reticulæ in modum elaboratum conficiendum procurauit: tandem campeſtres, vel domeſticas nonnullas Ædiculas ſacras, nempe Sanctorum Rochi, & Sebaſtiani in Pago geminas: Sancti Bernardi in Montanis ſyluis: Sancti autem Bartholomæi in complanis agris vel efficacioribus adhortationibus ab Incolis reſtaurandas, & exornandas ſuaſit, vel eleemoſynarijs ſubſidijs ipſe exornauit, & reſtituit; per olympiadem ſuæ Apoſtolicæ fatigationis. Quando memorabili, quia horribili ſpectaculo Deus Omnipotentis ſuæ Matris Sanctorumq; venerationem fidelibus commendauit. Cum enim Verzolienſes tres iuuenes in vinero conſiſtentes, ſimul colloquerentur, infelix vnus ex his occeptauit in B. Virginem, & Matrem Mariam euomere hæreticas blaſphemias, & cum iam in nubilo præexiſteret Cœlum, de repente exorta tempeſtate, perſonantibus tonitruis

Altare Sancti Stephani reſtituere, & exornare ſatagit.

Sacras Ædiculas; & paramenta plura reſtaurat, & coemit.

eiaculatum

eiaculatum è nubibus accenſum fulmen, tamquam ignita fulgurans ſagitta de Cœlis emiſſa, temerarium blaſphemum medium ſtantem, ſolitarium percuſſit, & mortuum proſtrauit, combuſtoque medio, hinc inde adſtantes ſocios illæſos pręſeruauit. Quòd alter eorum tremens, ac pauens fideliter Apoſtolico excubitori conteſtans denunciauit. Huius igitur Euangelici Operarij egregia facinora per quadriennium continuata, Verzolienſi in populo religione, & Chriſtiana pietate excolendo, cum contemplatus, & prudenter pręmeditatus fuiſſet Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus Silueſter Salutius ex Verzolij, & Mantę Condominis Patritius, & Altęcumbę Abbas authenticum de religioſi iſtius Agricolę laborioſa fatigatione, atque proficua agricolatione teſtimonium protulit palam coram Populo dicendo: verè validè adeò, & tãtùm Pater Franciſcus; & pulſauit, & percuſſit: vt tandem de ſilice ignem, vel aquam eduxerit de ſaxo duriſſimo.

Ann. Chriſti 1634.

Horribili ſpectaculo Deus Veneratione ſuæ Matris commendat.

CALCVLVS XVI.

Fr. MAVRITII CÆVENSIS Concionatoris per annos 1635. 1636. 1637.

I. TRanquilliori quidẽ, & pacatiori quàm antea rerũ ſtatu perfruebantur ſub his diebus Subalpini populi, ſedatis iam peſtilentiæ, & famis tempeſtatibus: verùm non omnimoda adhuc pace lætabantur, diſſidentibus inter ſe perpetuò Francis, & Celtiberis, atque ipſis in Inſubriæ, Liguriæ, ac Pedemontanæ regionum conterminis aſſidua prælia exercentibus: quibus vel inuiti Subalpini intereſſe cogebantur, dum pertranſeuntibus Gallicanis aciebus ex condicto, cõmeatum ſuppeditare, & pro inito fœdere cõmilitare tenebantur. Cum igitur Mũdana prælia, & præliantium ſæcularium poteſtatum bella minimè bella, imò multùm deformia, noxia, & pernicioſa reipublicæ appareant, grauiora ob Eccleſiaſtico regno illata incommoda: ideo Hierarchici Ordinis Præſules bellicis hiis pro arcendis ab Eccleſia detrimentis, & nocumentis; vigiles Cuſtodes ſuper muros Hieruſalem conſtituere ſolent, inter quos hoc anno Verzolienſem ad Cuſtodiam obſeruandam Miſſus adeſt Fr. Mauritius Cæuenſis exercitæ religioſæ militiæ Pugil, qui pacifici bellatoris perſonam vt indueret; militiam vt exerceret; diſſidentes in Verzolienſi populo, & diſcordantes in plebe omni ſtudio conciliare enixus eſt. Vnde ſimultates plures, litigia, ac rixationes inter diſcordes varios compoſuit: ſed perantiquã preſertim ſingularem inter Optimates loci inimicitiam damna multa, & imminentem plurimorum ruinam parituram opportunè extinxit, & de medio offenſionis lapidem abſtulit, ſublatiſq; odijs animos aduerſantium reconciliauit, pacemque inter contribules, & coopidanos, quamdiù in officio ſtetit, fouere, & conſeruare numquam, & nuſquam ceſſauit.

Ann. Chriſti 1635.

Aduenit Fr. Mauritius pacis cultor amabilis.

II. Quoniam ſemper, & vbiq; & in Verzolio, & Verzolio circumadiacentibus in Oppidis, & Pagis pacifici Regis Chriſti Euangelicam legem annunciare, prædicare, & explicare ſatagebat, omni quidem temporis differentia, abſque perſonarum, ſeu locorum acceptatione, ſolertiùs tamen in celebriorum vniuſcuiuſque populationum dierum, ſiuè Sabbatorum obſeruatione: tunc enim ad proprij tutelaris feſtiua gaudia celebrantes, ſtudioſè accedens Confeſſionibus excipiendis incumbebat: moxque de laudibus, & peculiaris Patroni patrocinio ſermonem congruum ad populum proponebat. De Apoſtolicorum Operariorum more Quadrageſimæ, Aduentus, & Dominicarum præcipuis diebus fidelibus prædicati verbi alimoniam diſtribuebat: Sacramentorum pharmaca porrigebat ſedulò, & aſſiduè: verùm non minus ſolicitè ſimplicium in exercendo Catechiſmo elaborabat; neque enim ſemel ſingulo pro die Dominico in ſingulari Parochiali Verzolienſi Eccleſia adoleſcentiores Chriſtianè inſtruere contentus, iterum in Paſcherij Deiparæ Virginis dicatum Templum, pro commodiori Oppidanorum opportunitate, deſcendens congregatos rurſus rudes pueros, & puellas Fidei Catholicæ rudimenta docebat, frequentiùs ſermocinando. Quòd itidem alijs in Parochijs, & locis pro conſueto præſtare non prætermittebat. Quadraginta horarum pium inſtitutum à ſuis prædeceſſoribus diligenter excultum, haud ipſe Fr. Mauritius negligendum duxit: quinimmò accuratè excolendum ſibi pluries indixit: Quò enim indulgentiarum theſauros ab interuenientibus eluerandos, propoſitos abundantiùs fideles illi populi aſſequerentur; per triennium, quo inibi Apoſtolatus eſt quinquies Quadraginta horarum exercitium celebrandum conſtituit: quater nempè in diſciplinatorum proximo Oratorio, per Bacchanalium, ideſt Quinquageſimæ Dominicę triduum, ſemel verò in Parochiali Verzolij Templo, Paſchalis triduanę ſolemnitatis tempore, honorificentiùs Sanctiſſimo expoſito,

Ann. Chriſti 1636.

Quinquies Quadraginta horarũ exercitium celebrauit.

horarias ſermocinationes ad conuocatas, & conuenientes fidelium religioſas turmas ipſe habuit: quò Chriſtianam plebem, & à malo remoueret, & ad bonum efficaciùs promoueret.

Multa quidem, & alia præclara facinora ipſe geſſit, quia & Apoſtolicorum Cuſtodum Capuccinorum religioſam domum inſtaurare, atq; commodiorem reddere ſategit: adiunctis & habitaculo vno, & opportuno ſolario, Bibliothecam concionatoriam, multis comparatis ſacris codicibus adauxit: domeſticam verò ſupellectilem congruenter multiplicauit. Quæ autem ipſe multiplicare, ob Apoſtolici ſtipendij, vel eleemoſinariæ ſibi præſtitę ſtipis anguſtiam non valebat; vt communi, ac publico ęre ſęculari, vel ſpirituali pręſtaretur; Fr. Mauritius conſulebat, & conſulta pia opera perficienda ſatagebat. Parochiali Verzolienſium Templo nouum gradum ligneum pro concionibus habendis idoneum, commodo aſcenſu ſuperaddito apponendum curauit: eiuſdem Eccleſię Roſariani Sodalitij pro altari exornando, accepta pecuniaria eleemoſyna à pijs perſonis, geminas Angelorum ligneas, ſed deauratas, ac picturatas ſtatuas comparandas mandauit: populationis Verzolienſis inferioris, Paſcherium dictę; cum anguſta Baſilica perſtaret; Fr. Mauritius & ſacras illas Ædes ampliores conſtruendas, & prominens campanile ſuperſtruendum, ac congruam campanam conſtructo ſuperponendam habitatoribus ſuaſit, & ſtructuræ perficiendę, atq; ſolicitiùs conſummandę incubuit: ſicque vel ipſe egregiè operando, vel egregia facinora valentibus operanda proponendo, ac perſuadendo per triennalem ſuam ſtationem laudabiliter Verzolienſem Cuſtodiam adminiſtrauit. III.

Miſſionis Domum inſtaurat.

Ann. Chriſti 1637.

Baſilicā ampliandam curat.

CALCVLVS XVII

Fr. SIMONIS TAVRINENSIS Concionatoris per annos 1638. 1639. 1640. 1641.

SImonis quondam Iudeorū Sacerdotis laudes decantaturus Ieſus Filius Sirach Hieroſolymitę, pręcipuum laudum eius pręconium à Templi inſtauratione deduxit ſcribens: *Templi etiam altitudo ab ipſo fundata eſt, duplex ædificatio, & excelſi parietes Templi*. Huius noſtri Capuccini Sacerdotis, Theologi, ac Concionatoris Fr. Simonis qui hoc anno trigeſimo octauo ſupra ſexcentū, & mille Verzolianę Stationi Patrum voto adſcriptus eſt, memorabilia geſtà ego deſcripturus, non aliunde tum aptiùs, tum veriùs narrationis veridicę exordium ducere, & ſubiectum deſumere valeo, quàm à duplici ab eo fundata, & conſummata ędificatione & Sacri Tabernaculi, & religioſi habitaculi in Verzolienſi Cuſtodia. Cum enim in Parochialibus Oppidi Sacris Ædibus minus congruo, ligneo tabernaculo Auguſtiſſimum Euchariſtię Sacramentum aſſeruaretur; Fr. Simon ſolicitè, & laborioſe per Pagum, & Verzolij agrum circumambulando pecuniariam eleemoſynam queritauit, quam cum minus ſufficientem, pro deſignato opere perficiendo, computaſſet; à proprijs & Matre, & Fratre expoſtulatò, & accepto mannalis monetę ſubſidio, ſufficientem pecuniam conflauit, quam honorificentiori, & magnificentiori deaurato, & picturato in Tabernaculo conficiendo, atq; grandiori are ſuperponendo impendit: ſicq; Parochialem Eccleſiam mirificè exornauit. Rurſus cum Capuccinorum excubitorum habitaculum anguſtiùs pariter, & religioſis exercitijs, ac miniſterijs minus idoneum adhuc perſtaret; Fra. Simon, ab agnatis ſexcentum librarum ſibi ſuppeditato eleemoſynario ære, Apoſtolicæ Miſſionis domum ampliauit, & ſuſcipiendis aduenis, ac peregrinis aptiorem reddidit: conſummandæ ſtructuræ non reali ſolo, ſed & perſonali miniſterio cum ſocio cooperando, & neceſſaria cuncta ſubminiſtrando. Poſt duplicem iterum ædificationem nempè & Tabernaculi, & habitaculi: Templi etiam altitudinem extollere ſtuduit, hoc eſt Eccleſiaſticorum Miniſteriorum apicem, nempè Euangelij Predicationem exercere nequaquàm neglexit: de ſublimi namque, hoc eſt de ſuggeſtu, culmen ſacrę doctrinę, & prædicati verbi extollens in fortitudine vocem ſuam, explicabat, & fideles ad altiora tàm opera, quàm merita, ſiue Cęleſtes coronas prouocabat: corrigendo, monendo, & adhortando, cum interim pro culminibus ſuſtinendis, & porrandis ſolidiora fundamenta, nempè Catholicę Fidei primaria rudimenta, & fundamentalia documenta rudibus, & ſimplicibus tradere ſtuderet, iugiter, & aſſiduè proprio, & Apoſtolico Miniſterio incumbendo: Sacramentorum adminiſtrationi non deficiebat: excipiendis confeſſionibus inſiſtebat: & ad ſe venientibus egentibus cunctis ſuccurrebat: ſicque faciebat cunctis diebus ſuę Euangelicę villicationis.

I.

Eccl. cap. 50.

Ann. Chriſti 1638.

Fr. Simon Parochialē Eccleſiā exornat; Miſſioniſque Domum ampliat.

Ann. Chriſti 1639.

APPENDIX.

I. HOc Quadrageſimo cum ſexcenteſimo, & milleſimo anno, Fr. Matthias cum Aſtenſem Capuccinorum Conuentum moderaretur: ex laborioſè hactenus per immediatè præcedens ſeptennium adminiſtratæ, & ſuſtentatæ Magiſtralis humanarum, & Diuinarum facultatum Cathedræ fatigatione, tandem fatiſcens improbo labori ſuccubuit, & prolixum languorem contraxit: quare ſpōte Guardianatu ſe abdicauit, atque annuente Fratre Ioanne à Montecalerio, tunc Capuccinorum Miniſtro Generali, & dirigente Fratre Auguſtino à Sauiliano Miſſionum Præfecto, & Miniſtro Prouinciali (qui Fr. Simonem Taurinenſem in ſuæ conſuetæ viſitationis ſocium à ſecretis aſſumpſerat) ad Verzolienſem ſtationem excolendam (ne hypochondriaca affectione laborans otio tabeſceret) atq; exercendam ſuſcepit. Emiſſus igitur à religioſis Præſulibus, antequam ad deſtinatam ſibi cuſtodiam appelleret; ad Reuerendiſſimum Taurinenſem Nuncium Fauſtum Caffarellum acceſſit: ille autem Zelotes Antiſtes aduenienti benignè excepto, periculum Fidei, & Eccleſiaſtici Regni diſcrimen, quo Catholica Eccleſia, vniuerſam Pedemontanam regionem, inuadentibus Gallicanis ex parte hæreticis Caſtris, laborabt, ſignanter ſemper in fidem Sauilianenſi apud Subalpinos Ciuitate: vt illæſam ſeruandam ſatageret; commendauit: inibi namque Gallicis armis, & præſidiarijs militibus Franci Regis nomine, & mandato præſidebat Verſipellis quidam Tribunus militum Caluiniſta, qui tamquàm callidus hæreticæ verſutiæ profeſſor; & prauitatis Caluiniſticæ promotor, extrinſecùs quidem ſpeciem pietatis, & iuſtitiæ, atq; humanitatis præ ſe ferebat; intrinſecùs autem feraliter in Orthodoxam religionem deſæuiebat: quia & Pſeudominiſtri officio ad ſuos fungens, cōgregatis concaluiniſtis militibus inter priuatos parietes ſacrilega miniſteria exercebat, & ſacrilegia expoſitorum Pſeudodogmatum, atque impiarum precationū ſtatis temporibus miniſtrabat. Omni autem tempore damnatos libellos circumferre, & Caluiniſticas quiſquilias confabulando, & Catholicis ciuibus colloquendo, etiam publicè venditare fraudulenter, & blandè conabatur. Quamobrem Frater Matthias interdiù Verzolio Sauilianum ventitans, captata honeſti alicuius itineris, vel negotij opportunitate, iamdiù bene ſibi notum perfidum Gubernatorem conueniebat, & coram adſtantibus, tàm indigenis, quàm alienigenis aduentantibus, vel ciuibus, vel militibus erronea proferentem redarguebat, & fraudulentiæ, & falſitatis palam inſimulabat: quinimmo ipſo in publico foro aliquando hæreticalia oſtentantem, aſpirante Deo, & ſupero flamine inſpirante, adæquatè adeò, & lepidè hæreticum coarguit; vt circumſtantibus cunctis ridiculus apparens, ridentibus, & deridentibus omnibus ille conticeſcere compulſus fuerit, nec ex eo die auſus fuit amplius publicè cum Capuccino dogmaticè congredi. Hic enim Religioſæ pietatis iuſtitia, & præſidio fretus, irreligioſi Pſeudodoctoris Impietatem publicè damnabat, & improbabat, ſignanter coram Proceribus, & Quiritibus Sauilianenſibus, atque Gallici exercitus Tribunis, Centurionibus, ac Ducibus, qui huius impoſtoris hypocriſi plurimùm deferre, exterioris pietatis ſpecie hallucinati videbātur, nequaquàm interioris perfidiæ malitiam penetrantes.

Emiſſo ad Verzolienſē ſtationē Fr. Matthiā Reuerendiſſimo Taurinenſe Nuncio periculum Fidei commēdatur.

Ann. Chriſti 1640.

Fr. Matthias Sauilianū ventitans Hæreticū Gubernatorem cōuenit, erroneaq; proferentē redarguit.

II. Circiter igitur Kal. Decembris Verzolium appulſus Fr. Matthias, opportunus omnimodè adfuit, quando Parochialis Eccleſia defuncto proprio legitimo Parocho, viduata Oeconomi cuiuſdam Oppidani Sacerdotis conductitia adminiſtratione dirigebatur. Cum autem ille pluribus tum Laicalibus, tum Clericalibus occupationibus detentus, minus eſſet ad ſingula Parochialia munera neceſſariò miniſtranda intentus; Capuccinus cooperarius Sacramentalibus cunctis Pœnitentieq; præcipuè Sacramento in miniſtrando eò magis intendere ſatagebat; quò Oppidani Verzolienſes ad eum pro ſpiritualibus ſubſidijs conſilio, ope, & opera expoſtulandis, & recipiendis fidenter accelerabant, ac properabant. Ipſe igitur à verbi Miniſterio exordiendo totius Aduentus, & ſubſequentis anni Quadrageſimæ temporibus, pro ſuo Apoſtolico munere frequentioribus, & in Verzolio, & in circumadiacentibus Oppidis Manta, Alpeaſco, & Coſtiliolis, concionibus habendis ex profeſſo inſiſtebat: à ſermocinationibus verò de ſuggeſtu tum ad exercendū Congregatorum ſimplicium paruulorumq; Catechiſmum, tum ad ſe accedentium Sacramentales expiationes longanimiter excipiendas procedebat. Longanimi igitur ex hoc Aduentalium, & Quadrageſimalium infirmi Miniſtri Prædicationū proceſſu, vberiores Deus ſua efficaci gratioſa cooperatione, ſpirituales pro animarum ſalute progreſſus emanare; atque procedere & voluit, & præſtauit: teſtantibus namque Sacris Confeſſoribus, & de nouo ſuperueniente prouiſo Parocho, ideſt Reuerendo Præpoſito conteſtante, cauteriatæ etiam à triginta annis conſcientiæ plures, non efficaciori alio antidoto, quàm Dei prædicato verbo de in-

Ann. Chriſti 1641.

Aduenit Fr. Matthias quādo & mortuo Præpoſito, Sacramētorum adminiſtrationi incumbere oportuit.

 firmita-

firmitate antiqua conualuerunt, & lethale virus hactenus viſceribus inhærens, feraliterq; interiora depaſcens euomentes, curarius ad recipienda Sacramentalia alexipharmaca acceſſerunt, ſolicitiuſq; ac fideliùs proprijs curandis animabus in poſterum perſtiterunt.

Medicus celeberrimus, atque eruditiſſimus ille, quem in Draconerienſi ratiocinio à Fr. Fr. Franciſco Monſcalerienſi, & Auguſtino Sauilianenſi Miſſionarijs illinc expulſum memorauimus, eo quod corporibus curandis cum peritiſſimus exiſteret; animabus hæreticali morbo inficiendis fraudulenter incumberet; ſub his temporibus, publico ære conductus Verzolienſibus medebatur; hunc igitur veluti excellentem Protophyſicum Fr. Simoni Taurinenſi ad mortem olim ægrotanti mirificam ſuam curatiuam opem, & operam ſolicitè, atq; fideliter impendiſſe, pariter & quaſi omni jam ſpe deſtitutum ab ipſius mortis (vt ita dixerim) faucibus ſua diligentia, ac medica peritia eruiſſe, cùm accepiſſet Fr. Matthias; Hypochondriaco languore adhuc ipſe detentus, communis valetudinis publicum curatorem, præcenſitum nempe celebrem Phyſicum acceſſitum, pro ſuis priſtinis recuperandis viribus, ac morbificis ſibi infeſtis curandis affectibus conſuluit. Conſulenti igitur, & languenti Capuccino cum mirificè ille ſatisfeciſſet, atque ſingulari ſolertia, ſimul & ſolerti ſolicitudine modis omnibus & per ſe, & per proprios affines liberaliter, ac munificè obſequutus, neceſſaria omnimoda ſubſidia miniſtraſſet; Fr. Matthias vt beneficia multiplicata impendenti debitas vices rependeret; tamquam Euangelicus animarum Curator, ſpirituali ægritudine ad æternum interitum grauiter iamdiù laborantem, & periclitantem Medicum, in anima curare adortus eſt: quare domeſticis primùm, ac familiaribus collocutionibus pariter, & dogmaticis pacificis congreſſionibus plus ſapere, quàm oporteat ſapere de rebus fidei præſumentem, ad fidelem ſobrietatem humiliter ſapere docuit: poſtmodum pro publicis concionibus Primæ Cauſæ ſiue Diuinæ ſubſtantiæ operationes omnes & efficientiæ, & naturalis, & rationalis intelligentiæ terminos, ac metas longè tranſcendere firmiſſimis, & euidentiſſimis ratiocinationibus demonſtrare perſeuerauit: oſtendens quomodo ſpecialem ſibi operandi modum ex nihilo, Primarius motor ſuæ infinitæ potentiæ, & vigori proprium reſeruauerit. Reſerauit autem Omnipotentis ſuæ Bonitatis Diuitias, in Sacræ Triadis ſecundæ Perſonæ, nempe Verbi Increati Incarnatione: vt qui ſupra Cœlos Mundi machinæ præſidebat, Rex, & Rector, Homo factus inter homines degens vitæ leges promulgaret Doctor. Quibus & conſimilibus à Medico, ſiue potiùs ab infirmo, & erroribus deprauato Medici intellectu exauditis, Diuina illuceſcente gratia illuſtratus cœpit propriam deſipientiam agnoſcere, & Catholicam ſapientiam inquirere: quare Apoſtolici præceptoris, ac monitoris duo domeſticis, & dogmaticis colloquijs, ſiue alloquijs frequentioribus perfrui gauderet, ac oblectaretur; contigit aliquando, vt primatis cuiuſdam Verzolienſis, ipſius Medici affinis in Cœnaculo adſtantium turba Oppidanorum circumſepti ſtarent, & dialecticalia colloquendo adinuicem pertractarent Phyſicus, & Theologus, nempe prænidicatus Medicus, & Fr. Matthias: hic igitur captatâ ſermonis opportunitate, à Deo edoctus propoſuit parabolam à profana quidem eruditione deſumptam, ſed ad Sacram inſtructionem directam appoſitè adeò, & opportunè, nempe ſuo tempore prolatam; vt ex templo quaſi ex infedelitatis tenebris, & perfidie caligine erumpens, & in lucem reſtitutus, publicè exclamans Protophyſicus dixerit: Nequaquam mei errantis, & hactenus præſumentis intellectus temeritatem, & inſipientiam coram vobis fateri vereor Auditores; Confiteor me nimis audacem Maieſtatis ſcrutatorem oppreſſum fuiſſe à gloria, & meritò excæcatum in Hebraiſmi, & Caluiniſmi, ſiue Lutheraniſmi, ſeu potius Atheiſmi multiplices erroris, & Hæreſis foueas profundiores ſponte prolapſum, ſed gratias Deo, qui per ſuum Apoſtolicum Capuccinum Miniſtrum de errorum, & Hæreſum, ac perfidię tenebricoſo ſpecu, imò Plutonico Labyrintho nos liberauit; hunc igitur Religioſum ductorem, Orthodoxę meę credulitatis, & proſequendę vere Fidei, ac religionis Doctorem, meęque conſcientię, ac in poſterum peragendę vitę ducem ex nunc obaudiendum profiteor, atque tandem ęternę meę ſaluationis promotorem ſpero: à quibus dictis ad ſaniora conſilia, & religioſiora opera procedens, per ſex circiter menſes ſuperuixit, quibus elapſis, lethali ex contracto morbo, cum ſeſe naturę debitum mortis perſoluturum intelligeret; humiliter expoſtulatis, & piè receptis Catholicę Eccleſiæ Sacramentis, deuotè expirauit.

Medicum acceſſit Fr. Matthias.

Fr. Matthias eum ad ſpiritualem curam prouocat.

Ann. Chriſti 1641.

Reſipiſcit Medicus.

III.

Vacanti aliquandiù Parochiali Verzolienſi Eccleſiæ tandem prouiſus, & ordinatus adfuit proprius Parochus, & Præpoſitus, vir grauis, & eruditus circiter Dominicas Chriſti Natalitias celebritates: cui Apoſtolicus Operarius pro ſuo munere cooperans, Sacerdoti alienigenæ vtpote à Marchionali Cęuenſi territorio oriundo, indigenarum mores indigentias, & ſpirituales morbos, ſeu laudabiles propenſiones indicauit, Oppidanorumque reuerentiali affectioni ſuperuenientem IV.

nonum

nouum Paſtorem efficacioribus ſuaſionibus inſinuare ſategit: cunctis quidem, ſed
optimatibus præcipuè: quorum vnus (ex cuius agnatione nonnulli olim iam de
Fide haud rectè ſentire videbantur) cum publico in Paſcherij foro Parochialia,
& Epiſcopalia Iura, veluti Legis peritus ex parte Iniuriosè & inſipienter expugna-
ret, acerrimè propugnanti Eccleſiaſticum ius Euangelico Capuccino Cuſtodi gra-
uiter adeò ſuccenſuit, vt vehementiori iracundia excandeſcens, poſt minus de-
centia verba, verbera extento brachio minatus fuerit: verùm deſipientis hominis
II. inſanas voces floccipendens Fr. Matthias, in propoſito ſtans, ab adſtante opportu-
nè ordinario Oppidi Iudice expoſtulatos, & iuridicè deſumptos, ac authentica ſcri-
ptura exaratos facti contumelioſi actus teſtimoniales; ad ſuprema Tribunalia ex-
peditè tranſmiſit, à quibus iniurioſum, & temerarium legis doctorem captiuandi
emiſſis mandatis, ille timore perculſus, factus ſe ipſo prudentior, ab offenſo Apo-
ſtolico Miniſtro ſuppliciter per internuncios veniam errati & dicti, & facti poſtu-
lauit, cui ille benignè annuens ſolius miniſterij, & Magiſterij decorem ab offenſo-
re reſarciendum aſſeruit. Quare eodem in publico foro Paſcherij, circumſtanti-
bus ad hoc conuocatis loci optimatibus; & vndique conuenientibus alienigenis,
& indigenis, genibus flexis coram Euangelico Stationario, quamdiù à Reuerendo
Præpoſito ſatisfactionis confecta ſcriptura legeretur, in qua expugnatiuam teme-
Ann. Christi 1641.
tariam ſuam aſſertionem aduerſus Eccleſiaſtica Iura deteſtabatur procumbens Iu-
riſperitus; contumelioſæ vociferationis, & minitationis publicam veniam exora-
uit, ſuper cuius collum procumbens Fr. Matthias, illum vt Fratrem amplexatus,
illius Secularis Iuriſprudentiam, & exiſtimationem præſentibus commendauit:
Præſentibus autem, & abſentibus Coopidanis vniuerſis, quàm maximè condolen-
tibus, & conquerentibus, quòd Catholicæ Eccleſiæ, & Apoſtolicæ Sedis Miniſtro
Capuccino minus honorifica huiuſcemodi, in propria Patria, contigiſſent: cum
plebs, & populus Verzolienſis vniuerſus Seraphicos Sancti Franciſci alumnos,
Euangelicos Excubitores, ipſumq; Fr. Matthiam præcipuè ſingulari beneuolentia,
& beneficentia proſequantur; vnde ſua in vltima ſermocinatione diſceſſurus Frat.
Matthias, cuncta bona à Sacroſancta Triade Verzoliano Oppidò deprecatus, Op-
pidanis Verzolienſibus, pro multiplicatis ſibi infirmo, & conualeſcenti eximijs
beneficijs, & eleemoſynarijs elargitionibus, neceſſarijs ſubuectionibus, ac ſubſidijs
collatis impenſiores gratias egit: ſicq; diſceſſit.

Iuris periti cuiuſdã temeritas aduerſus Eccleſiaſticũ ius, & Fratrẽ Matthiam compeſcitur.

Verzoliẽſiũ beneuolentia & beneficentia erga Capuccinos.

CALCVLVS XVIII.

Fr. ANTONII CÆVENSIS Concionatoris per annum 1642.

I. PRæcedentis anni milleſimi ſexcenteſimi Quadrageſimi primi circa dimidium
Fr. Matthia ad demandatam ſibi Draconerij Stationem Verzollo recedente,
Verzolienſem ad antiquam ſuam Cuſtodiam Fr. Simon Taurinenſis re-
greſſus, in ea ad vſque Capitularia Comitia in præſentis anni exordijs celebrata
commoratus, & operatus fuerat. Verùm à Capitularibus Patribus eo ad Clauſtra-
lia munia vocato, à Miſſionum Præfecto Verzolium deſtinatus acceſſit Euangeli-
cus Operarius, Fr. Antonius Cæuenſis, qui à teneris annis Fratrum Minorum Con-
uentualium Sancti Franciſci Religionem ingreſſus, & Profeſſus, poſtquàm plures
per annos in ea haud mediocriter & profeciſſet, & profuiſſet, atque præfuiſſet,
Magiſtralem lauream laudabiliter adeptus, tandem ſtrictioris Obſeruantiæ, &
perfectioris vitæ, ſeu arctioris Paupertatis ſtudio allectus, & perductus, Fratrum
Minorum Seraphici Patris Franciſci Capuccinorum inſtitutum & ſuſcepit, & Pro-
Ann. Christi 1642.
feſſus eſt: A Profeſſione igitur per perfectionis, & regularis obſeruantiæ ſemitam
in directum progrediens, cum religioſis virtutibus præfulgeret; ſæpè ad Guardia-
natus onus ſuſtinendum aduocatus, aliquando etiam ad Apoſtolicum munus exer-
cendum deſtinatus extitit; ſubq; ipſis Pentecoſtes ſolemnioribus diebus Verzo-
lium appulit. Appulſus autem ad ſibi concreditas Eccleſiaſticas excubias, Spiritus
Sancti dictamine, ſiue interiori ductamine impulſus, illicò cœpit ignea lingua, &
igneis vocibus, ac flammeis Prædicationibus populos, & gẽtes tam Verzolij, quàm
cohærentium pagorum ad pœnitentiam excitare & ad Regni Cœleſtis acquiſitio-
nem prouocare, vehementioribus, atq; efficacioribus adeo perſuaſionibus; vt plu-
rimi dignos, & abundantiores pœnitentiæ fructus ex tempore ederent: ad eum
frequentius, & feruentiùs accedentes homines, à pluribus etiam annis publicè
impœnitentes, qui coram Capuccino Sacerdote inualidas, & diminutas iam olim
factas, vel prætermiſſas Confeſſiones integrè, & contrito corde reficiebant: alij
verò quamplurimi apud eũ generales propriæ conſcientiæ expiationes cõficiebant:

Verzolium deſtinatus appulit Fr. Antonius ſub Pẽtecoſtes diebus.

In animarũ ſalutẽ multa fecit.

ſicque Euangelicus Operarius in ſalutem animarum multafaciendo maximè proficiebat, quia ab Apoſtolico opere nũquam requieſcebat; quinimmo vt perfectiùs Sabbata ipſa ſanctificaret; ſingulis Dominicis, vel feſtiuis diebus à Prædicatione verbi Dei, ad inſcientium, ſiue ignorantium inſtructionem procedebat; ſimpliciũ & paruulorum Catechiſmum ſolicitè exercendo, ſimul & Sacerdotibus ipſo in Sacrorum cultu honorificè excolendo, fideliter cooperabatur, inſeruiebat, miniſtrabat, ad Diuina impenſiùs peragenda fideles concitando.

Verùm enimuerò non ſolis de viuis cogitabat, & ſuadebat, ſed & de cura pro mortuis habenda diligenter curabat; pariter & adhortabatur non pro concione, ſeu frequentiori ſermocinatione modò, ſed & pro familiari, ac domeſticâ collocutione: nullum modum, ſiue terminum in defunctorum purgantibus Animabus ſuffragandis prȩſcribendum admittebat, ſed ieiunijs, eleemoſynis, & Sacrificijs mortuis continuata præſtanda ſolatia perſuadebat: quare ad hoc, ſimul & pro affatim eliminandis (ſi quȩ adhuc ſupereſſent) hȩreticȩ impietatis, & incredulitatis reliquijs per vicinas, & proximas Villas peragrando, Euangelizando quatuor in quaternis Pagis, nempè Coſtiliolatum, Venaſcȩ, Alpeaſci, & Mantȩ ſuffragiorum Societates, & Congregationes inſtituit: congruum, & opportunum pro crebriorum ſuffraggiorum exercitijs frequentandis, ſiuè Officijs defunctorum ſingulis in primis menſis Dominicis recitandis, ſiue multiplicatis ſolemnibus, vel priuatis mortuorum Miſſis celebrandis, & Sacrificijs iugiter offerendis, inſtitutum conſtituit, & obſeruandos Canones (iuxta conſuetum) prȩſcripſit: vndè & frequentes publicȩ ſupplicationes, & duodecim per annum ſolemniorum Officiorum celebrationes à Confratribus communiter, eleemoſynario ære pluribus Sacrificantibus Sacerdotibus conductis, concelebrabantur. Fr. Antonius igitur vix per annum inibi commoratus, plura operatus, aliò ad Euangelizandum euocatus, Verzolio diſceſſit. II.

Suffragiorum ſocietates quatuor, quaternis in Villis inſtituit, obſeruandoſq; Canones tradidit.

CALCVLVS XIX

Fr. VICTORIS RIPVLENSIS Concionatoris per annum 1643.

VErzolienſi, hac in conſiderabiliori, vtpote Salutienſi Ciuitati viciniori Cuſtodia, pro Eccleſiaſtico ſpirituali regno ad inuigilandum ab Apoſtolicarum Excubiarum Magiſtro hoc tempore demandatus peruenit vigilax ſpeculator Fr. Victor à Ripulis, qui hactenus per biennium in Pereriana Statione militauerat. Exercitæ igitur Euangelicæ militiæ Capuccinus hic Pugil, & Vigil peruigilare cȩpit in ſpecula, atq; obſeruare, ſi quȩ errorũ, & Caluiniſticæ prauitatis quiſquiliȩ ſuperſtites adhuc perdurarent. Cumque à Reuerendiſſimo Salutiarum Inquiſitore Sancti Officij Vicarius eſſet conſtitutus; nonnullos errores minus Catholicas adhuc conſuetudines retinere deprehendit, quare errantes Sacro Tribunali denunciatos, corrigendos procurauit. Quò verò fidelem Verzolienſem plebem in Orthodoxa Fide confirmaret, & bonis operibus incumbere feruentiùs perſuaderet; prædicationi Verbi Dei, ſimpliciumq; inſtitutioni, nec non Sacramentorum ſolicitiori adminiſtrationi infatigabilis ipſe inſiſtebat: non ſtando; ſed perambulando proximiores partes, ſiue ſuæ Miſſioni aſſignatas vicinas Villas, ac populationes: Concionando bis in die ſingulis profeſtis diebus Catechizando, & ſpiritualiter cunctis miniſtrando, indigenas ac alienigenas in ſaluationis ſemitam dirigendo; vnde ſuæ reſidentiæ vnico annuali curriculo, geminos hæreticos homines aduenas, Gallum vnum, Heluetìcum alterum ad Catholicam Fidẽ perduxit. I. Ann. Christi 1643.

Sancti Officij cõſtitutus Vicarius, Catholicos errantes Sacro Tribunali tradit.

Geminos homines ad Catholicam Fidem perducit.

Ad Generalis celebrationem Romam proficiſcentibus, hoc anno quadrageſimo tertio cum ſexcentum & mille, Prouincialibus, & Miniſtro, atq; Cuſtodibus, Capituli Prouincialis conuocatio vſque ad ſubſequentis anni quadrageſimi quarti decimum Kal. Maij producta fuit. Huius igitur dilationis occaſione Fr. Victor diuturnioris Apoſtolicæ operationis opportunitatem nactus; Verbi Dei prȩdicationi, atque Euangelij diſſeminationi per Verzolienſem & Pagum, & agrum diutiùs incubuit: geminos Aduentus, & Quadrageſimæ curriculos maiori ſaltem ex parte perficiendo, inceſſanter peragrando ſæpius in die, ſignanter Dominicali, vel feſtiuo, diſcretis in Locis, & Eccleſijs concionando, & à concione confeſſiones excipiendo; diſſidiaq; pacificando, nec non lites, ac rixationes componendo, pariter, & auferendo. Dum igitur circumeundo perambulabat, vel in ſua cuſtodia inuigilabat oculatus Excubitor; deprauatos quoſdam, prohibitoſq; codices apud quoſdam, qui Catholici nomine gloriabantur, offendit, nempè Clauiculæ Salomonis magicũ Librũ vnum, & Caluiniſtici Catechiſmi Liberculos ge- II.

Diſſidia pacificat, rixaſq; & lites componit, necnõ & deprauatos inuentos codices igni tradit.

minos,

miños, nonnulloſq; alios, quibus recollectis, & debita poteſtate relata publicè coram populo prolata Sententia, flammis concremandos addixit, & conſumpſit, aereis interim malignis poteſtatibus per aera frementibus, & tempeſtatem excitantibus. Per prolixiorem igitur annum Fr. Victor Verzolij operatus, Accelium Apoſtolaturus aduocatus fuit.

Ann. Chriſti 1644.

CALCVLVS XX.

Fr. IOANNIS à RIPALTA Concionatoris per annos 1644. 1645.

I. CVm Verzolienſi hoc in Oppido præcedenti anno nonnulla adhuc hæreticalis perfidiæ genimina pullulantia, Sacroſanctæ Inquiſitionis Aſtræo gladio reſecanda oblata fuiſſent; & Sancti Officij Decretali punitiuo Chirographo publicè in Salutienſi Curia Caluiniſmi ſuperſtes Character ab illa fideli plebe obliteratus fuiſſet; ne forſan fortaſſe ſub ſabulo ſimulationis latitantia germina, in Catholici illius populi perniciem iterum repullulare contingeret; accuratum, & oculatum, non minus quàm feruidum Operarium Euangelicæ culturæ Præfecti ad Verzolianam Stationem excolendam emiſerunt Fr. Ioannem à Ripalta, qui cum ardentiori zelo duceretur, vehementioribus prædicationibus, admonitionibus, increpationibus, & adhortationibus à noxio torpore fideles excitare ſatagebat: docebat pro Catecheſi ignorantes, inſtruebat rudes, corrigebat peccantes, arguebat criminoſos, peruicacibus temporalia, & æterna ſupplicia acriter minabatur: zelabat vehementius Diuini cultus ſplendorem, religionis decorem: Perſonam diuitis non accipiebat, Potentis vultum non verebatur, ſed loquens magnis paruulis, veritatis iaculis æquè feriebat: miſerorũ, & oppreſſorũ protectionem libenter ſuſcipiebat: indigentibus cunctis ad ſe venientibus pro virili opitulabatur: & proteruis, ac inſoleſcentibus aduerſabatur, peruerſorum improbitati reſiſtendo, ſicque viriliter enitendo in dies germinantes, ſiue ſuccreſcentes abuſuum ſentes, & corruptelæ vepres vel ſuccidebat, vel incendebat igne Sacræ zelotypię, & zelantis charitatis flammis. Huius ergo Zelotis excubitoris accuratam ſolicitudinem acriorem, & acerbiorem curationem Verzolienſium quidam eriſtimantes, apud Reuerendiſs. Nuncium D. Ioannem Baptiſtam Landum plurimum laborauerunt, vt vel Apoſtolicam Miſſionem, vel ſaltem Miſſionis titulum, tamquam ſibi inuiſum à Capuccinorum ſtatione in propria patria perſeuerante auferre dignaretur: Verum enimuerò Prudentiſſimus Præſu (peroptimè callens quòd neceſſarię Chirurgię curam auerſantur, qui conualeſcere non curant ęgroti) minus honeſta, & conuenientia, ne dicam pernicioſa & noxia poſtulantes ingratitudinis, & imprudentię coargutos, ad Sacrę Romanę Curię Poteſtatiuam reſolutionem eos remiſit: remiſſi autem inopportunas, nec ſatis ſibi proficuas poſtulationes omittere decreuerunt. Fr. Ioannes autem poſt ſuæ Operationis biennium inde receſſit.

Ann. Chriſti 1645.

Ad excolendam Stationẽ mittentur Fra. Ioannes feruidus, & zelo ardẽtior.

Ann. Chriſti 1646.

Laborant quidam, vt Apoſtolica Miſſio Verzolio auferatur.

CALCVLVS XXI

COMMVNIS,

Fr. Fr. SIMPLICIANI à PINEROLIO, & ANGELI à FOSSANO Concionatorum per annos 1646. 1647. 1648.

I. GEminis in Miſſionibus ſibi inuicem ſuccedentes bini Coapoſtolici Operarij, Fr. Simplicianus Pinerolienſis, & Angelus Foſſanenſis, hac in Verzoliana ille præceſſit, iſte ſucceſſit: illa verò in Paduſana anteceſſit iſte, ſubſequutus eſt ille: ſinguli diſcretis temporibus per triennium, & illic, & hic fideliter Apoſtolarres, vti Paduſano in Ratiocinio proprijs numeris calculauimus ex parte, completè hic reliqua enumeraturi. Per annum igitur Simplicianus Frater, per biennium verò Angelus Confrater, Capuccini ambo Concionatores, ac Theologi hac in Caſtodia elaborantes, Euangelicum verbum per Verzolium, & Villas adiacentes perambulando aſſiduè & opportunè infatigabiliter prædicauerunt: peccatoribus pœnitentiam, fidelibus cunctis Diuinę, & Eccleſiaſticæ Legis obſer-

F. F. Simplicianus, & Angelus laudabiliter i Euãgelico Miniſterio laborauerunt.

uantiam annunciantes, virtutes commendabant; vitia, ac vitiorum amatores increpabant, ignorantes, & idiotas per catechiſmum inſtruebant, & religionis Chriſtianæ principia diſtribuebant rudes docendo, & rudimenta Fidei tradendo, Sacramenta pœnitentibus impertiri apprimè ſatagebant, & Pœnitentiales expiationes ſolicitè excipiendo perſiſtebant. Diuini cultus exercitamenta promonereq; & Catholicæ religionis culturam exercere quàm maximè ſtudebant: Leuiticis Miniſtris cooperando, & populis in ſpiritualibus miniſtrando, non interim tamen corporalia miſericordiæ opera negligendo. His itaq; & reliquis Euangelici miniſterij præclarijs facinoribus incumbendo, laudabiliter vterq; ſuæ fatigationis tempora explicuit.

APPENDIX

Fr. ATHANASII à MONTEALTO Concionatoris

F. Athanaſius Optimates ab Excom. Papali abſoluit.

FR. Athanaſius à Montealto ſub his diebus Quadrageſimales Sermocinationes habiturus, Verzolium aduenit, quando vniuerſi Reipublicæ adminiſtratores, ob non adamuſſim ſeruatos, ſeu cuſtoditos Eccleſiaſticæ immunitatis Canones, Papalem Excõmunicationem contraxerant: quare Euangelicus Concionator, ſibi commiſſis animabus vt conſuleret; pro grauiori illo anathematis vinculo diſſoluendo, coram Reuerendiſſimo Taurinenſi Nuncio ſuppliciter expoſtulans, tandem ab eo relata abſoluendi facultate, loci Optimates, præſtita de impoſterum obediendo Cautione, Sanctæ Matris Eccleſiæ, & fidelium priſtinæ communioni reſtituit, & proficua plura præſtitit. I.

Ann. Chriſti 1648.

APPENDIX

Fr. MICHAELIS-ANGELI TAVRINENSIS Concionatoris.

Prædicationibus Quadrageſimalibus Fra. Michaelis Angeli Verzolienſes dignos penitẽtiæ fructus parturiunt.

A Biennio iam in Pancalerienſibus Excubijs inuigilans Fr. Michael Angelus, pluries Annualis, Aduentus, & Quadrageſimæ prædicationes eadem in Eccleſia habuerat, & perfecerat: quamobrem vt fertilioris ipſius eruditionis, & inſtitutionis emolumentis ſimul, & documentis cæteri quoque perfruerentur; præſentis huius anni quadrageſimi octaui ſupra mille & ſexcentum, quadrageſimali tempore Verzolium ad conſuetas conciones perhabendas venit: nec aduentus illius exuberantiori ſpirituali prouentu caruit: ipſius namq; efficacioribus publicis ſermocinationibus, atque prædicationibus permoti Verzolienſes, dignos fructus penitentiæ veris in ſolo, verno illo tempore apparere fecerunt, nam cum floribus fructus comparuerunt in terra illa: illic enim vniuerſi non gregales homines modò, imò & optimates, & Quirites Penitentiæ Sacramento expiati, ad Sacroſanctam Synaxim percipiendam in die feſto Annunciationis turmatim acceſſerunt, ſed priùs in acceſſu, vel quidam in receſſu & ablata reſtituere, & illatas iniurias, vel damna remittere, & priſtinas amicitias, dimiſſis odijs, inſtituere voluerunt: Sanctionibus in Sacræ Septimanæ diebus non mediocris, nec ordinariæ contritionis, & penitudinis ſigna dantes, publicè enim plures ſe ſe flagellantes comparuerunt in Sacro feriæ V. Cœnæ Domini. Ille verò abſolutis Paſchalibus diebus ad antiquam Pancalerij Stationem regreditur. I.

Ann. Chriſti 1648.

CALCVLVS XXII

Fr. IOSEPH à SVMMARIPA Concionatoris per annos 1649. 1650. 1651.

PRæſenti anno Quadrageſimo nono, poſt ſexcentum, & mille Pedemontanã noſtram hanc Capuccinorum Prouinciam perluſtraturus acceſſit Fr. Innocentius à Calataierone Siculus, Miniſter Generalis totius ordinis, à quo ſub Kal. Nouembris Taurini celebratis Prouincialibus Comitijs à Prouinciæ Patribus, & Miſſionum Præpoſito pro Verzolienſi Statione cuſtodienda electus, & I.

Ann. Chriſti 1649.

deſtina-

Fra. Ioſephus Verzoliũ appulſus inuigilat.

deſtinatus fuit Frat. Ioſephus à Summaripa, pluries iam Eccleſiaſticis in Paleſtris huiuſcemodi exercitatus: qui circa currentis anni menſes extremos Verzolium ſuperueniens, initialibus ipſis in ſuæ Miſſionis diebus, principium fecit in ſibi concreditis excubijs inuigilandi; ne ſuppreſſæ hæreſes opportunum tempus iterum exordiẽdi, ſiue exoriendi nanciſcerentur: nec fruſtra, aut inopportunè: Illius namq; Apoſtolationis excurrente decurſu, ſenex quidam à Verzolio oriundus, inueteratus dierum malorum, ſemel enim & iterum, imò ſepiùs in Hereſis barathrum lapſus, & relapſus de Angroniano latibulo egreſſus, vel potius Caluiniano lacu emerſus in Catholicæ Eccleſiæ veſtibulo apparens, de atrio, ſiue atro nimis exilio in Sancta Sanctorum, ideſt ad fidelium communionem admitti, & introduci poſcebat: qui à Salutienſi Reuerendiſſimo Inquiſitore miſericorditer reſipiſcens receptus, repetitæ ſuæ, & tamdiù profeſſæ perfidiæ in pœnitentiam, iuxta Sacrorum Canonum præſcripta, carceri perpetuò extitit mancipatus. Ipſe ergo Apoſtolicus ſpeculator, ne huiuſmodi emergentia monſtra in Verzolienſium Orthodoxam Fidei integritatem occultè erumperent; peruigilabat in ſpecula, & ſua vigilia damnatos nonnullos Hæreticorum Codices, & libellos hinc inde collegit, & in tuto repoſuit.

Verzolienſis quidã ſæpiùs relapſus, ad fidelium cõmuniõẽ accedit.

II. Nequaquam tamen vitam ſuam in quiete compoſuit, quinimmò laboribus plurimis, itinerationibus, ac fatigationibus ſe ſe expoſuit: dum prædicando, & prædicationibus crebrioribus inſiſtendo per Vicos, & Villas circumadiacentes circuibat, Euangelizando quidem cunctis verbum Dei, ſed ſimpliciores precipuè ad ſalutem neceſſaria Fidei elementa perdocendo, omni ſolicitudine, ac diligentia ſermocinando: igitur vniuerſis populis mandatorum Dei adimpletionem commendabat, ſed Verzolienſibus & Diuinæ legis executionem, & emiſſorum votorum neceſſariam redditionem inculcabat. Quia enim à trigeſimo percurrentis ſeculi anno, ob Epidemicam tunc inuaſionem graſſantem, Verzolij incolæ vniuerſi firma Deo ſe ſponſione ligauerant, & obligauerant; quòd à peſtifera lue euadentes, Diuo Ioſepho Saluatoris Nutritio Sacellum conſtruentes, Aram erigerent, & ſacrarent (ſicuti ſupra indicauimus) quam tamen hactenus ſponſionem, & promiſſionem opere preſtare neglexerant: ideò Euangelicus monitor ad debitum Deo perſoluendum dormitantes excitare, & concitare peroptans & pro Concione, & pro domeſtica congreſſione Dauidicum illud Verzolienſibus inculcare ſtudebat: *Vouete, & reddite Domino Deo veſtro omnes qui in circuitu eius affertis munera.* Cui tandem illi auſcultantes, propoſitum opus conſummantes, extructo altari in Paſcherij Sanctę Mariæ Templo, Iconem appoſuerunt, & completo Sacello pro proteſtanda voti perfecta redditione, ſolemniori oblato ſacrificio, indicta & generali ſupplicatione per Oppidum peracta Diuinam Maieſtatem in illorum Sanctorum inuocatione, & veneratione laudauerunt, & adorauerunt.

Ann. Chriſti 1650.

Verzolienſẽ populũ ad reddendam Deo ſponſionẽ inducit.

Pſalm. 75.

III. Hoc quinquageſimi, & quinquageſimi primi ſupra ſexcentũ, & mille annorũ biẽnio durãte, perdurauit apud Ciſalpinos hos populos lethifere febris cõmunis & frequens inuaſio: cuius morbifica vi plures correpti paucorũ dierũ intercapedine mortis laqueo, velocius quàm à texẽte tela ſucciditur, capiebantur. Quamobrem lethali morbo percuſſa plebs, eò quòd varijs de cauſis proprio Curatori Sacerdoti non ſatis confideret, vniuerſi ferè infirmantes, cum ſpirituali ſuæ ſaltem incolumitati pœnitentes conſulere vellent; ad Apoſtolicum cooperarium confugiebant, ipsũ pro Sacramenti penitentiæ adminiſtratione die, noctuq; interpellantes: quare Fr. Ioſeph interpellantibus compatiens, vt infirmantibus, & periclitantibus ſuccurreret per pagum, & Verzolienſem agrum continuò diſcurrebat: confitentes hos exaudiendo, agonizantibus alijs aſſiſtendo, ſicq; iugiter, & infatigabiliter huiuſcemodi religioſæ charitatis operibus inſiſtebat, ne (ſicuti quibuſdam contigit) ob deficientiam, & abſentiam Curatoris incurati fideles deficerent. Non defuit tamen Capuccinus Leuita, nec benefaciendo ceteris etiam indigentibus aliquando defecit: nam mendicis, peregrinis, ægrotis, extremam neceſſitatem patientibus cunctis; verecundiſq; ſignanter pro virili miniſtrauit; licèt & ipſe conſueti alimoniarij ſtipendij inopia laboraret. Denique in nominis Ieſu, & Diui Antonij Patauini virtute poſtquam languentibus quibuſdam opitulatus fuiſſet, expleto biennio Verzolio Cadralium operaturus acceſſit.

Vniuerſi infirmi ad Fratrem Ioſeph confugiũt pro admiĩſtratione Sacramẽti Penitentiæ.

Ann. Chriſti 1651.

CALCVLVS XXIII.

Fr. ZACHARIÆ NICIENSIS Concionatoris per annum 1652.

I.

APArentibus & lingua, & calamo pronunciato, & prolato Ioannis nomine (ſicuti Lucas Euangeliſta teſtatur) illico *apertum eſt os Zacharia, & benedixit Deum dicens: tu puer Propheta præibis ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius in remiſſionẽ peccatorũ illorũ.* A Capitularibus Pedemõtanæ Prouinciæ Patribus, in Prouinciali Capitulo Carignani hoc anno habito, vix prolato, & pronunciato Fr. Ioannis Foſſanẽſis nomine in Miniſtrum Prouinciæ, & Miſſionum Præfectum electi, illicò apertum eſt os Fr. Zachariæ Nicienſis, & Præco Euangelicus, ſiue Apoſtolicus declamator ordinatus Verzollum emiſſus peruenit: ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius, in remiſſionem peccatorum eorum. Venit igitur & in ſuo ordine ſtetit, ſed & in Miniſterio ſtatum non quæſiuit; quin verò ſtare ſemper abhorruit, & etiam bis in die prædicando per ſuæ Miſſionis Populationes, & Pagos peragrare etiam laborioſè concupiuit, ſicuti & grananter præſtitit: docendo ignaros, & ſimplices erudiendo, arguebat peccantes, & pœnitentes ad Sacramenta, & Sacramentales expiationes accedentes excipiebat, diſcordantes pacificabat, & renuentes, ſeu renitentes ſuaui impulſu ad Deum regredi adhortando, efficaciori ſuadela compellebat. Per annum igitur apud Verzolienſes commoratus ad excolendos Cadralienſes impoſterum acceſſit. Poſteaque Suffragij ſocietatem vnam inſtituit.

Luc. c. 1.

Ordinatus, & emiſſus venit Fr. Zacharias vbiq; prædicans.

Anno Chriſti 1652.

Societatem Suffragij inſtituit.

APPENDIX

FRater Ioannes à Foſſano Prouincialis Miniſter, & Apoſtolici Operis Præfectus Euangelicum ſuis Capuccinis alumnis portandum imponendo onus; vt non ſolo digito, ſed plena, imò vtraque manu non tangere, quin pertractare opus in proximorum ſalutem, & ipſe valeret voluit initiato hoc anno quinquageſimo tertio extra mille, & ſexcentum, Quadrageſimalium concionum paleſtram in Verzolienſi ſtadio per ſeipſum exercere: quare & muneris auctoritate, & ſermonis efficacia, & multo magis religioſioris conuerſationis ac ſingularis ſanctimoniæ exemplis ſtationem illam ſolicitè excolens, in breui conſummata agricolatione expleuit tempora multa, id eſt pœnitentium fructus copioſos collegit, & in Dominico horreo repoſuit.

Fr. Ioannes Quadrageſimali prædicatione, & Quadraginta horarum oratione pœnitentiæ fructus copioſos collegit.

Anno Chriſti 1653.

CALCVLVS XXIV.

Fr. PAVLI TAVRINENSIS Concionatoris per annum 1653.

I.

GEminas per olympiades in Caſtrodelphinenſi aſperiori, & remotiori ſtatione fideliter, & viriliter cum iam decertaſſet, veteranæ militiæ exercitus hic Athleta; ad domeſticam magis, & faciliorem cuſtodiam obſeruandam; hoc anno quinquageſimo tertio decurrentis ſeptimi decimi Sæculi mittitur Fr. Paulus à Taurino; qui licet annis grauatus, viribus infirmior euaderet, feruentiori attamen ſpiritu vegetior in dies factus; quaſi Apoſtolici miniſterij tyrocinium nunc poneret, laborioſius modò eniti propoſuit: vnde ne aliquando à prædicatione Diuini verbi feriari contingeret, conterminantium Pagorum perluſtrationem prouidè, & prudenter ita diſpoſuit; vt Verzolij in mane intra Miſſarum ſolemnia habita conſueta, & nunquam intermiſſa concione profeſtis pariter, & Dominicalibus totius anni diebus, ad veſperam concionaturus ad vnum aliquod proximè ſtantium ſuæ Miſſionis oppidorum opportunè perueniret: ex his, ſi ad alias, nempè Alpeaſci; Venaſcæ, & Villulænouæ Villas aliquando veniebat; Mantam, & Coſtiliolas frequentius ventitabat: nec tamen numeroſã Faliceti agreſtem populationem viſitare, & colere obliuiſcebatur, quinimmò in Sacris Ædibus, & Sancti Baptiſtæ Præcurſoris, & D. Bartholomæi Apoſtoli opportunis temporibus concionabatur. Quòd cum aliquando coram Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Salutiarum Epiſcopo ab eo inuitatus publicè in prædicta D. Præ-

Anno Chriſti 1653.

Fr. Paulus conterminos Miſſionis Pagos pluſtrat, euangelizando.

curſoris

curſoris Baſilica præſtaret, ſubrepenteſque abuſus nonnullos palam arguiſſet, id ſicuti Reuerendiſs. Præſuli gratum, ità & populo maximopere proficuum fuit: plurimi enim Capuccini Oratoris vocibus, & correctionibus admoniti, proprios errores emendare, & corrigere cogitauerunt, & præſtiterunt.

II. Sicuti autem continuæ Euangelicæ prædicationi, etiam ter in die celebrioribus in B. Virginis ſolemnitatibus incumbebat; ità ſpiritualia quoque reliqua vel quotidiana, vel feſtiua exercitia vt congruè, & decorè celebrarentur, ſatagebat: quinimmò ipſe perſonaliter inſiſtens, vel perſoluendis Diuinis Officijs, vel ſolemnioribus Miſſis celebrandis infatigabiliter aſſiſtebat. Pergere conſueuerunt diſciplini Confratres quotannis ſingulis feſtiuis diebus, proceſſionaliter pſallentes ad Sancti Epiſcopi, & Martyris Grati Sacellum, proximo in vineto, eminentiori in colle conſtitutum, ibique coram congregata oppidanorum multitudine Sacro perſoluto, & de Chriſti Paſſione Sancti Ioannis Euangelio à Sacerdote prælecto, & præmiſſo ſuorum confinium & agris, & vineis ſolemnitèr benedicere, atque pro percipiendis vberrimè terræ fructibus, & frugibus exorare ſolent. Pergentibus igitur, & deprecantibus perpetuò Fr. Paulus adſtitit, & Miſſas ipſe celebrando, & inter Miſſarum ſolemnia ſermocinationes efficaciores ad adſtantem populum habendo, & agris, & vineis benedicendo. Quinimmò cum animaduertiſſet Conſodalitatem hanc religioſam in dies minui, cultumq; Sacrorum ſegniùs, quàm par eſt, exerceri; ipſe ad Conſodales ſermones habens, adeò eos in piæ Congregationis ſolicitiorem culturam inflammauit; vt ſtatuto die, primò viros, ſecundò mulieres prouocatos, & inuitatos, ſiuè vltroneos conuenientes in copioſiori numero, propria nomina Conſocietatis albo dantes, adſcripſerit, & ſpiritualem cultum inibi adauxerit. Cumque populi Verzolienſis animum eo propenſum intellexiſſet; vt Sancti Grati prærecenſitæ Sacræ Æiculę domunculam congruam apponerent, pro vnius inſeruientis, inibiq; inhabitantis Anachoretę, qui diabolica nequitia excitatis per aera tempeſtatibus opportunò tintinabuli ſonitu effugandis inuigilaret: Fr. Paulus nonnullis ex pijs Verzolienſibus viris, ſibi in ſocios aſſumptis, per Villam, & agros circumeundo, oſtiatim eleemoſynarias ſubuentiones quæritare voluit, quidquidq; ex hac mendicatione recollectum fuerat, in prædicatum tuguriolum conſtruendum, conferendum curauit. Nonnulla tum Parochiali Eccleſiæ, tum propriæ religioſæ habitationi incrementa, & ornamenta adijcienda procurauit, labentiaq; quædam reparauit.

Ann. Chriſti 1653.

Adſiſtit peregrinãtibus Diſciplinis.

Tuguriolum apud Sacellũ D. Grati cõſtruendũ curat.

III. Nec corporalibus duntaxat vel prouidendis, vel reſarciendis operam dabat; ſed multò magis, & eò amplius ſpiritualibus promouendis, & adminiſtrandis inſudabat: Ideò vt adoleſcentulæ Verzolienſes deuotè, honeſtè, & modeſtè educarentur; aliundè grauem mulierem, piam, & religioſam aduocatam in magiſtram præficiendam ſategit. Rixas, & contentiones in populo & excitatas extinguere, & ne accenderentur, & concitarentur, impedire perpetuò ſtuduit: indigentium, & egenorum quidem omnium miſerebatur, & pro virili opitulabatur; verùm infirmorum grauiterq; præcipuè ęgrotantium ſolicitiorem curam gerebat: ad illos namq; iuuandos, ſeu illis Sacramenta adminiſtranda quacunque diei, aut noctis hora interpellatus, ex-tempore receedebat, & accedebat, ne quem fortè ob Sacerdotis abſentiam, vel carentiam inconfeſſum, nec Sacris adminiculis communitum ex hac vita migrare contingeret. Sicuti autem infirmantium, ità & valentium ſaluationi totis conatibus inſiſtebat: quamobrem confeſſionibus Sacramentalibus excipiendis apprimè infatigabiliter incumbebat: benigna adeo, & ſolicita humanitate pariter & charitate; vt vndique ad ſua coram eo facinora fatenda conuenirent, & confluerent mares, ac feminę, totius preteritæ vitæ prolixiores, ſiue generaliores confeſſiones, & pleniores enarrationes fideliter, & lachrymosè explicando, & vtiliter enuntiando: frequentiùs adeò; vt feſtiuis nequaquam ſufficientibus, feriales dies diſcretè diſtributos in huiuſcemodi tum Pœnitentię, tum Euchariſtię Sacramentis quotidiè aduentantibus indigenis, & alienigenis ſubminiſtrandis, infatigabiliter inſumeret: eo emendationis emolumento prouenientę; vt quamplures crimina hactenus non cognita, vel neglecta, aut ſacrilego ſilentio contecta liberè panderent, & ſocios criminis charitatiuè admonerent, criminoſoſque humiliter corrigerent; ipſeq; Euangelicus monitor precipuè, qui cum ex officio peccantes palam, vel priuatim redargueret; redargutiones ea benignitatis ſuauitate condiebat; vt etiam acerbiores dulciores, & acceptabiliores redderet. Annuali igitur Apoſtolicis his egregijs facinoribus preſtandis tempore expleto, ad Pet[illegible]inos excolendos deſtinatus, iam ſecundò acceſſit.

Ann. Chriſti 1653.

Corporalia, & ſpiritualia Subſidia cũctis ſine acceptione perſonarum adminiſtrat.

CALCVLVS XXV

COMMVNIS

F.F. STEPHANI à VICONOVO, FRANCISCI à PODAVERINO, & IACOBI à MONTEREGALI per annos 1654. 1655. 1656. 1657. 1658.

I.

VErzolio Petruxiam recedenti Fr. Paulo, Paduſana Verzollum aduocatus, & deſtinatus ſucceſſit Fr. Stephanus à Viconouo Theologus, & Minorita Concionator Capuccinus, qui Euangelico ſibi concredito muneri vt ſatisfaceret, facere ſatis voluit: occeptauit, & perſeuerauit in concionando, catechizando, inſtruendo, & docendo, quę decent ſanam doctrinam, iuuenes cum ſenioribus, per vicinos Vicos, Villas, & Caſtella perambulando opportunis temporibus, & ſtatis ſolemnioribus, vel congruis diebus: Sacrorum celebrationi aſſiſtendo, abuſus remouendo, & pietatem, atque religionem, nec non Sacri cultus venerationem promouendo. Longanimi ſufferentia Sacramentaliter confitentes audiebat, Sacramenta petentibus miniſtrabat, & Sacramentalibus indigentibus ſuccurrebat. Cuncta denique Apoſtolico Operario propria munera ſedulus exercebat, ſignanter in euangelizando pacem, quam non ſolum ſermone prędicabat, ſed & laborioſo opere procurabat: diſſidia auferendo, ſimulac diſſidentes reconciliando, quod ſępius pręſtauit. Non inter homines rixantes dumtaxat, ſed & inter Matrem, & Filios diſcrepantes, inter Eccleſiam nempè, & deſertores Sectarios, ex quibus ſeptem reduces à Lucernenſi Synagoga reuerſos, communioni Fidelium, & Catholicę vnitati reſtituit. Inſtitit validè pro Catechiſmo rudium exercendo, ſed validior fuit, qui reſtitit. Stetit tamen in officio laudabiliter per biennium, quo iam iam expleto, ad PaduſanamMiſſionem iterum Apoſtolaturus pertranſijt, ſuccedente ſibi hac in Cuſtodia.

Ann. Chriſti 1654.

Ann. Chriſti 1655.

Sedulus in opere ſeptē reduces reconciliat.

II.

Circiter nonas Nouembris, anni quinquageſimi quinti poſt mille ſexcentum Fr. Franciſco à Podauerino, qui in Accelienſibus excubijs per continuatum integrum decennium cum ſolicitè inuigilaſſet; Capitularium Patrum diſpoſitione montium iuga deſerens, ad Verzolienſis Stationis complana deſcendit: verùm nequaquam inferiora elegit, aut infima pręſtitit per vias planas, & latas deambulando, quinimmò ardua, & difficiliora ſemper aggrediens, Apoſtolicam operandi normam adamuſſim proſecutus eſt: Euangelizandi, catechizandi, reconciliandi, Sacra & Sacramenta adminiſtrandi, in Sacris, Sacramentalibuſq; celebrandis, ſeù diſtribuendis Sacerdotibus miniſtrandi regulam perpetuò obſeruauit. Seruauit antiquum Fideliter Apoſtolandi Canonem, conſeruauit à ſuis anteceſſoribus iam olim Chriſtianæ pietatis, Catholicęq; Religionis multiplicatum, & paratum prouentum, quod eſt dicere: Orthodoxæ Fidei ſtatum in commiſſa ſibi plebe & aſſeruauit, & adauxit: conſueta pia exercitamenta excolendo, religioſa exercitia frequētando; feruidos Fideles animabat, tepeſcentes excitabat, & errantes reducebat ad rectum ſalutis tramitem; de ſaluationis via offendicula, ſiue ſcandala remouere ſatagens; quò in genere ſingulare præſtitit egregium facinus, quod congruis de cauſis explicitè magis non recenſeo. Receſſit ipſe, ad Guardianatus munere fungendum intra Clauſtra, poſt biennium auocatus.

Ann. Chriſti 1656.

Apoſtolatus numeri ſatiſfacit.

Ann. Chriſti 1657.

III.

Ipſi autem ſucceſſit, anno milleno ſexcentenò quinquageſimo octauo Fr. Iacobus à Monteregali egregius Scholaſticus, ſimulac laudabilis Eccleſiaſtes, qui etſi in Apoſtolica militia adhuc Tyro, tyrocinij attamen ſui præclara primordia poſuit, & præclarioris profectus indicia edidit: Dum concionandi Verbum Dei, & Apoſtolici miniſterij cunctis in Euangelicis operibus exactè exercendi, ab initio nullum finem poſuit, vix ipſe poſitus hac in Cuſtodia, in qua Sacras obſeruat vigilias.

Præclarum tyrociniū poſuit.

Ann. Chriſti 1658.

CASTRI DELPHINI APOSTOLATVS RATIOCINIVM OCTAVVM

D. O. M.

CHRONOTAXIS

ANNO NATI SALVATORIS TERTIO SVPRA SÆCVLVM SEXTVMDECIMVM; PRIDIE IDVS IVLII:

CLEMENTIS VIII. ROMANI PRÆSVLIS PONTIFICATVS LVSTRO SECVNDO: CAROLO EMMANVELE I. IN SVBALPINIS PRINCIPANTE: CAROLO BROLIA TAVRINENSE ARCHIEPISCOPO POSTVLANTE: DOMINO PAVLO TOLOSA EPISCOPO BOVINENSE, TAVRINENSE NVNCIO SPECIALI APOSTOLICO DEMANDATO VOCANTE, ET ORDINANTE: FR. PAVLO AQVENSE PROVINCIALE MINISTRO ELIGENTE: FR. PHILIPPVS A PANCALERIO APOSTOLICI OPERIS PRÆFECTVS, CASTRVM-DELPHINVM AD SVMMITATEM VARAYTANÆ VALLIS APPVLSVS, GALLICA ILLA IN CASTELLANA SATRAPIA VIGILES CAPVCCINOS EXCVBITORES CONSTITVIT, PRO ITALICI ECCLESIASTICI CHRISTIANI REGNI ASSERVANDIS FORIBVS, RESTITVENDIS MOENIBVS.

CASTRI-DELPHINI RATIOCINII

SYNOPSIS

Præambuli Numeri Quinque.

Primus	Geographicam	Relationem exhibet.
Secundus	Politicam	
Tertius	Hierarchicam	
Quartus	Errorum, & Hæreſis	Originem perhibet.
Quintus	Apoſtolatus, ideſt, Miſſionis	

Calculus Primus.

Communis
Apoſtolici Operis Fundatorum, ac Præcurſorum Fratrum Philippi Pancalerienſis, Bernardi Auguſtenſis, & Franciſci à Sancto Srephano per annos 1602. 1603.

Calculus Secundus.

Primi Apoſtolici Operarij Frat. Stephani Tendenſis Concionatoris per annos 1603. 1604.

Calculus Tertius.

Celebrioris Apoſtolici Operarij Fr. Zachariæ Salutienſis Concionatoris per annum 1605.

Calculus Quartus.

Fr. Stephani Tendenſis Concionatoris per annum 1606.

Calculus Quintus.

Fr. Romualdi Taurinenſis Concionatoris per annos 1607. 1608.

Calculus Sextus.

Fr. Stephani Tendenſis Concionatoris per annos 1609. 1610. 1611. 1612. 1613.

Calcu-

Calculus Septimus.

Fr. Bernardi ab Auguſtâ Prætoria Concionatoris per annum 1614.

Calculus Octauus.

Fr. Stephani Tendenſis Concionatoris per annos 1615. 1616. 1617.

Calculus Nonus.

Fra. Bernardi ab Auguſta Prætoria Concionatoris per annos 1618. 1619.

Calculus Decimus.

Fr. Alexandri Oxibienſis Concionatoris per annos 1619. 1620. 1621. 1622. 1623.

Calculus Vndecimus.

Fr. Pauli Taurinenſis Concionatoris per annum 1624.

Calculus Duodecimus.

Fr. Bonauenturæ Taurinenſis Concionatoris per annos 1625. 1626. 1627. 1628.

Calculus Tertiuſdecimus.

Fr. Laurentij à Pinerolio Concionatoris per annos 1629. 1630. 1631.

Calculus Quartuſdecimus.

Fr. Hippolyti Taurinenſis Concionatoris per annum 1632.

Calculus Quintuſdecimus.

Fr. Mauritij à Cæua Concionatoris per annos 1633. 1634.

Calculus Sextuſdecimus.

Fr. Ioannis à Foſſano Concionatoris per annos 1635. 1636. 1637.

Calculus Decimus ſeptimus.

Fr. Petrimartyris Taurinenſis Concionatoris per annos 1638. 1639. 1640. 1641.

Calculus Decimus octauus.

Fr. Thomæ à Sauiliano Concionatoris per annum 1642.

Calculus Decimus nonus.

Fr. Ioſeph à Summaripa Concionatoris per annum 1643.

Calculus Vigeſimus.

Fr. Pauli à Taurino Concionatoris per annos 1643. 1644. 1645. 1646. 1647. 1648. 1649. 1650. 1651. 1652.

Calculus Vigeſimus primus.

Fr. Laurentij Computenſis Concionatoris per annos 1653. 1654. 1655.

Calculus Vigeſimus ſecundus.

Fr. Ambroſij Vernatenſis Concionatoris per annos 1656. 1657. 1658.

SOLI DEO HONOR ET GLORIA

CASTRI-DELPHINI
IN APOSTOLATV
CAPVCCINORVM OPERARIORVM
Pro Eccleſiaſtico Regno laborioſi Proceſſus numerantur, & calculantur.

RATIOCINIVM OCTAVVM.
Geographicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. I.

INTER prominentiora Cottiarum Alpium iuga, ad Veſuli Montis Auſtralem plagam, illiuſq; à tergo ſupra inferiores conſiſtentes, binos colles Longhettum vnum, Agnum, ſiuè Agnellum alterum eleuatos, omniq; feracitate penitus expoliatos videmus: Et ſicut de ſub huius pede nequaquam ſimplex, ſed multiplex fons viuus emanat; ſic de illius capite gemini lacus copioſos euomunt Latices: & quemadmodum hi à Meridie, ita illi à Septentrione decurrentes vnam, & alteram adaperiunt Valleculas ad inuicem diſcretas, donec ad diuiſoriæ rupis angularem baſim ſimul conuenientes, & amplioris Vallis exordium, & originale principium Varaytæ fluminis, necnon Varaytanæ Vallis vulgarem nomenclaturam conſtituunt. Hęc ſicut ad orientem Pedemontana complana; ita ad occidentem Delphinenſium montana tenet: & ſicuti è meridie Macrenſis, ſic ab aquilone Paduſanæ Conuallis rupium clauſtris præcingitur. Ipſa in directum per circa viginti Italica milliaria proprium ſolum protrahens; haud tamen ſolius vnius feracitatis terras poſſidet. Extremæ namque, ideſt ſupremæ vix hordeum, & fœnum, mediæ autem ſimul ſecale, auenam, & triticum, infimę tandem planiori, & latiori in ingreſſu frumentum, oleum, & vinum, cum ſelectioribus vniuerſis frugibus, & fructibus terræ parturiunt: & ſicut Superioribus aſperioribus ferri fodinæ, ſic inferioribus partibus marmoris, & alabaſtri variegati lapidicinæ non deſunt. Quare neceſſariò incolas ſuos oſtentat primò operoſos artifices, & marmoris, & ferri, & calcis opifices: ſecundò induſtrios mercatores, vel ſolertes Tabelliones: tertiò tandem ruricolas, armentarios, agaſones, muliones, qui ſimul vniuerſi ſalubrioris Cœli benignitate fruuntur. Vberrimæ igitur huius Vallis, ex pluribus Oppidis enumeratis à Chorographis, quatuordecim ſoluntmodo hoc in loco recenſemus deſcendendo. *Vallis ſitus deſcribitur.*

I. De ſub Agnelli collis pede, ſicut exuberans fons viuus emanat in fluuium, ſic ipſis in crepidinibus fluuij conſtructa Villula prima, nouiſſimis in Heſpericis oris nominatur Canale, quaſi illius Vallis veluti aquæductu deducantur vndæ ad inferiora irriganda.

II. Inde binis milliaribus diſcedendo ad læuam fluminis in colle eminente adinuenitur Ponti amplum valdè Oppidum, illius namq; membrum computatur Canale, & ipſius ſolum totum occupat ſiniſtræ Valleculæ agrum.

III. Cuius trans interpoſitam rupem ſub Longheto altero colle, dextero in receſſu reſidet duplex Bellini Pagus vberrimis paſcuis copioſis & armentis, & gregibus prædiues.

IV. In vertice inde latioris Vallaris aſcenſus ipſum ad angulum vtriuſque deſcenſus, deſcendentiumq; riuorum ipſummet iuxta Conuentum conſtat Pagus, olim Sancti Euſebij, modo verò Caſtri-Delphini titulo nuncupatus, quod Delphinenſium citra Alpes iura protendat, & protegat. Illius ad dexteram dilabentis fluuij Viculus Turretarum inuenitur.

V. Ad ſiniſtram vero tranſgreſſis occurrit intra ſeſquimilliare ſpatium Villare ipſo in veſtibulo amplioris agri Sancti Petri adiacentis.

VI. Eſt igitur S. Petrus peramplum, & peropulentum præcipuum Vallis Oppidum plurimis populationibus in vtraque fluminis parte ad radices, & montium latera conſiſtentibus conſtans, honeſtioribus, & commodioribus habitationibus promiſſum, humanioribus etiam habitatoribus excultum.

VII. Illinc deſcendendo per ſiniſtram fluuij peruenitur ad Villam Fraxini ſibi inuicem in itinere ſuccedentibus Viculis protentam.

VIII. Inde ad dexteram bino iterum milliario diſtans in via adeſt Pagus Meli.

IX. Huius ad meridiem recedit, & aſcendit inter rupes receſſus quidam, qui cum inibi inherente Villula Vallis mala nuncupatur.

X. Vnde ad ſiniſtram iterum regrediendo in deſcenſu ſedet Oppidum Bruiaſchi, à quo digrediendo ſiniſtram verſus inter ſuperiores Montes Girba, inter verò decliuiores Colles Iaſcha Villæ videntur. Quæ autem ſuperſunt tria in foribus Vallis Oppida opportuniori locò dabimus.

Politicam notitiam exhibet Præambulus

Num. II.

OPportunum interim hic admonere adiudico: quòd Varaytana Vallis tota quidem intra fines Italiæ concluditur, quippè quæ citrà diuiſorias Cottias Alpes, intra Marchiales Salutiarum terminos vniuerſa conſiſtat: ab hiſce tamen, & illis omninò excluditur, quinimmo iam à ducentis, & quinquaginta annis excluſa perſeuerat Caſtri-delphini Tetracolonia, Comitatus ſcilicet quatuor Coloniarum Delphinenſium: nempè Ponti, Canalis, Bellini, Sancti Euſebij. Idque factum eſt Viennenſis Delphinatus, ideſt Francorum Regum ſpeciali iure, qui iamdiù illius dominatione potiti, peculiari cautione eam ſibi reſeruarunt ad hoc; vt patentes Italicas Ianuas ſuas ad Auſonios vel ingreſſibus, vel progreſſibus, vel ab illis regreſſibus poſſiderent. Quòd faciliùs vt obtinerent, tutiùſq; aſſeruarent; ſupremo in culmine latioris Vallis propè Sancti Euſebij Pagum, inter geminos riuos ipſius ad angularis montis baſim, ſuper eminente rupe firmam Arcem erexerunt, quam Caſtrum-Delphinū dictam voluerunt: hancq; denominationem proximiori adhærenti Villæ Sancti Euſebij, imo comitatui toti communem decreuerunt; vt dominatio in denominatione publica reſonaret. Ibi vltra præſidiarios milites, & Præſidij Cuſtos, & iuſtitiæ Ordinarius Preſes reſident, & publica munera geruntur, & Reipublicę negotia pertractantur. Nec Sereniſſimus Princeps Pedemontanus montana illa ſua limina neglexit: quinimmo Sancti Petri, Fraxini, & Meli Oppida primo DD Salutienſibus Ciuibus primoribus de Vaccis in Comitatum, poſtremò totam ferè Vallem DD. Pinerolienſibus Quiritibus Purpuratis in Marchionatum feudali contractu dirigendam commendauit.

Sub quorum Dominio exiſtat.

Hierarchicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. III.

COnſonant prædictæ Sæcularis Principatus politicæ ſolertiæ Hierarchici dominatus paſtorales ſolicitudines: infernæ namque Varaytę Valli Salutienſi Diœceſi ſubordinatæ, haudquaquam proprij Curatores animarum, ſeù Rectores Sacerdotes deſunt: ſinguli ſingulis Pagis nempè Iaſchę, Bruiaſco, Melo, Vallismalæ, Fraxino, Girbæ, quinimmo Sancti Petri ampliori Oppido quadruplici Parecię quaterni interuiunt Parochi: Villari quidem tamquam exiliori ſimplex Curatus Sacerdos, ſic & Becetto modo, nam olim perecelebrem in dextero monte apud Deiparæ Virgini Eccleſiam Sacram, & miraculorum ſplendore totæ Pedemontanæ regioni illuſtrem, ad miſerorum Aſylum reſidebant Ciſtercienſes Monachi ſub Prioratus titulo, quem priſci quondam Prouinciæ adminiſtratores in religioſam Fidei, ac pietatis cuſtodiam erexerant, & Italicis hiſce liminibus appoſuerant. Quercero vulgo Roratæ tertię Rector, & ipſe Parochię præeſt Sacerdos. Tandem media ipſamet in Sancti Petri Villa ingens Parochiale Templum Apoſtolorum Principibus Petro, & Paulo ſacrum conſiſtit, cui Præpoſiturę dignitate inſignitus precipuus Sacerdos preſidet, à Domino Salutienſi Antiſtite Foranei Vicarij ſuper totam Vallem accepta poteſtate. Quamuis autem ſcopulorum, & montium altiores inter hiatus, & voragines abſcondatur Viennenſium Gallorum recenſita Tetracolonia Caſtri Delphini, Tetragono attamen Parochialium Eccleſiarum, & Parochorum Sacerdotum adminiſtratur & ipſa Sacro miniſterio, ſub directione, & iuriſdictione Taurinenſis Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Diœceſani.

Erroris, ideſt Hæreſis originem perhibet Praambulus

Num. IV.

HÆc quondam cum toto fere Marchionatu Salutiarum (iuxta D. Marc. Aurel. Lucern. placitos ſenſus) Catholica perſeuerauit (vna Padi excepta Valle Vualdenſium labe conſperſa) vſque ad Lutheranæ, atq; Caluinianæ infectionis, ſimul & ab Eccleſia defectionis tempora: quando in Gallijs vbiq; graſſantibus, & debacchantibus, quinimmò proprio Regi, & Euangelicæ legi rebellantibus Sectarijs, ſicarijs in Vienneſi Gallia peculiariter furentibus, annis ſeptuaginta quatuor ſupra mille & quingentos, orthodoxam veritatem à proprijs liminibus quaſi in totum effugarunt impij perduelles. Tunc enim vice Apoſtolorum Fidei dogmata pacificè proponentium, effrænes Pſeudoapoſtoli Sanguinarij timore, & terrore vniuerſos à Fide deficere vrgebant minis, ſanguine, igne, cæde illis repletis Conuallibus: Hęc gemino ſathanico turbine vehementiùs impellente hæreticam in deſertionem ruit, nempè fraudulentia, & violentia. Fraude igitur primò circumuenientium duorum Pſeudodoctorum ex conuicinis & Queyraici Valle, & Mollinarum Villa Brunetti ſcilicet, & Garcini circumuenti, perfidiæ in laqueos inciderunt, cunctaq; iam Vienneſi Gallia Schiſmatica lue laborante, grauiter & hi ægrotare cæperunt: hæretico lethifero dogmate exhauſto, circa annum ſexageſimum cum milleno, & quingenteſimo. Perſeuerabat attamen adhuc, licèt in violato Domini Templo, ideſt Eccleſia cum profanatore Dagone, legitima pariter Arca Domini, Catholicus ſcilicet cultus, donec Aldigherio ducente Sectario Duce, Delphinatus vniuerſi ſubuerſa fide, & à rebellantibus inuadentibus Caluinicolis eliminato Eccleſiaſtico regno, Ioannes quidam à Caſtro-Delphino oriundus (ſicuti Guliel. Baldeſ. conteſtatur) à Fide, & ab Eccleſia apoſtata effectus, Domino Aldigherio à Secretis inſeruiens, potentia illius, & auctoritate fretus quatuor Centurionum, & Centuriarum Caluiniſtarum aſſumpta turma, quibuſdam prętereà deprauatis, ſibiq; fauentibus religionarijs excubialibus militibus adiunctis, inopinato adueniens, proditione, & fraude Caſtri-Delphini Arcem occupauit, pulſo inde Catholico Cuſtode Gauterio, qui & Satrapiam, & Caſtrum legitimi Regis nomine cuſtodiebat, anno ſeptuageſimo octauo vltra milleſimum quingenteſimum. Munitione ergo expugnata, ad Eccleſias illicò Prædo conuolauit, & Parochiales quaternas nempè Caſtri-Delphini, Bellini, Ponti, atque Canalis expoliauit, & expilauit: dirutis Sacellis, deiectis campanilibus campanas ſurripuit, ſacra vaſa, & ornamenta ſacrilegus abſtulit, Sancta Sanctorum profanauit, Calicibus Sacris ad epotandum ipſe cum aſſeclis communiter abutebatur, Diuorum imagines abraſit, altaria deſtruxit, ceſſationem diuinorum indixit. Nec eo contentus, poſtquàm ab Eccleſijs ſupellectilem vniuerſam abſtuliſſet, à fidelibus quoq; Eccleſiaſticam diſciplinam, atque Orthodoxam Fidem auferre aggreſſus eſt. Vnde & Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum vſurpatis prouentibus, Sacerdotibus legitimis vel detentis, vel fugatis, Pſeudopaſtores, veriùs impoſtores eorum loco accerſiuit, qui ſacrilega Caluiniana exercitia publicè celebrarent, quibus cunctos conterraneos ſuos etiam nimis intereſſe imperabat, quinimmò verberationibus; vulnerationibus compellebat, atque mulieres etiam apprehenſis capillis violenter pertrahebat, tandem ſub mortis interminatione oppreſſos populos à veritate apoſtatare cogebat, ſicq; Catholiciſmum funditùs euertere excogitabat. Quamobrem cum primarij quidam, & Catholici viri, hæretici hominis perfidiam deteſtarentur, necnon imprudentiam aſpernarentur; Sicarius ille ægrè admodum id ſufferens, habito delectu, quinquaginta quatuor ex optimatibus Terræ proſcriptos morti addixit, quam acerbiſſimam, & immaniſſimam inflixit Reuer. Canalienſi Parocho Iaffredo Certolio, pio Sacerdoti Catholicæ veritatis propugnatori, quem oues proprias à lupis defendentem, & afflictam plebem in perſecutione confirmantem apprehendij, & colaphis, iniurijs, ac opprobrijs ſaturatum, mento, & capite depilatum, indecoréq; in Arcem Caſtri-Delphini pertractum, primo inter humeros pugione tranſuerberarunt, & fullonis fuſte in capite percuſſerunt, deinde igne pedibus admoto, totius corporis pellem in ſtolæ formam excoriauerunt, circa collum; & ſiniſtrum brachium ex eius decorticata cute ſtola, & manipulo effictis in ſacerdotalis ordinis irriſionem, tandem amputatis genitalibus, reuulſo corde ſemiuiuum exenteratum, feraliterq; trucidatum immaniter necauerunt. Quapropter Apoſtatæ, & deſertoris huius Prædonis tyrannidem diù ſufferre non valentes ſuperſtites quidam pauculi Catholici, vix elapſo biennio, quadam die ex improuiſo in Arcem ſtertentem in meridie Ioannem aggrediuntur, & pugionibus confodiunt, proiectumq; è feneſtra cadauer canibus dilaniandũ obiecerunt, & anathema

Lucern. l. mem. hiſt. c. 68.

Ann. Chriſti 1574.

Quando eſſu gat. Fides Catholica.

Duo Pſeudodoctores perfidiam diſſeminant.

Hiſt. Ecc. Pedem. l. 39.

Ioannis à Caſtro-Delphino Apoſtatæ perfidia.

Ann. Chriſti 1560.

Eccleſias diruit & Sacra deprædatur.

Fugatis Sacerdotibus Pſeudopaſtores accerſit.

Ann. Chriſti 1578.

Parochum Canalienſem tyrãnico ſupplicio enecat.

Ioannis Apoſtatæ infęlix interitus.

eicecerunt: legitimo Chriſtianiſſimo Regi, & munitione, & dominatione recuperatâ: & Catholico Eccleſiaſtico regno ſubſiſtentibus adhuc reſtitutis Eccleſijs, reuocatis Sacerdotibus; paululum fideles reſpirare voluerunt, ſed nequaquam præualuerunt; Alter enim Sectarius, gladiator nomine Franciſcus Garrinus Pſeudominiſter immaniſſimus, qui inuaſione pluſquam turcica adiacentes Valles ſubuerterat, & ad hæreticam defectionem coegerat, anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo, in Caſtri-Delphini Oppido deceptorum miniſtrorum coacto conuentu (referente D. Marc. Aurel.) pro concione declamando ad Pſeudoeccleſiarum confirmationem, & perfidiæ dilationē vniuerſos excitare conatus eſt. Quare iam iam ruinæ proximum, in dies magis labefactabatur Eccleſiaſticum regnum hac in Satrapia liminari: cui etſi ſupremus Catholicus, imò Chriſtianiſſimus Rex dominaretur; infideles tamen, atque hæretici Satrapæ eam adminiſtrabant tàm in Arce pro militia, quàm in Curia pro iuſtitia reſidentes, ſicq; ſub iuſtis, ac ſpecioſis & pacis; & belli titulis irreconciliabile contra Catholicos quotidianum certamen exercebant, ita vt quotieſcunque, & quomodocunq; ſe ſe opportunitas eis obtuliſſet; & ſuas promouere partes, atque Sectas augere, Orthodoxamq; Fidem deprimere, & Fideles opprimere, penituſq; delere ſtuderent, extremoq; conamine molirentur.

Noua in fideles perſecutio.

Mem. Iſt. cap. 22.

Ann. Christi 1580.

Miſsionis exordium perhibet Præambulus

Num. V.

DOnec ſuperuenientes Apoſtolici milites, ſtrenuiſſimi Pugiles perduellium conatibus accurrentes, occurrerunt, & violentiùs irruentes gradum ſiſtere coegerunt religioſi Antagoniſtæ: primò Ieſuitæ, deinde Capuccini, ſicuti enarrat D. Marc. Aurel. vulgaribus his latinitati donatis verbis: *Hoc eodem anno tertio extra ſexcenteſimum, & milleſimum Apoſtolici viri Capuccini per cæteras Marchiæ Salutiarum partes extenderunt ſuum Apoſtolatum; ſignanter in Conualle Varaytæ, fixa & ſtabilitâ ſede in Caſtri-Delphini Oppido: temporali Galliarum Regis, ſpirituali verò Archiepiſcopi Taurinenſis dominus ſubiecto. Iam ab anno 1596. de conſenſu Regis, inſtante Summo Pontifice Clemente VIII. Dominus Nuncius Taurinenſis illuc deſtinauerat Miſsionem Societatis Ieſu Religioſorum: Miſsis PP. Ioanne Baptiſta Roſetto, & Deſiderio Gallo, quorum reſidentiæ, & diligentiæ miniſterij nihil pro modò mihi occurrit recenſendum, niſi quidam cum miniſtris prauitatis congreſſus. In dictas igitur Valles & Caſtellaniam iam digreſſis, & abſentibus PP. Ieſuitis, recedente quoque quodam Ordinis Prædicatorum Religioſo, Parœciarum adminiſtratore, ſubrogati aduenerunt Fratres Minores Capuccini, Miſsiones mobiles Marchionalibus illis in oris exercentes, ſignanterq; adfuit Apoſtolicæ Miſsionis Præfectus, Fratri Valeriano ab Apoſtolica Sede ſuffectus, à Reuerendiſſimo Taurinenſi Archiepiſcopo illius Caſtellaniæ Foraneus Vicarius conſtitutus Frat. Philippus à Pancalerio, qui Caſtri-Delphini in Oppido, vbi & pro munitione cuſtodienda præſidiarij Duces, & milites, & pro iuriſdictione obſeruanda Ordinarij Regius Procurator, & Iudex reſident, Apoſtolatus ſedem, & Apoſtolicorum virorum ſtabilem reſidentiam conſtituit: quo politico, ac ciuili ſpirituali etiam munimine copulato, validiùs inuadentibus alienigenis obſiſtere, necnon indigentibus indigenis abundantiùs adſiſtere valeret.* Huius Euangelicæ excubiæ exordia ſic etiam à P. Zacharia Bouerio memorantur: *Apoſtolica interea noſtrorum Miſsio, quæ ad Hæreticorum conuerſionem in Pedemontanis Vallibus ſuperioribus annis inſtituta fuit, hoc anno per Cottias Alpes, in Caſtellanam Caſtri-Delphini Satrapiam Gallorum Regi ſubiectam, quæ plurimùm hæreſum tabe ſcatebat, magna cum Fidei, atque animarum vtilitate diffunditur.*

Iſt. Mem. Hiſt. cap. 38.

PP. Societ. Ieſu huic Miſſioni deſtinati.

F.F. Capuccini Miſſionem mobilem exercent.

Fr. Philippus à Pancalerio Capuccinus ſtabilem reſidentiam conſtituit.

P. Zachar. Bouer. T. 2. Ann. num. 3.

Ann. Christi 1603.

CALCVLVS PRIMVS

COMMVNIS

Apoſtolici Operis Fundatorum, ac Præcurſorum Fr. Fr. PHILIPPI PANCALERIENSIS, BERNARDI AVGVSTENSIS, & FRANCISCI à SANCTO STEPHANO per annos 1602. 1603.

I. APud Sacrorum peruetuſtos Interpretes, Hebræa vox Philippus non os lampadis modò (vti alibi dedimus) ſonat, ſed & os lampadarum appoſitè reſonat. O quam conſone! imò: En quam conſonam noſtro Apoſtolico Operario Fratri Philippo à Pancalerio denominationem perſonat! Ille quippe quaſi Polymyxos ideſt veluti ſuccenſa lampas in Dei Templo non vnico ore, ſed multa per ora, & pluribus linguis, quaſi lychnis non vni oræ, ſed Marchionalibus plurimis oris, & omnibus horis ſplendeſcere feſtinauit. Nam ad Apoſtolatus Præfecturam aſſumptus, accepto muneri, & acceptato oneri vt ſatiſfaceret; plura ſupra humanas vires factitaſſe videtur. Vnici namque vix anni ſecundi prioris luſtri ſæculi decimi ſeptimi ſpatio, perpetuò, firmiterque prælucentes Miſſionum perennes lampades, tamquam ſtationaria candelabra accendiſſe legitur tergeminis in Eccleſijs, nempè Seguſij, Verzolij, & in Caſtro-Delphino: quaſcunq; per illas plagas, licèt à ſe inuicem diſſitas peragrans, prædicans, operans, cooperans, & prædiſponens ipſe vt præcurſor, poſtmodum breui manu vt Fundator Apoſtolatus conſtituens (ſicut peculiaribus diſtinctis Calculis annotauimus) & lucernas ſupra Candelabrum, & ſupra Montes Ciuitates poſitas oſtendit: licèt intra foramina petrarum, & cauernas maceriarum nidum, ideſt domicilium, vel potius Tuguriolum ſuum poſuerint aduenientes Euangelici Excubitores, ad hoc præcipuè Delphini-Caſtrum, vel potius ad hanc Delphinenſium hæreticorum Arcem expugnandam accedentes. — *Miſſionis exordium à Fr. Philippo Pancaleriēſe.* — *Ann. Chriſti 1602.*

Quorum Primus (licèt fortaſſe non præcipuus) & ipſe Præcurſor Domini venit, in omnem hanc occiduam limitaneam Epidemia hæreticali agonizantem plagam Fr. Franciſcus à Sancto Stephano Nicienſis Comitatus Oppido, Vir & religioſis virtutibus, & Theologicis facultatibus apprimè inſtructus, vnde & Venerabilis Patris ac Fr. Angeli quondā Ducis Ioioſæ, poſtmodū Cōcionatoris Capuccini Sacræ paginæ Prælector extiterat: eo quod apud Gallicas Prouincias Capuccinorum albo ſuū nomen dederat, tum educatus in Seraphicum perfectum alumnum euaſerat, quapropter Gallicanum quoque Idioma peroptimè callebat, eo enim communiter pro conuerſatione vtebatur. Dum igitur Apoſtolatum adhuc mobilem noſtri Pugiles exercerent, & veluti celeres copiæ auxiliares regiones Marchionales peragrarent; Fr. Franciſcus Dei zelo ductus, ad Caſtrū-Delphinum Vienſis Galliæ ſatrapiam, Gallo eloquio proloqui edoctus, peruenit, & ſupreuenturis Apoſtolicis Operarijs in opere præceſſit, atq; veluti illi ſtationi acquirendæ propitius, proficuus, atque opportunus à Prefecto Miſſionum eò præmiſſus, & legitimè ordinatus proceſſit Nec minimùm ſed plurimum in ingreſſu laborauit, imò, & multum in progreſſu fructificauit. Intellexit, quinimmò in perdurante adhuc deuaſtatione, & deſolationis abominatione hactenus in loco Sancto perſeuerante, ipſe oculis proſpexit, qualiter plurimi, ideſt ferè omnes incolæ regionis fidei, & religionis deſertores Sectarijs tum Viennenſibus, tum Lucernenſibus colligati, ab illiſq; nequiter perfidia inflammati, conflata perditorum, ſiue proditorum acie in patriam regredientes in conſtantes, & ſuperſtites pauculos Catholicos irruerāt, immanioribus calamitatibus eos afficientes. Primo namque (ductantibus perpetuò Pſeudoapoſtolis) in Sacerdotes deſæuire cæperant, perſequendo, & expellendo: quibus pulſis Eccleſias, & Sacra Templa hoſtiliter inuaſerant, ſacratia expoliauerant, ſacra aſportauerant, Sacramenta conculcauerant, Sancta cuncta profanauerant: ſam Eccleſiarum, quam Eccleſiaſticorum ſibi vſurpatis, ac arrogatis bonis, tandem Catholicis ſublatis ſacrilegos ritus ſtatuerant, ad quos profitendos etiam renuentes, & nolentes verberationibus, ac percuſſionibus violenter coegerant, vnde & vniuerſam Orthodoxæ Fidei, ſiue Catholicæ pietatis formam deformauerant. Licèt autem aliquando aliqualiter Catholiciſmus reſpirare viſus fuerit his in liminaribus; tamen ſeditioſorum rebellantium hæreticorum factionibus proximo in Delphinatu ſemper perfidia eundo, & progrediendo & vires acquirebat, & violatam Fidem deprimebat, quoadusque Chriſtianiſſimorum Regum auctoritate illa repreſſa pedetentim decreuit: — *Fr. Franciſci à Sancto Stephano labor, & fructus.*

Eò

Eò interim præmandatus aduenit Fr. Franciſcus à Sancto Stephano, qui cum zeloris eſſet ſpiritus copioſiorem ſegetem non metendam, quinimmò ſerendam nactus, enixus eſt primò, ſolum ſentibus, ſpinis, & vepribus obſitum perpurgare acutiori ſarculo Verbi Dei: quamobrem per quaterna illius Satrapiæ Oppida infatigabiliter diſcurrens prædicabat, & prædicando ſuadebat Orthodoxas veritates tam fidelibus, quàm perfidis Vallicolis: diſputabat, & diſputando legitima propugnabat, ſpuria verò dogmata confutabat: Catholicæ Religionis fundamenta, & rudimenta rudioribus faciliori modo porrigebat, errores detegebat, falſitates arguebat, atque genuinos Scripturarum ſenſus, & legitimæ Eccleſiæ veras notas cunctis demonſtrabat, ſicque per ſingulas Villas diſcurrendo ſingulos per dies faciebat: perfectioris Euangelicæ vitæ, atque conuerſationis præclariora exempla præferendo, ſemper mortificationem Ieſu in ſuo corpore circumferendo, quin vt cunctis innoteſceret; Seraphicum Pugilem ſub Crucis Vexillo, & iamdiu militaſſe, & ad finem vſque militaturum; incedentem illum per viam perpetuò præcedebat adoleſcens ſtudiosè conductus, qui Chriſti Crucifixi grandiuſculum ſimulacrum in Cruce eleuatum præferebat: quod & amicis timorem, ac reuerentiam; inimicis verò terrorem, atque confuſionem incutiebat. Simul tamen, & ſemel ſpiritualibus ſermocinationibus, amicabilibus cohortationibus, & ſuauioribus collocutionibus beneuolentiam vniuerſorum ſibi conciliabat. Fideles conſolabatur, confirmabat, & Sacramentorum, confeſſioniſq; præcipuè adminiſtrationibus roborabat. Anhelabat ſolicitus Leuita Templa inſtaurare, Eccleſias exornare, Diuinum Cultum reſtituere, & Regnum Dei promouere, ſed breuioris inibi commorationis, ac reſidentiæ anguſtijs præpeditus, non omnia potuit, quæ voluit. Abijt igitur alibi operaturus, ſed ex pluribus eius præclaris pro fide operationibus, vnicam relatam apud noſtratum monumenta reperio, nempè mulierem vnam in Oppido Valgranæ Catholicæ Eccleſiæ reconciliatam die 25 Martij ſequentis anni tertij vltra ſexcentum, & mille. Vnde cum pluribus in excubijs euigilaſſe, & laboraſſe conſtat. II. | Ann. Chriſti 1602.

Per Villas diſcurrendo; Catholicam veritatẽ prædicat.

Sacroſanctæ Leges, quæ conſtringunt hominum vitas, exclamat Iuriſprudentia: Sacroſanctam Legem hoc anno ſecundo prioris Olympiadis ſeptimi decimi ſæculi promulgauerat Carolus Emmanuel I Catholiciſſimus Sabaudiæ Dux (vti iam pluries alibi indicauimus) qua cunctos ſibi ſubditos homines, vel Catholicè viuere, vel ad exulem vitam deducendam in extraneam dominationem commigrare conſtringebat: qua cunctis iam in Saluſſienſis Marchionatus Vallibus, & Villis publicata, & indicta, docibiliores, & rationabiliores priſtinæ Religioni reconciliati ſteterunt, perfidiores verò, atque perticaciores exules abierunt: abeuntiumque plures in Caſtellania Caſtri-Delphini ſe ſe receperunt, & confugerunt, vt ad libitum refugæ patrios lares ſæpius furtiuè regrediendo reuiſerent. Quod cum ea tempore innotuiſſet peruigili excubiarum Magiſtro Fratri Philippo, qui integræ, & plenariæ editi Edicti obſeruationi incumbebat; decreuit ipſe cum religioſo Leuitarum Capuccinorum agmine proſcriptorum Profugium aggredi, & Aſylum expugnare; vt latitantes rebelles inde pelleret: quare ipſe cum coarmigero Sacerdote Varaytanam Vallem ingreditur, & Caluinicola figmenta profitentes pulſare aggreditur, tum pro concione, tum pro congreſſione, tum pro conuerſatione, tum denique pro ſimplicium catechiſmo, vnde Catechizando, & Apoſtolando ad vſque ingens Oppidum Sācti Petri Caſtro-Delphino contiguum peruenit ipſemet, quando iam illo ipſum præceſſerat præmiſſus Fr. Franciſcus à Sancto Stephano (vti ſupra dedimus) Ad Sancti Petri Pagum igitur, & populum perpurgandum cum acceſſiſſet Fr. Philippus; numeroſiorem meſſem albicantem, vel flaueſcentem proſpiciens, copioſiores labores, & ſudores exanclandos ſibi propoſuit, quòd & iugiter præſtitit, non Apoſtolico ſolummodo munere fungendo, euangelizando, monendo, & exhortando, ſiue Sacramenta adminiſtrando; ſed & Vicarij Foranei officium exercendo à Reuerendiſs. Archiepiſcopo Taurinenſe ſupra Caſtri-Delphini Satrapiam Generaliter conſtitutus cum plenaria poteſtate inquirendi, procedendi, iudicandi, abſoluendi, condemnandi, diſpenſandi, & quidquid pro Eccleſiaſtici Regni inſtauratione perficiendum, ſeu præſtandum occurriſſet, efficiendi. Effecit igitur, & perfecit opus ſuum paucis diebus, quibus inibi in Villa Sancti-Petri extitit commoratus: nam deceptos quoſdam viros, ac mulieres veritati Catholicæ reſtituit numerantur autem. III.

A Sabaudica Dominatione expulſi Heretici, ad Caſtrū-Delphinum confugiunt.

Proſcriptorū profugiū aggreditur Fr. Philippus.

Ex Sancti Petri Pago à Fratre Philippo reſtituti num. 25. circiter.

Vigintiquinque deuios Eccleſiæ reſtituit Catholicæ.

Hinc inde digrediens, vt aliò prouiſurus progrederetur, ſuffecit & Operi, & Oneri Apoſtolico in Varaytana Valle exercendo Fratrem Bernardum ab Auguſta Prætoria, perpetuum ſuum fideliſſimum commilitonem, qui eo ſuperueniens manum, & mentem Euangelico facinori viriliter perficiendo admouit, & eâ, qua à natura præditus erat, morum, ac conuerſationis ſuauitate, pacificè belligerando aduerſus Hæreſes, & Hæreticos dogmatizando, docendo, monendo, & cohortando IV. | Ann. Chriſti 1603.

verbo

verbo, & operibus ideſt Sanctimoniæ exemplis decertando, plurimùm tum fidelibus confirmandis, tum perfidis reducendis prǣſtauit, recenſentur autem reduces ab eo.

Ex Oppido Sancti Petri. num. 16.

CALCVLVS SECVNDVS

Primi Apoſtolici Operarij Fratris STEPHANI TENDENSIS Concionatoris per annos 1603. 1604.

I. ENitebatur interim (abſens quidem corpore, præſens autem ſpiritu) & pro viribus conabatur Frater Philippus, Miſſionum Præfectus, & vlteriùs progredi, & ſuperius conſcendere; quò Delphini illud Caſtrum, non murorum aggerem, ſed perfidorum congeriem ex toto expugnare, & ſubiugare, ſiue expurgare valeret: vnde & Caſtellum intrare, & in eo copulatum Magdalenę, ac Marthę Miniſterium firmiùs inibi ſtatuere excogitauerat, vt ſcopa Lazari euerreret, & ab hęreticalibus quiſquilijs emundaret totam domum, quò deperdita Orthodoxę Fidei Drachma reinueniri poſſet. Anhelabat etiã ad hoc ipſe zelãtiſſimus Taurinenſiũ Antiſtes, & pro Capuccinorũ Miſſione remotioribus atq; aſperioribus illis Italicis in receſſibus conſtabiliẽda, plurimùm apud Romanam Curiam laborabat: obſtabant nihilominus inter Gallum Regem, & Sabaudum Ducem adhuc vigentia Martialia diſſidia, & Pedemontanos Excubitores, ſiue Pugiles in Gallicanis Cuſtodijs ad inuigilandum collocari prohibebant, donec Allobrogus Princeps Francorum Caſtris, qui totam iam Sabaudicam regionem occupauerant, vt occurreret, Subalpineq; ſuę dominationi vt conſuleret; ipſe Caſtri-Delphini Satrapiam Gallo ſubiectam prǣoccupat, atque occupatam Arcem prǣſidiario milite munit, ne neglectis oſtijs hoſtium importunos, ſiue improuiſos paterentur incurſus. Qua captata, & Romam nunciata opportunitate, Chriſtiani Orbis quidam Eminentiſs. Cardines Carolum Emmanuelem I. Catholiciſſimum Principem per epiſtolas hortantur; vt in acquiſita limitari plaga Apoſtolicos limitaneos Capuccinos milites pro ſolo Eccleſiaſtico regno inuigilaturos, collocari permittat, quinimmò conſtabiliendos curet: quorum adhortationibus ſiue monitis libentiſſimè acquieſcens Chriſtianus Dux, Apoſtolicis excubijs opportuniorem locum accommodat, nempè in Sancti Euſebij olim Villa, nunc Caſtrum-Delphinum dicta.

Studium Fr. Philippi pro reſtituenda Catholica Fide in Caſtro-Delphino.

Anni Christi 1603.

Quod cum accepiſſet Romanus Hierarcha, Reuerendiſſimi Archiepiſcopi poſtulationibus benignè annuens, per Eminentiſſimi Aldobrandini Epiſtolas Reuerendiſſimo Taurinenſi Nuncio tranſmiſit mandatum, ſub decima octaua die Ianuarij menſis, huius tertij anni poſt millenum ſexcenteſimum; vt Sacrum Oratorẽ Theologum Capuccinum Stationarium, congruis facultatibus prǣmunitum ad Caſtri-Delphini cuſtodiam deſtinaret. Pontificia igitur accepta iuſſa ex tempore exequens D. Paulus Toloſa Epiſcopus Boninus, Nuncius Taurinenſis, à Fratre Paulo Aquenſi Capuccinorum Prouinciali electum, & vocatum, à Fr. verò Philippo

III. Pancalerienſi Capuccinæ Miſſionis Prǣfecto præſentatum, & oblatum Fratrem Stephanum Tendenſem Concionatorem Seraphicum Apoſtolico muneri deſignatum in cuſtodia exercendo ordinauit, amplo facultatum dato Diplomate, ſub Pridie Idus Iulij huiuſcemet anni. Cui proficiſcenti iam antecedenter Reuerendiſſimus D. Carolus Brolia Archiepiſcopus ſoliciori benigna præuentione & pecuniarum, & paramentorum congruum ſubſidium præparauerat, atque præmandauerat, vti conſtat per ſuas Epiſtolas Fratri Philippo Prǣfecto Verzolium datas, ſexto Idus Maij eiuſdem anni, à nobis proprio numerò referendas. Referimus hic interim Primarium Primi Operarij ad hanc obſeruandam Cuſtodiam acceſſum: Aduenit igitur Frater Stephanus Tendenſis Capuccinus Concionator ad Caſtri-Delphini Apoſtolatum adminiſtrandum, hoc tertio anno Prioris Iuſtri ſæculi ſeptimi decimi, Quintilis menſis ſub finem. In principio igitur huius deſcribendæ enarrationis præmittendam, prælibandamq; cenſeo breuiorem, ſed veriorem notitiam propoſiti, & emiſſi Capuccini Leuitæ: Erat igitur Frater Stephanus (vt communis noſtrorum fert traditio) Vir viribus valens, valetudine robuſtiori, & corporis, atque ſpiritus robore pollens: pollebat pariter & ingenio, & difficilioribus in difficultatibus pertractandis, ſeu aſperioribus aduerſitatibus ſufferendis, ac ſuperandis æquanimitate, & longanimitate animi inſuperabili valebat: corporeis incomodis etiam grauioribus, atque acerbioribus pœnalitatibus diutiùs tolerandis reſiſtebat, non tàm naturalis, quàm virtuoſæ fortitudinis vigore ſuffultus. Vnde inter Capuccinos non vulgari auſteritate vitæ, & regularis obſeruantiæ integritate fulgebat: Præfulgebat pariter religioſæ conuerſationis ſanctimonia,

Arce occupata à Sabaudo Duce Capuccinorum Miſſio ſtabilitur in Caſtro-Delphino.

Fr. Stephanus à Tenda huic Miſſioni prǣficitur.

& morum

& morum prudenti Seraphica ſimplicitate, & cauta ſinceritate, prout Capuccinum Sancti Franciſci alumnum decet: deſpecto ſiue neglecto exteriori cultu non deceptoriam hypocriſim, ſed genuinum mundi contemptum prætefcrebat.

II. Talis igitur Euangelicus Cōcionator ad Delphinenſem Caſtellanam Satrapiam à ſatanicis Satrapis liberandam acceſſit: Cuius acceſſum D. Marc. Aurel. ſimillimis notis deſcribit, vulgaribus tamen: *Ad dictas igitur & Karaytæ Vallem, & Caſtri-Delphini Villam, Iam Patribus Ieſuitis abſentibus, cum plurimi exules Eccleſiæ rebelles, & promulgato dicto à ſua Celſitudine anno ſuperiori die vigeſima quinta Februarij inobedientes, pœnarum terrore perculſi Catholicè viuere renuentes, confugerant. Hi igitur refuga Gubernatoris, & reliquorum Adminiſtrorum Caluinicolarum patrocinio, protectione, ſubſidioq; freti indigenis Caluinizantibus indulta, ſiue tolerata licentia abutentes die, noctuq; ipſis vetita hæreticalia exercitia, atque ſacrilegos ritus frequentare geſtiebant: non priuatè modò, ſed & palam ea petulantia, inſolentia, atque impudenti diſſolutione, ſiue vſurpatione, & temeraria arrogantia; vt pauculi ſuperſtites Catholici ad Eccleſiam Sacroſanctis myſterijs exercendis nequaquam auderent accedere: protinus enim vt templum verſus eos gradientes conſpectabant Sectarij, irriſionibus, deriſionibus, iniurijs, atque ſcommatibus eos proſequebantur: Idololatras illos, atque ſuperſtitioſos proclamantes. Aedes ſacra iumentorum potius caula, quàm ſacrorum aula videbantur, à Parœcijs Parochis exulantibus, Ita vt deſolati fideles & viuerent, & Sacramentorum expertes morerentur, morienteſq; neceſſariorum ſpiritualium ſubſidiorum exortes; defuncti denique irreligioſa, quaſi aſinaria ſepultura tumulabantur in loco quidem ſacro, ſed ſalutaribus ſuffragijs deſtituti. Adoleſcentes inſtituebantur ab inſtructore, vel potius deſtructore Hæretico-Expresbytero, qui communi nuncupatione Sacerdos Apoſtata vocitabatur: Cum enim quondam legitimè Sacerdotali Charactere inſignitus, caſta cuidam Parochiali Eccleſiæ adminiſtranda inpſiſſet; effræni poſtmodum libidine actus & Fide, & Eccleſia derelictis, adhæſit ſacrilegè non vxoribus, ſed adulteris plurimis, nempè quatuor deceptis mulieribus hæreticis, quarum binis ſimul, & ſemel viuentibus abutebatur. Vnde plaga illa frementium beſtiarum potius, quàm rationalium hominum habitatio immeritò cenſeri deberet. Hoc igitur anno Pater Frater Stephanus Tendenſis, concionator Capuccinus huic reſidentiæ venit deputatus: quæ, ac quanta Pater hic optimus vſq; ad ſupremum vitæ halitum hic elaboratus, & poſt illum plures ſtrenui cooperatores ſucceſſiuè per tempora operati extiterint; non eſt hic mei propoſiti, ſeu inſtituti ſingillatim recenſere, dicam attamen pro longæua experimentali mea pleniori notitia: quòd egregijs, & inſolitis facinoribus, quæ ab illis geruntur, præſtandis humanitatis vires ſufficere non videntur. In plaga nebuloſa, frigida, & inclementiſſima reſident, prominentioribus adeò rupibus circumuallatæ, vt vix per aliquot anni menſes Solari benefico aſpectu perfrui liceat: maiori annuali ſpatio inibi niuibus reſidentibus, efflantibus, quinimmò irruentibus frigidiſſimis Aquilonaribus, ſiue Borealibus ventis, ita vt ſæpè ſæpiùs præterfluentis Amnis vnda gelu conſtricta ſiſtant, ac iammeſcant, vias occupantes: quamobrem cum Apoſtolicum munus exerciturí ad Caſtellaniæ Oppida circumuicina tranſmeare coguntur, vel ad Euangelicas veritates proponendas, vel Pſeudominiſtros deceptores confutandos, & eijciendos, ſiue ad Catholicos confirmandum: compelluntur pariter per niues, & glacies, ſiue per gelidas, ac niueas aquas, niuibus, & aquis, atque gelu obſitos calles, ac ineuitabiles tramites nudipedes, iuxta regulæ præſcriptum, & pedeſtres ad genua vſque per multa milliaria permeare, & progredi, cruentatis cruribus irrumpendo, & violenter iter ſibi aperiendo, ac ſternendo: conſtitutu denique in domicilio Ordinario degere, & inhabitare oram, in qua ſolum aëris, ſiue climatis intemperie depauperatum, & infrugiferum nullos prorſus fructus parturit.* Hactenus D. Lucern. vbi ſupra.

Prior Lucer. M.H. c. 35.

Patrocinata Hæreſis, peſſandata Fides Catholica.

Ludimagiſter Sacerdos Apoſtata, adulter, adoleſcentiſ inſtitutor.

Ann. Chriſti 1603.

Regionis intemperies deſcribitur.

III. Cum igitur Eccleſiaſtici regni ſtatus infœlicior, huiuſcemodi in Cuſtodiali regione funeri iam proximus, eò miſeriarum perueniſſet; vt in Caſtri-Delphini Oppido Oppidani bini, vel terni occultè tamen Catholicam Fidem profiterentur: Bellini geminæ ſolitariæ, Ponti verò, ſimul & Canâlis quaternæ, vel quinæ familiæ ægrè admodum Catholicè ſapere perſeuerârent: exulantibus adhuc à quaternis illis Parœcijs quatuor Parochis, cunctis pulſis Sacerdotibus, exiliata omnino Romana religione, eliminato Diuino cultu, pietate Chriſtiana penitus abiegata, quin abhegata: quæ licèt, ſuperuenientibus ſuperioribus annis noſtris Capuccinis Præcurſoribus, aliqualiter reuiuiſcere cœpiſſet; recedentibus tamen illis iterum pariter receſſerat, atque deceſſerat: ſola vigente, & prædominante Caluiniſtica tyrannide, & tyrannica vſurpatione, ac religionaria, ſiue Sectaria debacchante deſertione. Frater Stephanus ad antra liminaris deſerti, ſiue ad ſyluam frementium beſtiarum hæreticalium aggrediendam, & excolendam appulit. Aduenientem ergo Stationarium Vigilem Apoſtolicum ſtabilem, & firmum ſibi oppoſitum Antagoniſtam perduelles Fidei toruis oculis, rigido aſpectu, minaci, ac truci vultu, verbis aſperis, dicis ſcommatibus, publicis deriſionibus, acerbioribus comminationibus exceperunt, triſtantes ipſi, & frementes dentibus: verùm è contra fidelium reliquiæ, collætantibus cordibus, quaſi ad nouæ lucis ortum in vitam reſpirare viſæ ſunt. Iam enim à nonnullis annis Paſtoribus pulſis Luporum incurſionibus, atq; dilacerationibus expoſiti iacebant: ceſſauerant Diuina, nuſquam Miſſæ celebrabantur, aut Sacrificia offerebantur, vel deficientibus populis Sacramentorum ſubſidia miniſtrabantur: quin clauſis Sacris Ædibus, nec ipſo Euangelij Verbo perfrui

Triſtantur Hæretici lętantur Catholici in aduentu Capuccinorum.

permit-

permittebatur; Vnde iamdiù famelici, quinimmò languidi tabeſcebant, cum ſupereſſet nullus, qui quotidianum ſuperſubſtantialem frangeret panem; recedentibus Ieſuitis prioribus Miſſionarijs, & Præcurſoribus Capuccinis.

IV. Quamobrem Fr. Stephanus agreſtiori, ſiue aſperiori nequaquam priniori occurſu, & hoſtili incurſu in ingreſſu perterritus, quinimmò intrepido corde phreneticos hoſtes curare, & prolixiori curatione, quaſi compoſito Philtro cicurare diſponit, nihilq; ſibi ad hoc parcere, nec ſibi quoquo modo placere, vt maturiùs, & opportuniùs laborantibus conſular, proponit. Propoſitum verò proprium exequi, aut perficere nequaquam diſtulit, imò verò ex-tempore deſertas Parœcias quatuor curandas reſtituendas, atque adminiſtrandas cum coamigero Sacerdote, ſtrenuo commilitone ſuſcepit. Præualuerat quidem Fr. Franciſcus à S. Stephano nonnulla Sacella pro Diuinis actitandis componere breuioris ſuæ Præcurſionis tempore; ſed eo reſiliente, deſilierunt ſimul & compoſita. Non tamen ab eo cuncta diſpoſita euanuerunt: nam cum Caſtro-Delphino digreſſus, Taurinumq; profectus Reuerendiſſimis & Archiepiſcopo, & Nuncio pauperiem extremam indigentiam expoliatarum Parœciarum Caſtellaniæ retuliſſet, & pro congrua ſacra ſupellectile prouidenda ſupplicaſſet; accurrere voluerunt illi, & pro virili ſuccurrere: vnde Reuerendiſs. D. Carolus Brolia Archiepiſcopus & Sacerdotale paramentum, & Calicem tranſmiſit, pro Sacroſanctis myſterijs conficiendis, quibus competenter, & reuerenter (vt par eſt) perficiendis, Fr. Stephanus poſtea piorum elargitionibus cætera neceſſaria parauit. Cum igitur ipſe, vel ſocius Sacerdos derelictas ad Sacras Ædes etiam Parochiales celebraturi accederent; Eccleſiaſticis vtenſilibus, & Sacerdotalibus indumentis caſula, alba, miſſali, ara Sacra Lapidea, Calice, & reliquis ad celebrationem requiſitis onuſti ipſimet incedebant (ne quid detrimenti à perfidis in itinere pati contingeret) & ſic viciſſim varijs illis in Eccleſijs ſacra faciebant, & ſubſidia ſacra adminiſtrabant egentibus, & præſtolantibus fidelibus.

Deſtitutas quatuor Parœcias reſtituendas ſuſcipit; & ſupellectilia procurat.

V. *Et aſcenderunt in montem Sion* (ſicuti refert Machab. hiſt.) *& viderunt ſanctificationem deſertam, & Altare profanatum, & portas exuſtas, & in atrijs virgulta nata ſicut in ſaltu, vel in montibus, & paſtophoria diruta, & sciderunt veſtimenta ſua, & planxerunt planctu magno, & exclamauerunt tubis ſignorum.* Zelantes zelum legis Machabæi; videnteſque proſtratum Templum Dei, exclamauerunt tubis, & congregauerunt dolentes populos ad inſtaurationem. Poſtquam igitur Nazaræus iſte Capuccinus aſcendit in Montes, & offendit in Caſtellana illa Satrapia Satraparum Caluinicolarum malitia, & nequitia proſtrata Templa, ſubuerſas Parochiales Sacras Ædes, diruta ſacella, & per conſequens collapſum Diuinum cultum; ingemiſcens clamauit ad Dominum opportuno pro ſupero auxilio, deinde exclamauit in monte Sion Euangelica tuba Euangeliorum, & conuocauit populum, coadunauit gentes, congregauit paruulos, interpellauit viros, ac mulieres fideles, vt deiectum Eccleſiaſticum regnum ſuſcitarent: vnde Seraphicis cohortationibus, adhortationibuſq; efficacioribus, quaſi vehementioribus impulſionibus Catholici populi ſpiritu excitato, vnanimes conuenerunt, directore, & ductore Fratre Stephano, ad ſubleuandam Sacrarum Ædium ruinam: illius igitur ſedulis incitamentis, & exemplis confortati turmatim veniebant mares, & fœminæ, portabant ligna, coaceruabant lapides, parabant cæmenta, & Ædificatoribus materialia ſubminiſtrabant: quibus vt pariter adminiſtraret Apoſtolicus Operarius non manualem modò operam cum ſocio præſtitit; ſed & opem pecuniariam contulit: vel enim ex ſibi neceſſarijs detractis, vel ex congregatis à pijs viris quæritatis eleemoſynis non modica ſubſidia afferebat, & offerebat, quamobrem breui Parochialem Caſtri-Delphini Eccleſiam inſtaurauit, plurimiſq; laboribus exantlatis, difficultatibus ſublatis ad meliorem formam reduxit, ita vt ſacris faciendis, & Parochialibus miniſtrandis commoda, atque opportuna iterum euaſerit, ſicuti vſque in hodiernum diem inſeruiens permanet.

Machab. l. 1. c. 4.

Ann. Chriſti 1603.

Varijs modis ſuſcitare conatur collapſum diuinũ cultum.

VI. Idẽ & in Ponti pago eodẽ tẽpore præſtitit, vbi collapſũ, vel potius deiectũ Parochiale Templũ & pro ſuggeſtu declamando, & familiariter exhortãdo, & manuali opera cooperãdo, pluribuſq; alijs modis auxiliãdo ſolicitudine, & inſtantia quotidiana poſt nõ longũ tẽpus à ruinis, diuerſis aduerſis toleratis, & ſuperatis, ſanè excitauit, cui cohærens cãpanile à fundamentis erectũ coædificauit, atq; eleuato à ſe prouiſam, ac conquiſitam campanam ſuperpoſuit, pro ſtatis temporibus ad ſacra peragenda conuocandis populis. In proximo Vico Canalis Profani ſacrorum expilatores, & violatores Sacram Diui Laurentij Ædem vſurpauerant, & ſarta tecta aſſeruata ad ſacrilegos ritus exercendos palam abutebãtur: Id iniquo animo ferens, nec æquo oculo proſpiciens zelans Leuita, & oculata prudentia, & interpellata Superiorum potentia armatus aſſiſtente ſibi peculiariter iuſtitia, zelans iura Diuina, intrepidè vſurpata in limina iſtruit, vſurpatores, & Profanatores è Templo eiecit, atque canibus, & impuris eiectis Sacras Ædes ſacris faciendis, &

Parochialis Eccleſia Põti à ruinis excitatur, Campanileque à fundamentis coædificatur, ſuperpoſita Campana.

Complura Tẽpla ab hæreticis eripit atque ſanctificat.

legitimis Adminiſtris reconciliatas reſtituit: ab hæreticali namque pollutione,
congrua ſibi delegata auctoritate, ſanctificatas prouiſo, & aduocato Curatori
Sacerdoti (vt infra dabimus) curandas conſignauit, haud mediocri iubilo, &
conſolatione ſuperſtitum Catholicorum ob ſibi & Sacerdotes, & ſacra, & Sa-
cramenta reſtituta. Huic Eccleſiæ Eccleſiaſtici regni Italici ipſo in diſtantiori, ac VI
remotiori, nempè vltimo liminari conſtitutæ, parauit Fr. Stephanus, & donauit
tres inſigniores campanas, quò inter altiores Cottiarum Alpium rupes reſonan-
tes, Catholicæ Fidei de deuicto Heretico hoſte trophea perſonarent. Vnde vſque
in hodiernũ diem, cũ conſonantium illarum ſonitum inaudiunt Incolæ, defuncti
ſtrenuiſſimi Pugilis Fratris Stephani fælici recordationi, & æternæ benedictioni
ominantur lætiora.

Tres inſigniores Cãpanas Eccleſiæ donat.

Quia verò Inuaſores Perduelles ſacri regni non maiora modò, ſiue ingentia VII.
Templa vſurpare, vel ſubuertere præſumpſerant; ſed & multò magis minora
Sacella, ſignanterq; campeſtria euertere, & diruere feſtinauerant: Inſtaura-
tor igitur, & ſacrorum Reſtaurator Capuccinus, Sacer Orator Ædiculis Sacris,
ruralibuſq; Sacellis diuerſis in locis vel profanatis, aut derelictis, ſimulque de-
lectis recuperandis, releuandis, ac reſarciendis & animum applicuit, & manus
admouit, & opus promouit.

Sacella Cãpeſtria diruta, vel profanata reſtituit, & reſtaurat.

I. In Vico Turrerarum Sancti Ioannis Baptiſtæ Sacrum Sacellum reſtituit, ac
cohoneſtauit, ſacriſq; in eo habendis habilitauit.

II. Super Caſtri-Delphini Collem denuò excitauit Ædiculam Sancti Bernardi,
ad quam conſuetis iam olim temporibus accedentium fidelium pietati pateſce-
ret aditus.

III In Vico Genſanæ dicto, paruam Ædem Diuo Sebaſtiano parauit ſacram,
quò illius Viciniæ fideles ſuis in opportunitatibus ad exorandum Dominum con-
fugerent.

IV. Alio in Viculo Sanctæ Mariæ Magdalenæ nuncupato, Eccleſiunculam Ann. Christi 1603.
prædictæ Sanctæ (à qua in Tutelarem electã nomenclaturam conſecuti fuerant)
dicatam reparauit. V

V. In Vicinia quadam Sanctæ Mariæ vocitata, excitauit Sacram Ædem Deipa-
ræ Virginis Dominæ in honorem.

VI In Bertinarum populatione ſextam Ædiculam prouidit.

VII. In Poſterla ſeptimam.

VIII. In Predicatorio octauam.

IX. Apud Bellinum nonam.

X. In Vico Rabioſi dicto à fundamentis excitatam decimam. Harumque non-
nullis campanas prouidit, & appoſuit.

Quæ omnia pia Sacella, cum olim efferam hæreticorum rabiem perpeſſa, rude-
tibus depreſſa fere tumularentur; Fr. Stephanus commoda, & opportuna tempo-
ra, & temporarias opportunitates nanciſcens, ex recenſitis quatuor reædificauit,
ſex vero à fundamentis erexit, tamq; ſolicitè, & diligenter compoſuit; vt decen-
ter in ſingulis ſacra haberi valerent.

Reminiſcuntur, & per generationes recordantur etiam rudiores illi Vallicolæ VIII.
memorabilium, & admirabilium laborum, & fatigationum Reſtauratoris Apo-
ſtolici Fratris Stephani, regni Eccleſiaſtici præcipuè illis in oris Inſtauratoris, qui
pro domus Dei reparatione, & Diuini Cultus reſtitutione recenſenda plura per-
fecit: Primò enim ſua corporali, & manuali operatione ſtructuræ neceſſaria pro-
uidebat calces, lapides, ligna, cæmenta, ferramenta: contrectando, quæritan-
do, aſportando, tranſportando, conficiendo, atque tandẽ artificibus ſobminiſtran-
do, & offerendo. Nec per diem, aut menſem; ſed huiuſcemodi Mechanico exer-
citio incũbere voluit: vſq; equo omnis conſũmationis, id eſt cõſũmatæ ædificatio-
nis videret finem: non dedignabatur, nec dehoneſtatum ſe exiſtimabat, ſi pro maiore
ſui Dei gloria, & glorioſo cultu ipſe ſeruili in opere famulari publicè profitere-
tur: dummodo enim & Eccleſiarum decus, & Diuinorum celebrationem, & Sa- IV.
crorum adminiſtrationem, & Catholici ritus pias, ac religioſas ceremonias, Re-
ligionis denique orthodoxæ profectum validiùs promoueret; non vllum vel infi-
mum, vel laborioſum, vel oneroſum, aut deſpectum opus ſubire renuebat.

Operatur mechanicè pro Tẽplorũ ædificatione.

Inſtauratis autem, & reſtitutis Templorum ædificijs, mœnibus, & Altaribus: Sa- IX.
craria paramentis inſtruere, & Sacras aras ornamentis decorare non neglexit, ſed
ſedulo, & aſſiduè & Eccleſiaſticorũ Præſulũ, & piorũ virorũ expoſtulato, & relato
fauorabiliori ſubſidio fultus, & coadiutus, ſicut Eccleſiarũ parietes conſtruxerat,
ſic & Eccleſiaſticam ſupellectilem comparare ſtuduit: Sacerdotalia igitur indu-
menta; altarium iterum varia tegumenta, Sacra vaſa, Leuiticos Codices, Icones,
Sanctorum Imagines, Diuorum ſimulacra aris apponenda, Linteamina, Vela,
Corporalia, Pyxides, Tabernacula, Cruces, & neceſſaria vtenſilia Leuiticis mi-
niſterijs opportuna: mendicando, quæritando, de propria alimonia ſubtrahendo,

Eccleſias, & Altaria ornamentis ditat.

pro

pro virili juxta & temporum anguſtias, & regionis, ſeu Incolarum pauperculam conditionem prouidere perpetuò indeſinenter ſategit, & ſatis egit: nam pro quotidiano Sacerdotum miniſterio in ſingulis Eccleſijs congrua requiſita preſtò aderant, & ſufficiebant.

X. Verùm enim verò ad quid Parochialia Templa, & ſacerdotalia paramenta, vel ornamenta, ſeu ſacra ſupellex deſeruirent; ſi qui vacantibus Parœcijs, & Eccleſijs inſeruirent Parochi, & Sacerdotes non aderant? Reſtaurator igitur non Machabæus, ſed Capuccinus Cuſtos quàmprimùm, & plurimùm de Sacerdotibus aduocandis, & reſtituendis cogitauit. Verùm vnde reuocati Rectores aſerentur, ſi Eccleſiarum bona pro Eccleſiaſticorum alimonia iam olim ſtatuta perduelles Sectarij inuaſores iamdiù vſurpata, quaſi ſibi legata patrimonia pacificè occupabant? Quò igitur penitus Schiſmaticorum Tyrannide pulſa, Eccleſiaſticum regnum proprio perfectè debito iure potiretur; ardens Leuitici ordinis, & muneris zelator accinxit ſe, & præcinxit pro difficiliori, ac magis arduo operi aggrediendo, capitaliora & acerbiora, atq; euidentiora diſcrimina ſubeundo. Quaſi igitur ſuos ad pedes appoſitis alis, expeditus Gallias verſus iter arripuit, & Gratianopolim Vienuenſium Metropolim primò appulſus, coram Gratianopolitano Magiſtratu perdifficillimum excogitatum negotium de quatuor Caſtellaniæ Eccleſiarum bonis, & redditibus recuperandis, ſupplicibus exporrectis multiplicatis libellis, atque ſupplicationibus pertentare aggreditur: nihil primo in agreſſu proficiens; iterum vehementiùs expoſtulando, interpellando, ſupplicando pluries congreditur. Poſtquam verò illis in Tribunalibus inferioribus parum, aut nihil ſe proficere proſpicit; eò quòd perardua nimis propoſitio amplioris Poteſtatis prouiſiones requireret; Luteriam Pariſiorum verſus Fr. Stephanus dirigit extempore greſſus. Progreſſus igitur plures per dies, incommodaq; plura, afflictiones, & fatigationes per vias perpeſſus, tandem aliquando Francorum Regiam Ciuitatem ingreditur: vbi impenſius propoſitum ſibi opus proſequi adoritur apud ſupremos totius Chriſtianiſſimi Regis, & regni Magiſtratus. Coram ergo congrui Tribunalis Patribus conſcriptis comparuit Sacerdos incognitus, & Capuccinus pauperculus, & vniuerſi regni Eccleſijs communem cauſam alienigena proponit, & opportunam expeditamque prouiſionem humillimè pro quatuor dictis Parœcijs expoſtulat. Verùm cum ſe rem difficillimam, atque pluribus regni Proceribus, ſeu magiſtralibus Sectarijs adminiſtris præiudicialem poſtulare animaduerteret; conuertit ſe ad opem Diuinam efficacioribus precationibus, afflictationibus vltroneis, & ſpontaneis macerationibus implorandam: deinde Pariſienſium Patrum Capuccinæ noſtræ Religionis commendationibus præmunitus, & animatus ad reſponſale oraculum excipiendum ſuppliciter acceſſit: Senatores autem ſupplicem Sacerdotem, Apoſtolicum Operarium & pro muneris reuerentia, & pro propria integritate, & pro ſua Catholica pietate benignè ab eo exceptis, & acceptis poſtulationibus, exauditis allegatis petitionibus, re maturiùs exagitata, & conſiderata; tandem ſupplicanti pauperculo annuentes, voti compotem dimiſerunt, pronunciatis pro Eccleſia fauorabilibus ſanctionibus, regijſq; expeditis, atque datis diplomatibus pro ſingulis, & omnibus iuribus, & bonis ſingularum, atque vniuerſarum Eccleſiarum Caſtellaniæ Satrapiæ Caſtri-Delphini recuperandis. Pro quibus auſpicatioribus, & felicioribus prouiſionibus relatis humillimas Deo, & Magiſtratibus, necnon fauentibus Capuccinis Patribus gratias agens, velociter receſſit, nec velociùs vſquam, vel vnquam inceſſit, quò conceſſas derepente recuperationes exequi, & reſtitutiones conſequi bonorum Eccleſiaſticorum valeret.

Parochos Sacerdotes aduocat, Eccleſijs que reſtituit.

Ann. Chriſti 1604.

Fauorabilia Decreta reportat pro recuperandis Eccleſiæ bonis, & redditibus.

XI. Vbi igitur primùm, Trophæa Catholica explicaturus, triumphans regreditur; protinus per legitimos Iudices emiſſis, & præſtitis iuridicis prouiſionibus, ab vſurpantium hæreticorum manibus, & poteſtate (licèt multis oppoſitis interpoſitis, & tandem ſuperatis difficultatibus) Eccleſiarum bona, vel Sacellorum prouentus, ſeu annuos cenſus recuperauit, atque poſſeſſionem vniuerſorum reaſſumpſit. Iterum cum decimas diuino iure perſoluendas, per rebellionem in diſſuetudinem abijſſe intelligeret; obſoletas autem ſolutiones debitas incolis cum indixiſſet, negare illos, & detrectare dum animaduerteret; Cauſam hanc iterum Fr. Stephanus coram Tribunalibus exagitat, & breuiter excuſſa, & expedita diffinitiua prolata ſententia, pronunciauerunt Iudices; vt quodlibet Satrapiæ Oppidum, quotannis ſingulis ſuis Parœcijs, id eſt ſingularibus Parochis pro decimis libras centum perſolueret, excepto pauperiore Canalis Pago, qui quinquaginta ſolùmodo taxatis præſtandis compellebatur. Hæc autem omnia, & ſimilia pro Eccleſiaſticis prouentibus recuperandis, & reſtituendis præſtauit viriliter, accepta priùs, & facta poteſtate agendi ad recuperationem Eccleſiaſticorum bonorum à Summo Romano Hierarcha per litteras Eminentiſſimi Cardinalis Mellini, quas ſuo loco referimus. Referre interim non ſingillatim, ſed confuſè volumus, ſpiritualis Catho-

Soluendarū Decimarum exagitata cauſa fauorabilē Sententiā reportat.

lici regni, hac in enarrata multiplici inſtaurarione: quot labores exantlauerit: quot aduerſitates, oppoſitiones, perturbationes, & impedimenta ſuperauerit: quot iniurias, criminationes, perſecutiones perpeſſus fuerit: quales ab iniuſtis, ſpecialiter vſurpatoribus inſidias, & diſcrimina parata declinauerit: ſed horum nullum, vel nihil verebatur, nec animam ſuam Chriſtiano Catholico cultu inſtaurando pretioſiorem faciebat, quin libenter pro Deo, & Eccleſiâ millies vitam profundendam exponebat.

XII. His autem omnibus laborioſè adeò, atque difficulter prouiſis, non tamen neceſſaria cuncta adhuc ſe perfeciſſe intellexit: Canalis enim Pagi Parœciæ obuentiones, & prouentus etiam ante hæreticam vſurpationem, atque deuaſtationem tenuiores adeò computabantur; vt ne vnici quidem Sacerdotis penurioſæ alimentationi ſat eſſe valerent: vnde proximioris Ponti Parœciæ Rector, per tertiam anni partem pauperculæ Canalienſi Eccleſiæ inſeruiebat, ea ſtatuta, & condicta viciſſitudine; vt ex tribus, vel Dominicis, vel feſtiuis diebus duobus Ponti, vno ſolo in Canali Sacroſancta celebrarentita vt ſemper altera ex geminis Villis profeſtis diebus Miſſę celebratione careret, & Rectore proprio vacaret. Sed illud conſiderabiliùs, quòd deficientibus ſufficientibus ſacris adminiſtris, ipſa quoque Sacramenta nequaquam ſufficienter adminiſtrabantur viuentibus quidem, ſed multò minus morientibus: vnde plurimi pauperculi fideles nec pœnitentia expiati, nec Euchariſtia refecti, nec Extremæ vnctionis Sacramento muniti ex hac vita migrabant, qui etiam cum viuebant, quaſi oues, ſine paſtore pererrabant. Cui grauiſſimo fidelium animarum incommodo, atque diſcrimini vt accurreret Fr. Stephanus; recurrit primùm ad Communem, & ſupremum Chriſtianarum Eccleſiarum Rectorem, & Principem Pontificem Romanum, per ſupplices litteras miſerrimum pauperculæ illius Eccleſiæ ſtatum annunțians, & prouiſionem expoſtulans: cui benignè Sanctiſſimus annuens, de Apoſtolico Ærario trecentos aureos in ſubſidium tranſmiſit. Quibus acceptis, vt perficiendo excogitato operi ſufficerent; ſibi ſuoq; ſocio auſteriſſimo perpetuo veluti ieiunio indicto, conſueta ſibi præſtita ſtipendia integra reſeruata cumulauit, & ex his, & ex illis conflata ſufficienti pecunia & congruam habitationem, & cohærentem Agellum, ſimul ac quinquaginta oues comparandas curauit: quibus nouis cum antiquis iam præexiſtentibus, & recuperatis prouentibus coaceruatis, coaluit ſtipendium competens, & congruum pro religioſa curatoris Sacerdotis ſuſtentatione, atque alimonia, ita vt proprio, & ſingulari Rectore conducto, opportunè, & ſufficienter ſibi ſacris adminiſtratis gauderet, & frueretur Canalis Oppidum. In quo ad præſens vſque reſidens proprius Parochus, & quotidie celebrare, & Sacramenta miniſtrare, & frequentiori cultura ſpiritualia exercere perſeuerat: perſeuerante ibi, nempè ipſomet in Pago Caluiniſtarum profano in Phano ſacrilego hæreticali exercitio.

Ann. Chriſti 1604.

Etiam fidelibus Sacramentorũ adminiſtratio ſubtrahitur deficientibus Sacerdotibus

XIII. Multa fecerat, ſed nihil effecerat, quia necdum opus perfecerat: Haſtenus namque quæſiti, reſtituti, recuperati, adaucti, ſiue cumulati quatuor illarum Parochiarum redditus; licèt pro Sacerdotibus indigenis, ſiue Oppidanis ſufficientes cenſerentur; pro alienigenis tamen tenues, & exiles ita enumerabantur: vt non inuenirentur Sacerdotes aduenæ, qui vellint ſe huic oneri, & muneri ſubijcere, in illis præcipuè plagis horridioribus, & frigidioribus, inter rupium culmina, & cacumina montium laborioſis, & aſperioribus Parœcijs rudium populorum inſeruiendo, & montanis, agreſtibus Incolis cohabitare viri, aut mediocri accepto ſtipendio; imminentibus ſibi præcipuè quotidianis ab hæreticis periculis, vel ſaltem difficultatibus. Indeffeſſus igitur, & intrepidus harum Eccleſiarum reſtitutor, non propter hoc eas deſtitutas deſerere voluit, aut animum deſpondit: quin magis inualeſcens in infirmitate, & aduerſitate; gemina ſibi, & Sacerdoti ſocio impenſiùs peragenda onera, & opera propoſuit, & diſpoſuit, vſquequo propoſitum, & diſpoſitum effectum conſequeretur; nempè in Parochialium munium præſtandorum miniſterio perſeuerandi, atque in ludimagiſtri exercitio, quod ab initio ſuſceperat (vt ſuo loco dabimus) perdurandi: vt dum educandis, & inſtruendis pueris incumbit; Oppidanos, ſiue indigenas adoleſcentes inſtituat, qui opportuno tempore quatuor illis Parœcijs regendis ſufficiant. Quòd quidem ad votum ſucceſſit, & adamuſſim perfecit ſolicitus vtriuſq; & materialis, & ſpiritualis Dei Templi Reſtaurator. Aſcitis enim, atque vndique ex Caſtellania pluribus congregatis Vallicolis Tyronibus, ex ijs ſelectos quoſdam, magiſq; idoneos Clericos ſolicitiori cultura cæpit excolere; ita vt vltra litterarias diſciplinas, quibus communiter diſcipulos omnes imbuebat; Leuitis Eccleſiaſticas etiam Catechiſmi Romani, Sacri Concilij Tridentini, Synodalium Canonum, & Scripturæ Sacræ intelligentias proportionaliter ſingulis congruas, & ſufficientes ſuppeditabat: doctrinas morales Caſuum conſcientiæ; notitiam cenſurarum, Cæremoniarum Eccleſiaſticarum peritiam, Parochialis miniſterij cognitionem, & inſtitutionẽ,

Carentibus Parochis, Fr. Stephanus munia Parochialia præſtat,

Gymnaſium aperit Clericosq; inſtruit.

ſuperadden-

ſuperaddendo: in primis, & ante omnia Breuiarij, & Miſſalis Rubricis, & ritibus pro introductione expoſitis. Catholico hoc igitur, ſimul & Eccleſiaſtico nutrimento, & alimento, ſiue documento aliquot per annos illi educati, enutriti, & inſtructi, valuerunt poſtea in conſpectu Altiſſimi, nempe in Dei Templo honorificè ſtare Sacerdotes, & Rectores: breui namque quaternos Clericos ſufficienter adeò, & competenter inſtruxit, & ad eum religionis, & pietatis ſtatum perduxit; vt Reuerendiſs. Domino Taurinenſi Archiepiſcopo oblatos, & præſentatos Prudens Antiſtes exultans, & gaudens Sacris ordinibus ad Sacerdotium incluſiuè initiauerit, & initiatis quatuor Parçciarum curam, atque adminiſtrationem, ſingulis ſingularia munera collata, & concredita demandauerit. Quæ humiliter ſuſcepta egregiè admodum, & laudabiliter rexerunt, ac adminiſtrarunt; vt duobus peſtilentia ſublatis anno triceſimo ſupra ſexcenteſimum millenum, bini reliqui ad hanc vſque diem in præclarè perfungendo ſuo munere perſeuerent, perſeuerante pariter apud illos iugis, & vireſcens optimi ſui Inſtitutoris fœlix recordatio.

Quaternis Clericis ſufficienter inſtructis, quatuor Parçciarum adminiſtratio cōmendatur.

XIV. Adminiſtrationem igitur quatuor Parœciarum à ſe inuicem diſtantium nactus Frater Stephanus, vnius ſolius cura Socio commendata, trium reliquarum laborioſum miniſterium ſibi reſeruauit. Egrediebantur igitur vel ipſe, vel ſocius, quin & ſocius, & ipſe ſolicitus operator per opportuna tempora, ſignanter feſtiuitatum, vel Dominicarum, aut peculiarium populorum celebritatum ad derelictas Eccleſias, & deſolatos fideles, etiam per importunas itinerationes, vel inopportunas tempeſtatum conditiones: egredientes autem, & ad ſingulas Parochiales peruenientes Paſtoralia munia, vel Parochialia officia exercebant, qua poterant ſolicitudine, & diligentia: Sacramenta etiam extrema miniſtrabant, ſacramentalia diſtribuebant, confeſſiones excipiebant, celebrioribus feſtiuis diebus ſolemniter Sacra faciebant, ſupplicationes, precationes, pluraq; ſpiritualia exercitia ſimul, & Pſalmodiam de Romano more celebrabant. Contigit aliquando, quinimmò aliquoties; vt ſingulariter ambo ad diuerſa digreſſi, ad diſtinctos, longèq; diſſitos pagos Oppidanis Sacra adminiſtraturi progrederentur: atque tunc ex-tempore ingentior niuis copia è cœlo ex improuiſo delapſa publicas conſuetas vias ita intercluderet; vt per menſes præoccupato tramite peregrinantibus itinerationem omnino prohiberet: quamobrem ſic diuiſi, & per bimeſtre, vel trimeſtre ſeparati, tamquam peregrini apud alienigenas hoſpitantes victitarent vix ad neceſſitatem: cum pauperculis abſtinendo, & ieiunando (iuxta regulæ noſtræ præſcriptum) toto hyemali tempore, & in caulis cum iumentis degentes, ac dormientes, vt calidiori eorum reſpiratione fouerentur, cum ligna ad ignem conficiendum illis in alpeſtribus oris non ſupperant pro frigore propellendo. Interpellabant tamen in caulis ſecum commorantes vallicolas ad cęleſtis aulæ ſacra colloquia, pias ſermocinationes, religioſas confabulationes: prouocabant ad deuotas preces, vel Roſarianos globulos perſoluendos: inſtruebant, monebant, docebant, à murmurationibus, ſiue detractionibus retrahebant, ad opera bona excitabant, atque à prauis facinoribus deterrebant tàm fideles, quàm perfidos eò conuenientes.

Parochialia officia exercet cū Socio egrediens.

A niuis copia ambo per integros mēſes ſeparātur

Ann. Christi 1604.

XV. *Ite in Caſtellum, quod contra vos eſt, & ſtatim inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea, ſoluite, & adducite mihi.* Dicebat Ieſus binis diſcipulis emiſſis. Id reminiſcens Fr. Stephanus, cum & ipſe in aduerſarium Caſtrum-Delphinum miſſus, perueniſſet, pluraq; iumenta rationalia hæreticalibus vinculis, & ligaminibus conſtricta reperiſſet; vt ea ſoluta ad proprium Dominum reduceret; & Apoſtolico operi operū, ſiue exempli geminas manus extendit, & Euangelico ex ore gladium verbi Dei exemit. *Cæpit Ieſus facere, & docere* ſicuti Diuus Lucas teſtatur. Imitatus eſt Frater Stephanus præclarioribus factis docentem Saluatorem, vt & ipſe operationibus, atque doctrinis ſalubriter, & vtiliter ſaluandos populos inſtrueret. Actitabat Frater Stephanus pauperrimam vitam, victu, atque veſtitu aſperrimo, perpetua ieiunia, aſſiduæ maccrationes, ſedulæ mortificationes computabantur illius deliciæ: continuæ fatigationes, crebriores itinerationes, frequentiores diſcurſiones, peragrationes laborioſæ eius connumerabantur relaxatiuæ deambulationes: labores ſudores, afflictationes, moleſtias, dolores & angores pro ſolatio acceptabat: ſpirituales attamen à Deo conſolationes, roborationes nequaquam reſpuebat, aut negligebat, quin maximè orationi, meditationi, & contemplationi opportunè inſtabat; vt cęleſtibus, & delicijs, & diuitijs anima ditaretur, & impinguaretur: quò ſic ditata, atque impinguata haberet intrinſecùs, quod extrinſecus eſurientibus, ſiue ieiunis indigentibus, aut ignorantibus effunderet: integros mores, integerrimam conuerſationem, irreprehenſibilem vitam inter ſubuerſores, quinimmò in Hùs Idumęorum terra degens, præ ſe ferebat. Sufferebat naturales inclementioris Climatis aſperitates, longanimiter perferebat morales, imò malitioſas gentis indigenæ iniquitates, patiebatur aduerſa, & aduerſantibus compatiebatur. Illud ſolùm perpeti neſciens, & impatiens, quòd perperam ea, quę Eccleſiaſtici regni erant, perpetrarentur, & pertractarentur à deſertoribus illis populis, Caluiniſticis impie-

Matt. 21.

Act. 1.

Fratris Stephani viuēdi norma.

 tatibus,

tatibus, & ſacrilegæ Religioni addictis, ac malitiæ deditis.

Nec altera ſola dextera manu valens, quin ambidexter geminato robore pollebat, potens opere, & ſermone. Purioris igitur illibatæ conſcientiæ, & integerrimæ vitæ candido inſedens equo, egreditur ad Arcem errorum expugnandam, & Caſtrum deceptorum aggreditur, exerens ex proprio ore gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei, ex vtraque parte acutum, vt in ipſo apoſtatrices gentes ſalubriter perçuteret. Exorſus igitur eſt Frater Stephanus ipſis in primordijs à ferventiori, & frequentiori prædicatione Euangelica, irrequietus ipſe perſeuerans; vt illos quieſcere doceret à turpioribus perpetrandis facinoribus: currebat, diſcurrebat, occurrebat, peragrabat, circuibat, ibat, & reuertebatur, & regreſſus iterum egrediebatur prædicans, & Euangelizans regnum Dei: floccipendebat brumales algores, parui faciebat æſtiualia caumata, nihil ducebat; ſiue imbribus madefieri, ſiue ventis exſiccari, aut agitari, nimium calcatarum frigore obſtupefieri, glacierum greſſu effractarum rigore obrigeſcere pro minimo, quin nihilo habebat: nudipes, imò quaſi nudus, quia pauperculo tegmine tectus, ieiunus, deſtitutus aliquando viribus, & vigore, ſolo charitatis ardore, & robore fultus, & impulſus contra irruentes tempeſtates viriliter egrediebatur, & progrediebatur: irrumpens aduerſus vniuerſa tormenta diaboli procedebat, vt Chriſto animas lucrifaceret, vitæ verba proponendo, quod cum vehementiùs præſtare conſueuiſſet; efficaciùs etiam aſſueuerat tum fideles ad perſeuerandum in vera, tum perfidos ad diſcedendum à falſa, ſiue ſacrilega religione adhortari: Euangelicam legem & his, & illis omni ſolicitudine obſeruandam ſuadens, quòd faciliùs vt conſequi, & perficere valerent; Euangelica ipſa oracula proponere, exponere, atq; euidentiùs, ac manifeſtiùs etiam rudioribus aperire ſatagebat: vt neceſſarias veritates ignorantes, vel ſponte neſcientes doceret, & edoctos veritatis amatores delectaret, in veris delectatos ad verum amandum, & bonum præſtandum impelleret; vt vnum verum, & bonum ſupremũ Ens, nempè ſolum Deum quærerent, vnicum eius cultum excolerent, vnàm Eccleſiam, vnicam Fidem; vnum Baptiſma profiterentur. Ideo requiem non habebat myſticum Euangelicum, ſiue Propheticum animal dicens, & ex ſuggeſtu proclamans: Sanctus, Sanctus, Sanctus: Sanctus Pater, Sanctus Filius, Sanctus Spiritus Sanctus: Sanctus Pontifex, Sancta Eccleſia Catholica Romana: Sanctus Populus Chriſtianus, nec ſemel in die vnica pro concione declamabat, ſed ſæpius ſignanter profeſtis diſtinctas ad populationes pergebat, & quibus per otium exaudire licebat, nullo pro negotio, quin maximo ipſe pro ſolatio alimentum animæ Euangelicum pabulum afferebat, offerebat, porrigebat, & omni charitate miniſtrabat.

Perfidos ad Catholicam Fidem, Fideles ad perſeuerantiam allicit.

Ann. Chriſti 1604.

Verùm enimuero quia regionis illius Incolæ, ſiue habitatores ferè vniuerſi vel Paſtores armentarij, vel Bubulci, & agaſones, vel ruricolæ, ſiue agricolæ enumerantur (tabellionibus quibuſdam exceptis) vnde rudes, ſimplices, inſcientes, hebetes, & indociles conſpiciuntur, ad bonum inepti, ad malum idonei, & expediti; ideò Frater Stephanus, quia ſapientibus, & inſipientibus, ſiue etiam deſipientibus ſeipſum debitorem intelligebat; Viro Chriſtiano, & fideli neceſſarias fidei, & operum inſtructiones, non pro concione ſolum proponebat; ſed & pro familiariori, & faciliori Catecheſi domeſticè, & faciliter porrigebat (cooperantibus ſpecialiter ad hoc Socijs Sacerdotibus) Aduocatis igitur puerulis, coadunatis neſcientibus ſenibus hebetioribus, conuocatis pauperculis viris, ac mulieribus Diſciplinæ Catholicæ, & Chriſtianæ doctrinæ primaria elementa, & neceſſaria documenta tradebat, & ipſis etiam ineptioribus prima fidei rudimenta, orationes, precationes inſtillabat, ingerebat: quanam faciliori methodo, & propriam conſcientiã diſcutere, atque ad Pœnitentiæ, Sacræq; Synaxis Sacramenta accedere valerent, & deberent, longanimi ſolertia, & perſeuerantia docebat, inſtruebat, & inſtructos iuxta præoſtenſam inſtructionem virtuosè operari cohortationibus, ac ſuauioribus ſermocinationibus perurgebat monebat, & quaſi compellebat: Proponendo ad ſalutem apprimè, & abſolutè neceſſariam diuinorum præceptorum obſeruantiam, articulorum credentiam, bonorum operum exigentiam, virtutum excellentiam, vitiorum fugam, nouiſſimorum memoriam, ieiuniorum quadrageſimæ, & vigiliarum cæterorumq; dierum indictam abſtinentiam. Commendabat denique Regni Eccleſiaſtici ſubiectionem, Prælatis, & Sacerdotibus obedientiam, cum proximis vnitatem, pacemq; & cum domeſticis concordiam, & charitatem.

Catechiſmũ, ſiue Doctrinam Chriſtianam, pueris, & grandæuis tradit.

Prædominantibus inde frigidiori in illa Aquilonari plaga per plures menſes hyemalibus algoribus, acerbiori bruma accedente, & Solaribus radijs recedentibus, vel à longè apparentibus, abundantiori etiam ſæpiſſimè prolabente niuium copia; quàm vt etiam ad domeſtica neceſſaria quæritanda, & peragenda aditus pateat: Cum non liceret Euangelico agricolæ, ad agros, ſiue ad agreſtes populationes exire, & Sacris in Ædibus, vel Sacellis populos inſtituere, quibus etiam lignorum ſubſidio deſtitutis ignem congruum ſiue pro alimento, ſiue pro fomento accendere, & fouere nequaquam præ penuria licet: neceſſitate, ſiue frigoris acer-

bitate compulſi in antris cum beſtijs, & in caulis cum iumentis; eorum calefactiui halitus beneficio vt fruantur, includuntur, & incluſi die, ac nocte ingiter commorantur: concurrentibus, & conuenientibus opportuniores in Excubias vicinis familiaribus domeſticis amicis, & agnatis. Eos igitur taliter congregatos, & incluſos intelligens ſolicitus Excubitor Frater Stephanus; morem patriæ imitari ſimulans conueniebat, poſtquam dies totas puerulis in ſchola edocendis inſumpſerat, noctes grandioribus admonendis conſumebat. Quaſi namque vigilias noctis cum illis colloquendo facilius peracturus, in veſpera ſe ſe ad huiuſcemodi Caulicas congregationes conferebat, modò ad hanc, modòq; ad alteram inuiſendam pergebat: perſpectis autem in ingreſſu congregatorum & conditione, & indigentia, iuxta loci, ac temporis ſimul, & adſtantium exigentiã nunc concionari, nunc dogmatizare, nunc Catechizare perſeuerabat: articulos explicare, errores refellere, mores componere ſatagens, Apoſtolico ſuo muneri etiam in arrhis vt ſatisfaceret. Vndique enim, & vbique fidelem Domino gregem congregare ſtudebat, ſiue in Templo, ſiue in ſtabulo, in quo pijs occupatus huiuſcemodi exercitationibus aduſque Communis peruigilij finem perdurabat: familiaribus interdiu colloquijs eos demulcendo; vt dum illos ſibi auſcultare ſuadet, à colloquijs malis, murmurationibus, ſeu detrectationibus impediret ſiue auocaret. Prouocabat ergo vigilantes ad meliora donec nona, vel decima hora ſolicitante, ſinguli ad propria regrederentur. Quibus digreſſis, ſæpè ſæpiùs ipſe ignis fomento deſtitutus, cum minus ſufficienti cella vteretur; Caulæ beneficio fruebatur, & ibidem cum iumẽtis ſibi ſternens neceſſario ſomno, vel quieti aliquantulum indulgebat, deinde ſummo mane ſopore excuſſo perſoluendis Diuinis laudibus, & orationibus ante lucẽ ſurgens incumbebat, vt eluceſcẽte die quotidianis elucubrationibus in proximorum ſalutem cooperando vacaret. Quibus charitatis, humilitatis, ſolicitudiniſque præclarioribus oſtentationibus, & operationibus haud modicum Dei famulus & proficiebat, & proderat, & Catholicis pro firmiùs tenenda, & hæreticis pro libentiùs amplexanda ea religione; quæ pietatis, & beneficentiæ viſcera illa egentibus proximis èxhibere docebat.

Brumali tẽpore integros dies puerulis in ſchola edocendis inſumit; noctes verò in caulis grandioribus inſtruendis cõſumit.

Ann. Chriſti 1604.

XIX. Intellexerat Euangelicus fidelis ouilis cuſtos furtim per feneſtras, ſiue per inſidias irruentes, Pſeudo-Paſtores fures eſſe, ac latrones, Dominici gregis dilaniatores, & diſſipatores, acerrimos Eccleſiaſtici regni hoſtes, & irreconciliabiles perduelles: quare quouis etiam capitali diſcrimine eos arcere, & propulſare contendebat ab illis oris: vnde conſueuerat illos pro virili perpetuò inſectari, dictis, factis, ſcriptis, publicis diſputationibus, priuatis congreſſionibus, accidentalibus incurſionibus, vel ſtudioſis occurſionibus, quinimmò vſque intra domos ſectariorum priuatas, & hæretica limina proſequendo, & perſequendo, à ſacrilegis miniſterijs impediendo, ne incautos deciperent, vel deceptos diutiùs delirare facerent: quamobrem quoticſcunq; iniquitatis magiſtrum obuium offendebat, ſequebatur, nec dimittebat, ſed inſequebatur opportunè, & importunè, vt hæreticales profectus præpediret: congreſſus, Conuentus, ſiue conuenticula congregare prohiberet: ne ſacrilegum verbum miniſtrare, ſeu ſacrilegos ritus exercere valeret: vnde breui non paruam illorum Sectariorum ſubiuit inuidiam, non mediocrem in ſe concitauit furorem, à quo grauiora ei imminebant pericula, inſtabant diſcrimina, & mortales parabantur inſidiæ: hinc aliquoties factum eſt; vt aduerſos quoſdam pateretur incurſus, iniurioſos occurſus nequiter ab eis cæſus, & ſæpè percuſſus, numquam tamen ſufferentiam pertæſus.

Aduerſus Pſeudopaſtores iuehitur, publicis diſputationibus & priuatis cõgreſſionibus, etiam capitali diſcrimine.

XX. Canalis ad remotiorem altiorem, atque vltimam Italiæ populationem frequentiùs inuiſendam, & excolendam veluti periculoſiorem perueniebat: inibi igitur nonnumquam cum moraretur; ſurrexerunt quidam de Synagoga, quæ & appellatur, & eſt Libertinorum Vualdenſium, Lutheriſticorum, Caluiniſticarum, & eorum qui à carnis petulantia ſtant propugnanda, diſputantes cum Fratre Stephano de veritate religionis. Cum igitur ſcioli illi Theologaſtri, ſiue Pſeudotheologi reſiſtere non poſſent ſapientiæ, & ſpiritui, qui in Apoſtolico Pugili loquebatur; validioribus illius Ratiocinijs contraire, vel reſpondere nequaquam valentes, furentium more deſpumantes, ſaliuis ac immundioribus ſputis religioſi Leuitæ faciem conſpuere, oſq; eius obruere, & conſpurcare proſequerentur: contumelijs, & improperijs ſufferentem validum antagoniſtam onerantes. Cuius tolerantiam micantiùs vt ſplendeſcere vrgerent; ferratis crepidis, ſiue clauorum aculeis acuminatis ruſticis calopodijs ex induſtria malitioſè armatis circumſtantes eum perurgebant, pungebant, quinimmò nudos illius pedes calcando, & vulnerabant, & cruẽtabant: in medio poſitum, & deriſum ſibilantes, pro contemptu ridebant, atque irridebant agreſtes illi, & montani homunciones. Ille exaduerſo ſemel, & iterum homo, licèt acutiſſimis clauorum ictibus, & vulnerationum acerbioribus doloribus exſtimulatus, neutiq; tamen exacerbatus aduerſantibus ſibi, & infeſtioribus nebulonibus mali quidquam reſpondebat, vel rependebat quin potius canibus

In Villa Canalis a Pſeudominiſtris plurima patitur in diſputationibus.

multis oblatrantibus, & mordentibus circumdatus, & malignantium concilio obſeſſus perſeuerabat, perſtabat imperturbabilis eos docere, admonere, adhortari, & ad reſipiſcentiam prouocare.

XXI. Dum igitur perfectioris Apoſtolicę vitæ præclarioribus exemplis, etiam perfidos ad Fidem Capuccinus Leuita prouocaret; animaduertit Exprębyterum prændicatum Apoſtatam Apoſtaticę conuerſationis, & turpium facinorum ſcandalis etiam fideles ad perfidiam conuocare. Erat enim infælix ſeductor ille vnius ex quatuor nempè Ponti pagi Paganus, dignitate Sacerdos, olim profeſſione Parochus, modo ſtimulis concupiſcentiæ, & carnalis libidinis exâgitatus ab Eccleſia eiectus, à Fide Apoſtata, & Clericalis ordinis, ſiue Sacerdotalis cęlibatus oſor, & deſertor: quatuor mulieribus adhæſerat, quarum geminas ſimul viuentes vxorio titulo, ſed veriùs ſacrilego concubitu corruperat: vnde licèt proprio nomine Ioannes Bernardus vocaretur, communiter tamen vulgatiori agnominatione relapſus Expresbyter, ſiue Apoſtata Sacerdos vocitabatur. Eò quòd omnis malitiæ profeſſor, nequitię incenſor, Improbitatis promotor palam agnoſcebatur: ita vt veluti peſtifera lues peſtilentiali exemplo populum inficere, & mores deprauare dignoſceretur. Quòd vt commodiùs, & efficaciùs ad impiorum deſipientium votum proſequeretur, atq; aſſequeretur; Scholam pro adoleſcentioribus inſtituendis publicè aperuit, & publicum ſe iuuentutis infectorem, ſiue deceptorem potius, quàm Præceptorem exhibuit: vnde breuiori temporis intercapedine, non è Caſtellana Satrapia modò, ſed vniuerſa ex Varaytæ Valle, quin ex circumadiacentibus ſubalpinis conuallibus, quàmplures ad eum diſcendi ſtudio confluxerant adoleſcentes. Homo igitur Apoſtata grammaticalibus rudimentis, & primis humanarum ſcientiarum elementis hæreticalia commiſcens figmenta, atque commenta; lacte veneno infecto aduenientes ad ſe adoleſcentes non enutriebat, ſiue erudiebat; ſed inficiebat, ac deprauabat, ſimulq; à Fide, & Eccleſia deficere monebat pariter, ac ſolicitabat.

Presbyter à Apoſtata aperto Gymnaſio, grammaticalibus rudimentia hæreticalia figmenta cōmiſcet.

XXII. Vigilax igitur, atque ſagax obſeruator, ſiue perduellium inſidiarum perſcrutator; cum animaduertiſſet complurimos iam ab hoc Impoſtore deceptos laborãtes, imò nonnullos etiam Seductos, & ad Apoſtaſiam perductos, præcauens imminenti religionis, & Eccleſiaſtici regni grauiori periculo, ſiue diſcrimini, contra molimina excogitauit, & excogitata præſtitit. Ex-tempore namque antiludum Frater Stephanus apetuit & Pſeudomagiſtro antimagiſtrum ſeipſum oppoſuit: Benignum atque gratioſum publicum adoleſcentię efformatorem, ſimul & legitimum Præceptorem indifferenter exhibuit, qui pro litterarijs, ſeu magiſtralibus laboribus non mercenarias conductiones, menſtruâlia videlicet, ſiue annualia ſtipēdia à diſcipulis exigeret; quin è contra, ſubſidiarias ſubuentiones pauperculis alumnis exhiberet, atque ſuppeditaret. Ad legitimum ergo puerorum Educatorem aduentantibus, & diuertentibus Tyronibus, ſategit ille non deprauatas inſtructiones, propriùs deſtructiones nuncupandas proponere; ſed morum compoſitionem, & errorum correctionem indicere: tum & candidas elucubrationes, & ſincera dogmata, & Catholica oracula palam ipſe profeſſus, diſcipuloſq; perdocere perſeuerauit: ſibi commiſſis adoleſcentibus & honeſtam conuerſationem, & optimos actus, ac Chriſtianas diſciplinas, tandem litteralia elementa, ſiue documenta ſolicitè tradebat: nec modò rectè ſcire, ſed & laudabiliter, ac iuſtè operari admonebat: Deo Parentibus, & Patriæ, ſpiritualiq; & temporali Principatui obtemperandum commendabat: deniq; virtutibus non vitijs, conſcientiæ non concupiſcentiæ, iuſtitiæ non nequitiæ incumbendum, & ſtudendum monebat: Vnde tantùm breui profecit ſolicitiore cultura adoleſcentiores animos excolendo, vitę ſanctitate, ac doctrinæ integritate cunctis prælucendo; vt hæretico deprauatori deficientibus auditoribus, auditorium claudere neceſsè fuerit, & clauſo ludo ſilere, & delitcicere impius Apoſtata coactus extiterit.

Ann. Chriſti 1604.

Antiludum aperit Fr. Stephanus.

XXIII. Quamuis verò Cathedram peſtilentiæ Pſeudo ille magiſter deſeruiſſet; peſtilentiali nihilominus magiſterio, nempe ſcandaloſo exemplo Apoſtaticus ille Ganeo plurimos inficiebat, à boniſq; retrahendo, ad mala infirmas, ac debiles conſcientias prouocabat: quò igitur miſerum veræ fidei, atque Religionis exortem homuncionem lucrifaceret; plurimùm Fr. Stephanus laborabat, ſatagebat: quapropter perpetuò illum piè inſectari exorſus eſt: non præſtolabatur, ſed venabatur: quæritabat opportunitates illi obuiandi, vel illum obuium habendi, & obuiam factum benignè alloquebatur pacificè demonſtrando, atque illi commonſtrando grauiores ſuos lapſus à Fide, ab Eccleſia grauiſſimos proprios caſus, à Clericali ordine inhoneſtam deſertionem, à religione indecoram defectionem, Apoſtaticæ ſacrilegæ vitæ turpem, atque ignominioſam profeſſionem, ſcandaloſamq; deniq; publicam cum mulieribus conuerſationem: obijciebat erranti grauiora facinora, facinoroſo ſuadebat deteſtãda crimina, & naufrago offerebat Pęnitentię ſecundam poſt naufragium tabulam. Verùm à vero, & veritate ſiue à virtute refuga ille, vitiorum, ac voluptatum ſectator carnalis conſuetudinis non

modò

modò vinculis irretitus, ſed & libidinoſe cõuerſationis cõpedibus obligatus, emergẽdi nõ habẽs facultatẽ priuatis, ac publicis à pio religioſo monitore, licèt humanioribus correptionibus, obſiſtere nõ valens, nec intima ſui cordis pulsãti veritati aperire volens; recedere, atq; hinc lõgiùs diſcedere excogitauit, ſicq; occultã fugã arripuit, & Nemauſũ Galliæ Ciuitatem ſe recepit; vt inibi impunè effræni debacchante tunc hæretica licentia abuteretur, ſicuti & ſubſequentia nequiora illius perpetrata piacula conteſtata breuiter fuere: vix enim aliquandiù ibi commoratus quintam deſpondit decipiendam fæminam, viuentium tertiam futuram, illam namq; proculdubio ſuperduxiſſet, niſi altera ex iam ſeductis mox à profugo in patria derelicta fugientem inſecuta fuiſſet. Hæc igitur ganeonis effrænem luxuriam probè callens, prouidè ſuſpicans, quod nequiter mox futurum erat; Corruptorem proſequens ex indicijs opportunè eò peruenit; quando laſciuiens iuuẽcus ſacrilega iam iam noua de præſenti ſponſalia cum quinta fæmina celebraturus inſtabat: quamobrem hæc deſerta, & repulſa Ciuitatis Iudicum, & Magiſtratuum fidem publicè obteſtans nuptialibus Syngraphis coram productis, deprehenſa palam Ganeonis perfidia, reiecta fuit ſolemniter imprudentia, ac inuerecundiori impudentia: vnde indecorè ille à Ciuitate pulſus, exulans vagus, ac profugus aliquandiù per ignotas terras peterrauit, donec egeſtate compulſus patrios ad Lares remeauit, vbi corporaliter, etiam viſibiliter dirè à Manibus vexatus, tandẽ ad interitum immani vexatione perductus, in vexantium Manium manibus infęlicem dimiſit animam, perpetuò ab illis diuexandam infamis ille ordinis, & Religionis deſertor.

XXIIII. Religioſus autem, & Pius iuuentutis diſciplinator, & Magiſter cæpto, & percæpto operi ſedulò incumbens; plures è ſuis alumnis in non vulgares viros perduxit: ex illis enim quidam Eccleſiaſticę militiæ ſua nomina conſcripſere, inter quos ſex enumerantur Sacerdotes: quidam verò nempe bini Medicæ, nonnulli Tabellionicę operam inſignem nauarunt: nonnulli tandem Ludi-magiſterio inſiſtere, & laudabiliter voluerunt: vniuerſi tandem Orthodoxam Catholicam Fidem Romanæ Eccleſiæ ſibi à Seraphico Præceptore præoſtenſam profiteri perpetuò perſeuerauerunt, & ſucceſſiuè per tempora progenitos filios, nepotes, & agnatos in ea educare, & confirmare perdurauerunt: haud ſine euidentiori Eccleſiaſtici regni illis in oris abundantiori prouentu, quem totum tamen acceptum referre debemus Fratris Stephani Apoſtolici Operarij curæ, ſolicitudini, & diligentiæ, quibus adoleſcentium educandorum diſciplinę incumbens, non mediocre huic Satrapiæ, & Vallibus contulit emolumentum, ac beneficium: prouidendo gratis Reipublicæ cuiuslibet generis viros, communi bono adminiſtrando, & promouendo idoneos tàm Eccleſiaſtico, quàm Sæculari regno proficuos. Fr. Stephani magiſterium & Valli, & Catholicè Fidei proficuũ.

XXV. Incredibilis in hoc Euangelico Miniſtro vigebat ardor, ardebat ſolicitudo omnium Eccleſiarum ſuæ vigilantiæ commiſſarum earumque præcipuè, quæ proprio peculiari Rectore carebant: vnde abundantiùs curatore indigebant, prioribus præcipuè illis in annis: quandò iam olim Catholiciſmi deformata ſpecies reformata nondum perfectiùs renitebat. Tunc enim Apoſtolicis Operarijs horatij, non quotidiani ſolùm imminebant labores, à diuerſis & Parochianis, & Paræcijs inſtanter quotidie interpellatis: quamobrem ijs, & illis, ſingulis, & omnibus vt adeſſent in neceſſitatibus, & opportunitatibus preſtò accurrerent; à ſe inuicem ſeparati, licèt non diuiſi, ferè toto anni tempore peregrinari cogebantur Fr. Stephanus, & ſocius, ita vt vix ſingulo menſe adinuicem ſemel conuenire, viciſſim ſe ſpiritualiter conſolari, Sacroſanctis Sacramentis mutuò ſe reficere, occurrẽtiaque vrgentiora inter ſe conferre, communicare, & conſulere mutuò valerent. Contigit igitur illis in primordijs, vt Bellini Oppidi, gemina populatione conſtantis, curam, ac Parœciam primò ſuo commilitioni Fratri Bonifacio Aſtenſi Sacerdoti commendaſſet (vti tribus alijs ipſe præeſſet) ad quam cum hyemis ſub initium ille ſe contuliſſet; vrgentioribus neceſſitatibus, ſiue aduerſitatibus ſubleuandis, ſeu Parochialibus adminiſtrandis detentus, integrè inibi apud Bellinum hyemare compulſus fuerit. Tunc igitur deuotus Leuita, & fidelis Sacerdos concredito ſibi miniſterio nequaquam defuit, quin verò vt commiſſas ſuæ vigilantiæ animas exactiùs curaret; ſolicitè, & Sacra facere, & Sacramenta, ſeu Sacramentalia adminiſtrare ſtudebat, & ſoliciti Paſtoris vices præſtans ſi non verbis compoſitis, religioſis ſaltẽ motibus, exẽpliſq; cõcionabatur: deuota cõuerſatione ſingulos ædificare ſatagẽs. Pergebat nihilominus vel in Eccleſia, vel in opportuniori loco pro admonitione, & Sacerdotali, ſiue familiari adhortatione ardenter eos commonefacere, inſtruere, cohortari, arguere, & increpare, & ad bonum inducere, qua valebat ſermonis efficacia: inde ineruditæ plebi ſignanter minuſculæ ætatis, vel rudioris, ſiue ſimplicioris conditionis doctrinæ Chriſtianæ prima elementa porrigebat, rudimenta tradebat, lac potum dabat, Chriſtianitatem inſtillabat, Orthodoxam Fidem inculcabat, quòd vt faciliùs, & pleniùs aſſequeretur, Soliciti Paſtoris vices exhibet.

Ludi-

Ludi-Magiſtri miniſterium exercere, & ipſe in Bellino publicè cępit, & quamdiù ſtetit exercuit: teneros, & innocentes infantulos, ſiue grandiuſculos pueros edocendo tàm morum, quàm litterarum diſciplinam: vnde pluſquam quinquaginta ad ſe accedentes diſcipulos pro temporis anguſtia mirificè inſtruxit. Quò fiebat, vt Fr. Bonifacius, bonum ipſe faciens, benè omnibus faciens cunctis beneficus, nulli maleficus, vniuerſis proficeret, nec ſibi deficeret: non enim fructu vacuus reſiliebat, ſed in lacrymis, & fletu ex iacto ſemine vberes manipulos in profectum Fidei, & Eccleſiæ pro animarum ſalute referebat. Quod ęgrè admodum ſufferentes perduelles Eccleſiaſtici regni, ſolitario Leuitæ inter ſicarios commoranti perpetuas inſidias ſtruebant: verbis, ac factis laceſſebant: conuitiabantur, familiari pro congreſſu iniurijs expetebant; calumnijs, deriſionibus proſequebantur, & perſequebantur: quinimmò ſæpè ſæpiùs pulſabant, percutiebant, & miris calamitatum modis inermem, ſed patientem Sacerdotem afficiebant.

Calumnijs, & percuſſionibus Saturatur Leuita Capuccinus.

Proficiebat interim Fr. Stephanus, & Apoſtolicum ſuum opus perficere ſatagebat: vnde tum propriæ quotidianæ ſuæ religioſæ alimoniæ non minimam portionem ſubtrahebat, tum ab opulentioribus Vallicolis ſubſidia eleemoſynaria extrahebat, mendicando ab abundantibus, vt indigentibus, ſiue varijs indigentijs accurreret, atque tàm Eccleſijs, quàm egenis ſuccurreret. Egentibus igitur dilargiebatur, neceſſitatem patientibus prouidebat, miſeris occurrebat, ſignanter hæreticis, quos humanioribus beneficientię obſequijs, & beneficijs proſequebatur: quò fortioribus charitatis vinculis pertracti, & liberalitatis Chriſtianæ funiculis, ideſt corporalibus præſtitis adminiculis ſolicitati, tandem aliquando ſpiritualibus animæ propriæ indigentijs reſipiſcentes conſulerent. Infirmos præterea quoſlibet ſiue perfidos, ſiue fideles ſedulus inuiſebat: tàm diuites, quàm pauperes, beneuolos, ſiue maleuolos fouebat, eiſq; ſolicitè pro viribus, ſiue opportunitatibus infatigabiliter miniſtrabat, familiariter lectulo aſſidebat, humaniter iacentem blãdis allocutionibus ſolabatur: grauedinem, ſiue morbi acerbitatem iucundioribus conſolationibus aliqualiter leuare ſatagebat, congruis lenimentis dolores diminuebat, vel dolentem demulcebat: medicamenta, eſculenta, vel poculenta ſufficientia, vel neceſſaria procurabat; & prouidebat per ſe, vel per ſocium: pulmenta vel cataplaſmata parabat, vniuerſis quidem infirmantibus, ſed præcipuè hæretica phreneſi dupliciter periclitãtibus, quos Catholicis cunctis commendatos ſummoperè peroptabat, vt delirantes, & deſipientes omni poſſibili via, methodo, & arte ſiue ægritudinis, ſiue valetudinis in tempore corporalibus, ſiue ſpiritualibus antidotis, ad ſaniorem mentem, & fidem reuocaret, & ſaluationis ſemitæ reſtitueret. Nequaquam tamen Schiſmaticos diligentiùs curando, Catholicos negligebat, quin iſtis accuratiùs aſſiſtebat, atque pro adminiſtratione, ſiue receptione Sacramentorum vehementiùs inſiſtebat; opportunè pœnitentialem expiationem indicebat, confitentes exaudiebat, confeſſos verò Sacra communione reficiebat, vel Sacroſancto Viatico præmuniebat, præmunitos tandem atque ad Deum properantes Sacramẽtali Suprema Vnctione roborabat, & confirmabat per ſe, vel per Parochum, quando, vel vbi Parochianis ille præſidebat: nunquam tamen agonizantes Fr. Stephanus, vel ſocius dimittebant, donec illi emiſſo ſpiritu in pace requieſcerent.

XXVI.

Spiritualia & Corporalia Miſericordiæ opera cunctis, etiã Hæreticis, præſtat.

Ann. Chriſti 1604.

XXVII.

Et quoniam Apoſtolo teſte: Charitas omnia ſuffert, omnia ſuſtinet, quia proſperiora, & auſpicatiora ſperat, præſtolatur meliora: deceptorum Caluinicolarum non corporales modò infirmitates ſublenare geſtiebat; ſed ſibi infenſorum perduellium ſpirituales nequitias, & malitias ſufferre, & ſuſtinere longanimiter conſueuerat: nam cum frequentiùs cum Pſeudominiſtris, Antianis, Diaconibus, vel perfidioribus Sectarum propugnatoribus congredi, & religionario certamine diſceptari contingeret; licèt illi quod iure, & rationibus non valebant, iniuria, & calumnijs aſſequi volentes in Diuos, & Deum blaſphemantes, iniurijs, irriſionibus, indecoriſq; vituperationibus primùm, tandem pugnis, fuſte, verberationibus illum impeterent, quinimmò acerbiùs comminitantes grauiora illi damna, atque diſcrimina obijcere, & parare perſiſterent: nunquam tamen pacificus Leuita calumniantibus iraſci, vel maledicentibus maledicere, ſiue inſidiantes circumuenire, aut de lædentibus offenſoribus etiam iuſtas pænas exigere viſus eſt: ſed ſemper æquanimiter tranquillus pacatiori animo, & corde beneuolo eos proſequens diligebat, perſequentibus benefaciebat, ſicuti ex pluribus aduerſantibus vni ſingulariter contigiſſe recolo. Cum enim aliquando pro ſuo Apoſtolico munere Salutſas deſcendens perueniſſet; ibiq; Ciuitatem perambulans, quemdam Iaffredum Fabrum Hæreticum hominem, inter illos infenſiſſimum quem patiebatur aduerſantem hoſtem, obuium inſperatò habuiſſet; obſtupefactus ille, & propriæ conſcientiæ remurmurante teſtimonio conuictus, perterritus conſtitit, pertimeſcens ne quibus intra rupes innoxium Sacerdotem affecerat, iuſtas in Ciuitate malorum ad Tribunal deductus pęnas lueret, vel ſaltem mulctas perſolueret.

Aduerſus aduerſarium Hæreticum, pacificum, & blandum ſe præbet.

Verùm

Verùm tantùm abeſt, vt Euangelicus Profeſſor per ſatellites ad carceres illum cōpelleret; quin pacificè manu apprehenſum ipſe trementem ad Capuccinorum domicilium perduxerit, & blandè ſolatum, omniq; humanitatis officio exceptum tandem amicè dimiſerit, & deinceps amicum habere voluerit.

XXVIII Non ſic tamen, non ſic bona pro malis, imò verò mala pro bonis optimo ſuo benefactori ſimulatores illi, Euangelij deprauatores, & violatores reſpondebant:, atque immaniora pro humanioribus officijs, & beneficijs maleficia rependebant. Cum igitur nunquam Apoſtolicus Operarius à benefaciendo quieſceret, & regiones illas perpetuo ſanitatem, & vitam ſpiritualem ſaltem cunctis procurando peragraret; impij Sectarij, nec ipſi à malefaciendo quieſcere, peruerſè excogitantes. vitæ illius, ac ſaluti inſidiari voluerunt. Vnde quadam die Caſtro-Delphino Pontum Fratrem Stephanū progredientem immiſſus quidam ferociens Sicarius, ex inſidijs ex-tempore inſurgens, quaſi alter Goliath ferro potius onuſtus, quàm armatus inermem Leuitam in itinere aggreditur, atque truci vultu, atrociorique aſpectu, formidali voce perſonans extremum capitis periculum innoxio itineranti acerbiùs comminatur exclamans: Veh tibi, Dei & ſuæ reſſormatæ religionis infenſiſſime aduerſarie, tuæ in noſtram Sectam maledicentiæ, & perſecutionis finis venit, venit finis tuæ miſerrimæ vitæ! hæcq; atrociter comminando, puluerario concauo Arcu ferreo & oculo, & humero compoſito manum admonit, & digitum appoſuit laxatorio ſtilulo; vt laxata ſphærula, excitato igne, accenſo bellico puluere, ignitas plumbeas glandes exploderet, & ſtantem imperterritum interficeret: Tunc manſuetus Agnus ad macellum perductus, & ad iniuſtam occiſionem adductus, non obmutuit; ſed impauidus intrepidè reſpondit: Eia Frater, ſi Religionis cauſa hanc à me corporalem vitam ſurripere decreuiſti; ego pro Catholica Dei Eccleſia libenter me morti offero: ſicq; flexis genibus, manibuſq; coniunctis, liceat (inquit) mihi morituro Angelicam ſolam Salutationem primùm pronunciare. Qua præclariori, & imperturbabili animi conſtantia ab illo perſpecta, obſtupefactus, & confuſus Gladiator reſilijt, atque religioſum talem contemnendæ mortis propoſitum diris deuouens, obmurmurans, & blaſphemans inoffenſum peregrinum Nazareum abire permiſit. Qui hiſce Satanæ, ſatanicorumq; miniſtrorum technis, ſeu dolis, grauioribuſq; perterrefactionibus nihilo ſegnior effectus; nunquam, ac nuſquam aut ceſſauit, aut declinauit, multo minus ab Apoſtolico onere, ſeu opere ſe abdicauit, aut à certando diſceſſit, aut à certamine receſſit, aut aduerſantibus, & furentibus Sectarijs vllo modo ceſſit. Vnde à Pſeudopaſtoribus edocti errones illi, Apoſtolicum virum Magnum Diabolum vocitare vulgariter conſueuerant (ſicut & Apoſtolicos Operarios vſque in hodiernum diem miſeri homunciones appellitare perſeuerant, Anti-Chriſti aſſeclas Chriſti Diſcipulos nuncupantes) Verum Fr. Stephanus Catholicis ſuis alumnis non dæmones deſertores appellare, ſed veluti Anti-Chriſtos, & Luciferianos Miniſtros Pſeudo-Magiſtros deuitare commendabat.

Sicarius Hæreticus armis onuſtus Fr. Stephanū in via, occidēdū adoritur.

Ann. Christi 1604.

Fr. Stephanus morte cōtēpta, deuota, & humili reſponſione, Sicarium cōfuſū reddit.

XXIX Nec illud obiter prætereundum, quin accuratè recenſendum: quòd præualente Sectaria defectione, & tyrannica perduellium vſurpatione, cunctis Romanæ Eccleſiæ conſuetis exercitationibus ſpiritualibus penitus eiectis, & eliminatis: vix ipſum Sacrificium armatorum præſidio ſuffulti, furtim aduentantes vel alienigenæ, vel indigenæ Sacerdotes celebrare iam valebant: præualente autem Seraphico Leuita, & corde intrepido, & virili robore Catholiciſmo iamdiu inde exulante reuocato, viriliter, & impauidè vniuerſis illis in Parœcijs, quoquo modo Parochialibus Eccleſijs reſtitutis, etiam obmurmurantibus, ac contradicentibus, quin repugnantibus ac minitantibus Sectarijs Sacra faciebant: ſolemnitates Catholico more indicebant: profeſta celebrabant: Diuinum priſtinum cultum Orthodoxum excolebant, aſſidua exiſtentium pauculorum fidelium aſſiſtente frequentia. Puſillus enim ille grex Catholicorum verbo, & exemplo ab Apoſtolicis pugilibus roboratus conualeſcebat: & ſolemnioribus decantandis Miſſis, ſiue Veſpertinis horis perſoluendis conueniebat: deuotis proceſſionibus publiciſq; ſupplicationibus ad Sacras Ædes ſtatis diebus, & horis progrediendo interueniebat: & tàm viri, quam mulieres Sacris iamdiù obſoletis Indulgentiarum Theſauris elucrandis iterum aſſueſcebant, & ad determinata loca inuiſenda concurrebant: nec impoſterum animum deſpondebant, quin in dies magis reſpirabant: proſpicientes qualiter Diuina Prouidentia Euangelicis cooperatoribus adeſſet, eoſq; contra frementes, & furentes potentiores aduerſarios communiret; ita vt Catholica conſueta priùs, deinde obſoleta, & penitus eiecta exercitia, quæ olim iampridem, aut nunquam, aut non niſi armata manu, vel acie exerceri, vel adminiſtrari valebant: modo ab inermibus pauperculis Capuccinis, coram rugientibus leonibus, & ferocientibus vrſis palam, & liberè vbique fidenter ſolemniter exponebantur, exequebantur & glorioſè excolebantur. Admirabantur iterum Chriſticolæ, ſiue fideles, ſiue perfidi Capuccinos Sacerdotes in laboribus nunquam feſſos, ſed quaſi infatigabi-

Integrè reſtituuntur Catholica exercitia.

les in ſermocinando, & confeſſiones excipiendo: cum enim improbo labori ceſſuros, & ſub grauiori fatigationum ſarcina caſuros iam iam illos arbitrarentur; ex-templò iterum inualeſcentibus deficientibus naturæ viribus, gratiæ robur excreſcebat: ita vt vix vno expleto ad difficiliùs aliud aggrediendum facinus validè tranſgrederentur. Vix enim Frater Stephanus dixerat pro concione, cum è ligneo gradu deſiliens, pro faciliori Sermocinatione Catechiſmum ſimplicium, & paruulorum proſequeretur: & necdum in Templo ſpiritualia egentibus ſubſidia adminiſtrauerat; cum corporalia auxilia emendicando ipſe indigentibus prouideret, & ſubminiſtraret: infirmas animas in Eccleſia Sacramentalibus antidotis curabat, & inde ſurgens pauperculorum domos ingrediens languentes, ſiue febricitantes inuiſebat, vt ſanarentur vel eos ipſe ſolaretur: ſacris in Ædibus reduces peccatores cum Deo conciliabat, & foris iurgia tollere, amouere diſſidia, & lites componere ſtudebat. Si quando pro peculiari aliqua celebritate peragenda, vel Sacris miniſtrandis ad templum minus mundatum, vel compoſitum accederet; ipſe protinus cum ſocio domum Dei propria manu diligenter, & ſolicitè euerrebat, mundabat, & pro opportunitate exornabat, Sacras aras, vel Sacella componebat, ſi non ſpecioſis, & pretioſis mundis ſaltem ornamentis, vel paramentis, ſeu nitidiori Sacra ſupellectile concinnando, ſicq; ſemper, & vbique faciebat, vnde & breuiter effectum eſt; vt vbique deinceps ſacer cultus refloreſcere conſpiceretur, & pietas Chriſtiana conualeſcere cerneretur Diuino fauente numine.

Spiritualia Subſidia, & corporalia auxilia cunctis adminiſtrat Fr. Stephanus.

Circa igitur huius quarti anni ſaeculi decimi ſeptimi finem, poſtquam primùm hunc prioris ſui Apoſtolatus congreſſum, & progreſſum pijs ſanctioribusq; operationibus inſumpſiſſet, in perfidiæ depreſſionem, & exaltationem Fidei: reſtituta in Caſtellania Delphinenſi libera, & publica Miſſarum celebratione, reuocatis Sacerdotibus, & parochialibus curis aliquo meliori modo reſtitutis, Clericorum obtenta libera conuerſatione, & commoratione, quibuſdam comparatis, ac prouiſis Sacerdotalibus indumentis, & paramentis, prout temporum nequitia patiebatur; ſacrorum cultu priſtino maiorum more, & decore inſtaurato: Conuertit ſe fidelis Excubiarum Cuſtos, & applicuit animum ad inſoleſcentium perduelliũ, ſpecialiter Pſeudominiſtrorum impudentem temeritatem, & vſurpatam licentiam, quinimmò libidinem reprimendam, ac confringendam: quare non viribus, ſeu violentia fretus, ſeditiones, aut rebelliones excitauit; ſed iuſtitia confiſus ad Tribunalia confugit. Venit igitur opportunè Fr. Stephanus cum Socio Gratianopolim Viennenſis Galliæ Metropolim, & reſidenti inibi Supremo regionis Magiſtratui & Fidei Catholicæ depreſſionem; & perfidorum vſurpationes, & Fidelium oppreſſiones enarrauit; & Eccleſiaſtici regni exigentiam efficaciùs adeò expreſſit, & pro opportuno remedio expoſtulauit; vt expeditè Regius Præſes, ſiue Procurator, ſiue Commiſſarius Prouiſionales, præceptoriaſq; dederit litteras, quinimmò inhibitorias Religionarijs ne vltra, ſiue extra, aut ſupra quam patiantur gratioſæ permiſſiones, progredi, aut procedere præſumant: diffinientes, & præſcribentes eis in Caſtri-Delphini Caſtellania toleratos limites, intra Oppiduli Canalis ſtatutos confines, infra quos dumtaxat Caluiniſtica Sacrilegia profiteri, & publicè exercere eis liceret: facta iterum ſpeciali facultate Pſeudo paſtori Bellinum adeundi ſemel per menſem, omni penitus Hæretico miniſterio in Villa Caſtri-Delphini interdicto; Dat: Gratianopoli Idibus Martij anno quinto poſt ſexcenteſimum milleſimum. Regreſſo igitur proſperè Fratre Stephano, & Regio Diplomate pro Roſtris publicato, euulgato hoc ſalutifero contraueneno, vix credibile eſt; quàm impenſius & fideles reſpirare, & perfidi ſuſpirare inceperint: Relatum namque ſupradictum Senatus conſultum haud mediocre emolumentum Eccleſiaſtico regno peperit: fracta enim, atque deiecta deſertorum audacia; ac temeritate; nouo hoc diplomatum tenore, & terrore perculſi, & ſigna contrahere, & ſilentibus tympanis, ac tubis arma deponere, & ſeditionibus finem imponere decreuerunt: hoc enim magis ſibi, imo multum expedire cognouerunt, & ita præſtiterunt. Vnde & Catholici liberiùs conuerſabantur: negotiationes, mercaturam, ſua denique domeſtica exercitia pertractabant: Tutius Sacerdotes degebant, & inter illos diſcurrebant, Clericalia munia, ſiue militiam exercebant. Iam non amplius peruerſi palam in bonos deſæuiebant, ſacrilegi in religioſos, profani in Sacra, & ſacraria debacchabantur: ſed vnuſquiſq; iuxta ſuæ profeſſionis, ſiue religionis inſtitutum peragebat. Hoc igitur præclariori de Fidei hoſtibus Trophæo reportato, primam, & præclaram priori huic ſuo Apoſtolico egreſſui, & congreſſui coronidem, & terminum impoſuit, inde digreſſus, vt vberiores progreſſus alibi promoueret.

XXX.

Ann. Chriſti 1604.

Diuino cultu reſtituto, ad reprimẽdam Pſeudominiſtrorũ temeritatẽ cõuertitur.

Gratianopolim adit prouiſionales, præceptoriaſque litteras reportat aduerſus Pſeudominiſtros.

CALCVLVS TERTIVS

Celebrioris Apoſtolici Operarij Fratris ZACHARIÆ SALVTIENSIS *Concionatoris per annum* 1605.

I. BEnè, & appoſitè Apoſtolico huic, Seraphicoq; Pugill appoſitum religionis in ingreſſu nomen Zacharias, interpretatum latinè Memoriam Domini reſonat: Domini enim Dei in corde ſuo iugis perpetuò viguit recordatio, memorabilibuſq; proprijs geſtis, ac admirabilioribus à ſe editis digeſtis, ideſt eruditiſſimis Codicibus, præclaram optimi hominis, ſimul & ſapientiſſimi Theologi memoriam, perpetuis futuris ſæculis comminiſcendam legauit: abſtulit quidem, dira mors præſentiam, non tamen meliori in ſæculo viuentis deleuit dignam reminiſcentiam. Mortuus eſt vir Dei ſenex, & plenus dierum, pariter & meliorum operum, ſed iuueneſcit, ſeu in dies adoleſcit, in oreq; hominum per tempora vireſcit encomialis commemoratio, Eccleſiaſtica: *Dilectus Deo, & hominibus, cuius memoria in benedictione eſt*, ſicut fuit, & ſemper erit, proprijs ipſe tum pro Fide, tum pro fideli Eccleſiaſtico regno exaratis characteribus adhuc viuens monumentum ſibi æternitatis poſuit, ſed eruditionis, ac Pietatis nos ſimul, & religionis, religioſis eius operibus, non ſingulis, neque omnibus, ſed quibuſdam ab obliuione vindicatis ineptè, & minus congruè, aut ſufficienter characterizatis, notulas quaſdam veluti minuſculas appendices ſempiternitatis apponere, breuiori calculo, arctioribuſq; numeris excogitamus: ſicuti & prudentiſſimè cogitauerunt Prouincialis noſtri Capuccinorum Capituli Patres, & Adminiſtratores, quando ex multis, & plurimis Prouinciæ Sacris Oratoribus, ac Theologis eruditioribus, inter ſelectos Apoſtolico ſubeundo muneri Concionatores, & ipſum Fratrem Zachariam venerabilem Patrem non vltimum prælegerunt, & iam ſemel in Seguſina ab Hæreſi perpurganda Valle ſtrenuè operatum, iterum ad Varaytanam depurgandam cooperaturum deſtinarunt.

Eccl. 45.

Fratris Zachariæ encomium.

II. In diuerſis vniuerſalis Galliæ Prouincijs deſæuiebant quidem Caluinicolæ deſertores, ſed in Viennenſi, Delphinatus ſcilicet Prouincia deſipuerant in deſerendo antiquam religionem, atque tum ab Eccleſiaſtico, tum à Sæculari legitimo Chriſtianiſſimo regno deficiendo rebelles Caluiniſtæ, non vulgares homines modo, ſed & Optimates, & Proceres, quin ipſi Regias Vices gerentes Adminiſtri, ſimul, & ſcientiarum humanarum, ſiue Diuinarum Profeſſores quidam inſigniores. Quapropter cum Caſtellana Satrapia iſta, veluti limitanea Cuſtodia inter Italici, & Gallici regni limina, ſeu confinia ſtet conſtituta, ſuneq; ſtatuti pro conuerſis ſtationibus tàm pacis quàm belli, ideſt tàm iuribus, quàm armis præſiderent intruſi Hæretici Præſides, quorum illud vnicum, & ſingulare erat propoſitum; non vnicuiq; ius ſuum tribuendi, ſed pro ſtatuendo Caluiniſmo Catholiciſmum deſtruendi: Potentioribus his, atq; callidioribus impietatis Agoniſtis ſapientior, ac validior opponendus fuerat pro pietate Antagoniſta. Agonizanti igitur, funeri proximè religioni excitandæ, poſt Fratrē Stephanū validū, nō inualidus, ſed validiſſimus Fr. Zacharias electus, vocatus, ordinatus, & emiſſus acceſſit, & aduerſus Caſtrū Delphinenſium, quaſi Philiſtinorum Caſtra in nomine Domini expeditè alacer proceſſit, cum pera, & baculo, iuxta Euangelicam præſcriptam normam, non in gladio, aut haſta, in equis, aut in equitibus, ſecundum Caluiniſticam Sectariorum violentiam. Acceſſit ad deſtinatam ſibi arduam, & alpeſtrem Stationem pauper deſpectus, humilis, & manſuetus; ſed virtutibus diues, doctrinis abundans, gratia protectus, iuſtitia munitus: aduerſarias munitiones non ariete, aut catapulta aggreſſurus, ſed Diuinis oraculis, quaſi fortioribus, atque acutioribus iaculis expugnaturus: venit, vidit, & ex parte vicit; quoadúſque decertare inibi licuit, in acie ſtetit, profecit, nec aliquando ab Apoſtolico opere promouendo defecit.

Anno Christi 1605.

Fr. Zacharias deſtinatus acceſſit ad alpeſtrem ſtationem.

III. Ad Campum igitur propoſiti certaminis egrediens ſtrenuus hic Agonotheta Fr. Zacharias Sacris litteris, & Apoſtolicis munimentis apprimè munitus, vbi primum in arenam deſcendit, Euangelica tuba in Sion cecinit, & ex ſuggeſtu validè intonuit: tunc igitur euidentiùs innotuit Catholicis ſimul, & Schiſmaticis, quale ſcripturarum, & Sacrarum doctrinarum Hierophilacium, ſeu potius ærarium in Orthodoxæ Fidei ſubſidium Præſules emiſerant; diuerſa enim ille callebat idiomata Italicum nempe, Gallicum, Latinum, Græcum, & Hebræum. Admirabantur ergo illum vel pro concione, vel pro Parœneſi, vel pro dogmate, vel pro Catecheſi, vel pro didaſcalico agone perpetuò declamantem, dum verbum Dei prædicaret opportunè, & importunè; opportunis ratiocinationibus orthodoxas veritates confirmaret, importunis etiam nempe vrgentioribus, nunquam tamen inop-

Prædicationibus diſputationibus Hæreticos ad Fidei confeſſionem perurget.

portunis rationibus, ſiue confutationibus hæretica figmenta infirmaret. Iterum
& eò magis mirabantur, quando acerrimis congreſſionibus, per plures continua-
tos dies non vocalibus modò, ſed, & ſcriptis de religione vera, vel falſa grauio-
ribus diſputationibus Pſeudo doctores exagitabat, diuexabat, & confundebat:
acriter enim vndique accitis, & deductis comprobationibus perurgebat ad Fidei
confeſſionem, & perfidiæ deteſtationem, cunctarum Christianarum diſciplinarum
adductis, & faciliùs exhibitis oraculis, & teſtimonijs.

Quòd ſæpè ſepiùs occurrentibus cum Pſeudo-Apoſtolis factitabat Apoſtolicus IV.
decertator: hoc verò vt propiùs aliquando, & validiùs præſtaret; acceſſit ipſe ad
Oppidum Tranſalpinæ proximæ Vallis præcipuum nomine Molines, in quo bis
Apoſtata quidam Pedemontanus refuga deliteſcebat, & Pſeudo-miniſterium exer-
cebat, nomine Felix: huius voluntariæ infelicitati ex corde compatiens Frater
Zacharias, doctrinalibus aggreſſionibus, & diſceptationibus illum iam pluries pul-
ſauerat, ſed nequaquam ille aperire pulſanti gratiæ Dei, & vocanti ſeruo aſſentiri
decreuerat: obfirmatis enim poſtibus, ſeris confirmatis, claudebatur oſtium: ma-
terialem igitur illius ad habitationem accedit ſolicitus perditorum Inquiſitor, &
patentibus foribus intra domeſticos lares à profugo recipitur, & humaniter exci-
pitur. Opportunitatem nactus Fr. Zacharias humanioribus, ac ſuauioribus eum
alloqui aggreditur, & efficacioribus ac vehementioribus cohortationibus ad reſi-
piſcendum amicè cohortatur: religioſi igitur admonitoris officium æquo ille ani-
mo, & corde ſuſcipiens, fideliter tamen ſapere non incepit, ſed inter verum ho-
neſtum, ac neceſſarium, difficile tamen, & inhoneſtum falſum, ſed voluptuo-
ſum anceps nutabat, & dum nutans vacillare non deſtitit, ab Apoſtatico ſtatu, &
ſtatuta Apoſtaſia non receſſit; vnde intra paucos dies poſt adhortantis amici re-
greſſum, miſerrimè infauſto fine deceſſit. Haud tamen ſic improuidè, & inſipien-
ter egerunt, aut proceſſerunt plurimi reduces, qui olim à recto tramite veritatis
declinantes vocibus, dictis, doctrinis, diſputationibus, ac commonefactionibus
Euangelici Tibicinis aduocati, admoniti, & reuocati ad rectæ Fidei tramitem re-
greſſi Eccleſiaſtico Catholico regno ſua nomina conſcribenda dederunt, quorum
tamen ſingularē notitiam ſingulariū reſipiſcentiū intelligere minimè potuimus.

Plurimos ad Catholicā Fidē cōuertit.

Dominus Marcus Aurelius Lucernenſis Apoſtolatuum Capuccinorum vniuer- V.
ſaliores quaſdam referens memorias, paucula de hoc Apoſtolico viro delibat
his verbis: *Inter eos, qui in hac Miſſione ad agrum Dominicum excolendum miſſi, elabora-* Anno
runt, vnus numeratur Pater Fr. Zacharias Salutienſis, vir celebris, & feruentioris contra hæ- Christi
reſes zeli, qui grandiora gemina edidit volumina aduerſus & Lutheri, & Caluini, & Aſſecla- 1604.
rum nefaria dogmata: Tertium aduerſus famoſa infamia notum Hæreſiarcham Marcum Anto-
nium de Dominis, Quartum quod conſcripſit: Conſultatio Orthodoxa: & Carolo Gadenſi Principi,
poſtea Britannico decollato Regi inſcripſit.

Mem. Hiſt. cap. 15.

Fr. Zachariæ ſeruēs zelotypia.

Circa cuius compendioſam enarrationem mihi fuſiùs aduertendum, & admo- VI.
nendum occurrit: quòd ſicut Antiquus ille quondam Sacerdos Zacharias Parēs
extitit vocis Propheticæ verbum Diuinum Incarnandum, ſiue Incarnatum præ-
nunciantis; ſic & noſter Fr. Zacharias Sacerdos Parens extitit ſcriptæ vocis, ſiue
deſcripti verbi in à ſe editis eruditiſſimis Codicibus, quibus & Incarnati, & Verbi
ſcripti orthodoxæ veritatis, & veriſſima oracula Fidei propugnantur. Et ſicut
ille vocis enaſcendæ nempe Ioannis conceptum reuelatum accepit, dum ſuo fun-
geretur officio, in ordine vicis ſuæ ante Deum, ſecundum conſuetudinem Sacer-
dotij; ſic & iſte conceptum verbi deſcribendi emiſſum accepit, & excepit à Deo
per internam inſpirationem, dum Apoſtolico munere fungeretur ex præſcripto
Prælatorum Ordinis, & ſecundum conſuetudinem miſſorum Euangelico operi
ſolicitus incumberet in hac Caſtri-Delphini ſtatione: tunc enim ſuperno numi-
ne afflatus, & interna Sancti Spiritus illuſtratione excitatus, firmum propoſitum
ſcriptis hæreticos exagitandi concepit, & inſtar ſcribæ velociter ſcribentis, ad-
mota manu calamum arripuit, vt propoſitum, & conceptum Catholicum verbum
aduerſus Eccleſiaſtici regni perduelles Sectarios litteris exararet: Quamobrem
inibi ſtans, primùm nonnulla primaria Fidei rudimenta per modum methodi, &
Catechiſmi ſtilo ſimpliciori digeſſit pro rudium, & ſimplicium primæua inſtru-
ctione, qua & ipſe pro Catecheſi vtebatur. Cūque ſolicitior in dies Apoſtolico
in opere miniſtrando inſiſteret; prolixiori, & quotidiana experientia edoctus,
vlterioris Practicæ cognitionis plures gradus cum aſcendiſſet, vel acquiſiuiſſet;
ſed in primis, & ante omnia Pſeudodoctorum, & deceptorum temeraria impu-
dentia laceſſitus, qua ſibi reformatæ religionis & titulum, & nomenclaturam
nullo prorſus iure, ſed manifeſta palam iniuria vſurpant, vt impiam pietatis
Christianæ deformationem pia reformationis denominatione quoquo modo co-
honeſtare videantur, Fr. Zacharias, de vice Phinees zelans Sacerdos, & calamum
exacuit, & ſtilum exemit, & exeruit vires: vnde & opuſculum in opus maiuſculum,
quin in ingentia bina volumina enexit, quibus titulum appoſuit.

Sſcribendum verbum Deo inſpirāte cōcepit.

DEMON-

DEMONSTRATIONES.

Symbolorum vera, & falſa Religionis, aduerſus præcipuos, at vigentes catholicæ Religionis hoſtes Atheiſtas, Iudæos, Hæreticos, præſertim Lutheranos, & Caluiniſtas in duos Tomos diſtributa.

A V C T O R E.

Fratre ZACHARIA BOVERIO SALVTIENSI *Capuccino.*

VII. Cum verò quibuſdam vix elapſis annis, ex Infernis ſpecubus, latebris & antris erumpens Auernalis, ſiue Aquilonaris ille Cerberus Spalatenſis Trifauci ore Satanicum virus in Romanam Hierarchiam euomens, libros fatidicos, quin Sacrilegos de Chriſtiana Republica emiſiſſet; adfuit ex-templò validus Antagoniſta, & tertium inſignem edidit Codicem quem inſcripſit:

CENSVRA PARANETICA.

De Republica Eccleſiaſtica Marci Antonij de Dominis nuper Archiepiſcopi ſpalatenſis, nunc verò à S. R. Eccleſiæ Apoſtata, & Hæretici in duas partes diſtributa.

A V C T O R E.

Ann. Chriſti 1605. *Reu. Patre* ZACHARIA BOVERIO SALVTIENSI *Ordinis Minorum Sancti* FRANCISCI *Congregationis Capuccinorum.*

Poſtremò cum apud Eminentiſſimum Franciſcum Barberinum Legatum à latere (vti aliàs dedimus) In Hiſpaniam profectum, Theologali miniſterio fungeretur, & coram Celtibero Monarca eius ſororem in vxorem ducturus, pro eo tempore degeret Carolus Magnæ Britanniæ Regis Primogenitus, & de Catholica acceptanda Fide illi conſulere, & perſuadere plurimùm laborarent Sacri Præſules, Frater Zacharias ex-tempore accepto calamo Conſiliorum, ſiue Conſillatiuum, aut Conſiliarium librum compoſuit, cui inſcriptionem appoſuit.

CONSVLTASIO ORTHODOXA.

De ratione veræ Fidei agnoſcenda, & amplectenda in communem omnium veræ Religionis ſtudioſorum gratiam, & vtilitatē aucta, vberiùs illuſtrata, & in duas partes diſtributa.

In priori Regula ad veram Catholicam, & Orthodoxam Fidem agnoſcendam ex Sacrarum ſcripturarum fontibus, Conſiliorum auctoritate, Veterum Patrum monumentis varijſq; rationibus hauſta explicantur.

In altera grauiſſima de vera Fide, ac Religione amplectenda iuxta propoſitas regulas examinata Conſilia traduntur:

A V C T O R E.

Reu. Patre ZACHARIA BOVERIO SALVTIENSI *Ordinis Minorum Sancti* FRANCISCI *qui Capuccini nuncupantur.*

Opus igitur egregium perfecit, quinimmò inſigniora plurima opera & perficere, & moliri, vt opportunè conficeret, perſeuerauit ad extremum vſque ſpiritum, quem hac in cuſtodia ad ſcribendum ſupernè illuſtratus, & irradiatus præconceperat. Peperiſſet hìcce in Caſtri-Delphini Excubijs copioſiores itidem manuales fœtus, ſiue prouentus; niſi obedientiali interpellatione præuentus, vix elapſo anno ad Clauſtra reuocatus, præinceptis conſcribendis operibus incubare pro maiori Eccleſiæ bono iuſſus fuiſſet Frater Zacharias fœlicis, imò fœlicioris, ſiue feliciſſimæ recordationis apud omnes, ſed ſignanter apud Capuccinos per ſæcula. Amen.

CALCVLVS QVARTVS

Fratris STEPHANI TENDENSIS Concionatoris per annum 1606.

Prouerb. 4.

I. VBi plurima ſunt ſegetes, manifeſta eſt fortitudo Bouis, ſed vbi multiplicati ſentes ob incuriam, vel penuriam agricolarum in ſenticetum inualuerunt; ibi manifeſta requiritur & bouis fortitudo, & vomeris acuitas, & agricolæ ſolicitudo, vt ſenticoſus ager deſyluеſcat: ſentus habitator ſentam terram, ſentum Caſtrum-Delphinum inhabitabat: quamobrem licèt hactenus laborioſi operatores agrum hunc hominis pigri, & vineam hanc viri ſtulti, diuinæ Charitatis ignibus à vepribus hæreticalibus perpurgare nonnullos per annos ſategerint; venientes tamen videbant viſionem illam magnam, quòd rubus arderet, & non combureretur, quin quòd egreſſus ignis de rubo cedros Libani conſumere niteretur. Spinoſum rubum computamus hæreticum quaternarium huius Caſtellaniæ, nempe quatuor horum pagorum Incolantium Caluiniſtarum in malo confirmatum propoſitum, ſpinoſis, ſiue acrioribus moribus quaſi ſentibus obſitum, & quoniam dura ceruice, & incircumciſis cordibus Spiritui Sancto, in Sacris Oratoribus eos alloquenti adhuc reſiſtebant; Frater Stephanus Capuccinus Leuita ad diſſipandum dumetum iterum iuſſione Apoſtolica emittitur. Enitebat ille pluribus Diuinæ gratiæ donis, & Chariſmatibus, ſuper omnia autem tum ab amicis, tum ab inimicis admirabilis ſuſpiciebatur eius conuerſatio, Angelicam ſpeciem præſeferens, & intuebantur virum eius inſtar formam Angeli ſtantis inter illos: quaſi enim corporis mole, ſiue corporeæ neceſſitatis expers aſperiorem profitebatur & victus, & veſtitus auſteritatem: Licèt enim Eccleſiaſtico ex ære congruum illi pro quotidiana alimonia ſubſidium proueniret; ipſius nihilominus conſuetum alimentum perpetuum apparebat ieiunium, ſolis enim pane, & aqua, vtplurimùm, refectus, iſpido, & aſpero habitu, pluribus ſegmentis aſſuto etiam inclementioris brumæ tempore induebatur, ita vt pro nuditatis tegumento potius, quàm pro corporis indumento, aut caloris fomento ſufficere videretur. Crebriores peregrinationes, ſiue itinerationes vel pro concionibus, vel pro ordinarijs Apoſtolicis exercitationibus præſtandis dum peregeret; ſi quando neceſſitate compellente ad alicuius ſiue indigenæ, ſiue alienigenæ domum diuertendum ſibi præuideret; non opulentiorum domicilia, ſed pauperculorum habitacula eligebat, eorumq; domeſticis, ac tenuioribus ferculis contentus, hordeaceo pane, & viliori lactis coagulo paſtus, frigidaq; lympha epotùs oppiparè epulabatur. Nulla vnquam, vel vſquam aut temporis inclementia, aut tempeſtatis acerbitas à quotidianis itinerationibus, ſiue fatigationibus, pro Euangelico opere exercendo illum remorari, aut retrahere valuit. Si enim aliquando vrgens neceſſitas ſpiritualiſq; præcipuè, ſeu ſingularis perſonæ ægrotantis, vel valentis, ſeu Eccleſiarum in communi eum interpellaret; nulla interpoſita mora, etiam itineribus niue, vel glacie, ſiue aquis obrutis, ne dicam obſitis progredi aggrediebatur, & aggreſſum inceſſum proſequebatur nudipes, & pedeſter paruipendens tàm pedum, quàm crurium à frigore, & gelu exulcerationem, vſque ad copioſam adeò ſanguinis effuſionem; vt albicantes, & niuibus dealbatas vias ſanguineis veſtigijs rubricaret, & proprij veſtimenti fimbriam coagulato cruore inficeret, nimio vel niuium algore obrigeſcentibus plantis non mediocri & ipſius itinerantis angore, & ſingulari perſpectantium fidelium, & infidelium ædificatiua admiratione. Vltra quas parentes ſuæ carnis afflictationes, pro acriori proprij corporis caſtigatione interiorem cilicinam melotem ſub habitu perpetuò geſtabat indutam, quo Apoſtolorum Coryphæi ad imitationem flagellis Paſſionum Chriſti caſtigaret innoxium corpus, non quaſi aerem verberans verbis phanaticis, vt Pſeudoapoſtoli conſueuerunt, carni indulgentes.

Ad hanc Stationẽ iterum emittitur Fr. Stephanus.

Ann. Christi 1606.

In ſeipſo rigidus proximis quibuſ ſi que benefi.°, charitatis opera impendit.

II. Verùm quoniam non ſola hæc Caſtellana Satrapia, ſed vniuerſa Eccleſiaſtici Italici regni limina Interalpina Caluinianas partes ſequebantur, atque Caluiniſticam deſertionem profitebantur; non Caſtellanis hiſce ſolummodo, ſed & proximis conuallicolis reducendis anhelabat, & ſatagebat; ideò opportunè illos conueniebat tranſiliens colles, & traijciens montes, vt ad eos perueniret. Veniebat igitur interdiù ad Vallem Barchinonenſem, cuius ad Sancti Pauli Oppidum nonnunquam cum acceſſiſſet; conuocato populo, & congregatis turbis (iuxta proprium morem) adſtantibus illis & Sacra faciebat, & Dei Verbum proponebat: quòd cum perficeret, en quidam adeſt, annuncians Religionarios con-

gregata in Synagoga ex-tempore Antichriſto profana litare, quo accepto nuncio, ne à Sacris præſtandis, & perficiendis ipſe deficeret; ſubmiſit ſocium Sacerdotem, nempe Fratrem Mauritium Pinerolienſem; vt ab execrandis peragendis ſacrilegos deſiſtere cogeret. Feſtinanter igitur Fr. Mauritius delubrum Sectarijs turbis repletum ingrediens, quemdam ignotum in capite conſedentem offendit, qui aperto quodam adulterino Codice, Caluiniſticè ſermocinabatur. Hic igitur ad primum ex improuisò ingredientis Capuccini aſpectum librum complicuit, & ſuppoſito inſedit. At Religioſus Sacerdos ad ſupra ſedentem acceſſit, & ſubſtratum librum de ſubter ſurripuit, hincq; Impoſtoris illius de nomine, & conditione inquirens, Concioni Seductæ perfidię mulctam, & pęnas luendas indicens, dum minitatur, procerę ſtaturę Nebulo ſuperueniens perturbatę turbę ſignum dedit; quo accepto velociùs vniuerſi diſparuerunt. Comparuit tamen ille ferus homo, & in itinere acriter Fratri Mauritio perſtitit iraſci, & grauiora inferenda mala minitari, proſperè nihilominus opus Euangelicum inibi conſummantes, pacificè ad propria remearunt.

Aduerſus Cõgregatos Religionarios inſurgit.

III. Solicitam interim omnium deſtitutarum Eccleſiarum curam gerens, imminente hoc anno feria quarta Cinerum Fr. Stephanus ad Canalis Vici populationem ſocium Fratrem Mauritium ablegauit, vt eò perueniens de Eccleſiaſtico, & Romano more primo quadrageſimali die populo Cineres diſtribueret. Interim prima nocte ingens adeò niuium copia (pro patrię more) ſuperuenit de cęlo; vt penitus per bimeſtre intercluſo regreſſu, inibi commorari cogeretur: vbi nullis humanis ſubſidijs alimenti, vel domicilij prouiſus, in Vico ab Hæreticis; vt plurimùm, inhabitato totum maioris quadrageſimæ tempus tranſegit. Cumque non eſſet ei locus in diuerſorio, declinauit quemdam ad Catholicum virum, qui ſpeciali condeſcenſione ſtrauit illi in pręſepio, cuius in angulo intra anguſtias breuioris ſui pallioli, & habitus recollectis, & pedibus, & cruribus plantis inſedebat, quò iumentorum calidiori halitu fotus, inualeſcentis hyemis iniurias quoquo modo euitaret, non tamen arceret. Illinc enim congruis, & opportunis horis digrediens per laborioſè apertum tramitem, ſiue ſemitam Sacras Ædes adibat, ibique coadunatis fidelibus Sacrificium Miſſę perficiebat, alijſque diſcedentibus, in Templo ipſe perſiſtebat; vt & ſtatutas precationes perſolueret, & vltronea conſueta pia exercitia abſolueret, atque conſtitutis apud Capuccinos Ordinarijs flagellationibus ſatisfaceret. Inde regrediens oſtiatim mendicabat, cui mendicanti fruſtula hordeacei panis, ſuperaddito nonnunquam fauo mellis porrigebant, quibus ſemel in die (iuxta pręſcriptum Eccleſię) veſcebatur, quòd ſi aliquando Cochleas carbonibus ſuperpoſitas edere contigiſſet; pro delicijs computabat. Per ſucceſſiuas inde diei horas, ad Ludi-magiſtri hæretici domum accedebat, & ludum ingreſſus pauculos Catholicos puerulos ad Caluiniſtam neceſſitate compulſos accedentes, ipſe ad ſe vocabat, & ibi coram Sectario deſtructore pauperculos infantes Orthodoxæ Fidei rudimentis imbuebat, ſalutaribus admonitionibus præmuniebat, ne hæreticam lepram ex conuerſatione contraherent. Inde ſi per laborioſiùs patefactas ſemitas licebat (ſecundum Fratris Stephani morem, & monitum) ægrotos vniuerſos inuiſebat, inſeruiebat, miniſtrabat tum Chriſticolis, tum Caluinicolis; cunctis namq; charitatis obſequia exhibebat. Perhibuit nihilominus Catholicis ſolicitiorem operam: quàmdiù namque apud illos quadrageſimalibus ſeptenis hebdomadibus, itineris incommodo detentus perſtitit; Rectoris, & Parochi miniſteria ordinaria, ſiue extraordinaria adminiſtrare omni ſolertia, ac diligentia nuſquam deſtitit. Hæreticis interim ſicuti & Concionatori, ſic & Cooperatori perpetuo infenſis: nullum enim non mouebant lapidem; vt ſaltem in pedibus gradientes Capuccinos percuterent: deridebant, illudebant, impulſionibus perurgebant, pugnis calcibus impetebant, ab iniurioſa tandem infeſtatione nunquam illi ceſſabant, vt iſti ab Apoſtolica operatione ceſſarent; ſed fruſtra, pulſationibus enim illis quaſi ſtimulis agitati velociùs in via Dei iſti proficiebant.

Ann. Christi 1606.

Quę operatus ſit Fr. Stephani Socius per bimeſtre in Canalis Vico ob niuiũ copiã detentus.

VI. Hoc tempore & Caſtellani vices, & Iudicis locum gerens quidã Caluiniſta Catholici cuiuſdam Vallicolæ Macrenſis prædiuitis filiam in vxorẽ duxit, cõtra Sabaudi Ducis ſtatutos Canones: quamobrẽ per Fratrẽ Mauritiũ ſociũ Sacerdotẽ ad Excellentiſs. Marchię Gubernatorẽ Ducales vices gerentẽ re delata, protinus ille iuxta latã legẽ, ſponſę dotẽ proſcriptã iudicat, quã ideò Sacrę Ædi collabenti inſtaurandæ adiudicat, & aſſignat: quòd ęgrè admodũ illi, ſponſiq; pręcipuè ſufferre valentes; voluerunt impoſterum perpetuò infenſiùs Capuccinis inſidiari, non maledictis modò, ſed & deterioribus actibus moleſtando.

Catholicæ Spõſæ Hęretico nuptę dos eripitur, & pro prellabẽtis Eccleſię inſtaurationc attribuitur.

V. Cum nonhumquam acerbiori famis inedia præmerentur, & graui alimentorum inopia laborarent Satrapię Incolæ; à neceſſaria ad vitę ſuſtentationem non opulentioribus, ſed egentioribus deerant: illi enim ex eo, quod ex vna parte abundant, ſupplent ex altera deficientibus. Iſti verò cum

Eſurientes pa[illegible] extremis neceſſitatibus ſubuenit, plurimoſque Hæreticos Catholicæ Eccleſiæ reconciliat.

nullo magis, quàm egeſtate; atque penuria omni ex parte abundent; omnibus, & ſingulis neceſſarijs deficientibus, non habent, vnde ſibi ſuccurrant. Quamobrem Fr. Stephanus voluntarius pauper, non ex ſuperabundante, ſed de neceſſario ſibi ſuppeditato alimento aliquali portione repoſita, publicas elargitiones ſtatis diebus, & horis faciendas inſtituit, & inſtitutas quamdiu valuit, exercuit: eſurientes indifferenter paſcendo, atque mortales neceſſitates patientibus ſubueniendo, vt vel ſic germanam Euangelicæ legis intelligentiam, & geminas legitimæ Eccleſiæ notas proteſtaretur ſpectantibus illis perduellibus. Ex quibus quàm plurimos huiuſcemodi ſuis conſuetis pijs ſolicitudinibus, ac diligentijs mirisque præcipuè ſanctimoniæ exemplis, efficacioribus itidem cohortationibus, ſimul, & inſtructionibus Eccleſiaſtico regno reconciliauit, & Catholicæ Fidei reſtituit, ſicuti manuſcripta ad nos tranſmiſſa apographa teſtantur, confuſè tamen, & copulatiuè, non ſingillatim.

CALCVLVS QVINTVS

Fratris ROMVALDI TAVRINENSIS Apoſtolici Operarij per annos 1607. 1608.

SVccedit, hoc anno ſeptimo vltra ſexcentum & mille, Apoſtolico & onere, & opere in continuando Fratri Stephano Fr. Romualdus, quaſi Romulus alter, non pro Romanorum vrbe ædificanda, ſed pro Romana Fide propaganda: veteranus miles non minus, quàm vir probus à cunctis probabatur hic Sacer Orator Capuccinus, probatus Theologus in Magiſtrali cathedra apud ſuos præclarè regenda, dilucidè in Theologicis facultatibus publicè explicandis enituit: eoq; magis, quò eius in Perſona perpetuò renituit grauitas morum, conuerſationis maturitas, integritas vitæ, ſanctimoniæ claritas. Clarebat enim in eo exactior, regularis obſeruantia promiſſorum, ſiue præſcriptorum in religione exacta obſeruatio, religioſæ perfectionis ſolicita profeſſio, emiſſæq; tandem profeſſionis iugis memoria, atque conſtans executio: Seraphicæ in primis Paupertatis cultorem, & Prudentis Capuccinorum ſimplicitatis amatorem ſe ſe præclarioribus operibus demonſtrabat. Cum Catholicæ igitur Fidei zelo æſtuaret, huic Delphinenſi conſiderabiliori Cuſtodię Vigil, & Pugil deſtinatur, quippe qui & Vigilax, & Pugnax Cuſtos à Prætulibus Ordinis, & Operis Præfectis agnoſcebatur, atque decertator eximius ab omnibus habebatur. I.

Virtutibus clarus Fr. Romualdus huic Cuſtodię deſtinatur.

Romanæ Eccleſiæ illis in limitaribus locis inſtaurationem Fr. Romualdus aggrediens, ſuæ ſtructuræ firma fundamenta non in ſanguine Fratris, ſed in Fratris Stephani ſui Prædeceſſoris imitatione ponere, & firmare excogitauit: cuncta enim ab illo excogitata, & adhibita in miniſterio proſequendo Apoſtolica exercitia adamuſſim reaſſumpta exercuit, atque exercendo proſecutus ſedulo extitit, per biennium ſuæ ſtationis, ac reſidentiæ. Memorabile ergo ante omnia recenſendum, quòd motus diurnos, nocturnos, naturales & violentos velociores, tardiores aſcenſionis, deſcenſionis, progreſſionis, & retrogradationis perfecerit: quot circulos maiores, & minores, concentricos, & excentricos, quot lineas rectas curuas, obliquas, quot proceſſus regulares, vel irregulares perfecerit; quò irregulares deceptorum mores curuos, & obliquos nimis errores, tardiores, ſiue retrogradas reſolutiones, à bono velociores, ſiue violentos ad malum auius, nocturnos denique, ideſt obſcuros, ac tenebroſos ab Orthodoxa veritate receſſus per circulos eccentricos per lineas, & vias curuas, & obliquas, ad normam rectę lineæ regularet, & ad concentricum cum vniuerſali Eccleſia ſtatum reduceret, quòd eſt dicere: quot peregrinationes, & itinerationes fecerit, quales labores, & conatus exantlauerit, quot, & quantos ſudores, vel angores, moleſtias, pęnalitates, aduerſitates paſſus fuerit, paſſiones intrinſecus, & extrinſecus ſuſtinuerit, vt eos ad reſipiſcendum deduceret. II. Ann. Chriſti 1607.

Fratris Stephani inchoata exercitia [illegible] vigilātia proſequitur.

Quieſcens nunquam Apoſtolicus Stationarius, irrequietus ſemper, ſed fatigatus nuſquam, infatigabilis perpetuò perdurabat, vt concionaretur, vt doceret publicè, & per domos Chriſtianæ diſciplinæ elementa, rudimenta: vt ſuppeditaret Catholicis documenta, Schiſmaticis dogmata Sacra & proponeret, & exponeret: quod copioſè ipſe ebiberat de Scripturarum oraculis, de Sanctorum Patrū placitis, de Eccleſiaſticis traditionibus, Generalibus Sinodis, Oecumenicis Concilijs abundātiùs eructabat; vt ſobriè cunctos de Fidei rebus ſapere, iuſtè, & piè viuere moneret. Admonebat igitur feruentius pro ſuggeſtu Chriſticolas, etiam Caluinicolas Chriſtianè operari, non ſuperbè temerariorum more myſteria diuina perſcrutari, quod & frequentiùs pro ſuis geſtis humilioris conuerſatio- III.

Verbo, & exēplo omnes ſanctificare ſtudet.

nis

nis, religioſioris, & aſſiduæ operationis, non eminentioris ſuæ ſcientiæ in opinione, ſed purioris propriæ conſcientiæ in teſtimonio glorians confirmabat: nec enim tàm à ſe expoſito Euangelico verbo, quàm à ſe præſtito bonorum operum exemplo prædicare, prædicataſq; Orthodoxas veritates roborare ſtudebat. Studioſè igitur ſibi commiſſos populos iuxta Catholicum Diui Iacobi oraculum cõmonebat, quia non verbi etiam Diuini, nempe Euangelicæ legis obliuioſus auditor, ſed factor operis iuſtificatur apud Deum, qui à verè fidelibus non præceptorũ, & Euangeliorum ſcientiam, ſeu intelligentiam, ſed ſimplicem obedientiam, & ſolicitam obſeruantiam & requirit, & exigit.

Iacobi 1.

IV. Requirendam ergo, atque à Summo Iudice iuſtè exigendam obſeruandorum ſolicitam obedientiam præſtare vt valerent homines illi; Frater Romualdus ſufficientem præſtandorum notitiam ſingulis ſingularibus modis ſubminiſtrare satagebat: vnde vltra grauiora concionatoria methodo expoſita dogmata, Catechetico humiliori pro modulo communiora, & neceſſariora diſciplinæ Chriſtianæ rudimenta explicabat ſiue in Templo, ſiue in Sacellis, etiam campeſtribus, dum per clementiora æſtiua tempora licebat: hyemalibus autem algoribus inualeſcentibus, abundantioribuſq; niuibus de cęlo ruentibus, libero iam (iuxta regionis conſuetũ) præpedito, & interdicto acceſſu, & longiori receſſu, latitantes incolas in catabulis requirebat Frater Romualdus, ibiq; naſcentis Incarnati Verbi ad imitationem, veluti in Chriſtianæ abiectionis Academia, quaſi Apoſtolici Magiſterij ſita Cathedra, docebat de præſepio congregatos paſtores, armentarios, bubulcos, pueros, & mulierculas promiſcuæ religionis communiter, geſtiens quòd cum ſimplicibus erat ſermocinatio eius. Inſtruebat igitur rudiores domeſtica ſermocinatione, & ſermocinando vel arguebat, vel obſecrabat, cohortabatur, ſiue dehortabatur conſulebat bonum, dirigebat ad melius, à peſſimo autem, nempe à peccato ſiue ab hæretico lapſu quàm vehementer retrahere enitebatur.

Chriſtiana rudimẽta idiotis, & ſimplicioribus explicat.

V. Gaudebat quidem in ſimplicium Catechiſmo, ſed gaudens, & exultans exiliebat in Verſipellium Pſeudominiſtrorum monomachia: vnde quotieſcunq; & quomodocunq; ſibi vel caſu, vel ex induſtria, aut ex condicto oblata pugna expeditus, & hilaris in campum certaminis proſiliebat: eminebat ſingularis hic Agonotheta in doctrina, ſed præeminebat in dogmate, excellebat in poſitiua, ſed præexcellebat in ſcholaſtica facultate: quare cum hæreticum Antagoniſtam nanciſcebatur; raro aut nunquam offerendum agonem expectabat, ſed prior ipſe ad religionare certamen religionarios etiam renuentes prouocabat, acceptantes autem firmioribus argumentationibus nullo negotio confutabat, & in fugam conuertebat, & etiam fugientes proſequebatur vſquequaque, ne peruerſa ſua figmenta diſſeminarent: vnde & in facie Sectarijs reſiſtebat, & ne ſacrilegia Caluiniſtica exercerent, pro virili impediebat. Viguit igitur, & plurimùm valuit Frater Romualdus (ſicuti iugis ad hanc vſque diem perſeuerans vulgi memoria conteſtatur) in impietatis aſſertoribus, & propugnatoribus expugnandis, refellendis, & reijciendis.

Ann. Chriſti 1608.

Religionarios Antagoniſtas ad certamen prouocat, & argumentationibus confutat

VI. Sicuti & præualuit in ſubueniendis, opitulandis, & ſuccurrendis Parochis, Parœcijs, & Parochianis. Præſtò igitur in primis ſemper aderat Sacerdotibus Sacris in miniſterijs ſiue exercendis, ſiue præſtandis: Diuino cultui ſolicitè frequentando aſſiſtebat: Sacroſanctis myſterijs honorificentiùs celebrandis inſiſtebat: pœnitentium expiationes charitatiuè excipiebat: ægrotos inuiſebat, ſolabatur, corporaliter iuuabat, & ſpiritualiter ad vltimum vſque vitæ halitum adiuuabat: miſeros ſubleuabat, pauperibus miniſtrabat: quibus & ſimillimis, & vitæ integritate, & grauitate doctrinæ ædificatiuis oſtentationibus: & Catholicis amabilis, & hæreticis formidabilis, non tamen terribilis euaſerat, ſed admirabilis. Quamobrem ex illis quamplures ex eruditiſſimi ſimul, & religioſiſſimi viri ore legitimam veritatem excipientes, ad meliorem vitæ frugem ſe receperunt, ſpontè Catholico albo ſua nomina conſcribenda offerentes (ſicuti authentica noſtra monumenta communiter cõteſtãtur) vnde & Catholiciſmũ ampliauit, atq; Eccleſiaſtici regni iura dilatauit, & validè firmauit, validiùs autẽ confirmaſſet, niſi biennio expleto receſſiſſet.

Spiritualia, & corporalia miſericordiæ opera exercet.

CALCVLVS SEXTVS

Fratris STEPHANI TENDENSIS Concionatoris per annos 1609. 1610. 1611. 1612. 1613.

I. Ecce tertiò *hoc venio ad vos* (clamabat Apoſtolus) *in ore duorum, vel trium teſtium ſtabit omne verbum*. Ecce iam tertiò venio ad vos exclamare poterat Frater Stephanus, Apoſtolicus Operarius ad Varaytanos Vallicolas, rurſus hoc anno nono ſupra ſexcenteſimum milleſimum miſſus, & ex ore vnius eiuſdémque

Corinth. 2. c. 13.

Euangelici teſtis ſemel, iterum, & tertiò egredietur omne Catholicum verbum. Regreſſus namque atque reſtitutus validus Leuiticus Pugil antiquæ Stationi, ſtatuto iam olim, & ſibi acquiſito anguſto domicilio intra Parochiales Caſtri-Delphini pauperculas Ædes, expeditè, & ſtrenuè reaſſumpſit Apoſtolicæ militiæ conſueta exercitia, ſiuè certamina concionum, inſtitutionum, diſputationum, ſiuè publicorum, aut priuatorum congreſſuum: Sermocinabatur perpetuò, verbum Dei prædicabat vbiq; non in Templis modò, ſed & in foro, in domibus, in angulis, in Vicis, necnon in præſepibus, ſimiliter ſicut in pago, ita & in agro; & ſicut in lumine diei, ita & in tenebris noctium: ſiue profeſtis, ſiue ferialibus diebus; adeò vt nullæ vnquam vel breuiores pro indefeſſo Operario totius anni tempore feriæ computarentur: nullum peculiare intra totam hebdomadam Sabbatum quietis reperiebat, quia Sacrorum cultui aſſiduè vacabat, & à Sacroſanctis miniſterijs pro legitimo Deo colendo, & ſpiritualiter proximo excolendo numquam ceſſabat, nec vſquam recedebat, ſed diuinis peragendis ſedulam operam irrequietus nauabat.

Tertiò aduenieus Fr. Stephanus Apoſtolicæ militiæ conſueta exercitia reaſſumit.

Euangelicum hunc, Seraphicumque Operatorem cum Romanæ Curiæ Præſu- II.
les iam olim in multis ſæpè ſolicitum probaſſent, nunc verò multò ſolicitiorem diligentia multa in Eccleſiaſtico regno promouendo comprobarunt: quoniam à Præfecto Miſſionum electus, & emiſſus Miſſionis quidem iuſſionem, ſiue exhortationem ſuſcepit, ſed cùm ſolicitior eſſet; ſua voluntate ad Apoſtolicum opus iam tertiò profectus, perfectiùs, & ſolicitiùs demandatum miniſterium exercere ſategit. Satagentis igitur ſoliciti laborioſa in Leuitica exercitatione poſiti, Eccleſiæ Catholicæ proficuis conatibus, & vtilioribus moliminibus vt faueret Pontifex Summus Paulus Quintus; per ſublimiores Hierarchici Ordinis Cardines ampliores facultates per tempora, atque opportunitates Fratri Stephano communicauit, quibus efficaciùs fortiuſque communitus, validiùs etiam Religionis, & Fidei incrementa promouebat: Circuibat ergo Catholicus Scriba, legitimus Chriſti diſcipulus per Valles, & Villas prædicans Euangelium regni; & quoniam in non rectè zelantes Phariſæos, ſæpè ſæpiùs prædicationem verbi impedientes, vel prohibentes incidebat; ne adulterina zelotypia præfocati ſalutares ſpirituales animarum conceptus in vitam egredi prohiberentur; libera Euangelizandi poteſtas, atque muneris Euangelici exercendi facultas ſpecialiter nominatim Fratri Stephano conceditur Apoſtolica auctoritate expreſſa in diplomate (ſuo loco repoſito) à Reuerendiſſimo Taurinenſe Nuncio Petro Franciſco Coſta exarato hoc anno nono cum milleſimo ſexcenteſimo, octauo Kalendas Octobris:

Ditatus Summi Pontificis amplioribus facultatibus, validiùs Fidei incremẽta promouet.

Quoniam verò Euangelicus hic Sator frequentiſſimè exibat per Vicos, & Vil- III.
las ſeminare verbum Dei, quauis temporis etiam inclementioris captata opportunitate; ideò hominis cuiuſdam & verè diuitis, quia diuini, imò Dei ager, ideſt Eccleſia vberes fructus à Fratre Stephano excultus, agreſtibus illis in regionibus afferebat: reducum igitur, & ad Fidem Catholicam redeuntium meſſis plurima in- Ann. Christi 1609.
creſcebat, Operarij autem pauci, quinimmò Operator congrua Apoſtolica poteſtate præditus, qui Catholizandos reciperet, & vnitati fidelium adſcriberet, nullus erat remotis his in Eccleſiaſtici regni oris, & oſtijs; quamobrem recipiendi, & reconciliandi ſimulque in vtroque foro abſoluendi quibuſlibet, etiam in Bulla Cœnæ reſeruatis Cenſuris plenaria facultas Fratri Stephano ſpecialiter commiſſa fuit à ſupradicto Reuerendiſſimo Nuncio, pariter, & matrimonia conuerſorum conualidandi, atque prolem ex eis ſuſceptam legitimandi ſolemniter per publicas, & authenticas tabulas, Tabellionis legitimi manu deſcriptas, & ſignatas.

Plenariã poteſtatẽ in ſpiritualibus obtinet Fr. Stephanus.

Noua in dies pro propaganda Catholica Fide molimina, atque egregia facin o- IV.
ra aggrediens Frater Stephanus, antiqua iam olim præincæpta proſequi haud negligebat, ſed vetera nouis ſuperuenientibus perficiebat, & his & illis Eccleſiaſtici regni profectum promouebat. Poſtquam igitur tum miræ Sanctimoniæ præclaris exemplis, tum morum integritate, tum ſoliditate doctrinæ ſimul, & delegata ſibi ampliori Eccleſiaſtica poteſtate, Procerum exiſtimatione, & populorum deuotione clarus, clarior, & famoſior eius fama percrebuit. Ipſe humilitati, & manſuetudini impenſiùs incumbens, omnibus charum, & gratum & eſſe, & apparere ſtuduit: quamobrem & Catholicorum ſibi deuictis animis, & Schiſmaticorum aduerſus ſemetipſum non vſquequaq; mitigatis maleuolentijs, humaniſſimæ conuerſationis ſuauitate, beneuolentia captata, venerandus ſuis apparens, amicabili quadã ſimul, & amabili auctoritate, cœpit fidelium affectibus pacificè prædominari. Ideò quotieſcumque ad perfidorum duritiam propulſandam, & euertendam, ſiue potius conuertendam egrederetur Vir Dei; Leuitico Pugili pro ineundo Religionario certamine, vix comparenti accurrebant ex Catholicis optimates quique ſuũ Agonothetam, quocunque iuiſſet, proſequentes, ſpiritualis pugnæ ſemetipſos commilitones vltroneos profitentes. Horum igitur Aſſeclarum comitatu, & aſſiſtentia valentiùs ſimul, & validiùs cœperunt Fidei propugnacula exædificari: excreſcente enim in dies numero diſcipulorum Chriſti, Catholicorum acie confirmata regni

Opera F. Stephani propagatur Catholicitmus.

Eccleſiaſtici Status ad meliorem fortunam conſurrexit, priſtinaque Orthodoxa Fides, quæ olim fere expirauerat, reſpirare conſpiciebatur, & ad auſpicatiora aſpirare: Quoniam (iuxta Euangelicum monitum) quæ in tenebris olim dixerant

Luc. 12.

Apoſtolici Præcones, iam iam in lumine dicebantur, & quod in aurem locuti fuerant, in cubiculis, imò in Caulis; prædicabant in tectis: nequaquam ab his qui occidunt corpus, timore perſecutionum perterriti. Leuiticus igitur hic Miniſter Fr. Stephanus non doctrina, & ſufficientia modò blaſphemantibus hæreticis, & blaſphemis perfidiæ miniſtris ſilentium tandem imponere valuit, ſed & poteſtate, atque legitima auctoritate impudentiores contradicentes, & contranitentes coercere præualuit. Romanæ igitur Eccleſiæ oracula, & genuinæ credulitatis articulos, quos olim ſub Silentio, vel ſubmiſſa voce pronunciabant; modò pleno ore, & publica confeſſione palã profitebantur Fideles: quinimmò Catholica exercitia, quæ furtim olim actitabantur, nunc ſolemniter, & pompaticè celebrabantur: nam tàm Clerici, quàm Laici Fratris Stephani ducatu, & dictamine fidentiores effecti; animosè pro Eccleſia ſe ſe diſcriminibus exponebant, aduerſarios coarguentes impietatis, & pietati aduerſantes reijcientes.

Eccleſiaſticæ huius agreſtis, & anguſtæ reipublicæ cultor, & Rector Fr. Stephanus non bonis ſolis prouehendis, ſed & malis, ac malorum incentoribus remouendis ſedulò incumbebat; quapropter à Pſeudoapoſtolis inſectandis (vt iam aliàs indicauimus) nunquàm, ſeu nuſquam quieſcebat: obſeruabat attentiùs illorum aduentus vel ex ſtatuto permiſſa, vel ex temeritate vſurpata tempora, & tum Nazaræùs egrediens aduentanti leonum Catulo rugienti, & circuitu, ſiue circumuentione quærenti Chriſti ouiculas deuorare, occurrebat: perfidiam, & fraudulentiam eorum arguebat, temeritatem obijciebat, ac tandem dogmaticam

Ann. Chriſti 1610.

monomchiam offerebat, qua acceptata ex condicto, acriter decertabat, rationeq; auctoritate, & diuinis teſtimonijs eos impetebat, feriebat, ſauciabat, donec vel proſtratos benignè erigeret, vel terga vertentes, & reſilientes inſequeretur: perſequebatur iugiter, & quòcumq; ingrediebantur ſequebatur; vt ſacrilegia impediret,

Bonis prouehẽdis, & malis remouendis ſedulò incũbẽs, Fidei hoſtes inſequitur.

execranda commercia prohiberet, iterũ Phana, ſeu hæreticalia delubra penetrabat, ſermocinantes Pſeudodoctores audiebat, Sermocinationes obſeruabat, & in Sermone detectos errores annotabat, tum demum abſoluta concione, coram populo impoſtores perfidiæ, & falſitatis arguebat, inſimulabat, palamque impoſturas, & figmenta detegebat, commenta nequitiæ diſſoluebat, deprauatores ſibilabat, & ſuggillabat: quare non iam palam illi ambulabant, cùm adueniebant; ſed in abſcondito, & latenter irrumpebant fures, & latrones, vt oues mactarent, & perderent.

Perduelles igitur Schiſmatici, qui hactenus pro libito, imò pro hæretica libidine in Catholicos, & aduerſus Catholiciſmum efferam tyrannidem iamdiù exercuerant, & Orthodoxam Eccleſiam non diuexare modò, ac exagitare, ſed penitus extinguere illis in plagis excogitauerant, & nefarium hoc excogitatum ſimul adinuicem conuenientes ſceleſtiores ſectarij iam iam ad effectum perduxerant: ex improuisò conſpicientes verſam vicem Fidelium, ex viciſſitudine ſtatus, & rerum Fidei inexpectata in meliùs permutatione, obſtupuerunt, admirantes Regnum Eccleſiaſticum ſpirituale, quod Supremo funeri iam vicinum proximè tumulandum ſperabant, ex inſperatò à tumulo reſurgens, validiùs conſurgere, firmiùſque, atque glorioſiùs in dies proficere, & hoc ope quidem, & opibus vtriuſque Principatus ſpiritualis ſcilicet, & temporalis, ſed opera, & labore deſpecti vniùs pauperculi Apoſtolici Leuitæ Capuccini, nempe Fratris Stephani Tendenſis. Tendebant igitur aduerſus illum arcum ſuum perfidi Sicarij, & parabant aſſiduè, & in eo ponebant vaſa mortis, ſagittas ſuas ardentibus quinimmò

Ann. Chriſti 1611.

ardentiores efficere ſtudebant: ſed ſagittæ paruulorum factæ ſunt plagæ illorum, & infirmatæ ſunt contra eum linguæ eorum: manus tamen violentas, & iniurioſas nequaquam continuerunt excandeſcentes Caluinicolæ; quin eas ſæpè ſæpius in Apoſtolicum Clericum, certaminis Agonothetam publicè iniicerent. Intuebãtur illum ſtrenuum veræ Fidei propugnatorem, & acerrimum eum patiebantur

Sicarij Hæretici inſurgũt adu. Fratrem Stephanum.

perfidiæ expugnatorem: quare omnibus ſuis neruis, & conatibus intendebant vel eum de medio tollere, vel à propoſito perficiendo deterrere: quamobrem congredientem publicè, & de Religione diſſerentem Euangelicum Pugilem vel cum Pſeudoprædicatoribus, vel cum Antianis, ſeu illorum Diaconibus, vel etiam familiariter pro domeſtica conuerſatione Sacra dogmata elucidantem iniurijs primò, & contumelijs afficiebant; poſtmodum impulſionibus, percuſſionibus, pugnis, calcibus, verberationibus plurimis proſequebantur, & patientem, ac manſuetum Stephanum leuitam perſequebantur pulſantes, & percutientes: quibus pulſationibus, ac percuſſionibus non ſemel, aut iterum, vel aliquando; ſed ſemper religionarijs diſceptationibus, ideſt de religione diſputationibus non valentes rationibus, offenſionibus grauioribus finem imponere volebant, & violenter

prævalentes exercendæ violentiæ iamdiù aſſueuerant. Conualeſcente attamen poſtmodum de infirmitate turba fidelium, & Catholicis inualeſcentibus turmis, Archimandritam, & Ducem ſuum illæſum, & inoffenſum aſſeruare decreuerunt: quare deſcendentem illum in Fidei arenam proſequentes, & comitantes quamplures Fideles Achates, cum aduerſarios Eccleſiæ in Capuccinum Eccleſiaſtem dogmatizantem hoſtiliter iniurioſè, & violenter inſurgere animaduertebant; conſurgebant & ipſi armata manu, vt innocentem ſeruarent innocuum, & veritatis iura armis, & viribus Sartatecta conſeruarent, vnde ſæpiſſime fiebat; vt pro Religione legitima propugnanda, non pacificæ diſputationes, ſed hoſtiles digladiationes concitarentur ab Eccleſiæ perduellium impatienti arrogantia, ſimul & arroganti, ac temeraria vſurpatione. Accurrebat tamen ſedulò, & ex tempore vir pacificus, atque armatorum iurgia componere, & offendicula remouere inter contribules omni ſolicitudine, atque ſolertia ſatagebat; ſuadens pacem, & Catholicis, & Hæreticis: hos ſi quando ſuanioribus benignitatis perſuaſionibus cicurare non valebat, aſperioribus Iuſtitiæ flagellis, & repagulis coercebat ad Tribunalia deductos: vnde & renitentium peruicaciorem iram, & indignationem ſibi accumulabat, atque theſaurizabat in dies:

Catholici armata manu conſurgũt in hereticos, vt illęſũ ſeruẽt Fratrem Stephanum.

Ann. Chriſti 1611.

VII

Inuigilabat interim ac, inſiſtebat hic Catholicæ Fidei, vltimis illis in Italiæ receſſibus, Inſtaurator, nec laboribus aliquando defeſſus, vel angores pertęſus manum ab incepto opere amouit, quinimmò libentiùs, & valentius quotidie admouebat; vt Eccleſiaſtici ſpiritualis regni accrementa promoueret, vniuerſa Eccleſiarum earum, & ſpiritualia, & temporalia bona reſtituendo, quòd Romano Pontifici, & Sacræ Curię cum plenariè innoteſceret; hunc Diui Franciſci alumnum, qui Dei Eccleſiam nouo ſemper fœtu multiplicare ſtudebat, & ipſi Præſules nouis etiam ac amplioribus facultatibus ditare, & dotare perſeuerabant. Ideò per Eminentiſſimi Cardinalis Arigonij ſpeciales litteras (ſuo calculo ſignandas) hoc anno vndecimo poſt milleſimum ſexcenteſimum Fratri Stephano nominatim conceditur; vt quemplam ab libitum ex Capuccinis Confratribus Notarium Apoſtolicum creare, & nominare valeat; non ſemel, ſed toties quoties reducum Catholizationes excipere opus fuerit. Iterum vt rebelles etiam relapſos, tam ex varaytana, quàm ex adiacentibus Conuallibus Originarios reconciliare Eccleſiæ valeat, niſi inſigniores Perſonæ extiterint, quia tunc Reuerendiſſimi Nuncij Taurinenſis prius ad hoc nutum expectandum præcipit.

Nouis facultatibus ditatur hoc anno Fr. Stephanus.

VIII.

Potens igitur opere, & ſermone, ſed prępotens delegata auctoritate, ſedulus in actione, & ſolicitus in ſua cuſtodia vigilax excubabat Fr. Stephanus, ciuſque vigilantiæ preclariora teſtimonia quotidie magis in auribus Apoſtolici Magiſtratus, & Eccleſiaſtici Romani Senatus reſonabant: vnde Patres conſcripti, quin ipſe Pater Patrum Paulus V. ſuum induxit in animum, fidelem ſeruum, & prudentem Operarium nouis hoc anno duodecimo ſeptimi ſeculi cumulare facultatibus, & ſpecialibus delegatis auctoritatibus, quibus non ipſe modò liberè vteretur; ſed & quas tam Clericis, quàm Laicis Caſtellanie Delphinenſis communicaret: facta poteſtate iis, quibus magis expedire ſibi videretur retinendi, & legendi Noui Teſtamenti Codices idiomate Gallico exaratos, & comprobatos, ſicuti conteſtantur litteræ Eminentiſſimi Cardinalis Arigonij, peculiari numero referendæ. Quia enim candidæ veritatis oſores, & Sacrorum Codicum deprauatores Hæreſiarchę Latina cunctorum gentium peritioribus communi, ac fideliori reiecta, maternam, & vulgarem cuiuſlibet nationis linguam elegerunt: vtpote excogitatę deprauationi magis idoneam (quippe quæ corruptus paſſim vocibus, verbis, & notis ſcateat) qua Sanctos libros ad libitum, imò pro libidine conſcriptos, diuerſimodè ederent, & ſic tot prodirent Scripturę diuinæ verſiones, quot humanæ linguæ, ſiue Barbarę locutiones audirentur: vt manifeſtè appareat; Hęreticalis Synagogę edificium Babylonicũ eſſe faſtigiũ mox deſtruendum ex confuſione linguarum, & à Deo inflicta, & à Nembroticis ſtructoribus diuino, & iuſto iudicio acti voluntariè aſſumpta. Ab his igitur Beli cultoribus, & Babelis Aſſeclis, ſciolis balbis, & de religione importunè balbucinantibus diſceptatoribus, ſiue potius deceptoribus, & preſtigiatoribus vt ſibi precauere valerent fideles & Clerici, & Laici; neceſſarium fore exiſtimauit Fr. Stephanus, materno nempe Gallico idiomate impreſſos nouę paginę libros emendatos permittere, eorumque ordinariam lectionem nonnullis habilioribus admittere, ne ſcitu neceſſaria perdiſcere omitterent.

Ann. Chriſti 1612.

Iterum accipit facultates a Summo Pontifice.

IX

Sicuti nec ipſe Fr. Stephanus Apoſtolicum munus, quouis diſcrimine ſeu periculo obire aliquando omittebat, vt ex ſequentibus apparet. Cum ad oppidum Canalis nonnunquam applicuiſſet, intellexiſſetq; inibi quadam in Sectariorum domo Pſeudominiſtrum Caluinicolam ſermocinari, & Conuentum agere, ex-templo Sacer Antagoniſta illò cum Socio Sacerdote aduolat, & triclinium, vbi Hæreticum tripudium habebatur, penetrat, Catholicis quibuſdam Oppidanis viris aſſociatus, vt Impoſtoris figmenta nigro carbone notaret, & opportunè tàm de-

prava-

prauatam ſermocinationẽ, quàm ſermocinantẽ deprauatorẽ debita caſtigatione corrigeret: quòd vbi primùm cõgregati deſipiẽtes volũtariè decepti animaduerterunt; eò furoris, & amentiæ iracundia perciti deuenerunt; vt ex-tempore vnanimiter facto impetu in binos Religioſos viros vniuerſi Sectarij irruerint, atque manſuetiſſimos Sacerdotes pugnis, calcibus (iuxta Hæreticorum morem, ſiue rabiem) percuſſionibus, impulſionibus, eò vſque verberarent; quouſque omnem indignationem ſuam in eis complerent, Capuccinoſque Sacerdotes arreptos, & raptatos violenter domo eiecerint. Quo nefario ſcelere iuſtè laceſſiti Catholici Comites, cum ad ſui ductoris, & Agonothetæ defenſionem vlciſcendæ iniuriæ propoſito inſurrexiſſent in perduelles inuaſores; Angelus pacis Fr. Stephanus indulgentiæ, non vindictæ Miniſter, & Profeſſor Euangelicæ vlciſcendi methodi protinus in medio ſtans, vtriuſque partis tranquillatis humillimè, & efficaciter animis, excandeſcentiæ extincto feruore, ſe nequaquam violentia offenſum, ſed iniuria honorificatum palam profeſſus, toto corde ſibi illatis dimiſſis offenſionibus, ſimultatum ſemina cuncta ſemouit, & extinxit. Præclaroque inuictæ ſuæ patientiæ, & Chriſtianæ charitatis publico, ac manifeſto illo exemplo, Chriſti Domini Legiſlatoris imitationem genuinam, & legitimam latæ legis Euangelicæ intelligentiam palam & profeſſus, & proteſtatus eſt: tàm Fidelibus, quàm perfidis: opportunè oſtentans verùm ſe Apoſtolicum Doctorem, qui non excogitata commenta, vel compoſita verba venditaret ſeductis homuncionibus, turpis lucri gratia; ſed legalibus præceptis, & perſcriptis iuribus compoſitos & mores, & actus præſtare ſatageret: vt Fidelibus populis ab erroribus crutis, viam veritatis, & saluationis demonſtraret:

Duriſſimè verberatus à Congregata multitudine Sectariorũ, patiẽtię exẽplum prębet.

X. Quoniam verò non vnius ſolius Caſtellaniæ Caſtri-Delphini terminis arctabatur Apoſtolici Operarij Fratris Stephani operoſa charitas, ſed ad cohærentes Cõualles, & contiguas Italicas oras ſe ſe extendebat, quia limitaneis vniuerſis illis Eccleſijs periclitantibus accurrere, & ſuccurrere contendebat: Ideò Romanus Supremus Antiſtes, quò hunc validum ſpiritualis Eccleſiaſtici regni propugnatorem, & Promotorem propagandæ Fidei Orthodoxæ, & Chriſtianæ pietati ampliandæ aptiorem, & efficaciorem redderet; amplioribus eum ſpecialibus facultatibus cumulauit: Confirmando in primis omnes, & ſingulas Fratri Stephano delegatas auctoritates tenendi, & legendi, ſimul & alijs concedendi facultatem, pro interdictis codicibus vtendo: item Sacramenta adminiſtrandi. Concedendo de nouo eidem nominatim Fratri Stephano; vt in toto Salutienſi Marchionatu quorumcumque ad ſe accedentium confeſſiones excipere, ad bonorumque Eccleſiaſticorum recuperationem agere de Ordinarij licentia valeret: tandem vt ſe abſente Hereticos recipiendi Vicarias vices Caſtri-Delphini Parocho poſſet committere: Diſpenſando denique, & liberam poteſtatem faciendo prænominato Fratri Stephano; vt pecuniaria ſubſidia ære Apoſtolico præſtita in pios vſus, ideſt paramentorum, & Eccleſiaſticorum ornamentorum comparationem, & prouiſionem impendere, & expendere poſſet. Et alia plura indulgendo, quæ proprijs numeris, & litteris calculantur. Quibus poteſtatiuis & titulis honoratus, & honoribus oneratus Capuccinus Sacerdos ſpiritualis Eccleſiaſtici regni illis in regionibus inſtaurandi zelo in dies magis exardeſcebat: vnde excogitandi, adinueniendi, & exequendi præmeditata ad hoc pia molimina, nullum finem faciebat, nec aliquando à confirmandis Fidelibus, & rebellibus reducendis quieſcebat. Huic egregio facinori ſiue præclaro operi perpetuò intentus, nullo vnquam licèt grauoſo oneri, ſiue oneroſo grauamini ſuccubuit; ſed inceſſanter infatigabilis perſeuerans, & noctes laborioſas, & dies operoſos, & menſes non vacuos, ſiue vberes plures annos nempe integrum luſtrum in ſtatione, tertia iam vice excubans, tranſegit, cui antequam extremum Colophonem imponamus, illud recenſendum.

Ann. Chriſti 1603.

Quibus poteſtatibus & titulis honoratus fuerit Fr. Stephanus.

XI. Quod conteſtes plures omni exceptione maiores conteſtantur de patientiſſimi huius Seraphici Athletæ conſtantia, quem aliquando Canalienſi pago, poſt habitã concionem, Caſtro-Delphino regredientem, moxque populationi approximantem impius quidam Hæreticus ſicarius, veſperaſcente, iam die, in itinere ex-improuiſo aggreſſus eſt, geminoque pugione armatis manibus cominus illum veluti vulneraturus adorſus eſt, minaci, & acerbiori voce exclamans: modò modò te interficio nequiſſime Proditor, ſeductor populi, Hypocrita, populorum deceptor: Iam iam enim vniuerſas has regiones peruertiſti, & habitatores ſeduxiſti Pſeudopropheta ſubdole, & inique: quibus, & conſimilibus contumelijs, & minitationibus eum perurgens, perſeuerabat protenſis pugione armatis manibus illius vitæ comminari, & internecionem, ſeu ſaltem vulnerationem intentare: tunc impauidus Pugil nequaquam indecora fuga propriæ ſaluti conſulendum exiſtimauit; imò verò decora morte æternæ ſaluationis quietem acquirendam excogitauit: quàmobrem Superni patrocinij ſubſidio confirmatus, obuius inuaſori ſtans reſpondit: Ego Fr. pro Apoſtolico iniuncto mihi munere fideliter

Minitatam mortem non timet.

obeun-

obeundo, temporalem hanc vitam libenter profundo, vltròque internecioni me offero, vnum illud à te requiro; vt & orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam prius mihi liceat recitare, tum flexis genibus, manibus in Cœlum protenſis, meorum criminum expoſtulata venia, & anima Deo commendata, præcidēdas tibi meas ceruices ſponte porrigam, vt tu deſideratum facinus, & exoptatum opus ad libitum perficias: vnicum enim perpetuò mihi verum gaudium & computaui, & eò magis modò computo, ſi Diuinæ volūtatis decretum in me per tuas manus adimpleatur. Quibus dictis, quibuſdam quaſi incantationibus cicuratus gladiator à vulneribus quidē abſtinuit, ab iniurioſis tamen verbis, calumnijs, & blaſphemijs non ceſſauit, ſed in itinere progredientem vituperationibus, & comminationibus proſequutus eſt vſque ad Villæ ingreſſum: tunc enim & perſecutor ſtetit, & perſecutus Religioſus viator ad propria regrediens peruenit. Et nouis circa finem huius anni à Reuerendiſſimo Nuncio Coſta acceptis facultatibus quinquennium in hoc Apoſtolatu compleuit, & receſſit.

CALCVLVS SEPTIMVS

Fratris BERNARDI ab AVGVSTA PRÆTORIA Concionatoris per annum 1614.

Animarum zelus F. Bernardi.

Ann. Christi 1614.

VEteranus Apoſtolicus miles Frater Bernardus, poſtquàm Fratri Philippo I.
à Pancalerio Miſſionum Prefecto plures per annos fideliter collaboraſſet, & ſtrenuè commilitaſſet in Miſſionalibus ſtationibus Marchiæ Salutienſis (ſicuti proprijs calculis ſignauimus) tandem hoc anno tertiodecimo vltra ſexcenteſimum millenum circa finem, Euangelici belli dux ipſe emittitur, & Caſtri-Delphini Cuſtodiæ in excubijs ipſe præficitur, Fratris Stephani Tendenſis ſucceſſor deſtinatus. Acceſſit igitur ad Italica aſperiora, & remotiora illa limina, & cum Gallicanis illis in oris Eccleſiaſtici ſpiritualis regni ſtatum iam iam firmiter reſtitutum, ac bene conſtitutum reperijſſet; & parta conſeruare, & quæ paranda ſupererant, acquirere ſe viriliter accinxit. Adoritur igitur Apoſtolicum opus intrepide, & indefeſsè progreditur Diuini Verbi prædicatione, ſcripturarum Sanctarū dilucida explicatione, ſimul & peruerſorum dogmatum confutatione nec non Orthodoxæ Fidei rudimentorum expoſitione: ſimplicioribus, ac iunioribus prima ſciendorum elementa, grandioribuſque Fidelibus Sacroſancta adminiſtrabat Sacramenta omni ſolicitudine & ſolertia: pœnitentium confeſſiones etiam prolixiores indefeſſa patientia excipiendo, & ad meliorem frugem accedentes ad ſe criminoſos ſuauiter deducendo: ſuaſorijs quidem verbis, & humanioribus commonitionibus alliciebat, ſed integerrimæ vitæ, & religioſæ conuerſationis exemplis efficacioribus ad chriſtianam pietatem, & honeſtiores actus pelliciebat etiam nequiores, ac ſceleſtiores.

Citatur Miſſionarius, & Sacerdotes Catholici.

Hæc tempora circiter, in malum peruigiles Religionarij ſubreptitia nonnulla II.
fauorabilia à Regijs Adminiſtris Chirographa, ſiuè indulta extorſerat, quibus in Viennenſis Galliæ Caſtellana tota Satrapia Caluinianæ Sectæ profeſſoribus Caluiniſtica ſacrilegia, non iam in Canalis ſolo Oppido, ſed ipſa in Caſtri-Delphini Villa exercere permittebatur: Templa aperire, Pſeudominiſtros conducere, & publica profanationis exercitia profiteri, concedebatur. Horum igitur indultorum pro ſolemniori, & validiori publicatione coram Prætore ad comparendum Gratianopolim, ſiuè Brigantium interpellati iuridicè fuerunt aduerſantes Catholici nempe, qui præcipui præſident inter eos optimates, Sacerdotes, Parochi, & ſignanter Antagoniſta Capuccinus Miſſionarius, qui illicò cauſam Fidei propugnaturus, nonnullis Parœciarum Rectoribus aſſociatus, Gratianopolim verſus brumali tempore, niuibus, & glaciebus obſita itinera nudipes calcans, candidaſq; & niues, & glacies proprio è cruribus defluente ſanguine cruentans, tandem laborioſè, & doloroſè coram Magiſtratu ad opponendum comparuit. Reſident Gratianopoli bini Magiſtratus, quorum primus Parlamentum, ideſt ordinarius Senatus dicitur, & de vniuerſis vniuerſo Delpinatui ius dicit: alter verò Camera Edicti nuncupatur, quæ ſolius religionis & Catholicis, & Caluiniſtis iura diſcernit: vnde promiſcuè Catholicis & Caluiniſticis Præſidibus conflatus exiſtit. Fidei igitur, & religionis negotium peracturus, atque pertractaturus, Camerarios Fideles Iudices priùs ſingulatim ſingulariter conuenit, quibuſq; valuit efficacioribus officijs, & deprecationibus cauſam Fidei, & religionis periculum maximoperè commendauit, & pro Eccleſiaſtici Regni iuribus tuendis ſingulos interpellauit. Hi igitur interpellati quòd in Orthodoxæ veritatis fauorem perficere, & excogitauerant, & polliciti fuerant, conabantur. Aduerſantes Hæretici collegæ è contrà, pro

fouenda

fouenda perfida inficere nitebantur: vnde Camerarij hi Coniudices, cum haud ſatìs inter ſe conuenientes pronunciandam diffinitiuam ſententiam perendinarēt, ſiue protelarent; perurgentibus proximè imminentibus Natalitijs celebritatibus, religioſi Fidei Procuratores à proprio præſtando munere interpellati, re infecta regredi coguntur. Antagoniſtarum igitur captata abſentia callidiores Sectarij, nulla Sabbatorum habita ratione, perfidiæ cauſam proſequentes, importunè adeò coram Prætorio obſtrepere, & oblatrare perſeuerauerunt; vt ne in nouiſſimum venientes Iudices ſugillarent; tandem ij in fauorem impietatis ſententiale ſuum votum ediderunt, & protulerunt. Cuius infauſtioris exitus triſti accepto nuncio Fr. Bernardus, tamquam ſi pedibus alas addere, & affigere valuiſſet; per gelidas aquas, & altiores delapſas in montibus niues animoſè, ſed ærumnoſè erumpens, haudq; cum mediocri propriæ, & comitis Sacerdotis vitæ diſcrimine, ſaxoſa, & aſperiora montana itinera peragens, iterum coram Camerarijs Prætoribus fidenter ſe ſiſtens, tantùm inſtitit, & validiùs ita inſtauit, efficacioreſque adeò Patronos, & pios Tutelares tot aduocauit, & interpellauit; vt tandem aliquandò telam, quam perfidię aſſertores longiori plurium dierum intercapedine orditi fuerant, ipſe breuioris temporis ſpatio diſſolutam euaneſcere faceret: pleniori namq; relato reſcripto, indulta nouatoribus abroganda obtinuit, & Sectarijs, vt in Delphinenſe Caſtellania intra antiquos ſtatutos Caluiniſticæ Sectæ terminos ſe continerent, præcipiendum, & mandandum reportauit: nempe vt in ſolo vico Canalis religionaria ſacrilegia liberè, in Bellini Oppido ſemel in menſe, loco determinato, in Caſtri-Delphini Villa & nuſquam, & nunquam exercere valerent. Sicque de proſtratis hoſtibus honorificentiora trophæa reportans, cum reptans per conſuetas Alpium Cottiarum vias, grandioribus niuibus clauſas ad propria remeare nimis diſcriminoſum cenſeretur; longiora, ſed tutiora per Sabaudicas oras, & Seguſinam Vallem diuerticula quærere compulſus, feſſus, & laſſus demum ad Delphinenſem ſuam ſtationem regreſſus, reportatum reſcriptum pro roſtris promulgandum curauit, & præſumentibus ſilentium, & terminum impoſuit.

Hæretici captata Catholicorũ abſẽtia fauorabilem ſentẽtiã reportant.

Sed Fr. Bernardus indulta nouatoribus abroganda obtinet.

III. Aduentantibus importunè Pſeudoprædicantibus, vniuerſiſque nefariæ Caluiniſticæ Sectæ propugnatoribus palam, & in facie reſiſtebat contradicebat, & animoſè eos impietatis arguebat, ſuaque leni ſufferentia, & ſana doctrina iurgia, & hæreticalia figmenta diſſeminantes confundebat, confutabat, & reijciebat: vnde credibile fuerit; ipſum ſicuti & anteceſſorem, neotericorum Euangelizantium reformatam, ſiue effrænatam manſuetudinem expertum fuiſſe, dum nouatores illi nouatianas ſuas Sectas, non dogmatica pugna, ſed iteratis pugnis, non codicibus, ſed calcibus nec rationibus, ſed irriſionibus, & deriſionibus propugnare conſueuerunt, & Apoſtolicis ſuis antagoniſtis non diſtinctionibus, ſeu explicationibus doctrinalibus, ſed percuſſionibus, & verberationibus aſſueuerunt reſpondere.

Ann. Chriſti 1614.

Pſeudoprædicãtibus publicè reſiſtit, ſuaq; doctrina cõfundit.

IV. Non tamen ille deſpondebat animum, ſed reſpondebat pro malis meliora bona: à quibus enim ſuſtinebat aduerſa, procurabat proſpera, & ijs perpetuam parabat vitam, à quibus mortales patiebatur inſidias. Nunquam enim deſtitit pulſare, ſed Sedulus perſtitit propulſare Hæretico ſopore detentos, quouſque plurimos à Sectario lethargo diſſopitos priſtinæ reſtituit Catholicæ veritati, vigilantiæ, & ſanitati: non paucos namque à Fratre Bernardo hæreticè deſipientes, & errantes Eccleſiaſtico Ouili reſtitutos, communis oppidanorum, & ſeniorum conſtans fert traditio, quorum tamen diſtincta nomina, & diſcretam notitiam hactenus ignoramus. Illud pro comperto habentes, & firmiter tenentes: quòd operoſus hic Seraphicus Leuita nunquam otioſus, ſed ſemper laborioſùs multa ad propagandã Fidem, & præſertim quæ Apoſtolici erant muneris, & oneris fideliter præſtitit, & plura præſtitiſſet; niſi nondum perfectè elapſo vnius anni Curriculo, vt aliò accurreret, reuocatus abijſſet, & ſibi viciſſim ſuccedenti ſuo Anteceſſori ſtationem ceſſiſſet.

Errantes plurimos Eccleſiaſtico Ouili reſtituit.

CALCVLVS OCTAVVS

Fr. STEPHANI TENDENSIS Concionatoris per annos 1615. 1616. 1617.

I. EN tandem iam quartò aduenit Fr. Stephanus ad Caſtri-Delphini Stationem cuſtodiendam, & proprij nominis, ſiue quater iam repetiti certaminis coronæ circulum in quadruplicatæ iam Miſſionis quadrangulo firmauit, laborioſique ſtadij curriculum in quaternario compleuit. Extremos igitur circiter menſes anni quartidecimi poſt milleſimum ſexcenteſimum remiſſus regreditur Seraphicus Leuita ad prædeſtinatam ſibi Diuina prouidẽtia obſeruandã Cuſtodiã

Varayranæ Vallis: Caſtellanæ ergo illius Satrapiæ Primarius hic Reſtaurator toties iam ſibi commendatam, & commiſſam Miſſionem protinus vt de nouo repetijt, denuò accuratè reuiſit, & ſolicitè perluſtrauit: haudque vel ſenectute grauatus, vel pluries repetitæ reſidentiæ perennitatem pertæſus, elanguit in opere; quinimmo ea, quæ retrò fuerant, obliuiſcens ad anteriora, atque altiora ſimul, & inſigniora, difficilioraque ſe ſe extendit, non minus proficua, quàm neceſſaria Eccleſiaſtico Regno promouendo ad aggredienda. Cum enim ſuæ Stationis tum Pagos, tum Parœcias perluſtratus, & Fidei ſtatum, & perfidorum indefeſſos, ac infenſos conatus exploraſſet; animaduertit, perduellium audaciam eò temeritatis perueniſſe; vt nulla prorſus præſcriptorum iurium habita ratione, omni penitus conculcato, atque neglecto ſtatuto limite, per Satrapiam vniuerſam effrenè debacchari: Caluiniſticos Sacrilegos ritus vbique exercere præſumentes Fidefragos, atque perpetuos iuſtitiæ deſertores, pro libito, non pro licito tribus in Oppidis, in Caſtroque Delphino præcipuè, & Ponto hæreticas ſuperſtitiones publicè profiteri impudenter, & petulanter.

Quarta Frat. Stephani Miſſio, ac laborioſa ſolicitudo.

II. Huic igitur & temerario auſui, & irrationabiliori præſumptioni opportunè vt accurreret Fr Stephanus, & Catholicæ Eccleſiæ imminens maximum malum vt prohiberet, ac protinus pacificè remoueret; Caluinicolæ Sectæ Primarios, & Patronos coram regiæ iuſtitiæ Caſtellano Iudice interpellauit, & aduocandos curauit, atque pro conſtitutorum iurium debita obſeruantia expoſtulauit: contradicentibus autem, atque iniuria magis, quàm iure reluctantibus Sectarijs, animaduertens Frater Stephanus fruſtra ſe hic coram inferioribus tribunalibus futilibus verbis, & iurgationibus clamoroſis conterere tempus, ex-tempore nec paucis incommodis, nec paruis laboribus ſe ſe exponens, Lutetiam Pariſiorum verſus iter ſecundò arripit, infatigabiliterque colles, & aſperrima iuga montium ſuperans, aſpera, ac Saxoſa, iterum lutulenta, & aquoſa calcans itinera, tandem Pariſiorum celeberrimam Vrbē appulit, ibi iam olim aliqualiter & ipſe notus, & ipſius agnita integritate, vitæque Sanctimonia fidentiùs coram Supremo Magiſtratu ſupplicibus datis libellis poſtulat; vt inter Henricum Quartum Regem, & Galliarum Regni populos in Codiuico (vulgariter Nantes) initi fœderis Canonum, ſiue Capitulorum ad obſeruantiam compellerentur Religionarij, ne inibi prætenſæ religioni præſcriptos tolerantiæ gratioſos terminos liberè adeò tranſilirent: termini antē Alpes Franciæ, & Italiæ diuiſoriæ aſſignabantur. Acceptata namque, & ſolemniter illa Codiuici iura promulgata Gallicanis Sectarijs, citra non trans Montes Caluiniſtica dogmata liberè profiteri indulgebant, & nequaquam vltra, vel extra exercere hæreticalia miniſteria permittebant. Opponebant ex aduerſo ſtantes Schiſmaticæ Sectæ tutelares, & defenſores atque inſtanter efflagitabant, ſe ſe iuxta a Domino Aldigherio Regio Viennenſis Galliæ Adminiſtratore Caluiniſta indultas conceſſiones iudicari, & prætenſæ religionis cauſas pertractari; ita vt nullo adhibito moderamine, omni remoto limine, nullis circunſcriptis terminis, vbilibet impunè ad profitentis libidinem vnicuique liceret Caluiniſmum excolere. Ex igitur ab vtraque parte allegatis iuribus, & expoſitis poſtulationibus perſpecto, & Catholici Leuitæ laudabili, iuſtoque veræ Religionis zelo, & detecta Caluinicolarum impudenti, ac irrationabili zelotypia, maniſeſtè apparente cauſæ iuſtitia, Supremi Senatus Regij Præſides pietatis, & veritatis propugnatorem Frat. Stephanum benignè excipientes, audientes, & exaudientes poſt congruam ſufficientem, & exactam rei conſultationem, pro iuſtitia, & iure, imò pro legitima religione ad religioſi Sacerdotis votum ſua vnanimiter præſtiterunt vota, protulerunt ſententiam, atque Senatus conſultum pronunciauerunt: ſub nonis Iunij anni quartidecimi ſexcenteſimi & milleni.

Pariſios pergit pro conſtitutorū Iurium debita obſeruantia.

Ann. Chriſti 1617.

III. Regij igitur Pariſienſis tribunalis humiliter excepto, & gratanter accepto, atq; acceptato iuſtiſſimo prolato Canone, regreditur Frater Stephanus, & in regreſſu Gratianopolim peruenit, Gratianopolitanoq; Prouinciali Magiſtratui ſuæ Luteriam verſus profectionis, & inde relatæ prouiſionis cauſas aperit, & cauſæ meritum, ac ſtatum coram publicè maniſeſtat, lataeque, atque Pariſijs prolatæ ſententiæ recognitionem, & executionem poſtulat: quibus poſtulationibus auditis, & examinatis, vniuerſi Gratianopolitanæ Cameræ Adminiſtri (licèt ex parte Caluiniſtæ) exhibitum pro Fide Catholica decretum, & confirmarunt, & exequendum mandarunt. Quamobrem amplioribus & ſententiæ, & confirmationis diplomatibus authenticis præmunitus Frater Stephanus alacer, & exultabundus ad Stationarios ſuos lares reuertitur, & ex-templò pro Roſtris promulgata, Religionarijs indicēda curat Regia, & Senatoria reportata iura: quibus Sectarijs, cunctis ſub grauioribus cōminatis penis, interdicebatur exercere hereticalia miniſteria extra toleratos limites, in Oppidiſque ſignanter Ponti, Caſtri-Delphini, & Bellini, ad quem hunc tertium Pſeudoprædicanti menſtrualis ſolummodo acceſſus permittebatur. Nequaquam tamen Caluinicolis prohibendo, quin in Canalis Vico intra indultos ter-

Pariſienſe Decretum a Gratianopolitana Camera confirmatur, & exequi mandatur.

minos incluſò ſuos liberè Sectarios ritus percelebrare valerent. Quæ omnia ægrè admodum, atque iniquiſſimo animo ferentes perduelles Fidei, cum conceptum in corde virus aliter euomere, & aduerſus Catholicam Religionem eructare non præualerent; voluerunt nulla interpoſita mora ex oppoſito, & contra Canalis Parochiale S. Laurentij legitimum Templum adulterinum delubrum communibus ſumptibus, & publico ipſorum ære expeditè conſtruere, & inibi ordinariè, ac publicè, quin ſolemniter caluiniſticos ritus inſtituere, & frequentare, maiori quàm antea in Fratrem Stephanum iracundia exardeſcentes, iniqua, & noua plura in eum molimina excogitantes, ex quibus tamen omnibus eripuit eum Dominus, pro cuius honore & Eccleſia iuges, & quotidianos grauiſſimos labores exantlare numquam ceſſabat. *Exardeſcentes Hæretici noua in Fr. Stephanum mala machinantur.*

IV. Obſtupuere vniuerſi tàm fideles, quàm perfidi in expedito regreſſu Fratris Stephani, & ab eo relata ad votum efficaciori expeditione, nec plenè, ſeu ſatis ſufficiebant intelligere, quo pacto alienigena fraterculus pauper modicus, & deſpectus contra potentiſſimos aduerſarios, coram eminentioribus tribunalibus, à Supremis Magiſtratibus validas adeò, atque amplas prouiſiones ex-templò reportaſſet. Improbabant verò Catholici, nec æquo animo ferebant, quòd ex quaternis Caſtellaniæ Villis, tribus Catholicis ferè vniuerſis habitatoribus conflatis Ponto ſcilicet, Bellino, & Caſtro-Delphino, in quo præcipuè, & ordinariè fixa reſidet Apoſtolicorum Operariorum ſtatio, reſidentia, & preſentia integro Catholiciſmo reſeruatis, quartam diſtantiorem Canalis Villeculam Sectarijs quaſi cunctis incolis occupatam Caluiniſmo expoſitam dereliquiſſet, & veluti derelictam, vtpote remotiorem, & Gallijs proximiorem hæreticis incurſionibus expoſuiſſet: ſecus autem ſibi diſponendum Fidei negotium fore videbatur, nempe vt in vnico Caſtri-Delphini pago pagani vniuerſi Satrapiæ Caluiniſtæ includerentur, vbi aſſiduo, & præſentaneo Miſſionis, & Miſſionariorum antidoto, curari, vel ſaltem ab vlteriori grauiori lapſu prohiberi, & retineri valebant. Verum enimuerò, & prudens, & zelans oculatus Leuita à fidelibus ſibi oppoſitis obiectionibus, nullo negotio, adequatè, & complete ſatisfecit ſapientiori huiuſcemodi reſpõſo: Fratres mei ſicut cor inter corporis membra, ita & Caſtrum inter huius Caſtellaniæ Oppida omni diligentia ſolicitudine, & vigilantia eſt aſſeruandum, validiùſque propugnandum: expugnata namque Arce, hoſtibus cuncta patent. Quamobrem media Caſtri-Delphini Villa veluti Vallari centro à perduellibus Eccleſiæ cuſtodita, & reſeruata, facilè fuerit; & ſuperuenientes Fidei aduerſarios propulſare, & circumſtantes expugnare. Verum quidem eſt, quòd à corde diſtantioris affecti membri non ita facilis ſequitur curatio, ſed iterum veriſſimum apparet; quòd à remotioris languentis conſenſu, ſeu coniunctione nec itidem adeò peruia ſanorum patet infectio: faciliùs autẽ vt in plurimùm deficiunt, & inficiuntur ſani, quàm ſanentur, & reficiantũr infecti hæretica præcipue tabe confecti. *Fr. Stephani maturitas, & prudentia.* *Ann. Chriſti 1615.*

V. Hæretica ſuperbia ſicuti Dei, ita & hominum: & veluti Magiſtratuum, ſic & Principatus contemptum inducit, neque enim temerarij, & impudentes aut Deum timent, aut hominem etiam vel Coronati Capitis, vel Togati habitus reuerentur. Quotidiana, ſiue manualis id nobis confirmat perantiqua experientia in hac præcipuè Caſtellana Satrapia, cuius Satrapæ Philiſtinorum, ideſt Hæreticorum Archimandritæ iuxta præſcripta iura intra iuridicos terminos non ſufferentes coarctari, egredientes alterius delubri in interdicto loco Caſtri-Delphini nouum ædificium aggrediuntur, contra duplicata, quinimmò multiplicata interdicta, Senatuſq; Conſulta, ſemel, & iterum per Fratrem Stephanum relata à Supremis Gratianopolitano, & Pariſienſi Magiſtratibus: quòd vt primùm innotuit vigilaci Excubitori Capuccino, illicò accurrens, & occurrens interdicentia, & prohibentia edicta tranſgreſſoribus obijcit, & iuridicè indicit, contra enitenteſq; vniuerſos pacificè, atque amicabiliter cohortatur; vt Regijs, ac Legalibus mandatis obſequentes à temerario incepto auſu, & vetito facinore abſtineant. Verùm enimuerò contumaces illi ſibi aduerſantia licèt iuſta, ac legitima iura iamdiù flocci-pendere, imò contemnere aſſueti, beneuolum pariter, & monitorem paruipendere addiderunt, cui non honeſtum, ſed iniurioſum aſperum, ac minax reddentes reſponſum reiecerunt. Quamobrem temerariorum peruicaciam validiori potentia, & potentiori auctoritate reprimendam proſpiciens, nulla interpoſita mora, ſed expeditè Gratianopolim verſus dirigit celeres ſuos greſſus, quò perueniens, & coram Iudicibus Camerarijs comparens inobediẽtiam publicas latarum legum tranſgreſſiones explicat, & pro opportuno, atque congruo remedio expoſtulat: quòd benignè, & expeditè illi concedentes, ad zelotis Capuccini Leuitæ iuſtum placitum adiudicantes, pro exacta antiquorum iurium obſeruantia nouum decretum proferunt, quo communitus Fr. Stephanus haud remiſſiori, quin velociori regreſſu ad ſuos reuolat, & Caſtrum-Delphinũ vix appulſus, recenter relatum interdictiuum, & præceptiuum edictum promulgandum, & aduerſariæ parti iniun- *Prophani Delubri noua cõſtructio impedita.* *Fr. Stephanus nouũ Decretũ reportat.*

gendum, ac præſentandum curat, cuius & timore, & vigore perterriti ab incepta ſtructura reſilientes, quod iam conſtructum fuerat deſtruere compulſi, occeptatū necdum completum opus dimerunt: Senatorijs quidem iuſſis obtemperantes, ſed aduerſus Capuccinum Sacerdotem iracundia exardeſcentes, ob idque præcipuè multoties mortem illi minitantes, interim opprobrijs & iniurijs illum perpetuò proſequebantur.

Auſterus, & rigidus inuigilabat indefeſſus in ſua cuſtodia verus hic Minorita Capuccinus, perpetuò abſtinens, qui proprij Corporis (non dico) commodis, quinimmò neceſſarijs alimentis neglectis, & quaſi ordinariæ obliuioni traditis, quidquid, vel domi, vel foris refectionis hora vel obuium, vel appoſitum reperiret, pareè edebat, & ſiue ſapidum, ſiue inſulſum libenter guſtabat, nec aliquando (horis exceptis orationi dicatis, & horarum Canonicarum penſo perſoluendo debitis) vel in Cella, vel Domi conſiſtebat, quinimmò perpetuò charitatis motu rapido actus ſiue ſpiritualibus, ſiue corporalibus miſericordiæ operibus egentibus impendendis circuibat: ſedulus namque, vel à malo retrahendis, vel ad bonum impellendis ſuis proximis etiam Schiſmaticis incumbebat: Ægrotantium viſitationi (iuxta à principio ſibi conſuetum morem, & propoſitum) numquam, ſiue nuſquã deficiebat, ardentiorique charitate ſiue humanitate infirmantes ſignanter hæreticos confouebat: quorum ſolicitiorem curationem, ſiue impenſius obſequium Socio Sacerdoti, & commendabat, & commendatum peroptabat. Si quem circumeundo mendicum, ſiue egenum obuium offendiſſet; Apoſtolicum ad ſuum Religioſum domicilium perducebat, indigentiſque neceſſitatibus pro viribus ſuccurrebat: egentibus vniuerſis ad ſe recurrendi indicta fiducia, & facta facultate: vnde ſæpè ſæpius poſtulantibus vt ſatisfaceret; ſibi ſocioque neceſſaria ſubtracta in pauperes erogabat: præcauens ſtudioſè ne quem ad ſe accedentem egenum, aut vacuũ dimitteret, aut ad ſibi poſſibile prę̃ſtandũ ſolatiũ recipiendum, non admitteret. VI.

Sui ipſius cõtēptor proximis omnibus obſequioſū ſe præbet.

Inter alpeſtres, & agreſtes Sectarios illos, quidam Scioli, quòd vel à longè, vel in limine rnricolas miſas ſalutaſſent; nonnullis Caluinianæ inſtructionis liberculis, vel Bezanicæ diſſolutionis, ſeu confuſionis Poematibus olim ſtudentes, noſtrũ Sacrum Oratorem, & Capuccinum Theologum aliquando ad litterariam pugnam laceſſere præſumebant: inſtructa namque ſcire præſumentium acie, Pſeudodoctore ductante Religionarium certamen à principio Fratri Stephano vel caſu, vel induſtria obuiantes offerebant, quo gratanter ex-tempore acceptato, illicò ex condicto in arenam deſcendentes, protinus ſolitarium Leuitam circumdabant canes multi, & tauri pingues obſedebant eum, aperiebantque ſuper eum blaſphemias hę̃retica ora ſpumantia, ſicut leones rugientes, & rapientes; at ille intrepidus, & inuincibilis perſtabat, & in aggreſſorum medio ſtabat, reſpondebat, figmenta, commenta reijciebat, nefaria dogmata, & placita confutabat, & coarguentes validè adeo confundebat; vt canere pro triumpho valeret Dauidicum illud: *Circumdederunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis: & in nomine Domini quia vultus ſum in eos.* Exardeſcebant illi iracundiæ calore, & à ſtrenuo Antagoniſta veritatis ſtimulis, veluti ſpinarum aculeis compuncti, & exagitati vindictę ardore inardeſcebant: quare in medio poſitum pacificum, atque manſuetum Athletam non ſicut examen apum, ſed inſtar veſparũ agmen exeratis malignitatis aculeis Sectario furore perciti circumdantes circumdabant eum, & impellebant, conuiciabantur, & verberabant, ne dicam vulnerabant, donec ille opprobrijs, & vituperationibus ſaturatus de illorum manibus patientiſſimus vir elapſus, egrediebatur. VII.

Ann. Chriſti 1616.

In religionarijs certaminibus opprobrijs impetitur.

Pſal. 117.

Obiter hic animaduertendum, quòd litterarium Religionare certamen, videatur licèt nonnumquam parum elucidandæ veritati proficuum, quinimmò pernicioſum, eò quòd huiuſcemodi diſceptationum occaſione tumultus, ſeditiones, & iurgia, quinimmò grauiores interdum rixæ exoriri conſpiciantur, Catholicæ Reipublicæ perduellionibus priſtina in peruicacia perpetuò perſiſtentibus: verumtamen opportunè, ſuiſque legitimis temporibus initum oblatum, vel acceptatum dogmaticum luctamen proprio euidentiori emolumento, & vtilitate nequaquam carere manifeſtè etiam apparet. Prudenter enim prouidè, & congruè cum hoſtibus congredi, cunctis fuit ſemper Rebus publicis nõ vltimum modò, ſed & apprimè neceſſarium. Patet hoc apud Apoſtolica, & Catholica Caſtra frequentiori experientia, quam vnius Athletæ nempè Fratris Stephani manifeſto experimento comprobabo: Peruetuſta igitur noſtrorum monumenta teſtantur, quòd prioribus illis in Apoſtolicorum Capuccinorum Agoniſtarum aduerſus hæreticas acies egreſſibus, egrediebantur interdiù nonnulli Goliath, Spurij Gygantes de Caſtris Phyliſtinorum, Iſraeliticos pugiles ad pugnã prouocantes, ideſt legis peritiã oſtentantes proſiliebãt ſæpè in mediũ, vel Doctoreuli quidã, vel Theologaſtri Pſeudopredicãtes & in Phanis, ſiue in plateis, vel etiã in vicis rudiũ, & ſimpliciũ populorũ cõcurſũ faciebãt: ſe magnos aliquos viros aſſerẽtes: vnde & ijs auſcultabat omnes pendẽtes ab ore placentia, & carnalia loquẽtiũ, quòd & vſque modò, VIII.

quinimmò

quinimmò & modò de nouo accideret, & fieret; niſi Apoſtolici Capuccini Antagoniſtæ per medios populos, & pericula, ſiue concurſus intrepidè irruentes, impoſtoribus, ac faſcinatoribus publicè, & palam in facie reſtitiſſent, & dogmatico congreſſu inito ratiocinationibus, reſponſionibus, & validis argumentationibus, ſolemnioribuſque confutationibus olim garrientes, atque in Eccleſiam, Eccleſiaſticoſque Præſules, & Sacerdotes quondam acriter inuehentes obmuteſcere, vel terga vertere compuliſſent: vnde & factum eſt; vt quotidianis his iteratis religionarijs congreſſionibus ſuperborum Sectariorum, ſiue ſuperbientiū Pſeudominiſtrorum & arrogantia confuſa, & temeritate reiecta confractis viribus, & diſſoluto vigore cordis exanimati aduerſarij primùm campo, ſiue ſtadio cedere cœperunt, poſtmodum verò non gregatij milites ſolùm, ideſt plebei homunciones; ſed & Anteſignani, quondam Archimandritæ Caluinicolarum Agonothetæ timidi, & non amplius tumidi, imò tremuli & agones deuitare, & noſtrorum vel caſuales, atque fortuitos occurſus, ſiue incurſus pro viribus fugere, atque declinare ad hanc vſque diem perſeuerauerunt: iam non amplius ad publicas, vel priuatas diſputationes laceſſentes, quinimmò laceſſiti recuſantes, & non niſi in anguſto poſiti coactè acceptantes: cum enim liber patet aditus, fuga honori conſulunt, & pacificationis honeſto titulo inhoneſto ignauiæ, ſiue ignorantiæ, ne dicam verſutiæ, ſeu malitiæ decori ſtudere, & prouidere conantur: vnde paſſim, & vbique Apoſtolici Agoniſtæ, haud mediocri cum ſpiritualis Eccleſiaſtici regni emolumento, veluti ſtadij ſiue arenæ dominatores decorè apparent, & coram etiam aduerſariorum oblatrantibus turmis, glorioſè, & viriliter comparent. Nec verò ſolitaria hæc publicarum diſceptationum nutat vtilitas, & neceſſitas; ſed altera non infirmiori fulcitur: Relatis namque in his ex Pſeudopaſtoribus, ſiue Hæreticæ prauitatis propugnatoribus triumphis, captiuatos ſemper, prolatis propoſitis rationibus reuinctos nonnullos ex audientibus, & aſtantibus ducimus, & reducimus, qui audita, atque ex dilucidatione perſpecta veritate reſipiſcunt, vti Fratri Stephano ſæpè contigit: ipſo namque & ratiocinationibus vehementioribus, & apertioribus Sacræ Scripturæ, & Orthodoxæ doctrinæ dilucidationibus aduerſarios reluctatores elidente, quàmplures non ex vulgo ſolum, ſed & ex primoribus Caluiniſtica deierata impietate, Catholicam amplexati fuere pietatem, & religionem. Corollariè igitur hunc numerum concludere conuenit: quod ex publicis dogmaticis cum perduellibus diſceptationibus maturè, prudenter, opportunèque peractis, illud Eccleſiaſtico regno, & decoris, & emolumenti, vt plurimum, contingere ſolet: quod ex his, & in his confuſi, & deiecti deſpondentes animum rebelles indecori, inglorioſi, & timidi latitare eligant; ex aduerſo Fideles crebrioribus his victorijs confortati inualeſcentes, & trophæa canere, & liberè egredientes triumphum agere præualent.

Validis congreſſionibus confuſi perduelles terga vertunt.

Emolumenta plurima confert Eccleſiaſtico Regno religionaae certamen opportune initum.

Ann. Chriſti 1616.

IX. Collegerunt ergo Antiani Diacones, & Pſeudopaſtores Schiſmaticorum conciliabulum aduerſus Fratrem Stephanum dicentes: Quid facimus, quia hic homo multa contra nos egregia facinora facit. Si dimittimus eum ſic, venient Romani Papiſtæ, & tollent noſtrum locum, & gentem. Verſipelliores igitur, qui erant inter eos, & forſitan Præſidentes colloquio Antipontifices dixerunt: vos neſcitis quidquam, nec cogitatis; vt quia armorum potentia, & violentia, qua hactenus Sectam noſtram ſeruare, & promouere conati ſumus, iam modò non amplius ſuppetit, aut ſufficit; magis modò vobis expedit iuſtos vos, quaſi legitimorum iurium patronos zelotes ſimulantes, iuris ſubſidium, & iuſtitię patrocinium interpellare. Adeamus igitur & nos publicos Magiſtratus, & quaſi iniuriam, & iniuſtam oppreſſionem patientes, Senatus conſulta, ſiue defenſiuos Canones pro conſeruatione noſtræ reformationis quæritemus, mendicemus, & ſi opus fuerit, numerata pecunia, numeroſis muneribus comparemus. Venerunt ergo per publicos Procuratores & ipſi Hæretici Ebrodunum, ac Gratianopolim, & Prouincialis Delphinenſis Cameralis Magiſtratus corā iuſtitiæ Præfectis ſupplices, ſed mēdaces ſuos libellos porrexerunt, atq; pro Sectarię profeſſionis cōſeruatione expoſtularūt: & quia Viēnenſis Gallia promiſcuè Catholicis, & Caluiniſticis tàm populis, quàm Proceribus cultoribus inhabitatur; ideò & Magiſtratus quidā qui Camera dicitur Catholicis, & Caluiniſticis Iudicibus, atq; Adminiſtris permixtim cōflatur, regitur, ſimul & adminiſtratur. Gratianopolitano igitur hoc ī Parlamēto Caluiniſtę Preſidentes ex parte reſidentes ſuos & Aſſeclas, & Clientes Caluinicolas fouere cupiētes, ſupplicātibus his Sectarijs vniuerſū conſcriptorū illorū Patrū cōſeſſū propitiū reddere ſategerunt & iā iā ſatis, quin nimis egerāt, quia Cōiudicū animos Cōcaluinicolis ſuis beneuolos reddiderāt, atq; ad fauēdū inclinauerāt: quòd vix perſēſerat, atq; ſubintellexerat Apoſtolicus Excubiarū Magiſter Fr Stephanus, quādo rationabiliter pertimeſcēs; ne quòd gemino luſtro laborioſè ędificauerat; vnico momēto ſegniter corrueret, curſui ſe pręcinxit, & quarto iā Gratianopolim vſq; excurrere decreuit: vt cōtra molimina procurare, & ſupremos ad Iudices recurrere valeret

Opportuno tēpore adeſt F. Stephanus.

Feſtinus igitur, & anhelans ad Ducem Aldigherium Viennenſis Galliæ modera-
torem peruenit, coram quo humiliter ſtans, reportata iam olim multiplicata Se-
natoria, & realia iura produxit, & perſtans efficaciter pro latorum iurium obſer-
uantia expoſtulabat, quòd ille (licèt Caluinicola) negare nec volens, nec valens,
proprio, & publico vt muneri ſatisfaceret; quondam à Fratre Stephano relatas
ſanctiones ſeruari, & adamuſſim obſeruari mandauit: nouatoribus omni peni-
tus vel minima interdicta innouatione. Qua præſentanea, & efficaciori obtenta
prouiſione præſeruatiua, impiorum & conſilia, & conatus validè eliſit Frater
Stephanus. Quapropter dixerunt impij intra ſe non rectè cogitantes; *venite oc-*
Sap. 2. *cidamus pauperem iuſtum quia contrarius eſt operibus noſtris*, & iam forſitan prædi-
Ioann. 11. xerat quis Pſeudo-Paſtor: *Expedit, vobis vt vnus homo moriatur pro populo*. Con-
uenerunt igitur acerbiùs illius vitæ, & capiti inſidiari, & mortales inſidias mo-
Hæreticorũ mortales inſidias paruipēdit. liri: quòd probè calIens ſtrenuus Machabæus, nequaquam tamen ſibi parcens
à quotidianis diſcriminoſis itineribus aliquando abſtinuit, quinimmò per montiũ
aſperiora cacumina ſcandens, vel ardoribus anhelās calore æſtuabat, & ſiti animã
agebat, vel brumalibus rigoribus obſtupefactus inedia, ſiue diuturniori laſſitudi-
ne ad animi deliquium languebat: per gelu conſtrictas ſiue niues, ſiue aquas pro-
prijs conatibus nudipes & ſemi indutus mortale iter ſibi laborioſè adaperiens, quo
ad neceſſarium iamdiù deſideratum alpeſtre tuguriolum, ſiue hoſpitiolum perue-
niret: Capitalia diſcrimina ex perduellium inſidijs, mortalia frequentiora peri-
cula ex viarum difficultatibus generoſè paruipendens, vt ſpirituale Eccleſiaſticum
regnum pro virili illæſum illis in extremis liminaribus ſeruaret.

Licèt verò cunctis pietatis, & charitatis operibus hactenus indeſinenter incu- X.
buiſſet; impenſiùs tamen circa hos extremos ſui & miniſterij, & ſtadij curriculos
annuales educandis, & inſtruendis Clericis inſudabat, & inſiſtebat communis bo-
ni ſolicitus promotor: excreſcebat namque in dies diſcipulorum, idest Catholi- Ann. Chriſti 1616.
corum numerus, feruentiori populorum frequentia Templa, ſiue Ædes Sacræ
quotidie magis colebantur, meſſis quidem multa, operarij autem pauci computa-
bantur. Quamobrem verè zelans Pater populi Chriſtiani, ne fame paruuli in-
terirent, eo quòd deeſſent qui eſurientibus, ac petentibus verbi panem frange-
Leuitarũ inſtructioni, incumbit. rent; voluit, & valuit vehementiùs Leuitarum inſtructioni, atque educationi ex
profeſſo inſiſtere: quos igitur indigenas, & alienigenas recolligere poterat, non
humanas ſolas, ſed etiam Eccleſiaſticas litteras edocebat, ſcilicet Clericalia, Sa-
cerdotalia, ſimul & Parochialia munia ediſcere, & adminiſtrare inſtruebat: non
theorica modò, ſed & practica exercitatione, recitationem præcipuè canonica-
rum horarum, & Beatæ Matris Dei officij, Sacramentorum frequentiam, & Di-
uinorum cultum commendabat: ſtatuta nonnulla religionis, & pietatis quotidia-
na exercitia perſoluenda tyronibus præſcripſit, ad quorum penſum conſuetum ſo-
licitè perſoluendũ vt alliceret; proprijs expēſis, ſiue ſubſidijs pios, ac religioſos cō-
paratos libellos, pro gratioſis donarijs ſolicitioribus diſtribuebat, ſicuti & do-
Religioſos libellos, ac deuota munuſcula Catholicis, diſtribuit. ctrinæ Chriſtianæ rudimentis interuenientibus, & ad oppoſita reſpondentibus de-
uota munuſcula impertiebat; vt adoleſcentioris ætatis tenellos animos lacte pie-
tatis Catholicæ enutriret, & in viros perfectos perduceret, eoſque præcipuè, qui
Leuitici eſſent Ordinis, & inſtituti, quos ſolicitiori, & accuratiori cultura exco-
lere, & perficere, & in animum induxerat, & operoſo conamine perficiebat
aſſiduè.

Efferueſcebat vehementer adeò intra Seraphici huius alumni præcordia, hære- XI.
ticæ prauitatis extirpandæ feruor, & ardor; vt etiam poſt vitalis caloris extin-
ctionem perpetuum hunc ignem in cordis ſui altari ſuperſtitem arſurum proteſta-
retur. Cum enim aliquando Fidelem Eccleſiam reuiſens ad oppidum Canalis per- Ann. Chriſti 1617.
ueniſſet; quaſi ſe iam iam reſolui perſentiens præ foribus Eccleſiæ Sancti Lauren-
tij cum Sebaſtiano Certoſio Catholico viro verba faciens dicebat (ſtatutas per
modum prouiſionis ſupra Eccleſiæ tectum tres à ſe prouiſas campanas indigitans)
Vides amice Sebaſtiane? Tribus illis à me comparatis campanis eminens Campa-
nile, cui imponantur, erigere molior, cuius in proſpectu, & omnium conſpectu
Apoſtolicus vir ardēs Catholicę Religionis zelo, quid proteſtatus ſit āte mortem. imaginem meam depingendam, & delineandam curare cogito, quæ aſpectu aſpe-
ro, & minaci vultu, ſimulque & minitantis actu perduellibus Fidei comminetur,
& proteſtetur: me & viuum, & mortuum infenſiſſimum hoſtem, & ab illis pro-
feſſę perfidię aduerſarium futurum, vt ſciant; qualem effictum Fratrem Stepha-
num conſpicerent; talē proculdubio etiam defunctũ experturos. Inuictus & inuin-
cibilis hic Catholicæ veritatis Pugil, & Athleta aduerſum hæreticalis nequitiæ
profeſſores legitimè adeò, & acerrimè (ſemper tamen religioſè) decertauit; vt
communi voce, & vſitato vulgari vocabulo, ſiue vocitatione Varaytanæ Vallis,
& Caſtellanæ Satrapiæ Apoſtolus, deſertorum Maſtigophorus proclamaretur. In-
numera namque Apoſtolica egregia facinora ibi, & operatus extitit, & opere ag-
gredi, ac conſummare plura adortus eſt: nulla dies ſine linea, quinimmo nulla

dici

dici horaria linea abſque diurno, & nocturno diuturno continuato opere auolare patiebatur, decem annorum laborioſo curriculo, quo inibi diſtinctis quaternis vicibus Apoſtolatum geſſit. Memorabilia Eccleſiaſtico regno accrementa conſecutus, vberrimos retulit ſpirituali ærario Chriſti reponendos prouentus, quorū (Seniorum Oppidanorum teſtimonio) pars non mediocris obliuioni tradita deperijt. Illud pro Coronide ſufficiat indigenarum profeſſione paſſim prolatum: Nempè quòd niſi Fr. Stephanus validè obſtitiſſet; alteram Babylonem filij Chanaan illo extremo in Italiæ angulo exædificare perſtitiſſent: grauiori, & detrimentoſo cum legitimæ Ieroſolymæ, nempe Eccleſiæ Subalpinæ adiacentis incommodo, periculo, & ſubuerſionis ſaltem ſpiritualis aperto diſcrimine.

XII. Studioſè hactenus quantitatem diſcretam, ideſt numerū ad fidem ope, & opera Fratris Stephani conuerſorum non recenſuimus, eò quòd reducum ad Eccleſiam quantitas, & reuerſio fere eſſet continua: vnde non ab ipſo pro ſua humilitate diſtinctè conſignata, nec ab alijs diſcretè numerata, indiſcreto, & confuſo numero ratiocinata ad nos peruenit: conteſtantibus cunctis publica, & communi Vallicolarum voce confirmante, quòd decem annorum circiter ſpatio, quo in Caſtri-Delphini Cuſtodia Apoſtolica excubauit Frater Stephanus, opus Dei proſequens à perfidia ad Fidem viros plures, ac mulieres reduxit, quorum diſtinctum numerum numeroſitate confuſum diſcretum memorari, ſiue reminiſci nequeunt. Quimus tamen nos ex genuinis euidentioribus coniecturis ratiocinando deducere, reductorum ad Eccleſiam à Fratre Stephano non exilem ſiue exiguum, ſed copioſum numerum extitiſſe. Conſtat primò ex Apoſtolicis diplomatibus (ſuo calculo à nobis exaratis) Fratri Stephano etiam nominatim pluries factam, & tranſmiſſam facultatem hæreticos, tàm Varaytanæ, quàm contiguarum, & circumadiacentium Vallium etiam relapſos reconciliandi, hancque recipiendi reduces poteſtatem de legatam in ſua abſentia Parocho Caſtri-Delphini ſubdelegandi. Secundò patet iterum ex litteris Cardinalitijs proprio numero datis, Fratri Stephano ſignanter collatam auctoritatem vnum, aut plures ex Capuccinis ſuis Fratribus in Notarium Apoſtolicum eligendi, atque nominandi, quò ad Eccleſiam reuertentium legitimos abiurationis actus recipere, & in ſcriptis redigere valerent. Concludo: Ergo ſi neceſſe fuit Fratri Stephano & recipiendi conuerſos multiplicatam tranſmittere ampliorem poteſtatem, & pro Canonicè recipiendis abiurantium cōuerſionibus plurificatos Religioſos Notarios Apoſtolicos, vltra Sæculares ſuperaddere; multi, quin plures Catholico albo nomina dederunt: multiplicatus igitur, ſiue plurificatus Catholizatorum numerus calculandus, & conſignandus à nobis fuerit in reducum Catalogo, & Eccleſiæ gremio reſtitutorum regeſto, pro præclarè geſtis ab hoc Euangelico Operario in perfidorum reductione ſufficienter, ac veridicè licèt non ſingillatim, ſed copulatiuè referendis, & ratiocinandis. Refero tamen peculiare, ſiue ſingulare vnum aliquod ſicut accepi: inter reduces à Fratre Stephano Orthodoxæ Fidei reſtitutos, fœmina quædam enumeratur, hæretici cuiuſdam hominis vxor, quæ fideliter in acceptata Catholica Religione vſque ad extremum perſeuerans, moritura teſtamento decreuit, proprium cadauer anima deſtitutum Catholicorum Cœmeterio ſepeliri, & à Catholicis Clericis, & Miniſtris humari: quòd vbi accepit hæreticus coniux deierans, & proclamans: in domum ſuam prius ignem, quàm Crucem Chriſti ingreſſuram deuouit, ideò breui à Diuina Prouidentia voti compos effectus, ingemuit: illius enim Ædes ex templò ignis accenſus conſumpſit, vno Catholicæ mulieris cadauere reſeruato, quòd opportunè, & congruè Eccleſiaſticæ ſepulturæ fuit à fidelibus commendatum.

A Fr. Stephano plurimos Eccleſiæ recōciliatos cōſtat.

Ann. Chriſti 1618.

Vltio Diuina in perfidum hæreticum.

XIII. *Ecce ego mitto vos* (præſagiendo annuntiabat Ieſus diſcipulis ſuis ad prædicandum Miſſis) *ſicut oues in medio Luporum: eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ: & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem perſeuerauerit vſque in finem hic ſaluus erit.* Ex quo veridico Euangelico, imo Dominico oraculo, liceat nobis, benè, & optimè de huius Apoſtolici viri, & Euangelici Operarij æterna ſalute proſperiora, & maiora ominari. Emiſſus enim venit vt ouis manſuetiſſima, ſimpliciſſima columba, & prudentiſſimus ſerpens inter ferocientes Lupos Caluinicolas, atque regni Cœlorum tum prædicationi, tum inſtaurationi, tum promotioni incumbendo laborioſè perſeuerauit tolerando, ſuſtinendo, ac abſtinendo vſque in finem. Completa igitur integra olympiade quartæ huius ad Caſtri-Delphini Sattrapiam Miſſionis hoc anno ſeptimo decimo vltra ſexcentum & mille Taurino, vbi pro grauioribus Eccleſiaſtici regni neceſſitatibus diu laborauerat regrediens, in noſtro Saluticēſi Cœnobio acerbiori morbo ex improuiſo corripi ſe ſentiens, intellexit ſe ad brauium ſupernæ retributionis à Domino vocari, vbi igitur validioris languoris, atque læthiferæ ægritudinis vi vehementius ſe vrgeri animaduerterit; breuioris temporis intercapedine ingraueſcente ardentiori febre, vt per imminentem proximam mortem, quam vicinam ex ægritudinis moleſtijs eſſe ſciebat, adueniēti ſuo Domino paratus occurreret; cuncta Sanctę Eccleſię

Matt. c. 10.

Pro grauioribus Miſſionis neceſſitatib⁹ Taurinū progreditur.

Sacra-

Morbo ſgrauescēte, deuotè Sacramētis ſuſceptis, moritur.

Sacramenta expeditè expoſtulauit, & deuotè, piè, religioſiùſque ſuſcepit, atque ſingularis Sanctimoniæ ſpecimen ad vſque extremum ſpiritum præſeferens, plenus dierum, ſed magis bonorum, & meliorum operum obdormiuit in Domino, virtutibus clarus, & virtutum, ſeu virtuoſorum dilectoribus cunctis pluſquam charus. Morabar tunc temporis ego ipſemet, adhuc in ſæculo degens, humanarum litterarum ſtudiorum cauſa apud Salutienſes Ciues, & in quadam die commotam Ciuitatem admirans: Interrogo quid eſt hoc? populi autem reſpondebant mihi vnanimi lugubri ſenſu, & vniformi flebili voce: Mortuus eſt apud Capuccinos vir iuſtus, vir Sanctus, vir Apoſtolicus, Euangelicus Pugil, Hæreticorum Antagoniſta, ſtrenuiſſimus Fr. Stephanus Tendenſis, eximiæ integritatis Miſſionarius: quare Capuccinorum Eccleſiam verſus in qua expoſitum funus defuncti Sacerdotis perſtabat, tota Ciuitas greſſus dirigebat: vnde & ego aſpiciebam mirando, & ſuſpiciebam admirandum populi concurſum, & applauſum ad propoſitum in Templo emortui corpus exanime inuiſendum, & venerandum deuota, & reuerenti pedum, ac manuum exoſculatione, quoadusque ſepulturæ traditum fuit: ſingulari & copioſa aduenantium Ciuium frequentia, & aſſiſtentia. Vbi verò primùs illius obitus nuncius ad Conualles ſignanter Varaytanam, & ad Caſtellanam Satrapiam Delphinenſem præcipuè peruenit; vix credibile fuerit; quot Catholici lachrymarum riuos fuderint, quot ſuſpirijs, lamentationibus, exclamationibus viduæ, pupilli, pauperes, egenteſque præcipuè defuncti Patris memoriam proſequuti fuerint, & iacturam deplorati extiterint: declamationibus, atque publicis clamoribus ſe ſe orphanos, derelictos, & malis expoſitos coram ingemiſcentes, & palam deplorantes. Feliciſſimæ igitur recordationi communis Patris, pij Parentis, & proprij Apoſtoli vſque in hodiernum diem benedicunt, & bona, precari, atque ominari nunquam finiunt.

Ad ipſius funus magnus fit populorū concurſus.

Verùm enimuerò non ſolæ plebi charus obijt Fr. Stephanus, ſed multò magis Magnatibus gratus interijt Capuccinus Leuita: Integritatem namque vitę, morum probitatem, Religionis zelum, Apoſtolicum ſpiritum, Euangelicos labores huius Seraphici Athletæ experti, probè nouerant vtriuſque dominationis Proceres, & gemini nempe temporalis, & ſpiritualis Principatus Poteſtates: vnde Seculares ipſum venerabantur, eiuſque poſtulatis benignè annuentes, illius facilè poſtulationibus acquieſcentes Senatus conſulta, & Canones Eccleſiaſtico regno fauorabiles ad petentis votum tàm Gratianopolitanus, quàm Pariſienſis Magiſtratus pluries pronunciarunt. Ex Eccleſiaſticis verò & Gratianopolitanus, & Ebrodunenſis, & Salutienſis Epiſcopi, ſimul & Taurinenſis Nuncius, & quod conſiderabilius eſt, ipſa Romana Cardinalium Eminentiſſimorum Curia, quin ipſe Supremus Antiſtes vniuerſalis Eccleſię ſpecialioribus fauoribus, facultatibus, conceſſionibus, & gratijs ſemper eum fuerunt proſecuti. Inter omnes autem ſingulariori affectu, & abundantiori frequentiori ſubſidiali effectu in ſua Dięceſi, & ditione operanti, & laboranti Fratri Stephano adfuit Reuerendis. Carolus Brolia, tunc Taurinenſis Archiepiſcopus, qui tum pro auita, & à ſuis Maioribus transfuſa, & accepta in Capuccinos pietate: tum pro peculiari ſuo ſibi concreditarum animarum ſalutis zelo, ad hoc ſtrenuiſſimè collaborantem Capuccinum Operarium tanti faciebat; vt illis ſibi in ſubditis Italicis oris, ac regionibus remotioribus, non modo Fratri Stephano tamquam conſtituto ſuo Vicario Vicarias ſuas etiam Generales vices commiſerat ſuper illas Eccleſias, & populationes; verùm & abſolutam, & totam ſuam ſupremam auctoritatem independentem crediderat, atque delegauerat: ſibi ſubiectis Caſtellaniæ Parochis, Clericis, & Laicis præcipiendo; vt Fratrem Stephanum veluti proprium, & ſupremum Patrem, ac Paſtorem quaſi Epiſcopum agnoſcerent. Vnde ſi quando (humillimo Religioſo Fratre Stephano ſuadente, & dirigente) quis Delphinenſium ſubditorum pro Epiſcopali quacumque prouiſione Reuerendiſs. Archiepiſcopum Taurinum adibat; indignabundus eos acriter increpans, domum ad Fratrem Stephanum remittebat, amicabiliter eos coarguens: eò quòd intra proprios, domeſticoſque Lares Patrem, & Paſtorem veluti Epiſcopum habentes, aliò pergerent, alium Præſulem, qui eis prouideret, fruſtra quæritantes. Haud tamen ſolitarijs amplioribus ſpecialibus facultatibus, ſiue auctoritatibus Apoſtolicum Cooperatorem cumulabat; quinimmò temporalibus pariter, ac proprijs facultatibus pecuniarijs nempe largioribus ſubſidijs illum fouebat, & preclara illius pro Eccleſijs reſtituendis molimina promouebat. Et vt paucis multa concludam, abundantiori eum beneuolentia proſequebatur, & paterno affectu tenerrimè complectebatur: quare vigili ſollicitudine proprias illius operatoris (qui pro curandis proximis ſui ipſius obliuiſcebatur) indigentias obſeruans, & poſtulationes præueniens, congrua, ac ſufficientia ſubſidia prouidebat, laborioſum, & ſedulum ſui gregis in montibus errantis Curatorem, ſimul ac feruidum diſtantioris ſuæ Ditionis reſtauratorem grato animo, gratijſque abundantioribus proſequi ſatagens vſque in finem: eodē

XIIII.

An. Chriſti 1617.

Vtriq; poteſtati Spirituali, & Tēporali, gratus extitit Fr. Stephanus.

enim

enim anno prænotato, annorum vitæ terminum recipientes, ſimul in pace quieuerunt; vt quietis æternę, & ſempiternæ trãquillitatis gaudia pariter perfruerẽtur.

XV. *Sed ante hæc omnia* (prædixerat Chriſtus Apoſtolis ad prædicationis onus ac munus emiſſis) *iniicient vobis manus ſuas, & perſequentur trahentes ad Reges, & Præſides propter nomen meum: in patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras*. Benè appoſitè, & accommodè ſatis hoc Fratri Stephano conuenit qui à perſecutoribus Sectarijs tot, tanta, & talia ludibria, verbera, & flagella paſſus fuit, decem annorum hæreticali excruciatione fere continua, Ideo (Benignè Lector) admonitum te percupio, ne mireris, neque futilem, aut otioſam reduplicationem exiſtimes, dum in huius Apoſtolici viri ſupraſcripta Miſſionis ſerie toties repetitas vexationes ab inimicis illatas, & ab eo perlatas inuenetis, ſed potius admirare, & ſufferentis inuictam patientiam, & tortoris incorrectam malitiam (Auguſtinianis verbis vtor) Et ecce ego vobis maiora admiranda ſubijcio, dum noua à manuſcriptis noſtris accipio, in quibus referentibus Socijs Religioſis iterum inſpicio: quòd inflammatum propriũ furorem aduerſus Leuitam Stephanum conceptum, clauſum diu continere non valentes perduelles Fidei non aliter ad votum magis illum euaporare voluerunt; quàm pauperculo habitaculo vbi Religioſus Athleta cum Socio aliquantulæ nocturnæ quieti indulgebat; appoſito, & foto igne geminos agnos flammis concremando, & incendio fœdo cuncta vaſtando, quòd non ſemel, ſed aliquoties aggredi, & tentare non dubitauerunt ſceleſtiores, qui etiam nolentes Religioſæ Fœnici Pyram parabant: à Deo namque preſeruatus, & à Catholicis accurrentibus ereptus, ille ſemper illęſus de medio flammarum euaſit, incendiarijs eterno tandem incendio damnatis, quia non reſipiſcentes, quinimmò, in dies magis deſipientes, nũquam ab eo perſequendo, & calumniando quieuerunt: Ita vt Prouincialia Ianuenſis Prouincię quondam Pedemontanæ copulatę monumenta hęc de Seraphici huius Pugilis operoſa efficacia, ac prolixa ſufferentia verba deſcripta contineãt, quę in Latinum verſa ſic refero. *In Miſſione Caſtri-Delphini vberrimos pro Eccleſia prouentus noſtri retulerunt, in publico hæretica exercitio eliminando, & auferendo, & quòd à Galliarum Regibus nullus vſquam vel vnquam etiam maximus Eccleſiaſticus Præſul obtinere valuit, pauperculus Fr. modicus, & deſpectus ſcilicet Fr. Stephanus Tendenſis obtinuit, qui pro Exantlatorum plurimorum laborum remuneratione acerbiores perſecutiones ſuſtinuit: cuius namque operationes non valebant carpere, intentionem perſcrutari, & calumniari volebant, & tentabant. Quòd familiare & proprium ſeruorum Dei donum prædicatur.*

Luc. c. 21.

Perſecutiones multas paſſus eſt ab Hæreticis Fr. Stephanus.

Ann. Christi 1618.

Monumenta M.S. Prouinciæ Ianuẽſis.

CALCVLVS NONVS

Fr. BERNARDI ab AVGVSTA Prætoria Concionatoris per annos 1617. 1618.

I. EXtincto, ſuperiore ſeptimo anno vltra milleſimum, ſexcenteſimum, Reuerendiſſimo Carolo Brolia Archiepiſcopo, vacabat adhuc hoc ſubſequenti decimo octauo annuali curriculo, Taurinenſis Metropolitana Sedes, cui ſubiecta obtemperant in ſpiritualibus quaterna Oppida Caſtellanæ huius Satrapiæ Delphinẽſis, cuius Macrenſes Accolæ Caluiniſtæ non interim ceſſabant ſuis Schiſmaticis ſeditionibus Eccleſiaſticum Catholicum Regnum diuexare totius in Macræ Vallis Villis: vndè Varaytanæ proximæ conuallis Incolæ Caluiniſtæ per conſenſum vicinæ hæreticæ factionis, promouendarum partium præſtolabantur (ne dicam) aucupabantur opportunitates, etiam importunas, eò ſpecialiter tempore, quo defuncto Fr. Stephano Tendenſe, deſertorum Maſtigophoro, iterum petulanter inſoleſcere, & inſolenter debacchari Eccleſiæ perduelles geſtiebant: quando ad excultam iam ſemel, & iterum hanc caſtellanam cuſtodiam, tertio ſuperueniens Frater Bernardus ab Auguſta Prætoria (præter olim pluries recenſitas Capuccini huius infatigabilis fatigationes) occeptauit, vel potius perſeuerauit auguſtẽ in acie ſtare contra perfidos Fidei irreconciliabiles hoſtes: prædicationibus, diſputationibus publicis vel priuatis congreſſionibus decertando, rurſus nec ipſos fideles deſerendo: verbo, exemplo, Apoſtolicoq; Miniſterio cunctis inſeruiendo præſtò aderat, Vallares per Vicos, & Villas diſcurrendo.

Mortuo Fr. Stephano, ſuperuenit Fr. Bernardus.

II. Accidit aliquando, vt ipſo Fr. Bernardo Dominica quadam die Canalis ad Vicum concionaturo proficiſcente, inuigilaturus in ſacris Excubijs domi, nempè Caſtri-Delphini in Pago ex induſtria dimiſſus remaneret Frater Seraphinus Taurinenſis, Capuccinus Sacerdos, & Socius: hic igitur ſolus Excubitor ſolicitè obſeruans in ſpecula animaduertit, Miniſtrum impoſtorem extra conſuetum manicantem. Matutinis enim primis in horis per Villam Caſtri-Delphini pertranſiens, quaſi Bellinum verſus profecturus pergebat: vnde velociter Frater Seraphinus de

Ipſius Socius F. Seraphinus adminiſtrorũ contumaciam retundit.

Excubijs inſurgens, in itinere pergentem à tergo proſequitur, & obſeruat; quod ſubdolus Pſeudodoctor, longius quidem ire fingebat, ſed verè ad arcem, ſiue Oppidi Caſtellum feſtinè pergebat, quodque hoc in Caſtrum ingreſſum mox quamplurimi promiſcui ſexus Incolę, eò feſtinantes, ſequebantur: Quamobrem deceptoris deprehenſa malitia, vt contumacem regalium ſtatutorum pręuaricatorem comprehenderet; illiuſque proterniam manifeſtaret; Publico Tabellione adſcito, binisque teſtibus aſſumptis Arcem verſus dirigit greſſus; ex induſtria regredientibus iam deceptis illis homuncionibus occurrens, quos obuios, & quo loco, & quo perficiendo negotio redirent interrogabat; quibuſdam autem callidioribus obmuteſcentibus, fidentiores quidam à Caluiniſtico ſe conuentu venire fatebantur: vnde & Fr. Seraphinus de manifeſta legis Chriſtianiſſimi Regis pręuaricatione publicis acceptis teſtimonialibus, impietatis Adminiſtrum Bellinum verſus properantem ex-temporè ſequitur, quò cum hic perueniſſet; deceptorem illum, iterum perfidię verba publicè proponentem in Phano offendit, cui cum coram populo iteratas decretorum tranſgreſſiones obieciſſet; & obiectas publico tabellionali ſcripto excipiendas inſtitiſſet; Excandeſcentes Caluiniſtarum Optimates; contumelijs, minitionibus, & opprobrijs adorientes, affecerunt Fratrem Seraphinum, qui vix ex eorum manibus illeſus deſiliens receſſit. I.

Has igitur, & conſimiles multiplicatas làtarum legum pręuaricationes ab Hęreticis perpetratas, & in authenticam formam redactas cum Fr. Bernardus, Brigantiò Caſtrum-Delphinum ſingulis annis ſuperuenienti ordinario Prętori, vt anniuerſaria conſueta ſua in acceſſione Caſtellanis populis ius diceret, & iura diſcerneret; publicè obtuliſſet, iuridicèq; aduerſus pręuaricantes religionarios, Bellini nomini contra fas Phanum conſtruentes, reclamaſſet; Iudex denuntiatione accepta, & de conſtante corpore delicti, nempe de interdicta exiſtente in loco vetito delubri ſtructura deſumptis informationibus, prętendentes geminas partes ad Gratianopolitanum religionis Magiſtratum, Cameram vocitatum, remiſit: remiſſus autem ſolicitus religionis defenſor expeditus Sereniſſimi Caroli Emmanuelis I. Sabaudiæ Ducis, & Reuerendiſſimorum tum Archiepiſcopi, tum Taurinenſis Nuncij, nec non Ebrodunenſis Epiſcopi commendatitijs, efficacioribus pro Eccleſiaſtico regno reportatis Epiſtolis, Gratianopolim progreditur, vbi coram Camerarijs Iudicibus in campum aduerſus Caluiniſtas egreſſus, ſtrenuè adeò ſe geſſit; vt eum eò; & pro eo pugnante cauſę iuſtitia, pro Catholica religione diffinitiuam ſententiam referens, inceptam noui Phani ſtructuram ſolo ęquandam obtinuerit, Equumq; & ſalutare huiuſcemodi decretum reuerſus publicandum mox procurauit, & publicati Chirographi executionem accelerauit, & Babylonicę ędificationis initia deijcienda, & penitus delenda mandauit: furentibus frementibus, atque exclamantibus aduerſarijs, qui religioſis propterea, & Sacerdotibus cunctis, Capuccinisque prècipuè excidium, & totale exterminium ominabantur, & minabantur. Verum enimuerò Hęreticę profanationis tutelaribus illis de medio breuioribus diebus ſublatis, infauſtaq; morte conſumptis, pariter, & eorum re familiari miſertimè abrumpta; poſteri illorum mendicando deficiunt, dum religioſi Sacerdotes, & Leuitę in dies magis de Dagone triumphantes proficiunt. Profectus autem ſpiritualis à Fr. Bernardo per ſecundę huius ſuę reſidentię biennium reportari cenſus comprobantur nonnulli reſipiſcentes ad Fidem perducti, & inter hos Ciuis quidam Gratianopolitanus ad Eccleſiam reductus.

Fauorabilem ſententiã reportat Frater Bernardus à Gratianopolitanis Camerarijs iudicibus.

Ann. Chriſti 1618.

CALCVLVS DECIMVS

Fr. ALEXANDRI OXIBIENSIS Concionatoris per annos 1619. 1620. 1621. 1622. 1623.

DEcimo nono hoc ſeptimi decimi initiati ſæculi anno, cum Papię conuocatis Ianuenſis Prouinciæ Capuccinorum Comitijs, Fr. Ioannes Venetus, Generalis Viſitator ab illa Liguſtica Pedemontanam hanc noſtram Prouinciam diſcreuiſſet; in huiuſcemodi diſcretione, & ſeparatione licèt Oxibij Conuentus illi contigiſſet; ipſe tamen Frater Alexander Oxibienſis huic annumerari popoſcit: quamobrem veluti legitimus Minoricæ Matris alumnus, atque Seraphicæ paupertatis amator, à noſtris acceptatus fuit. Plurimam Frater Alexander in Sæculo in edocēdis pueris operam nauauerat, Ludimagiſtri Miniſterio perfunctus vſque ad viriles annos; vbi igitur factus eſt vir, euacuauit, quæ erant paruuli, id eſt dimiſſa paruulorum litteraria educatione, factus eſt ipſe Tyro, & quaſi puer, Minoricam Capuccinorum religionem ingreſſus, egreſſus autem ab anno Probationis, perfectioris religioſi ſpecimen cunctis exhibuit: quamobrem quò ſublimioribus doctrinis proximos grauiores viros inſtruere valeret; Theologicis facultati- II.

bus

bus in Capuccinorum paleſtra perdiſcendis, & pertractandis fuit deſtinatus, iiſꝗ ſufficienter inſtructus, & præmunitus concionando Dei verbo aliquot per annos incubuit: cumque & conſcientiæ candore, & prudentis innocentiæ ſimpliciori nitore reſplenderet; veluti germanus Iſraelita ſiue vetus Minorita, Minoricis Fratribus dirigendis Guardianus præficitur. Verùm enimuerò cum propagandæ Fidei zelo duceretur; abdicato Prælationis honore, oneri Apoſtolico ſufferendo aduocatus, exultabundus, & hilaris acceſſit: Venit igitur ad Caſtri-Delphini ſtationem.

Fr. Alexãdri prærogatiuæ.

II. Nouus ergo Operarius Delphinenſem illam ſtationem ingreſſus, propoſito ſibi excellentiori exemplari, nempe conſideratis inſignioribus & zeli, & charitatis, & eximij laboris, ſiue præclarioris operis defuncti Fratris Stephani Tendenſis ſui prædeceſſoris mediatè præcedentis Agonothetæ veſtigijs fortiùs inhærere propoſuit, & ad illius normam, exactamque amuſſim proprias operationes, ſiue fatigationes diſpoſuit. Numquam igitur ſtans Capuccinus hic, ſplendidus ſtationarius perpetuò circuibat, Catholicæ veritatis radios diſpartiendo, tàm videntibus, quàm cæcurientibus in errorum tenebris: illos namque pijs ſermocinationibus docebat, confirmabat, ad meliora prouocabat: hos diſputationibus, argumentationibus, & clarioribus ratiocinationibus deterſis tenebris illuminare ſatagebat. Satagentis igitur ſoliciti crebriora facinora erant per aſpera, & per complana, per aqueas, niueas, vel gelidas vias peragrare, ſiue ſereno, ſiue nubilo, ſiue imbrifero cœlo peregrinari; tum ſub hyemis rigore, tum ſub æſtiuis canicularibus ardoribus itinerari, vt pluries etiam ſepties, ſi opportunitas audientium requireret, concionaretur: die noctuque ſtabat vigilans in Excubijs Leuiticus vigil, vt nocturnos fures, nempe Pſeudodoctores per Poſticum Domum cęleſtis Patrisfamilias effodere conantes, repelleret, quia male agere quærebant impoſtores, ideò odientes lucem, in tenebris ambulabant, adueniebant; vt nocturnis conuocatis Conuenticulis deſipientium, Caluiniſtica Sacrilegia venditarent, & communicarent. Igitur Capuccinus ſpeculator deſuper adſtans in Cuſtodia à negotio perambulante in tenebris præcauere ſummopere, & Eccleſiaſticum Regnum illæſum cuſtodire ſtudebat: quare tenebroſas congregationes adoriens, & Caluinicolas noctuas Catholico ſonitu perterrefaciens, Veſpertiliones Miniſtros diſputatione pulſando Nycticoracum conuentus diſſoluebat, lucifugarum auium licèt ſæpè ſæpiùs roſtris acutioribus, & ferocioribus vnguibus diſcerptus, & vulneratus; cum rebelles perfidiæ inſimularet.

Sui prædeceſſoris veſtigijs inhærens ad illius normã fatigationes diſponit.

III. *Piſcatorem Petrum* (aiebat D. Gregor.) *Matthæum verò Telonearium ſcimus, & poſt conuerſionem ſuam ad Piſcationem Petrus rediit, Matthæus verò ad Telonei negotium non reſedit, quæ enim ad peccatum implicant ad hæc neceſſe eſt, vt poſt conuerſionem animus non recurrat* quę verò virtutem promouent hæc abſque culpa, imò cum laude Apoſtolicum poſt munus aſſumptum exercentur. Fr. Alexandrum igitur adoleſcentium inſtitutorem in ſæculo extitiſſe diximus: ideò proficuum magiſterium, quod ante conuerſionem laudabiliter geſſerat, poſt acceptatum Apoſtolicum munus congruè exercendum reaſſumpſit, & proficuè ſatis in Cathedra Magiſtrali reſedit. Perſpiciens enim hic oculatus Vigil perſpicaces montanorum intellectus ſpinarum in rubos

D. Gregor P. h. 24. in Euãgel.

Ann. Chriſti 1619. degenerare, eo quòd congrua cultura inexculti ſyluеſcant; rationabilia dumeta, & ſenticeta illa extricare geſtiens, ludum litterarium aperuit, & adoleſcentioribus, ſiue grandioribus inſtruendis ſeipſum gratis expoſuit. Adfuerunt illicò tàm prouectioris, quàm tenerioris ætatis quamplurimi Tyrones, ſiue diſcipuli, quibus excipiendis, & inſtituendis cum non ſuppeteret congruus locus aptus in anguſto ſuo domicilio; reclinauit eos in præſepio, id eſt in Caulam pro litteraria aula electam declinauit docere, tum pro loci, tum pro inclementioris aeris ferè totius anni tẽpore frigidioris deuitandis anguſtijs. Per integrum igitur luſtrum quò inibi commoratus elaborauit, plures ex diſcipulis eruditiori cultura elaboratos, tàm ad ſacros ordines Clericos, quàm ad ſæculi adminiſtrationes, ſiue gradus idoneos effecit, vnde ex Conuallicolis Tabelliones aliqui, nonnulli Medici plures Sacerdotes euaſerunt, haud mediocri cum Vallis, & Villarum emolumento.

Ludum litterarium aperit, vt adoleſcentulos inſtruat.

IV. Egregiam quidem hic iuuenum inſtitutor, & adoleſcentię director nauabat operam; vt humanioribus litteris adoleſcentum ingenia excoleret: Verùm ſolicitiorem impendebat laborem; vt teneris mentibus erga Deum pietatem, ergaque proximum charitatem inſtillaret, inſtabat mentibus, animabuſque Diuino timore imbuendis: vnde ſingulari ſtudio Chriſtianę Diſciplinę prima principia, & neceſſariorum notitiam in primis, & ante omnia diſcipulis tradebat, & quod Domi didicerant, publicè in Templo cæteris adſtantibus proponere congrediendo iubebat: dum ipſe pro breuiori ſermocinatione faciliori ſępiùs repetita inculcaret, rudimentaria dogmata: nec ſolis ad ſe accedentibus Diuinorum cognitionem miniſtrabat; ſed & longè, ſiue longiùs torpeſcentibus, vel ſtertentibus ruricolis neceſſariorum inſtructionem ſubminiſtrabat: per Vicos, & populationes peragrando, vt deuios reduceret, errantes corrigeret, ignorantes inſtrueret.

Aperto Gymnaſio nõ ſolum humanioribus litteris, ſed & Chriſtianæ Diſciplinæ dat operam.

Leuitici miniſterij, & honorificentioris Diuini cultus decorem zelabat mirificè: vnde & Rectoribus Eccleſiarum, & Sacerdotibus pauperculis inſeruiebat, adſtabat, in cunctis preſtò aderat; pro Diuinis honeſtiùs celebrandis, Sacroſanctis Myſterijs conficiendis, & Sacramentis diſtribuendis: confitentes libenter audiebat, ęgrotantes inuiſebat, egentibus opitulabatur, lugentes exhilarabat, eſurientes, & ſitientes reficiebat, morientibus adſtabat, defunctis ſuffragabatur: quibus & huiuſcemodi pijs miſericordię operibus, conſpicuus enim euaſiſſet; licèt obſtinatis incredulis odioſus, pluribus attamen gratioſus cum deueniſſet; nonnullos ex Hęretica defectione ad Catholicam profeſſionem adduxit, quorum diſcretum numerum nondum diſtinctè deduximus.

Omnibus, ſiue Sacerdotibus, ſiue Laicis charitatis officia exhibet.

Exteriorem Templorum ornatum ſummoperè curauit: vnde, & ex piorum elargitionibus, & ex proprijs ſibi alimentis diminutis collectam pecuniam in paramenta, & altarium ornamenta impendendam procurauit. Et quia Apoſtolici Excubitores, gemini Capuccini anguſtiori adeò in habitaculo hactenus diuerſabantur, quàm vt domeſticis neceſſarijs religioſè exequendis, ſeu exteris excipiendis ſufficeret; ideò Fr. Alexander pecuniarium ſubſidium, Apoſtolico ęre pro quotidiano victu preſtitum in congruum domicilium comparandum, & iuſto pretio ſoluendum conuertit. Coemptam namque in ſufficientem habitationem proſcripti olim obſtinatioris religionarij domum religioſum in morem componere ſtuduit: vnde & ſucceſſoribus Coapoſtolicis Cuſtodibus aptiorem ſtationem inhabitandam reliquit. Innumerabilia ſunt, quę fecit, dixit, & pro Eccleſiaſtico regno promouendo inibi excogitauit per quiquennium, dum hac in cuſtodia inuigilauit, ſed prę iudicata ſola Epitomaticè relata refero.

V.

Ann. Christi 1622.

Domum cõparat pro Miſſionis domicilio.

CALCVLVS VNDECIMVS

Fr. PAVLI TAVRINENSIS Concionatoris per annum 1624.

I.

HÆc Delphinenſis Cuſtodia, in Varaytanæ Vallis vertice ſita, quantò magis Italico Eccleſiaſtico regno cuſtodiendo neceſſaria ob imminentia quotidiana Fidei diſcrimina; eò etiam magis Apoſtolicis deputatis Cuſtodibus, Euangelico Miniſterio in exercendo perardua dignoſcitur tum propter locorum aſperitatem, tum propter Accolarum hoſtium Sectariorum propinquitatem, eorumque errores diſſeminandi iniqui propoſiti tenacitatem: quaſi namq; cæteris omnibus curis, etiam domeſticis, atque neceſſarioribus expediti, huic vni propagandæ nempe *Hæreſis* negotio toto corde, & cunctis conatibus vacant, & incumbunt. Quapropter feruentior, & ſolicitior huic ſtationi Antagoniſta prouideri, & deſtinari conſueuit ab Apoſtolicæ militiæ Præſidentibus. Præelectus igitur, & obſeruandis his Excubijs Præfectus venit, hoc anno vigeſimo quarto extra ſexcentum, & mille Fr. Paulus Taurinenſis zelans Capuccinus Leuita, qui vegetis quidem erat naturæ, non tamen præcipitis reſolutionis: feruenti præterea ſpiritu ferebatur, verùm indiſcreto zelo nequaquam agebatur: maturabat enim aggrediendorum operum diſpoſitionem, & lentè feſtinabat ad prædiſpoſiti executionem. Excubare igitur hac in Cuſtodia cum aduenisſet, & occeptaſſet Fr. Paulus: nihil eorum, quæ ſui muneris eſſe intellexerat, ſibi pretermittendum decreuit, quinimmò neceſſaria vniuerſa licèt difficiliora Apoſtolica onera ſibi à principio præſtanda perpetuò præſcripſit, quæ poſtea infatigabiliter in progreſſu ſemper præſtitit: nam & Dei verbo prædicando, & rudium Catechiſmo frequentando, & Sacramenta adminiſtrando, & Sacro cultu exercendo ſolicitus indeſinenter peragrabat, Caſtellanam Satrapiam perluſtrabat, & per omnes illas gentes pertranſibat benefaciendo omnibus.

Prudens, & feruidus Fr. Paulus huic Miſſioni deſtinatur.

Ann. Christi 1623.

Super omnia autem libentiori animo in campum certaminis deſcendebat aduerſus Hæreticæ deſertionis Tutelares, & Patronos, perfidiæ Miniſtros: efferueſcebat vegetior ſpiritus Fr. Pauli, Theologicæ facultatis recenter Laureati, & Apoſtolico munere nunc primò ordinati: vnde dogmaticè decertandi non opportunitates modò nanciſcebatur, ſed & aucupabatur: quare Pſeudodoctorem, in Satrapia peſtilentiæ Cathedram regentem, ad religionarium agonem in dies laceſſebat, verùm ille generoſus Therſites, quò acriùs prouocabatur eò ſegnius ſterrebat, & pertinaciùs oblatum certamen recuſabat, vel emendicatis (aut meliùs) ementitis titulis perendinabat; ita vt ne quidem Cuſtodis Arcis Hæretici auctoritate, aut ſuorum aſſeclarum cohortationibus adduci aliquando voluit; vt cum prouocante Antagoniſta vel breuiores litterarias manus conſereret. Quamobrem ab Antianorum, & Caluiniſtarum conuentu minus idoneus adiudicatus, tamquã

II.

Pſeudominiſtrum ad dogmaticam pugnam prouocat, etiam renuentem.

Ann. Christi 1624.

mini-

miniſteriali exercitio inſufficiens, & inhabilis, nonnullos poſt dies reiectus abinit: cuius tamen in Miniſterij locum breuiter ſuffectus adfuit quidam PſeudoBecchius vocitatus, qui impietatis quidem aſſertorem ſimul, & hæreſum propugnatorem ſeipſum corde, ore, & opere & profitebatur, & exhibebat; verùm moribus, & conuerſatione ab huiuſcemodi Caluiniſticæ farinæ, ſiue furfuris Profeſſoribus alienum, admodumque diuerſum demonſtrabat. Commorabatur hic pro ſtatuto, & ordinario domicilio in Caſtri-Delphini Villa: vnde ad Miniſterialia obſequia circumadiacentibus præſtanda per tempora egrediebatur. Ad propria igitur regreſſus cum feriabatur, perpetuò in foro otioſus, vel deſidioſus conſimilibus vertabatur, pro Pſeudoprophetarum more circumſtantibus opportunè, vel importunè hæreticas nugas, & figmenta, ſeu commenta venditare ſatagens, quòd ſubintelligens Fr. Paulus, vbi primùm Caluiniſtam præſtigiatorem in forum deſcendiſſe exaudiebat; protinus & ipſe domo proſiliens, in arenam expeditus impoſterum ſemper apparebat, & ſtãti Antagoniſtæ pugnam ex-tempore offerebat: acceptabat ille, quippe qui & linguarum, & ſcientiarum peritiam profitebatur, & ad hoc ſignanter à Gebennenſi conuentu emiſſus aduenerat; vt ſtrenuo Pugili hæreſeon expugnatori, ſui anteceſſoris effugatori, Fr. Paulo occurreret, in ſtadio concertaturus. Adinuicem igitur coram congregata credentium, & non credentium multitudine in agone contendentes dogmaticis lanceis, vel mucronibus ſe mutuò impetere, & vulnerare ſolicitiùs ſatagebant Pugiles, & certamen per diuturniores moras protrahentes, & pertrahentes, licèt veritati falſitas palmas concedere cogeretur, id eſt licèt Catholico Athletæ Caluiniſta decertator cedere compelleretur, argumentorum acumine ſauciatus, & colluctantis robore deiectus; nihilominus (præter Pſeudominiſtrorum conſuetudinem) pacificè terminata pugna, amicabiliter pugnantes cum ſuis aſſeclis vnuſquiſque ad ſua recedebat, & taliter cum frequentiùs coram Populo decertarent; ſemper faciebant, quo pacto in Fide diſcrepantes contribules, in pace confirmare, & conſeruare ſtudebant: Nam & Antiani, atque Diacones Caluiniſtæ ſiue quilibet ex *Hæretica* plebe cum Fr. Paulo de religione agens, cum Catholica placita veluti legitima fateri cogeretur tranquillè, laudabat Capuccini Doctoris eruditionem, cui propria inſcitia reſiſtere non valebat. Sua igitur humanitate, humilitate, & morum ſuauitate Euangelicus Seraphicus Profeſſor id aſſecutus fuerat; vt omnibus tàm incredulis, quàm Fidelibus gratus à cunctis honorificaretur; itaut terminatis in platea religionarijs diſputationibus, domum verſus regredientem Fratrem Paulum comitarentur etiam aduerſarij, & inter eos ipſe Antagoniſta Hæreticus, quòd multoties cum Catholicorum ſingulari exultatione contigit, in celebriori ſignanter celebritate Corporis Chriſti: tunc enim circumferentibus de more Catholicis Sacerdòtibus, concomitante Populo, per Villæ Vicos in oſtenſorio expoſitam conſecratam Hoſtiam; vbi primum ad conſpectum Arcis Caſtri-Delphini comparuit Fidelium Proceſſio; Præſidiarij & milites, & Dux Hæretici militari conſueta puluerario ſonitu præſtanda ſalutatione, pertranſeuntem ſupplicationem ſe ſe venerari ferreo ore ignem vomente proteſtati ſunt, quòd cum à prandio, eos ex induſtria conueniens Fr. Paulus, ſummoperè commendaſſet; in tui (inquiunt) gratia id præſtare voluimus.

Nouo cū Miniſtro publico in foro ſępius diſputat

Ann. Chriſti 1624.

III. Sacra Clauſtra Eccleſiaſtica perluſtrans vigilax excubitor, offendit Cæmeterium Parochialis Caſtri Delphini diruta maceria beſtiarum incurſionibus, & conculcationibus expoſitum, quin Sectariorum iniurijs patens: Quamobrem cępit pro inſtaurando, & reſtituendo parietario Clauſtro, cum Oppidanis agere, nec priùs, à perſuadendo deſtitit; quàm illud illi zelotis monitoris perſuaſionibus acquieſcentes in Oppidanorum ſepulturam communibus ſumptibus muris circum ſepuerunt. Plura egregia facinora in Parochiali Templi, olim ab hæreticis deuaſtati inſtaurationem in dies moliebatur, ſignanter Pinnaculi deiecti erectionem piorum ſubſidijs perficiendam iam prædiſpoſuerat, fundationem Roſariani Sodalitij in honorem Deiparæ Virginis occeptauerat, quando expleto vnius anni circulo, Perrerium aduocatus receſſit.

Catholicum Cæmeteriū muro circum uallari curauit.

CALCVLVS DVODECIMVS

Fr. BONAVENTVRÆ TAVRINENSIS Concionatoris per annos 1625. 1626. 1627. 1628.

I. INfauſta ſatis ſunt, quæ de Iudaico Populo referūt Machabęorū Monumēta. *Et Ieruſalē non habitabatur, ſed erat ſicut deſertū, non erat, qui ingrederetur, & egrederetur de natis eius, & Sanctum conculcabatur, & filij alienigenarum erant in Arce, ibi erat habitatio gentium.* Mala igitur vniuerſa, quæ diuinum cultum, & profectum Populi

Machab. lib. 1. cap. 3.

Iſraelitici impediebant, ex eo procedebant; quòd alienigenarum filij occupabant Arcem in Ieruſalem: Strenuè licèt veluti Machabæorum Sacerdotale genus gens Sancta, Apoſtolici pugiles Capuccini ad hęc vſque Tempora in Caſtri-Delphini Satrapia, aduerſus incircumciſos corde Hæreticos decertaſſent; perſeuerabat nihilominus, quinimmò inualeſcebat Profanatio Sanctorum, eò quòd Sectarij milites, & Duces occuparent Arcem: Iam enim Caſtri Cuſtos, & Præſidiarius miles, quàm publicę Iuſtitiæ ordinarius Iudex, inter alienigenas nempe infideles Caluinicolas computabantur: quamobrem conculcabantur Sancta à profanis. Licèt enim regijs ordinationibus Hæreticalia exercitia Pſeudominiſtris hac in Caſtellania penitus interdicerentur; ſubq; grauioribus interminatis pęnis prohiberentur ſubuerſores ſacrilega ſua Caluiniſtica miniſteria ibidem indiſcretè exercere; hi nihilhominus contumaces legum præuaricatores tum armis, tum toga, ideſt Caſtellani tum Cuſtodis, tum Iudicis patrocinio ſuffulti, & tutela protecti, non liberè modò in Caſtro-Delphino diuerſabantur & conuerſabantur; ſed in tota Satrapia pro libidine Miniſteriales Profanationes tã Prædicationis iniquæ, quam ſacrilegæ Cęnæ publicè, vel priuatim exercere non verebantur, imò gloriabantur: vnde Catholica Sancta ab impunis Profanis potentiæ Arce, & munitionibus fretis, violenter conculcabantur.

Diuerſimodè obſtinati contumaces Hæreticalia exercent.

II. Quorum temerariam impudentiam cum ſuperueniens animaduertiſſet Frater Bonauentura Taurinenſis, ad hanc Cuſtodiam hoc Iubilei anno deſtinatus; cumq; obſeruaſſet: *Quòd hi, qui erant in Arce, conciuſerant Iſrael in circuitu Sanctorum, & quærebant eis mala ſemper, & firmamentum gentium: & cogitauit Iudas diſperdere eos.* Sic & Capuccinus Agonotheta excogitare incepit, quonam expeditiori modo, & methodo hos expugnaret. Cępit igitur ipſe facere, & docere: occeptauit pugnare verbo, facto, & exemplo, religioſæ irreprehenſibilis conuerſationis lorica contectus, gladium verbi vtraq; parte acutum exemit, ſimul enim, & ſemel concionando, ſiue diſputando legitima confirmabat, ſpuria verò dogmata infirmabat, docebat fideles, cõfundebat incredulos: ſolidiori alimento viros erudiebat, & lacteo potu edentulos ſimplices, rudes, & infantes inſtruebat: Calceatus pedes in præparatione Euangelij perambulabat, & ſuperiores, & inferiores Caſtellaniæ partes, ſiue populationes, & Verbi prædicati, atq; conſecrati alimoniam illis eſurientibus, quin inedia deficientibus afferebat, offerebat, & inferebat: ſanando oppreſſos à Diabolo per Pęnitentiam, tum excipiendo longanimiter Sacramentales confeſſiones, tum reficiendo Euchariſtico Alexipharmaco reſtituros pœnitentes: ſi quos ad inuicem rixantes, vel diſſidentes offendebat; compoſitis diſſidijs, remotis iurgijs ſimultates extinguebat, diſcordantes animos reconciliabat, triſtes recreabat, patientes iuuabat, infirmis, egenis, tribulationem, vel perſecutionem patientibus ſolatium præſentaneum, & efficax præſtabat, vel exhibendum curabat.

I. Machab. c. 6.

Ann. Chriſti 1614

Fr. Bonauentura Diuinum cultum reſtituit.

III. Cum acceſſiſſet igitur Fr. Bonauentura, Roſarianum Sodalitium à ſuo prædeceſſore in hac Caſtri Delphini Villa, initiatum, haud tamen conſummatum; perficiendo huic ſe facinori ſeipſum accinxit, eò feruentiùs, quo tepidiùs ſegniores hi Oppidani fideles in Chriſtianæ pietatis exercitijs ſe gerebant: licèt namq; Apoſtolicorum Operariorum quotidianis ſolicitationibus, quaſi quibuſdam ſtimulis, ſiue calcaribus exſtimulentur; humanæ tamen naturæ infirmitate, ſeu potiùs corruptela, ſiue mundanarum rerum importunitate grauati deficiunt potiùs in bono ſæculares homines, quàm proficiunt. Frigebant igitur hi Delphinenſes Diuinæ charitatis ardore, languebant in Diuinorum frequentatione, atq; cultura: languentes igitur frigeſcentes, & deficientes, vt reficeret, confoueret, & ſolicitaret Capuccinus Leuita; Mariani Roſarij Congregationem, congrua relata facultate Canonicè inſtituit, in Eccleſia Parochiali Sanctæ Margaritæ ſelecto, atque dè nouo erecto, ſiue antiquo ab Hęreticis deiecto Sacello, à fundamentis reſtituto: cui iam reædificato, & completo Fr. Bonauentura & elegantem Iconem apponendam, & exponendam procurauit, primumq; vexillum Sodalitatis inſigne, ſiue in ſignum perficiendum curauit, & nonnullla congrua alia ornamenta ſiue paramenta comparauit, quibus Sacrum illud Sodalitij altare, vel Sacellum venerabile, atq; cunctis ſpectabile reddidit; eò honorificentius, quò frequentiùs ipſe, & collega Sacerdos ad illud accedentes, quotidiana in eo, coram libenter conueniente Populo, offerebant Sacrificia: ſingulis & Sabbatis, & Sanctæ Dei Genitricis ſolemnitatibus diuina Officia, ſignanterq; Marianas Litanias, & preces celebriter decantantes: rurſus quò acriùs cunctantem plebem ad religioſam pietatem ſolicitaret, perurgeretq: deuotis, & aſſiduis ſermocinationibus cunctos adhortabatur; vt Roſariano Catalogo ſua nomina deſcribenda darent: à deſcriptis autem congruis temporibus coadunatis in ſtatuto Sacello, Reginę Cęlorum Coronam recitandam pręcipiebat, inter recitantium verò voces, ſingulę in fine decadis, inſerebat ipſe, vel adſtans ſocius breuiuſculam commemorationem, ſiue deuotam meditationem Myſteriorum Geniti Chriſti, vel eius Genitricis geſta redolentium, &

Nouo erecto Sacello Roſarianum Sodalitium inſtituit.

referentium.

referentium. Quod cum indeſinenter ſtatutis horis, & opportunioribus diebus præſtaret; breui tempore excitati Fideles ferventiores in Chriſtiana pietate ſolicitioreſq; effecti, cœperunt ſpiritualia colere pariter, & frequentiùs ad Sacramenta Pœnitentiæ, ſiue Euchariſtiæ accedere, ſaltem ſingula quaque cuiuſlibet Menſis priori Dominica die, præcipuiſq; anni quibuſq; ſolemnitatibus, orationibus inſtabant, Miſſarum celebrationi, etiam ferialibus diebus deuotè adſtabant, pietatis denique, Orthodoxæq; Religionis cultùm mirificè exercebant.

IV. Huius ergo Roſarianæ turmæ Confratrum numeris, cum hortante, & ſuadente Capuccino ductore, & directore Fr. Bonauentura, iam ad trecentos excreuiſſet, decreuit Euangelicus Antagoniſta, cum illo fidelium cœtu, piæ exercitationis in Campum egredi, & conſcriptos Tyrones religionari in paleſtra exercere: quapropter congrua, atque opportuna feſtiua quadam præmeditata, & indicta die, trecentos illos promiſcui ſexus Conſodales Roſarij conuocauit, & precarijs globulis manibus armatos, ſub eleuato vexillo Mariano, præcedente grandiori Crucifixi ſigno, compoſitis & moribus, & motu incedentes, & Diuinas, ac Marianas laudes perſonantes, veluti terrificam aduerſarijs Fidei Caſtrorum, ſeu potius fidelium aciem hanc ordinatam ipſe cum comitante ſocio Sacerdote duxit Pontum, atq; ad ſemidirutam Sacram Deiparæ Ædem perduxit, quò inibi ſuperſtitem celebrem eiuſdem Virginis Ediculam, Imaginemq; venerarentur. Eò igitur cum piè occinentes perueniſſent; accurrentibus, & occurrentibus Ponti incolis admirantibus, Capuccinus Sacerdos Sacris Indutus, Sacroſanctum celebrè Sacrificium Miſſæ obtulit, pariter atque inter ſolemnia Miſſarum, adſtantibus conuenientibus populis feruentiorem ſermonem habuit, poſt quem ante ſacrificij conſummationem vniuerſos fere ſuos milites Euchariſtico commeatu recreauit, & refocillauit, deuotè ad Sacram Synaxim accedentes, & à communione, eodem ordinato, & compoſito greſſu ſiue regreſſu ad propria, Te Deum Laudamus concinentes, remeantes.

Roſarij Conſodales ad Deiparæ Virginis Ponti Ædiculã cõducit.

V. Pontani igitur contribules, & incolæ Accolarum ſuorum Delphinenſium exemplo permoti, illorum in Angelorum Dominam pietatem, ſiue Religionem æmulantes, Fr. Bonauenturam ex-tempore interpellarunt; vt ſicuti in Caſtro-Delphino, ita & in Ponto Sodalitium Roſarianum inſtitueret: quorum pijs votis annuens Euangelicus operator, per Epiſtolas relata à Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Taurinenſi, & ſacri Ordinis Prædicatorum Præſulibus neceſſaria poteſtate, Marianæ Sodalitatis in Deiparæ dicatis Sacris Ædibus, quondam ab hæreticis deiectis, conſtituit. Stabat adhuc, & perſtabat inter rudera ſolitarium ſingulare Sacellum Virgini Sacrum, intra cuius, pro modo, anguſtias Sodalitiæ inſtitutionis fundationem celebrarunt, & conſuetas præſcriptas recitationes aliquandiù exercuerunt. Verùm enimuerò vniuerſus Catholicus Ponti Populus vltroneis ſuis obſequijs, & ſubſidijs & oblatis, & præſtitis inſtante, & frequentiùs aduentante ſolicitatore Capuccino, haud prolixioris temporis mora in foro Oppidi commoda comparata domo, anguſtiori ſemidiruto Sacello antiquo derelicto Marianum Templum nouum conſtruxerunt, atque ad elegantiorem formam perduxerunt, quod poſtea, in dies magis perficere ſucceſſores perſeuerauerunt: excreſcente interim, & quotidie ſupercreſcente populorum concurſu, & frequentia Dei Matrem inſtauratis in Sacris Ædibus venerantium. Rurſus cum apud Ponti hos Oppidanos, (qui Catholicam veritatem ſtrenuè perpetuò contutati fuerant,) diſciplinantium nullum adhuc perſtaret Oratorium; oculatus Vigil perſpiciens numeroſum populum ſpiritualibus ſubſidijs aliqualiter penurioſum, ne deſidioſi Chriſticolæ otio torpentes Caluinicolarum fabulis, & deliramentis aliquando intenderent; opportuna ſibi facultate collata, Confratrum de Pœnitentia Congregationem inſtituit, quibus certas neceſſarias, & opportunas regulas conueniendi, præcandi, atque ad ſpiritualia interueniendi, præſcripſit, & attribuit.

Ann. Chriſti 1640.

Sodalitas Roſarij etiam in Ponto inſtituitur.

Pontani incolæ Marianũ Templũ ædificant.

VI. Has ergo Chriſtianas Fidelium Eccleſiaſticas acies, & turmas religioſas licèt conſtituiſſet zelum Legis zelans Sacerdos vt pugnarent aduerſus eos, qui erant in Arce, & ex Arce perturbabant Montem Sion, ideſt militari, & ciuili hæreticorum Miniſtrorum præſidio freti Catholicam diuexabant Eccleſiam: nihilominus impudentiores Miniſtri, defectionis Sectariæ propugnatores extra limites, intra vetitos lares commorantes inſoleſcebant, & accelerabant impietatem ſerere vbique, & ad libidinem blaſphemias multiplicare: quare intrepidus Antagoniſta in medium prodiens, & inſanis debacchantibus obuians dogmaticum certamen viriliter offerebat, & acceptatum ſtrenuè proſequebatur, frequentiùs in arenam contra Antiminiſtros, Antichriſti aſſeclas deſcendens, & decertans, publicas iurium violationes obijciens, atque inobedientiæ Sacrilegij pariter, & Læſæ Maieſtatis Diuinæ, atque humanæ criminoſæ præuaricationis eos inſimulans. Diſſimulabant nihilominus proterui, & pertinaces lu-

Dogmaticum certamen viriliter ſuſtinet.

ſtitiæ violatores, violatumque ius, haud ſe intelligere, ſimulabant; clamaret licèt publicè pro ſuggeſtu Apoſtolicus declamator, atque vix è ſuggeſtu regreſſus argueret, & proclamando corriperet pro religionari congreſſu, ſurdeſcebant attamen voluntarij, & vltronei ſurdaſtri ad veritatis Præconis voces. Quaptopter prudens Vigil, ſcripto exaratas, ſuper his omnibus tranſgreſſionibus, informationes autheuticas ſecum deferens, Gratianopolim verſus iter ex-tempore arripuit, & omni celeritate licèt laborioſè admodum cum Socio perfecit, eòq; poſtquam peruenit Camerarios Iudices conueniens, Informatiuum contra Sectarios inobedientes proceſſum obtulit, & pro opportuno remedio interpellauit. Illi delatam partem coram Tribunali iuridicè citatam, aduocantes octo præcipuas, & ſingulares Caluiniſtarum perſonas vocauerunt: nempè Arcis cuſtodis Vicegerentem, Iudicem Caſtellanum, Iuſtitiæ Cancellarium loci, Miniſtrum falſitatis, Pſeudodiaconum, Antianum, & binos de populo viros, quos coram Tribunali comparentes Gratianopolim ſupremi Iudices veritatis cauſa perſpecta Legis Regiæ præuaricatores, obidque acriter punibiles, atque de facto puniendos declamauerunt, Senatoſioque edicto prolato, recedendi à Ciuitate interdicta facultate, illos opportunè iudicandos, & grauioribus puniendos detinuerunt. Antagoniſta Fratre Bonauentura dimiſſo, ampliori cum diplomate ſiguato, quo Regia iura in fauorem Fidei præſcriptiones, & limites hæreticis perpetuò, ſub proſcriptionis bonorum, & capitis interminatione, obſeruanda denuò indicebantur: nempè vt in ſolo Canalis Vico Caluiniſtica exercitia liceat Miniſtrari. Regreſſus igitur victor Frater Bonauentura, illicò pro roſtris Senatuſconſultum publicari mandauit 4. Idus Septembris ann. 1626 Octo illi deinde hæretici homines non prius dimiſſi fuerunt; quàm cautionem de obediendo, & pro condemnatoria ſententia excipienda comparendo vbi, & quando interpellati extitiſſent, præſtitiſſent. Poſtmodum igitur Capuccini deprecatoris interceſſione mitiùs agentes Gratianopolitani Iudices, moderata Iuſtitia, reos damnatos mulctarunt, pecuniaria mulcta Parochialibus Sacris Caſtri-Delphini Ædibus inſtaurandis applicita.

Regalium Iurium præuaricatores Tribunalibus defert.

An. Chriſti 1627.

VII.

Prouidus Capuccinus Eccleſiaſtici regni limitaneus Cuſtos, cum Gratianopoli coram Magiſtratu ageret; non ſolos tranſgreſſores reos Hæreticos corrigendos curauit; ſed innocentes oppreſſos Fideles abſoluendos quoquè procurauit: Nam tàm Bellini, quàm Caſtri-Delphini Caluiniſtæ, reipublicæ adminiſtratores Catholicos contribules ſuos ad pecuniarium ſtipendium Pſeudominiſtro ex parte ſoluendum, cogebant: rurſus Arcis Cuſtos Sectarius violentia, & potentia fretus de communi ære publico annuum Cenſum centum Francorum, Hæretici pro miniſterij manutenſione perpetuo perſoluendum impoſuerat. Fr. Bonauentura igitur coram Magiſtratibus non priùs efficaciter agere, & interpellare ceſſauit: quàm ſupremum illud integerrimum Tribunal miſeros oppreſſos ab iniquis exactionibus ſupra recenſitis liberauit. Vnde cum ſubtracto opulentiori ſubſidio Miniſter iniquitatis perſiſtere non valeret, Bellino diſceſſit, atque à Caſtellania impoſtor receſſit. Iterum Canalis vici incolæ, vniuerſi fere Caluinicolæ Rectori Sacerdoti decimas perſoluere detrectabant, & de facto negabant: interpellauit igitur Fr. Bonauentura pro pauperculo Præsbytero, & à Parlamento Ordinationem retulit, de decimis per quindenos vniuerſorum terræ fructuum prouentus ſoluendis: vnde Caluiniſtæ Reuerendiſſimo Taurinenſi Archiepiſcopo ſupplicibus libellis porrectis pro moderanda quantitate poſtulauerunt. Coram quo pariter Apoſtolicus Operarius, & coram Ponti Oppidanis egit; vt Parœciæ propriæ Curatori Parocho exiguus, & tenuis Cenſus annuus aliqualiter augeretur, quò honeſtiùs miniſterium Sacerdotale ſuſtinere valeret. Volebant Bellinenſes Sectarij paruulos ſuos Catholicæ Eccleſiæ baptizandos offerre (cum Hæretico miniſtro carerent) ea tamen conditione; vt Patrinos tenentes Caluinicolas adhiberent: conditione tamen veluti impertinente reiecta, receſſerunt pariter à poſtulatione.

Decimarum etiam Canalienſi Parocho antiquã ſolutionẽ reſtituit.

An. Chriſti 1628.

VIII.

Plurima quidem hactenus præſtiterat infatigabilis Eccleſiaſtici regni inſtaurator in obſequium, & ſolatium Fidei, verùm nihil, aut parum adhuc ſe præſtitiſſe autumabat; niſi diſſiparet eos, qui in Arce pugnabant contra Iſrael. Igitur coram Chriſtianiſſimi Regis militiæ Magiſtris vehementiùs adeò atque ſolicitiùs proclamauit, atque interpellauit; vt tandem aliquando remotis & Cuſtode, & militibus præſidiarijs Hæreticis, Catholici adminiſtri cuſtodiendo Caſtro, & gubernandæ Caſtellaniæ præficerentur: vnde & res Fidei, ſiue Eccleſiæ, atque Catholicorum fœliciùs reſpirare, & proſperare cœperunt, in dies magis maiora accrementa, ſiue incrementa ſuſcipientes, & percipientes.

Cuſtode, & militibus hæreticis a Caſtro remotis, ſufficiuntur adminiſtri Catholici.

Quæ

IX. Quæ res irreconciliabilis odij, & malitiæ fomitem aduerſus veritatis propugnatorem Fratrem Bonauenturam Hæreticis ſubminiſtrauit. Hi igitur captata opportunitate bellici diſſidij, hoc anno vigeſimo octauo ſupra ſexcentum & mille, inter Sabaudum, & Gallos exorti, cum Vxellenſis Marchio Francus Caſtrum-Delpinum aduenifſet militum pluribus turmis ſtipatus, quaſi Gallicas acies per Varaytanam Vallem traducturus, ad Mantuano Duci pro Monteferrato ferendas ſuppetias, acceſſerunt Sectatij, & coram militiæ Magiſtris Fr. Bonauenturam veluti Taurinenſem Ciuem, Pedemontano Principi ſubiectum perfidiæ in Gallos aſſeucranter accuſauerunt, atq; veluti noxium hoſtem eijciendum poſtulauerunt, ſicq; ſuæ Sectę conſulere excogitauerunt. Verùm enimuerò cum quæ obijciebant, congruis teſtimonijs comprobare non valuiſſent; præualuit veritas, ſimul, & innocentia ad innocuum Leuitam abſoluendum: non deſtiterunt tamen, nec à propoſito Capuccinum perſequendi receſſerunt, quinimmò pluribus compoſitis inſidijs, eum perturbare, & ab Apoſtolico Miniſterio deturbare diù pertinaciter perſeuerauerunt, ſignàter quamdiu Gallicanus exercitus in Satrapia Delphinẽſi moras traxit, cũ Sabaudis belligerando: eo igitur toto tempore prudens Sacerdos à congreſſibus publicis, & militum conuerſationibus abſtinuit: cautè, & parcè colloquendo, de ſolis rebus Fidei, vel fidelium ſalute pertractando. Non quidem à Miniſterio Euangelico ceſſabat, quin conſuetis concionandi, docendi, & diſputandi exercitationibus incumbebat, verùm conſultò à familiariori congreſſione, & egreſſionibus frequentioribus pedem retrahebat.

Hæretici ſub ementitis titulis Fr. Bonauẽturam à Caſtro-Delphino eijci poſtulant.

X. Alio non mediocri incommodo, ſub his diebus, fuit pulſatus Euangelicus liminarium Cuſtos: cum enim pro ſuo more ſuppeditatum ſibi Apoſtolicum commeatum liberaliter in egentes erogaret; ſuperuenientibus ex inopinato Gallicis turmis, deficiente publico vectigali, cęperunt ſinguli, & vniuerſi indigenæ, atq; alienigenæ neceſſariæ alimoniæ penuriam pati: deſertus erat locus, nec aliunde aduehendi ſubſidij tàm facilis, & peruius aditus patebat; quare pauperculi Capuccini hordeaceo pane vix ad ſufficientiam veſcebantur, pauculis quibuſdã appoſitis caſtaneis: ſuperuenientes autem militiæ Duces optimates quidam, pauperum religioſorũ ad hoſpitium diuertunt, quibus benignè exceptis hordeaceos panes, & caſtaneas apponunt, & quamdiù inibi commorantur offerunt, comedunt iſti, neceſſariorum, vel lautioris alimoniæ carentia laborantes: in diſceſſu verò aurum, & argentum, nempe pecunias Capuccinis in præſtitæ Charitatis prætium inſtanter offerunt, recuſant pauperes Minoritæ denariorum ſubſidium; vnde recedentibus Caſtris, non paruo tempore haud mediocrem alimentorum indigentiam fuerunt perpeſſi, cunctis illis Franciçæ militiæ Proceribus mirifico ędificatis exemplo.

Ann. Chriſti 1628.

Charitatiuus in proximos, ipſe alimentorum penuriam patitur.

XI. Licèt ergo Fr. Bonauentura ab aduerſarijs Eccleſiæ vexationes non paucas, nec exiguas pateretur, calumnijs namque iniurijs, deriſionibus, perſecutionibuſque perpetuis eum exagitabant acriùs, ſiue duriùs adeò; vt numquam ſolus valeret incedere, ſed ſemper vel ſocio Sacerdote, vel comitantibus Sęcularibus, in publicum progrederetur (capiti enim illius ſæpius inſidiabantur) nequaquam tamen validus Antagoniſta à propoſito agone Iurium violatores pulſandi receſſit. Subintellexit aliquando, quòd in Canalis Vico Ius quoddam Patronatus Eccleſiaſtici ſimplicis Beneficij à Vaſſallorum familia vſurpabatur, Eccleſiaſticos Prouentus in Profanos ſuos vſus conuertendo: vnde Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Taurinenſis, & Chriſtianiſſimi Regis Tribunalibus vſurpatione delata, reſtitutionem obtinuit, & tenuiori Sacerdotis Curatoris ſtipendio ſuperaddendos procurauit. Geminas prætereа vndulatas Caſulas, & binas vitreas feneſtras Eccleſiæ comparauit, cui pro honeſtiori conficiendo laqueari, iam plures tabulas parauerat: pro domeſtica ſua Apoſtolica Bibliotheca paranda quadraginta argenteos in neceſſarijs codicibus coemendis impenderat: multaque alia, & excogitata pręſtauerat, & pręſtanda excogitauerat; niſi receſſiſſet.

Capiti illius inſidiantur Hæretici.

Vſurpati Iuris patronatus reſtitutionem obtinet.

XII. Quadriennali igitur ſuę Apoſtolicę reſidentię & Euangelicę operationis progreſſu, prouentus non exiguos Eccleſiaſtico regno inſtaurando præſtiterat (vti compendioſè hactenus dedimus) inter quos, errones quamplures deceptos ab errorum fouea extractos ad lucem veritatis perduxerat: quales, quos, & quantos pręciſè ignoramus, ſequentium ſolummodò ad nos tranſmiſſam notitiam calculamus: Ex Canalienſi Pago paganos quindecim, ex Bellino vndecim, ex Ponto tres ex Caſtro-Delphino quondam Sancti Euſebij Oppido oppidanos itidem vndecim reſtituit, vel potius adauxit communioni Fidelium. Strenuus igitur hic Capuccinus pugil ceſſauit quidem, & à debellandis hęreticis receſſit, neutiquam tamen veluti veteranus miles ad rura dimiſſus in tranquillos receſſus ſeceſſit; quinimmò ſubſequenti anno trigeſimo cum ſexcentis & mille, inſurgente & præualente acerbiori epidemia in Ciuitate Taurinenſe ipſe proximorum ſaluationis zelo ſuccẽſus accurrit,

Quot ad lucem veritatis perduxerit.

& laborantibus ſpiritualia, & poſſibilia ſubſidia miniſtrauit, quo in miniſterio lethifero morbo correptus, iuſtorum morte, imò charitatis mucrone ſublatus, occubuit eodem anno.

CALCVLVS XIII.

Fr. LAVRENTII à PINEROLIO Concionatoris per annos 1629. 1630. 1631.

QVi hactenus hac in laborioſa ſtatione, aduerſus alienigenas pugnauerāt Capuccini Athletæ, validè quidem contra Sectarios decertauerant: vnde & tandem Fr. Bonauentura (vti ſuis numeris notauimus) eos, qui erant in aduerſaria Arce, expugnauerat. Verùm enimuerò, nec ipſe, nec præcedentes pugiles validioribus vniuerſis ſuis conatibus Iebuſæum, adhuc in populo ſtantem, propulſare præualuerant, hoc eſt dicere: lapidem offenſionis, ac petram ſcandali nondum de Eccleſia eijcere valuerant. Stabat enim in Caſtri-Delpini Oppido laſciuiens Sacerdos, publica libidine famoſus: iam enim, à pluribus annis notorio in ſacrilegò concubinatu ſordèſcebat; contra ſordidum quidem Presbyterum congruis, & rationabilibus modis dimicauerant, id eſt pro amouendo luxurioſo adultero, & pernicioſo auferendo offendiculo, legitima interpellauerant Tribunalia Euangelici Operarij, poſtquam Euangelica corripiendi methodo multoties adhibita, ſe laterem lauare intellexerant. Verùm omnia fruſtra: Perſtabat ergo in ſordibus carnis, & velut iumentum in immundo ſuo ſtercore computreſcebat delirus Leuita in comeſſationibus, compotationibus, & ebrietatibus inſaniendo, quando Fr. Laurentius Pinerolienſis Cuſtodiam hanc obſeruandam accepit. Acceſſit igitur ſtrenuus hic Fidei Propugnator, ſcholaſticis facultatibus non minus, quàm declamandi facundia clarus, religioſis virtutibus apud ſuos fulgebat: vnde Guardianatus officio aliquoties functus fuerat: Verùm quia ardentioris operationis igneæ, & ſanguineæ temperaturæ vigore pollebat, religioſoq; zelo feruebat: integritate, prudentia, & agendarum rerum dexteritate conſpicuus apparebat; Apoſtolico exercendo muneri ſæpius deſtinatus fuit. I.

Ann. Chriſti 1629.

Quid Clerus in adul[ter]io ſordeſcebat, ad veniēte Fr. Laurentio.

Leuita Laurentius igitur bonum opus operatus eſt, qui per Verbum Crucis cœcos ſpiritualiter plurimos illuminauit, dum theſauros Eccleſiæ, ideſt, Euangelicā doctrinam, Catholica dogmata, Orthodoxam Fidem pauperculis illis diſtribuit. Circumeundo enim per Pagos, per Vicos pro concione, pro dogmate, pro catechiſmo diſperſit ſpirituales Chriſtianæ diſciplinæ Gazas, & neceſſarias ad æternam vitam diuitias dedit pauperibus, id eſt pauperculis animabus alimēta ſacra, Sacramenta, & ſacramentalia pabula ſubminiſtrando: quò ſtantes firmaret, lapſos ſubleuaret, & deiectos erigeret: Fidelium pietatem promouere ſatagebat, & Diuini cultus religionem augere neruis omnibus intendebat: Templorum venerationem, ſacrorum frequentiam, & reuerentiam perpetuò commendando: vnde, & quædam ſiue ornamenta, ſiue paramenta depauperatis Eccleſijs attribuit, & Sacellis contribuit. II.

Catholicam Religionē promouere ſatagit.

Intercedebant, ſub his, temporibus, inter Allobrogos, & Francos Principes, & populos Bellicæ, & Politicæ acriores ſimultates: exagitatæ iam ſuperiori anno inter Ciſalpinos, & Tranſalpinos Gallos Martiales controuerſiæ, hac in Delphinenſi Satrapia necdum penitus ſiluerant: vnde cum Frater Laurentius Subalpinas cum Intraalpinis Delphinenſibus verſaretur; cautè ſatis ſibi incedendum, & conuerſandum fore perſpexerat; ne Caluiniſtæ Perduelles, perfidiæ eum inſimulandi, apud ſecularem Principatum, etiam falſam, & ementitam apparentem anſam arriperent: Eccleſiaſtici igitur Chriſti ſpiritualis regni iura promouebat, ſed temporalis dominationis legitima cuſtodita reuerebatur. Dum igitur taliter ancipiti greſſu, inoffenſo tamen vtroque pede progredi conabatur Capuccinus Excubitor: en ipſius in ſubſequentis anni primordijs, iterum in Pedemontanum Ducem inſurgens Rex Gallus adeſt ad Italica Oſtia, hoſtili copioſo agmine, & milite ſtipatus, & primo ſine ingreſſu, ſiue ſuo aggreſſu Pinerolium inuadit, atque & Ciuitate, & Arce expugnatis, Marchionatum verſus Salutienſem ſuas dirigit acies, ſub vno eodemq; tempore; quo ſæua mors inexorabilibus ſuis emiſſis caſtris Epidemialibus, peſtifera falce Pedemontanam per regionem feraliter deſæuiebat, cui macie extenuata fames acerbiori fœdere iuncta, quos non depaſcebat lethifera lues, non paſtos enecabat ipſa; ita vt à contagioſo morbo euadentes penurioſa eſuries interficeret, & conſumeret. Diſcurrens ergo formidabilis, & ti- III.

Ann. Chriſti 1630.

Proximorum neceſſitatib[us] ſuccurrit.

mendus

mendus nimis, infauſtus hic morbi, mortis, ſiue Martis, & famis famoſus Triumuiratus, ad Vallem Varaytæ verticem vſque peruenit, & Comitatus Delphinenſis quaterna Oppida inuaſit, inexorabiliter furente peſte præcipuè, qua ex inopinato vulnerati ceciderunt plures ex his, & ex illis, id eſt ex Laicis, & ex Clericis, ſignanter Sacerdotibus, Rectoribus Eccleſiarum Caſtellanæ Satrapiæ: quare Fr. Laurentius proximorum ſaluationi, & Fidelium ſpirituali ſpecialiter curationi animam ſuam offerre, & ſacrificare decreuit peſtifero vulnere ſauciatis inſeruiendo.

IV. Laurentius igitur in præparatione animi ingreſsus eſt charitate velut Martyr, id eſt vt voluntario occumberet incruento Martyrio, & ſic opere confiteretur, ſe profeſſorem nominis Ieſu Chriſti, id eſt ſaluatoris. Cępit igitur cum Collega Sacerdote Capuccino circumire, languentibus inſeruire, & morientibus Pęnitentię, atque Euchariſtiæ Sacramenta adminiſtrare, & pietatis omnibus officijs pereuntes conſolari. Sed vix aduerſus inexorabiles Parcas in campum egreditur; cum ſocium Coarmigerum Fr. Hilarium à Brotio Sacerdotem lue ex improuiſo vulneratum agnoſcit, vixq; naturam morbi cognouerat; cum vehementiori morbo extinctum lugendum, & ſepeliendum Charitate in proximũ defunctum Sacerdotem perſpexit. Væ ſoli (clamabat ſapientia) *Eccl. c. 4.* quid igitur ſolitarius præſtare poterat Capuccinus excubitor? receſſit ergo, atque ex-tempore velociter progreſſus ad Fratrem Paulum Mariam Aſtenſem, Prouincialem Capuccinorum Miniſtrum varijs pro ſuis indigentijs, & temporum exigentijs acceſſit, à quo nouum commilitonem in ſocium Fr. Stephanum à Sancto Stephano Sacerdotem accipiens, celeri greſſu, & voluci gradu derelictam ad ſuam Cuſtodiam nulla interpoſita mora regreditur. Verùm regreſſum Capuccinum Peruigilem non æquis oculis conſpicientes Hæretici, Caſtellano Satrapiæ perſuaſerunt, & Antagoniſtæ Apoſtolico ingreſſum occluſerunt, illumque etiam commendatitijs, atque patrocinialibus Ducis Generalis Gallici exercitus præmunitum, & aſſociatum Epiſtolis, reiecerunt. *Ann. Christi 1630.* Quare pauperculi Capuccini expulſi, compulſi ſunt retrorſum conuertere greſſus, & Brutiaſchum vſque regredi, vbi vix pauperiori in domicilio excepti, & humana ope deſtituti, eleemoſynaria ſtipe victitantes, tamdiù Pago illi intra ſuæ Miſſionis terminos conſtituto, miniſtrantes perſtiterunt; quamdiù Caſtellani Incolæ credentes, Sacerdotibus carentes Capuccinorum deſiderio flagrantes Fr. Laurentium cum ſocio, à Gubernatore reuocandum, & propriæ ſtationi reſtituẽdum curarunt.

Ab Hæreticis expulſus F. Laurentius, iterum à Catholicis reuocatur.

V. Reſtitutus itaq; antiquæ ſuæ Cuſtodiæ Leuita Laurentius, vetera prioris charitatiuæ ſubuentionis miniſteria, & exercitia erga ęgrotos, & laborantes reaſſumpſit: animæ, & corporis opportuna remedia antidota, Sacratiotaq; alexipharmaca indigentibus adminiſtrando. Dum igitur proximis curandis, vel ſaltem iuuandis elaborarent gemini commilitones, hac, illacque per Oppida, ſignanter Parochis deſtituta diſcurrendo, accurrendo, & periclitantibus occurrendo circumeunt; ex lethifero altero vulnere ſauciatus alter itidem ſocius Fr. Stephanus à Sancto Stephano Sacerdos defecit, & interijt: interitum autem conſodalis dum lamẽtatur ſolitarius Fr. Laurẽtius, ſibique quid iterum agẽdũ foret præmeditatur, peſtilentiali & ſeipſũ mortifera ſagitta vulneratum ſenſit, quia à curandis infectis numquam abſtinuerat. Deſtitutus igitur collegę conſortio, & ſanitatis beneficio, quin inualeſcente languore, proſtratis corporis viribus, ſolitarius ſolis aſſociatus doloribus in domo Epidemicus iacebat, & malè à cruciatibus incurati morbi torquebatur. Contorquebantur continuò viſcera ægrotantis Sacerdotis, non tàm ſuo morbo, quàm alieno malo: quia interim Fideles curationis ſpiritualis expertes moriebantur in dies, ipſe vero languoris violentia detentus, in lectulo proſtratus decumbebar, nec hominem alium ſubuenientem ſibi habebat; quàm militem quemdam Gallum, qui religioſo ægroto Sacerdoti compatiens, à longè arcendæ morti, potius quàm reacquirendæ ſaluti congruam, & ſufficientem alimoniã porrigebat. Solus nihilominus Diuini Archiatri manu curatus, poſt diutinum, & lethiferum languorem, tandem aliquando conualuit, quem vbi primũ cõualeſcentẽ accepit Fr. Paulus Maria, Miniſter Prouincialis; Salutienſe ad Cęnobium aduocauit, vbi tamdiu quieuit; quamdiù deferueſcente modicum aliquantulum Epidemia, tertio cum aſſignato Sacerdote ſocio Fr. Honorato à Sancto Stephano tertiò iam ad ſibi demandatas Excubias cuſtodiendas remeauit.

Contagioſo morbo vulneratis charitatiuè ſubueniunt Capuccini.

VI. Delphinenſem ergo hanc ſuam cuſtodiam, cùm regrediens, perluſtraſſet, belliq; famis, ac peſtis deploranda veſtigia, quinimmò horribilia excidia, & grauiora exterminia obſeruaſſet; vallicolarum quidem acriori calamitati compatiens, miſericordia fuit motus, nequaquam tamen virilem ſuum deſpondit animum, quinimmò ex maiori neceſſitate, & miſerabiliori conditione Fidelium animoſior effectus, validiores exacuit, & exeruit vires: expeditus namque deſtitutas Paræcias viſitans, neglectum imò extinctum Dei cultum denuò excitauit, mundauit Sancta, Sacraria quoquo modo reſtituit, & Sacroſancta Myſteria celebrare, &

Extinctum Dei cultum excitat.

Miniſte-

Miniſteria exercere occeptauit, in tota quidem Caſtellana Satrapia, ſed Ponti, & Canalis in Pagis præcipuè, omni Sacerdotali curatione deſtitutis, nec non in Caſtri-Delphini Populationibus, & diſcretis vicis, ſeparatis, atque remotioribus in rupibus diſſitis, quibus pro Sacris, ſiue Sacrificijs, ſiue Sacramentis, aut Sacramentalibus miniſtrandis tàm ipſe, quàm ſocius brumalibus rigoribus medias altiores per niues, & aſperiores per gelu conſtrictas aquas ad genua vſque, doloroſè nimis permeabant.

Hæretici plurimi veritate perſpecta, impietatem deierarunt.

Aducti ſum Epidemicam lucem enitendo, contra aduerſantem hæreticam peſtem haud peruigilare, & digladiare negligebat, quinimmò apprimè inuigilabat, & in Excubijs ſpeculando obſeruabat Pſeudodoctorum Caluiniſtarum furtiuos acceſſus: quos cum vel ipſe aduentantes deprehenderet, vel ab alijs aduentaſſe intelligeret; protinus egrediebatur obuiam illis in dogmaticum prælium religionarem agonem offerendo: in ſtadio autem contra perfidos contendens euidentioribus adeò eos demonſtrationibus confundebat, & validioribus rationibus conuincebat; quàm vt arguenti reſiſtere valerent, vnde aut terga, aut manus dare cogebantur. Ex his autem, qui perſpecta religionis veritate impietatem deierarunt, plurimi recenſentur, inter quos Abraham quidam Mierius, è Ponti Pago, qui iam Caluiniſticæ Synagogæ Diaconus, & Antianus, mox Miniſterij gradum, & Cathedram peſtilentiæ conſecuturus, cum Antagoniſta Frat. Laurentio aliquando de Fidei dogmatibus diſſerens vehementioribus, & firmioribus illius ratiocinijs, & argumentationibus deuictus, veram à falſa & Eccleſiam, & Religionem, aſpirante Patre luminum, dilucidè adeo, & apertè diſcreuit; vt ex-tempore Catholico Doctori palmas concedens, veritatem faſſus, Orthodoxæ Fidei pleniorem notitiam ſe ab eo edoceri, & inſtrui inſtanter popoſcerit, cui benignè annuens, & Catholica dogmata perfectè explicans, tandem aliquando intra nonnullos dies, eum qui iam iam, impietatis Magiſterium in hæretica Synagoga erat ſumpturus, in Romana Eccleſia pietatis Chriſtianæ Proſelytum fecit. Publicè anathematizato Caluino: cuius inter eos inſignioris Perſonæ mirifico exemplo permoti quamplures, nonnulliq; præcipuè Abrahami affines, & conſanguinei fidelium albo ſua nomina conſcribenda dederunt. Abraham verò in Fide cõfirmatum Fr. Laurẽtius coram Eccleſiaſticis Præſulibus præſentauit, à quibus Sacris Ordinibus primò eſt initiatus, tandem opportuno tempore à Reuerendiſſimo Taurinenſe Archiepiſcopo Caſtri-Delphini Parœciæ adminiſtrandæ extitit ſuffectus, & ſufficienter Parochialibus muneribus in adminiſtrandis vſque in hodiernum diem laudabiliter perſeuerat. VII.

Abrahamus quidam hæreſim deierans Sacris ordinibus decoratur, & Parœciæ adminiſtrandæ ſufficitur.

Quoniam verò & morte, & Marte Debacchantibus, conticuerat, vel ſiluerat ad tempus genuina Pietas; Sectaria inſolentia oblatrare, & paſſim blaterare præſumpſerat, atque deſipientes blaterones, ſiue præſumentes Miniſtri circulatores hæreticas nugas circumferre petulanter geſtiebant, nullis limitibus, vel iuſtis liminibus coerciti, quapropter inſoleſcentium Preſtigiatorum vſurpatam licentiam, ſiue potius temerariam petulantiam opportunè, vt compeſceret ſolicitus excubitor; Gratianapolitanam Cameram pro congrua prouiſione interpellauit, à qua benignè exauditus Senatus conſultum reportauit, quo Pſeudoprædicantes miniſterialia ſua Sacrilega exercitia exercere prohibebantur, extra ordinariæ ſuæ fixæ reſidentiæ loca, per conſequens in Caſtellana Satrapia tota, ne dicam in Varaytana Valle vniuerſa, in qua nullus penitus Pſeudominiſtris conceditur ſtationis locus. Loquutus igitur verba vera, ſalutis plena, quinimmò pleniora, & abundantiora opera operatus plurimos poſt labores exantlatos per triennium in hac Delphinenſi Cuſtodia, Fr. Laurentius à Varaytana ad Paduſanam Vallem tranſgreſſus ſtationem, non Miniſterium commutauit. VIII.

A Gratianopolitano Senatu prouiſionem re, ortat cõtra antiquarũ obſeruationũ tranſgreſſores.

Ann. Christi 1631.

CALCVLVS XIV.

Fr. HIPPOLYTI TAVRINENSIS Concionatoris per annum 1632.

INter Hippolytum, & Laurentium, ſiue Laurentium, & Hippolytum antiqua quædam interceſſerat religionis mercimonia, nam Hippolyto militi cuſtodiẽdus traditus Laurentius Leuita, cum de Theſauris Eccleſiæ interrogaretur à Cuſtode, Theſaurum Fidei cuſtodiendum Hippolyto commodauit, ac manifeſtauit, & Hippolytus docenti credens doctorem ſuum benignè, & honorificè exceptum, reuerenter coluit, atque tractauit: vterque tandem palmam martyrij adeptus triumphauit. Inter Fr. Fr. Hippolytum, & Laurentium gemini Capuccini confratres antiqua quædam confraternitatis neceſſitudo nempe condiſcipulatus I.

intercede-

intercedebat, cui ſucceſſit Apoſtolici muneris religioſa permutatione viciſſitudo Paduſanam ille, Delphinenſem hic hactenus incoluerant ſtationes: verùm enimuerò recentioribus in Præſidentium Patrum diſpoſitionibus regularibus, vice verſa Paduſanæ Fr. Laurentius, Delphinenſi verò Fr. Hippolytus, haud inconſultò, extitit Præfectus. Caſtrum-Delphinū igitur perueniens Euangelicus excubitor, in excubijs protinus cœpit inuigilare, quia ecce non dormitabit, neque dormiet qui cuſtodit Iſrael: neſciens enim ſeruus fidelis, qua hora fur venturus ſit, vt Patris familias domum perfodiat, omnibus horis vigilans vult inueniri. Peruigilabat ergo ſtationarius Capuccinus circuibat, obſeruabat, annuntiabat populis veritatem amplectendam, deuitandam falſitatem, atque iniquitatem: Inſcitiam, & ignorantiam neceſſariorum à commiſſa ſibi plebe eliminare ſtudebat, inſtructionem ſeniorum, & iuniorum ſolicitè excolendo. Pſal. 120.

II. Somno mortis dormientibus iamdiu Cultoribus Parœciarum Ponti, & Canalis, Parochialia miniſteria ſubeunda, & exercenda ſuſcepit Fr. Hippolytus, & geminis illis in Pagis, & tertio in Oppido ipſo Caſtri-Delphini, cuius Parœciæ ſolum ſolidiori ſtrato complanandum curauit. In abſentia Rectoris curam geſſit: haud igitur mediocri fatigatione in itinerando, peragrando, & circumcurſitando ad ternas has Villas, ſolicitabatur laborioſi operis adminiſtrator: grauiori ergo, quàm vt vnicus Operarius par eſſe poſſit, hoc onere cum commilitone Sacerdote communicato, ambo pariter ad bonum proximi promouendum aſpicientes, vniformi quidem ſenſu ſpiritualē animarum cenſum queritabant, ſed non pari, idest conſimili paſſu ambulabant: quia dum vnus Pontum, alter Canalem proficiſcebatur, & quando alter foras egrediens, ad longinqua progrediebatur, alter Domi pro cuſtodiendis excubijs remorabatur. Euntes igitur ibant, & toto corpore laborioſo ſudore madidi, flebant mittentes Sacri Euangelij, ſiue Apoſtolici miniſterij ſemina ſua: venientes autem venerunt portantes manipulos ſuos, ſuorum laborum abundantiorem ſegetem reportantes, non ſolum in fructu boni operis credentium, ſed, & in prouentu plurimorum quondam Hæreticorum reſipiſcentium, quorum diſcretum numerum ignoramus.

Ann. Chriſti 1632.

Fr. Hippolytus ad Caſtrū Delphinum peruenit.

Trium Parochiarum curam ſuſcipit.

CALCVLVS XV.

Fr. MAVRITII à CÆVA Concionatoris per annos 1633. 1634.

I. ASperioribus illis in vltimis Italicæ Eccleſiæ oris, intra rupes, & prominentiores Cottias alpes, vacantibus geminis pauperculis Parœcijs, non erat, qui tenuiori ſtipendio, incommodiori ſuo, ac grauiori diſpendio perarduum, ac difficile Parochiale alpeſtre Miniſterium ſuſcipere vellet: quamobrem iam ab integra Olympiade & Ponti, & Canalis Eccleſiæ proprijs peculiaribus Paſtoribus viduatæ lugebant, ſola Apoſtolicorum operariorum Capuccinorum conſolatæ aſſiſtentia, & ſolicita Curatione: Curandis igitur Vallicolis illis deſtitutis populis, & Euangelico conſueto oneri ſuſtinendo, hoc anno, miſſus aduenit Fr. Mauritius Cęuenſis, Leuita ſolicitus, & vigilans excubitor. Hic igitur bino operi obligatum ſe ſentiens, quinimmò duplicato onere grauatum ſe ſe experiens nempe Apoſtolico, & Parochiali geminæ deſtitutæ Eccleſiæ, quò perfectiùs vtrique muneri par eſſe, & ſatisfacere valeret; adiunctum ſibi comitem Sacerdotem in operis Collegam aſſumpſit, & in partem Miniſterialis ſolicitudinis aduocauit; vt dum ipſe Apoſtolicis artibus implicitus, Apoſtolando incumberet; ille Parochialibus functionibus applicitus, curandis animabus cooperaretur. Alter itaq; ab altero plurimos per dies ſegregatus, diſcedens peculiari altera in Parœcia reſidebat, dum collega alteri curandæ ſolus & ipſe inſiſtebat. Verùm enimuerò eū binos, ac binos congeminatos ſuos diſcipulos in Miniſterium Dominus miſerit; copulati, & adinuicem cooperantes, vt in plurimum, ſimul commorari ſatagebant in ordinaria Caſtri-Delphini præcipua ſtatione: vnde per tempora ad Euangelicam ſationem, & culturam egrediebantur, per abundantiores licèt dilapſas, & actu dilabentes è Cœlo niues, vel imbres, quàmuis per exuberantiores inundantes aquas ſibi permeandum foret: & ſi vel æſtiualibus intolerabilibus ardoribus arefacti, vel brumalibus acerbioribus algoribus obſtupefacti, pannoſis indumentis grauati potius, quàm protecti incederent: gelu plantæ obrigebant, æſtu membra ſudoribus reſoluebantur, nec tamen ipſi, à propoſito præſtando obſequio recedebant, quin ſtatis perpetuò profeſtis, & profaſtis diebus accedebant; vt Sacramenta, vel Sacramentalia adminiſtrarent: tàm ſanis, quàm ægrotantibus inſeruiendo, vtriuſque hominis ſaluationem indeſinenter operabantur.

Ann. Chriſti 1633.

Binas Parœcias curat Cū ſocio.

Operarius

II.

Operarius ergo plauſibilis, & laudabilis cum coram Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Taurinenſi apparuiſſet Fr Mauritius; ipſum Prudens Antiſtes in Oeconomũ prouentuum Eccleſiarum Ponti, & Canalis elegit: vnde Eccleſiaſtici cenſus, licèt exigui adminiſtrationem nactus Capuccinus Leuita, protinus operi manum admouit, & reſtaurandis geminis Pagorum illorum Parochialibus Templis annuos redditus impendere voluit: quare contignationes ſuperiores, & inferiores protinus, vel conſtruendas de nouo, vel veteres reſarciendas curauit: Sacras vtriuſque Oppidi Ædes reparauit, & exornauit. Rurſus cum Ponti Eccleſiæ B. Virgini Deiparę dicatæ pia derelicta, & legata, recolligendi, atque diſpenſandi à Reuerendiſſimo Pręſule facultatem accepiſſet; eam Eccleſiam ad meliorem, & elegantiorem formam deducere feſtinauit: delinitis enim, & dealbatis parietibus congruam, & completam contignationem ſuperponere fecit, quinimmò laquearia recentia, & tutum tectum conſtruenda procurauit. Solum ipſum nouum ex tabulis compingendum curauit, ianuas, ſuppedaneum, & ex lignis plurima ornamenta neceſſaria fabrefieri accelerauit, quin dono acceptam, conficiendam Capſulam manu propria ipſe perfecit, & Matris Dei Sacrario dedicauit, ara altera pro concurrentium celebrantium Sacerdotum maiori commodo, Mariana in Sacra eadem Ede de recenti erecta. Cuius illis in regionibus celebrioris Baſilicæ venerationem, vt promoueret; à Sum. Rom. Pont. Plenariam Indulgentiam, pro octaua Septembris menſis die Natiuitatis Virginis Mariæ Sacra, reportauit, quam ipſe nonnullis præcedentibus ex induſtria diebus pręlectis, per vicos, & circumadiacentes Villas publicando circuibat, & à publica concione ad confeſſiones audiendas inſiſtebat: ſingulos & omnes promiſcui ſexus Fideles, vel pro prædicatione, vel pro peculiari perſuaſione ad Chriſti Matris Mariæ exactiorem venerationem impenſiùs cohortando: vnde & factum eſt; vt ipſo Natalitię ſolemnitatis Marianę feſto, numeroſiores adeò concurſus ad eam Eccleſiam ventitantium fierent; vt recenti, & amplius fideles Sacræ Synaxi communicauerint, præter regionis, & Incolarum perantiquum hactenus conſuetum morem: in honorem Virginis Cœlorum Reginę inſigniorem ſolemnitatem poſteris celebrandam relinquens.

Oeconomus electus recuperatos prouentus in reſtaurādis Tēplis impēdit.

A Sum. Pont. Indulgentiā Plenariā reportat.

III. Ann. Chriſti 1634.

Nonnullas pręterea Ædiculas Sacras zelotes hic Sacerdos reſtituit, & reconciliauit: Ipſa in Caſtri-Delphini arce antiquum, & peruetuſtum quoddam, ipſi Angelorum Dominæ Sacrum, in Turris forma conſtructum Sacellum perſtabat, ſed iamdiu ab hæreticis Arcis Cuſtodibus profanatum, & pro alendis columbis fuerat deſtinatum; quòd intelligens Fr. Mauritius, à ſuo tempore Caſtrum cuſtodiente Catholico viro requiſita, & obtenta facultate, eò cum ſocio accedens, Sancta haud exiguo labore periſtromatibus in euerrendis exantlato emundauit, & cum Archangeli Michaelis, & cæterorum Sanctorum depictas imagines à Sectarijs deformatas conſpexiſſent; ſolam Deiparæ figuram illæſam aſſeruatam admirantes aſpexerunt. Capuccinus igitur Sacerdos ne mundata Dei Domus vacaret; eam iterum benedixit, & ornauit, atque Sacris impoſterum habendis coaptauit quæ Archangeli Michaelis titulum deinceps eſt conſecuta. Quòd itidem Diuo Præcurſori dicatæ Ediculæ in vico Turretarum conſtitutæ, iam olim deſtitutæ, & ab hęreticis violatę obtenta poteſtate, pręſtitit, & ipſe primus opportuno die ſolemne in ea Sacrum habuit, cui curandę, ne iterum à Profanis conculcari contingeret, geminos honeſtos viros ex Catholicis incolis pręfecit, & ſic inſtaurationes diuerſorum templorum tempore ſuę miſſionis, per biennium perfecit, & Verzolium Apoſtolaturus perrexit.

Ædiculę Sacrę reſtitutę, & recōciliatæ à Fr. Mauritio.

CALCVLVS XVI.

Fr. IOANNIS à FOSSANO Concionatoris per annos 1635. 1636. 1637.

I.

INter vniuerſa Mundi mala, quę ſapientiori ſuo intuitu contemplans Eccleſiaſtes & deplorabat, & deteſtabatur, illud non infimum, non minimum computatur, quòd recenſet exclamando: *Vidi ſub ſole in loco Iudicij impietatem, & in loco Iuſtitiæ iniquitatem, & vidi calumnias, quæ ſub ſole geruntur, & lacrymas innocentium, & neminem conſolatorem, nec poſſe reſiſtere eorum violentiæ cunctorum auxilio deſtitutos.* Iam igitur olim Militaris Regij Magiſtratus interpellata auctoritate, Fr Bonauentura Taurinenſis alienigenas Caluiniſtas de Caſtri-Delphini Arce eijciendos reportauerat, & Catholico Gubernatori cuſtodiendam munitionem committi reportauerat, ab ordinaria tamen Iuſtitia in Caſtellana Satrapia communiter adminiſtranda, hæreticos hactenus adminiſtros arcere nemo pręualuerat. Pręſidebat

Eccl. cap. 3.

Ann. Chriſti 1635.

Aduenit Fr. Ioān. iuſtitiā iniuſtè adminiſtrantibus Hæreticis.

igitur

igitur in loco Iudicij impietas Sectaria, nempe tàm Iudex, quàm Fiſcalis, & Generalis Vallis Secretarius omnes Hæretici computabantur: quinimmò cum Caſtri Cuſtos Catholicus in Cuſtodia per ſeipſum nequaquam ſtaret; ſed per vices ſuas gerentem Hæreticum hominem militaria gereret; accedebat quartus hic impius Fidei perduellis, & infauſtum nimis Eccleſiaſtico regno efformabant quaternarium. Hinc namque neceſſario illud conſequebatur; quòd de loco Iuſtitiæ procedebant iniquitates, iniuſtitiæ & Fidelium oppreſſiones, nec vllus poterat præualere conſolator, ideò lugebant cunctorum auxilio deſtituti, quia nullus Hæretici quaternarij prauitati, ac violentiæ reſiſtere valebat. Quando Sacrorum Præſulum legitima auctoritate ordinatus, deſtinatus, & miſſus venit ad hanc mærentem Eccleſiam conſolandam, & ſubleuandam Fr. Ioannes Foſſanenſis Ciuis, & Capuccinus Sacer orator, qui & excellentiori ſua eruditione conſpicuus, Magiſtralem artium præcipuè Theologicarum Cathedram per ſeptennium ſuſtinuit, & exactioris regularis obſeruantiæ zelo, ac religioſis virtutibus clarus Clauſtralia præclariora Guardiani, Diffinitoris, & Cuſtodis pluries munera laudabiliter geſſit, quinimmò Prouincialem noſtræ Prouinciæ Pedemontium Clauum fortiter tenuit & Gubernacula poſſedit.

II. Venit ergo, hoc ſeptimo luſtro ſeptimi decimi decurrentis ſæculi, Fr. Ioannes ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius, nempe Dei in remiſſionem peccatorum eorum: vnde in hac Caſtri Delphini ſtatione ſuæ Miſſionis Miniſterium exorditus eſt à feruentiore Diuini verbi Prædicatione: omnem namque circa regionem fatigabiliter quidem, ſed infatigabilis ipſe peragrabat, & perluſtrabat; ertonando: *Pœnitentiam agite, appropinquauit regnum Cælorum: Ecce enim iam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt.* Matth. c. 3. Quia igitur ipſe erat lucerna ardens, & lucens: ardens gemina charitatis face Dei, & proximi: lucens mirifici exempli ſplendore, & exuberantioris doctrinæ radijs, ideò populos illos & faciliori inſtituendi methodo, tàm pro concione, quàm pro Catechiſmo cunctos magnos, & paruos, rudes, ſimplices, & ſagaciores edocebat, ac religioſioris conuerſationis, & medio, & modo, ad ea, quæ didicerant, opere adimplenda incitabat: feruentioribus adhortationibus, ſiue commonitionibus, pro familiari congreſſu ſternentes, & oſcitantes excitando. Humaniori namque benignitate à natura inſtructus, domeſticè ſecum verſantes ſuauiori admonitione, atque ſeria, ac ſpirituali confabulatione ad meliora prouocare conſueuerat; etiam perfidos ad Fidem, vel peccatores ad pœnitentiam blandis alliciendo: vnde, & non modicum proficiebat, varia methodo, grandæuos ad reſipiſcendum, paruulos autem, vel adoleſcentiores, aut inſcientes pariter, & ignorantes ad Chriſtianè ſapiendum ea, quæ ſaluationi animarum ſunt neceſſaria, adducendo: quinimmò Catholicè Inſtruendis, & educandis adoleſcentibus præceptoris magiſterium ſuſcipiens: Scholam per annum aperuit, non ſolos Catholicos, ſed & Hæreticos Tyrones edocens: Parochum Bellini minus inſtructum doctrinis proprij muneris inſtituit

Diuini verbi prędicatione ſuā exorditur Miſſionem.

Ann. Chriſti 1635.

III. *Iuſtus Dominus* (canebat Pſalmiſta) *& iuſtitiam dilexit æquitatem vidit vultus eius*: cuius ad exemplum Fr. Ioannes iuſtum quidem cunctis in ſuo Apoſtolico miniſterio ſe ipſum exhibere ſtudebat, quapropter Iuſtitiam quoque, ſignanter in Iudicijs, & Iudicibus recti, & iuſti adminiſtris ſummopere diligebat: verùm in loco Iudicij impietatem, & in Tribunali Iuſtitiæ animaduertit reſidere iniquitatem: quæ enim apud impios pietas, aut apud iniuſtos iuſtitia poterat reperiri? cum ad Caſtri-Delphini ſtationem acceſſit Capuccinus excubitor & Aſtreæ, & Bellonæ famulos Veſtæ violatores offendit, hoc eſt dicere: militiæ, & Iuſtitiæ adminiſtratores publicos pro tota Caſtellana Satrapia Hæreticos Sacrilegos adinuenit, (vti prælibauimus) Gubernatoris locum in munitione tenentem, & Iudicem cum Fiſcale, ac Secretario omnes Caluiniſtas inuenit: à quibus Catholicè credentes nequiter exagitatos, & iniuſtè, imò tyrannicè oppreſſos reperit, nec erat, qui ſic afflictis, aut diuexatis opitularetur. Compatiebatur quidem ex toto corde Capuccinus Leuita anguſtiatis, ſed inermis Sacerdos armatis duplici gladio perſecutoribus repugnare, iniquorumq; violentiam per ſe expugnare non ſufficiebat. Quamobrem prudentiori excogitato conſilio, Regia, publicàque, ſiue militiæ, ſiue Iuſtitiæ Poteſtate abutentium quatuor potentiorum prædonum Locum tenentis, Iudicis, Fiſcalis, & Secretarij conſuetas iniuſtitias, ſiue Regalium edictorum præuaricationes Iuridicè ſcriptis exarandas curauit, & legitima ſcriptura digeſtas ſecum aſſumpſit, atque ex tempore Gratianopolim verſus viam arripuit, ſed priùs in tranſitu ad Dominum legitimum Caſtri-Delphini Gubernatorē appulit, cui & Gratianopolitani Tribunalis Præſidibus, cum Caſtellaniæ Satraparum iniuſtitias, & impietates aperuiſſet, & informatiuum proceſſum exhibuiſſet; protinus illi tres præcipuos iniquitatis Miniſtros ſcilicet vices gerentem in Arce, ſimul & Secretarium, in Tribunali verò Fiſcalem à Miniſterio remouendos decreuerunt, ſicut & de facto (pluſquam ęquo tamen) remouerunt. Quartum autem nempe Caſtellanum

Pſal. 10.

Iuſtitiæ, & militię Adminiſtros Hæreticos remouendos curauit.

ideſt

ideſt Iudicem eodem tempore iuſto Dei Iudicio ſublatum conſpexerunt. Quare Euangelicus ſtationarius ſui religioſi voti omnimodè compos effectus ad ſuos feſtinus, licèt fatigatus, & defeſſus cum ſocio exultabundus regreditur; amotis namque Eccleſiaſtici regni perduellionibus de ſolio Poteſtatis, & Iudicij, & Iuſtitiæ, & militiæ in locis fideles adminiſtratores ſteterunt, qui quòd iuſtum fuerat, vni quicque tribuere ſtuduerunt.

Studebat & ipſe Fr. Ioannes, non modò honeſtè viuere, & alterum non lædere, ſed & multò magis Deum colere, & proximorum ſalutem quærere: quapropter cum adhuc geminæ Ponti, & Canalis Eccleſiæ, eò quòd proprio Sacerdote carerent, innuptæ permanentes prolixiorem ſuā viduitatem lugerent, à ſolis Capuccinis per congrua tempora aduentantes curatæ, & conſolatæ zelotes, & compatiens noſter hic Capuccinus Sacerdos, quò deſtitutis, & iamdiu derelictis populis, & Pontano, & Canalienſi opportuniùs adeſſe, & abundantiùs prodeſſe valeret; quia in Caſtri-Delphini Villa, ordinaria Parœcia proprio Parocho aſſiſtente adminiſtrabatur; Ipſe conſueto derelicto hoc in Pago domicilio, habitationem ſuam ad prædicta bina Oppida transferre voluit, viciſſim modò in Ponto, modò in Canali moraturus: vt ex improuiſo morientibus, vel inopinatas neceſſitates, ſpiritualeſque præcipuè patientibus conſultò promptiori obſequio, & ſubſidio miniſtraret. Per annum ergo nunc Canalienſi, nunc Pontanæ curandis aſtitit Parochialibus Eccleſijs & gentibus. Huius nempe Ponti Oppidi Deipara Sacræ Ædis maiori Aræ elegans ligneum picturatum, ac deauratum Filij, ſimul ac Matris Dei ſimulacrum, aliundè laborioſè huc aduectum, nec non ſuggeſtum pro Concionibus habendis appoſuit, ex ligno pariter tum cancellos altaribus; tum ſedilia toti templo circumpoſuit. IV.

Vt ambabus viduatis Parochijs opportunius adeſſet, habitationem ſuam ad bina loca transfert.

Nequaquam tamen interim ipſe dormitabat in cuſtodia, quinimmò cum Reuer. Abrahamum [illegible]ierium iam olim á cenſuris abſolutum, & inhabilitatibus diſpenſatum, Capuccinorum ſolicitudine Sacris initiatum, & ad Presbyteratus gradum ordinatum primam ſuam Miſſam celebraſſe conſpiceret; proſpexit, vt alteri ſaltem vacanti Parochiæ inſeruiendæ deſtinaretur: quare Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Taurinenſi ſuper hoc admonito, prouidus Antiſtes dictum Reuerendũ Abrhã Sacerdotem Parœciæ Ponti Oeconomum ſua auctoritate conſtituit, quem Frater Ioannes de officio Parochi ſufficienter etiam inſtituit. Pontana igitur inſigniori Cura ſufficienti adminiſtratori conſignata, voluit prouidus Cuſtos Apoſtolicus Canalienſi prouidere; vnico greſſu geminos pro Eccleſia progreſſus promouendo: Caſtri-Delphini antiquus ille Parochus parum laudabiliter ibi conuerſabatur, licèt enim exercendo Miniſterio ſufficeret; ſcandaloſo pro exemplo Sacerdotali decori, & muneri maximopere deficiebat: quare Fr. Ioannes illum ab hac Caſtri-Delphini, iamdiu parum honeſtè exercita, ad aliam Canalis Parœciam laudabiliùs exercendam, tranſmittendum excogitauit. Quam, a ſe excogitatam tranſlationem, cum Reuerendiſſimo Taurinenſi Archiepiſcopali annunciaſſet, eamq; ille comprobaſſet; feſtinauit Euangelicus Vigil prærecenſitum Leuitam Canalienſi Parochiali Eccleſiæ regendæ præficere: ne verò Caſtri Delphini Cura incurata maneret; ipſe Curatoris onus, & munus ex eo tempore ſuſcepit, & fideliter exercuit, licèt laborioſè, & difficulter admodum. Cum enim pro Apoſtolico munere pluribus Eccleſijs Euangelicam operam concionandi, & ſpiritualia miniſtrandi, ſiue Catechizandi impendere per Vicos, & Villas circumeundo teneretur; ſuſceptæ verò curandæ plebis debitum ad ordinariam illum ſtationem, & reſidentiam interpellaret; nonniſi ſolicitiori, & nunquam intermiſſa fatigatione modò Domi, modò foris elaborando, nunc Parochiali, nunc verò Apoſtolico miniſterio Incumbendo, ſponte aſſumptis quiuerat par eſſe Prouincijs. V.

Fr. Ioannis Eccleſiarum ſolicitudo.

Ann. Chriſti 1636.

Per integrum luſtrum, cum proprio Sacerdote Curatore deſolatæ perſeueraſſent Parochiales binæ ſupradictæ Eccleſiæ; Oppidani vtriuſq; Pagi & Ponti, & Canalis (cum non eſſent qui decimas colligentes circumirent) paulatim ab illis perſoluendis non modo abſtinuerant, ſed quaſi ſoluendarum decimarum vſus aboleuerat, & non præſtandarum inoleuerat abuſus: cum igitur Fr. Ioannes Rectores Sacerdotes vtriq; Parœciæ prouidendos ſolicitaſſet; feſtinauit pariter prouiſis Operarijs congruum commeatum, & ſtipendium procurare: quare vtroque ſpirituali Taurinenſe, & temporali Gratianopolitano Tribunalibus interpellatis, decimarum ſolutionem Eccleſijs debitam in vegetiorem vſum reſtituit: ducentos annuos centus de Reuerendiſſimi Archiepiſcopi permiſſione inſtaurandis Templorum, vel ornamẽtis, vel paramentis impendendo. VI.

Interpellatis Tribunalibus decimarum ſolutionem Parochijs Ponti, & Canalis reſtituit.

Dum interim ipſe Caſtri-Delphini Parochiali Curationi ſollicitè incumberet (ob tranſlati Curatoris carentiam) ſuæ Fidei concreditam Eccleſiam modis omnibus ad meliorem formam deducere ſatagebat. Quamobrem non modò verbo, & exemplo ſuos proximos ſpiritualiter ædificare curabat; ſed & materiale Templum inſtaurare, & exornare ſtudebat: quapropter Sacræ Ædes Parochialis rudio- VII.

res,

res, & inexcultos parietes perpoliri, ac dealbari fecit, & fabrilia nonnulla neceſſaria præſtare curauit. Subrepſerant iam à plurimis annis nonnulli perniciosiores abuſus, inter hos; vt modò geniti, & de recenter infantens nati ad Eccleſiam baptizandi non deferrentur, niſi Dominica die in mane tempore ſolemnioris Miſſarum celebrationis: quare dum affines, & conſanguinei, vel amici obſequij gratia huic comitatui, vt intereſſent, domi congregarentur, Miſſæ Sacrificium ferè in totum abſoluebatur: vnde Sacramento interuenientes, debito Sacrificio adſtandi beneficio priuabantur: Ideò Fr. Ioannes & admonitionibus, & increpationibus tantùm valuit; vt eliminando huic incommodo præualeret: eòs namque ad exordium Miſſæ accedere opportunè compulit. Cum hæ Eccleſiæ, iam à decima Olympiade, ſui legitimi Paſtoris Archiepiſcopi faciem nequaquam viſitantis aſpexiſſent; Capuccinus humillimus Sacerdos propenſam pietatem, & benignum zelum Reuerendiſſimi Antonij Prouanæ, tunc Præſulis efficaciter adeò pulſauit; vt pius Pater ad inuiſendos hos ſuos Montanos, & agreſtes ſpirituales alumnos, tandem aliquando accederet, & eos pro paterna, & humaniori congenita benignitate conſolaretur, confirmaret, & in Fide ſtantes ſolidaret. Abuſus quē tū valuit eliminare curauit.

VIII. Plurimis itaque grauioribus incommodis, laborioſiſque itinerationibus aliquoties Montium iuga etiam niuibus copioſioribus obſita ſuperando, Gratianopolim peruenit, & Orthodoxæ Fidei, atque ſpirituali Eccleſiaſtico regno valdè vtiles, imò neceſſarias à Camerario illo Magiſtratu prouiſiones impetrauit accuratiori ſolicitudine, & ſolicita vigilantia tàm ſua, quàm Delphinenſium Patrum Capuccinorum pro Fide cooperantium. Primò præualuerat abuſus, vt quiſquis ſiue vir, ſiue fœmina Catholica altero coniugi Hæretico nuberet; protinus ad Caluiniſticos ritus ſe ſe transferret, legitima ſua priſca religione dimiſſa: huic abſurdiori incommodo Fr. Ioannes volens prouidere, relato reſcripto, ſub grauiori mulcta huiuſcemodi nubentibus fidelibus profanis Caluinicolarum exercitationibus conuenire impoſterum interdixit.

2. Publicæ rei in adminiſtratione Sectarij credentes Catholicos ad ſtipendia tàm Miniſtris, quàm Ludimagiſtris Schiſmaticis pecuniaria ex parte præſtanda compellebant: hos igitur, ſic nequiter compulſos Apoſtolicus ſolicitator à præſtatione cenſus abſoluendos per Edictum curauit.

Ann. Chriſti 1637.

3. Henricus IV. quondam Nauarræus Hæreticus Rex, ſua in aſſumptione ad Gallicum regnum, & publica in hactenus à ſe profeſſarum Hæreſum deteſtatione, cum Clemente VIII. Pontifice Romano conuenerat, & Nannetenſe in Ciuitate editis, atque firmatis Edictis, ac perpetuò valituris Canonibus, pollicitus fuerat, & prohibuerat; ne quis Hæreticorum Miniſtrorum in Italiæ confinijs Ciſmontanis, etiam Gallorum Sceptro ſubiectis regionibus, vel locis Caluiniſtica, ſiue profana Hæreticalia miniſteria exerceret: quod tamen impudentes temerarij Pſeudodoctores obſeruare publicè detrectant, & manifeſtè recuſant, imò quotidianis præuaricationibus tranſgrediuntur: quamobrem F. Ioannes vigilax liminariū Cuſtos ſolerter, & ſolicitè petulantium tranſgreſſiones inquiſitas, & accuratè authenticam in formam, & ſcripturam digeſtas Gratianopolitanę Camerę obtulit, pro Nannetenſium Edictorum obſeruantia inſtanter interpellans. Grauiorem igitur hanc Fidei controuerſiam poſtquam aliquamdiù ſeriùs pertractaſſent Gratianopolitani Præſides, pro vltimatè diffinienda, & terminanda Cauſa ad Regium Supremum Tribunal partes remiſerunt: quare Fr. Ioannes expeditè legitimas ſuas allegationes, & iura Lutetiam Pariſiorum ad Capuccinos Fidei Procuratores, & propugnatores tranſmiſit. Verùm Gallico in regno ſuborientibus in dies ſeditioſis ciuilibus turbinibus, adhuc ſub Iudice pendet lis, licèt edita, & promulgata iamdiù clament iurata Edicta Nannetenſia. Enixus perpetuò fuit omnibus neruis, & conatibus Fr. Ioannes; vt prædicta obſeruarentur præſcripta Iura, & limina, quia ſi in Ciſmontana Gallia non adeſſent Pſeudo & Paſtores, & Doctores Caluinicolæ, deeſſent quoque, ſaltem breui deficerent Caluiniſtarum errores. Neceſſarias prouiſiones à Gratianopolitano Magiſtratu procurauit.

IX. Speculando in excubijs, & ſolicitior in ſua cuſtodia excubando Capuccinus Vigil, non ſolos Tranſmontanos zizaniorū diſſeminatores à Ciſmontana Caſtellania inficienda cohibere ſategit; ſed & Ciſmontanos ipſos, nempe Delphinenſes Montanos, qui diuerſi ſub opificij, vel variæ ſub mercimoniæ honeſtioribus titulis ab Hæreticis caulis, vel antris erumpentes, ad Pedemontanos Sectaria tabe, vel lepra inficiendos deſcendunt, coercere ſtuduit: vnde à Regia Celſitudine Duciſſę Chriſtinæ Sabaudæ primò promulgandas ſanctiones retulit, quibus ordinarijs iuſtitiæ Præſidibus in tota Subalpina regione præcipiebatur; vt aduentantium impoſtorum Delphinenſium acceſſus, & receſſus ſolicitè obſeruarent, atque longiores quàm negotiatio licita exigat, moras inibi trahere, prohiberent: dogmatizantes verò acriter punirent. Secundò à Reuerendiſſimis & Taurinenſe Archiepiſcopo, & Salutienſe Epiſcopo Conſtitutionem edendam procurauit, qua cunctorū Delphinenſium vallicolarum receptiones in vniuerſis eorum Diœceſibus Delphinenſibus Montanis deſcenſū ad Pedemontanos, omni conatū, impedire ſtudet.

interdice-

interdicebantur, niſi accedentes teſtimoniales à proprijs Parochis litteras, Miſſionarij Delphinenſis, Apoſtolici Cuſtodis manu ſignatas in acceſſu exhiberent: ne verò à perfidis religionarijs dolum, aut fraudem huiuſcemodi in atteſtationibus fieri contingeret; Epiſcoporum Tribunalibus ſubſcriptionum,& manualis Curatorum Autographa præmandauit. Nec fruſtra: his namque ſolicitudinibus nonnullis impoſtoribus, & nequitiæ aſſertoribus deprehenſis, & Iudicialiter correptis, cæteri impoſterum cautiùs procedentes, à ſimilibus abſtinuerunt.

Deprehenſos aſſertores nequitiæ Iudicialiter caſtigâdos curat.

Verùm enimuerò non iudicialibus ſolummodò coercitionibus perduellium Pſeudoprædicantium auſus nefarios compeſcere, conſueuerat acerrimus Fidei propugnator; quinimmò & multò frequentiùs dogmaticis congreſſionibus: quotieſcumq; namq; vel Antiminiſtros, vel Antianos, vel Diaconos, aut ſciolos Sectarios obuios habuiſſet; ex-tempore, vel oblato, vel acceptato religionari certamine in campum progrediens ſtrenuè adeò, ac validè rationibus, ſacriſque Scripturarum Oraculis, ſiue Patrum teſtimonijs & procedebat in pugna, & pugnabat in proceſſu; vt in ſucceſſu de falſitate veritas, de perfidia Catholica Romanæ Eccleſiæ Fides triumpharet: cuius ex legitimo triumpho nonnulli reſipiſcentes,& Superno lumine irradiati, fideliter ſapere voluerunt, & à Caluiniſticis erroribus declinauerunt viginti circiter promiſcui ſexus viri,ac mulieres Caluiniſtæ, inter quos ſeni Patresfamilias cum domeſticis ſuis vniuerſis connumerantur, quos ipſe Euāgelicus Operarius intra Orthodoxæ Matris Eccleſiæ gremium recipere perpetuò feſtinauit. Quinimmo geminos ſponſos de futuro, qui legitimo conſanguinitatis in quarto gradu impedimento præpediti, coràm Catholica Eccleſia indiſpenſati nuptias de præſenti contrahere non valebant, nec ob pauperiem ad Curiam Romanam pro diſpenſatione patebat aditus: vnde coram hæretico Miniſtro nubere decreuerant, ab iniquiori propoſito retractos Fr. Ioannes, relata gratis opportuna facultate,intra Catholica clauſtra retinuit,& contrahere fecit. Plura viriliter in profectum Fidei præſtauit Fidelis hic Catholiciſmi promotor, quibus Eccleſiaſtici Regni ſtatus reſpirare vehementer occeptauerat: vnde publico Vallicolarum teſtimonio ferebatur, quòd ſi aliquandiù adhuc Fr. Ioannes Stationem hanc excoluiſſet; errorum tenebræ maiori ex parte euanuiſſent. Lugebant igitur illius in diſceſſu Catholici, ſed exultabant hæretici Canalienſes præcipuè, quorum contumaciæ Antagoniſta Capuccinus antidotum Catholicum parabat. X.

Ann. Chriſti 1637.

Pro matrimonio contrahē do gratis diſpenſationem reportat.

CALCVLVS XVII.

Fr. PETRI-MARTYRIS TAVRINENSIS

Concionatoris per annos 1638. 1639. 1640. 1641.

SVb octauo hoc decurrentis ſeculi ſeptimi decimi luſtro breuioris temporis intercapedine, geminis nempè Victorio Amedeo Parente,& Franciſco Hyacintho Filio Sabaudis Ducibus immaturo interitu extinctis;ex-tēpore exortæ inter Pedemontanos Principes domeſticæ ſimultates vniuerſam regionem hanc Subalpinam acrius diuexare cœperunt, atq; per binas olympiades exagitare perſeuerauerunt: concurrentibus in digladiantium partium amicas ſuppetias Hiſpanorum quidem, ſed præcipuè Gallorū auxiliaribus copijs Caluiniſticis, ſiue Lutheriſticis militibus permixtis: vnde quia ciuili fetaliter, & immaniter furente, quin debacchante factione, ſilebat, & quaſi ceſſabat religio, armorum violentiori ſtrepitu præpedita; ideò inſoleſcere, atq; oblatrare præualebat ſacrilegium, & hæretica impietas, bellico robore fulta: quilibet vel gregarius miles, ex vtroque Cæſar inhiabat apparere, nempe & libro, & gladio. ſiue potius Pſeudodoctoris Miniſterium peruerſi vſurpantes, linguas ſuas ſicut gladium aduerſus Catholicam & Fidē, & Eccleſiam, & Eccleſiaſticum regnum acuebant: venenum aſpidum ſub eorum labijs hæreticum latebat: ſepulchrum patens erat quidem guttur eorum; ideò & fetentem tabificam colluuiem lethiferam euomebant: pro familiari, & domeſtica conuerſatione ſacrilega dogmata eructantes; vt Fideles. acerbiora prælij vulnera paſſos, Caluiniſtico mucrone iugularent, & ſic opibus,honeſtate, ac religione, quinimmò vtraq; & ſpirituali, & temporali vita ſimul, & ſemel miſeram Subalpinam plebem expoliarent. Inualeſcentibus igitur grauioribus his diſcriminibus iſtis in Italici Eccleſiaſtici Regni oris Fr. Petro-Martyri Taurinenſi Capuccino Theologo, & Sacro Oratori Caſtri-Delphini Cuſtodia curanda concredita fuit. I.

Furentibus Marte, & Hæreſi mittitur Fr. P. Martyr.

Ann. Chriſti 1638.

Legitimè ergò à Miſſionis Præfecto electus, ordinatus, & miſſus venit Apoſtolicus Operarius, & ad Caſtrum-Delphinum peruenit; Euangelicis in Excubijs periculoſioribus his diebus, vt attentiùs ſpecularetur: Verùm nō ſpeculari modo, ſed & operari Apoſtolorum ſectator, & imitator illius in Eccleſiæ vel inſtauratione,

vel conſeruatione ſtatuit. Primario igitur in Euangelici muneris ingreſſu aggreſſus eſt feruido ore, & feruentiori ſpiritu Sacroſanctum Domini noſtri Euangeliũ prædicare, circumeundo per ſuæ Miſſioni, vel Apoſtolationi concredita Oppida, Ann. Christi 1638. & Caſtellaniæ Delphinenſis, & Varaytanæ Vallis Villas, in quibus concionando, Catholica dogmata proponebat, explicabat, & confirmabat: Euangelicam viuendi normam credentibus commendabat, & inculcabat: acquirendas virtutes demõſtrabat: vitia verò, & piacula toto mentis conamine deuitanda ſuadebat: propoſita æternæ ſiue punitionis, ſiue remunerationis recordatione. Pro Catechiſmo poſtmodum, ſimplicioribus magnis, vel paruis Chriſtiano homini neceſſaria ſcitu diligenter declarabat, & oſtendebat: familiariter conueniendo, & faciliùs ſermocinando: accedentium ad ſe perpetuò, & ſedulò confeſſiones, etiam generaliores patienter inaudiebat: pœnitentes excipiebat, & Sacramentis reficiebat tàm valentes, quàm ægrotantes: vniuerſis diuitibus, ac pauperibus benefacere ſtudebat: cunctis vtilis, publicoque, atque priuato ſingulorum commodo ſpirituali, vel temporali proficuus. *Omnium ſalutem ſedulò operatur.*

III. Deceptoribus attamen ſolis & ſemper, & omnibus, ac ſingulis terrificus: cum enim hos eſſe populorum, & morum deprauatores intelligeret Fr. Petrus-Martyr; ad Apoſtoli Petri imitationem, Simoniacos hos magos de vſurpato aereo culmine, ideſt de impudenter, & Sacrilegè occupata Magiſterij, ſiue Miniſterij Euangelici, vel meliùs Caluiniſtici Pſeudocathedra deturbare aſſiduè ſatagebat: quare vel ſtudioſè doloſos hos circulatores conueniebat, vel caſu aut fortuna inuentos acriore dogmatico eos certamine pulſare, & pulſando excitare, ſeu perurgere inſtãter & aggrediebatur, & proſequebatur. In Canalienſi Vico, in quo ſolo liberè Caluiniſtica exercentur Sacrilegia, exiſtente inibi Sectariorum Phano ex oppoſito ad Sãcti Laurentij Catholicum Templum poſito, Fr. Petrus-Martyr & ipſe ad Profanas dogmatizantis Miniſtri Sermocinationes audiendas accedendo, & Sectarios ad ſuas Orthodoxas prædicationes inuitando, ex-tempore ſupra ab hæretico dogmatiſta propoſito Themate perorando, & errores cunctos epitomaticè relatos, & repetitos refellendo, efficaciter eos ſemel, & iterum, & pluries perfidię, & falſitatis redarguit, & redargutos obmuteſcere compulit. Cum aliquando Montes trangreſſus per Delphinenſem Galliam iter haberet; bis in binos Pſeudominiſtros incidit, quos protinus ad dogmaticum agonem cum prouocaſſet; generoſi illi Caluiniſtarum Archimandritæ oblatum certamen publicè coram populo refugere, & recuſare non dubitauerunt, ſicuti & nonnulli alij ex Prædicantibus recuſauerunt: pertimeſcentes Capuccini Antagoniſtæ eruditionem, & validiorem decertandi modum, quo ſe formidabilem oſtentabat, & exhibebat, ſignanter ordinario Antiminiſtro Caſtellaniæ; qui illius incurſum omnibus conatibus deuitabat, & occurſum feſtinantioribus greſſibus effugiebat: vnde cum quadam die Præſtigiator hic Arcem Oppidi Catholicum Gubernatorem allocuturus aſcendiſſet; eoq; eum, admonitus Apoſtolicus Excubitor, ex-tempore cum proſecutus fuiſſet; vbi primùm ille Capuccinum accedentem intellexit; ipſe furtim recedens properantis occurſum ſtudioſè declinauit. Trans alpes, vt in plurimum, Impoſtor hic commorabatur, ſed per tempora regrediens, in Pagis Bellini, & Canalis Sacrilega Miniſteria præſtaturus reuertebatur: cuius pernicioſos regreſſus cum Euangelicus Cuſtos impedire decreuiſſet; illi concionaturo, vel Miniſtraturo ex-improuiſo perpetuò obuiare & contraire ſtatuit: quare in ſpecula peruigilans, quãdo per exploratorum viam religionis profanatorem adueniſſe ſentiebat; eò ex-templo accurrebat, & vel impura dogmata profari, vel damnata exercitia præſtare volenti contradicebat, & obſtabat religionis Catholicæ propugnator, & aliquando verbis, aliquando factis impediebat: ſumptis coram populo de conſuetis ſtatutorum præuaricationibus, & edictorum tranſgreſſionibus publicis, & authenticis teſtimonialibus, Iuridicam in formam, & Scripturam redactis: vnde his, & ſimilibus perterrefactus, per biennium à publico Miniſterio Pſeudodiaconus abſtinuit, & ſi aliquando regrediebatur; furtim veſpertilionum more veſperaſcente die aduenicbat, & antelucanus recedebat.

Antiminiſtros dogmaticè aggreditur.

Ann. Christi 1639.

IV. Orthodoxę veritatis, Eccleſiaſticiq; ſpiritualis regni acerbioribus his perduellionibus, Pſeudopaſtoribus validiùs vt obſiſteret Capuccinus, aliquoties diuerſis temporibus ſuæ Miſſionis quadriennio durante, per Alpes, & rupes, ſeu conualles grandiori niue, vel exuberantiori aqua, ſeu acriori gelu occupatas iter peragens nudipes, ac pedeſter grauiora incommoda paſſus, Gratianopolitanum Magiſtratum adijt, ab eoque ſingulari ſolertia, ac ſolicitudine diuerſa Senatus conſulta in fauorem Fidei reportauit: in his ne Tabelliones, Procuratores, vel cauſarum tutelares Sectarij iuridicè propria munera in poſterum exercere valerent, niſi noua ad id facultate relata admitterentur. *A Gratianopolitano Magiſtratu Senatus conſulta reportat.*

Rurſus ne Pſeudoprædicantes extra conſuetum ſuæ reſidentiæ locum, Miniſterialia exercitia valerent habere.

III. Vt omnes, & ſinguli tum Catholici, ſed eò magis hæretici in die Corporis
Chriſti pro ſolemni proceſſione, & Euchariſtiæ publica circumlatione & vias, &
vicos diligenter emundare, & domorum muros, ac parietes periſtomatibus, atque
deuotis picturis exornare tenerentur: arborum ramis, & florum faſciculis per iti-
nera proiectis, diſperſis, ac diſtributis.
IV. A Sereniſſima Regali Celſitudine Duciſſæ Sabaudiæ Chriſtinæ Frãcicæ in-
hibitorium promulgandum curauit edictum, quò Vallicolis hæreticis Delphinen-
ſibus ad Pedemontanos deſcendere, & inibi mercimoniæ ſub titulo commorari li-
ceret; præpotens licèt militiæ Dux Caluiniſta, Sauilianum pro Chriſtianiſſimo
Rege tunc Cuſtodiens, permiſſiuæ poteſtatis amplum pro ſuis Sectarijs iam antea
indultum retuliſſet.
Sui Apoſtolatus iterum quadriennio perdurante, honorificentiora gerenda à V.
pleriſque Prælatis munera ſuſcepit. Primò namq; Saluzienſis Reuerendiſſimi Pa-
tris Inquiſitoris Vicarias Vices in Varaytana Valle exercuit, quinimmò ab eo ſpe-
cialiter delegatus, Tranſalpinam Narbonenſem Galliam ad bis Apoſtatæ cuiuſdã
religioſi Itali nuperiorem fugam explorandam laborioſè, & periculoſè penetrauit.
A Reuerendiſſimo itidem Archiepiſcopo Taurinenſe Antonio Prouana Oecono-
Honorificentiora munera à Prælatis gerenda ſuſcipit. mus, & Procurator Generalis rerum Eccleſiaſticarum in Caſtellana illa ſua ditio-
ne conſtitutus fuit: quò ſupra decimarum, & cuiuſlibet Eccleſiaſtici cenſus ſolu-
tionẽ intelligeret, præſideret, informationes ſumeret, proceſſus conficeret, ad ſen-
tentiã diffinitiuam incluſiuè vſq; procedendo. Priori ſuo ad hanc Delphinenſem
Cuſtodiam acceſſu, à prædeceſſore Fr. Ioanne Foſſanenſe inſtructum proceſſum re-
perit contra quaternos nequiores, & impudentiores Canalienſes hæreticos, teme-
rarios iurium violatores. Eò vſq; igitur ob Miſſionarij mutationem intermiſſam
inquiſitionem denuò reaſſumens, delatos coram Gratianopolitano Magiſtratu
iuridicè vocandos curauit. Quamobrẽ illi proprijs facinoribus debitas infligendas
Picturatum Vexillũ pro Canaliẽſe Roſariano Sodalitio comparandũ curat. penas pertimeſcentes, corã Apoſtolico Actore humiliter implorãtes, perpetrata de- Ann. Chriſti 1640.
licta deteſtantes, & futuram emendationem pollicentes, ſpontanea oblata mul-
cta indulgẽtiã, adhibitis precatoribus, poſtularunt: quibus ille Saluatoris ad exem-
plũ clemẽter inclinatus, noxas dimiſit: vltroneas autẽ pecuniarias præſtationes, &
oblationes ad centũ Frãcorũ valorẽ Capuccinus Leuita in ornamentum Cana
lienſis Eccleſiæ conferendas decreuit: Ex his namque & Tabernaculi grandiuſcu-
lum velum, & congruentiorem Caſulam, ſimul, & Miſſale Romanum noua om-
nia comparanda mandauit.
Cuimet Parochiali Canalis Templo ſericum purpureum vexillum elegantiori- VI.
bus picturis exornatum, aureis circumornatum fimbrijs, & lacinijs pro Salutia-
rum ciuico Roſariano Sodalitio aliàs concinnatum comparandum, & attribuen-
dum procurauit: Caſtri-Delphini Parœcialibus Sacris Ædibus ſericas itidem thẽ-
ſas honorificẽtiori modo cõpoſitas, ad Auguſtiſſimũ Euchariſticũ Panẽ Sacrũ ho-
neſtiùs proceſſionaliter deferendũ, prouidit: Oratoriũ Apoſtolicæ Miſſionis & va-
rijs exornauit, & ad meliorẽ formã perduxit: dealbatis parietibus, coempta noua,
pro nouo ab ipſo altari erecto, ac compoſito, elegantiore Icone, cum noua iti-
dem appoſita Campanula.
Charitate in Deũ impulſus Fr. Petrus Martyr, Dei cultũ omnimodè promouere VII.
ſatagebat, ſed itidẽ charitate in proximũ adductus pietatis plurima, & miſericor-
diæ opera præſtabat: docebat ignorãtes, peccãtes arguebat, corrigebat delinquẽtes,
lugẽtes lętificabat, periclitãtibus meliora cõſulebat, nec ea ſola ſpiritualia, ſed &
corporalia exercebat: Eſurientibus, ſitiẽtibus, nudis, hoſpitibus, infirmis, & patienti-
Spiritualia, & Corporalia egentibus adminiſtrat. bus cũctis ſubueniendo. Ex quibus pluribus frequentioribus pręſtitis miſeris obſe-
quijs, duo ſola recenſere licet. In Caſtri-Delphini Vico Chiaudanũ appellato, Ca-
tholicus quidã vir Claudius nomine, grauiori cõtagioſo morbo correptus, à cun-
ctis etiã domeſticis deuitabatur: Cãcro enim in maxilla ſerpẽte, & bina tẽpora eius
depaſcẽte, grauiter adeò olebat, & fętebat; vt factus ſibi metipſi grauis; vix ſe ipſum
ferre ſufferens, cũ iã iã ſe extrema ad funera rapi irreparabiliter ſentiret; vt animæ
ſaltẽ ſaluationi cõſuleret; Parochũ pro recipiẽdis Sacramẽtis aduocãdũ popoſcit,
at ille cõtagij periculũ, & fętoris graueolentiã inſupportabilẽ pretexẽs, Sacramẽta
ægroto adminiſtrare recuſauit: miſer igitur deſpectus languidus ad Apoſtolicum
curatorem per nuncium confugit, humiliter deprecando: vt ſibi periclitanti
adeſſe dignaretur: renuit à principio Leuita Capuccinus, vltima, & extrema ad-
miniſtranda Sacramẽta Parocho incumbere aſſeuerans, verùm cũ ab internuncio
accepiſſet, Parochum proprium huic ægrotanti præſtare munus recuſaſſe iam, atq;
detrectaſſe, accurrit protinus ipſe deficienti morboſo Catholico homini, & graueo-
lẽti licèt, atq; fętenti tabido cõtagioſo iacẽti proximus adſtat, cubiculũ ingreſſus,
& lectulo approximãs, quod cũ miſer lãguidus cõſpexiſſet, iubilationis, & gaudij &
notis, & vocibus de corde prolatis, ſæpiùs Deum afflictorum conſolatorem incla-
mare perſeuerauit: tunc ergo Apoſtolicus Sacerdos morbifici languoris angoribus

diuexatum ægrum blandis conſolatus, confeſſionem eius, etiam longiorem, & generaliorem, æquanimiter ſufferendo fętores, charitatiuè excepit, & à confeſſione cum pertimeſceret mox moriturus homo, ne etiam poſt mortem à fidelium conſortio ſeipſum reiectum extra ſacros limites proijcerent; Ille à formidine expeditum, & liberatum confirmauit, & receſſit. Leproſus itidem defunctus Ioffredus Toloſanus Gallus milles, cum ab omnibus reijceretur, ita vt nullus omnino nec pietate, nec pretio conductus iacentis exanimis funera componere vellet; Frater Petrus-Martyr, Catabulum in quo extinctus leproſus iacens deceſſerat, penetrans proprijs manibus ſuper ſcalam cadauere impoſito, funus de Chriſtiano more compoſuit: quòd cum obſtupeſcens, ſimul & erubeſcens Dominus Domus conſpexiſſet; accurrit, ex-tẽpore & ipſe, ac operanti Capuccino extremis in leproſo perſoluendis cooperatus eſt: hinc pauper Capuccinus Sacerdos, Sacerdoti Curato exhibitis candelis, & prouiſis luminaribus, edito campanæ ſigno funus ad Eccleſiam honorificè delatum, & cantantibus iuxta conſuetum & Catholicis, & hæreticis comitantibus, ſed loculo ſuppoſitis humeris ſolis Fr. Fr. Petro-Martyre Concionatore, & Ioſepho ab Andurno Sacerdote portantibus, quos cum verecundia perciti pio onere, & funere quidam Fideles in itinere exonerâre vellent, noluerunt Capuccini exhonorari perſeuerantiæ fructum amittendo, quinimmò perſeuerauerunt vſq; ad tumulum de Chriſtiano more perficiendum: quibus peractis tunc Euãgelicus doctor adſtantes Fideles grauiter de Charitatis defectu, & inhumanitate in defunctos obiurgauit.

Contagioſo morbo laborãtibus inſeruit F. Petrus Martyr.

VIII.

Et laudabiliora ipſe Catholicæ Religionis facinora præſtabat Capuccinus Operarius, & ab alijs neceſſarios Pœnitentiæ fructus ſuis, imò cunctis temporibus efficiendos curabat. Ore tenus Catholicos quoſdam in Caſtri-Delphini pago conſiſtentes cum aſpexiſſet; occeptauit de ſuggeſtu acriter aduerſus criminoſos inuehere. Verùm cum impęnitentes, & inconfeſſi, nec Sacra Synaxi refecti plures per annos aliquos nihilominus perſeuerare intelligeret: vehementiùs cępit eos & pro publicis cõcionibus, & pro peculiaribus priuatis Euangelicis admonitionibus modò mordiciùs, modò blandiùs corripere. Veruntamen ad Nili ſpiritualis apertis pluribus oris, & ſalubriora eructantibus cum illi obſurdeſcerent; cępit eos grauioribus pulſare, & temporalibus mulctis comminatis, tantum profecit; vt Canonicis præceptis obedientes ad pęnitendum, & communicandum adduxerit.

Inconfeſſos Catholicos ad pœnitẽtiã adducit.

IX.

Quadriennali ſua in Caſtellanæ Satrapiæ Cuſtodia reſidentia, quadrageſimaliũ annualium, & Aduentuum per concionatorios curſus, non vni Villæ annexus reſidebat; ſed totius per Varaytanæ Vallis Villas excurrebat: cum igitur aliquando quadrageſimales per quindecim dies concionibus quotidianis habendis, ſibi inuicẽ cohærentibus Oppidis Meli, & Brutiaſchi moraretur; ex militibus inibi pro tempore ſtationarijs ternos, non ex gregarijs, ſed ex inſignioribus ſcandaloſo manifeſto in concubinatu, vel adulterio perſiſtentes offendit; offenſiones grauiores, quas iãdiù plures nẽpe per annos libidinoſo in ſtercore ſordeſcebãt cõtra propriã ſalutẽ, & diuinã Maieſtatẽ iugiter perpetrauerãt, pro cõcione illis adſtantibus obijcere cępit, & vehemẽtiùs perſeuerauit; inde pro domeſtica cõuerſatione iterũ illos charitatiua adeò, & blãda correptione pulſauit; vt & cõcionibus, & admonitionibus impulſi ſinguli, & omnes, ideſt tres prędeceſſiti milites laudabiliter reſipiſcere decreuerint. Vnus nãq; ad Capuccinũ cõcionatorẽ lachrimarũ irriguis perfuſus accedens, atq; plenariè corã eò peccata ſua cõfitentes, ab eò edoctus Pellici cõgruã pecuniã, qua poſtea legitimè alteri cuidã nupſit, impertiuit. Alter qui per quinquẽniũ muliere abuſus, maſculinã prolẽ ab ea ſuſceperat; ſuaſionibus ad legitimã in vxorẽ ducendã adduxit: tertius qui theutonicã mulierẽ ſeduxerat, ad illã dimittendã adhortationibus impulit, quę dimiſſa & ipſa pęnitẽs theutonico cuidã cõtribuli breuiter nupſit, & ſic tergemina animarũ offẽdicula, & euidẽtioris damnationis diſcrimina abſtulit.

Ann. Christi 1641.

Tergemini deprauati milites ad meliorem vitam conuertũtur.

X.

Ex quibus relatis, & conſimilibus Apoſtolicis operationibus per Olympiadem exantlatis, duplicem pro corona prouentum ſibi acquiſiuit, & conciliauit: Primũ, quod perduelles Caluiniſtæ Religioſæ pietatis, & Orthodoxæ veritatis oſores Capuccinum declamatorem, ad inſtar Sancti Petri-martyris, varijs compoſitis calumnijs apud Capuccinorum Præfectos detulerunt, cum ipſe Salutijs in ſtrato ægrotans decumberet: ſed veritatis radijs malitię, & malignitatis nubilo effugato denuò Fr. Petrus-Martyr à Miſſionum Præfecto Pedemontanæ Prouincię miniſtro Capuccino Delphinenſi Miſſioni Præfectus fuit; ipſis Vallicolis gratias agentibus, & in fauorem delati Sacerdotis præclariora per authenticas ſcripturas cõteſtantibus. Alter ab eo in Eccleſiaſtici Regni profectum relatus cenſus computatur reductio quàmplurimum à recta Fide, & Fideli Eccleſia iam errantium: numerantur autem triginta ab eo reduces Catholico albo adſcripti.

Ab Hæreticis variè calumniatur.

CALCVLVS XVIII.

Fr. THOMÆ à SAVILIANO Concionatoris per annum 1642.

Ioann. c.21.

ERant ſimul (ait Ioannes Euangel.) *Petrus, & Thomas: dicit eis Petrus, vado piſcari: Dicunt ei. Venimus, & nos tecum.* Erãt ſimul in Religioſa Sacra Academia humanarum artium, & Theologicarum facultatum ſub Fr. Auguſtino à Sauiliano Sacræ paginæ Prælectore, & communi directore Fr. Fr. Petrus Martyr, & Thomas Sauilianenſis: poſtquam igitur abſoluto ſtudiorum ſeptennio, ille nempe Fr. Petrus in myſtico Mundi mare expiſcandis errantibus hominibus miſſus, per quadriennium incubuiſſet; ad ei collaborandum, & Coapoſtolandum in Caſtro-Delphinenſi ſtatione, venit iſte, nempe Fr. Thomas Collega, & ſucceſſor. Vigebant adhuc apud Subalpinos ciuilia iurgia, & domeſtica diſſidia: vnde veniebant adhuc extranea Caſtra, vt iurgantes fouerent, & domeſtica noſtra cuncta peſſundarent, ſignanter ſpiritualia: profanis namque promiſcuę religionis militibus prædominãtibus, vera pietas infirmabatur. Hanc igitur ad confirmandam miſſus venit, hoc anno, Frater Thomas non Didymus, id eſt dubius, ſed certus, & in Fide fixus, ac ſtabilis, nutantes confirmare aggreſſus eſt, aſſidua Diuini verbi feruoroſa prædicatione, qua iam credentes ad Fidem operibus comprobandam hortabatur, & incredulos ad perfidiam reijciendam cohortabatur, cunctos illos Interalpinos ad pęnitentiam prouocando: vitia arguebat, errores damnabat, propoſitis ſacris oraculis, grauioribuſq; allatis teſtimonijs impia hæretica figmenta confutabat, & pro catecheſi docendo ſimplices inſcientes & paruulos legitimæ Fidei, & Orthodoxæ credulitatis neceſſarijs rudimentis, elementis, & documentis inſtruebat: egentibus, & languentibus ope, & opera præſtò aderat: Paſtoribus Eccleſiarum cooperabatur, in Sacramentis miniſtrandis auxiliabatur: ſtabat, ibat, & reuertebatur, quocumq; vel tempore, vel itinere; vt varijs in ſuæ ditionis locis Apoſtolicum Miniſterium fideliter exerceret. Obuium aliquoties cum habuiſſet Pſeudodoctorem: dogmatica illum agreſſione adorſus, validè pulſare, & pugnare, atque expugnare conabatur: hæretica detecta malitia, & Catholica demonſtrata veritate: vnde ſuo tempore decepti nonnulli reſipere voluerunt, diſtinctè vero fęmina vna ab eo Eccleſiæ reconciliata numeratur: vnde vnico hoc præſignato numero Calculus terminatur. I.

Fr. Thomas Apoſtolicum miniſterium fideliter exercet.

Ann. Chriſti 1642.

Mulierẽ Eccleſię Catholicæ reconciliat.

CALCVLVS XIX.

Fr. IOSEPH à SVMMARIPA Concionatoris per annum 1643.

A Pluribus iam olim & annis, & Apoſtolicis Operarijs Capuccinis excultã, ad hanc Delphinenſem Stationem cuſtodiendam, plurimis iam in Euangelicis Cuſtodijs, & culturis exercitus, emiſſus hoc anno tertio, & quadrageſimo ſupra ſexcentum & mille, peruenit Fr. Ioſeph à Summaripa. Summas equidem ripas, vel potius prominentiores extremas quidem Italici Eccleſiaſtici Regni rupes, & alpes excolendas ſuſcepit Capuccinus cultor, ſiue Euangelicus agricola, ſed Ioſeph ſeptem vbertatis annis collectas fruges, ſterilitatis tempore, & loco impartiri, & egentibus diſtribuere nouit. Septemnali iam olim ſcientiarum in ſacro lyceo exercitatione, ſiue dogmatica agricolatione abundanter repoſuerat rationalibus in horreis, quod largiter horridis iſtis rupium Amnicolis, & ruriculis diſpartiret Euangelicum triticum: eſurientibus namque his montanis, & ſpiritualis pabuli inopia, ſiuè inſcitia, vel propriùs propria incuria tabeſcentibus, vt Diuini verbi congruam, & opportunam alimoniam ſubminiſtraret; non promptuarium modò immobile aperuit, quinimmò mobile, & viuum hierophylacium circumferre voluit: peragrando per Vicos, & per Villas, prædicando, & Euangelizando credentibus, & non credentibus Incolis: Fidelibus quidem verbum vitæ in æternitatibus cibum pro Cœleſtis Patris alenda familia diuerſimodè diſtribuebat: nam grandiores concionibus docebat, adoleſcentiores autem, vel rudiores primioribus Fidei rudimentis inſtruebat, diſſidentes conciliabat, rixoſos pacificabat. I.

Ann. Chriſti 1643.

Aduenit Fr. Ioſeph verbũ vitæ annuncians.

Perfidorum rurius ſaluationem ſolicitè ſibi procurandam indixit, quia nullius deſperandam ſalutem quamdiù viuit, perdidicit. Quoniam igitur religionaria plebs II.

à Pſeudo-

à Pſeudodoctoribus prohibita raro, vel numquam Catholicorum vel concionibus, vel catechiſmis adſtat; ideò ſolicitus perditorum Inquiſitor quæritabat ipſe pererrantes in montibus, & ſyluis morbidas effectas oues: ad Vicos enim Villulas, & alpeſtres populationes Caſtri-Delphini, Pōti, Bellini, & Canalis laborioſè licèt perueniens, Sectariorum habitacula, montana domicilia penetrans, latitantes rationales belluas, ideſt Caluinicolas Incolas conueniebat, omnibus ſibi opportunis benè viſis horis, & familiariter, ac domeſticè illos alloquendo: irreligioſæ Caluiniſticæ Sectæ profanationes aperiebat, ſacrilegia demonſtrabat, dolos, & deceptiones declarabat, falſitatem denique, atque impietatem manifeſtabat: conſequenter ex-tempore Catholicæ Religionis veritatem exponebat, ſanctitatem commendabat, & pietatem oſtendebat Pſeudoprædicantes obuios, vel ſtudioſe requiſitos acrioribus diſputationibus perurgebat, & in fugam conuertebat: vnde ſæpè ſæpiùs fiebat; vt pauperculi hactenus decepti diuino irradiante lumine reſipiſcere didicerent, & Catholicè ſapere decernerent. Inter quos infraſcripti referuntur. Mulier vna Molinenſis, altera cum quinque proprijs liberis à Caſtro-Delphino, vir & mulier vna Bellinenſes, hæc autem fęmina cum ternos infantulos adhuc filios haberet; Orthodoxā Fidē à ſe legitimè inſtructos eos proſecuturos pollicebatur. Alia quædam Tabellionis Bellinenſis olim vxor ſe prope diem, quibuſdam cum Agnatis hæreticis expeditis negotijs, ad Eccleſiam Catholicam perucnturam, euidentioribus legitimæ Fidei præſtitis indicijs, Fr. Ioſepho pollicita, quinque ſuos liberos interim Catholico catechiſmo intereſſe permittens, tandem in manu ſucceſſoris Fr. Pauli nefariam Sectam deierauit, & fideliter proprios filios educauit. Iuuencula itidem quædam Matthæi Rubei Bellinenſis Tabellionis filia à Fr. Ioſepho edocta, cum intra domeſticos Caluiniſticos lares Caluiniſticas laruas deteſtari didiciſſet, obidq; Concaluinicolo adoleſcenti in vxorem deſtinata extitiſſet; illa hæretici coniugis thorum deteſtans, à Paterna Sectaria ad fideles conſanguineorum domos aufugit; vbi iamdiù moras traxit, quoadusq; adueniens Fr. Paulus Catholico albo eam annotauit.

Opera F. Ioſephi Catholizati plurimi referuntur.

Ann. Christi 1644.

III. Quas omnes inexcogitatas reductiones, & conuerſiones Miniſtri Antiani, & Diaconus Synagogæ cum admirantes conſpexiſſent; collegerunt Sarrapæ Concilium, ſiue diabolicum Conuentum; vt huic Capuccino Athletæ (à quo iam olim Paduſanæ Vallis Sectariorum incenſa habitacula acceperant) validum Antagoniſtam obijcerent: quamobrem binos à Viennenſi Gallia ex doctioribus Miniſtros accerſere decreuerunt, quòd cum accepiſſet Apoſtolicus Pugil, licèt ad comitia Prouincialia aduocatus mox eſſet diſceſſurus; perendinauit nihilominus aliquandiu; vt adſcitis Hæreticis auxiliaribus copijs obuiam procederet in religionare prælium, ſed iamdiù expectati cum nequaquam adeſſent; abeſſe ipſe obedientiæ merito compulſus, tandem receſſit: colletantibus perfidis, ſed collachrymantibus fidelibus. Huius igitur ſui breuioris annualis curriculi prouentus, cum ipſe Fr. Ioſeph, ex impoſitione Præfecti Miſſionis Prouincialis Miniſtri, per litteras Eminentiſſimo Præſidi Congregationis de Propaganda Fide annunciaſſet, Cardinali Antonio Sancti Onuffrij; ille benignas, & gratulatorias Epiſtolas remiſit, quibus ad propoſitum proſequendum hortabatur.

Hæretici duos vocant à Gallia Viēnenſi Adminiſtros.

CALCVLVS XX.

Fr. PAVLI à TAVRINO Concionatoris per annos 1644. 1645. 1646. 1647. 1648. 1649. 1650. 1651. 1652.

DEcurrentis ſeptimi decimi ſeculi vndecimæ iam iam complendæ Olympiadis ſupremus hic memorabilis annus adeſt; percurrentis namque illius circa dimidium, nempe ſextili Menſe, de Sancti Petri Romana Pontificali Cathedra Vrbano VIII. morte ſublato, Septembris immediatè ſequentis circa initia: Innocentius X. defuncti in locum canonicè ſuffectus, Vniuerſalis Eccleſiæ adminiſtranda ſuſcepit gubernacula, Celtiberis, & Francis apud Ciſalpinos adinuicem, & fęderati tertij haud mediocre in detrimentum digladiantibus. Vtriuſque enim extraneæ gentis incurſionibus, atque inuaſionibus exagitati quotidianis hoſtilibus deprædationibus expoſiti, fruſtra ingemiſcebant Pedemontani, nec harum diuexationum immunes quieſcebant Interalpini vel Gallico, vel Sabaudo Principatui ſubiecti: militaribus namque vel ſtipendijs, vel commeatibus præſtandis compellebantur; quando his Caſtellana in Delphinenſi Satrapia, imò vniuerſa in Varaytana Valle ſpiritualiter ſaltem iuuandis Fr. Paulus iam ſecundò emiſſus, à Pręſulibus alacer, & expeditus adeſt.

Secūdò emittitur ad hanc cuſtodiam Fr. Paulus.

II. Nec defuerant, aut Apoſtolico in præſtando munere defecerant Anteceſſores

Coapoſtolici Operatij : vnde Fr. Paulus iterum hanc Caſtri-Delphini Cuſtodiam inuiſens, vidit Dominicam Eccleſiaſticam Vineam appoſitè ſatis excultam & floruiſſe, & vberes in dies fructus parturire : quamobrem ſua, & ipſe Euangelica coagricolatione cultiorem reddere decreuit; quò & abundantiùs floreſceret, & vberiores in dies magis, ac magis prouentus pareret : ideò ſationem, & culturam ſuam non intra hoc Tetrapagum Delphinenſe coarctari, quinimmò ad nouem reliquas Varaytanas Parœcias, & Villas, vſque dilatare & extendere voluit : vnde exijt, & perpetuò exibat, qui ſeminat, ſeminator Euangelicus ſeminare ſemen ſuum, Diuini verbi nempe prædicationem, non in Taurinenſi ſubiectis ſolis Diœceſi quatuor oppidis, ſed & in Salutienſi ditioni ſuppoſitis nouem pagis contiguæ, ſiue continuæ Varaytanæ Conuallis intra limites contentis : Nec contentus ipſe Capuccinus Agricola Euangelicum ſemen laborioſè peragrando & in via, & inter ſpinas, & ſupra petram, multò meliùs in terram bonam ſeminaſſe, de ſuggeſtu feruidè concionando; granum Sinapis pariter in hortum ſuum mittere feſtinabat, ideſt diſciplinæ Chriſtianæ minora rudimenta pro Catechiſmo ſimplicioribus cunctis tradebat, cuius & fructum, & guſtum efficaciùs vt experirentur; prolixiori, & faciliori explicatione, quaſi accuratiori contritione granum Catholicæ Doctrinæ ipſe terebat, & conterebat. Contritos autem pęnitentes ad ſe accedentes, vt confiterentur peccata ſua, longanimiter audiebat : fermento demum boni propoſiti tribus in farinæ ſatis contritione, confeſſione, & emendatione abſcondito, ſiue fermentato, & apparente in confeſſis Chriſticolis, panem Sacramentatum fameſcenti Dominicę familię diſtribuebat : & ſic ſemper, & vbique ſingulis, & omnibus in ſuæ Miſſionis Parochijs circumeundo, & perpetuò Apoſtolando faciebat : nullis periculis territus, nullis laboribus feſſus, nullis aduerſis, vel pęnalitatibus detentus. Quæ omnia non precario nomine interpellatus modò præſtabat; quinimmò vt in plurimùm, vltroneo obſequio exhibita miniſtrabat.

Euangelicũ ſemen diffundit.

Ann. Chriſti 1644.

III.

Cum ferebat Iſrael, aduerſarius Philiſtim ſuperueniens ſuis hoſtilibus incurſionibus cuncta vaſtabat. Perſtabat fidelis ſui Domini ſeruus in Dominico agro excolendo; ſed ſpiritus diſcordiarum ſuperuenientes ſata Euangelica vniuerſa deuaſtabant : quia adinuicem rixantibus fidelibus pietatis, & timoris Dei ſemen excreſcere, & prouentus virtutum, ac bonorum operum afferre non præualebat, ſpinis, & acutioribus inimicitiarum ſentibus obſitum. Fortiter igitur accinxit ſe Fr. Paulus vt veniens ignem charitatis mitteret in terram illam : & quid aliud ipſe volebat, aut velle poterat, niſi vt accenderetur? & angues, ſentes, rhamnos, ac tubos combureret, ſerpenteſque diſcordiarum de dumetis extricaret? Hoc eſt dicere laborauit fideliter pacificus pugil; vt ſimultates vniuerſas, ex vallicolis, & Villis, & familijs radicitùs anſerret : compoſuit ergo lites, diſſidia abſtulit, rixas extinxit. Vegetiores tamen adhuc, imò pernicioſiores, & immaniores in dies vigebant, quin inualeſcebant mortales inimicitiæ in Bellini Oppido, inter Antonium Rubeum oppidanum ex vna, & coopidanorum reliquum commune vulgus, ex altera parte feraliter adinuicem ſæuientes, quibus furentibus pro cicurandis, & pacificandis plurimùm enitebatur, & ſudabat Fr. Paulus; vt tandem aliquando poſt repetitas, & multiplicatas cruentas digladiationes, quinimmò poſt ſeptem interfectorum effuſum cruorem, manſueſcerent, & quieſcerent. Verum enimuerò difficiliores adeò, & incompoſſibiles mutuas repugnantes conditiones proponebant, & petebant aduerſarię partes; vt vix quiſpiam poſtulatis ſatiſfacere valeret : quare Capuccinus mediator frequentiùs inter hunc, & illos diſcurrens, imò Salutias Potentiores ad Patritios & inſignes Perſonas recurrens, tantùm cucurrit, & recucurrit vadens, & veniens, rogans, & Imperans, obſecrans, & increpans; exorando, & execrando, ſolicitans, & minitans; vt demum ſublatis difficultatibus compoſitis litigijs adinuicem eos conuenire effecerit, & pacis fędera inire compulerit : quibus tamen mox, ob trium mercatorum inhumanam trucidationem inibi ſecutam, penitus diſſolutis, Antonius quinquaginta proſcriptorum ductor effectus, vniuerſam Caſtellanam regionē violentijs, deprædationibus, & graſſationibus publicis diuexabat. Cuius nequam audacia eo temeritatis interdum proceſſit; vt aſſumptis centum congladiatoribus ſecum nequiores ſe, propriam Patriam, Bellini nempe Pagum publicè deuaſtandum aggrederetur, quod cum innotuiſſet contribulibus, ſingulis Conuallicolis ad arma currentibus indecorè terga vertere, & fuga turpiori vitæ ſuæ conſulere compulſus eſt : Apoſtolico mediatore, & Euangelico Nuncio indefeſsè ac continuò enitente; vt ferocientes manſuefaceret, quòd cum ſanguinarius Sicarius Rubeus in dies magis furens pręſtare tenuiſſet; à validiori demum emiſſo ſatellitio comprehenſus, & carceribus mancipatus, tandemque à Gratianopolitano Senatu damnatus, rotario acerbiori oſſifrago ſupplicio conſumptus, à Fr. Paulo ad patibulum aſſociatus, intra Patrios lares ignominioſè Aſtręę mucrone obtruncatus interijt : ſuperuixerunt

Ann. Chriſti 1645.

Quampluri-mas ſimultates compeſcere curat.

Ann. Chriſti 1645. 1646.

Nolens acquieſcere Fr. Pauli ſuaſionibus per manus carnificis ignominioſè moritur.

runt nihilominus per triennium ſuperſtites inter adhærẽtes defuncti, & contribules Bellini inueteratæ rixæ, quibus ſedandis triennalibus ſudoribus, & fatigationibus Fr. Paulus adhuc incubuit, ſategit, & opus perfecit.

IV. Haud tamen ſolitarias domeſticas ſimultates extinguere ſtuduit, ſed aduerſarias Hæreticas irrecõciliabiles inſidiantes poteſtates coercere, & arcere ſategit. Vnde quia in Canalis Oppido Italiæ Extremo, ſupremo in Vallis vertice, ac verticalibus vltimis Ciſmontanis oris poſito regio indulto, ac tolerantia & graſſantur Hæreſes, & debacchantur Hæretici, ad libidinem ſuperuenientibus impoſtoribus Miniſtris, vt inſipientes quotidie magis deſipere, & inſanire compellant: liberè nãque toties, quoties, quando, & quomodo libet, Sacrilegia inibi Caluiniſtica Miniſteria exercent: vt igitur irruentibus furibus, & latronibus, Dominicumq; Catholicum ouile, ideſt Italicum Eccleſiaſticum regnum inuadere conantibus cominùs occurrere, & iniquis conatibus accurrere, iniquioribuſque moliminibus obſiſtere valeret Capuccinus Antagoniſta; Stationem ſuam per periculoſiora ſaltem anni tempora ad Canalienſem Vicum transferre excogitauit, excogitatumque opere adimplere, haud prolixiores traxit in moras. Quinimmò hoc anno ſeptimo, & quadrageſimo poſt mille ſexcentum Apoſtolico, & Eleemoſynario ęre domunculam quandam derelictam in Canalienſis Villæ vertice coemendam curauit, quã paulatim ſucceſſiuè ſequentibus annis ſuæ reſidẽtiæ religioſę, licèt incommodiori habitationi aptam effecit, & quoquo modo habitabilem reddidit.

Vt inſidiãtes Hæreticos coerceat, habitationem ſuã ad Canalienſem Vicum transfert.

V. Inibi quoque diutiùs commorari conſtituit in credentium Incolarum ſubſidiũ, atque præſidium; eò quod remotiori illo in receſſu loci aſperitate freti inſoleſcentes, inter eos demorantes Catholicos ſignanter miſellos, & pauperes duriùs pertractare, ne dicam vexare conſueuerunt perduelles Schiſmatici. Inter quos hac tempeſtate & Hæretica prauitate, & Sectaria feritate, pariter ac feroci acerbitate inſignis perſecutor in Eccleſiaſticum regnum, & Catholicam Eccleſiam furit, ac ſęuit Tabellio quidam, Samuelis nomine, & verſipellis agnomine iuremerito vocitandus, ac decorandus: hic enim alterius Sauli ad inſtar, adhuc & ſemper ſpirans minarum, & cędis, ac exterminij in diſcipulos Domini, cum Caſtri-Delphini publico Secretario Concaluinicola conſpirans, ſua ſolertiori verſutia, & vafri calliditate cunctorum animis ſibi deuictis, vniuerſa coram Magiſtratibus vel cis, vel trans Montanis pertractanda negotia communi nomine ſibi committi, & demandari curat, & ſatagit. Delegatus igitur hic Fraudator, Eccleſiæ perduellio coram Iudicibus pro ſęculari republica curanda comparens, ſemper religionariam ſuam Sectam promouendam procurat: permiſſiones, indulta, ac prouiſiones Catholicæ Eccleſiæ noxias; & pernicioſiſſimas reportans in perfidiæ profectum, & detrimentum Fidei, ſicuti multiplicatæ conteſtantur quotidianæ experientiæ. Pro communi temporalium commodo ſemel Brigantium deſtinatus, inibi ſuos Sectarios à præſtatione primitiarum, quas de more Sacerdotibus ſoluere conſueuerant, abſoluendos procurauit. Iterum Gratianopolim communi ære miſſus, pro ſuis obtinuit; vt Hæretici cum Catholicis in Sindicum, hominem propriæ Sectæ alternatiuè eligerent, & quòd tàm iſti, quàm illi communibus expenſis Ludimagiſtrum Caluiniſtam conducerent, non tamen illi, publicis ſumptibus pro manutenſione Catholicæ Eccleſiæ præſtandis, congruam portionem contribuerent. Tertiò publicis pro peragendis negotijs Taurinum deſtinatus, commendatitijs Epiſtolis ab Hæretico primate acceptis, & Gallici oratoris inibi pro Chriſtianiſſimo Rege reſidentis patrocinio fultus, à Regali Celſitudine Chriſtinæ Duciſſæ impetrauit; vt relapſus perfidus Salutiẽſis Inquiſitionis carceribus cuſtoditus, dimitteretur: rurſus, vt ſui cõuallicolæ Caluiniſtæ liberè in Pedemõtanũ agrum deſcẽdẽtes ad libitum in eo verſarentur. Quòd cum Fratri Paulo innotuiſſet: nulla interpoſita mora, per altiores iam delapſas, & actu de Cœlo dilabentes niues iter arripuit, nec licèt fatigatus, & feſſus ante quieuit; donec Salutias appulſus, periculum Fidei cum Reuerendiſſimo Salutienſe Antiſtite contulit, & quid agendum conſuluit, atque conſilio inito vniformi ſenſu, & conſenſu & Reuerendiſſimis Nuncio, ac Inquiſitori, nec non Excellentiſſimis & Planitiæ Marchioni, & Comiti Philippo San Martino Epiſtolas dederunt, efficaciter adeò Eccleſiæ cauſam Patrocinantes; & pro ea interpellantes; vt dato reſcripto, Hæreticus Samuel poſtulatis fraudaretur (vel meliùs) ſuis fraudibus detectis reijceretur: qui tamen, Hæreticorum more, ſemper impudentior, iterum honeſtis ementitis titulis, iterũ indultum confirmandum obtinuerat; niſi Fr. Paulus veritatis negotia pertractãs, & verioribus allegatis; & allatis cauſis rurſum ſecundò confirmatam permiſſionem infirmaſſet, & reuocandam curaſſet. Non tamen infirmatur irreconciliabilis Catholiciſmi hoſtis Samuel, quin quotidie ſtudioſè excitatis ſeditionibus, & tumultibus Catholicos diuexare perſeueret, imò recenter Catholizatos Neophytos modis omnibus, varijs compoſitis technis, & dolis denuo peruertere ſtudeat, & enitatur. Pro his igitur in acceptata Fide confirmandis, & illis aduerſus Perſe-

Ann. Christi 1647.

Fidei periculo accurrit.

cutorem

cutorem protegendis Fr. Paulus alteram ſuæ ordinariæ ſtationis cuſtodiam in Canalienſi Pago, Patria nequioris perduellionis ſtabilire, & firmare decreuit; vt cominus aduerſus acerrimum hoſtem digladiare manu ad manum valeant pro tempore Apoſtolici vigiles, & Pugiles. Ann. Chriſti 1648.

Noua igitur ſtatione, ſiue Apoſtolica munitione aduerſus Philiſtim ſtatuta in Canalio Vico; nouas pariter Caſtrorum acies religioſas ad Eccleſiæ ſupperias ordinatas colligere, & congregare accelerauit: pias, ac deuotas Conſodalitates inſtituendo: Proſpiciens igitur, vt Chriſtianæ pietatis ac religionis cultum promoueret; Roſarij Sanctiſſimæ Matris Dei Mariæ congregationes plures in varijs Vallis Villis fundare decreuit, quapropter à Salutienſi RR. PP. Prædicatorum Cenobio aduocatus R. P. Ioannes Baptiſta Orſara pius, ac zelotes Religioſus, congrua à proprijs Superioribus ſibi delegata facultate tribus in oppidis Bellini, Canalis, & Ponti (quo in tertio pago à Fr. Bonauentura initiatum quidem, ſed non canonicè fuerat erectum) à campeſtri in Parochialis Eccleſiæ proprium Sacellum tranſlatum, Roſarianum Sodalitium authenticè erexit, & firmauit. Quinimmò cum tribus itidem conuallicolis in pagis Rorara, Brutiaſcho, & Girba præexiſtentis iam prædictæ conſocietatis Anceps, & ambigua appareret Inſtitutio; Fr. Pauli Capuccini ope, & opera, neceſſaria reportata auctoritate, & facultate erectio confirmata, & conſtabilita fuit. Fundationem verò, aut confirmationem non ideo perficiendas procurauit ſolicitus excubitor; vt deſcripti Roſariano in albo (cui fere vniuerſi promiſcui ſexus ſua nomina dederunt) ſtertentes otiarentur, & otioſa perſtaret Mariana acies; quinimmò vt ore, & lingua, ſiue labijs aduerſus Catholica Caſtra impugnantes aduerſarios decertarent, ſicq; Eccleſiæ militarent. Ideò Capuccinus Agonotheta vltra conſueta Apoſtolica munera, huic nouo adhuc oneri ſibi incumbendum præſcripſit: vt ſcilicet ſingulis vicibus, quibus his in Villis, vel commorari, vel concionari contingeret; opportuno & tempore, & loco congregatis fidelibus coram Matris Dei peculiarem Sacram delectam aram precarios Roſarianos globulos alternatim recitandos doceret, quorum per interpolatam recitationem Paſſionis, & vitæ Chriſti myſteria meditanda ſucceſſiuè gaudioſa, doloroſa, & glorioſa proponeret: prædictam autem Marianæ coronæ perſolutionem vel quotidianam, vel in hebdomada triduanam efficaciter adeo cōcionator Euangelicus populis commendauerat; vt eam negligere religionem ſibi perſuaderent: Quia non ſolis verbis, quinimmò & eò magis exemplis ad hoc pium Matris Dei perſoluendum penſum Capuccinus Leuita gentem illam induxerat. Peragrando namque per Vicos, & Villas ad campanulæ (quam ad hoc ſecum circumferendam curabat) ſignū conuocatis Confratribus, abſoluta recitatione breuiorem ſed efficaciorem ſemper ſermocinationem exordiebatur, qua & Catecheſim pro rudioribus, & ſimplicioribus exercebat, & inter diſciplinæ Chriſtianæ neceſſariora rudimenta, quæ tradebat, vnum illud erat familiare, nempe poſt debitum Deo cultum, B. Virginis apprimè venerationem colere, & pias ad eam preces pro priuato, ac communi bono iugiter fundere: quæ edocti fideles, Roſarij Coronas inſeparabiliter ſecum geſtātes à pia recitatione nequaquam vacabant, quinimmò in tota Conualle ad Sacramenta Pęnitentię, & Euchariſtiæ ſæpius accedere iam conſueuerant, ſaltem ſingula quaque priori menſtrua Dominica die, & ſingularibus cunctis annualibus ſolemnitatibus Matris Dei. Cuius hunc venerationis Roſarianum cultum cum à principio riderent Hæretici; acriùs adeò inſurgentes Catholici aduerſus deriſores propugnare cęperunt; vt pietatis oſores digitum ori imponere, & obmureſcere cogerentur. VI. Ann. Chriſti 1649.

Conſodalitatem Roſarianā pluribus in locis erigit.

Cū Chriſtianæ pietatis augmēto Tēplorū etiam non ſolū munditiā, ſed ampliorem honorificentiam pro virili quæſiuit: vnde in Sacris Ædibus congruè, & decentiùs ornandis plurimam operam impendit, eam potiſſimùm opportunitatem nactus, quòd Fr. Michaelem à Bouiſio, qui pingendi aliqua peritia valet, in ſocium deſtinatum accepiſſet: illius namque ope, atque opera etiam neceſſaria libenter ipſe carebat; vt varijs Eccleſijs, & diuerſis ſacris aris aptiores Icones & conficiendas, & perficiendas acciperet, & perfectas (quędam vix corporalibus proprijs neceſſitatibus congrua ſubſidia pro mercede ſponte oblata recipiens) diſtribueret. In Belliuenſi Paręcia picturis inexornata grandiores trinas decoras Icones perfecit pro ternis iterum ſacris Altaribus componendis, reliquis vſq; ad pręſens inexcultis. In Caſtri-Delphini Parochiali Templo à Fr. Paulo in purgantium animarum Suffragium erectę Sacrę Arę Fr. Michael Socius pictam tabulam concinnauit. Ibiq; Roſariano Sacello, & Iconi collaterales binas picturas effinxit, atque Vmbellam effictam ſuperpoſuit, ac picturatum altari pallium appoſuit. In Arce Diuo Arcangelo Michaeli dicatę Ædiculę exiſtenti, & in Vico Turretarum D. Baptiſtę Pręcurſori Sacro Sacello perſiſtenti ſingulares proprias Sanctorum Imagines, & Icones compoſuit. In Oppido Sancti Petri ternas itidem varijs altaribus confecit, & vexillum ingens depinxit. Ne autem ſingulis immorer: VII.

Varias picturas prouidet diuerſis Eccleſijs.

In

in Vico Roratæ Iconem vnam Sacratiſſimi Roſarij, alteram Brutiaſchi eiuſdem conditionis: In loco Gitbæ geminas: In Elua vnicam S. Pancratij Martyris non mediocris deuotionis in augmentum: Roſſanæ alteram in honorem Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo: Pontano Virgini Sacro Templo eiuſdem Dei Matris natiuitatem Portæ in frontiſpicio depinxit. Religioſas tandem pictutas quamplurimas Vallicolis illis diſtribuit.

VIII. Dum igitur ſolerti, & aſſiduo ſuo laboritio Fr. Michael Collega cor ſuum daret, vt ſimilitudines Sacras, & picturas concinnaret. Fr. Paulus Apoſtolicus Operarius prudenti ſua ſolertia, & cooperatione ſolicitiorem operam nauabat; vt & ornamenta, & paramenta depauperatis Eccleſijs, & Sacrarijs prouideret. Efficaciter igitur cum ſylueſtribus alpeſtrium Populationum habitatoribus egit; quò peculiaria, & ſingularia ſinguli ſui Vici Sacella ad meliorem formam, & honorificentiorem cultum reducerent. Caſtri Delphini Parochianos vt eleganriorem nouam Caſulam ſuæ Parçciæ coemerent adduxit, ipſe verò pecuniaria ad hoc collecta ſtipe Albam congruam pro eadem comparandam curauit. Alteram itidem Albam ſubtilioris telæ, pariter & quatuor deargentata elegantiora candelabra Roſariano Sacello prouidenda procurauit: Sacræ aræ de Suffragio ſupellectilem: cunctis tandem altaribus aliquod vel ornamentum à Socio depictum, vel paramentum à ſe procuratum attribuit. Bellini Parochiali Eccleſiæ nigram Caſulam, & varia ornamenta impertiuit, ſicuti & alijs Villis præſtitit. Plurimas tandem diuerſis prominentioribus in locis ligneas grandiores Cruces erexit: tum in Catholicæ Fidei triumphale ſignum, tum in incredulorum confuſionem, tum verò demum in fidelium admonitionem, ne Chriſti Saluatoris Paſſionum obliuiſcerentur, imo ſaluificum & lignum, & ſignum pertranſeundo venerarentur.

Supellectilē pro diuerſis Sacellis procurat.

IX. Operabatur igitur, vt decentiùs, & honeſtiùs Dei Domus exornaretur Euangelicus Cuſtos, ſed & laborioſè Paſtoribus, ac Parochis perpetuò & cooperatus eſt, & obſequendo, ſeu inſeruiendo miniſtrauit: cum enim Rectores illarum Eccleſiarū, vt in plurimùm, indigenæ vniuerſi computentur, à Vallicolis, ruricolis, vel agricolis exorti, & progeniti, tenuioris fortunæ, & pauperioris conditionis; conſequenter non cultioris litteraturæ, nec ſufficientioris eruditionis, quinimmò aliquando minus congruæ ſufficientiæ exiſtere ſolent: vnde Apoſtolici cooperatores pauperculis, ſolitarijs, ac ſimplicibus Sacerdotibus vt præſtò adſint, inuigilant, & circumeunt; ne irruentibus continuò Sectarijs lupis, & vrſis, minus valido Paſtori reſiſtere non valenti ſuppetias opportunas adferant, hoc Fr. Paulus (licèt laborioſè) toto ſuæ reſidentiæ tempore præſtare enixus eſt: quia auxiliares alienigenarum Paſtorum doctiorum, vel magis idoneorum copias expectare, vanum eſt: quoniā prouentus Eccleſiarum tenues, alimonia exilis, conuerſatio vilis, alpeſtris regio, & ſylueſtres Incolæ inter alpes reperiuntur: quæ omnia extraneis ſufficientioribus Leuitis nequaquam aut ſufficiunt, aut probantur. Haud ſatis probam, ne dicam valde improbandā, vel non ſatis probandam conditionem, & qualitatem offendit aliquando Fr. Paulus in Bellinenſi Parocho, eò quòd minus congruè, & ſufficienter proprio Paſtorali muneri, & oneri ſatisfaceret: quare cum Reuerendiſſimo Præſule Taurinenſe prouidè egit; vt eo amoto alter ſufficiens, & habilis in illius locum ſufficeretur. Hic igitur ſuffectus cum adhuc in Eccleſiaſtica militia Tyro haberetur; Capuccinus Cuſtos eum in ſuam tutelam, & curam ſuſcepit, & ſuſceptum Parochialibus notitijs, & muneribus inſtruxit, quoadusque ad ſufficientiam edoctus, Parochiale Miniſterium adminiſtrandum laudabiliter ſuſcepit. Cui & cæteris cunctis diuinis, vel officijs perſoluendis: Sacroſanctis vel Myſterijs ſolemniter celebrandis: Sacramentis, vel Sacramentalibus diſpenſandis ſanis, & ægrotis Fr. Paulus perpetuò ſignanter rogatus adfuit, cunctis temporibus ſine acceptione locorum, temporum, vel perſonarum.

Ann. Christi 1650.

Parochis Fr Paulus inſeruit.

X. Prærecenſitis igitur, & conſimilibus pluribus Apoſtolicæ ſolicitudinis, & Euangelicæ operationis præclaris facinoribus mirificè promotum, & magnificatum Catholicum Diuinum cultum, & Eccleſiaſticum Regnum cum admirantes ſuſpicerent, & conſpicerent Conuallicolæ illi Caluiniſtæ; perſpicientes Fideles in honorificentiori, & magis pia Religionis ſacræ cultura ſoliciriores, & frequentiores confuſi ipſi erubeſcebant, & erubeſcentes quidam quidem in dies obſtinatiores deſipientes recedebant, quidam verò ſuperno lumine irradiati, & Capuccini Apoſtolici Doctoris dictamine, & doctrinis illuminati humiliores, & ſapientiores effecti, vt meliùs ſaperent; ad Catholicam Fidem in Romana, & Orthodoxa Eccleſia profitendā accedebant, quos vniuerſos benignè exceptos, & receptos, atque congruo catechiſmo ſufficienter excultos delegatus Euangelicus Operarius propriæ Matri reconciliatos, fidelium albo conſcribebat. Conſcripti autem promiſcui ſexus reduces numerantur hactenus quinquaginta, & ſeptem circiter, diuerſæ conditionis mares, & feminæ, Tabelliones quidam negotiatores, vel ruricolæ Iuuenes, ſenes, & adoleſcentuli, mulieres matres familias, vxoratæ, viduę, & adoleſcentulę,

Multi Fidem Catholicam amplexantur.

Ann. Christi 1651.

ex Incolis tàm Caſtri Delphini, quàm Ponti, Bellini, & Canalis, quos omnes ſceleſtiores Sectarij, imò Sicarij nullo regalium, & legalium interdictorum habito vel delectu, vel reſpectu acrioribus adeò, & acerbioribus cœperunt, poſt Conuerſionem vel perſecutionibus exagitare, & cõtorquere moleſtijs, vel blandis pollicitationibus, pecuniarijſque præſtationibus allicere, & pellicere; vt duo vel tres ex infirmioribus pulſantibus, atque validiùs perſequentibus reſiſtere non valentes (cum inter eos aſſiduè, & familiariter vt antea commorari, & verſari cogerentur) vel meliùs, non volentes, deieratas Hæreticas nugas iterum profiteri, & confiteri compellerentur, haud ſine Euangelici Capuccini Monitoris, & Inſtitutoris intenſiori zelotis animi ſenſu, qui tactus dolore cordis intrinſecùs: videns quàm inhumaniter, & irrationabiliter nefarij illi Eccleſiaſtici regni perduelles diuexarent Neophytos fideles, circuibat, quinimmò circumuolabat, vt alis ſuæ protectionis tenellos adhuc in Fide pullos, & perſecutionibus diuexatos protegeret. Quoſdam igitur ſęcularis Iuſtitiæ patrocinio aduocato defendebat, quibuſdam efficaciori ſua tutela patrocinabatur, nonnullos religioſis proprijs laribus exceptos, & receptos per plures dies alendo fouebat, & protegebat; pluribus demum, & cunctis neceſſitates patientibus ægris, & ſanis his Neophytis ſubueniebat: panem, vinum, oleum, ſalem imò hordeum, canapam, & triticum pro virili miniſtrando: Apoſtolicum ſuum habitaculum miſerorum in receptaculum, & Aſylum publicum conſtituendo; vt ad eum fidenter recurrerent in anguſtijs & credentes, & increduli, quibus omnibus opitulari, & ſuccurrere geſtiebat, & ſicuti cunctis proficua exhibere ſtudebat, ſic ab omnibus noxia cuncta amouere ſatagebat. Numeroſos ergo damnatos Codices de legentium, & tenentium manibus varijs & temporibus, & locis eripuit, quorum in compenſationem, & vicem Apoſtolico ſtipendio coemptos pios libellos contribuit.

Hæreticæ perſecutiones aduerſus noniter conuerſos.

XI. Pro Eccleſiaſtico ſpirituali regno tandem, & pro Chriſtiana Religione, atque Catholica Fide non paucos labores ſuſtinuit: pluries, & ſępius nec ſegniùs, ſed ſolicitiùs itinerando per rupes, & alpes, niues, & imbres, calores, & algores, à Ciſmontana ad Tranſalpinam Galliam Viēnenſem tranſmeando, vt Ebrodunum Gabbum, Brigantium, ſiue Gratianopolim perueniens, atque ad Eccleſiaſtica, ſiue ſęcularia Tribunalia recurrens, Caluiniſtas ſignanter Pſeudodoctores intra ſtatuta, & intra, & limina perſtare cogeret, ſicuti & coercitiuis ſanctionibus reportatis, obſeruantiam Nannetenſium Edictorum, ſub grauioribus interminatis pęnis, pluries iam illis indictam, denuo indicendam, & iniungendam, ac præcipiendam curauit. Ne ſcilicet Pſeudominiſtri prædicantes citra Montes aduenientes Sacrilegæ religionis profana miniſteria exercere valerent: neue vllo in Varaytanę Vallis, Caſtellanæque Satrapiæ præcipuè loco Caluiniſtica miniſtrare Sacrilegia auderent: quod iam toties ſuorum prædeceſſorum ſtudio, opera, & ſolicitatione Sectarijs impoſtoribus interdictum extiterat, licèt iuſtarum cunctarum legum cõtemti præuaricatores perpetuò temerario auſu nitantur in vetitum: vnde & ſempiternis contrarijs conatibus vigilaces excubitores, & liminarium cuſtodes Capuccini temerarios Sectariorum auſus conantur reprimere, & repellere, vt ſupra ſæpius recenſitum eſt.

Fr. Paulus [illegible] Fideles pergit.

Ann. Christi 1631.

XII. Neophytos, de nouoq; reſipiſcentes reduces actioribus à nequioribus Hæreticis perſecutionibus exagitatos, & aſperiora paſſos, atque in dies pati recenſuimus, ideo Fr. Paulus tanto, ac tam grauiori huic Fidelium incommodo, & Fidei diſcrimini, vt conſuleret, & obuiaret; ab eiſdem ſupra recenſitis Magiſtratibus per vtile ſatis, ac proficuum Senatus conſultum retulit: quo Caluinicolis vniuerſis publiceque reipræcipuè adminiſtratoribus præcipiebatur; vt Neophytos ad Catholicam Eccleſiam redeuntes peculiari cura, & tutela fouerent, nec à quoquam, ſub quouis emendicato titulo, perturbarentur, quinimmò ſingulare ſub patrocinium reciperentur. Quod præſcriptum ægrè admodum hi Orthodoxæ Fidei oſores, & inuaſores ſufferre valuerunt, eò quod promulgata hac iuſta ſanctione, ſuam Sectam aduerſantibus fauere, compellerentur.

XIII. Quò verò Apoſtolicus hic ſpeculator tàm Neophytis his, quàm prouectioribus fidelibus, quinimmò cunctis egenis, & pauperibus promiſcuæq; religionis ægris & infirmis, proprijs denique ſui ipſius, & Collegæ Sacerdotis quotidianis neceſſitatibus aſperiori, agreſtiori, atque ſteriliori in illa occidentali Interalpina plaga, ſufficienter ſuccurrere, & ſubminiſtrare valeret; R. P. Ioannis Antonij Gratianopolitani Capuccini Lugdunenſis Prouinciæ Diffinitoris, Cuſtodis, ac Prouincialis pluries Miniſtri opera, & ope vſus, à Chriſtianiſſimo Galliarum Rege inſtanter poſtulauit, atque poſt iteratas itinerationes, ac poſtulationes benignè reportauit congruum pecuniæ ſubſidium, atque charitatiuum commeatum annualem, ex Regio conſueto vectigali à Caſtellana Delphinenſe Satrapia ſtatutis temporibus, donec aliter, Apoſtolicis excubitoribus præſtandum, tàm pro ſuis quàm proximorum neceſſitatibus ſubleuandis; quòd non in mediocre emolumē-

Damnatos codices variis eripit.

tum

tũ Fidei reſultabit, eo enim prouidè, & prudẽter perurẽtes Euãgelici ſpeculatores, plura in Eccleſiarũ, & fideliũ beneficiũ in dies præſtare egregia facinora valebunt materiale, atque ſpirituale Eccleſiaſticum ædificium ſuffulciendo. Quibus, & ſupra recẽtis preclarioribus molininibus p geminas integras Olympiades cõſũmatis, Verzolieſĩ in agro laboraturus ad cõplana, ſublimia tamẽ operaturus, deceſſit.

CALCVLVS XXI.

Fr. LAVRENTII COMPVTENSIS Concionatoris per annos 1652. 1653. 1654. 1655.

I. SVb domeſticis, & ciuilibus à familiaribus, ſimul & Agnatis Principibus excitatis tempeſtatibus, atque exercitis ſimultatibus iactari, & diuexari perſeuerabat Gallicum Regnum, ſeditioſorũ Caſtris cuncta per Gallias inuadẽtibus, & peſſundantibus. Ciuilium igitur ſeditionum opportunitates nanciſcentes Caluiniſtæ Religionarij Schiſmatis, ſub militari emendicato titulo, ſuſcitandi præſtolabantur, imò aucupabantur anſam, quam vtraque iniurioſa tamen, & violenta manu arripientes, tandem aliquando ideſt circa quinquageſimi ſupra mil leſimum ſexcenteſimum tertij anni dimidium, ob diruta quędam iuremeritò profana eorum delubra, violatæ Religionis minus tamen ſufficientem cauſam prætexantes, arma ſumpſerunt, & hoſtiliter in Catholicos inſurrexerunt, afflictoque & Regi, & Gallicano regno afflictionem nouam antiquis conflictationibus ſuperaddere voluerunt, vt legitimis, naturalibuſque ſibi à Domino conſtitutis Principibus quàm fideles Caluiniſtę ab elapſis temporibus perpetuò fuerint, & vrbi, & orbi manifeſtiùs appareat. Comparuit igitur, recedente Fratre Paulo, circa quinquageſimi ſecundi anni terminum ad Aduentus Cõciones perhabendas in Caſtri-Delphini liminari aſperiori Cuſtodia Fr. Laurentius Computenſis, Theologus, & inſignis Sacer Orator, qui ſequentibus in Prouincialibus Comitijs ab Apoſtolici Operis Præſidibus in munere confirmatus, periculoſioribus hiſ in contermi nis excubijs ſpeculari, & contemplari perdurauit: à ſagitta volante in die, & à negotio in tenebris perambulante vt ſibi, ſueque Curę commendato Eccleſiaſtico regno precaueret, pariter & perenniter conſuleret.

Ann. Christi 1652.

Ad hãc ſtatio nẽ recedente Fratre Paulo venit Fr. Laurentius.

II. Cõſultò igitur latioris huius Cuſtodiæ tredecim per pagos perpetuò perãbulare, & perambulando Euangelicum Verbum proponere, atque explicare numquam ceſſauit: æſtate namque, vel hyeme, ſiue aquis, ſiue altioribus delapſis, vel actu dilabentibus niuibus, aut tandem ſolidioribus abundantioribus glaciebus per occupata, & obſerata itinera etiam multiplicatis offendiculis multipliciter & pedibus, & cruribus cruentatis, Fr. Laurentius perpetuò circuibat quærens, & inquirens, vbi, quomodo, & quando fructuoſiùs, & opportuniùs prædicaret. Vnde quia ex tredecim Miſſionis, & Vallis Varaytanæ Villis, tres Caluiniſtico contagio infectę laborant; quouis temporis, ſeu itineris diſcrimine toto ſuę mẽtis, & corporis conamine elaborabat; vt magis egenti in Delphinẽſi hoc triangulo, nempe Caſtri-Delphini, Bellini, ac Canalis oppidis impenſius aduerſus prędominantes errores validiores ſuas exereret vires, non pro Concione ſola hęretica commenta diſſoluendo, ſed & pro ſimplicium Catechiſmo Catholica dogmata explicando: de ſuggeſtu enim, vbi primùm hic, & vbique Apoſtolari contigiſſet; ad Cathedram deſcendebat, & ſimplices, ac rudes Fidei rudimentis imbuendos ſuſcipiebat, & ſuſceptos omni charitate ſolicitudine, ac humanitate inſtruebat, atque ad Chriſtianam pietatem, pariter & religionem diligenter pro proprio debito excolendã efficaciter dirigebat. Quod vt faciliùs, & pleniùs aſſequeretur; non in ſolo Templo, vel campeſtribus Sacellis congregatos Vallicolas Catholicè ſapere docebat; ſed (iuxta ſuorum Maiorum more) brumalibus ſignãter diebus, quando ob deſęuientis algoris auſteriorem rigorem, & comburendorum lignorum inopiam in beſtiarum catabula, vel caulas conuenientes alpeſtres hi ruricolę, ſiue armentarij prolixiores per menſes, inibi longiores conſueuerũt trahere moras die, noctuq; beſtijs cohabitando, Euangelicę deperditę drachmę ſolicitus inquiſitor ſub fimo, aut ſubter ſtercora eam perquirere non negligebat, quinimmò ad caulas & ipſe procedens cum operantibus per dies ſtando, & cum vigilias noctis cuſtodientibus pernoctando accenſa Diuni verbi lucerna humanioribus, ſed efficacioribus propoſitis de Fidei articulis, & Orthodoxa veritate ſermocinationibus de preſepis humiliori Cathedra verba familiariter faciens, non domum Dei ſolam, ſed & ſtabulũ Euãgelica ſcopa euerrere nitebatur, ideſt nõ dũtaxat fideles à piaculis emundare, ſed & promiſcuè ſtantes perfidos ab erroribus perpurgare conabatur: horum autem conuerſionẽ illorumque emẽdationem per-

Perpetuò circuit vt fructuoſius Verbum Dei annunciet.

Publicè & priuatè diuerſis in locis Catechiſmum docet.

Tergeminæ familiæ conuertantur.

feſtiùs, & abundantiùs vt conſequeretur; quo Delphinenſes illi quatuor Caſtellanæ Satrapiæ Pagorum Incolę in plurimum Gallico idiomate vtuntur; peruti & ipſe voluit. Cum enim Francorum linguam ſufficienter calleret, & prædicando, & diſputando, & Catechizando, & domeſticè colloquendo perpetuò Gallicè loqui conſueuit: vnde familiaribus illius in ſtabulo exauditis inſtitutionibus tergeminæ familiæ Hæreticę reſipuerunt, vt infra numeratur.

III. Præter Euangelici Curatoris, Curati quoq; Parœciarum Rectoris munus exercere, & onus ſuſtinere interdiù compulſus fuit Capuccinus Cuſtos, ſignanter ob abſentiam aliò properantis, vel deficientiam infirmantis, vel morientis Parochi: ſicuti Bellini hoc anno contigit, cuius Oppidi Parochiale Sacerdote morte perempto, Parœciæ curandæ ſolicitudo Fr. Laurentio nonnullos per menſes, Quadrageſimaleque tempus præcipuè incubuit: vnde in Paſchate, cum iuxta Eccleſiaſticum præſcriptum ſinguli, & omnes fideles loci ſeptingenti numero communicare tenerentur; cunctorum ipſe Sacramentales Confeſſiones excepit, & ſpirituali Eucharistico Sacramento refecit. Verùm quia & alijs populationibus oportebat eum Euangelizare regnum Dei, à diuerſis pro varijs Concionibus interpellatus, quod vnicæ ſolitariæ Eccleſiæ inhęrendo, pręſtare non poterat: idoneum, & ſufficientem Sacerdotem in Bellinenſis Parochialis Oeconomum dæſignatũ Reuerendiſs. Domino Taurinenſi Archiepiſcopo præſentauit, & per litteras commendauit: quem ille commendantis intuitu acceptatum approbauit, & Parochialem Oeconomiam illi confirmauit. Cuius fidele cooperatione ab importuno reſidendi eo onere exoneratus Apoſtolicus perluſtrator, protinus deſcendit ad inferiora Vallis, non vt dormiret, ſed vt inferiores Villas Varaytanas perambulans, Prædicati verbi pabulum eſurientibus illis animabus impertiret: Populi autem non ſalutare verbum à Concionatore recipere contenti, ſaluberrima quoque propriæ Sacramentalis confeſſionis auricularia verba à Confeſſario Capuccino excipi frequentiùs poſtulabant, quare ille vix è ſuggeſtu regreſſus, Confeſſionarium ingredi cogebatur: in quo diutiùs immorans accedentium ordinarias, & extraordinarias expiationes Pœnitentiales audiebat: quamplures namque iure, vel iniuria proprij Sacerdotis inſcitiam, malitiam, inſufficientiam, aut infidelitatem prætexantes, dimidiatas confeſſiones à pluribus annis faciebant, enormioribus criminibus inuoluti, atque conſuetudinaliter per longa tempora in computreſcente ſtercore detenti volutantes, qui ad ſe tamen aduenienti Euangelico Oratori, atq; monitori fiducialiter appropinquantes; fœtentium, & iamdiu languentium conſcientiarum inueterata, immunda, & graueolentia vulnera, imò vlcera pandebant, à quibus ipſe generaliorem, & accuratiorem conſcientię expiationem per totius anteactæ vitæ luſtrationem perficiendam & ſuadebat, & curabat, & excipiebat: ſicque diuerſarum ſpecierũ infandorum delictorum reatu criminoſis plurimis in locis faciebat, dum Apoſtolando diſcurrebat. Diſcurrendo igitur per Paſchalem ſolemnitatẽ Venaſcam appellens vniuerſi ferè illius populi Sacramentales confeſſiones audiuit.

Ann. Christi 1652.

Paochiſarū Curæ incumbit.

IV. Vt autem Orthodoxæ Religionis, & Religioſæ pietatis promoueret incrementa; & diuinorum cultum honorificentiùs peragendum in Eccleſijs ſatagebat, & Eccleſiarum inſtaurationem, ſeu reparationem procurabat: tres igitur Campeſtres Sacras Ædiculas cum reſtaurandas ſuſcepiſſet; duarum ædificium opportunè ſuo tempore perficiendum inchoauit, principalioris verò Turretarum Caſtri-Delphini populationi ex parte Catholicæ inſeruientis conſummationem accelerauit: quia cum maioris temporis parte, Incolæ illi Turretani Fideles, vt Sacris intereſſent, ad Sancti Euſebij propriam Parœciam longè diſſitam accedere non valerent; præualuit Apoſtolici Excubitoris ſolicitudo, reſtituto in Sacello, ſtanito in altari de nouo comparatam elegantem Iconem apponere, Paramenta ad celebrandum neceſſaria prouidere, campanulam pro conuocandis tecto ſuperponere, & tandem ſaltem feſtiuis, ac Dominicalibus diebus, vt inibi Sacrum faceret, licèt exiguo ſtipendio charitatiuum Sacerdotem conducere. Quæ omnia vel eleemoſynario, vel Apoſtolico de ſuo ſolito commeatu detracto ære prę ſtitit. Ex quo pariter egentibus, & indigentibus plurimis ſanis, & ægris opportuna ſubſidia charitatiuè impendit: credentibus, & incredulis indiſcretè benefaciendo. Bona igitur multa benefecit, ſed meliùs illud in Vallicolarum ſalutem, & prouentum vnum effecit: quod litterarium ludum pro rudioribus illarum gentium pueris, & adoleſcentibus inſtituendis aperuit, quos ad ſe accedentes, non appoſitè legere, ritèq; ſcribere ſolummodo edocet; ſed & grammaticales inſtitutiones, humanioreſq; facultates perdocet: ſuper omnia accuratiùs perſiſtendo; vt Chriſtianæ pietatis, & Fidelis Religionis documenta ſuæ diſciplinæ alumni, & ſuæ ſcholæ profeſſores in primis & theoricè perdiſcant, & perenni opere exequantur: propoſitis enim verberum pœnis ſpiritualibus frequentius ad conueniendum compelluntur diſcipuli religioſi Capuccini Præceptoris.

Ædiculas Sacras reſtaurat, ac Sacris paramẽtis ditat.

Ann. Christi 1653.

Repel-

V. Repelluntur, vt in plurimum, in mundo verſantes, & conuerſantes mundani fideles ab exactiori Chriſtianæ profeſſionis, & religionis obſeruantia, non ſola morum diſſonantia, ſed adinuicem iurgantium, & rixantium diſcrepantia, acriterque diſcrepantium, & diſcordantium iracundiâ: qua impulſi feraliter mutuas ad vulnerationes, ſiue interfectiones feruntur: quod cum ſub his diebus, geminis in Vallis Villis, ideſt Sancti Petri, & loci Melſi, ob vulneratos aliquos, quoſdam vero interfectos cōtigiſſet; inter armatas, atq; ad violētas cedes paratas partiū aduerſarias factiones intercedens, & medians Fratar Laurentius, non prius à curſitando, & ſuadendo, ac ſolicitando digladiantes ceſſauit, quàm belligerantes ab hoſtilibus aggreſſionibus, inuaſionibus, & inſidijs ceſſauerint, atque omiſſis iurgijs remiſſis noxis, offenſionibus dimiſſis amicitias priſtinas prompto animo inſtaurauerint, & inſtauratas fideliter conſeruare ſibi inuicem promiſerint. Sed memorabiliùs eſt, & conſiderabiliùs apparet; quod inter Satrapiæ Delphinenſis Incolas, & Carignani dictæ Gallicæ cohortis, inibi hyemantes milites, & Duces adinuicem ſæuientes, Capuccinus mediator licet laborioſè valde operatus eſt. Cum enim, more militari, in dies acerbius Vallicolas Delphinenſis Caſtellaniæ diuexarent ſtationarij pugiles, ſibi à Rege aſſignati Hyemalis ſtipendij exactionem, ſeueriorem q; excedentem exactionem duriùs proſequendo; plurimis ſtimulis, & iniurioſis diſpendiolis prouocationibus diù laceſſiti quatuor pagorum Oppidani, tandem deſperatione acti ad arma confugerunt, armataq; populorum acies in militares Centurias inſurrexerunt, atque militum quoſdam trucidauerunt in Veſpere peruigilij Purificationis Matris Dei Mariæ, cuius in feſtiui diei mane facto, cum milites ab hoſtibus ſibi conſulendo aggeres, & munitiones per gyrum in nocte conſtruxiſſent, aggredientes verò denouo inſurgentes Vallicolarum turmæ, iam iam ad aggerum expugnationem cruentam futuram approximarent; in populi ſalutem egreſſus Capuccinus Leuita, intrepidè inter armata agmina ingreſſus; paratum certamen vt impediret; à mane in veſperam iugiter curſitando, ſuadendo, perſuadendo, adhortando, deprecando, & militando ieiunus ſemper, & nudipes niues, glacieſque continuò dum curſitaret, calcando, & decurrente à cruribus ſuo ſanguine cruentando, laborauit donec cicurati animis, armis depoſitis; repoſitis odijs, compoſitis differentijs inter diſcordantes indigenas, & alienigenas pacem conciliauit: quæ tamdiu durauit; quamdiù milites in Sabbato Sancto immediatè ſequenti, ob prætenſa debita promiſſa cuidam Centurioni, nondum perſoluta ſtipendia abeuntes, & ad Pedemontij compláta deſcendentes, in receſſu Caſtellanæ Satrapiæ publicos binos Conſules vinculatos, violenter captiuatos ſecum abducebant: quorum violenta captiuitas cum Conuallicolis innotuiſſet, iterùm ad arma currentes recedentibus militum turmis in itinere occurrerunt; vnde ſibi inuicem irat[illegible] decurrentes cruente nimis decertaſſent, accurrit expeditè Euangelicus Stationarius, & præcurrens ad Vicum [illegible], vbi Oppidanorum paratas inſidias per[illegible], opportunè perſenſit, quaudoiam præduriti cuidam, Centurioni à Vallicolis comprehenſo extrema mala imminebant, adueniens verò religioſus mediator Centurionem de aggredientium manibus ereptum, cum tota cohorte illæſum abire curauit. Verùm enimuerò non ſic militum incolumitati ſtudebat, vt captiuorum Conſulum indigenorum ſalutem negligeret; imo vt detentos de manibus violentorum eriperet, tota die iugiter ruentibus imbribus, nudipes per aſperrima itinera feſtinantia agmina Venaſcam vſque perpetuò ieiunus proſequens; de perſequentium viribus tandem aliquando geminos vinculatos Sindicos Vallicolas liberauit, & ad propria ſecum ipſe incolumes reduxit. Communi igitur Reipublicæ nomine iam ſemel, & bis ſuo liberatori voluerunt Caſtellaniæ Satrapæ, id eſt optimates, poſt verbalem gratiarum actionem, accepti beneficij realem licèt non æqualem compenſationem rependere, in grati animi demonſtrationem. Cum ergo ab elapſo iam biennio Chriſtianiſſimi Gallorum Regis beneficientia, & munificentia de ſuo ære regio, ideſt de ſibi annuali ab illis populis præſtito vectigali, annuum centum pro Capuccinis Miſſionarijs alendis aſſignaſſet, & perſoluendum mandaſſet; nec dum hucuſque Delphinenſes Caſtellani mandatis regijs obtemperauerant, aut Stationarijs Apoſtolicis juſta perſoluerant; verum modo per Fr. Laurentium prius à ſanguinis effuſione, poſtmodum à violenta oppreſſione liberati, liberaliter decretum Euangelicis Operarijs à Principe ſtipendium præſtare cœperunt, & perſeuerarunt.

VI. Et Corporalia, & ſpiritualia mala cuncta ab hac gente remouere ſategit Leuita excubitor: ideo cum ſupradictæ cohorti in ſpirituale miniſterium inſeparabiliter adeſſet Sacerdos quidā, qui religionis nihil peritus, quā Leuitici Ordinis charactērem, ac nomenclaturam præſeferebat, quin immo minus religioſe conuerſationis incōpoſitis, & diſſolutis moribus, tam credentibus, quam incredulis ſcādali offendiculum publicè proponebat, quippe qui non ſcādaloſa ſolummodo

Anni Christi 1653.

Iurgia, & Rixas plures cō ponit.

Centurionē à morte liberat, binoſque Conſules de violentorum manibus eripit.

Scandaloſũ, Clericũ à Varaytana Valle recedere compulit.

iniqua facinora publicè perpetrabat, ſed & hæreticalia verba promebat, & hæreticorum damnata placita nonnulla, etiam aduerſum Apoſtolicum Fidei propugnatorem acerrimè coram propugnabat, multaque incongrua quotidie; & dictitabat & actitabat: vnde inuiſus, & odioſus pariter, & pernicioſus vniuerſis in dies magis euadebat: Euangelicus excubitor vt petram ſcandali, & offenſionis lapidem tolleret de via; frequentiùs, & vehementiùs coram militiæ illis Ducibus, ac Centurionibus conquerens, & interpellans; tandem poſt ſæpiùs repetitas preces ab his obtinuit; vt ille Irreligioſus Leuita eijceretur: quod cũ egrè admodũ eiectus intellexiſſet, & de abeundo mandatum accepiſſet; perendinabat quidem de Varaytana Valle recedere, ſed interim Capuccini ſolicitatoris capiti grauiora minabatur. Quæ intrepidus Sacerdos floccipendens procraſtinantem expulſum Clericum, vt expeditè recederet, perurgere ad terminos vſque proſequebatur.

VII. Perſequebatur (iuſtè tamen) & perpetuò veræ Fidei hoſtes, atque Eccleſiaſtici regni perduelles modis omnibus inſequebatur: non vt perderet; ſed vt Saluaret conuertendo, non ſubuertendo, pro virili enitendo; aut vt reduceret, aut ſaltem vt compeſceret, ne extra toleratos gratioſè terminos iniurioſè temerarij proſilirent. Ad hoc cum intra Caſtellanæ Satrapiæ Caſtri-Delphini limites, infrà quos impunè graſſantur Hæreſes, Apoſtolica ſui muneris non valeret auctoritate vti; foris per Coherentem Varaytanæ Vallis Hæreticis interdictam regionem, vt præuaricatores iuſti iuridicè plectere poſſet; Sanctæ Inquiſitionis Vicarias Vices illis in locis, in quibus exercentur, oblatas gratioſè adminiſtrandas ſuſcepit: vnde vtroque Apoſtolico, & Inquiſitionali gladio munitus plura in obſequium Fidei, & perfidiæ odium aduerſus incredulos perpetrauit. Temerarios namque quinque, præſcriptorum Ducalium pro Varaytæ Valle Iurium violatores, perſonaliter ipſe proſequens Iuridicè captiuatos in vincula, donec mulctas perſoluerẽt, aut reſipiſcerent, coniecit. In Corporis Chriſti conſueta anniuerſaria celebri proceſſione (iuxta Chriſtianiſſimi Regis edicta) Caſtri-Delphini Oppidi vias, per quas proceſſionaliter delatum Euchariſticum Sacramentum pertranſire cõſueuit, honorificè etiam à reluctantibus Caluiniſtis exornari fecit. Compeſcuit pariter Caluinizantium quorumdam Neophytis inſultantium inſolentiam. Cum enim, ſuperni luminis operante gratia, & Apoſtolici Operarij cooperante inſtrumentali miniſterio, melius, ideſt Catholicè ſapientes nonnulli Catholicorum Albo ſua nomina, publicè deierato Caluino, dediſſent; inſolentiores quidam, quatuorq; præcipue temerariores cõuerſos ad Eccleſiã iniurijs, ſarchaſmis, & vituperationibus importunè proſequi cœperunt, eos diuexantes; vt vel cęteros reſipiſcentes à conſimilibus exequendis propoſitis, & votis retraherent: quod cum ſubintellexiſſet ſpeculator Euangelicus; iniurioſa perſecutione ſeculari Tribunali delata, iuxta regalia iura aduerſus perturbatores communis boni ingiuriæ & Iuridicè procedei poſtulauit, quod & Iudices ex-tempore præſtiterunt. Perſtitit & Capuccinus errantium reductionem inquirere, & procurare non iuridicis duntaxat promiſſionibus, ſed & Charitatis Chriſtianæ; imò religioſe beneficis demonſtrationibus: cum enim publicus rei communis in Caſtellania Secretarius, vir ab Eccleſia Apoſtata, & Eccleſiaſtici regni acerrimus hoſtis, quadã die in ſuorum inimicorum ad necem illum perſequentium manus violentas incidiſſet; vnde nullo pacto paratum interitum euadere poterat, accurrens vigilax excubitor Capuccinus opportunus adfuit, & periclitantem de furentium gladiatorum poteſtate ereptum, in propriam Miſſionis domum pro tutiori Aſylo introduxit, & tamdiù ſuo incommodo, Caluiniſtæ intra religioſos lares, & Domicilium, & obſequium commodauit, quamdiù illum ab inſtante diſcrimine liberauit. Quod itidem præſtitit alteri Canalienſi Hæreticorum Patrono, qui cum Sindici officio fungeretur (vt ſupra num. 4. dedimus) à diſcedentibus militibus publicæ adminiſtrationis, ſiue nondum perſolutæ præſtationis titulo vinculis traditus, diutiùs diuexandus longiùs perducebatur, niſi expeditè accurrens Capuccinus, & laborioſe tota die ieiunus poſt recedentia agmina curſitando nudis pedibus, & iugiter ruentibus imbribus madefactus, de diuexantium manibus eripuiſſet, & ereptum in tuto ſtatuiſſet.

Neophytos à perturbatoribus Hæreticis liberat.

Ann. Chriſti 1653.

Pſeudominiſtris expeditè obuiare ſatagit.

VIII. Superuenientibus per tempora ad hanc Caſtellanam Satrapiam Pſeudominiſtris Impoſtoribus; de ſpecula contemplans illorum licèt furtiuos acceſſus; ex induſtria, & expeditè obuiare, & quandocumque, atque vbicumque illos aduentaſſe intelligeret, obuiam aduentantibus procedere; ne dicam peruolare geſtiebat: obuios verò habitos protinus ad religionare certamen prouocabat, validioribus ratiocinijs impetitos ab impudenti hæretica garrulatione reprimebat. Semel in Canalienſi Phano profano circulatore ineptias vẽditãte, imò blaſphemias aduerſus Orthodoxas veritates euomẽte, ſuperuenit Fr.

Lauren-

Laurentius, qui abominandæ ſermocinationis præſtolando abſolutionem ſtetit, & tandem de Hæretica Cathedra deſcendentem impoſtorem aggreſſus, cum Fidei diffinitionem ignorans doctor numquam proferre valuiſſet; confuſum, & rubore ſuffuſum abire compulit. Quod perſentientes Antiani proximæ Cheyraſci Vallis, in coacto ſuo damnato Conuentu priori remoto, ſecundum doctiorem Pſeudo Paſtorem, vt cum Capuccino congrederetur, ſuffecerunt. De nouo igitur ſubrogatus Archimandrita Caluinizantium Antagoniſtam Apoſtolicum cum à ſua ſtatione abſentem accepiſſet; comparuit protinus generoſus Therſites, in ſtadio ſtans, nempe ipſomet in Caſtri-Delphini pago, cui perſtanti cum ex-improuiſo inexpectatus ſuperueniſſet religioſus Athleta, in foro Sectariorum comitatu ſtiparo errorum tutelari dogmaticum certamen ex-templo obtulit, dogmatibuſque decertando vel inuitum deceptorem Miniſtrum ad ſeipſum cęcum, & Diuini verbi ignarum confitendum, & profitendum coram adſtantibus Catholicis, & hæreticis compulit: quare ignominioſè recedens, Bellinum verſus Sacrilegia miniſtraturus celeres ſuos direxit greſſus, cuius illicò veſtigijs inhærens, & iter proſequens animoſus Euangelicus Pugil Bellinum & ipſe peruenit, quando præueniens Pſeudominiſter iam Miniſterialibus exercitationibus incumbens, hæreticas precationes promenti populo præſidebat: tunc igitur prę foribus ſiſtens, cum vndique cōuenientes Catholicos conſpiceret Euangelicus declamator; circumſtantibus fidelibus publica in communi via cępit feruoroſè verbum Dei explicare, & ſuos auditores de legitimi, & adulterini doctoris differentia eruditè, & accuratè admonere. Expeditis autem execrandis miniſterijs iniquitatis Miniſtro furtim recedente, Fr. Laurentius cuiuſdam Catholici hominis poſſeſſoris ad domicilium, pariter & dominiū Caluiniſticę Synagogę habitaculū cū pertinere, cognouiſſet; fidelis viri domum ingreſſus, & ad delubrum progreſſus, acceptas mensam, cathedram, & ligneas ſedes zelando ſubuertit, & inde ex-tempore eiectas aliò aſportandas præcepit: exultantibus in omnibus perſtantibus Catholicis, & tabeſcentibus perpetuo Sectarijs.

Pſeudopaſtorē confundit.

In Bellino Hæreticorū delubrum ingreſſus Menſam, Cathedram ſubuertit, & aliò aſportandas curat.

IX. Fidelis enim, & prudens, non minus quàm ſolicitus, & feruidus famulus Domini ſui, cū à Fide dignis ſenioribus Oppidanis Bellinenſis Pagi intellexiſſet; quòd religionarii iniqui alienorum appetitores, pariter & inuaſores à ſex iam peractis luſtris, Catholici cuiuſdam hominis violenter vſurpato ædium Cęnaculo, eo pro ſuæ profanationis Phano abutebantur, quibus miſellus homuncio infirmæ, & infimæ conditionis nec reluctabatur, dum viueret, nec ſibi debita poſſeſſione potiebantur hæredes eo defuncto: Ideo ipſe Euangelicus vigilax prouidus, & ſagax mortui quondam Thomæ Rubei domini domus legitimis ſucceſſoribus, & iurium hæredibus ad ſe vocatis, cum his de prędictis vendendis, & coemendis Ædibus cōtractum propoſuit; propoſitum autem acceptantibus, & conſentientibus illis debitum, & iuſtum de ſibi præſtito eleemoſynario ære detractum, à viris idoneis perſoluendum venditoribus pretium mandat, & authenticum de venditione, & emptione Chirographum conficiendum publicè curat. Hinc captata opportunitate annualis Aduentus Brigantini ordinarij Iudicis, ſedente eo pro Tribunali comparet Fr Laurentius, & de legitimè comparata domo publicas, & authenticas profert ſcripturas, cuiuſque ius iam, & domicilium habebat Eccleſia, illius iuridicam poſſeſſionem ſibi, vel fidelibus quàmprimùm adiudicandam, & tradendam interpellat: iuſtè autem interpellanti Iudex annuens expoſtulatam poſſeſſionem perhibendam mandat: Cuius & mandantis, & mandati virtute Fr. Laurentius quadam opportuna die publica indicta credentium proceſſione Caſtellaniæ Parochis aſſociatus, eò nempe Bellinum ire pergit, quò cum ſolemniter perueniſſet, & celebriter exceptus fuiſſet; coemptæ domus nomine Eccleſiæ poſſeſſionem accepit, ligneam grandiorem Crucem præ foribus erigendo: portæ verò Sancti Petri depictam imaginem apponendo, locum ipſum Catholico ritu benedicendo, & tandem inibi verbum Dei adſtantibus fidelibus proponendo. Superueniente poſtmodum Sancti Antonij Abbatis ſolemniori feſtiuitate, vicinis populis conuocatis, eò regreſſus, congrua relata facultate, Sacellum erectum benedixit, & Dagonis delubro in Chriſti Templum commutato, ſacroque in de nouo altari erecto, ſolemniter Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium celebrauit credentium turbis plaudentibus, & collætantibus, & in gratiarum actionem, *Te Deum laudamus* pſallentibus, & concinantibus.

Ann. Chriſti 1653.

Delubrum in Eccleſiam commutat, ſolemni populorum concurſu.

X. Peccatores videbant, & iraſcebantur, dentibus ſuis fremebant, & intra ſemetipſos tabeſcebant: opponebant quidem, & obluctabantur quantum volebant, ſed nihil valebant futiles, & irrationabiles vſurpatorum oppoſitiones: nihilominus quia Religionarij infideles Euangelicum Stationarium Capuccinum tamquam alienorum inuaſorem, & violentum vſurpatorem publicè carpebant, deque illius violentia (aiebant) conquerebantur: religioſus vigil, ne malitia, & nequitia

præuenirent, præceſſit ipſe, & licèt hyemalis temporis inclementia preſſus, & aſperrimarum viarum difficultate retardatus nihilominus ſeipſo fortior effectus, per difficillimas conſuetas montium ſemitas Gratianopolim penetrans, Delphinenſis Magiſtratus Conſcriptos Patres, & Supremũ regium Adminiſtratorem ſingillatim, vel copulatim conueniens, coram illis integrum de redempta, empta, & in Sacrã Ædem ſacrata domo, imò conſectato Phano negotium fideliſſimè aperuit, & recenſuit, atque ab illis velnti prudens, ac prouidus Eccleſiaſtici regni promotor acclamatus, tamquam Fidei zelatoris eximij commendationem non mediocrem, atq; encomia reportauit ab omnibus, ſed à Domino Aldigherio Delphinenſi Gubernatore Supremo, & Duce de Crequi præcipuè fuit commendatus, pariter & ſub ſuum peculiare patrocinium aſſumptus, Delphinenſis Miſſionis ſeipſum præcipuum tutelarem futurum perpetuò pollicendo. Huius igitur pollicitationibus fretus, & animatus, ne ſponte oblatam ſibi Eccleſiaſtici regni promouendi opportunitatem negligere videretur; vlteriora, & meliora molimina aggreſſus coram Gratianopolitano Prætorio dato ſupplici libello expoſtulauit; vt iuxta Nannetenſem articulum, ſine decretum iam olim ſtatutum Hæreticæ religionis exercitiũ citra montes Sectarijs penitus interdiceretur. Supplicantis ergo Apoſtolici Operarij votis annuentes Prætores, edito ex-tempore rationabili, & pio Senatus conſulto Nanneti ab Henrico IV. Galliarum Rege, conſtitutas, & iuramento firmatas Sanctiones circa Religionem omnimodè obſeruari mandarunt, ſignanter in Caſtellana Delphinenſi Satrapia.

Ducis Aldigherij patrocinio, Fidei perfectum validius aggreditur.

Ann. Chriſti 1654.

Verùm enimuerò præuaticatores Caluiniſtæ (iuxtà ſolitum) nulla legum habita ratione, præſcriptos terminos tranſilientes, in Canali & pago, & Phano conſueta ſua Sacrilegia exercentes, lata iura publicè tranſgreſſi pœnarum reos ſeipſos conſtituerunt: quamobrem ſolicitus Capuccinus excubitor ſingulas illorum tranſgreſſiones in authenticam Scripturam manu Fiſcalis redactas ad Gratianopolitanum Tribunal tranſmiſit; vt temerariorum audacia repreſſa, luxurians Hæreſis ſimul reprimeretur. Ipſe interim Canalis oppidum petens animaduertit, coram profanorum delubro ſtans atrium cuiuſdam Catholici hominis ad dominium, & antiquum ius pertinere: quare poſſeſſore accerſito, atque ab eo precario nomine publici illius veſtibuli accepta, & acquiſita, nomine Eccleſiæ poſſeſſione iuridica, ſtatuta die edito campanarum ſigno, & conuocatis fidelibus, Fr. Laurentius octo ſacris indutis Sacerdotibus aſſociatus eò pergit, & concinentibus Catholicis Hymnum *Vexilla regis prodeunt*, egreſſus ipſe paratam grandiorem ligneam Crucem erexit, & in medio veſtibulo præ abominabilis delubri foribus plantauit, & eleuauit vt armatum fortem diabolum aliquando de antiquo atrio eijciat. Furebant interim, & fremebant Caluiniſtæ, minaſque, & furias in Catholicos intentabant, verùm niſi pacificus debellator Capuccinus Leuita fidelium zelum repreſſiſſet; infideles vix à grandiori malo nequaquã euaſiſsẽt, quia non mares modò, ſed & Sectariæ feminę in rabiem actæ, & furijs agitatę lapides in religioſos, & Catholicos pio facinori incumbentes proijciebant: præ iracundia, & furore copioſis de eorum oculis lachrymarum riuulis profilientibus, quos ſuauioribus verbis demulcens Capuccinus Sacer Orator, pro Orthodoxa Fide, & Catholica religione meliora eos prẽſtolari, & expectare docebat. XI.

Regaliũ Iurium tranſgreſſores reprimit.

Eccleſiaſtici regni propagationem, & promotionem dum enixè curat Euangelicus operarius, Sacri cultus venerationem augere quoque perpetuò ſtudet: vnde vltra D. Petri Bellini Sacello appoſitam depictam elegantem imaginem, proprijs etiam expenſis de ſuo quotidiano commeatu detractam centum librarum ſummã in elegantiorem, & grandiorem Iconem Parochiali Delphinenſi Baſilicæ apponendam, & iam appoſitam impendere voluit, pluraq; alia prouidere ſtuduit materiali in templo exornando, nec tamen interim ſpirituale potius, & digniùs animarum ædificium neglexit, quinimmò veluti præcipuum magis, & conſiderabiliùs maiori, & vehementiori ſui ſpiritus, & virium contentione huic incubuit: toto mentis conamine errantium reductioni inſiſtens, modis omnibus ſuauioribus, & ſeuerioribus: & ad bonum deuios allicere, & à malo præcipites retrahere ſatagebat, ideò quàmplures ex Caſtellanis Caluiniſticis Catholicæ Eccleſiæ conciliauit, & acquiſiuit: vnde eò magis Concaluiniſtæ obſtinatiores in Sacrum Cuſtodem fremebant dentibus, quo plures ex contribulibus eiuſdem hereticę perfidię profeſſoribus in dies ab impietate retractos, ad legitimã Chriſti Sponſam Romanam Eccleſiam perducebat. Perducti igitur priori hoc ſuæ Euangelicæ Miſſionis biennio reduces Catholica Epygraphe conſcripti computantur circiter quinquaginta promiſcui ſexus viri, ac mulieres, genitores, & geniti cuiuſlibet conditionis. Conſcribendos tamen adhuc in dies plures ſperamus, cum delipiſcentium reductioni ſoliciriorem ille operam nauare non deſiſtat. XII.

Tẽpla exornat, Icones Altaribus apponit.

Catholicæ Eccleſiæ iniurioſos Sectarios iuribus ſemper aut compeſcere, aut repellere ſtuduit: Caluiniſtis namq; cum familiare, imò perpetuò domeſticum ſit;

Staruta

XIII. Sacra Diuina, & Humana Iura contemnere; proculdubiò Eccleſiaſticam Regnum quàmplurima, eaq; grauiora iniuria damnaq; pareretur; niſi Eccleſiaſtici Propugnatores Iuridicè procedẽres, inſidiantium molimina diſſoluere niterentur Quintuplici igitur ſub his diebus inſquiori conatu inſurgentes Hæretici, conſtitutos iuſti terminos præuaricari voluerunt: Primo Bellini, quondam à ſe vſurpatæ Catholici viri domus, & in Synagogam vertæ, poſteà à Fr. Laurentio recuperatæ, iuſtoq; pretio comparatæ, ſimul & in Sacram Ædiculam conuerſæ legitimum contractum mendacijs, & fraudibus calumniari, atq; coram Tribunali Gratianopolitana ſcilicet Camera edicti doloſè agendo, reſcindere violentioribus conatibus enixi ſunt. Secundò coram Canalienſi Sacrilego Phano perſtantis atrij, ſeu etiam horti à legitimo domino per Fr. Laurentium factam emptionem, irritam, caſſamq; reddere, erectamq; inibi à Capuccino ligneam Crucem deijcere violenter aggreſſi ſunt. Tertio Pſeudominiſter, quam verbis aſſerebat Legum præuaricationem, cum factis præſtitiſſet; Legifragum Iudicibus Capuccinus annunciauerat, ſicuti: Quartò Canalienſem Tabellionem, atque à publicis ſecretis Religionarium Hæreticum hominem doloſum detulerat. Quintò Sacrilegum deiectæ ligneæ grandioris Crucis Incendiarium Canalienſem Paganum Sectarium canonicè procedẽdo Apoſtolicus Operarius plectendum curabat. Quinis igitur in præiudicatis cauſis, geminis reſpondendo, tergeminis in agendo Fr. Laurentius appoſitè adeò, & iuridicè egit, iuſtèq; proceſſit, & pro iuſtitia pugnauit; vt in ſingulis & omnibus fauorabiliores à ſuperioribus, & inferioribus Iudicibus ordinarijs ſententias reportauerit; & temerarijs actoribus reiectis, & criminoſis delinquẽtibus mulctatis.

Parochiales Eccl. ſi ? reſtaurat.

Ann. Chriſti 1654.

Chriſtianiſſima pietas, & Regia munificentia pijſſimi Galliarum Regis ſemper, ſpecialiter pro his miſerrimis præliorum temporibus, Euangelicis Religioſis militibus gratioſa ſtipendia largiri voluit. Cum igitur Capuccinos Pugiles, limitaneis

XIV. ſuis in Delphinenſibus illis oris, fideliter pro Religione excubare intelligeret; liberalem pecuniarium commeatum de proprio Regali ære perſoluendum, illis aſſignauit, quo cum frueretur Fr. Laurentius; non ſolus ipſe Eccleſiaſticus Operatius præſtita eleemoſyna perfrui paſſus eſt; quinimmò illius potiorem portionem in Catholicorum Templorum inſtaurationem impendere accelerauit. Caſtri-Delphinenſi igitur Parochiali præcipuæ nouam grandiorem Iconem, ſimùl & duas laterales egregias picturas prouidit: Antiquam, imo antiquatam alteram eiu dein Pagi S. Euſebij dictam Parœciam inſtaurauit. Bellinenſem itidem Parochialem Baſilicam noua Icone, pro grandiori Ara, elegantioriq; ornamento, necnon fulcimento adauxit: Geminas Ponti, & Canalis Parœcias reſtaurauit, dum interiores illarum parietes recentiori, & politiori litura dealbandos curauit, neglectaq; Altaria renouauit, pariter & exornauit. Rurſus quoniam perãtiquum ſuum Apoſtolicum habitaculum in Caſtri Delphini Oppido ſitum, vetuſtate iam iam ex parte infirmatum, & collapſum perniciorem ruinam minabatur; Fr. Laurentius inſtaurationi celerem manum admouit diligenter adeo, vt nouam potiùs ędificationem conſummaſſe videatur: neque enim proprium dumtaxat pro corporalibus domicilium reędificauit; ſed & proximum pro ſpiritualibus Oratorium renouauit: conſulendo & proſpiciendo interim, ne dum materiali ſtructurę incumberet, proximorum charitatiuę ędificationi, ideſt egentium ſubuentioni deficeret. Nulli igitur indigentium ad ſe accedentium defuit, imò cũ ſub his diebus Rebelles Religionarij Lucernenſes ſui clementiſſimi Principis arma in ſe prouocaſſent; quamplurimi eiecti tam credentes, quàm increduli ad Delphinenſem Gallicam regionẽ, tanquam ad Aſylum confugerunt: confugientes verò pauperiem, & neceſſitatem minimè effugere valuerunt: quamobrem Capuccinus Leuita & triticum comparandum, & panem conficiendum curauit, & continuam neceſſariorum erogationem, ſeu pręſtationem patientibus ſubminiſtrauit.

Domeſtica curat, indigentibus ſuccurrit.

Pietatis in crementa proſequens, impietatis quoque decrementa perquirebat: Ideo propoſitum faciliùs ſaltem ex parte vt aſſequeretur; perfidię aſſertores, & promotores Pſeudopaſtores tota animi ſui contentione religioſè perſequebatur,

XV. validioribuſq; illos adeo litterarijs aggreſſionibus propulſabat; vt validè ab eo publicè concuſſi, & vehementer exagitati; iam iam coram cum eo congredi, totis viribus detrectarent: quapropter cum verbis in pręſentia non valeret, ſcriptis abſentes Pſeudoapoſtolos exagitare volebat, ſicuti & pro opportunitate faciebat. Vnde haud mirum ſi apud Fideles, & infidos valde admodum pro Fide proficiebat: ex quo illud in dies ſequebatur; vt quamplures reiecta perfidia Fideles efficerentur: Quatuordecim igitur Reduces Catholicæ Eccleſiæ albo ſub hoc tempore deſcripſit, inter quos geminos Patresfamilias in propria Patria vnum Canalis, alterum Bellini, homines præcipuos. Indèq; factum eſt; vt obſtinatiores Hęretici, hęreticęq; prauitatis aſſertores in Euangelicum Antagoniſtam feruentiori adeò iracundia efferueſcerent; vt capitales inſidias ei ſtruere non deſtiterint, ſignanterq; Gratianopoli à Tribunalibus regredienti. Verumtamen Diuina ſe protegente gratia

illæſus ſemper & egreſſus, & ingreſſus,& regreſſus eſt, contumacibus iniurioſis calumniatoribus, qui eum coram Duce Aldigherio Regio Gubernatore calumnioſè multipliciter accuſauerant, reiectis & confuſis. Non igitur confuſibilis, ſed plauſibilis Excubitor ſtetit in ſibi hac demandata Cuſtodia per Olympiadē; donec de mandato Præfecti Miſſionum ad Petruxinam Stationem elaboraturus tranſuolauit.

CALCVLVS XXII.

Fr. AMBROSII VERNATENSIS Concionatoris per annos 1656. 1657, 1658.

Breu. Rom. l. 4.

I.

AMbroſius Epiſcopus Mediolanenſis Ambroſij Ciuis Romani Filius. In huius infantis ore examen apum conſediſſe dicitur: quæ res Diuinam Viri eloquentiam præmonſtrabat. Sanctiſſimi Præſulis,& celeberrimi Eccleſiæ Doctoris in laudem prænotatur,quòd apes illius inter labia commorantes, mellis fauos componere geſtiebant, nec tamen aculeos dimittebant: vnde & mellis dulcedinem, & acuminis cuſpidem ſimul in ore geſtabant: quæ res admirabilem viri eloquentiæ pro Fide ſuauitatem, & formidabilem zelotis Sacerdotis zelotypiæ aduerſus hæreticam perfidiam ſeueritatem præmonſtrabat. Commonſtrat pariter non adæquatè, ſed analogicè myſticum hoc prænotatum, quid in noſtro Ambroſio, vel deſiderare, vel declarare debeamus. Fr. igitur Ambroſius Seraphici Franciſci Filius, Apoſtolicus Miſſionarius ad Caſtri-Delphini Miſſionem deſtinatus,de Petruxina Cuſtodia ad Delphinenſem Stationem venit: in ore ſuo geſtans examen apum, & mellis fauos, & linguæ aculeos præſeferentium, quod eſt dicere: Acceſſit & charitatis ſuauitate, & zeli acrimonia munitus, & armatus: Charitatis dulcedinem in aſſidua Euangelicæ ſuauioris Legis, & doctrinæ prædicatione, in ſimplicium catechiſmo, in ſacrorum myſteriorum adminiſtratione, in miſericordiæ operum ſpiritualium, & corporalium præſtatione, in diffidentium pacificatione, in ſacrorum cultu tandem promouendo, & exercendo & oſtendebat, & diffundebat: zeli verò acrimoniam in hæreticæ impietatis impugnatione, in Hæreticantium Miniſtrorum aggreſſione, & expugnatione,in inoleſcentium temerariorum,aduerſus catholicam Eccleſiam iniquè inſurgentium, repreſſione, in vitiorum, & errorum depreſſione: tandem in errantium reductione, quod ex eo liquidò pluſquam ſatis conſtat, quia integrum iam per triennium inibi commoratus, vltra egregia plurima facinora perpetrata, ſingulis, & omnibus diebus ſuæ Apoſtolationis, ſingulo quoque triennali anno ſuos pietatis prouentus in Dominicum horreum ſingulariter repoſuit. Priori nēpe anno quinquageſimo ſexto extra ſexcentum & mille: quatuor, ſubſequenti verò ſexdecim: tertio tandem decurrente præſenti anno tres ad Fidem conuerſos, Fidelium communioni conciliauit, & aſſociauit. Perſtat in præſenti aduerſus Eccleſiaſtici regni aduerſarios; vt & viribus, & iuribus ordinatè, & religioſè rebelles veritatis deſertores, iuſtitię,& Religionis perturbatores reprimat, atq; compeſcat, dum pietatis, ac Fidei promotionem totis conatibus ipſe procurat.

Opera Apoſtolica ſollicitè exequitur

SYNOP-

CADRALII APOSTOLATVS RATIOCINIVM NONVM

D. O. M.

CHRONOTAXIS.

ANNO VNDECIMO INITIATI SÆCVLI SEPTIMI DECIMI EXCVRRENTE, IDIBVS SEXTILIS.

PAVLO V. IN ROMANA SEDE A QVINQVENNIO IAM PRÆDOMINANTE: CAROLO EMMANVELE I. ALLOBROGVM SCEPTRVM DIRIGENTE: CAROLO BROLIA ARCHIEPISCOPALE TAVRINENSIS INSVLÆ ONVS SVSTINENTE, ET POSTVLANTE: FRANCISCO COSTA EPISCOPO SAONENSI NVNCIO VOCANTE, ELIGENTE, ET ORDINANTE: FR. ZACHARIAS MANAROLIENSIS CAPVCCINORVM PRÆSVL PER VOCATVM ELECTVM, ET DESTINATVM FR. BERNARDVM A PORTV-MAVRITIO CONCIONATOREM EXIMIVM CADRALII AD VALLIS GRANÆ OSTIA CAPVCCINOS CVSTODES APPLICVIT, ET ASSIGNAVIT, PRO ECCLESIASTICI REGNI INFENSIS INDE ARCENDIS HOSTIBVS.

CADRALII RATIOCINII

SYNOPSIS

Præambuli Numeri Quinque.

Primus	Geographicam	Relationem exhibet.
Secundus	Politicam	
Tertius	Hierarchicam	
Quartus	Errorum, & Hæreſis	Originem perhibet.
Quintus	Apoſtolatus, ideſt, Miſſionis	

Calculus Primus.

Bini Apoſtolici Operarij Præcurſoris Fratrum Philippi à Pancalerio, & Bernardi Auguſtenſis per Annum 1600.

Calculus Secundus.

Prioris Fr. Bernardi à Portu Mauririo Concionatoris per annos 1611. 1612.

Calculus Tertius.

Fr. Theodori Ticinenſis Concionatoris per annos 1613. 1614.

Calculus Quartus.

Fr. Emmanuelis Aſtenſis Concionatoris per annos 1615. 1616. 1617.

Calculus Quintus.

Fr. Angeli à Montecalerio prioris Concionatoris per annum 1618.

Calculus Sextus.

Fr. Gaſparis à Pinerolio Concionatoris per annum 1619.

Calculus Septimus.

Fr. Geruaſij Taurinenſis Concionatoris per annos 1620. 1621.

Calculus Octauus.

Fr. Marcelli Taurinenſis prioris Concionatoris per annum 1622.

Calculus Nonus.

Communis
Fratrum Arditij Vercellenſis, ac Ioannis Baptiſtæ Verzolienſis Concionatorum per annos 1623. 1624.

Calculus Decimus.

Fr. Franciſci à Sandiliano Concionatoris per annos 1625. 1626.

Calculus Vndecimus.

Fr. Caroli Bugellenſis Concionatoris per annos 1627. 1628.

Calculus Duodecimus.

Fr. Franciſci à Montecalerio Concionatoris per annos 1629. 1630.

Calculus Tertiuſdecimus.

Communis
Fratrum Franciſci à Monteregali, & Mauritij Cæuenſis Concionatorum per annum 1631;

Calculus Quartuſdecimus.

Fr. Angeli Taurinenſis Concionatoris per annos 1631. 1632.

Calculus Quintuſdecimus.

Fr. Raphaelis Taurinenſis Concionatoris per annos 1633. 1634.

Calculus Sextuſdecimus.

Fr. Euſebij ab Eporedia Concionatoris per annos 1635. 1636.

Calculus Decimus ſeptimus.

Fr. Seraphini à Montecalerio Concionatoris per annum 1637.

Calculus Decimus octauus.

Fr. Athanaſij à Montealto Concionatoris per annos 1638. 1639. 1640. 1641.

Calculus Decimus nonus.

Communis

Fratrum Ioachim à Gazino, Octauij à Carmaniolia, & Ioannis Baptiſtæ à Cambiano Concionatorum per annos 1642. 1643. 1644.

Calculus Vigeſimus.

Fr. Ioannis Chryſoſtomi Taurinenſis Concionatoris per annum 1645.

Calculus Vigeſimus primus.

Fr. Pauli Mariæ à Corniato Concionatoris per annum 1646.

Calculus Vigeſimus ſecundus.

Fr. Bernardini à Pinerolio Concionatoris per annos 1647. 1648. 1649.

Appendix.

Fr. Caroli Franciſci à Sauiliano Concionatoris per annum 1650.

Calculus Vigeſimus tertius.

Communis

Fratrum Laurentij à Pinerolio, Gregorij à Monteregali, & Ioſeph à Summaripa Concionatorum per annos 1650. 1651. 1652.

Calculus Vigeſimus quartus.

Fr. Zachariæ Nicienſis Concionatoris per annum 1653.

Calculus Vigeſimus quintus.

Fr. Vbaldi Braydenſis Concionatoris per annos 1654. 1655.

Calculus Vigeſimus ſextus.

Communis

Fr. Fr. Raphaelis à Taurino, & Damiani à S. Damiano Concionatorum per annos 1656. 1657. 1658.

CADRALII IN APOSTOLATV CAPVCCINORVM OPERARIORVM

Pro Eccleſiaſtico Regno laborioſi Proceſſus numerantur, & calculantur.

RATIOCINIVM NONVM.

Geographicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. I.

MACRENSI Valli intra Cottias Alpes ad Auſtrum aſſidet Granenſis Conuallis, & quia dextrum ſuum vel latus protrahit, vel brachium illa longiùs extendit per Marmoreæ Valleculæ receſsũ; ideò vlteriorem progreſſum, & ſublimiorem aſcenſum huic prohibet. Illinc itaq; hęc deſcendendo exorditur, nec plures quàm per ſeptem millia paſſuum progreditur. Ab altioribus rupibus defluunt exiles quidam aquarum riuuli, qui aliquando pluuialibus lymphis multiplicati, fluuium, vel torrentem Granæ conflant: vnde Vallis denominatio procedit. Quæ in vertice à Caſtri-Magni Oppido ſua commenſurare occeptat exordia: Vnde ad Pratum-aquarum deſcendens, hincq; per Montem Auroſium, deſiliens, Montis-Mali Caſtrum ad læuam in prominenti rupe tenens, ad dexteram trans flumen principale Oppidum, quod & Vallis, & amnis nominibus nuncupatur copulatèq; Valgrana vocatur. Quinq; igitur enumeratis Pagis conſtans hęc Vallis, habitatores continet ruricolas, paſtores, negotiatores, & Operarios, qui abundantioribus laboribus natale exercendo ſolum, vix tamen neceſſaria vitæ ſolatia ex terræ frugibus reportant: in ſummitatibus ſecale, hordeum, auenam, & fęnum perpauculum: in inferioribus verò frumenti, vini, & olei vberiorem copiam colligunt. Clementiori ſatis aeris temperie perfruuntur, altioribus licèt vndiq; rupibus circumuallentur. Ad oriẽtẽ enim latiori, & planiori campo ager protenditur, cui præ Vallis faucibus, quaſi pro cuſtodialibus foribus adſtant ad diſtinctos initiales, & per bina milliaria à ſe inuicem diſtantes montium Vallantium angulos gemina Oppida Bernexij ad meridiem: Ad Septentrionem verò Cadralij. Cadralium licèt inter Granæ Vallis Villas nequaquam connumeretur; Granæ tamen fluminis irriguis fœcundatur, quin canalibus effluentibus non modò ad fabrilia, ſed & ad quotidiana vectigalia ſubſidia valde admodum periuuatur.

Granenſis Vallis Geographica deſcriptio.

Cadralienſis Oppidi ſituatio.

Politicam notitiam exhibet Præambulus

Num. II.

ANguſtiores ad fauces Vallis Granæ, Salutienſibus Marchionibus prognati Patritij oras illas poſſidentes, geminum appoſuerant fortalitium, ideſt Valgranæ Villę Caſtellum, hodiè proſtratum ad meridiem: ad Aquilonem verò Montis-Mali Caſtrum vſque modò ſeruatum. Apud noſtrates hiſtorias animaduerto: pluribus iiſq; diuerſis ſucceſſiuè per temporum viciſſitudines dominationibus paruiſſe Cadralienſes populos, ad exteros pluries tranſeuntes, ad proprios ſæpè naturales dominos redeuntes: qui opulentum, & amplum ſuum illud Oppidum latioribus mœnijs præcinxerant, atque in ſupereminente collis culmine inſuperabile Caſtrum ædificauerant, donec eo deiecto, & illis eiectis à Salutienſibus Marchionibus in Pedemontanos Duces poſſeſſione legitima tranſlata, tranſtulerunt pariter & ipſi in feudalem Marchiam Cadralienſem & Pagum,

Cadralienſi pago diuerſi fuerunt dominati.

& Agrum DD. Iſnardis Sinfredi iam nobiliſſimis Comitibus, qui inibi adminiſtrandæ rectitudinis propiùs inuigilarent,

Hierarchicam notitiam exhibet Praambulus

Num. III.

Sub Archiepiſcopali iuriſdictione præſidet, Cadraliēſis Parochus.

QVemadmodum autem ſæculares diſtinctæ, ac diſparatæ, ſic & ſpirituales diſcretæ, & diſgregatæ his præſident iuriſdictiones: Toti enim Granenſi Conualli D. Epiſcopus Salutiarum ordinario iure præſidet, & quinę Villæ quinque Parecijs quinos Sacerdotes prouidet, Valgranæq;, ac Montis-Mali præcipuè, huic Prioratus, illi Plebanatus collata dignitate. Cadralium verò Archiepiſcopali Taurinenſi Infulæ à ſæculis obtemperauit: huius numeroſioribus olim populationibus tergeminæ (vt Oppidanorum fert traditio) inſeruiebant: Parochiales Eccleſiæ, nempe S Mariæ, S. Ioannis Baptiſtæ, & S. Pauli, quarum in hodiernum diem aſſeruatæ permanent Ædes Sacræ. S. Pauli ad læuam in plano, S. Ioannis Baptiſtæ ad dexteram in iugo, Dei Genitricis tertiam in medio Pago, quæ ſola modò Parochialibus præſtandis Sacris Miniſterijs commodiùs ſubieruit. Hanc adminiſtrat Parochus ſub menſæ Epiſcopalis, & Foranei Vicarij adiacentium Diœceſanorum locorum, & accepta prouiſione, & delata nuncupatione.

Erroris, ideſt Hæreſis originem perhibet Praambulus

Num. IV.

QVando verò, qui, & quales Sectarij huius loci, vel Conuallis Fidei candorē deturpare agreſſi fuerint; non adeò compertum, & certum inuenio: ſuſpicantur quidam à tempore Vualdenſium, verùm tutiùs exiſtimo aſſerere ab ortu, & perfidia Lutheranenſium infectionem egreſſam. Teſtem profero Gulielmum Baldeſſanum circa ann. 1535. aſſerentem, quemdam Auguſtinum Cadralienſem, Lutherana hæreſi epota, in patriam regreſſum, ibi venenum eructaſſe, & carnalis concupiſcentiæ repletiones euomuiſſe, ſubſidio publicarum, vel priuatarum congreſſionum, & patriæ titulo Patriam ipſam Fidei titulo expoliaſſe. Diabolica hæreticaq; hæc iacta primordia ſumpſere accrementum, fauentibus bellorum turbinibus inter Gallum, & Germanum: quando ex Germania Lutherani, ex Gallia Caluiniſtæ inter ſe diſſidentes, ad inficiendam Italiam conuenientes Pedemontanis priora venenata pocula propinarunt: verbis, operibus, & armis, fallacia, & violentia, quod nequibant Inſidijs, exequebantur oppreſſionibus, quas Cadralium expertum legimus: circa enim hæc tempora 1560 bellicæ ſecuritatis cauſa, nę Oppidum aduerſarias incurſiones pateretur, Eccleſias Galli demoliendas decreuerunt, & diruerunt, ſpecialiter Parochialem Sancti Ioannis Baptiſtæ, & aliam Sancti Pauli extra mœnia. Ablatis igitur & dirutis Templis, deficientibus Sacerdotibus, multiplicatis ſeductoribus, & hæreſum fautoribus Eccleſiaſtici Regni iura fere defecerunt: populis in concupiſcentiæ, non conſcientię libertatem, vel melius libidinem irruentibus ducatu, & fauore quorumdam Procerum nequitiam patrocinantium, atque fauentium. Iterum ad finem ſæculi ſextidecimi quando feruęſcentibus hæreticorum motibus, & rebellionibus in Marchia Salutiarum, atque Conuallibus, Cadralienſes ex vicinitate ſitus, & conſimili propenſione ad omnem viuendi effręnem licentiam iam olim à pluribus dilectam, & vſurpatam, denuò oblata opportunitate Caluiniana dogmata reaſſumpſerunt, & in antiquum languorem reinciderunt, atq; ex reciduatione grauiùs ægrotarunt.

Baldeſſ. Hiſt. Eccl. Pedem. l. 36

Ann. Chriſti 1535.

A Lutheranis erroris origo.

Miſsionis exordium perhibet Praambulus

Num. V.

DOnec à Reuerendiſſimo D. Archiepiſcopo Carolo Brolia illuc miſſus Vicarius, & Paſtor aduenit D. Spiritus Albertus, & ipſe à Cadralio oriundus, qui oculis corporalibus, ſed magis mentalibus proſpiciens deplorandum in Patria Religionis ſtatum, & miſerabiliorem Eccleſiæ conditionem experientia intelligens, quam fama nunciante abſens cognouerat: deniq; ex Eccleſiaſticis libris, & memorijs animaduertens irreligioſitatem, indeuotionem, & incredu-

litatem ſuorum conterraneorum commiſeratus, domeſticorum remedium excogitare cœpit, diuerſaq; incepit diſcutere media, opportuniuſq; magis poſt plurimam conſultationem eſſe cenſuit; ſi Cadralium Capuccinorum Miſſionem aduocaret, & firmaret. Quare Fidei excidium in ſua Patria Reuerendiſſimis Archiepiſcopo, & Nuncio per litteras manifeſtauit,& pro antidoto exorauit,ne tot Chriſtianorum animæ deceptæ perfidia miſerrimè ſine ſubſidio perirent, ſeq; in eam deueniſſe ſententiam adiecit; vt Capuccinorum Apoſtolatum in patrios lares introduceret, quo nullum efficaciùs huic morbo alexipharmacum exiſtimabat profuturum: vnde ſuppliciter inſtabat; vt Reuerendiſſimi Patres, & Præſules Capuccinis id demandarent & muneris, & oneris. Interim dum nouæ Miſſionis Cadralij erigendæ negotium coram Reuerendiſſimis Archiepiſcopo, & Nuncio, quinimmò coram Romana Curia agitaretur, & etiam apud PP. Prouinciæ Ianuenſis de Miſſionarijs deputandis ageretur;nonnullis elapſis,adfuit annus vndecimus ſupra milleſimum ſexcenteſimum, quando deſignato à Præſulibus Apoſtolatu in Valle Paduſana, in qua liberè graſſabantur antiqui Vualdenſes, Lutherani, ſeu Caluiniſtæ. Fr. Zacharias Manarolienſis tunc Miniſter Prouincialis deſtinauerat Stationi illi Miſſionarium Fratrem Bernardum à Portu-Mauritio. Verùm grauioribus obuiantibus retinaculis, ne Paduſanam pro tunc, iuxta Diuinæ prouidentiæ arcanum perueniret, iubentibus Reuerendiſſimis Carolo Archiepiſcopo & Petro Franciſco Coſta Nuncio Cadralium diuertit, Apoſtolatum fundaturus, iuxta ſoliciti Rectoris expoſtulationes, munitus commendatitijs litteris Illuſtriſſimi D. Marchionis Thomæ Iſnardi, qui ſuis & Iudici, & agentibus impenſiùs commendabat Apoſtolicos viros, quò in Apoſtolico munere exercendo omni poſſibili modo præſtò adeſſent, nec in aliquo deeſſent, vt errantes ad Catholicam veritatem reducerentur. In peruigilio igitur regiminis Eccleſiaſtici Patronæ, Aſſumptæ Dominæ Cœlorum Reginæ, nempè pridie Idus Auguſti præindicati anni, vniuerſali Catholicorum, & ſignanter Reuerendi D. Vicarij Alberti lætitia, & applauſu, venit Frat. Bernardus, cum Socio Fratre Franciſco à Fraxineto Sacerdote, & prima Apoſtolatus fundamenta Cadralij in Vallis Granæ ianuis iecit: poſtero enim celeberrimo die Euangelica exercitia exorſus, prædicationis verbum propoſuit, & perſeuerauit opportunis tempeſtatibus Chriſtianæ Fidei dogmata tradere.

Ad Cadraliēſem Miſſionem vocātur Capuccini.

Ann. Chriſti 1610.

Cadralienſē Apoſtolatum fundaturus accedit Frat. Bernardus.

SOLI DEO HONOR ET GLORIA

CALCVLVS PRIMVS

Bini Apoſtolici Præcurſoris Fratrum PHILIPPI à PANCALERIO, & BERNARDI AVGVSTENSIS ab anno 1600.

I. PRimaria illa, jam pluries recenſita, in Apoſtolatuum erectione, & Apoſtolicorum virorum emiſſione de mandato Sanctiſſimi, poſtulante Sereniſſimo, à Reuerendiſſimis Nuncio, Archiepiſcopo, & Inquiſitore Taurini Anno nonageſimo ſexto poſt millenum quingenteſimum præſtita: Hæretico multiplici caſu lapſis Cadralienſibus, ſæpiùs namque relapſis, & à Catholica Eccleſia ſæpiſſimè elapſis reducendis deſtinati aſtiterunt R. R. Patres Societatis Ieſu: qui inibi, & alibi in Granæque Valle Villis præcipuè aliquandiù operati, ſibi notis de cauſis rationabilioribus moti receſſerunt, illiſque recedentibus, non alij noui ſuperuenientes Cadralium ſucceſſerunt Apoſtolici Cooperatores, quia Stationarij Capuccini Draconerienſi in Cuſtodia Vigilantes, non ſtabant; ſed circuibant, nec per Montana ſola, ſed etiam per complana peragrabant: longè, & propè accurrentes, eminùs, & cominùs ſuccurrentes. Inter quos Frater Philippus à Pancalerio vegetioris propenſionis, & profeſſionis Salutienſi Marchiæ curandæ Præfectus, eò profectus, Draconeriumque appulſus, Sancti Spiritus charitatiuò afflatu impulſus expelendos Sectarios, circumiens per Marchionalia loca, quærebat. Quamobrem inquirendo, Cadralium vix terno diſtans milliari nequaquam neglexit, ſed vel obiter tranſeundo, vel ſtudiosè adeundo Cadralienſem gentem, & proximæ Vallis Granæ populos frequentiùs inuiſebat: vt & conſcientias curare, & leproſos à reatu mundare, & errantes reducere tàm publicis Concionationibus, quàm priuatis collocutionibus, ſimul & congruis diſputationibus valeret: ſeniores conuincendo; paruulos, & adoleſcentiores inſtruendo, viris denique Orthodoxas veritates perſuadendo, quò Eccleſiaſtico Regno cunctos obſequentes, & obtemperantes redderet, quod & in pluribus contigit.

Patres Societatis Ieſu poſt aliqualē operationem in Granenſi Valle, receſſerunt.

Draconerienſes Stationarij Capuccini, recedentibus Ieſuitis, Cadralienſē populum viſitant.

II. Neque enim conticuerunt aliquando Euangelici Declamatores Fratres Philippus, & Bernardus, aut ceſſauerunt à laborioſis peregrinationibus per Granæ Vallis Villulas peragrando, donec ope, & operatione Sinapis granum inter vniuerſa minora ſemina minimum, non minimum fructum afferre fecerunt. Pentagonum conficit hæc Vallis, quinque Vicis ſiue Villis conflata: ab agreſtiori igitur, & altiori pago exordientes Caſtro-Magno nuncupato ad inferiora Oppida progrediebantur: Pratum aquarum, Montem Auroſium, Montem Malum, & Valgranam ingredientes, & aggredientes, introductam ibi à perduellibus Sectarijs impuritatū Colluuiē, & Metropolim iniquitatum impugnabāt verbo, ſed expugnabāt opere, religioſioris enim vitæ, & cōuerſationis exemplis, quod verbis Euāgelicis affirmauerāt, cōfirmabāt: quapropter plurimos in veteri malitia infirmatos, ad nouam acceptandam iuſtitiam roborabant, & ad auitam Fidem reaſſumendam deducebant, quos prædiſpoſitos, vt ad deuouendam hæreticam perfidiam abſolutè, & reſolutè perducerent; vrgentioribus Principis Edictis promulgatis anno ſecundo ſæculi ſeptimi decimi, ſolicitatos, & prouocatos ad Catholicam Eccleſiam tandem adduxerunt, vti authentica monumenta teſtantur.

Fr. Fr. Philippus, & Bernardus ad Catholicā Fidē deuios perducunt.

Ann. Chriſti 1596.

In loco Valgranæ	num.	15.	A Fratre Philippo.
In loco Montis Mali.	num.	24.	Reduces.
In Valle Granæ	num.	19.	A Fratre Bernardo.

III. Firmitatis, & ſtabilitatis, ſeu ſolidiratis Symbolum cubus, ideſt quadratum Corpus effingitur, eò quòd vel quàm maximè agitatus, vel quàm validè exagitatus, vehementiorique impulſu proiectus ſemper cubus quieſcit in plano, & velociter firmiter ſtat, & ſtantem haud facilè deturbari, aut à loco dimoueri poteſt: perſtat enim quadrilaterali, & quadrangulari forma, ac figura firmatus, eò magis confirmatus, quò in non firmiori, & ſolido, ſed molli madido, lutuoſo, & ſordido ſolo conſiſtit. Conſtabat olim Cadralium quadrata figura, quam licèt in muris amiſerit iamdiù, in moribus tamen diutiùs reſeruauit: Diabolico namque Aquilonari turbine violentiùs impellente, à Catholica Fide deiectum in ſordidas, luteas, obſcænas, & immundas Sectas ceciderat Oppidum Cadralij, vel melius Cadralienſis vniuerſus fere populus, quibus firmius inhærendo, tenaciùs adhærendo, mordicùs eas non profiteri modò; ſed propugnare geſtiebant: quare vehementioribus & Ducis, & Ar-

chiepi-

chiepiſcopi, & Curatorum ſolicitationibus validiùs prouocati vix nutare, & ad bonum propendere excogitauerant, quando violentioribus, quia carnalioribus Caluiniſticis ſuggeſtionibus pellecti, & à propria concupiſcentia abſtracti, & illecti grauiori caſu corruerunt, & propoſitam conſurrectionem renuerunt, computreſcentes in ſtercore intemperatæ ſuæ conuerſationis, & deprauationis. Quamobrem ſtrenuis Capuccinis Operarijs Apoſtolicis circumſtantes Accolas Macræ, & Granæ conuallium ad reſipiſcentiam excitantibus, & efficaciter interpellantibus, vicinorum conuerſionibus vellicati, & excitati Cadralienſes, cōmotiones quaſdā oſtēdere cœperunt, ſed ſimiles conatibus expergiſci volentium, non tamen valentiū pigritudine retrahente: quapropter à Reuerend. Vicario Alberto ſæpius aduocatæ, & efficaciùs interpellatę auxiliares Capuccinorum Copiæ, præſtò adfuerunt, & lethargicos dormitantes fortiùs à ſomno excutere perſtiterunt: & ſonitu verbi, & in Euangelica tuba perſonantes, pro Concione ſolemni, & pro domeſtica conuerſatione, Fraterque Philippus precipuè, qui extra annuales caſuales ibi præhabitas ſermocinationes, per huius anni quarti ſæculi ſeptimi decimi integrum Aduentum feſtiuas, ac Dominicales conciones ſingularis Spiritus contentione Cadralij, haud mediocri Fidei emolumento habuit.

Ann. Chriſti 1600.

Capuccini Miſſionarij ad Cadralienſē populūCō ciones habēt.

IV. Quadratum iſtud olim Caſtrum, ideſt Cadralienſium in Fide animum non caſtum, ſed adulterinum vt expugnarent; pugnabant non ſoli Fratres Philippus, & Bernardus, ſed & quot quot ſuperueniebant de genere Sacerdotali, ſiue Leuitico Capuccinorum ſcilicet agmine Apoſtolico, Draconerienſi in Cuſtodia vt vigilarent. Super muros enim Hieruſalem, ideſt in Liminaribus Eccleſiæ Cuſtodes cōſtituti tota die, ac nocte non tacebant laudare nomen Domini, ſed annuntiabant gentibus vicinis, & proximis populis deceptis Orthodoxas veritates: quare vt quadratum hunc lapidem emollirent, perpolirent, & ſcalpturatum Eccleſiæ ſtructuræ coaptarent, ac ſuperedificarent, tutiùſque Eccleſiaſticum regnum hac in plaga præmunirent; illius caſtris quadrangulo ſuperaddito Caſtro, ſucceſſiuè per tempora, nempe per gemina priora ſeculi ſeptimi decimi luſtra vniuerſi Euangelici Operarij propinquiori in Statione reſidentes, huius pagi ſaluationi, & reductioni fideliter cooperabantur, & voluntariè pereuntibus opitulabantur. Cooperatores autem recenſentur priores quidem Fratres Philippus, & Bernardus, hos vero imitati, & opus proſecuti Fr. Ioſephus Foſſanenſis, Fr. Chriſtophorus à Cereali, Fr. Columbanus à Tridino, Fr. Romualdus à Taurino, Fr. Bernardus à Portu-Mauritio, qui tandem Arce expugnata, deuictis propugnatoribus, oppugnatoribus ſuperatis munitionem quondam aduerſam ingreſſus, poſtmodum fere conuerſam dereliquit, & conſignauit in ſuo regreſſu. Illius igitur progreſſus calculare incipiam, poſtquam primum legentes commonefecero: quod quamquam Communiter peruulgata aſſertione feratur Apoſtolatum hunc à S. Damiano ſublatum Cadralium tranſlatum extitiſſe, nihilominus conſtitiſſe Cadralij Apoſtolicos Operarios inuenio, biennio prius quàm à S. Damiano diſceſſerint viri Euangelici Capuccini: hinc namque tertiodecimo receſſerunt, illuc verò anno vndecimo ſupra ſexcenteſimum milleſimum acceſſerunt, & accedentes perſtiterunt, vſquequo ſolicitiores Celeſtis Patris-familias fideles, & prudentes famuli exactiori, atque perſeuerantiori adeò cultura Eccleſiaſticum S. Damiani agrum excoluerunt; vt vix quarta Olympiade peracta, hæreticalibus vepribus, & ſentibus penitus euulſis, eiectis, & expulſis Eccleſiam illam, nempe fidelem plebem emundare perfecerunt: vnde breui manu Cadralium operaturi ſe tranſtulerunt, transferentes pariter pauperculam, atque religioſam, domeſticam, ſignanter librorum ſupellectilem, à cuius tempore tranſlationis, Miſſionis quoque tranſmigrationem quidā non rectè calculare voluerunt, ſed ęquioribus numeris nos Calculos damus:

Capuccini operati ſunt ſalutē Cadralienſium per gemina luſtra.

CALCVLVS SECVNDVS

Prioris Apoſtolici Operarij Fratris BERNARDI à PORTV-MAVRITIO Concionatoris per annos 1611. 1612.

Ann. Chriſti 1611.

I. Appellabat quidem iamdiù, & ſolicitè interpellabat Reuerendus Vicarius Albertus Capuccinos Vigiles, vt ad Apoſtolatum exercendum quàmprimum Cadralium aduenirent, ſed ex aduerſo repellebant quidam, atque impedientia plurima opponebant; ne Capuccini Pugiles Sectariæ rebellionis re-

ducendæ Cadrallum peruenirent: dumq; ſic ſub iudice lis, vel potiùs ſub litigio Prælatorum iudicium penderet; En Frater Bernardus à Portu-Mauritio cum Socio Sacerdote Fratre Franciſco à Fraxinetto Portum intraturus, Stationariam Miſſionem políturus dum ad Paduſanas Æridani ripas appellere properat, aduerſario ſpiritu reſflante illinc repulſus, propitio cęleſti flamine perflante, legitimorum Præſulum congrua auctoritate impellente ad Granæ Crepidines ex-improuiſo applicuit, & Cadralium inexpectatus aduenit, Pridie Idus Sextilis, circa completum alterum luſtrum huius ſæculi ſeptimi decimi. Repentinum illius aduentum etſi nonnulli vt inopportunum reprobauerint, quàmplurimi tamen, imò fere vniuerſi, Reuerenduſq; Vicarius præcipuè vt opportunum, quin neceſſarium vniformi, ſimul & vnanimi conſenſu comprobarunt; vnde hilares, lętantes, & exultantes aduenientem acceptarunt, & acceptatum ſufficienti, & religioſo domicilio exceperunt. Vt igitur inde effugatis nubibus, tempeſtatibus depulſis, coercitis ventis, quieſcentibus vndis, procellis ſilentibus, tranquillo Salo, ſereno Cęlo firmioris ſtationis fixæ ſcilicet Miſſionis anchoras demittere, & fortiùs hærentes dimittere aliquando preualeret; ſæculari, & ſpirituali competenti ſubſidio, & patrocinio ſuffultus ſubſequenti celebriori die, quando ſcilicet fęliciſſima illa Mulier Maria nomine, quæ ingredientem Ieſum mundi Caſtellum, domum in ſuam Virginalem caſtè illum ſuſceperat, in æthereá ab eo Arce aſſumpta, ſuper cœlos glorioſiſſima in æternum regnatura aſcenderat, Frater Bernardus Apoſtolicus Orator gradum ligneum in Eccleſia conſcenſus, dum illius Beatiſſimam Aſſumptionem ornatiùs perorando honorificentiùs celebrat; in quadrilatero Caſtro nempe Cadralio perenniter duraturam Miſſionem, ſcilicet Capuccinorum Operariorum ſtationem prudenter, & ſtabiliter collocat, Anno præſenti vndecimo ſupra milleſimum ſexcenteſimum, ſicut in Manuſcripto Regeſtu Prouincialium Geſtorum notatur.

F. Bernardus dum ad Paduſanam Miſſionem properare credit, ad Cadralienſem erigendam Stationē à Præſulibus deſtinatur.

In ſpecula igitur Vacillantis, & periclitantis Eccleſiæ huius Villæ, & Vallis, imò cohærentium, & confinantium Vallium Conſtitutus Euangelicus hic Operarius, cum non minori experimentali prudentia, quàm ſingulari eruditione polleret; cōmiſſum opus prudenter, & ſapienter aggredi diſpoſuit: cum iterum, & eo magis, compoſitis moribus, ac Religioſis virtutibus exornatus haud mediocriter prælucceret; ardebat pariter gemina face, vel flamma charitatis Dei ſcilicet, & proximi, quę in corde illius gemellum pepererat zelum, Eccleſiaſtici nempe Chriſtiani Vniuerſalis Regni reparandi, & ſingulorum Chriſtianorum animas ſaluandi. Quapropter ſtans primò ſpeculari, & explorare adoritur, naturales Gentis propenſiones, communes mores, communiora vitia, frequentiora, & euidentiora delicta, morales denique morbos, ſeu ſpirituales ægritudines, quibus volens hic populus ægrotabat: Conſiderauit damna Eccleſiæ illata, & inſtaurationes poſſibiles deſideratas, & demandatas: ad Calculum tandem reuocauit, & Locorum commiſſorum indigentiam, & demandati ſibi Officij exigentiam: & ſic cœleſti lumine ductus, & flamine impulſus mentem, & manum Apoſtolico operi admouit. Atque in primis nouit (ipſo præcipuè Reuerendo Domino Vicario referente) illis in exuberantioribus oris, ex diligentiori Cereris, & Bacchi cultura Venerem quoque incaleſcere, atque ex neglecto, quinimmò contempto diuino cultu Chriſtianam Pietatem ad interitum frigeſcere: efferueſcente enim apud illos carnis effreni licentia, ſpiritualium ſcientia, & animæ conſcientia oblita penitus obriguerant: feriabant Sacra, frequentabantur profana, vacabant Templa, replebantur Cauponæ: Sacramenta abhorrebant, ad Sacrilegia inhiabant, Sacramentalia deteſtabantur, amplexabantur hæreticalia, Sancta denique cuncta proijcere ſtudebant, & impia vniuerſa adſciſcere ſatagebant Caluinianis deliramentis dementata plebes Cadralienſium, & Vallicolarum adhærentium. II.

Quamobrem Apoſtolicum ſe Cooperatorem emiſſum à Sacris Præſulibus recolens, vniuerſas vires, & vices ſuas, conatuſque recolligens Collegæ Rectori, & Ordinario Curatori Reuerendo Vicario pro virili cooperari decreuit: tàm in ſacrorum adminiſtratione, quàm in Diuinorum celebratione: ità vt ſibi inuicem collaborantibus, & cooperantibus Eccleſiaſticis Operatoribus exemplo, & doctrina, vigilantia, & ſolicitudine pro promouendo bono, & remouendo, ſeu prohibendo malo, veritate ſerenda, & euellenda impietate compoſitos inferendo, & deprauatos mores diſperdendo, Antichriſti deiecta tyrannide, Chriſti legitimum regnum erigerent, inſtaurarentq; Enitebatur ſtrenuè Oppidanus Parochus, Reuerendus Albertus vt contribules ſui, qui per Coopidanum Apoſtatam Sacerdotē ſeductorem Auguſtinum Maynardum ab Eccleſia defecerant; per Conterraneum Paſtorem Eccleſiaſtico Regno, & Orthodoxæ Fidei reſtituerentur. Adnitebatur Frater Bernardus, & iugiter connitebatur, vt quos Lutherana, ſiue Caluiniana libido ad ſchiſmaticam defectionem impulerat perduelles; hos fideles effectos verbis prædicata, operibus demonſtrata religio vera retraheret, ſimul & ad debitam ſubiectionem, obedientiamq; reuocaret. Nec congruo caruit emolumento in III.

Viriliter cooperatur R. ũ. Vicario Curatori Parocho.

bonum

bonum reipublicæ conſpirantium, atque conuenientium Leuitarum pium conamen: nam haud longioribus perendinationibus interpoſitis, excultior Diuinus Cultus, cultiores Cultores Chriſtiani, Chriſto conformior Religionis, & Chriſtianitatis facies ſaltem exterior cepit apparere, & nitens aliqualiter ſplendeſcere: veneratis Sacris, Sacroſanctis honorificentiùs adoratis, & honorificatis amicis Dei Sacerdotibus, ac Miniſtris.

IV. Miniſter igitur fidelis hic, & zelans Sacerdos, vt iuſtè illum iuſtum exiſtimarent homines, Miniſtrum Chriſti, & diſpenſatorem Myſteriorum Dei; diſperſis, & diuerſis Granæ Vallis Oppidis Miniſterij Apoſtolici peculiaria dona, & bona vt diſpenſaret; diſcurrebat per Pagos, ſed non vt Paganos floccipendebat licèt agreſtes, & inciuiles habitatores, quin Vallicolarum, atque Incolarum ſaluri abundantius vt conſuleret; ſingulis, ac ſingularibus in Villis etſi Viliori hoſpitio exceptus, octo vel plures per dies immorabatur, & commorans perditorum ſalutem, atque errantium reductionem operosè moliebatur: domeſticè quidem, & familiariter eos côueniendo, & ſalubriter, atque ſuauiter colloquendo pro correctione, adhortatione, ſiue (cum opus fuerat) pro increpatione, ac obiurgatione neceſſaria exhibenda. Adhibebat inſuper, & ad hæc ſuperaddebat validiora ſubſidia Sanctæ, & irrepræhenſibilis religioſæ conuerſationis exempla, & Euangelicæ prędicationis ignita verba, & ſalutaria dogmata, iuxta Pauli Apoſtolicum monitum ad Titum. *Tu autem loquere, quæ decent ſanum doctrinam, ſenes vt ſobrij ſint, pudici, prudentes, ſani in Fide, in dilectione, in patientia, Anus ſimiliter in habitu Sancto non criminatrices, non multo vina ſeruientes, benè docentes, vt prudentiam doceant adoleſcentulas, vt viros ſuos ament, filias ſuos diligant, prudentes, caſtas, ſobrias, domus curam habentes, benignas ſubditas viris ſuis, vt non blaſphemetur Verbum Dei. Iuuenes ſimiliter hortare, vt ſobrij ſint. In omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, verbum ſanum, irreprehenſibile; vt is, qui ex aduerſo eſt, vereatur nihil habens malum dicere de nobis.* Quod cum vbique, Cadraliiq; prçcipuè ſolicitè præſtaret; nulliq; aut Induſtriç, aut labori parceret; quo errantibus proximis accurreret increpando, vel obſecrando, tantùm tandem profuit, & profecit; vt aduenienti, & vocanti diuinæ gratiç quamplures ſui cordis quondam occluſas fores diſcapedinarent: hincq; impia Caluiniana Secta deteſtata, antiquç Romanç Eccleſiç partes amplexarentur, & oracula profiterentur, in manibus Fratris Bernardi Orthodoxæ Fidei profeſſionem emittentes: vnde paulatim excreſcente Catholicorum albo, atro carbone prçſignati rebelles decreſcebant. Credentium autem reducum & numeros, & nomina à noſtris neglecta, deſcripta ſunt ab Angelis in libro vitç, ſicuti piè autumandum ſentio.

Per Pagos diſcurrit operando perditorum ſalutem.

D. Paul. ad Tit. cap. 2.

V. Auſpicatioribus igitur initijs, & fçlicioribus exordijs inſtauratam aliqualiter Catholicam Fidem, congruo ordine, ſequitur reſtituenda Pietas Chriſtiana, quç pallentibus genis, ſordido ore ſqualebat, quin deturpata, & deformata facie erubeſcere videbatur (non enim Chriſtianiſmum, ſed Paganiſmum redolet deformis Religio, imò formatum Sacrilegium prætenſç Sectariç Reformationis) quamobrem Fr. Bernardus Solers Operarius & antiqua reſtituenda, & noua inſtruenda ſpiritualia exercitia publica Cadralienſi populo propoſuit, & perſuaſit: cuius religioſis adinuentis, & pijs moliminibus annuente, conniuente, atque cooperante Reuerendo Vicario frequentiores obſecrationes, communes orationes, vniuerſales ſupplicationes opportunis ſolemnioribus diebus cçperunt celebrari, & tunc decenter Sanctiſſimo Euchariſtico expoſito Sacramento, prodibat in medium Euangelicus Orator, atque efficaciori propoſito Themate, deuotis ſermocinationibus adſtantes, & conuenientes ad pietatis, religionis, veræ Fidei, fraternæ, & diuinæ charitatis ardorem concipiendum, & fouendum excitare, & interpellare ſatagebat, ad feruentiores precationes pro delictis auferendis, criminoſis conuertendis, debitis caſtigationibus remouendis Deo porrigendas perurgebat: inter hæc quando temporis, loci, vel perſonarum opportunitas, ſeu indigentia exigebat; vel Sacra dogmata explicabat, vel fidei rudimenta tradebat, vel primaria Chriſtianæ doctrinæ elementa frangebat, porrigebat, inſtillabat, ingerebat, cunctos denique pro viribus ad ſalutis ſemitas dirigebat.

Antiqua ſpiritualia exercitia reſtituit.

VI. Gallico Hercule, vel Sectario Marte ruente (vti ſupra dedimus) iàm olim in Sacras Ædes, iacebant inter rudera propria Parochialia Cadralienſia Templa, vno B. Virgini Sacro vix ſuperſtite ſtante, ſtabat præterea anguſtum Diſciplinatorum Oratorium eidem Deiparç dicatum, ſed deiecta, vel deſtituta altaria expoliata vel propriam pauperiem deplorabant, vel impulſa maceria ruebant: Quamobrem Fr. Bernardus poſt ſpiritualem Eccleſiç, templorum aggreditur inſtaurationem materialem, & vel ex ſibi diminutis alimentis, vel ſuppeditatis ſupplementis quaſdam Sacras aras erexit, ſiue excitauit, haſque excitatas, & erectas exornauit, & Sacroſanctis Miſterijs celebrandis idoneas fecit: deuotis inibi, & venerabilibus Iconibus, ſeu Sanctorum imaginibus appoſitis, & venerationi expoſitis, ſignanter Tutelarium, & Patronum totius Oppidi, vel ſingularis cuiuſque familiæ, Artis,

Ex ſibi diminutis alimentis, Diruptas Ædes excitat.

seu

ſeu Profeſſionis: vnde ſiue per occaſionem, ſiue per profeſſionem augeretur di-
uinus cultus; gaudebat fidelis Dei famulus, qui plura moliri geſtiebat pro Parę-
ciarum reſtitutione, & Sacellorũ Inſtauratione, ſed temporum anguſtia preſſus,
& operandorum multitudine occupatus, non omnia potuit, quæ voluit, valuit
autem ſemper regni Eccleſiaſtici poſſibilia ſibi incrementa moliri.

Ideò nec quadrato, nec circulo incluſus Pentagonum perambulabat, & præde- VII.
ceſſorum, atque præcurſorum Apoſtolicorum veſtigijs inhærens quinque Villas
Vallis ſollicitè inuiſebat, dum ad amnicolas Granæ inſtruendos ſæpè egrediens,
ſæpiùs accedebat: aſcēdebat Ille montē & Malũ, & Auroſiũ, atq; per Pratũ tandē
aquarum Caſtrum Magnum penetrabat, & deſcendens, in Valgranæ Oppido diu-
tiùs conſiſtebat, poſtquam per placitos dies iuxta & populorum exigentiam, &
Eccleſiarum indigentiam, & Parochorum inſtantiam ſingulis in pagis prolixio-
res traxerat moras: vt & pro Catechiſmo rudioribus ſimplicioribus, ac iuniori

Mores deformatos reformare ſatagit.

bus, viro Chriſtiano neceſſariam inſtructionem, exhiberet, & pro Concione Euã-
gelicas cognitiones traderet: vnde inſtanter, atque efficaciùs peruerſa dogmata
damnabat, legitima inculcabat, diuinę legis obſeruantiam perſuadebat, Sacri
cultus frequentiam, & Sacrorum venerationem, ſimul & Sacramentorum ſuſcep-
tionem eis commendabat. Tum vt opere opus promoueret; perſeueranter ſin-
gulorum fateri volentium Confeſſiones exaudiebat, debita iuſtitię, & conſcien-
tię imponebat. Charitatis legalia haud diſſimulabat. Sicque ſingulis illis in Vil-
lis laborabat diutiùs pro indigentium opportunitate, & neceſſitate. Deinde hinc
diſcedens ad proximum pagum perueniens ſimilia pręſtabat, hacque ſua prouida
ſolertia, & ſolerti cooperatione tantum breui manu profecit; vt & Eccleſiarum
ſtatum, & populorum mores meliorem ad formam redegerit.

Dum igitur taliter vel in Cadralio ſtando, vel per vicinia excurrendo ſaluti pro- VIII.
ximorum incumberet; geminas damnabiles, & pernicioſiſſimas noxas, & valde
noxia piacula offendit: confeſſionis nempe, & Matrimonij Sacramentorum abu-
ſus plurimos: ex legitimis enim impedimentis diuerſi generis plura inualida cõ-
nubia, ſed ex deffęctu requiſitę integritatis plures nullas confeſſiones animaduer-
tit: quamobrem vt tum his integritatem, tum illis validitatem congruam con-

Abuſus quoſdam remouet.

ferret; fictè hactenus pęnitentibus generales expiationes perſuadebat, & coram
ſe factas audiebat, & diù ægrotantibus conſcientijs medebatur opportunè. Inuali-
dè iterum Tridentiniq; Concilij ſignanter aduerſus præſcripta Clandeſtina matri-
monia, qui contraxerant cautè, & ſecretè coram ſe euocatos coniuges, ne for- Anni Christi 1612.
nicariè impoſterum conuiuerent, coniugia non valida validare monebat, doce-
bat, & nouo ab eis ſibi inuicem præſtito mutuo conſenſu, perficienda curabat, hinc
ſuſceptam coram iam ex illegitimo thoro prolem (ſufficienti, & requiſita ad hoc
auctoritate delegata quã pollebat) legitimabat, hacque religioſa ſolertia fidelium
& ſaluti, & tranquillitati conſulebat.

Inter Granæ Vallis oppida Villa inſignior ſtat in complano veſtibulo Valgra- IX.
na nomine, cui tanquam populatiori ſolicitiorem ſuam opem, & operam præ-
ſtitit Fr. Bernardus: quamobrem diuino cultu inibi reparato, & aliqualiter reſti-
tuto, ſimul & iam iam ad frequentiorem ſacrorum, & Sacramentorum vſum, nec
non venerationem reducto populo, conſiderans accuratus Vigil cuiuſdam anti-
quioris Diſciplinantium Congregationis ſuperficiem ſolitariam, nempe habi-
tum, & titulum ſuperfuiſſe, ſuperſtite nullo aut veſtigio, aut Chriſtianæ pietatis
exercitio: publicis pariter, & priuatis congreſſionibus, commonitionibus perdu-
rauit eos excitare, adhortari, tandem interpellare, quinimmò promiſſionibus al-
licere, vel denique comminationibus impellere ad meliora; vnde tandem ali-
quando ad nouam ſibi Ædem Sacram communi ſingularium ære parandam, &
conſtruendam perduxit. Animaduertenda hic, In hoc Apoſtolico Operario,

Sacræ Congregationis Oratoriũ ędificandum curat.

operandi ſolertia: non erat ipſe plurima experientia præmonitus pijs, ac pietatis
deſignatis operibus varias, & multas à ſatana parari, & opponi inſidias, quas
nouæ religioſæ ſtructuræ iam conſtructas à quibuſdam ſatanæ Aſſeclis immine-
rę de longè proſpiciens, & iam iam imminentes, & comminantes ſubintelligens,
item vt propria auctoritatiua præſentia, aſſiſtentia, & efficaciori cooperatione
cępti operis conſũmationem expeditiùs accelerarct; commorationem, & habi-
tationem ſuam Cadralio Valgranam ad tempus, & pro tempore mutauit, & tran-
ſtulit: tuncque perſonaliter, & quotidiana inſtantia ſtructuræ inſiſtens, non ope-
rarios ſolummodo vel inuitabat, vel ſolicitabat, ſed proprio exemplo perurgebat:
ipſe enim, & ſocius manuali cooperatione frequenti Architectis inſeruiebant:
neceſſaria ædificationi ſuppeditando, deferendo, quin deficiente eleemoſynario
ſæcularium ære collecto; ipſe de ordinario ſubſidio ſibi præſtito detracta portio-
ne certorum aureorum ſummam pecuniariam in ſubſidium Eccleſiæ conſtruendæ
liberaliter contulit, nec antea vel operando, vel cooperando deſtitit; quin fabri-
cæ conſũmationi vltimam manum impoſuerit, congruumque Congregationi Sæ-

culariũm

cularium Oratorium compoſuerit, quo cõpoſito veterẽ & antiquatam confraternitã inibi reſtituit (vel potius inſtituit) illis enim conueniendi, & Sacras orationes, ſeu precationes ſaltẽ feſtiuis diebus ritè, & recto ordine perſoluẽdi, Sacra frequẽtãdi, Chriſtianeq; viuẽdi peculiares regulas, & Canones præſcripſit: quibus ad hãc vſque diem inhærentes conſtitutum ſtatutum, & inſtitutum colere proſequuntur.

X. Quoniam perpetuò inſenſibiliter ſerpit hæreticalis cãcer, & latenter, atque doloſè ſubrepit Sectarius morbus: ideò Fr. Bernardus ſubdolos, nomine tenus Catholicos, ſed in perfidia fidos Caluinicolarum Achates accuratiùs explorabat, diligentiùs perſcrutabatur in ſua cuſtodia: vnde cum perfidiores nonnullos certis indicijs deprehendiſſet, ad Sacræ Inquiſitionis Tribunal fideliter delatos, puniendos, vel eliminandos curauit, & his, atque ſimillimis bonis operibus plenus ſuæ Miſſionis biennium, quaſi triennium expleuit, Cadralienſiq; Apoſtolatu prudenter, firmiterq; fundato cunctis ſui deſiderium relinquens, alibi operaturus, aliò aduocatus diceſſit. Caluinicolæ Tribunali Sacræ Inquiſitionis puniẽdos tradit.

CALCVLVS TERTIVS

Fratris THEODORI TICINENSIS Concionatoris per annos 1613. 1614.

I. FErro armata Sabandi Ducis Caſtra, ferrati Montis Mantuani Principis regionem inuadunt: vt debita, & non dedita, ſed negata iura ſua ille repeteret. Conueniebant, & concurrebant Galli milites Bellica ſtipendia accepturi, & bellicæ expeditioni militaturi, tàm Caluiniſticæ, quàm legitimæ religionis Profeſſores: quamobrem ne vix conualeſcentes, ab hæreſiq; heri, vel nudiuſtertius reſipiſcentes Cadralienſes, & Granæ Vallicolæ in recidiuum lapſu grauiore impellerent; pro familiari conuerſatione, ſiue potius dogmatica ſubuerſione peruertendo; Eccleſiaſtici Regni Vigiles Præſides Cadralio in Oppido Apoſtolicas innigilare Excubias ſolicitiùs voluerunt: hinc ſtationem ſolicitiori Fr. Theodoro Papienſi commendauerunt: Seraphico profeſſori integerrimo Minoricæ Capuccinæ familiæ celebriori Pugili, ſingulari Theologo, & Concionatori eximio, ſuæ regulæ obſeruantiſſimo, in virtutum ſtadio Curſori celerrimo: vnde & perfectionis brauium ſibi acquirere accelerabat, obliuiſcens, ea, quæ retrò ſunt, & ad priora ſe ſe extendens. Succedens igitur hic in Apoſtolico munere feruido Anteceſſori Fr. Bernardo, nec tepidiori ipſe efferueſcens Eccleſiaſtici Regni inſtaurandi zelo, & regionis illius ſaluandarum gentium zelotypia feruens, cum Cadralium appuliſſet; ex tempore nulla interpoſita mora animarum ſaluti ſolicitè conſulere occeptauit: nec accenſam in Dei Domo lucernam ſub modio, aut lecto contexit; quinimmo ſupra candelabrum eminens religioſæ vitæ, atque laudabilioris conuerſationis ſtatuens, vniuerſis Celeſtis Patris familias myſticam domum ingredẽtibus, id eſt in Catholica Eccleſia conuerſantibus præclariorum operum radijs illuceſcere voluit: quapropter Euãgelicæ doctrinæ fulgorẽ emittere aggreſſus eſt, pro ſuggeſtu ſolemniter, & celebriter declamando, Chriſtianæq; doctrinæ Communiora, & faciliora principia familiariter ſubminiſtrando: ſpiritualibus domeſticis alloquutis, ſiue colloquijs incumbebat, eſurientibus animabus Cæleſtè pabulum, ſiue deſtitutis, & nutantibus conſilium, aut congruam directionem impendendo: errantium correctioni, merentium conſolationi, ignorantium inſtructioni mirificè ſtudebat. Aduenit Fr. Theodorus. Ann. Chriſti 1614.

II. Nec intra Cadralij Oppidi vnius ſingularis anguſtos limites beneficentiæ ſuæ clarum concludebat; quinimmo ſicut hora ſuper Montes, ad ſummam vſque Granæ Vallis extremitatem aſcendens penetrabat: Montanos incolas inexcultos, rudes, & indoctos excolendo, inſtruendo, & admonendo: Parochis haud pluribus litteris inſtructis cooperabatur, atque à Paſtoribus, ſimul & ab ouibus inſcitiam malitiam, vel ignauiam, & Cæleſtiarum rerum incuriam abigere, ideſt procul agere ſatagebat: lumen Fidei incredulis ingerebat, & credentes à vitiorum tenebris eruere feſtinabat; ad hoc nocturnas tenebrarum lucifugas volucres, hæreticos veſpertiliones, ſiue nycticoraces auernales inde deturbare, vel ſuperuenientes lõgiùs expellere curans: quò lucis aues faciliùs exaudire, atque à criminibus mane reſurgere præualerent miſelli ſimplices, & decepti Vallicolæ. Per Vallis igitur Villas, ſiue vicos, & alpeſtres populariones ad congrua tempora, & opportunas vices diſcurrendo Fr. Theodorus Parœcias, & Eccleſias perluſtrando, ſyluestres plures intra dumeta, ac ſenticeta latitantes animas venabatur, & de ſua venatione rationale ſacrificium Deo Patri offerebat: vnde & coram Domino robuſti venatoris titulum præſeferebat.

Hoc

III. Hoc vt copioſius, atque abundantius aſſequeretur, nulli vnquam labori pepercit, quin omnem ſolicitudinem adhibuit: varijs excogitatis medijs; in eam tandem ſententiam peruenit; vt Fr. Philippi quondam Apoſtolicę militiæ prudentiſſimi directoris veſtigijs inhærens, quadraginta horarum orationes, ſermocinationes, & exercitia Cadralij celebraret. Quamobrem amplo prius Indulgentiarū diplomate, à Summo Romano Pontifice relato, ad excogitatum pium opus in opportuniori Parochiali Templo perficiendo maturè, & prouidè ſe accinxit. Paſtoralibus igitur, & inuitatorijs circumquaque (ſibi à Reuerendiſs. Archiepiſcopo facta poteſtate) datis litteris, & Plenarijs Indulgentijs promulgatis, circumadiacentium pagorum, Oppidorum, & Vallium populos inuitauit; ſtatis diebus, ac horis vnicuique adſcriptis ad conueniendum, & ſermocinationibus ſingularibus interueniendum, pęnitentiali expiatione præmiſſa, & Sacra Synaxi celebrata. Solemnioribus igitur, & commodioribus ad hoc prælectis feſtiuis diebus, vel ſacratioribus temporibus ſubelectis compoſito iterum, & congruè prædiſpoſito, & Templo, & maiori altari, in quo decentiori apparatu, & ornatu exornato Auguſtiſſimo Eucharistiæ Sacramento, congruis luminaribus accenſis, expoſito; recto præſcripto ordine, & religioſa compoſitione aduenientes turmas, & ſpirituales populorum acies ordinatas, & Eccleſiam ingreſſas, & coram Altiſſimo ſuppliciter procumbentes egrediens per diſcretas horas Eccleſiaſticus Capuccinus, Apoſtolicus Præco, & ſacer Orator, Fr. Theodorus, propoſito affectuoſiori themate, ſingulas ſingularibus ſermocinationibus ad Cęleſtium amorem inflammare, atque ad propriorum ſcelerum deteſtationem prouocare, perſeuerabat; donec ſimplici quidem, ſed ardentiori ſtilo, pariter ac feruido ſpiritu ſimul percutiens, & ſanans, feriens, & ſuſcitans, mortificans, & viuificans, inter vndas profluentium lachrymarum flammas amoris Diuini excitans, & inter dolentium gemitus ſpiritualis lætitiæ inſerens gaudia: Pœnitentiam præteritæ malæ, propoſitum verò futuræ bonæ, imò melioris vitæ in adſtantium cordibus ingereret, & inſtillaret. Vnde & factum eſt; vt anguſtiori quadraginta horarum ſpatio, ſine duratione vehementiori Diuini Spiritus, & ſpecialis Dei gratiæ virtute, & efficacia vberrimos; ac dignos Pęnitentiæ fructus Eccleſiaſtica germina coram proferrent, atque palam producerent.

Quadraginta horarum orationem celebrat.

Ann. Chriſti 1614.

IV. Euangelicus namque Capuccinus Agricola Fr. Theodorus ex hac ſolicitiori, licèt horaria Dominicæ vineæ cultura, abundantiſſimos ſalutis animarum prouentus recollegit, atq; in Domini Gazophylacia reportauit: non fidelium modò pęnitentium; ſed & ad gremium Catholicæ Eccleſiæ redeuntium hæreticorum, vti authentico, & exceptione omni maiori teſtimonio, voce, & ſcripto pluries repetito Reuerendus Vicarius, & Parochialis Rector Spiritus Albertus confirmauit, manuali propria experientia admonitus: copioſas namque generales Sacramentales expiationes diuerſorū, etiam facinoroſiorum exceperat, ordinarias verò innumeras exaudierat, reſtitutiones non mediocris quantitatis, vel valoris rogatus propijs ipſe manibus perfecerat, diſſidentium conciliationes, litigantium compoſitiones, imò feraliter rixantium pacificationes, iniuriarum, & illatorum damnorum condonationes, & relaxationes, incredulorum tandem conuerſiones effectas, & perfectas non numerabiles conteſtabatur: non modò inter Cadralienſes, quinimmo per totam circa poſitam regionem; ita vt exuberantiori ſpirituali lætitia, & abundantiori animarum gaudio illius plagæ & Incolę, & Accolę vniuerſi perfunderentur: collętantibus in Cęlis Angelis, & pro pluribus peccatoribus pœnitentiam agentibus, tripudia Sacra celebrantibus, congaudentibus in terra Sacris Præſulibus ob manifeſtam, & ingentem Eccleſiaſtici regni inſtaurationem, & promotionem.

Fideles, & Hæreticos ad pęnitentiam adducit.

Nequaquam verò quotidianis laboribus feſſus requieſcens, dormitabat in excubijs, quin vigilaciùs excubando, cum quoſdam Cadralienſes incolas ſubdolos hypocriſis pallio contectū Caluinū colere deprehendiſſet; Iudicibus Sacris delatos, plectendos, & coercendos procurauit. Tres iterum reduces ab eo Catholico albo adſcripti ſingulariter enumerantur. Ex Oppidanis ſunt, qui adſtruunt, à ſolicito hoc Apoſtolico Operatore, & Reparatore nonnullas in has ditione refectas Sacras Ædes propria, & perſonali, & reali cooperatione. Quia verò in genere, non in indiuiduo proferunt ſuum teſtimonium; genericè & nos veluti poſſibile; imo valde probabile illud confirmamus: ex eo quod ex alijs egregijs facinoribus, & laboribus pro Eccleſia exantlatis, zelotem illum, & feruidum Eccleſiaſtici regni promotorem manifeſtè colligimus.

Hereticos Catholico albo adſcribit. Et Sac. Ædes reficit.

CALCVLVS QVARTVS

Fr. EMMANVELIS ASTENSIS Concionatoris per annos 1615. 1616. 1617.

I. IAmdiù, multis nẽpe tẽporibus, verſatus fuerat intra domeſticos lares Cadralienſes Caluinus, & in Caluino Diabolus: quo igitur expulſo dęmone, Dominus cum illis conuerſaretur; miſſi fuerant ſuperioribus annis Apoſtolici Paranymphi Capuccini, qui viam Domino omni ſedulitate præparauerant: inter hos autem emiſſos Euãgelicos Nuncios, hoc nouiſſimo anno tertij luſtri ſæculi ſeptimi decimi, preſtò adſuit Cadralienſibus Incolis, & Accolis Fr. Emmanuel, cuius vocabulum, Nobiſcum Deus, interpretari nouimus: vt in nomine reſplenderet omen, illius ſcilicet vt Miſſione, & Apoſtolica Operatione huius Oppidi, & Vallis habitatoribus proximior, & familiarior fieret Deus per Fidem, ſimul & operantem Charitatem. Non enim caſu, vel fortuna electus, ordinatus, & miſſus venit Cadralium Fr. Emmanuel; ſed ſingulari Diuina Prouidentia, & accurata Præſulum religioſa Prudentia. Erat enim Leuita hic Capuccinus Ciuis Aſtenſis, ex Nobiliſſima Rotariorum proſapia progenitus, & ſi claris ortus, reſplendebat natalibus, & ſtemmatibus in ſæculo; religioſus effectus præclaris apud ſuos Seraphicos alumnos effulgebat moribus, refulgebat virtutibus: caſtimoniæ candidioris nitore, puriorisque innocentiæ candore, ſimplex, prudens ſolicitiorque profeſsæ regulæ, nec non regularis profeſſionis obſeruator, atque zelator: in patientia longanimis, & in longanimitate ad ſupremum vſque ſpiritum perſeuerans: in camino diutini languoris à Domino probatus, atque validè examinatus in finem. A principio igitur profeſſi religioſi curriculi in Capuccina Congregatione litterarijs exercitationibus, & Scholaſticę Theologicę facultatis ſtudijs applicitus, plurimùm in Sacra pagina profecit, atque eximius Diuini verbi declamator euaſit; vnde non ſolùm Guardianatus, & Directoris Nouitiorum onera intra Clauſtra viriliter pluries ſuſtinuit, & laudabiliter adminiſtrauit, ſed etiam foris Apoſtolicis Miſſionibus aliquando extitit ordinatus.

Fr. Emmanuel virtutũ ſplẽdore fulget.

Ann. Chriſti 1615.

II. Cadralienſia igitur ad limina vbi primùm Aſtenſis hic Patritius pariter, & Euãgelicus Nuncius applicuit: propria congenita benignitate, religioſaque ſua affabili ſuauitate Cadralienſium corda tenaciſſimæ charitatis, atque beneuolentiæ vinculo arctiori adeo ſibi deuinxit; vt ab eius ore, & oraculis penderent vniuerſi: vnde mirum non eſt, ſi renitentiorem illam gentem manſuetiorem breuiter reddiderit, propenſioremque ad pietatem effecerit: Pollebat namque Sacer hic Capuccinus Orator ardentiori facundia, facundaque efficacia in dicendo. Cum igitur indefeſſus Operarius diſſeminandi Diuini verbi intra, & extra finem nullum faceret; ſed perpetuò Euangelizando circuiret; impios, qui in circuitu irreligioſitatis ſimul, & impietatis hactenus ambulare non deſtiterant; in vias rectas, & directas ſemitas direxit, ad religioſiorisque vitæ itinera deduxit, atque reduxit: erãt enim illius verba non inania, aut riſu digna, nec auribus prurientia, ſed cordium interiores medullas penetrantia; ita vt ex adſtantium pectoribus ſuſpiria flammãntia, & ex ſpectantium oculis lacrymarum abundantiam frequentiùs erumpere cogerent, ſuſpirantesque, & lugentes ad deteſtandam nequitiam, Iuſtitiam verò eſuriendam, pariter & ſitiendam compellerent. Pepulit igitur ſuauiori, & validiori vehemẽtia oratoria quàmplurimos ad pœnitentiam, non neceſſitate, ſed voluntate, ſcilicet pia atq; Chriſtiana voluptate amplectandam, & perficiendam: per vicos, & ſepes torpeſcentes, atque pererrantes ad Cænam magni Patrisfamilias intrare gratioſè coegit: nempe ſegnes, & ignauos, quin quondam Sacrorum Oſores ad ſameſcendum, & frequentandum Sacramenta induxit, quos etiam Sacroſanctis myſterijs, atque Diuinorum celebrationi aſſiduè, vt adeſſent, adduxit, ex quo factum eſt; vt Chriſtianam pietatem apud Cadralienſes ad meliorem, & religioſiorem formam perduxerit.

Vbiq; Regnũ Dei Euangelizant.

III. Catholicam prætereà credulitatem, vel propriùs Orthodoxam Fidem mirificè propagauit, dum non modò pro ſuggeſtu, vel publico, aut familiari congreſſu religionariam incredulitatem, ſiue Caluiniſticam perfidiam reprobabat, validioribuſque teſtimonijs, ſeu ratiocinationibus improbabat: legitima dogmata confirmando, atque propugnando pro diſputatione, verùm etiam cum rudium inſcientium, tum non ſufficienter Chriſtianè ſapientium adultorum, aut paruulorum Catechiſmo incumbebat: aſſiduè Fidei rudimenta dilucidè explicando, & primaria elementa porrigendo. Vnde iuremeritò huic ſolicitiori ignorantium inſtructori doctrinæ Chriſtianæ exercendæ inſtitutio adſcribitur. Qua opportunioribus

Paruulos & adultos Fidei rudimẽta docet.

bus horis minuſculæ coadunatæ, & conuocatæ plebeculæ ſpiritualia religionis alimenta; quaſi edentulæ familiæ cibum æternæ vitæ premanderet: puerulos, & grandiores promiſcui ſexus religioſis munuſculis ad ſibi neceſſaria perdiſcēda dogmata alliciendo, & ſuaſionibus blandis pelliciendo. Tunc igitur ignaros prædocebat: qualiter ad Sacramenta accedere, conſcientias proprias diſcutere, & coram Sacerdote explicare, Sacramque Synaxim percipere conueniret: conuenientes etiam quonam pacto, Deum fideliter colere, Chriſtum piè venerari, Sanctam verò Deiparam, Diuoſque cunctos ſignanter Tutelares vtiliter, & congruè inuocare deberent: Præceptorum obſeruantiæ, boniſque tandem operibus quomodo, quando, vbi, ac quoties incumbere tenerentur: tenebras igitur criminoſæ cęcitatis, ſiuè incredulitatis à ſibi concrediti populi mentalibus oculis detergere omnino ſatagebat.

IV.

Pacificus ipſe Fr. Emmanuel, cęteris quoque donandæ pacis Nuncius euadere ambiebat: tranquillandis enim diſcordantium animis, imò rixantium cordibus in appetitum vindictæ anhelantibus, plurimùm valebat: tùm congenita ſibi, à natura morum ſuauitate, tùm à gratia conceſſa ſibi charitate, quibus plurimùm pollens ex populo plurimas quàm pluriū etiam mortaliter diſcordantium ſimultates, & inueterata diſſidia abſtulit: lites cōpoſuit, inimicitias extinxit tàm ipſa in Villa Cadralij, quā vniuerſos per circūadiacētes Pagos. Huius igitur pacifici filij Sacerdotis quàm acceptum, atq; iucūdū in Diuinæ Maieſtatis conſpectu concordię Sacrificium exiſteret, apertè Deus ſequenti portento populo ſignificare, atque conteſtare voluit. Laborabat plurimùm quadam die Fr. Emmanuel in Antonij Ormezani ædibus conſiſtens, vt iamdiu exorta, hoſtilibuſque aggreſſionibus exercita mortalia iurgia inter Cęſarem quemdam Fontanellam, & Ioannem Baptiſtā Mauchinum extingueret: dum igitur Capuccinus mediator diſcordantes partes viciſſim, & diſtinctè diſcretèque conueniens, efficacioribus demonſtrationibus, atq; commonitionibus ad Euangelica ineunda fęđera vnitatis, & Chriſtianæ pacis perurgeret; en ex improuiſo diabolico furore correptus, & nequiori ſpiritu agitatus Cæſar, vt Ioannem Baptiſtam aduerſarium confodiat, tormenti bellici laxata rota geminas ignitas plumbeas glandes emittit, quæ non Ioannem Baptiſtam Antagoniſtam, ſed Catharinam Iouialem hoſpitis famulam vtenſilia domeſtica detergentem feriunt, altera in manu deinceps in perpetuum operi inhabilis reddita, altera vētrē verſus tēdens, ancillamque circa fęmora percutiens in Doctrinæ Chriſtianæ libellum, quem veſti aſſueta ſaccula aſſeruabat, incidit, cumque ignita glans tegumenta cuncta, liberculique plurima folia penetraſſet; vbi primùm ad Deiparę Virginis paruulam Imaginem, intra libellum repoſitam peruenit; impellente omni ſua vi deſtituta, ſtetit, & in terram decidit, Catharina ex illa parte nullatenus lęſa: quod vbi adſtantes, qui famulæ vitæ quàmmaximè timebant, conſpexerunt, abſenteſque coopidani intellexerunt; nunquam ſatis admirantes, & Matris Dei interceſſio, & Chriſtianæ Doctrinæ deuotio quam fidelibus proficiant, agnouerunt, Deumque pariter donorum largitorem laudauerunt: impenſiùs vtriuſque Sacrum cultum venerantes, cunctos ad ſimilia vota adhortantes; Virginis Matris Imaginculam nobilis quędam pia fęmina Adriana Rubea nomine, eximia deuotione, atque reuerentia apud ſe intra ſua præcioſiora retraxit: libellus verò ad hanc vſq; diem apud Apoſtolicos Cuſtodes Capuccinos in paruula Bibliotheca aſſeruatur, in monſtruoſi euentus memoriale perenne.

Lites & diſſidia componit

Ann. Chriſti 16.7.

V.

Mel, & lac ſub lingua eius, & fructus eius dulcis gutturi vniuerſorum: verba vitæ perpetuò in ore geſtabat Fr. Emmanuel, quia continuè, vel de æterna acquirenda, vel de temporali vita deſpicienda domeſticas per ſermocinationes, vel confabulationes pertractabat: ſpiritualia ſemper, ſæcularia numquam, ſiue nuſquam proloquebatur: animæ proficua cuncta, noxia conſcientiæ verba nulla promebat, quin hæc ſi quæ à circumſtantibus propoſita audiebat; pernicioſum in perutilem ſermonem ex-tempore conuertebat: Martiales euentus nunciantibus pacis impetrandæ neceſſitatem reſpondebat, & oſtendebat: propter aduerſa conquerentibus, patientiam neceſſariò acquirendam perſuadebat: de proximorum maleficijs quærulos contextus recenſentes, Chriſti Domini Saluatoris, Sanctorumque omnium obiectis exemplis, lædentibus parcendum eſſe demonſtrabat: inutilia, & otioſa, ſiue iocoſa verba obloquentes ad ſerios, vtiles, atque neceſſarios diſcurſus prouocabat: ſatagens aſſiduè; vt noxijs cunctis à ſibi commendata plebe reſecatis, bona vniuerſa ſua ſolicitudine conſereret. Mellifluò igitur, atque per omnia benefico Doctori, mirum non eſt, ſi beneficijs affecti populi abundantiori, & exuberantiori munificentia reſpondebant: pro ſpiritualibus temporalia ſubſidia largiter rependendo: in ſpiritu namque, animæ ſaluationi ſibi fideliter Miniſtranti, ſubminiſtrabant illi in carne corporis ſuſtentarioni neceſſaria alimenta, verū Fr. Emmanuel argumentoſa ſua Seraphica charitate exuberantem diuitū ſibi præſtitum cenſum, ideſt vberiores, & frequentiores ad ſe tranſmiſſas ciborum elargitiones

Verba vitæ omnibus proponit.

in profectum pauperum cumulabat: ex quotidianis enim populi præſtationibus eleemoſynarijs cum ſocio victirando, totum ære Apoſtolico ſibi attributum ſtipendium in pauperes, ſiue pios vſus conſeruabat, conuertebat, atque erogabat: neq; enim circumeuntibus egenis modò, ſed egentibus vniuerſis, ſiue indigenis, ſiue alienigenis ſuccurrebat, ſanis quidem, ſed ægrotantibus magis: languentium pupillorum, & viduarum præcipuam curam gerens, quò vtriuſque hominis interioris, & exterioris curationem perficeret. Sanis, & ægretis opera miſericordiæ impendit.

VII. His pijs religioſæ munificentiç operibus intentus Apoſtolicus Regni Eccleſiaſtici inſtaurator magnificentiæ nequaquàm obliuiſcebatur, quinimmò ex ſibi detractis pecuniarijs ſubſidijs, Sacras vel Ædes, vel ædiculas nõnullas reſtitutas, inſtauratas, atq; ab eo exornatas tradunt noſtra manuſcripta, nec iniuria: cũ enim Seraphicus hic D. Franciſci Alumnus legitimos cũctos ædificare mirificis ſuis exemplis ſatageret; haud credibile fuerit ipſum Eccleſiarum reædificationi, ſiue Sacellorum reparationi defuiſſe. Adfuit enim perpetuò, & cultui Diuino honeſtiùs exercendo, & Sacrorum cultoribus impenſiùs obſequendo, ſimul & inſeruiendo, in Sacramentorum adminiſtratione, & Diuinorum myſteriorum, ſiue Sacerdotalium miniſteriorum celebratione: nonnullos incredulos ſignanter ad Fidem reducendo: vnde cum expleto triennio, pro concione populo proximum ſuum diſceſſum indixiſſet; atq; adſtantes benedicturus ligneam Crucem arripuiſſet; commota concione profuſiores adeò in lacrymarum irrigationes eruperunt vniuerſi; vt ne vnus quidem ex eis ſuperfuerit, qui ſiccis oculis largiter non defleret amantiſſimi Patris importunum abſceſſum, futuramq; illius abſentiam non lamentaretur. Totius igitur illius gentis & fletibus, & felicioribus ominationibus aſſociatus, turbaque ſequentium optimatum comitatus Cadralio digreſſus, receſſit Frater Emmanuel, cuius memoria apud & ſuos, & alienos, & domeſticos, & exteros eſt, & erit in perpetua benedictione. Amen. Sacras Ædes reſtaurat. Quoſdam ad Fidẽ reducit

CALCVLVS QVINTVS

Fr. ANGELI à MONTECALERIO Antiquioris Concionatoris per annum 1618.

I. STrenuiſſimi equidem Triumuiri, poſt geminos Prçcurſores hactenus in Cadralienſi Cuſtodia collaborauerant; vt a Catholica republica aduerſantium Sectariorum hoſtiles inuaſiones arcerent, & deuaſtationes repararent, & ex parte quidem ſuis laboribus, & conatibus illata ab hæreticis damna infidelitatis compenſauerant, ſubuerſoreſq; hoſtes infenſiores, ideſt Caluiniſticç defectionis aſſertores, atque diſſeminatores propulſauerant, neutrique tamen ſubuerſos homines, vel diſſeminatos errores penitus, à Cadralienſi plebe, vel Eccleſia pepulerant, aut repulerant, multò minùs hæretici ſeminis damnata germina ne repullularent, ſaltẽ occultè, prohibere præualuerant. Valebat igitur adhuc Sectaria defectio, nec penitus defecerat ab illis gentibus Caluiniana infectio, aut Lutherana deceptio: Quamobrem poſt Triumuiratum, ideſt trium præcedentium Operariorum ſolicitam Cuſtodiam, quartus vir ad Apoſtolicas excubias obſeruandas apud Cadraliẽſes emiſſus venit Angelus teſtamenti, nempe Fr Angelus à Montecalerio, noui teſtamenti, Euangelicæ videlicet doctrinç, ſiue vitæ Profeſſor acerrimus. Hic in Montecalerio Pedemõtanæ regionis peropulento, ciuiliorique Oppido honeſtis, & Clarioribus ſatis Natalibus exortus, ex Progenitoribus Capuccinæ religioni pietate addictis, Seraphicoque Patri ſingulariter deuotis originem traxit: id ex hoc liquidò ſatis cunctis conſtare autumo; quòd trinos mares liberos laudibilioris indolis, nec mediocris çxpectationis adoleſcentes ipſo in floridç ætatis robore Omnipotenti Deo Capuccinis in Clauſtris, Franciſcanis in caſtris ad militandum commodarunt. Inter quos natu, & profeſſione minimus Archangeli, medius vero Angeli vocabulum, & nomenclaturam religioſam ſortitus eſt. Quo igitur denominationi reſponderent actio, & operatio, cùm Fr. Angelus Angelica puritate, atque innocentia fulgens, religionem ingreſſus, per temporum incrementa virtutum accrementa ſe proſequi facto comprobaſſet; litterarum humanarum, diuinarumque ſcientiarum paleſtris apud ſuos applicitus, atque implicitus extitit, in quibus cum mirificè profeciſſet, atque inter plures excellens apparuiſſet; earumdem facultatum Prælector electus Capuccinos alumnos plures ſuç eruditionis effecit, & reliquit hæredes (quibus cohæredem gratitudinis debito meipſum quoque profiteor). Quia igitur perfectioris conuerſationis exemplo, & ſtrictioris obſeruantiæ zelo effulgebat Fr. Angelus; Angelico, ſiue Apoſtolico miniſterio fuit deſtinatus, non ſemel, ſed ſæpius. Poſtquam ergo aliquoties Guar

Ann. Chriſti 1618.

Deſtinatus venit excubitor Fr. Angelus.

diani officio apud ſuos ſingulari humanitate, & ſuauitate functus fuiſſet; ad inuigilandum Cadralienſi Cuſtodiæ extitit ſubrogatus.

II. Accedens igitur Angelicus hic operarius ad demandatam ſuæ curæ ſtationem ſationem ſuam à Diuini verbi diſſeminatione auſpicari voluit, quia veluti egregius Eccleſiaſtes plurimùm concionatorio munere valuit. Quoniam ergo Cadralienſibus primò ſe miſſum, intelligebat; huius pagi Incolis, & Accolis ſpirituales gazas, quibus erat inſtructus, non parcè diſtribuebat; concionando frequenter, dogmatizando perpetuò, catechizando aſſiduè. paruulis namque ſimplicioris, & facilioris doctrinæ lac potum dabat, grandiuſculis panem frangebat, prouectioribus ſolidum cibum porrigebat: vnde nullus ab eo eſuriens, vel famelicus recedebat: quia non ſola verbi paſcua ouibus præſtabat, ſed & Sacramentorum alimoniam miniſtrabat: Pœnitentiales confeſſiones, ſiue frequentiores, ſiue ſubannales, ſiue generales infatigabiliter, & humaniter excipiebat: Eucharisticum Agnũ electis, ſiue fidelibus ouiculis libenter adminiſtrabat: Miſſæ Sacrificio, & Sacrorũ exercitio credentibus ſedulus preſtò aderat: Hæreticalia venena eruditiſſimè damnabat, reijciebat, reprobabat, omnique ſtudio populo abominanda, atque execranda demonſtrabat: Caluiniſticas tandem ſiue Lutheriſticas reliquias, aut quiſquilias omninò proijcere, detergere, euerrere, ſiue de Dei Domo euertere, atque ſubuertere ſatagebat, haud mediocri cum pietatis, Orthodoxæque religionis emolumento.

Verbum Dei ſingulis diſtribuit, ac Sacramenta adminiſtrat.

III. Quod vt abundantiùs, pleniùſque, ſeu faciliùs conſequeretur; Catholicos præcipua, & ſingulariora nonnulla exercitia inibi conſtabilienda, pariter & frequentanda propoſuit. Quamplurimis quidem pijs ſpiritualibus exercitamentis, præcedentes vigiles enixi fuerant, prophanas Sectariorum nouitates, nouaſque Schiſmaticorum prophanationes euellere, verùm pium aliquod Chriſtianæ pietatis Sodalitium nondum Cadralienſi in Eccleſia inſtitutum conſtabat. Quamobrem Fr. Angelus peculiari huic operi mentem, manumque admouere voluit: quo igitur ſimul, & ſemel & credentium deuotionem promoueret, & incredulorum figmenta, ſeu irreligioſitates remoueret; Corporis Chriſti inſignem Sodalitatem Parochiali in Templo, neceſſaria ad hoc relata poteſtate, inſtituit, hactenuſque pium huiuſcemodi incognitum huic populo opus mirificè excoluit, honorificèque excolendum propoſuit, verbo pariter, & exemplo ſuaſit, quò diuinus cultus in dies magis, ac magis reſplendeſceret. Rurſus vt & Filij, & Deiparæ Matris venerationem firmaret, operibuſque tradita dogmata confirmaret; Roſarij Mariani Congregationem ſelecto in Sacello conſtituit, Roſarianæque Coronæ recitationem, & meditationem frequentandam curauit: vtrique Societati, congruas, atque opportunas præſcriptiones attribuit, quibus rudis populus ſpiritualium exercitationum adhuc inexpertus inſtrueretur. Adſtabat igitur ipſe ſolicitus Capuccinus Leuita conuenientibus Tyronibus, atque breuioribus ratiocinationibus, efficacioribuſque adhortationibus congregatam plebem perdocebat: qualiter Deum colere, Dei Genitricem venerari, Diuoſque inuocare deberent præmonſtrabat: qualiter Diuina myſteria meditari, quomodo præoſtenſum Sacrorum cultum vtiliter exercere valerent, prædicabat: ſegnes perurgebat, negligentes prouocabat, vniuerſos hortabatur; vt non carnis, ſed ſpiritus neceſſaria opera curarent: quod vt ſolicitiùs, exactiùſque perficerent ſtatutis pro vtroque Sodalitio Dominicalibus, ſiue profeſtis diſcretis diebus publicas ſupplicationes indixit, ad quas vt cõuenirent; & pio ſtatuto, ſiue inſtituto condixit: ſicque ad publicè Catholicas veritates, & titus vſque in præſentem diem profitendos, & proferendos adduxit.

Ann. Chriſti 1618.

Gemina ſodalitia inſtituit.

IV. Infatigabilis hic Euangelicus Operarius cum domi ſtabat, non quieſcebat: ſi autem foras egrediebatur; plurimum laborabat. Perambulabat ergo Granenſis Vallis & Vicos, ac Villas, dogmata Sacra diſtribuendo, indoctoſq; Vallicolas illos perdocendo: tum declamationibus publicis in Templo, tum familiaribus congreſſionibus in domo, ſiue in foro, Orthodoxæ Fidei rudimenta explicabat, congregatis antiquioribus, ſiue iunioribus: ignaros, ſimplices, rudeſque cunctos Genitores, & genitos, mares, & fęminas edocebat Chriſtiano homini ad ſalutem neceſſaria rudimentalia dogmata: neffaria Sectaria periptemata reijcienda ſuadebat, declarabat, explicabat: Romanæ Eccleſiæ placitą, tamquàm fideliſſima Oracula amplectenda, atq; proſequenda indicebat, prædicabat: hinc à Prędicatione digreſſus, Sacrorum adminiſtrationi incumbebat; accedentium promiſcui generis confeſſiones Sacramentales humaniter excipiendo, tum Sacramenta ſignãter Euchariſtica diſpenſando: vniuerſorum neceſſitatibus ſpiritualibus præcipuè infatigabiliter ſuccurrendo. Diſcurrebat namque cunctis indiſtinctè temporibus, ſiue hyemis, ſiue æſtatis, ſiue ſereno, ſiue nubilo Cęlo: nullam verebatur aut frigidioris, aut calidioris aeris inclementiam, nullam pertimeſcebat vel longioris, vel aſperioris itineris difficultatem: nullis detinebatur, ſeu imbrium, ſeu niuium, ſeu glacierum, ſeu ventorum, ſeu tandem fluminum incommodis, aut periculis, quin

Continuò fatigatur pro animarũ ſalute.

Apoſto-

Apoſtolando & Vallium complana, & ardua montium, & Alpium remotiora penetraret, erraticas ouiculas Chriſti ſanguine redemptas quæritando.

V. Cadralienſi in ſtatione ſtabile adhùc, ſiue ſtatutum domicilium nullum inhabitabant Capuccini Excubitores, ſed communibus expenſis conducta domo vtebantur. Quamobrem cum Diſciplinatorum Congregatio anguſtum ſuum oratorium publico Xenodochio cohærens Religioſis Leuitis excolendum obtuliſſet; libenter Seraphici Patris alumnus, pijs Confratrum votis acquieuit, eò quòd pauperculorum habitaculo approximare gauderet. Stabat adhuc inibi ſuperſtes antiquæ dirutæq; Oppidanæ munitionis peruetuſta, & derelicta turris, tam Xenodochij, quàm Oratorij Sacris Ædibus proxima: hanc à pio Cadralienſi Marchione Illuſtriſſimo Domino Thoma Iſnardo commodatam Frater Angelus inſtaurare aggreſſus eſt, & in Religioſi Cœnaculi formam redigere tentauit: diminuto ſibi, ab ærario Apoſtolico præſtito, ſtipendio, vel potiùs alimento, quam poſtea ſucceſſores deuotorum elargitionibus conſummatam, congruam in habitationem vſq; ad præſens ſibi delegerunt. Ipſe verò Frater Angelus vix elapſo anno inde euocatus, cœpit quidem turrim ædificare, ſed obedientia reuocatus, non valuit conſummare. Poſtquam igitur egregia facinora plura perpetraſſet: prauitatem hæreticam euellendo, Catholicam pietatem plantando, deprauatę plebis incorrectos mores redarguendo, & Chriſtianę Religionis ritus, ac traditiones confirmando, Eccleſiaſticum denique ſpirituale regnum ædificando, quò ſatanę regnum deſolaretur; egentes, & lugentes alias Eccleſias, vt conſimili ſolicitudine conſolaretur, Cadralio diceſſit expedito vix vnius anni circulo. — *Miſſionis habitaculũ preparat.*

CALCVLVS SEXTVS

Fratris GASPARIS à PINEROLIO Concionatoris per annum 1619.

I. Cvm incredulis Iudæis Deus Incarnati Verbi, aduētantis Meſſiæ Aduentum, Fidem, ac regnum authenticè manifeſtanda decreuiſſet; non quemlibet virum, aut quamcumq; perſonam ad huiuſcemodi perarduum opus deſtinauit, ſed tres potentes, ſimul ac ſapientes orientales Reges delegauit: qui ſapientia, pariter & potentia, necnon Illuſtruioris generis nobilitate nati Regis veritatem proteſtarentur, atq; præclariori atteſtatione conteſtarentur: eo validiori teſtimonio, quo increduliori populo grauiora, ſiue altiora Myſteria ad Prędicanda mittebantur. Vocitabantur autem Magi (vt Eccleſiaſtica fert traditio) Baldaſſar, Melchior, & Gaſpar. Cum non ſatis credulis Sectarijs, intra Cadralienſem plebem, adhuc promiſcuè degentibus Verbi Incarnati legitimum regnum, nempe Catholicam Eccleſiam Romano Hierarchę ſubiectam prędicari decreuiſſent, ſub his temporibus, Hierarchici Ordinis Præſules; non quemlibet virum Religioſum, aut quamcumq; perſonam Eccleſiaſticam venire ad Apoſtolicũ opus voluerunt, ſed Seraphicum inſignem Pugilem & generis nobilitate, & animi robore, & ſcientia prẹditum Capuccinum deſtinarunt, qui potens in opere, & ſermone, ſapientia, pariter & potentia, eò validiori quò efficaciori, & prẹclariori teſtimonio Orthodoxas veritates perfidis adhuc homuncionibus illis conteſtaretur. Vocabatur autem hic miſſus Athleta religioſa nuncupatione Frater Gaſpar à Pinerolio, & ipſe Patritius Aurati Equitis, & militię Magiſtri filius ex nobiliſſima Purpuratorum familia, qui Minoricum in Capuccinorum Congregatione inſtitutum profeſſus, non minimus obſeruantię regularis Profeſſor euaſit. Zelans igitur hic Leuita zelum Legis Euangelicę perfectionis ſępiùs moderandis Conuentibus Prẹfectus extitit, & cum non vulgaris Concionator euaſiſſet; Apoſtolico muneri obeundo ordinatus, & deſtinatus fuit. — *Ann. Chriſti 1619.* — *Feruidus venit ad hanc Cuſtodiã Fr. Gaſpar.*

II. Vnus, ſolus, vnicuſq;, atque ſolitarius exiſtens Frater Gaſpar trium tamen regum munera Domino offerre feſtinauit: hac ſibi in demandata Euangelica expeditione, non dicam modò Aurum charitatis, Incenſum orationis, Myrrham mortificationis, ſed ſuperaddendo alleram, ab hoc Religioſo operario preſtitam in miniſterio: Myrrham ſtrenuę, atque laborioſę fatigationis, Incenſum congruę Sacramentorum adminiſtrationis, ſimul & Sacrificiorum prẹſtationiș: Aurum prẹclarę, atq, dilucidę Diuini verbi, & Cęleſtis Orthodoxę ſapientię diſtributionis: non grandioribus, aut potentioribus modò ſui muneris opera impendendo, ſed paruulis etiã, & pauperculis veluti infantulo Ieſu exhibendo: ſine namq; perſonarũ acceptione, ſine differētia diſcretionis, nulla admiſſa difficultatum, vel difficiliori operis exceptione; ſibi cōcredito in onere Euãgelico miniſtrabat: in doctrina, in integritate, in verbo veritatis, in charitate non ficta, in ſolicitudine, in ſimplicitate. — *Euangelico oneri ſolicitè incumbit.*

Rom. c. 12.

III. *Qui tribuit in ſimplicitate* (monebat Apoſtolus) *ſed qui praeſt in ſolicitudine* . Præpoſitus igitur Cadralienſi Cuſtodiæ Frater Gaſpar , ſolicitus peruigilabat in Excubijs : vnde & ſæuientis Herodis , & inſidiantium Scribarū occultas in Ieſum inſidias deprehendit , hoc eſt dicere : fraudulentium quorumdam hypocritarum , potentiorumq; nonnullorum Caluiniſtarum vafritiem , malitiamq; detexit, qui ore tenus Catholiciſmum profitentes, corde, & opere Caluiniſmum proſequebantur,ſicque Chriſtum in ſuis fidelibus perſequebantur , ſecreto quidem , non tamen occultè adeò, quin opportunis ſuę perfidiæ temporibus, ac locis, latitantis in pectore erroris in actione, euidentiora indicia, ſiue teſtimonia non proferrent : quamobrem à vigilace Capuccino Excubitore deprehenſi , humaniſſimè ab eo primò aliquoties ſingulariter admoniti extiterunt , haud verò ſuauioribus correpti reſipiſcere voluerunt ; quinimmò humanioris monitoris longanimitate abutentes , inſolentiores effecti priuatim nefaria Caluiniſtica placita per domos, & viciniam circumferre præſumpſerunt,& accelerauerunt: vnde Eccleſiaſtico Regno per poſticum inſidiantibus perduellibus feſtinauit, & ipſe Frater Gaſpar occurrere,palam eos increpando, eorumq; nequiora molimina apertè, & ſedulò explorando, atq; obſeruando ex propoſito: quamobrem tandem aliquando in hęretico facinore deprehenſi , ſatellitibuſq;traditi quatuor ex primoribus perfidi (quinto ex Catholicis tamquàm Hęreticorum fautore adaucto) eò quòd Ducalia iura Religioni fauentia palam violarent , carceribus mancipati ſunt . Quę res plurimorum Cadralienſium Oppidanorum Euāgelico Stationario parauit inuidiam, imò iracundiam.Plures namq; ex carceratorum agnatis capiti eius inſidiari occeptauerunt , & perſeuerauerunt impudenter adeò ; vt minacibus contumelijs , & opprobrijs eum conuenientes, & afficientes , Fidei ſtrenuum propugnatorem perterrefacere non abſtinuerint . Verum omnia fruſtra : caſſo enim vulnere ſilicem eorum iacula feriebant : ſagittæ namque paruulorum factę ſunt plagæ eorum , & infirmatæ ſunt contra eum linguæ Sectariorum . Pectoris enim inſuperabili robore atq; robuſtiore zelote ſpiritu armatus, & afflatus Frater Gaſpar perſtitit in Statione , nec proprio muneri defuit, quinimmò cum etiam carnis , & ſanguinis hoc eſt Procerum affinium potentia valeret , preualuit violentiores Fidei hoſtes reprimere , donec inter carcerum vmbras , & vinculorum tenebras illuceſcente Cęleſti lumine , quatuorque vinculatorum corda perluſtrante, tandem clarum Orthodoxæ Fidei apertiùs perſpicientes,quaterni captiui perfidiæ tenebris deterſis diſruptiſque clauſtris mortis , & hæreſium compedibus diſſolutis, abſoluti à cenſuris, & pęnis expediri ad Fidelem Eccleſiam conuolarunt . Quos tandem ſecutus fuit quintus quidam obſtinatior , & ſcelestior Caluiniſta, & ipſe Cadralienſis, qui vt ſimplices Fideles à Sacris Ædibus, & ſpiritualibus exercitationibus frequentiùs exercendis retraheret ; nocturnis tēporibus , ſub communi loculo , cadaueribus defunctorum aſportandis publicè in cęmeterijs expoſito , latitans flebiles , horribiles , terrificaſque ſtatis horis voces edebat, & quærulas mortuorum , ſiue laruarum , ſeu Manium eiulationes effingebat . Huius ridiculis terriculamentis , hæreticaq; colliditate detecta , correcta impudentia, & redarguta malitia , tandem Fr Gaſparis monitionibus , ſimul & adhortationibus impulſus figmenta Caluinicula deierans veritati Catholicæ locum dedit .

Potentiores Caluinizantes deprehē-dit, & puniē-dos curat.

Inſoleſcētes carceribus mancipātur .

Carcerati reſipiſcunt , & à cēſuris abſoluti liberātur .

An. Chriſti 1610.

1. Corint. c. 15.

IV. *Corrumpunt bonos mores colloquia mala , aiebat Apoſtolus* , ſed deprauant rectam Fidem Codices praui : quia viua voce non audent ſubdoli Pſeudodoctores hæreticas quiſquilias, ſiue nugas venditare ; conantur , editis libellis fraudulenter diſtributis , ſua peripſemata circumferre , & quod non valent eloquio , præualere nituntur damnato ſcripto . Contra enitebatur Antagoniſta Seraphicus, vt conatus vniuerſos Sectariorum caſſos redderet : vnde viuaciori , ardentiorique voce Pſeudodoctrinam Impoſtorum refellebat, impreſſoſq; Hæreticorum libros ſolerti ſolicitudine conquiſitos , de deſipientium manibus , ſiue domibus ereptos reponebat . Horum igitur Anathematum non exiguam quantitatem , nempe ad gemina iumentorum onera cùm collegiſſet; Sancti Officij ſibi attributa auctoritate,publicè in foro conſtructo rogo, pro diebus feſtis præconis voce clamante, canonicum in catalogum redactos codices Iuridicè flammis concremandos expoſuit , & in cineres redegit .

Nefandos libros eligit, & comburit .

V. Verum enimuerò poſtquam pro viribus Sectariam impietatem Frater Gaſpar de medio tollere ſategiſſet ; pro virili rurſum Catholicam pietatem promouere ſtuduit: vnde cum ſacrorum cultum minus congruè , & honorifice exerceri animaduerteret, ex eo quod gemina Parochialia Templa Sancti Pauli, alterum deſertum, Sancti Ioannis Baptiſtæ vnum Sacroſanctis myſterijs exercendis fere ineptum , Cadralij in Oppido inexculta vacarent ; illorum inſtaurationem moliri, & tentare occęptauit: ne vero perarduum opus totum ſimul adoriendo, parum, aut nihil perficeret , ſiue proficeret ; vnius primum reædificationem , nempe Sancti Ioannis Baptiſtæ Eccleſiæ efficaciter proſequendam , vnà ſimul cum Reuerendo Domino

Rectore Alberto decernit, & populo communibus ſumptibus peragendam propoſuit: verùm diſſimulantibus tepidioribus Oppidanis, cum prædictæ Sacræ Ædes, iam diù collapſis culminibus, fere in totum tecto carerent, ita vt vix vnica ara Sacris habendis aliqualiter, licèt minùs honeſtè apta reperiretur; quò renitentes Parochianos ad ſuæ Pareciæ reparationem aliqua arte compellerent; Reuerendiſſimum Archiepiſcopum Taurinenſem conueniunt Parochus, & Miſſionarius, & pro interdicto ſubijcienda Parochiali Diui Præcurſoris Eccleſia interpellant, quibus cum ille benignè annuiſſet; cœperunt Incolæ de reparatione cogitare, dumque neceſſaria operi congregare vnanimiter populus, & Sacerdotes accelerarent pro cõſummatione Templi: Fr. Gaſpar anni curriculo euoluto reuocatur ad Clauſtra, propoſito vix incepto facinore.

Parochialis Eccleſia reſtaurat.

CALCVLVS SEPTIMVS

Fr. GERVASII TAVRINENSIS Concionatoris per annos 1620. 1621.

I. DEus, cuius prouidentia in ſui diſpoſitione, id eſt ſuæ Catholicę Eccleſię in prouiſione non fallitur; cum ſicut arte medicinæ calida frigidis, frigida calidis curentur; ſic & ipſe contraria appoſuit medicamenta peccatis, ſiuè adiumenta, & ſubſidia congrua infirmitatibus. Languebant igitur adhuc tepidiori ſpiritu Gadralienſes, ſegniorique cultu, quam par eſſet, religionis exercitia, Chriſtianæ pietatis miniſteria proſequebantur. Quamobrem Eccleſiaſticorum Præſulum prouida ordinatio ad ſtertentem, vel dormitantem horum fidem excitandam, & penurgendam, Vigilacem excubitorem, ſolicitumque excitatorem Fr. Geruaſium Taurinenſem venire decreuit. Pollebat hic D. Patris Franciſci diſcipulus vegetioris & ſpiritus, & corporis robore, Doctrina, & Oratorio munere valens, animarum ſaluationem, pariter ac Diuini cultus reſtitutionem apprimè zelabat, iſque promouendis ſtrenuè cooperari anhelabat; intra regulares Capuccinos domeſticos lares Prælationis præclara munia exercens, diſciplinæ Seraphicæ ſplendorem aſſeruare ſtudebat; extra autem Apoſtolicum onus ſuſtinens, Eccleſiaſtici regni inſtaurationem validis conatibus moliri ſatagebat.

Anno Christi 1619.

Venit demādatus vigilax excubitor Fr. Geruaſius.

II. Prouidus igitur Eccleſiaſtici ædificij inſtaurator, vt inde noua ſtructura inciperet, vbi vetus ædificatio deſierat, ſeque legitimũ ſui Prædeceſſoris Euangelici ſtructoris ſucceſſorem oſtenderet, qui opera operibus intexeret; opus quod ille iam cœperat ſolicitè ipſe proſequi voluit; itaque ibi prius hic manum admouit, vbi alter ante deſierat, ſicque à minoribus incipit, nempè materialibus, vt ad maiora ſpiritualia ſcilicet poſtea perueniat. Intellexerat igitur Fr. Geruaſius, Gadralium adueniens, Coapoſtolici ſui Fratris Gaſparis præclara molimina pro geminis huius pagi reſtituendis Parochialibus Templis, comprobauit propoſitum, & initiato pio operi mentem, & manum apponit. Pro concione ergo declamans, Gadralienſibus incolis, indecoram Pareciarum iniuriam, pariter & deſertionem, vel melius deſolationem vehementiùs cœpit exprobrare, mox eadem animi, & concionis contentione, atque vehementia occœptauit, eoſdem ad ſanctiora ſtudia prouocare, ad neglectæ hactenus, penituſque deſertæ Domus Dei erigendæ ſimul & curandæ ſaniora conſilia frequentiùs, & validiùs interpellando; quod tandiù perſtitit ille perſuadere, quandiù iſti obtemperare, & auſcultare perſuaſori protelabant, tandem prouocantis ſacri declamatoris vocibus expergefacti, dormitantes hactenus Oppidani coacto publico optimatum Conuentu, communi facta collatione quadringentos, & viginti quinque Pedemõtani numiſmatis aureos pro D. Ioannis Baptiſtæ Sacris Ædibus reficiendis attribuerunt, huicque reſtaurationi neceſſaria plura adminicula prædiſpoſuerunt: inſtante Capuccino ſolicitatore, qui ad hæc omnia ſuam opem, & operam religioſam ſedulam pollicebatur.

Inceptum à præd. Fratre opus perfici curat.

III. Vir erat à natura non prouidus modò, ſed & ſolers, ac induſtrius Fr. Geruaſius: cum ergo publico ære in communi collato, Parochiale vnum Sancti Præcurſoris Templum reſtituendum curaſſet, & prouidiſſet; alterius ſcilicet Apoſtoli Pauli Sacris Ædibus reparandis, nouo excogitato conſilio, conſulere voluit: nempe communibus quidem Oppidanorum ſubuentionibus, at non ex publico ærario deſumptis, ſed oſtiatim emendicatis elargitionibus, vel denariorum, vel grani, aut vini, ſiue cuiuſlibet ſpeciei, vel generis pecuniæ, minas erigere: cuius religioſæ ſtipi emendicandæ indefeſſam ſuam, ſuique ſocij Sacerdotis operam offerebat, atque dicabat: conditione igitur ab oppidanis acceptata, publicaque auctoritate, geminis pijs religioſiſque viris, Capuccinis in ſocios, & operis collegas, deſignatis, corporum Seraphici quæſtores, & Euangelici Procuratores circumeundo

S. Ioannis Baptiſtæ & Pauli Templ. reſtaurat.

per Villam, & Vicos; & Domos pias ſubuentiones quæritare; ſingulos, & vniuerſos viros, ac mulieres diuites, minus opulentiores, & pauperes ad yberiores elargitiones præſtandas adhortando: petebant, rogabant, prouocabant cunctorumque etiam renitentium animos pijs precibus, ſeu cohortationibus pulſabant, vt inſtaurandis Sacris profana ſua vectigalia conſecrarent. Quod cum inſtanter, & indefeſsè quotidiè præſtarent, bini illi Seculares comites adaucti, laboribus feſſi breuiter defecerunt: vnde prioribus illis ſuffecti alij duo in opere ſucceſſerunt. Verùm cum non modo per pagum ſed; & per agrum circumcirca peragraretur Infatigabiles Capuccini quæritandæ ſtipis propoſito, & iſti ſecundi fatigati receſſerunt: ideò & plures ſucceſſiuè ſuperuenientes, improbo labori ſuccumbentes per vices adſtiterunt: dum Fr. Geruaſius cum ſocio nondum, imò numquam laſſeſcentes, quin conualeſcentes vniuerſos confines circumcurſantes colligendo conſummauerunt.

IV.

Collegerunt ergo oſtiatim ad ſtipem manus porrigendo Sacri propoſiti executores, & impleuerunt quantitatem valoris ducentorum & quinquaginta manualis pecuniæ aureorum, quibus viro probo, & idoneo commendatis, Fr. Geruaſius ex-templo nulla interpoſita mora muros, & dirutos parietes Apoſtolici Templi refici curauit; ſe ni dirutæ Sacræ Ædes S. Pauli dumetum potius, vel rudetum redolebant, quàm ſanctuarium: deiectum iacebat ruderibus obrutum quondam grande pinnaculum, collapſo tegumento ſuperiori, inferiora, & interiora cuncta corruebant; lucbant altaria, lugebant Sacraria, Sacræ Icones vel ablatæ, vel deformatæ, aut deturpatæ; ſiue excæcatæ, aut tandem abraſæ: ſilebant iamdiu Diuina, exulabat à multis temporibus diuinus cultus. Quapropter ſolicitator Euangelicus Præfectus operis perurgens, operarijſque, ac ædificatoribus conductis, Diui Pauli Eccleſiam reædificare aggreſſus eſt; nec ante regreſſus ab opere quieuit, donec reſtitutis mænibus, culmine conſtituto, aſportatis ruderibus, extricatis dumetis, congrua litura parietibus illitis, fornice conſtructo, grandiori ara ſuberecta, huicque ſufficienti Choro poſtpoſito, elegantique Icone ſuperpoſita, appoſitis ianuis, compoſitis feneſtris, eminentiori denuo erecto pinnaculo, optimates Oppidi ſuauioribus ſuaſionibus adduxit, vt publicis expenſis ſufficientem campanam comparatam recenter campanili conſtructo imponerent, ſicuti & breui manu perfecerunt. Verum enimuero reſtituti iam, vt in plurimum, Templi elegantiorem inſtaurationem plenius vt conſummarent, perſtitit adhuc ſedulus ſolicitator Fr. Geruaſius, in circuitu appoſitis Templi parietibus altaribus reſarciendis. Nouerat ex antiquorum Incolarum monumentis octo numerata Sacella ſingula ſingularium familiarum propria, à ſingularibus optimatum Agnationibus ſuiſſe poſſeſſa, & quondam piè exculta; quapropter tribuum illarum ſenioribus, vel primoribus ſtatuta die congregatis, de deuoto Sacrorum cultu breuiorem, ſed efficaciorem ſermonem ad eos habuit: cohortando ſingulos, & vniuerſos ad antiquam maiorum ſuorum religionem proſequendam, & ædicularum Sãctarum religioſam culturam reaſſumendam. Illi & Apoſtolici monitoris ſuaſionibus adducti, & Generalis D. Vicarij iuſſionibus (à Fr. Geruaſio reportatis) perducti vetera propriarum familiarum iura recognoſcentes, ac repetentes, ſinguli ſingula antiqua Sacella curanda acceptauerunt, & breui tempore adſcitis Architectis, & opportunis opificibus, opus aggreſſi proprijs peculiaribus ſumptibus perfecerunt: vniformi artificio, atque opificio & altaria, & ſtructuram, & ſepulturam conſtruendo. Vnde breuioris temporis interuallo adamuſſim conſummata huius Sacri Diui Pauli templi reſtauratione, ſiue potius noua ædificatione, Reuerendiſſimum D. Archiepiſcopum Taurinenſem Philibertum Milliettum, tunc apud Mauritium Sereniſſimum Sabaudum Principem Cardinalem Romæ degentem, per Epiſtolas admonuerunt; vt inſtauratam Parœciam ab interdicto, cui ſubiacebat, liberare velle admiſſans expeditiorem reparationem Reuerendiis Epiſcopo Salutiarum, tanquam proximiori ſuas vices commiſit D. Octauius igitur Viallus Salutienſis Antiſtes pro Eccleſiaſtica functione huiuſcemodi, prælecto die S. Antonio Patauino Sacro, ſtatuto tempore Cadralium adueniens, numeroſa ad hanc celebritatem conueniente populorum multitudine, de Romano more Canonicè adhibitis ſolemnioribus cæremonijs, Apoſtolo Sacrum Parochiale Templum reconciliauit (hoc eſt dicere) iterum conſecrauit.

Inſtaurat Diui Pauli Templum.

Anno Christi 1641.

Q(uoniam vero ſubintellexerat, quinimmo experientia didicerat oculatus vigil, eam Baſilicam ad rudera quondam ferè dilapſam, eo quod annuos redditus, pro annuali reparatione a pijs quondã fidelibus derelictos, Oppidani quidam homines vſurpaſſent, & adminiſtrantium incuria periſſent; ne ſimilia iterum pati Eccleſiam contingeret; Efficacius egit cum rei communis Oppidi adminiſtratoribus, vt ære publico certum perpetuum cenſum ſtatuerent, in illius Parœciæ inſtaurationem, & reparationem determinatè inſumendum, atq; impendendum. Rurſus conſueuerant, quinimmo abuſus inoleuerat apud Cadralienſes, vt pro

V.

Cenſũ perpetuũ à Communitate procurat pro reparatione.

human-

huſmandis cadaueribus, lateribus compoſitum Templi ſolum perfoderent: huic abuſiuo incommodo vt accurreret Frater Geruaſius; à Generali Reuerendiſſimo Domino Taurinenſi Vicario inhibitione relata, impoſterum cauit; ne recenter confectum, & perfectum limen effoderetur. Quò iterum decentius miniſterium Verbi inibi adminiſtraretur; gradum ligneum, pro concionibus habendis, conſtruendum proprijs expöſis curauit, & appoſuit: cum iam antea fabrefacienda prouidiſſet lignea plura opificia, ædificio neceſſaria. Tandem pro perfectiori operis complemento hac in Eccleſia, & ipſe ſolemnioribus diebus opportunis concionabatur, & ſuperuenientibus proximis Dominici Natalis ſolemnioribus diebus, Frater Raphael à Strambino Sacerdos, & ſocius tres de more Miſſas ſolemnes celebrauit, incredibili Oppidanorum applauſu, & conſolatione, eò quòd ab immemorabili Natalitias celebritates ea in Eccleſia, non antea celebrari conſpexerint etiam antiquiores. Vnde ex optimatibus loci quidam Petrus Rubens in honorem Capuccinorum reſtauratorum Elogium concinnauit, quod litteris exaratum faciei Templi Portali arcui ſuperpoſuerunt, ad perpetuam rei memoriam.

Templi reſtauratione complet.

VI. Conſummata igitur iſtius, nempe D. Paulo Sacræ Ædis reparatione, operoſus Excubitor, nulla interpoſita dierum intercapedine, alterius ſcilicet D. Ioannis Baptiſtæ Baſilicæ inſtaurationem aggreditur: conuocatis namq; Reipublicæ Præfectis: ſimul & ſtructuræ artificibus, conuentione facta, honeſtis propoſitis, & preſcriptis conditionibus manus operi protinus admouent; præiactiſque fundamentis ſtructuram accelerandam perurgebat Frater Geruaſius; vt quod ædificare aggreſſus fuerat, valeret conſummare. Accelerauit igitur, & conſummauit muros Templi præcipuos, effractam Campanam maiorem reſarciendam communibus expenſis procurauit, & campanili reponendam. Multa quidem egregia opera præſtitit, & plura inſigniora facinora præſtitiſſet, niſi biennij tempore elapſo receſſiſſet.

Campanam effractam reſarciendam curat.

VII. Ann. Christi 1611. Interim nequaquam ſilentio prætereundum exiſtimo, quales, quantos, & quot prædictarum Parœciarum in inſtaurationibus ſudores, & labores exantlauerint, & angores corporis, & ſpiritus ſuſtinuerint Capuccini cooperatores Fr. Fr. Geruaſius Concionator, & Raphael Sacerdos Socius: Primo namq; in recenſitis reædificationibus proponendis, ac perſuadendis haud mediocres contradictiones ſuſtinuerunt: in eiuſdem cœptis promouendis difficultates non minimas ſuperandas inuenerunt, & in dies multiplicatas ſuperauerunt: neceſſarios ſumptus, atque cenſus, materialia ſiue manualia ſubſidia adhortando, commonendo, rogando, obſecrando, perurgendo, quæritando, & mendicando coaceruare, & prouidere ſolicitioribus ſtudijs enixi ſunt. Ad hæc propriam, & realem, & perſonalem cooperationem abunde præſtiterunt: primo namque non exiguam de ſibi aſſignato Apoſtolico ſtipendio pecuniario portionem detractam, conſtruendis Eccleſijs conſecrarũt, nec ſibi propterea, nihil q; perſonis pepercerunt, quin corporaliter laborioſæ ſtructuræ cooperarentur: manuali namque quotidiano ſeruitio inſeruiebant Capuccini, artificibus neceſſaria ſubminiſtrando lapides, lateres, tegulas, calcem, ligna, & quidquid occurrebat neceſſarium; adſtabant, inſiſtebant operarijs, operi incumbebant, ſi quid fortè minus congrue, vel appoſitè factum obſeruabant, corrigebãt; quidquid arduum vel difficile contingebat; fortiter ablata difficultate ſuauiter diſponebant: nullius tandem laboris, aut fatigationis, etiam violentioris habita ratione, ædificiorum conſummationem promouebant. Nec ſolis in ſacris, ſed etiam in Apoſtolicæ Miſſionis ædibus reficiendis laborauit Fr. Geruaſius, alimento enim Apoſtolico ære ſibi præſtito, in cementum conuerſo domicilium pauperũ Capuccinorum ad meliorem formam redegit.

Miſſionis domicilium perficit.

VIII. Hæc quidem oportuit facere, ſicuti ſolicitè effecit Frater Geruaſius; ſed illa non omittere, ſicuti nequaquam omiſit Cuſtos Euangelicus: Parœciarum Inſtaurationẽ curauit, Parochianorum pariter & ſaluationem procurauit; quia & ſi quotidiano manuali laboritio occuparetur, haud tamen ſpiritualia exercitia ſuis congruis, ſiue opportunis temporibus negligebat: concionabatur, docebat, catechiſmum exercebat, Sacramenta adminiſtrabat, exaudiendis confeſſionibus inſtabat; iuuandis egentibus afflictis, infirmis, proximis non deficiebat. Suæ Cadralienſis ſtationis intra terminos Parochus quidam Sacerdos, ſacerdotalis debiti oblitus, minus honeſtam, ne dicam inhoneſtam, & proximis ſcandali rationabiles cauſas oſtentantem vitam ducebat, hunc Frater Geruaſius ſepè conueniendo, & ſæpius commonendo, modò acerbioribus puliando, tandem aliquando ad meliorem frugem, ideſt ad pœnitentiam adduxit. Hæreticum præterea quemdam ferè centum annorum inueteratum hominem ad Sanctæ Matris Eccleſiæ ſinum reduxit: vnde his, & conſimilibus ſolicitudinibus Euangelicis tantum ea in cuſtodia profecit; vt publico Reuerendi Spiritus Alberti Rectoris, & ceterorum Sacerdotum teſtimonio (præcedentibus iam cooperantibus à pluribus annis Coapoſtolicorum Capuccinorum laboribus) Fr. Geruaſio Apoſtolante, Fidelis Eccleſiæ facies, & ſtatus ad elegantiorem, & religioſiorem formam in totum ferè tranſierit: nam ſi aliquando ex tribus millibus

Inhoneſtum Clericum ad pœnitendum inducit.

Inueteratum hæreticũ Eccleſiæ conciliat.

incolarum

incolarum ſoli trecenti Sacramentis ſemel in anno approximabant; modo vix obſtinatioribus trecentis exceptis, reliqui omnes ad ferè tria millia frequentius Sacra percipiebant; ſiquidam Diuinorum, Miſſarumq; præcipuè celebrationes auerſabantur; modo Sacroſanctis perficiendis Myſterijs inſiſtebant religioſius vniuerſi: Stationes, Indulgentias, cęteraſque Catholicas exercitationes deuotè excolendo: Purgantibus animabus ſuffragia procurabant, & præſtabant: Sacrificijs alijſque pietatis operibus, concionibus, catecheſi, & Diuino cultui aſſiſtendo; vnde nonnullis perfidioribus exceptis, Cadralienſis populus in virum alterum totus tranſlatus, ſiue transfiguratus videretur.

CALCVLVS OCTAVVS

Fr. MARCELLI TAVRINENSIS antiquioris Concionatoris per annum 1622.

PRoficiente igitur in dies magis, ac magis Cadralienſium plebe, & in Fide, atque Religioſis operibus progrediente, quò huiuſcemodi & profectus & progreſſus ad perfectum perduceret; deſtinatus ad eos peruenit Frater Marcellus Taurinenſis: appoſitè interpretari illius nomenclaturam valentus, & dicere Martem Cœli, quia religioſus hic, præclarusq; vir præclarioribus religioſis virtutibus apud Capuccinos rei, lenduit acquiſitis, nec congenitis, & à natura inditis caruit donis; nam ſingulari prudentia, morum eximia, & concinna valde compoſitione præditus, ſanctimoniæ peculiaris præſeferebat aſpectum; perſpicaciori iterum cum exiſteret intellectus; non mediocri Sacrarum artium intelligentia pollebat; quà fiebat, vt non obſcurus euaſerit Diuini verbi declamator. Theoricę igitur; ſimul ac practicę prærogatiuis apud ſuos præfulgens; ſæpè, ſæpius ad præclariora regularia onera obeunda fuit aduocatus: vnde & Apoſtolico Officio exercendo aliquoties etiam fuit ſubrogatus, Draconerij primò, inde Cadralij in Cuſtodijs ad inuigilandum electus. I.

Ad Cadralienſes acc dit F. Marcellus.

Ann. Chriſti 1622.

Præelectus ergo Capuccinis Leuita Fr. Marcellus, vt Cœli Martem ſe ipſum comprobaret, aduerſarios Eccleſiæ occepit valde pulſare doctioribus concionationibus, dogmatibus, & diuinis oraculis, quibus probabat verum, improbabat falſam religionem reliquias Iebuſæorum intra filios Iſrael adhuc perſiſtentes atterere moliebatur gladio, nunc verbi, & frequentioris prædicationis acriori mucrone: fideles vero anhelabat confirmare pijs exhortationibus, compoſitionibus, necnon religioſis exercitationibus; Roſarij recitationis, ſolicitæ confeſſionis, & frequentis Euchariſtiæ ſumptionis: egenis, egentibus, ægrotis miniſtrabat, & cunctis benefacere ſeſtinabat. II.

Feſtinauit pariter Fr. Marcellus conſummare ædificium Templi D. Ioannis Baptiſtæ, quod à ſuo prædeceſſore fuerat inchoatum: ſollicitudine, labore, induſtria, manuali, atque pecuniaria cooperatione, conatibuſque omnibus eniſus eſt: vt opus perficeret, & ferè in totum ſtructuram perfecit: parietibus ſtantibus tectum, & culmen ſuperponendo, ad extra perpoliendo, ad intra colliniendo; ita vt commodè, & ſufficienter Sacris honorificentius habendis deſeruire valeret. Valuit igitur hic ſolicitus operarius pro egregijs facinoribus præſtandis quamdiu ſtetit, ſed vix excurſo vnico Solari curriculo diſceſſit. III.

Inceptum D. Ioannis ædificium proſequitur.

CALCVLVS NONVS

COMMVNIS

Fr. ARDITII VERCELLENSIS, ac IOANNIS BAPTISTÆ VERZOLIENSIS per annos 1623. 1624.

NE vlterius tepeſcerent excitati Cadralienſium ſpiritus, neuè per Charitatem operoſæ Fidei feruorem irreligioſitatis vigor, vel ſaltem retardaret; miſerunt Apoſtolicæ Miſſionis Adminiſtratores Eccleſiaſtici, ſiue regulares Fr. Arditium Concionatorem eximium, qui Cadralienſem plebem ſpiritualiter confoueret: infirmioris quidem, & valetudinariæ erat complexionis naturalis, at vegetioris erat profeſſionis gratioſæ: feruidus in concione, prouidus in operatione, perſeuerans in actione, vigilans in Statione, ſtans in cuſtodia; vt concreditum ſibi populum non cuſtodiret modò; ſed & vt excoleret, atque fructus I.

Ann. Chriſti 1623. 1624.

dignos

dignos pœnitentiæ, & Chriſtiane pietatis producendos perduceret. Venit igitur ille, vidit, laborauit, ſuo muneri ſatisfecit, & expleto anno receſſit, cui ſucceſſit immediatè Fr. Ioannes Baptiſta Verzolienſis, qui & ipſe per alterum annum ibi commoratus, morę inæ tempore non moroſus redditor, ſed executor commiſſi Apoſtolici operis, Operarius inconfuſibilis, quinimmò mirificè laudabilis cunctis apparuit: vniuerſis enim aperuit ſalutis aditum, ſaluationis oſtium: acceptas namque Cæleſtis regni Claues & ſcientiæ, & ordinationis, poteſtatem ordinis, & Iuriſdictionis in ædificationem, non in Eccleſiaſtici regni deſtructionem contulit, & exercuit. Sacræ doctrinæ verbis ſanctioribus, ſanctioris vitæ mirificis exemplis, ſolicitioris adminiſtrationis religioſo obſequio fidelibus prælucendo, & miniſtrando. ſubminiſtrabat cunctis proficua, & neceſſaria, noxia vniuerſa remouere ſtudebat, quoad vſq; ſuperueniente ſucceſſore, ipſe recederet.

Fr. Fr. Ardi-ij, & Ioannis Baptiſtæ fructuoſa Apoſtolatio.

CALCVLVS DECIMVS

Fr. FRANCISCI à SANDILIANO Concionatoris per annos 1625. 1626.

I. AD excitandas à malo, ſimul & ad bonum concitandas fidelium voluntates, hoc anno vigeſimo quinto currentis ſæculi decimi ſeptimi indixerat, & per vniuerſum Chriſtianum Orbem promulgauerat Sum. Pont. Vrban. VIII. de conſueto more, vniuerſalem Iubileum: Ideò vt Cadralienſium pietatē excitarent, & pias voluntates ad abundantiora religioſa opera concitarent, Propoſiti operis Apoſtolici eò deſtinatum emiſerunt Fr. Franciſcum à Sandiliano, Euangelicum vigilem, concionatorem eximium: apud Capuccinos religioſus vir non inferioris ordinis: ex illuſtri namque Sandiliani Condominorum agnatione exortus in ſæculo, in religione illuſtrior euaſit: dum Mediolani primùm (qua in Ciuitate Capuccinum inſtitutum profeſſus fuerat) poſtea Romæ Theologicis facultatibus operam dedit, moxque Concionatoria laurea inſignitus eam aliquandiu per Latium, & regnum laudabiliter exercuit: inde ad ſuos regreſſus, cum à natura indita benignitate, humaniorique conuerſatione fulgeret, inſigniorique prudentia, familiari itidem facundia polleret; pluries Guardianus, Diffinitor, & Cuſtos, nec non Vicarius Prouincialis aliquando euaſit: cunctis gratus, nulli moleſtus, ſed omnibus gratioſus ſemper apparuit: vnde & Apoſtolico muneri fuit deſtinatus.

Ann. Chriſti 1625.

Emittitur Fr. Frāciſcus in Sęculo, & Religione illuſtris.

II. Cadralienſis ergo, ſub his temporibus, cuſtodiæ culturam nactus Fr. Franciſcus: vti vir apprimè Catholicus, ſimul & Operarius Apoſtolicus Eccleſiæ tenere Fidem Romanæ, ſibi creditos populos docuit, Presbyteroſque monuit præ cunctis humiliter reuereri, Orthodoxæ quoque religionis Myſteria Sacroſancta, Pœnitentięq; & Eucharistiæ præcipua Sacramenta admonuit frequentare, Diuina Pręcepta adhortabatur obſeruare, miſericordiæ, & Charitatis opera cohortabatur exercere: exercebatur enim ipſe Euangelico ſibi demandato onere ſedulò adminiſtrando, dum concionibus catechiſmis, cæteriſque Eccleſiaſticis Miniſterijs incumberet; ne fidelium animæ iniquitatibus ſuccumberent.

In ſibi demandato onere ſedulò incumbit.

III. Radix omnium malorum cupiditas, inter etiam credentes homines conſueuit diſcordias, non inter contribules ſolùm, ſed & inter cognatos, ſiue affines abundanter conſerere: huius inimicitiarum ſationis haud immunes, aut inexpertes cùm Cadralij Primates quoſdam offendiſſet Fr. Franciſcus cultor pacis, & vnitatis amator; ſimultatum offendicula de medio tollere protinus deſignauit: quapropter diſcordantes partes ſolicitè conueniendo, diſſidentium animos reconciliare ſtuduit. Quamobrem ne criminales ſanguinis noxas incurrerent; ciuilia inter rixātes primum incommoda auferre omni ſtudio ſategit: qua igitur præditus erat affabilitate, & dexteritate domeſticas, reique familiaris lites plurimas compoſuit: in Iudicio contendentes, à contentionibus reuocauit, ſuum cuique pacificè reddendum procurauit. Non ex ignobilioribus Cadralienſibus familijs vna, acriter obſtinatiori litigio inter Patrem, & Filios, ſimul & inter Fratres, ac Fratres ſcandaloſè, & pernicioſe agitabatur: vnde & domeſtico diſſidio ſiue naufragio nauis illa conteri periclitabatur, adfuit opportunè pacificus mediator, familiariumque controuerſiarum perſpecta origine, diſcuſſa cauſa, cognitis Iuribus examinatis prætenſionibus, tandem ablato fomite (nempe meum, & tuum frigidum illud verbum, quidquid eſt malorum in vitam noſtram inuehens, innumeraq; gignens bella excludit) cumque conciliaſſet cum genitore genitos, agnatoſque, adinuicem reconciliauit.

Diſſidentiū animos recōciliat.

IV. Crucis quondam vox Patriarcham Franciſcum alloquens olim dixerat: *Tu te*

prępa-

Ex Offic. Franciſc.

præpara, vade Franciſce, repara Domum meam, quæ labitur. Collapſam igitur iam ſuperioribus annis Sancti Baptiſtæ Præcurſoris Eccleſiam reparare ſtuduerant antiqui Seraphici Patris legitimi filij, Fr Fr. Gaſpar, Geruaſius, & Marcellus, quorum nihilominus hactenus accuratioribus ſtudijs, Baſilica illa vix ad perfectũ adduci poterat; quapropter vt ſe ſe inter Seraphicos natos inmeritò adnumeratũ comprobaret Frater Franciſcus; Crucifixi vocem in corde ſuo iugiter aſſeruatam exequi proponit, propoſitumq; vt perficeret; religiosè iterum quæritandæ ſtipis per Villæ vicos, & agros onus vltroneum ſubire diſpoſuit. Adſcitis igitur nonnullis ex optimatibus in ſocios, haud mediocri labore oſtiatim pergẽs, pecuniarias elargitiònes pro conſummatione Templi Parochialis D. Ioannis Præcurſoris colligere elaborauit: nec abſque abundantiori prouentu, quem illius in Sacræ Ædis vel complemento, vel ornamento impendendum curauit: quibus impenſis Diuinę Domus cultum, & ornatum amplificauit.

Reſtaurationem Templi D. Ioannis Baptiſtę perficit.

Martialibus turbinibus, ſub hac tempeſtate inter complanos, & Montanos, ſiue maritimos Ligures excitatis, accurrebant Pedemontano Principi in ſuppetias Francorum acies: inter quas, cum ex more promiſcuæ religionis militent homines, adfuerunt inter hos plurimi Caluiniſtę, quorum nonnulli dum per Villas Subalpinę regionis diſtributi hoſpitarentur; Cadralium appulerunt: vbi Fratris Franciſci concionibus, doctrinis, & ſuaſionibus ad meliora vocati, & ad veritatem prouocati, tandem agnita legitima; ſpuriam religionem anathematizare decreuerunt: vnde Fr. Franciſcus relata à Reuerendiſſimo Nuncio opportuna ad hoc facultate, geminos Sectarios milites ex Gallia Narbonenſi, Catholicis Caſtris adnumerauit, & reſtituit: huiuſcemodique, & conſimillimis Euangelicis ſolicitudinibus biennio ſuæ Miſſionis glorioſum finem impoſuit. Hac in Cadralienſi ſtatione ſub his annis collaboraſſe Fr. Bartholomæum Nicienſem inuenio: ad nos namque tranſmiſſus Catholizatorum albus binos alienigenas Caluiniſtas hoc tempore, ab eo congrua relata poteſtate, Eccleſię Catholicę reſtitutos teſtatur: vnde probabile fore autumo, vt Fratri Franciſco veluti celebriori Concionatori Quadrageſimalibus declamationibus habendis aliò aduocato, Fr. Bartholomæus à Nicia Maritima, inibi Apoſtolico in munere peragendo ſucceſſerit; atque illo ad propriam ſtationem denuo regrediente, hic receſſerit. V.

Ann. Chriſti 1626.

Binos Gallicos milites Catholizat.

CALCVLVS VNDECIMVS

Fr. CAROLI BVGELLENSIS Concionatoris per annos 1627. 1628.

CAdralienſis Villę incolę, cum tenacioris ſint propoſiti, ſicuti ſuperiori ſęculo Lutheriſticæ, ſiue Caluiniſticæ Sectæ erroribus decepti, Sectariorum partibus tenaciſſimè adhærebant, acceptata impia placita mordicùs profitentes; ſic poſtquàm præſentis ſæculi ſub initijs Secticola Synagoga damnata ad Orthodoxam Eccleſiam confugere, ſeque veraciter transferre voluerunt; Catholicæ religioni ex toto corde inhærere decreuerũt, profeſſam legitimam Fidem acriter defendentes, & conſtanter confitentes. Coluerant quidem quondam quoſdam Sacrilegos deceptores, ſiue Pſeudo-Paſtores, ſed magis modò vniuerſis humanitatis, & Charitatis officijs proſequi, iamdiù perſeuerauerunt veraces Doctores, nempe Apoſtolicos excubitores, Capuccinos operarios, & Cuſtodes: quibus ſemper non obſequentiorem ſolam reuerẽtiam, ſiue Leuitici ordinis hominibus debitum honorem præſtiterunt; ſed & abundantiora obſequia, ſimul & copioſiora ſubſidia quotidiana miniſtrare non defuerunt: Illud Apoſtoli peroptimè callentes, quod magnum quid haud computandum fuerat, ſi ijs, à quibus ipſi ſpiritualia merebãt; largiter, ſufficienter corporalia rependerent. Impenſiùs igitur Capuccinos religioſos colentibus Cadraliẽſibus Populis, Capuccinæ religionis Præſules congruas per vices, vt reſponderent, non gregarios, quin præclaros ſuæ Congregationis Pugiles ad Apoſtolica obſequia Cadralienſi Plebi præſtanda mittere conſueuerunt. I.

Ann. Chriſti 1627.

Fr. Carolus Bugellenſis huic Miſſioni deſtinatur.

Emittunt igitur hoc anno Cadralium Fr. Carolum Bugellenſem ad Apoſtolandum: verè hic homo Apoſtolico ſpiritu pręditus erat: Euangelicam namq; paupertatem, regularemque auſteriorem diſciplinam perpetuò æmulabatur, parciſſimi ſomni, ſimul & parcioris cibi erat: vnde vigilax, & ſolicitus laudibus in Choro perſolnendis, & contemplationibus, ſiuę communibus meditationibus, ſeu orationibus, ex Capuccino Inſtituto perficiendis preſtò aderat: ſolitudinis, & religioſæ ſolicitudinis amator, in religioſis perfectionis profectum amabat: vnde iuremeritò in Guardianum, Diffinitorem, & Cuſtodem pluries fuit ſuffectus; & II.

electus. Quinimmò ſacer feruentior Orator cum exiſteret; Apoſtolicus miniſter, & Præco fuit ordinatus, atque ad Cadralienſes deſtinatus: ad quos vbi primùm acceſſit, proceſſit protinus in Campum expeditiùs, vt feruidus contra errores, & vitia, & crimina agonizandò, hoc eſt frequentiùs, feruētiùs, atq; efficaciùs concionādo; non in pago modò, ſed & in agro, neque ſola in Cadralij Villa, ſed & in tota Granæ Valle, nec ſemel, ſed pluriès in die: vehementioris autem ſpiritus impulſu, vt plurimùm, ſermocinabatur, quin audientes à copioſioribus lachrymoſis gemitibus, & irriguis continere valerent: quinimmò cum aliquando de cœlibatus, & virginitatis laudibus, atque excellentia Sermonem ad populum habuiſſet; Adoleſcentula quędam non nobilis, ex-tempore, ſeruandæ virginalis puritatis propoſito concepto, nonnullos poſt dies Moniallum Clauſtra ingrediens, ibique laudabiliter perſeuerans, tandem religioſam vitam Cunei, tempore congruo profeſſa, & proſecuta fuerit.

Diuerſis in locis verbum Dei prædicat.

III. Poſt Prædicationis miniſterium, Catechiſmum ſimplicium, vel paruulorum mirificè excoluit, ſingulari methodo, & peculiari modo primaria Chriſtianæ doctrinæ documenta explicando ſtatis horis, & diebus. Tunc enim vt adoleſcentiores mares, & fęminas ad pios conuentus, & deuotos congreſſus alliceret; de rebus Fidei, & articulis religionis diſputantes, ſiue apoſitè diſſerentes, aut reſpondentes adoleſcentes, ſiue Iuuenculas pijs donarijs remunerabat, & donabat, Sanctorum Imagunculas elargiendo; vt vel ſic ad Iconum piam culturam, & Diuorum inuocationem adhortaretur. Cum verò Cadralij in pago pueri quidem ſufficienti conducto publicis expenſis Ludimagiſtro inſtruerentur; Puellæ verò inexculta educatione adoleſcerent; Fr. Carolus ne huiuſcemodi tenellæ plantulæ negligerentur, cum Oppidanis efficaciter egit; vt eo mmuni ære aduocatæ, & adductæ piæ cuidam, & religioſæ mulieri inſtruendę adoleſcentulæ traderentur, quò ea, quæ ſunt Chriſtianæ pietatis perdiſcerent ipſe puellæ futuræ genitrices liberorum, quibus à pueritia intellecta communicarent.

Catechiſmo aſſiduè aſſiſtit.

Pro inſtruēdis puellis religioſā mulierem prouidit:

IV. Verùm non ſolas nouellas oleas in domo Dei plantatas curabàt, vel colebat, ſed & prouectiores arbores excolebat: nam in excipiendis pænitentialibus expiationibus, etiam prolixioribus quorumcumque, vel vndecumque, aut quandocumq; ad ſe accedentium infatigabilis perſeuerabat, ſiue profeſtis, ſiue pro ferialibus diebus, ſiue pro matutinis, ſiue pro veſpertinis horis, ideſt totis, & pluribus diebus huic operi, etiam mox concionaturus incumbendo, vt peccatores pœnitentes ſuo Deo reconciliaret: nec proximos adinuicem diſcordantes inter ſe conciliare prætermittebat, quin ſolicitior hoc in opere, qua pollebat naturali facundia, vel cōgenita dexteritate diſſidentes conueniebat, vehementius ad pacem, & vnitatem interpellando; ita vt non ante recederet, vel à perſuadendo diſcederet; quàm reconciliatis animis, & compoſitis litigijs, redditis petentibus iuſtis iuribus, remotis iurgijs, depoſitis odijs, rixantes plenè pacificauerit; vnde & factum eſt; vt plurimo aliàs effundendo ſanguini conſultum fuerit, dum mortales inimicitias inter potentes digladiantes extinxit: nec minori prouidentia, aut vtilitate publico bono ſpirituali conſuluit, dum & minus aptas quaſdam religioſas perſonas, grauioribus, piaculis notatas, irreligioſæ vitæ, & criminoſæ conuerſationis publicis Eccleſiaſticis beneficijs, & officijs præponendas ſiue præficiendas artificioſo, & prouido compendio prępediuit; & potentioribus Patronis validè obſiſtendo, rationabiliterque reſiſtendo impediuit.

Ann. Chriſti 1628.

Rixas extinguit.

V. Fraternæ itidem charitatis, & miſericordiæ quotidiana opera impenſiùs coluit, ex ſibi namq; ſuppeditatis eleemoſynarijs elargitionibus, profuſiores donationes ipsę præſtabat, non ſolis oſtiatim mendicantibus, ſed & cunctis egentibus, vereciīdioribuſq; præcipuè: vnde cum primùm pauperem aliquam non ignobiliorem familiam neceſſitatibus anguſtari intelligebat; protinus, & opportunus ipſe, vel Socius accurrebat, & pro virili patientibus ſuccurrebant, quod & ægris, ſiue infirmantibus pariter preſtabant omni ſolicitudine eos inuiſendo, conſolando, in corporalibus, & ſpiritualibus inſeruiendo, & miniſtrando aduſq; vel priſtinam ſalutem recipiendam, vel extrema officia perſoluenda. Adfuit præterea tribulatis, ſiue afflictis conſolandiſq;, lugentibus, & mœrentibus ſubleuandis; nec defuit perſecutionem à Validioribus patientibus; imò cum vir quidam probus à potentiore quodam optimate, nequiter, & fortiter perſecutione pulſaretur; Frater Carolus innocuum hominem à diuexatione liberauit.

Miſericordię opera ōnibus ſubminiſtrat.

VI. Sic ergo Fr. Carolus, charus omnibus, Eccleſiam Dei, ideſt Fidelem populum cunctis pietatis operibus ædificare ſtudebat: quod vt completè, & ad votum conſequi valeret; voluit Sacras quaſdam Ædes ad Dei gloriam reædificare. Stabat ergo anguſtum Sacellum, ideſt Confratrum Diſciplinantium Oratorium Miſſioni contiguum, Secularium Domibus ita circumſeptum, & coanguſtatum; vt vix per anguſtam portam, quaſi per poſticum, quia ſub porticu, ad illud pateret perarduus aditus: per arctam igitur viam ad arctiorem, & anguſtiorem perueniebatur ædicu-

lam

lam Sacram, quæ præ anguſtijs, & breuiori ſpatio promiſcuè & Sacra recitantes Confratres, & Sacris adſtantes extraneos coram paruulo altari, parieti inhærente concludebat, & incommodè ſatis continebat: vnde & Sacerdos celebraturus vix interualli tantum nanciſcebatur, quantum Sacroſanctis perficiendis ſibi, ac Clerico inſeruienti ſat eſſe valeret, & ſufficeret. Quapropter Capuccinus domus Dei Zelator cum ſocio Sacerdote, & Sodalibus pijs quibuſdam confratribus aſſumptis oſtiatim, & vicatim pergens per Villam, & agreſtes populationes eleemoſynarijs ſubſidijs collectis, amplificando, & inſtaurando oratorio manus admouit, nec prius remouit, quin circumadiacentibus nonnullis domibus coemptis, & dirutis latiori in acquiſito, ac præparato ſolo magnificentiorē ſtructurā erexerit, ampliores Sacras Ædes conſtruxerit: quarum ipſa ferè in media parte pro Diuinis celebrandis congruū ſtabat altare, retrò verò pro perſoluendis Diuinis laudibus ſeparatus Chorus perſtabat, ante autē latius atrium pro celebrationi ſacrorū aſſiſtentibus conſiſtebat: ſpatioſa in magnifico ſatis frontiſpicio aperta ianua, ad quam per commodos gradus, & amplius veſtibulum aſcendebatur; duplici nempe ſuperiori, & inferiori fornice concamerata Eccleſia, elegantiori figura ſemicirculari apertis, & concinnatis feneſtris, vniuerſa ad meliorem formam perduxit. Quod itidem non minori diligentia, & munificentia præſtitit alteri Templo, B. Virgini dicato, cuius in Ædibus tunc temporis Parochialia munera exercebantur: illius namque medium atrium nouo ſolo ſubſtrauit, ſuperius tectum perpolitiori artificio concamerauit, feneſtras anguſtiores ad elegantiorem ſemicircularem formam reformauit: ita vt, ſicut olim tenebrarum habitaculum videbatur; nunc lucis, & diei domus appareret. Vidit igitur Frater Carolus cuncta quæ fecerat ſuæ Miſſionis tempore, & eò quòd erant valdè Eccleſiaſtico regno ſpirituali & bona, & proficua, gratias impenſiùs Deo omnium bonorum clargitori haud mediocres referens, completo biennio diſceſſit.

Confratrum Diſciplinatorum Oratorium rędificandum ſatagit.

Ann. Chriſti 1628.

VII. Dum verò perſtaret adhuc in cuſtodia, contigit aliquando; vt caſu excitati inopinati incendij vehementior ignis in ſuburbanis Domibus, vniuerſis ferè paleis contectis, cum à vento perflante & foueretur, & latius dilataretur; totius viciniæ combuſtionem irreparabilem minitaretur: quamobrem vniuerſi & Incolæ, & Accolæ à campanarum ſonitu præmoniti ad ſubminiſtrandas aquas adfuerunt, ſed fruſtra, cucurrit ergo & ipſe Fr. Carolus cum ſocio, ſi quid fortè vel auxilij, vel conſilij periclitantibus præſtare valeret. Vti igitur primùm animaduertit, humana ſubſidia cuncta vacare, ſiue deficere, ad implorandam opem diuinam ſe ſe conuertit: quare ex-tempore Parochi vices agentem Sacerdotem admonuit, qui turba populorum comitante cum accenſis luminaribus, protinus auguſtiſſimam Euchariſtiā manibus geſtans adfuit, ad cuius aſpectum (Fr. Caroli monitu genuflexo cernuis cunctis orantibus) protinus hactenus deſęuiens flamma, paulatim receſſit, indeque reſiliens ſenſim defecit, excreſcente præſentium populorum non mediocri admiratione.

Ad Euchariſtici Sacramēti præſentiā incendiū extinguitur.

CALCVLVS DVODECIMVS

Fr. FRANCISCI à MONTE CALERIO Concionatoris per annos 1629. 1630.

I. A Biennio iam defunctus Fr. Ioannes Baptiſta Ferrerius, ex Prædicatorum religioſa familia aſſumptus Archiepiſcopus, viduatam Taurinenſem Eccleſiam Metropolitanam dereliquerat, quæ necdum hoc anno pullas viduitatis veſtes exuta dimiſerat, quo martialibus iamdiù pulſationibus Italica hæc limina pro ingrediendo, & aggrediendo pulſabant Galli: pro viribus autem hactenus propulſauerat Sabaudus, imminentium malorum expectatione perterrefactis Subalpinis populis: Quando ad Cadralienſem cuſtodiendam Stationem deſtinatus acceſſit Fr. Franciſcus à Montecalerio ſemel, & iterum iam in Apoſtolica militia Draconerij, ac Pancalerij probatus. Qui prolixiori experientia in Sacris excubijs peruigilare edoctus, mox vt demādatam ſibi ad Miſſionem peruenit; conſuetis præcipuis Euangelicis miniſterijs concionandi, & catechizandi ſedulus incumbere cœpit, & laborioſè, ſed fructuoſè vſque in finem perſeuerauit. Pro ſuo namq; more, ac conſueto propoſito, peculiarique propēſione Chriſtianæ doctrinæ tradendæ ſimplicibus, atq; adoleſcentioribus ſignanter fœminis ex induſtria ſolicitiùs incumbens; tantum profecit; vt frequentioribus ſermocinationibus facilioribus, atq; familiaribus congreſſionibus, ſimul & inſtitutionibus vniuerſam illam, muliebremq; præcipuè plebem non ad Chriſtianè modò, ſed ad religioſè viuendū

Ann. Chriſti 1629.

Catechiſmo ſolicitus incumbit.

intrà domeſticos lares perduxerit: quinimmò pluribus adoleſcētulis ſpreto natiuo ſanguine, ſpreto paterno limine ad clauſtra peruolare, ſuaſerit. Diſſoluto interim carnis, & Mundi fœdere, vanis eunctis abiectis inter ſæculi vanitates religioſam vitam actitabant quædam, reliquæ verò coniugatæ, & viduæ coniugalem, vel celibem ſtatum irreprehenſibiliter, imò laudabiliter admodum colebant: vniuerſo namque populo tàm fęminis, quàm maribus diuinorum præceptorum obſeruātiam exactiorem, frequentioremq; Sacramentorum perceptionem perſuaſerat: vnde Cadralienſem plebem Chriſtianis moribus miro modò compoſuerat.

II. Quoniam verò ſpiritualia ſemina, quæ toto anni tempore ſeruntur, à pluribus, Bacchanalium paucis quibuſdam infauſtioribus diebus, feraliter peſſundantur: dum Choreis, luſibus, atque cuiuſliber generis effrę nibus diſſolutionibus publicè effuſiùs, & liberiùs incumbunt homines; Ideo Apoſtolicus cuſtos, & ſpeculator, vt huic grauiori Chriſtianę Reipublicę incōmodo conſuleret; ſibi conſuetū, ac familiare quadraginta horarum exercitium in tridno Dominicę quinquageſimę de ſuo more percelebrandum inſtituit: vnde decentiùs Parochiali Templo exornato, publiceq; Auguſtiſſimo Sacramento Euchariſtico propoſito conuocatis circumadiacentium pagorum Accolis Populis, & turmatim iuxta placitos dies, & horas conuenientibus tàm indigenis, quàm alienigenis horarias ſermocinationes Frater Franciſcus cum efficaciùs, & vehementiùs haberet; Bacchanalium tripudia in Pęnitentiæ luctum, & ſuſpiria conuertit: ſugebat focus, feriabat forum, fulgebat Templum, & reſonabat Chorus, profaneq; cantilenę, Cithara, & Tybiæ in Diuinæ laudis ſacros cantus, & concentus vertebantur: Imò, quod præcipuum eſt, non à nouis modò, ac grauioribus perpetrandis ſceleribus homines abſtinebant; ſed & de præteritis quoq; iiſq; enormioribus, hactenuſque inconfeſſis criminibus, pariter ac delictis iamdiù impęnitentes penitebant, & contriti coram Sacerdotibus confitebantur: vnde exulatis Bacchanalibus, Cerere, & Baccho ieiunantibus, frigeſcebat Venus: compoſitis enim moribus, & morigerata conuerſatione adinuicem verſari promiſcui ſexus Fideles conſpiciebantur, quibuſdam licet adoleſcentioribus incontinentibus iuuenibus Oppidanis obmurmurantibus, & obſtrepentibus, quòd carnalis illecebræ perfruendarum voluptatum ſpe, & opportunitate toto anni curriculo expectata taliter fruſtarentur.

Celebrationem quadraginta horarū inſtituit.

Ann. Chriſti 1629.

III. Cum igitur Chriſtianam pietatem in Cadralienſis populi cordibus fundare cœpiſſet, fundatam vt altius eleuaret; pias ac religioſas Sodalitates inſtituere, & ſtabilire decreuit: quamobrem in Diſciplinatorum Apoſtolicis Ædibus contiguo Oratorio Sanctæ Mariæ de Carmelo Congregationem conſtituere excogitans, ligneam deauratam, & variegatam Virginis Patronæ ſtatuam conficiendam, & grādiori aræ imponendam curauit. Cui ad latera gemina, & Binas Icones collaterales, & elegantes picturas apponendas effecit: & hoc totum de propriæ alimoniæ præſtitis ſubſidijs maiori detracta portione, vt artificibus & commeatum, & ſtipendium impenderet. Nec eo contentus, haud ſibi ſatisfeciſſe videbatur; ſi vnicam dumtaxat, non geminam Cœlorum Reginæ dicatam Societatem inſtituendā moliretur: quapropter per Cadralienſem Pagum, & agros cum ſocio diſcurrens, pecuniarias eleemoſynas plures collegit, quas in Roſarianæ Confraternitatis reſtituēdo Sacello impendendas decreuit. Perſpexerat zelans Leuita, Marianæ huius iam olim inſtitutæ Sodalitatis monumentis cunctis neglectis, conſumptis ornamētis, deſtituto altari, obſoleta frequentia, cultum ſacrum in totum collapſum iamdiù ſiluiſſe; quare vt è ſepulchralibus ſudetis reuocatum Sodalitium, rurſus efloreſcere, & iuueneſcere faceret; elegantiorem Roſarianam aram, & Sacram Ædiculam in Parochiali Sanctæ Mariæ exiſtentem, componere deliberauit. Ideo adſcitis opificibus ligneum grandius Matris Dei ſimulachrum altero brachio natum Chriſtū amplectentis, & circumcirca ligneum pariter Roſarianis Myſterijs concinnè exornatum, ac diſtinctum ornamentum perficienda mandauit, quæ poſtea fabrefacta pictorio, ac congruè deaurato opere perficienda ſpetabat, & deſignabat, quo & Genitricis Dei honorificentius religio coleretur, & colentis populi Fidelis Pietas, & frequentia in dies magis augeretur.

Geminas Societates inſtituēdas curat.

IV. Verum enimuero, quia Deus iuſtus iudex, fortis, & hactenus patiens, modò iratus Deus vltionum Dominus ſuum bicipitem gladium, vtraque parte acutum ſub huius infauſtioris trigeſimi anni decurrentis ſæculi ſeptimi decimi initijs exerens, Subalpinos hos populos geminato vulnere Martis, & Mortis percutere & cęperat, & perdurabat, percuſſos, ac vulneratos tertio loco perſequenre, & diuexante extrema neceſſariorum penuria, Cadralij Oppidum communi ſorti ſubiectum, aduerſus Pedemontanam regionem prolatam ſubijt & ipſum vniuerſalem ſententiam, & inflictum æqualiter ceteris expertum eſt triplicatum flagellum belli, peſtis, & famis. Primo igitur Martiali furore Gallicanis turmis proximam Salutiarum Marchiam inuadentibus, acerbior, atq; vehementior Cadralienſes contorquebat timor, ne hoſtiliter inuadentium militum furori & ipſi expoſiti, funeſtiores pate-

rentur incurſus, quare omnes, & ſinguli ad Capuccinum excubitorem confugientes ſua quęque pretioſa illius quoque cuſtodię committebant, & commendabant: non monilia, ſuppellectilia, & numiſmata dumtaxat; ſed & homines vitam, & mulieres honeſtatem, & virginitatem adoleſcentulæ.

Furentibus Marte & morte, pietatis ſinum omnibus aperit.

Anguſtiores Apoſtolicæ Miſſionis termini transfugaris ſarcinis, quinimmò fugientibus viris, ac mulieribus adeò replebantur; vt Apoſtolicis Cuſtodibus vix requieſcendi arctus locus relinqueretur: quare plurimùm in conſolandis, & confirmandis his afflictis gentibus Fr. Franciſcus aliquandiù laborauit: ſuanioribus, & efficacioribus ſuaſionibus meliorem ſpem cunctis ominando: Iuſti Iudicis iuremeritò infra criminoſorum meritum deſęuientem iram iugiter cicurandam, clementis Regis benignitatem efficaciter implorandam, & Pij Patris miſericordiam vehementiùs continuatis precibus, & humillimis ſupplicationibus inuocandam admonebat: proprias ſingulorum conſcientias diſcutiendas, piacula ſignanter grauiora excutienda, atque de peccaminosè anteacta conuerſatione de corde pœnitendum docebat, hortabatur, & cohortatorijs ſermocinationibus non minus, quàm religioſis exemplis ore, & opere demonſtrabat.

Defferueſcente igitur aliquantulum Bellonæ iracundia ſub his menſibus quintili, & ſextili, cum Cadralienſis plebs à præcedentibus præliorum incommodis ſe ſe reſpiraturã ſperaret; funeſtiùs, & acerbiùs ſibi ob deſæuiẽtis epidemię ærũnas ſuſpirandum, & lugendum proſpexit: ſextili namque menſe inualeſcente, & ſęuius graſſante lue, paucorum dierum intercapedine, in Cadralij ſolitario Oppido octingenti peſtifero vulnere percuſſi irremediabiliter interierunt: inter hoſque non poſteriores quinque Pagi Sacerdotes bini interfecti defecerunt, & terni vulnerati decubuerunt, & relictus fuit Fr. Franciſcus ſolus cum ſocio, vt ſpiritualiter cunctis mederetur, inſeruiret, & obſequeretur. Epidemico igitur mucrone religioſis, & optimatibus, atque ex pópulo pluribus ſublatis, ſocique domibus, & domeſticis habitationibus morbo infectis, Fr. Franciſcus ſtrenuus Euangelicus decertator non à Caſtris diſcedere, ſiuè ſtadiũ relinquere excogitauit; quinimmò vltroneus cũ ſocio F. Angelo à Sauiliano ſpõtaneæ ſe, & euidẽtiori morti exponẽs, propriæ Miſſionis periculoſa derelicta in pago, in agro ſolitariam, & tutiorem habitationem elegit: vnde quotidie per opportuniores horas ad proximum Oppidum Cadralij adueniens, in Apoſtolici Oratorij veſtibulo erecto altari quotidie Miſſam coram à longe conuenientibus celebrabat, mox à Sacrificiorum oblatione poſcentibus, petentibus, & indigentibus cunctis Penitentiæ Sacramenta miniſtrabat, poſtque miniſterium iugiter infirmantibus, & valentibus impenſum, ad ruſticale tugurium remeabat, ſicque faciebat cunctis diebus, quibus lethalis ille morbus Cadralienſes & Incolas, & Accolas, & ruricolas depaſcebat: quorum ad ſe accedentium, vel poſtulantium confeſſiones cum ſolus ipſe ſufficienter excipere non valeret; laboris, & piæ fatigationis Collegam Fr. Angelum Sacerdotem adhibuit, fideliterque laborando, & fortiter contra morbum enitendo, hoc pacto morientibus miniſtrantes perſtiterunt gemini Pugiles, Capuccini commilitones per bimeſtre, nempe à ſexto ad nonum vſque menſem in pago, & in agro lethaliter laborantibus inſeruiendo, & periculosè obſequendo, donec ſuperuenientis brumæ inclementiori tempore, & frigidiori ære afflicti, antiquum Apoſtolicum ſuum priſtinum Domicilium, poſt multiplicatas in agro plures transmigrationes, repetere decreuerũt. Vixque domeſticum habitaculum Fr. Franciſcus ingreſſus aliquãtulum quieſcere occeptauerat, cum ex improuiſo à ſuperueniente ſe morbo correptum, & lethaliter ſauciatum ſenſit, quamobrem in extremis periclitari ſe intelligens, Sacramentalibus expiationibus purificata exactiùs, & diligentiùs conſciẽtia aliquandiù lethalis angoris moleſtias, & dolores patienter ſuſtinens, charitatis in conflatorio probatum ſuum ſpiritum Domino Creatori reddidit. Quis hic admirabilem Cęleſtis Patris familias prouidam curam non ſuſpiciat? cum deſæuiens epidemicus morbus inualeſceret, & plebem vniuerſam, nullohabito delectu, indiſcretè ſauciaret, & proſterneret; inter eos commoranti Capuccino Sacerdoti, quo deficientibus, & intereuntibus ſpiritualiter aſſiſtere, & miniſtrare valeret; pepercit, & quamdiù adminiſtrauit ſuſtinuit: verùm poſtquam miteſcente languore, metentis interitus falx mitiùs cum populo procedere, & aliqualiter quieſcere cœperat; quaſi in vnum Apoſtolicum Antagoniſtam extremum ſuum conatum reſeruaſſet, mors intendit morbificum arcum ſuum, & ſagittas ſuas, donec infirmaretur, & moreretur, multiplicauit. Sicque religioſus Athleta poſt plurimos in Apoſtolicis caſtris pluries militãdo exãtlatos ſudores, poſt plurificata tolerata capitalia diſcrimina, poſt frigoris, famis, nuditatis, & fatigationis perpeſſos angores, ac labores cum Catholicis doctrinis, & religioſis exemplis fideles in Draconerio, Pancalerio, & Cadralio populos ędificaſſet, atque ad Chriſtianè viuendum perſuaſiſſet; & plures induxiſſet; ipſe perpetuò vir ſimplex, prudens, religioſus, mitis, pacificus, ac modeſtus dum lethaliter ſauciatis ſpiritualem vi-

V.

Ann. Christi 1622.

Indigentibus Sacramẽta adminiſtrat.

Fr. Franciſc° à Contagioſo morbo lethaliter percuſſus Interijt.

tam

tam impendere ſategit mortali lue vulneratus, in Domino requieuit, hoc anno menſe Nouembri.

CALCVLVS XIII COMMVNIS.

Fr. Fr. FRANCISCI à MONTE-REGALI, & MAVRITII CÆVENSIS Concionatorum per annum 1631.

1. Peſtilentiali igitur mucrone & cruentato, & ſublato ſtrenuo Apoſtolico Pugili Fr. Franciſco, à Montecalerio, illiuſque Collega Sacerdote Fr. Angelo à Saulliano eodem peſtifero morbo affecto, & languente; non erat ex Capuccinis conſuetis Cuſtodibus, qui excubaret in Cadralienſi Statione circa milleſimi ſexcenteſimi, tã trigeſimi anni extremos, quã trigeſimi primi primos & menſes medios aduſque Prouincialis Capituli Menſe Octobri peractam celebrationem: Quamobrem Fr. Paulus Maria Aſtenſis Prouincialis Miniſter, pariter & Miſſionũ Præfectus tergeminis his viduatis, ob Apoſtolicorũ Operariorum Interitum (vti ſupra in Draconerienſi, ac Verzollienſi ratiocinijs numerauimus) Draconerij, Verzolij, & Cadralij Cuſtodijs geminos Collegas, & Coapoſtolicos Vigiles Fr. Fr. Franciſcum à Monteregali, & Mauritium à Cæua præfecit, quò vnà conuenientes, & copulatim operantes ternas has vigilanter colerent, & curarent Miſſiones. Fr. Fr. Fr- ciſcus, & M- ritius D- verbum p- ponunt. Ann. Christi 1631. Cadrallum igitur opportuna per tempora peruenientes domeſticos lares lue infectos expurgare occeprauerunt, mox recollectis à peſte, fame, & bello ſuperſtitibus fidelibus, verbum Dei proponere, & cohortando vires ſuperaddere; atque ad auſpicatiora ſperanda, pro amiſſione charorum lugentium animos excitare perſeuerauerunt: de nouo prouiſo Parocho in Diuino Cultu reſtituendo, & religioſè exercendo cooperabantur: vnde & Fr. Franciſcus pro Diuina Clementia efficaciùs inclinanda, ad locum in agro, imò in ſyluis, qui fons Sanctus vocitatur, iuxta decurſus aquarum pium campeſtre Sacellum in honorem Deiparę Virginis ædificauit, atque Sacris habendis vſque in hodiernum diem coaptauit.

CALCVLVS XIV.

Fr. ANGELI TAVRINENSIS Concionatoris per annos 1631.

I. Epidemici ergo languoris, vniuerſa hac in Pedemontana regione, & conſumptis reliquijs, & deterſis quiſquilijs, Capuccinorum Prouinciæ Præſides, ac Patres Prouincialia Comitia pro illatis, à morte, & bello religioſæ noſtræ Congregationi damnis, & detrimentis reparandis octauo excurrentis anni trigeſimi primi ſupra ſexcentum, & mille menſe, celebrarunt. Eaque in celebratione vacantibus Miſſionibus ſingulis ſingulos peculiares Stationarios deſtinarunt. Cadrallum igitur Patrum voto deſtinatus venit Fr. Angelus Taurinenſis, & inſignis Capuccinus Scholaſticus (vti ſupra ſuis numeris pluries ſignauimus) & egregius ſacer declamator: Qui licet Infirmioris eſſet valetudinis, vtpote podagra, ac chiragra præpeditus, ſimul & prouectioris ætatis; viriliter nihilominus voluit in ſua Cuſtodia laborare: Concionando, Cathechizando, Sacramenta Pœnitentiæq; præcipuè iugiter miniſtrando: cumque eſſet vir grandæuus, & emeritæ militiæ Pugil, non mediocri pariter auctoritate coram omnibus præfulgebat, atque plurimum apud vniuerſos poteſtate valebat: quare rixantes pacificare, diſcordantes conciliare pluries præualuit. Initiatum igitur à ſuo prędeceſſore Roſariani Sacelli ornamentum ligneum myſterijs vitæ Chriſti conſignatum picturari, atque deaurari fecit, & plura alia egregia facinora per annum vigilans in hac Cuſtodia perfecit, poſtea varijs languoribus grauatus ad Clauſtra, vt quieſceret, ſe recepit.

Ad Cad- lienſ m C- ſtodiam m- titur, Fr. A- gelus.

Ann. Christi 1631.

CALCVLVS XV.

Fr. RAPHAELIS TAVRINENSIS Concionatoris per annos 1632. 1633. 1634.

I.

Fr. Raphael à feruida pdicatione Apoſtolari incipit.

Quadraginta horarũ Sermocinationes fructuosè excercet.

Ann. Christi 1632.

COmpletum per luſtrum poſtquàm prolixioris ſuæ viduitatis moras, ſiuè inducias ſuſtinuiſſet Metropolitana Taurinenſis Eccleſia: tandem aliquando hoc anno trigeſimo ſecundo extra ſexcentum, & mille omni nubilo effugato, atque ex inito Cheraſci pacis fędere inter Chriſtianos Principes, rurſus Subalpinis Populis ſereno Cœlo arridente, Archiepiſcopalem ad ſedem, & infulam aſſumptus Reuerendiſſimus Dominus Antonius Prouana, latioris ſuæ Diœceſis Gubernacula adminiſtranda fęliciter ſuſcepit. Cadralienſi igitur illius Dięceſanæ Cuſtodiæ Prouincialis miniſter Fr. Ioannes à Montecalerio in Comitijs Aſtæ celebratis, de Octobri huius anni menſe, curandæ deſtinauit Fr. Raphaelem Taurinenſem Ciuem Capuccinum Theologum, & Prædicatorem eximium, qui Sacri Oratoris munus & Romæ, & præcipuis in nonnullis Italiæ; & Pedemontij vrbibus laudabiliter per Quadrageſimales curſus exercuit, atque pro regularis diſciplinæ zelo Guardianatus onus ſæpè ſæpiùs in ſua Prouincia ſuſtinuit. Cum igitur ad ſuæ ſolicitudini demandatam Stationē perueniſſet Euangelicus Nuncius; Apoſtolicæ ſuæ exercitationis primordia à frequentiori, & feruentiori verbi Dei Prædicatione exordiri voluit, in qua pariter ad finem vſque perdurare valuit: cum enim congenita concionandi facultate, & promptitudine valeret, vehementioriq; efficacia, atque abundantiori in dicendo facundia polleret; non in Cadralij dumtaxat, ſed & Valgranæ, Bernexij, Montis-Mali, cæteriſque in Granæ Vallis Oppidis fructuosè, & frequenter Euangelizabat: quauis itineris ſeu temporis differentia circumeundo, & peragrando. Quadraginta horarum Bacchanalium, & Mortorij Quadrageſimæ temporibus pia exercitia ſemel, & iterum Cadralij habuit ingēti cum Oppidanorum, & conuenientium aduenarum ſpirituali, & temporali emolumento. Tunc enim præter conuerſiones, & à pluribus annis incorrectorum, atq; impenitentium peccatorum reductiones, confeſſiones, olim rixantium pacificationes, raptorum reſtitutiones, innumerabiles pœnitentiales expiationes, & Sacramentorum receptiones, largiores etiam ab Incolis, & Accolis fiebant eleemoſynarum erogationes, quibus & copioſiores Miſſarum celebrationes pro defunctis animabus præſtàbantur, & in Eccleſiarum, ſiuè Templorum inſtaurationes, quæ ſupererant pecuniarum ſubſidia impendebantur.

II.

Sodalitium instituit.

Quoniam igitur contagioſi morbi ex inuaſione, pariter & deuaſtatione haud exiguum detrimentum, ſiue decrementum ipſe Sacrorum cultus, tàm in Leuiticorum miniſtrorum diminutione, ſiue ſubtractione; quàm in ſpiritualium exercitiorum ceſſatione paſſus fuerat; ideò Fr. Raphael cum ſtudioſiori zelo in Diuina ageretur; nouum, vltra Parochum, Operarium Sacerdotem congruo ſtipendio publico ære præſtando ab Oppidanis conducendum curauit, quibus vt ipſe cooperaretur; plura iam olim inſtituta, modò verò deſtituta Sacra exercitia reaſſumenda, quædamque prætereà de nouo à ſe conſtituta, diligentiùs exercenda procurauit: infatigabilis ipſe ſemper, & vbique præſtò adſtans cunctis quidem ſpiritualibus exercitationibus, ſed Chriſtianæ Doctrinæ præcipuè Catechiſmo in explicando. Quia enim huiuſmodi pij, & neceſſarij inſtituti à Fr. Franciſco à Montecalerio quondam iam fundati, & proficuè valdè adminiſtrati, ſolicita cultura ceſſationem aliquam accepiſſe videbatur; prouidus Eccleſiaſticæ diſciplinæ inſtaurator rudes, & ſimplices vtriuſq; ſexus congregatos Fidei rudimenta ſtudiosè edocebat, puerosque, ac paruulos primis Chriſtianæ pietatis elementis imbuebat, nè autem huiuſcemodi in Religioſa paleſtra Tyrones aliquando deficerent; adoleſcentularum ſub Chriſtianæ Doctrinæ vexillo Sodalitium in Diſciplinatorum Oratorio inſtituit, &

Ann. Christi 1633.

Cadraliensiũ puellarũ Magistram procurat.

quia illæ inſtituentis magiſterio deſtitutæ vix in neceſſariorum cognitione, ſiue apprehēſione proficere per ſe valebant; preualuit Capuccinus Leuita apud Publicæ Oppidi rei adminiſtratores efficere; vt communi ære conducta pià grandęua, fœmina, Cuneo aduocata adoleſcentularum Cadralienſium inſtituendarum curam ſuſciperet. Adſcita igitur illa & litterulas, & manuales mulicbres operationes, ac Chriſtianas morales virtutes puellulas ad ſę venientes ſolicitè docebat.

III.

Primario in ſuo ad hanc Miſſionem acceſſu diſſidentes plures ex loci Primatibus, & optimatibus inter ſe affines, imo conſanguineos adinuicem iurgantes, & diſcordantes, pariter ac litigantes offendit: ex peſte ſublatorum namque vel teſtamentis, vel ab inteſtato derelictis hæreditarijs, aut legatarijs bonis mobilibus, ſiue immobilibus exorta perſeuerantia adhuc plurima litigia acriter agitaban-

tur: quamobrem Euangelicæ pacis, & vnitatis annunciator vt ceſſarent iurgia; & charitatis, ſiue naturalis neceſſitudinis iura reuiuiſcerent; viriliter ipſe inter diſcordes laborans, vt diſcordiarum fomitem, nempè pecuniarum, ſiue diuitiarum non æquam concupiſcentiam reſtingueret; tantum egit, & tantum peragendo profecit; vt compoſitis litigijs, litigantibuq; conciliatis, compenſatis, ſiuè adęquatis prætēſionibus vnitatis fœdera, geminas præcipuè inter Potentiorum agnationes ſtabiliret. Quod itidem temporis ſuæ reſidentiæ ſucceſſiuis progreſſibus inter indigenas quoſdam, ſiuè alienigenas pluries laborioſè, & induſtrioſè præſtitit. Cum igitur nobilis quædam, cuiuſdam Cadralienſis Primatis vxor multa incongrua, & intolerebilia à ſuo viro diutiùs perpeſſa, acerbioris coniugis cohabitationem amplius ſufferre non valens, ad Paternos proprios lares, non vltra regreſſura, refugiſſet; Fr. Raphael efficaciori, qua valebat naturali ſuadela, eam conueniens, tamdiù adhortando perſeuerauit, quamdiù illa religioſi monitoris ſuaſionibus, & policitationibus ſuaſa viro ſuo reconciliari, & iterum cohabitare conſenſit, quod poſtea in finem vſque conſtanter præſtitit, & obſeruauit.

Diſcordātes animos compeſcit.

IV. Cum verò Cadralienſem plebem erga Deiparæ venerationem, & cultum ſegniorem conſpiceret; ipſe feruentior apud ſemetipſum decreuit, ſtertentem populi ſpiritum erga miſerorum Aduocatam reuerentiorem efficere: quare ardentioribus crebris ſermocinationibus Virginis, & Dei Matris deuotionem cœpit ſuis auditoribus commendare, adque illius efficaciſſimam interceſſionem expoſtulandam incitare, quod vt faciliùs, & validiùs conſequeretur, à ſuis binis prædeceſſoribus inchoatum Roſariani & Sodalitij, & Sacelli opus ipſe plenè conſummare diſpoſuit: vnde eleemoſynariam ſibi vniuerſaliter quæritandam ſtipem propoſuit. Fatigationis igitur honeſtis aſſumptis, ex Cadralienſibus Oppidanis, ſocijs in itinere comitibus, & in opere cooperatoribus vniuerſum pagum, & agrum mendicando percucurrit, & percurrendo à ſingularibus, perſuadendo à communis rei adminiſtratoribus copioſam pecuniam recollegit, qua per pium, & fidelem hominem diſpenſata, Sacram primùm Roſarianæ Societatis Ædiculam in Sanctæ Mariæ Templo conſtitutam, & ferè deſtitutam reſarciendam, & complecè reſtituendam curauit: mox Iconem, & elegans Cœlorum Reginæ ſimulacrum, cum Ieſu Chriſti Regis Infantuli imagine exſculpta, grandiori extructæ Aræ imponi, & apponi fecit, deinde artificis artificioſo opere argenteis fabrefactis binis Coronis, in Coronatæ Aſſumptionis celebriori ſolemnitate Matrem, & Filiū honorificè coronari deſignauit: Quare à Reuerēdiſs. Taurinenſi Archiepiſcopo ad hoc cōgrua relata facultate, cunctis per litteras conuocatis, ac turmatim conuenientibus circumuicinis, Populis honorificentiùs & Sanctę Marię Parochialis, & Diſciplinatorum Oratorij compoſitis, & exornatis Eccleſijs, excellentioribus aduocatis regionis muſicis cantoribus, conuocatis etiam Capucinis pluribus ex Coapoſtolicis Operarijs, & Religioſis Fratribus, à Reuerendiſſimo Salutienſi proximiori Antiſtite ad hoc humiliter inuitato, mane diei Aſſumptionis ſolemniori oblato in Miſſioni proximo Oratorio Miſſæ Sacrificio, atque inter Miſſarum ſolemnia de Virginis Aſſumptæ laudibus à Fratre Matthia Draconerienſi Guardiano, & Miſſionario ad Populum habito ſermone: à prandio adſtantiū populorū ordinata Proceſſione coronādis ſimulacris à Diſciplinatorū Oratorio honorificè eleuatis, & magnificè copioſis circūaccenſis luminaribus comitantibus in forū primo ſuper ligneū gradū collocatis, poſtmodū ad Sāctæ Mariæ Tēplū delatis, Fr. Carolo à Bugella Cuniēſi tunc Capucinorū Guardiano perorāte, pręindicatus Reuerēdiſs. Salutiēſis Epiſcopus ſolemniter ſua manu argēteas pulchriores coronas proclamante, & acclamāte innumero adſtāte fidelium cætu impoſuit, populuſq; peculiari in Roſariano Sacello, & elegantiùs exornato altari Matris & Filij diademate Coronatas ſtatuas repoſuit: perſonantibus continuò muſicalibus & vocum, & inſtrumentorum concentibus. Ego teſtis oculatus, & operis cooperator vix ſcribendo enarrare, ſeù numerare ſufficio, & aduenientis, atque huic celebritati interuenientis populi multitudinem, & multiplicatam accedentium ad Pœnitentiæ, atque Eucariſtiæ Sacramentorum receptionem frequentiam: illud dixiſſe ſufficiat, quòd in diuerſorio nullus vacabat ſuperuenientibus hoſpitibus locus, & Templo nullùs ſufficiebat pro Confeſſionibus excipiendis angulus, nullum pro Euchariſtico pane diſtribuendo ſuperfluebat altare: quibus in Miniſterijs plures multiplicati Sacerdotes vix iam longiùs perſtare, & adminiſtrare valebant. Abundabant pariter (vltra quàm credibile ſit) erogantium elargitiones, atque exuberantes eleemoſynarum præſtationes, ex quibus detractis diſpendioſæ illius ſolemnitatis expenſis, & cuiuſlibet generis ſumptibus copioſa nihilominus portio in Roſarianæ Congregationis ſubſidium, & Sacræ Ædiculæ ornamentum impendenda, ſuperfuit: Nam & altari ſericum tentorium, & ſimulacro holoſericum, ac auro, & argento variegatum pallium infra paucos dies conficienda Fr. Raphael procurauit. Nec eo contentus, Roſarij Sacræ Coronæ recitationem frequen-

Ad Virginis deuotionem populum incitat.

Roſarianam Aediculam reſarciēdam curat.

Ann. Chriſti 1634.

Solemni ritu à Reuerend. Antiſtite Matri, & filio Coronæ imponuntur.

tandam indixit: vnde ſi in Parochiali ſemel feſtis Dominicalibus diebus; in oratorio Apoſtolico ter in hebdomada huiuſcemodi recitationi inſiſtebat, ſermocinando, & vitæ Chriſti Myſteria Gaudioſa, Doloroſa, & Glorioſa proponendo, per tranſcurrendas decades.

V.

Quò rurſus Cadralienſem populum religioſa in Chriſtiana pietate ſolicitiùs excolenda & accenderet, & inflammaret; cœpit pro concionibus collata illis communia quidem, ſed peculiaria ſingulis, & omnibus beneficia ad mentem reuocare, quonam pacto Diuina bonitas eos ſuperſtites ex tot malorum famis, peſtis, ac belli incurſionibus, & inundationibus præſeruaſſet, ac reſeruaſſet. Reſeruatis igitur, ac præſeruatis in gratiarum actionem, atque grati animi erga Filium Deum, & Virginem Parentem proteſtationem ſingulos, & vniuerſos ad Miſericordiæ Matris Sacram Ædem apud Montem-regalem conſiſtentem viſitandam, & in ea Deum adorandum, atque Cœlorum Reginam perſonaliter venerandam adhortatus eſt, cui cum vniuerſi protinus auſcultaſſent; & monenti acquieuiſſent; ſtatuta die congregato populo, & ritè ordinato comitatu, Proceſſionaliter omnes, quibus ſiue per ætatem, ſiue per negotium licebat, ſacræ ſe peregrinationi, & itinerationi accinxerunt, & dederunt. Marianam autem ad inſignem Eccleſiam cum perueniſſent; cuncti Sacramentali expiatione ſuas conſcientias perluſtrando, Euchariſticæ Synaxi communicauerunt: inde copioſis pro Templi ædificatione, ſiue reſtauratione communi, & priuato nomine erogatis pecuniarijs eleemoſynis, ſingulari cum Monſregalenſium ciuium, & interiacentium populationum ædificatione, ad propria regreſſi ſunt: viſitantes in regreſſu celebre Sanctæ Luciæ Templum in Rochæ-Fortis montuoſo agro ſitum: vbi & feruentiores preces (ſicuti & in Monteregali) pro vniuerſali, & ſingulari bono de corde effuderunt, comitante perpetuò, & dirigenteq; in omnibuſque præſidente Apoſtolico Ductore Fr Raphaele, cum Socio Sacerdote, qui rurſus eos ad Sanctæ Mariæ Angelorum Cunei, & Sacri Montis Buſchæ percelebres Eccleſias inuiſendas, diſtinctis temporibus perduxit, & in itinere præcauendo, & in reuerſione procurando, ac breui efficaciori, ſermone ſuadendo; vt ſiquid vel leuioris offenſionis per viam alteri alter intuliſſet; erratorum, & offenſionum veniam ab inuicem publicè humiliter efflagitarent, quod libenter effuſis Charitatis lachrymis ex-templò præſtiterunt.

Cadralienſe populum adhortatur proceſſionaliter ad Deiparam Virginem Montiſregal. viſitandam.

Peregrinos ad Sãctæ Mariæ Angelorũ Eccleſias perducit.

Ann. Chriſti 1634.

VI.

Vna ex tribus Cadralienſis Pagi Parochialibus Eccleſia, quæ Sanctæ Mariæ nũcupatur, in medio oppido poſita perſtabat impolitior, anguſtis feneſtris rudiori contignatione adhuc ad latera contecta, licet medium atrium fuerit à Fratre Carolo Bugellenſi excultum, nihilominus Fr. Raphael huius tamquam à populo magis frequentatæ inſtaurationem veluti neceſſariorem aggrediendam, & perficiendam ſibi propoſuit: ideò & à particulari, & à publico-communi ære ſolerter, & laborioſè emendicato eleemoſynario ſubſidio congruam pecuniam conflauit, qua Templi fabricam, nempè parietes primùm reſtaurauit, & conſtabiliuit, mox fornicem lateralem eleganter fabrefactam perficiendam curauit, intrinſecùs Eccleſiæ muros leuigandos mandauit, feneſtras ampliauit, amplum, & congruum altare precipuum erexit: Pluraque alia neceſſaria inſtauramenta, & ornamenta ſingulari cum Oppidanorum plauſu, & placito commodo perfecit. Diſciplinatorum pariter Oratorium quibuſdam appoſitis inſtauramentis exornauit: nam Tectorio opere interiorem Baſilicæ partem leuigare fecit, caucellos, ſedilia, & ſuggeſtum omnia ex nuceo ligno confecta apponenda procurauit: tandem huic Apoſtolicę Miſſioni proximæ Eccleſiæ quater in anno plenarias elucrandas Indulgentias à Romano Pontifice conceſſas reportauit: huiuſcemodique Indulgentiarum ſtatis temporibus Eccleſiam ſingulari apparatu ipſe exornabat, & fideles ad ſpiritualium theſaurorum acquiſitionem modis omnibus alliciebat. Quod vt abundantiùs præſtaret; à Reuerendiſſimo Carmelitarum Generali Præſule relata congrua facultate Sanctę Mariæ de Carmelo Sodalitatem inſtituere, & Sodalitios habitus diſtribuere ſolemni ingreſſu, & proceſſione occeptauerat, multaque preclariora molimina, quæ excogitauerat opere compleuiſſet; niſi ſuæ Apoſtolicæ Miſſioni, poſt olympiadis operationem, finem impoſuiſſet: poſtquàm criminosè viuentes plurimos à ſceleſtiori conuerſatione reuocaſſet, ſignãterque nequiorem quemdam auarum hominem, qui inſatiabili cupiditate dementatus inſaniebat, & furebat, Fr. Raphael admonitionibus, & increpationibus frequentioribus pulſatum tandem ad ſanam mentem regredi coegit, & cautiùs viuere perdocuit.

Beatiſſimæ Virginis Aedem reſtaurandam curauit.

Diſciplinatorum Oratorium perficit.

APPEN-

APPENDIX

FR. Auguſtinus à Saniliano infra quadriennalem Fr. Raphaelis ſtationem in Cadralienſi Miſſione Quadrageſimales Conciones, & Apoſtolicas exercitationes nonnumquam, ideſt anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo tertio, iterum exercuit; cùm iam ſemel ſub milleſimo ſexcenteſimo ſecundo, & vigeſimo, ibidem eadem Euangelica miniſteria preſtitiſſet: non Cadralij dumtaxat, ſed & in proximis Vallis Granæ Villis prædicando, & Penitentiæ Sacramentum ad ſe accedentibus ſubminiſtrando: paruulorum Catechiſmum tunc etiã ſolicitè explicabat, vbique quidem, ſed in ordinariæ reſidentiæ Cadralij Oppido præcipuè: inibi namq; Dominicalibus diebus abſoluta à Confratribus in proprio Oratorio Nona hora Beatæ Virginis, congregatis ſimplicibus ſignanter fœminis Chriſtianæ diſciplinæ rudimenta tradebat, poſtmodum ſuperaddita conſueta congrua ſermocinatione, quæ ab illis recitata audierat fuſiùs, & clariùs dilucidabat. Hinc ab Oratorio comitante illa ſimplicium caterua, ad Parochialem Eccleſiam pro veſpertinis decantandis horis per directum pergebat, hiſque completis vnà cum Parocho, & publico Ludimagiſtro puerorum, ac rudium Catecheſi diutiùs inſiſtebat, tantumque in ſedulo ſuo miniſterio profecit, vt breui tempore nonnullos hæreticos Catholicè ſapere docuerit, atque ad Fidelium communionem perduxerit.

Fr. Auguſtinus Hæreticos nonnullos ad fidelium communionẽ perducit.

CALCVLVS XVI.

Fr. EVSEBII ab EPOREDIA Concionatoris per annos 1635. 1636.

I. SVb Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Domini Antonij Prouanæ mitiſſimi, ac integerrimi Taurinenſis Præſulis Paſtorali pacifica directione, pacatiori tranquillitate perfruenti Cadralienſi Eccleſiæ, vt de virtute in virtutem proficientes Fideles, viderent tandem Deum Deorum in Sion pacificè regnantem, pacificum pariter Apoſtolicum Operarium deſtinarunt Miſſionum Præfecti, hoc anno quinto vltra triginta ſexcentum & mille, nempe Fratrem Euſebium ab Eporedia, virum & religioſis moribus cohoneſtatum, & moralibus, ſingularibuſque virtutibus condecoratum: Theologali ſcientia præditum, pariter & concionandi aptitudine, & munere donatum: vnde inſignioribus in Subalpinis & Oppidis, & Vrbibus Quadrageſimali tempore ſæpiùs laudabiliter Verbum Dei diſſeminauit: cumq; ſimul congenita bonitate, ac prudentia, cum regularis diſciplinæ exacta obſeruantia apud Capuccinos præfulgeret; ſæpè ſæpiùs Guardianatus eſt functus officio, & quia humaniori etiam conuerſatione, atque conuerſabili prouida humanitate, ac dexteritate pollebat; frequenter Euangelico Miniſterio exercendo ſucceſſiuè, dum vixit, fuit applicitus. Nunc ergo Primo ad Cadralienſes emiſſus, cum inter hos nonnullos in partes Potentiores diuiſos, Sicariorum coacto agmine, aduerſus ſe inuicem deſæuire, ne dicam in publicæ rei grauiorem perniciem inſanire, conſpexiſſet; pacificandis diſcordibus ex tempore manum, & mentem admouit, nec priùs à promouendo reconciliationis pernéceſſario opere quieuit, quàm miteſcentes c[illegible], deſſeruéſcente iracundia, inimicitiarum extinctis fomitibus, ſepoſitis odijs, ablegatis ſimultatibus perennes amicitias publicè amplexati fuerint, quas rurſus pluribus alijs pro tempore diſſidentibus acceptandis efficaciter, vtiliterque Frater Euſebius perſuaſit.

Ann. Christi 1635.

II. Qui fideliſſimi vt cœleſtis Domini famuli partes pro virili adimpleret; ab Euangelij prædicandi, à Catechiſmi explicandi, & à Sacra adminiſtrandi numquàm, quamdiu in officio ſtetit, fatigatione quieuit, ſed irrequietus ſuæ Miſſionis terminos diligenter perluſtrans, egentibus cunctis opitulari feſtinabat, corporaliter, ſiue ſpiritualiter ſuccurrendo. Conſorores Congregationis humiliatarum ad hanc vſq; diem peculiare proprium nullum Oratorium acquiſierant: vnde Euangelicus ſpeculator, quò deinceps mulieres certum & locum, & Oratorium haberent, in quod honeſtè conuenientes Religioſæ ſuæ Sodalitatis pia exercitia congruè præſtare valerent, ab aſpectu hominum ſemotæ, cum Diſciplinatorum Sacræ Ædi continuũ quoddam anguſtum adhæreret habitaculum, proprio Domino iuſto ex eleemoſynis perſoluto pretio, Fr. Euſebius coemẽdum curauit, atque in Humiliatarum Sacellum coaptauit. Adſtabat itidem infatigabiliter Capuccinus Stationarius cunctis ſpiritualibus exercitationibus in Eccleſia exercendis, ſiue Roſarianæ Coronæ plu-

Sacellum in ſororum humiliatarũ vſũ, ędificari procurat.

ries

ries in hebdomada recitationibus, ſiue crebris pro opportunitate proceſſionibus, ſiue Miſſarum, aut Diuinorum Officiorum ſolemnioribus celebrationibus: cumq; ea, quæ ſunt Catholicę pietatis ſolicitè promouenda curaret; ea quę hęreticam redolebant impietatem ſolerter remouenda procurabat: ideò cum aliquando nonnullos, ab Hæretico Auctore conſcriptos libros, in cuiuſdam ruſticali domo offendiſſet; recollectos ſecum ipſe aſportauit. Et ſic per biennium operatus, ab opere in Cadralienſi quidem ceſſauit, ſed ad Vallis Soanę Cuſtodiam adſcitus inibi perenniter laborando perſeuerauit.

CALCVLVS XVII

Fr. SERAPHINI à MONTECALERIO Concionatoris per annum 1637.

CVm ſolerter, ſolicitè, & ſedulò in Apoſtolicis Excubijs inuigilaret, fortiterque ac viriliter in Euangelica Cuſtodia ſtare conſueuiſſet Fr. Seraphinus: à Paduſana hactenus excolenda, ad exercendam impoſterum Cadralienſem Stationem transfertur. Verno igitur Capitulari tempore tranſlatum viride lignum, & ſecus decurſus aquarum plantatum, ſiue collocatum fructum ſuum opportuno in tempore dare non deſtitit: Sacrum Dei Verbum feruentiùs, ac frequentiùs pręcipuè Euangelizando, tum annuali, tum Quadrageſimali ſacro curriculo animarum ſaluationi ſemper conſulebat, & conſultò incumbebat, vberes ſpirituales ſegetes recolligendo. Quod quidem ex conſueto ſuo propoſito ordinariè intendebat, ſed quos Celeſti horreo reponendos prouentus in Quadraginta horarum exercitatione reportabat, conſuetam, & ordinariam menſuram excedebant. Vnde cum hoc anno in Cadralienſi & Pago, & Paręcia huiuſcemodi horarium exercitium inſtitutum celebraſſet, conuenientibus, & conuocatis concurrẽtibus cunctis circumuicinis populis, quos horarijs Sermocinationibus pęculiaribus, ritè diſtributis ad pietatem, ſiuè pęnitentiam, aut à peccaminoſa vita reſipiſcentiam validiùs hortabatur; cooperante ſupero Diuino auxilio, mira operatus eſt. Concitata namque pro ſingulis horis adſtante Concione, & in lachrymarum effuſiones largiores erumpentibus, & miſericordiam vniuerſis proclamantibus, de penitiori corde plurimi adeò reſipuerunt; vt & iniurias condonare, & noxas remittere, & ablata reſtituere, & hactenus inconfeſſa grauiora piacula coram Sacerdote penitus aperire, & diſtinctè manifeſtare, in meliuſque tandem vitam commutare, quàmplures decreuerint, & præſtiterint. I.

F. Seraphinus Dei verbum frequenter diſſeminat.

Quadraginta horarũ exercitium celebrat.

Ann. Chriſti 1637.

Poſt Verbi Dei prædicationem, inſcientium, ideſt rudium, & paruulorum inſtitutioni peculiariter incubuit: non modò facilioribus ſermocinationibus ignorantes longanimiter docendo cunctis profeſtis, ſiuè Dominicalibus diebus, ſed & doctrinæ Chriſtianæ Societatem inſtituendo; vt ſtatis temporibus, & conſtitutionibus deſcripti ad Congregationes accedendo pleniùs pia exercitia perficerent. Sacello humiliatarum à ſuo prædeceſſore parato ipſe Iconem Sanctæ Eliſabeth imaginem repræſentantem conficiendam, & apponendam curauit. Cum ex Cadralienſibus optimatibus quidam ad mortem infirmaretur; intellexit Fr. Seraphinus inſipientem, imò deſipientem hunc impudentem blaſphema plura, atque hæreticalia ſacrilegia aſſeruiſſe & Purgatorium, & Sanctorum interceſſionem, atq; Matris Dei venerationem palam euomuiſſe: quare ex templo Apoſtolicus excubitor ad lethaliter ægrotantem & locali Parocho, & loci primarijs quibuſdam aſſociatus, opportunus acceſſit, eique publicè prolatas blaſphemias acriter exprobrauit, debitaſque tanto facinori minitans pœnas, reum ad reſipiſcendum ſaltem in extremis prouocauit; confuſus ille, ſuum infandum crimen coram confeſſus errati veniam ab Eccleſia ſuppliciter expoſtulauit: quare Canonicè à deieratis per authenticam ſcripturam erroribus abſolutus, fidelium communioni eſt reſtitutus, atq; Capuccino Leuita perpetuò adſtante, poſtquàm aliquantulùm ſuſtinuiſſet, tandem pęnitens, & correctori iuges gratiarum actiones referendo, expirauit.

Humiliatarũ Sacello Iconem S. Eliſabeth conficiendam curat.

Suſcitauerat ſpiritus diſcordiarum aliquando inter Cadralienſem turbam, & Cadralij degentium equitum militarem turmam mortales rixationes, hiſque, & illis ad arma currentibus mox in cruentas digladiationes, & mutuas interneciones furentes partes ruituræ adueniebant: quando tumultuantium ſonitu, & inconſueto ſtrepitu excitatus vigil Apoſtolicus, mox vt vtrique parti impendentia capitalia diſcrimina animaduertit, velox, & pernix accurrit, atque ad ſanguinarium certamen properantibus occurrens; & militum ducem, & Oppidanorum ductorem viciſſim conueniens; tamdiu diſcurrens, & enitens excandeſcentes demulcendo, II.

Rixantes conciliat.

& com-

& compeſcendo laborauit, quamdiù iraſcentes illi miteſcere, & manſuefieri, atq; arma deponere renuerunt: vnde tandem furentibus & indigenis, & alienigenis cicuratis, pacis fœdera inter eos ſtabiliuit, cunctis palam eum ſuæ vitæ Saluatorem proclamantibus. Vnde Cadralio in Gallias poſtmodum profecturus militiæ dux Fr. Seraphino ſuorum militum incolumitatem commendauit, ſciens eum plurimùm apud illam gentem auctoritate valere. Valuit igitur per annum poſtmodum Cadralienſibus valedicens receſſit.

CALCVLVS XVIII.

Fr. ATHANASII à MONTE-ALTO Concionatoris. Per Annos 1638. 1639. 1640. 1641.

I. AB Alto-Monte ſuæ Diuinæ preſcientiæ nouit Dominus, quos ad ſui Eccleſiaſtici regni Cuſtodiam emittere debeat: vnde Dominico nutui obſequentes Hierarchici Præſules, de Monte-Alto Paſtoralis reſidentię prouidè contemplantur, quos ad Eccleſiaſticas Excubias obſeruandas, idoneos Vigiles, & Pugiles eligere, ordinare, ac deſtinare debeant. Ideò cùm Fr. Athanaſium Capuccinum Theologum, & declamatorem Sacrum à Montis Alti Dominis Nobilem ſuam in ſeculo originem trahere aſpicerent, in Religione verò ob morum integritatem, & laudabiliorem conuerſationem in Alto-Monte Prelationis, & Nouitiorum Magiſtri, & Guardiani, & Diffinitoris, ac Cuſtodis pariter & Vicarij Prouincialis Pedemontanæ Prouincię ſępiùs reſidentem conſpicerent; ad Apoſtolici muneris culmen eum eleuare pariter congruum, & iuſtum iudicauerunt: quare prouidè illius vigilantię, & vigilaci illius prouidentię Cadralienſem Cuſtodiam hoc anno curandam commendauerunt. Commendatam igitur ſibi Stationem fideliter vt cuſtodiret; opportunis, & importunis tàm horis, quàm diebus populorum ſaluationi nūmquam inopportunè, declamare cœpit, & perſeuerauit pro crebrioribus, & continuis Concionibus in Cadralio, & circumadiacētibus pagis: Pęnitentiam agite, appropinquatum enim iamdiu in cordibus veſtris euaneſcere, & inueteraſcere videtur regnum Cęlorum. Circuibat igitur, prędicabat, ad bona vel meliora audientes prouocabat, & ab iniquitatibus cunctos reuocabat: ęterna bona iuſtis pollicendo, & reis ſempiterna ſupplicia minitando.

Anni Christi 1638.

Cadralienſis Cuſtodia cōmendatur curanda Fratri Athanaſio.

II. Validiùs autem vt Cœlorum regnum, ideſt Cęleſtium deſiderium in credentium mentibus refloreſcere faceret; ſimplicem, ac rudem plebem catechizandam ſolicitiori ſtudio aſſumpſit: Doctrinæ Chriſtianæ exercitamenta non ſemel dumtaxat in Diſciplinatorum Oratorio à prandio, ſed & iterum à veſpertinis officijs in Sanctæ Mariæ Parochiali quibuſlibet Dominicalibus diebus perficiebat: non interrogando modò, audiendo, corrigendo, & docendo, ſed frequentiùs quoque ſermocinando, primariaque Fidei elementa pro ſermocinationibus dilucidiùs explicando. Nec eo contentus, & profeſtis, & proferialibus ternis in hebdomada diebus Sacri Roſarij coronam recitantibus perpetuò preſtò aderat, & inter recitationem decadum myſteriorum Chriſti vitæ recordationem, & meditationem interponebat: vnde & perorando, & cohortando ad pietatem Cadralienſem populum ardenter adeò excitabat; vt Pœnitentiæ Sacramento adminiſtrando à mane in veſperam tàm prouigilijs, quàm profeſtis celebrioribus diebus inſiſtendo, pœnitentialibus expiationibus excipiendis vix ipſe ſufficeret, & Sacrorum celebrationi frequentiùs, copioſiùs, ac religioſiùs cunctus populus quotidie aſſiſteret, officiorumque conſuetæ perſolutioni adſtaret. In agreſti Cadralienſi Vico, Paſcheria inferiore dicto, cum Miſſarum nulla hactenus fieret celebratio; vnde plurimi Eccleſiaſtico præcepto adimplendo deficiebant, Fr Athanaſius celebrantem Sacerdotem iuſto ſtipendio conducendum curauit, ſicuti & in Valgranæ Pago Corporis Chriſti Sodalitium nondum hactenus inſtitutum, poſt plures fatigationes, Canonicè conſtituit.

Catechiſmi Explicationi, & Roſarianæ recitationi aſſiduè inſiſtit.

Ann. Christi 1639.

III. Per integram olympiadem in his Excubijs inuigilans Fr. Athanaſius, numquam aliquando aut dormire, aut dormitare voluit: quinimmò vltra conſueta Apoſtolica Prædicandi, docendi, Sacramentaliterque miniſtrandi Miſſionariorum communia exercitia ab eo fideliter præſtita; peculiaria quædam nonnulla ſingulis in quatuor ſuę reſidentię annis ſingularia efficere ſtuduit. Primò ergo ſuo anniuali curriculo per domeſticas Cadralij domos, & agreſtes ruralium habitationes laborioſè admodum, cum honeſtis viris in ſocios aſſumptis infatigabiliter excurrit, & excurrendo eleemoſynariam pecuniariam ſufficientem ſtipem collegit, qua ex tempore Sancti Ioannis Baptiſtæ Præcurſoris Templum, temporum iniuria decrementa, imò detrimenta plurima paſſum inſtaurauit, & tectum reſarciendo, &

Per domos quæritans, ſufficientem ſtipem eam D. Ioannis Baptiſtæ Tēpli reparatione impedit.

altaria reſtituendo, & cæmeterium componendo. Immediatè verò ſubſequenti annua ſua Statione totum de Apoſtolicæ Cameræ ærario ſibi impēſum ſtipendium in proprio religioſo Domicilio componendo inſumpſit: cum enim hactenus ad Capuccinorum habitaculum haud aliquà pateret aditus, quàm per Diſciplinatorum Oratorium, coràm altari irreuerenter pertranſeundo; Fr. Athanaſius extrinſecum aperuit ſecus publicam viam aditum, per quem à Templi veſtibulo ad Miſſionariorum habitationem perueniretur, quam etiam vnico ſuperaddito cubiculo adauxit. Tertio verò annuo decurſu, quo hac in Cuſtodia excubauit, à pijs operibus nequaquam requieſcens ceſſauit, quinimmò iterum per domos quæritando congruam pecuniam conflauit, quam in Sanctæ Eliſabeth Sacello concamerando, & altare elegantiùs exornando totam inſumpſit. Quia verò paupercuIis illis & Humiliatarum, & Sanctæ Mariæ de Monte-Carmelo Confodalitatibus peculium nullum aderat; ſacer tamen Diuinorum cultus multis indigebat; ideò Fr. Athanaſius ex propria, & Socij Sacerdotis Miſſarum celebratarum eleemoſynaria pecunia ad quinquaginta recollectos argenteos elegantiorem Iconem ligneo artificioſo ornamento circumdatam pro Sacello fabrefiendam, deinde compoſito altari ſuperponendam procurauit: pulchriori ad Miſſarum celebrationem etiam comparato, & attributo Sacerdotali paramento, cum Miſſali nouo, & congruo Iconis, ſeu pictarum figurarum Dei Matris, & Filij, Sanctorum Franciſci, Catharinæ, & Eliſabeth tegumento feriatis diebus pro conſeruatione imaginum explicando.

Sacellum Humiliatarum reficit.

Ann. Chriſti 1640.

IV. Quartò tandem, & nouiſſimo anniuerſario ſuo labore, & ſolerti prouidentia, cum proximarum Ædium quidam habitator ſubter Oratorium Diſciplinatorum receptaculum quoddam poſſideret, quo pro catabulo beſtiarum vtebatur; res parùm honeſta Fr. Athanaſio viſa eſt: caulam animalium ſub Deo dicatam aulam ſubſiſtere; quamobrem inter Confratres, & poſſidentem Incolam intercedens ipſe effecit; vt inito permutationis contractu acciperet Secularis à Diſciplinatorum cōgregatione agellum, & Diſciplinis ſtabulum in honeſtius domicilium conuertendum traderet, quod ita factum eſt, aut ſine prouida Dei diſpoſitione: Inualeſcentibus namque ſub hoc triennio inter Sabaudos Principes Ciuiles ſimultatibus, acceſſerunt Galli ad Cunienſem Ciuitatem obſidendam: quare per finitimas illas circumadiacentes regiones quotidie curſitantes, excurrentes, & debacchantes obſidentes militum turmæ ſæpè ſæpius ad Cadralij Oppidum expoliandum, & expilandum peruenerunt: vnde Oppidanorum ſinguli ſua cuncta bona, imò vitam ipſam Templorum Patrocinio committere cogebantur. Cùm igitur Cadralienſes ferè vniuerſi ſe, vniuerſaque ſua bona Capuccini excubitoris tutelæ, & Cuſtodiæ commendaſſent; interuenientes prædones ſua ſpe ſe fraudatos dolentes, quod habitatorum bona ſpecioſiora intra Apoſtolicæ Miſſionis limina aſſeruarentur; impudentiores, & ferociores quidam aliquando religioſam domum expugnare, & violenter deprædari decreuerant: verùm à religioſo vigili prouidè, & ſolerter cuſtodita illæſa permanſit; ſicuti, & non læſos ſeruauit vniuerſos Cadralij incolas, & incolarum plurimas domos, & multa derelicta bona, ſignanterq; mulierum honeſtatem intactam ſeruando, conſeruauit inter contribules pacis fœdera, rixationes plures, inter quas inſigniorem, & periculoſiorem vnā auferendo. Pro Templorum, pariter & Eccleſiarum reſeruatione opportunè prouidendo, ſicque laudabiliter contra aduerſa omnia decertando, quadriennium ſuæ reſidentiæ cōpleuit, inchoatā à Fr. Raphaele Taurinenſi Sācta Mariæ de Carmelo Sodalitatē Canonicè, congrua ad hoc reportatā auctoritate, conſtabiliendo, diſtributis Societatis Symbolis, & Congregationis Catalogo pluribus vtriuſq; ſexus adſcriptis.

Beſtiarum catabulum in honeſtum domicilium cōuertere facit.

Ann. Chriſti 1641.

CALCVLVS XIX

COMMVNIS

Fr. Fr. IOACHIMI, à GAXINO, OCTAVII à CARMANIOLIA, IOANNIS BAPTISTÆ à CAMBIANO Concionatorum per annos 1642. 1643. 1644.

Matth. c. 18.

I. *Adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum:* Ita docebat Patris Increatum Verbum: Validior igitur correctorij Verbi Dei efficientia, ex multipſicatorum, idest triplicatorum teſtium venerabiliori præſentia adaugetur, quia myſticus ſemper hic ternarius numerus Sacræ Tria-

dis

dis in venerationem apud Sacros auctores celebratur: memorabilis quoque Taurinenſi Metropolitanæ per ſæcula reſeruatur. Quoniam iam per triennium legitimi Præſulis, & Paſtoris ſolatio deſtituta, hoc anno tertio ſupra quadraginta ſexcentum & mille, totis votis in deſideratum Antiſtitem Reuerendiſſimum Iulium Cæſarem Bergeriam Taurinenſem Ciuem accepit, qui cum Paranymphi, ideſt Vicarij Generalis in ea officio diutiùs præclarè functus fuiſſet, iuremeritò poſtmodũ in Viduatæ Eccleſiæ digniſſimum ſponſum, & Archiepiſcopum aſſumitur. Circiter igitur illius aſſumptionis tempora, tres recenſiti Sacri Oratores, & Theologi Capuccini Fr. Fr. Ioachimus, Octauius, & Ioannes Baptiſta in Cadralienſi Taurinenſis Diœceſis Parœcia Apoſtolicum miniſterium exercuerunt: ſingillatim ſcilicet non copulatiuè, ſed ſingulo pro triennij ſingulari annuali curriculo, ſinguli operando diſcreto, ſiue diſtincto quidem tempore, verùm vniformi, & conformi Euangelico opere per Oppidum, ac circumuiciniã peragrando, prædicando, catechizando, atq; in Sacrorum adminiſtratione & Parochis cooperando, & Populo ſpiritualiter interuiendo, iugiter totius anni, ſed profeſtis præcipuè diebus, etiam pluries in die diſcretis populationibus Verbum Dei proponendo, & à prædicatione ſimplicium inſtructioni diutiùs incumbendo, tandem confitentibus abſolutionis beneficium, & contritis præſeruatiuum pariter, ac curatiuum remedium charitatiuè impendendo. Hoc ſedulo concordi ſenſu in ſibi demandato Leuitico onere ſuſtinendo pariter proceſſerunt.

II. Singulariter verò ſingularia nonnulla ſinguli præſtiterunt: Fr Ioachim ergo cum vir grauis, & prudens haberetur, plurimùm ſibi de illius integritate homines pollicebantur: quare ex multa fiducia de huius Religioſi Sacerdotis prudentia, & benignitate concepta, frequenter bonum hoc procedebat; vt fiducialiter etiam ſcelcſtiores criminoſi coram eo turpiora propriæ conſcientiæ piacula, & fœtentiora vlcera inueterata plenariè aperirent, ac manifeſtarent. Inter hos aliquando adfuit nequior quidam Satanæ aſſecla, qui Magicam artem vt profiteretur, coram auernali damnato Principe, ſeu potius tyranno ſacrilegè Chriſtianæ profeſſionis Myſteria deierauerat, & Chriſto renunciauerat: miſer igitur hic damnatus Apoſtata ad Capuccini declamatoris ſeu adhortatorias, ſeu correptorias voces aliquando reſipiſcens, quod Sancta conculcaſſet, grauiùs apud ſe dolere cœpit ſuæ igitur ſaluti impoſterum vt conſuleret, Fr. Ioachimum Concionatorem adijt, cui grauiora ſua ſcelera faſſus, efficaciora ab eo pariter antidora requiſiuit. Prouidus ergo, & prudens lethaliter languentium animarum Curator cautè à competenti Tribunali relata congrua poteſtate, ſecretò Sacrilegi Profanatoris abiurationem, & errorum deteſtationem coram ſe factam recepit, & pœnitenti abſolutionem à Cenſuris impertiuit, atque Fidelium communioni reſtituit: omniaque hæc in authenticam formam redacta ad Sacrum Inquiſitionis Tribunal tranſmittens, Sacramentaliter tandem facinoroſo pœnitente abſoluto, reducem in pace ire iuſſit, & dimiſit.

Magum Apoſtatam ad abiurandam impietatem inducit.

Ann. Chriſti 1643.

III. Prænotatam Fr. Ioachimi prudentem humanitatem æmulabatur Fr Ioannis Baptiſtæ charitatiua bonitas, & benignitas, quibus cum cunctos, ægrotanteſque, & egentes præcipuè parentibus pietatis viſceribus amplecteretur; ab vniuerſis velut pius, & benignus Parens plus ſolito diligebatur. Cum ergo ex Equitum militari turma, quæ apud Cadralienſes pro ſua hyemali ſtatione diuerſabatur, Gregarius quidam, & Hæreticus miles Gallus grauiter ægrotaret; Caluiniſtæ ægritudinem mox vt catholicus Cuſtos Capuccinus intellexit, infirmantem ad inuiſendum velociter properauit, cui cum pro valetudine recuperanda ſuam omnem opem, & operam ex toto corde ſępè ſępius ad ægrum viſitandum ventitans, obtuliſſet, proque frequentiori, ac ſolicitiori viſitatione ſuauioribus officijs, & ſanioribus cohortationibus dupliciter infirmum ab vtroque & hæretico, & corporeo morbo ad conualeſcendum roboraſſet; incogniti hactenus Religioſi monitoris conſilijs æger acquieſcens, futuram ſuam ſpiritualem, poſt corporalem conualeſcentiam Fr. Ioanni Baptiſtæ pollicitus fuit, pollicitationem verò priſtinæ reſtitutus incolumitati nequaquam perendinauit, ſed expeditè à morbo expeditus coram Capuccino Curatore neceſſariam ad hoc facultatem habente, Caluiniſtica fœtentia excrementa, & Hæreticos putridos peccantes humores palam euomuit, atque Canonicè anathematizauit, ſicque completè vtriuſque hominis valetudinem reaſſumpſit. Fr. Octauius inter vtrumque medius plura pariter ſuæ Stationis tempore præſtitit, quæ ad nos nondum tranſmiſſa, ignorantur.

Ann. Chriſti 1643.

Fr. Ioannes Baptiſta Militem Hæreticum Eccleſiæ reſtituit.

CAL-

CALCVLVS XX.

Fr. IO. CHRYSOSTOMI TAVRINENSIS Concionatoris, per annum 1645.

ADueniebant frequētiùs, quinimmò ſubſiſtebant, vel conſiſtebant perpetuò ſignanter hyemali tempore militum exterorum, Gallorumq; precipuè equitum, & peditum cohortes, ſiuè centuriæ in Cadralio olim opulentiori Oppido ad hoſpitandum, ſiuè potiùs ad hoſpitantes inhumanè diuexandos, non facultatibus modò depauperando, ſed (quod deteriùs eſt) in pietate quoque, ac religione deprauando: quia promiſcuæ Fidei profeſſoribus, vt in plurimùm, conflantur Gallicanæ acies. Ne igitur intrà domeſticos Lares venenatum regulum virus Hereticum fundentem, his in Italicis liminaribus oris apud Cadralienſes, vel in Grana Valle enutriri, & adoleſcere contingeret, Prouidos, atque oculatos vigiles, pariter & ſpeculatores circa hæc tempora præſertim ad hanc Stationem mittere conſueuerant Excubiarum Apoſtolicarum Magiſtri. Selectum igitur deſtinarunt hoc anno ad Cadralienſium Stationem Fratrem Ioannem Chryſoſtomum Taurinenſem, & Sacræ Theologiæ Profeſſorem, & Euangelicum declamatorem eximium, qui eximia integritate, manſuetudine, & bonitate apud Capuccinos enitens Guardianatus officio intra Clauſtra perpetuò fungebatur, cumq; in perorando, inſignioribus in Pedemontanis Eccleſijs, concionatorio munere excelleret; Apoſtolico quoque aliquando ſuſtinendo oneri fuit ſuffectus. Charitatis ergo, & beneficentiæ ſufficiens, imò ſuperabundans Myſtici Euangelici olei vas ſecum cum deferret; indigentibus cunctis ſpiritualis lucernę fomentum, & alimentum ſuppeditare non recuſabat, quinimmò ſedulò peragrabat, ac circuibat; vt in circuitu multos, imò omnes rectè perambulare doceret: pœnitentiam, & diuinorum mandatorum obſeruantiam iugiter prædicando: in prædicatione autem non conſuetis dumtaxat Annualis, Aduentus, & Quadrageſimalis fatigationibus ſolis laborare contentus, peculiare Virginis Matris expectationis nouenarium exercitium ante Dominicum celebre Natalitium inſtituere, atque in Cadralienſi Parochiali exercere voluit. Templo namque honorificentiùs exornato, & per præcedentes nouem dies magnificè Auguſtiſſimo Euchariſtico Sacramento grandiori in ara propoſito, inuitatis adiacentium pagorum proximorum Accolis, confluentibus pluribus populis, ipſe quotidianas ad eos ſermocinationes de Pariturę Deiparæ, & Puerperæ Virginis ardentioribus Anagogicis in Verbum infans affectibus affectuoſè habebat: vnde vehementiùs Capuccino Sacro oratore declamante, conſonantibus iterum lætantibus vndique conductis Muſicorum Choris, atque plaudentibus organis, ſimul & alternantibus modulis, dulciſſona carmina dum miſcerentur; adſtantes auditores ad deteſtanda crimina impulſi, ad perſtantes confeſſarios ſponte, & expeditè appellebant, propriaque piacula plenariè confitentes, & Sacra Sacramentati panis communione repleti, plenarias expoſitas, propoſitaſque Indulgentias elucrari geſtiebant, pro vniuerſalis Eccleſiæ bono ſuppliciter diuinam Maieſtatem iugiter deprecantes. Copioſas eleemoſynarum elargitiones præſtabant per ſingulos religioſæ ſolemnitatis dies, vnde ſatisfactis expenſis, & luminarium, atque ſumptuoſioris apparatus perſolutis ſumptibus, tantum piarum præſtationum pecuniæ ſuperfuit, quantum ad violaceum pulchrum paramentum comparandum exigebatur. Comparatum verò, ac confectum Capuccinus Leuita Parochialis Eccleſiæ Sacrario attribuendum curauit. I.

Nouenarium expectationis celebrat. *Ann. Chriſti 1644.* *Violaceum paramentum Parochiali Eccleſiæ cōparare facit.*

Nec ſibi minus ſolicitè rudium Catecheſi vacandum putauit, quinimmò his inſtituendis eò magis inſiſtere voluit; quò neceſſariora agnoſcebat Chriſtiano homini ad ſalutem, quæ ſimplicibus traduntur Fidei prima elementa: quibus in explicandis haud mediocriter laborabat; vt faciliori methodo tradita, etiam ab hebetioribus exciperentur: ſegniores, & tepidiores, ſiue paruulos, aut adoleſcentiores mares, & fœminas pijs munuſculis, ac deuotis varijs donarijs ad conueniendum prouidè alliciendo. Ipſe verò nullo ſuo temporali emolumento, ſed gratis laborioſè ſatis, & aſſiduè penitentium in Confeſſionibus excipiendis perſiſtebat à mane in veſperam vſque ad animi deliquium præ multitudine confluentium turbarum, infatigabilis conſiſtens: ſubſiſtebat pariter in Leuiticis Eccleſiæ Miniſtris obſequendo, & cooperando: in Sacrorum cultu, & Sacramentorum adminiſtratione: diſciplinis Confratribus inſeruiebat, & veluti congenita natura beneuolus, & beneficus omnibus benefacere ſtudebat, egentibus, ægrotis, ac miſeris cunctis pro virili opitulando. II.

Doctrinæ Chriſtianę & pœnitētiæ Sacramento adminiſtrando incumbit.

Spiritualiter Cadralienſem plebem ædificare ſatagebat, ſed & materialem ædi-

fica-

ficationem ſuæ religioſæ habitationis perficere, & commodiùs diſponere non neglexit: quia namq; non omnia ſimul & Templorum, & domicilij Apoſtolici conſtructiones conſummare valuerant ſui Euangelici Capuccini Stationarij Prædeceſſores; ideò ipſe à Præfecto Miſſionum, Prouinciali Pedemontano noſtræ Religionis Miniſtro exemplari ſuſcepto, ad religioſiorem formam Miſſionis domum redegit: acquiſito enim proximo cuiuſdam hortulo antiquæ ſolitariç turris terminos aliqualiter ampliauit, pro Stationariorum quotidiano ſeruitio quædam ſuperaddendo. Plura autem in Cadralienſis Eccleſiæ beneficium moliri cçperat, quando ad Clauſtralia regularia munia exercenda reuocatus, reſilijt, & annuali ſuæ Apoſtolicç Operationi impoſuit terminum.

Apoſtolicam Miſſionis domum ampliauit.

CALCVLVS XXI.

Fr. PAVLI MARIÆ à CORNIATO Concionatoris per annum 1646.

Anni Christi 1646.

I. ECcleſiaſticis, Euangelicisque in Caſtris militans Paulus Apoſtolus, non in vnica ſola Statione inuigilare, ſed vniuerſas circa regiones percurrere, vt periclitantibus accurreret, conſueuerat, & ſic Apoſtolicis, per futura tempora Eccleſiaſtico regno militaturis religioſis viris Euangelicæ, quam imitarentur, militiæ formã genuinam preſcripſit. Præſcriptam ergo ad normam vt militaret Fr. Paulus Maria Capuccinus Theologus, & Concionator, atque egregius decertator; non in vnica dumtaxat aliquando Cuſtodia inuigilare, ſed pluribus in excubijs Italici regni limina cuſtodire, & Apoſtolicè propugnare conſueuit: vti fuſiùs proprijs calculis, ratiocinijſque referimus. Fideles confirmando, & perfidos compeſcendo: tam in Cadralij, quàm Granæ vallis in Oppidis Euangelizando feruentiùs, ac frequentiùs regnum Dei, vt regnum Dei quærentibus, cuncta deinde temporalia bona adijcerentur. Prædicabat igitur, atque ad pçnitendum efficaciter prouocabat: prouocatos autem pœnitentes charitatiuè excipiebat, & Sacramentaliter confitentes patienter exaudiebat, andiroſque monebat, in tutiorem viam dirigebat, & directos à criminum vinculis abſoluebat. Ab ignorantiæ itidem retinaculis, & impedimentis ignaros, & idiotas expediebat, dum Chriſtianæ doctrinæ facilioribus rudimentis, & documentis ſolicitè imbuebat, ac ſufficienter inſtruebat pro Dominicalibus, ſiue commodioribus quibuſque feſtis diebus:

Egregius decertator Fr. Paulus Maria pluribus in Oppidis regnum Dei Euangelizat.

Ann. Christi 1647.

II. Vtriuſque Miſericordiæ conſiderabilia plura miſeris, & patientibus ſolamina impendit: adinuicem enim cum ſocio Fr. Honorato à Bennis Sacerdote æmulando, quis eorum in charitatis operibus pauperibus, ſiue ægrotis præſtandis, videretur eſſe maior, contendebant in paſcendis eſurientibus, & fameſcentibus, in nudis pauperum lacertis brumali deſæuiente rigore contegendis (in hoc enim vterque ſtudioſè incubuit) in ſubleuandis languoribus infirmantium, quorum fçtentium, & graneolentium nonnullos proprijs in amplexibus ſubleuatos, Fr. Honoratus ad Noſocomium curandos, paſcendos, & abluendos portauit. Fr Paulus Maria autem cum cuiuſdam pauperculæ adoleſcentulæ virginitas, & ſalus ob inopiam periclitaretur; ipſe ab opulentioribus quibuſdam amicis emendicata ſtipe, tantum pçcuniæ collegit, quantum pro deſtituta Iuuencula honeſto viro in Matrimonium collocanda ſufficeret, ſicuti & effecit. Diſcordes plures ad concordandum perduxit. Nec ſolis viuentibus beneficus, ſed & defunctis, ac inter Purgatrices flammas patientibus defunctorum animabus beneuolus, & proficuus ſuffragij Confraternitatem Canonicè erectam inſtituit, quò commodiùs, opportuniùs, & abundantiùs purgantibus Fidelibus congrua ſolatia præſtarentur, Ipſe vero poſt præclara multa præſtita abiuit.

Suffragij Cõfraternitatẽ Canonicè inſtituit.

CALCVLVS XXII.

Fr. BERNARDINI à PINEROLIO Concionatoris. Per Annos 1647. 1648. 1649.

I. CAdralienſes quidam oppidani iam à nonnullis annis ſimultatibus, & inteſtinis odijs occupati, nequiora aduerſus ſe inuicem ſecretò moliebantur, ſedentes in inſidijs in occulto, & in abſcondito inſidiantes, vnde tandem aliquando ex hactenus occultatis moliminibus palam in publicum prodeundo, apertas in rixationes, ac digladiationes manifeſtas procedentes, mutuas pariter in in-

terneciones ferebantur. Quamobrem Vigiles Eccleſiaſtici huic tam grandi malo,
breuiter maiori euadendo, vt prouiderent; Cadralium ad inuigilandum in Apo-
ſtolicis excubijs Fr. Bernardinum Pinerolienſem mittere decreuerunt, & de facto
ordinarum emiſerunt. Rerum agendarum peritia prædirus Capuccinus hic Theo-
logus,& Concionator intra Clauſtra pluries Guardianatus officio perfunctus fue-
rat: vnde & Apoſtolicæ Miſſioni exercendæ aliquoties quoque Pręfectus extitit
(quemadmodum proprijs ſignatis numeris computauimus) & hoc anno Cadra-
lium profectus, inibi per triennium ſuæ continuatæ reſidentiæ ſtrenuè ſe ſe in
Euangelico munere,& onere exercuit:nam & ab antiquo contractas, & per tēpora
recrudeſcentes, ac tandē per apertas diſſentiones armis exercitas ſimultates, ac per
partes exercitatas palam inimicitias, in euidentiorē ſimul & grauiorē patriæ per-
niciem (ne dicam ruinam) manifeſtè procedentes, vt extingueret; mentem, &
manum ſtudiosè, & ſedulus applicauit, & laborioſa non minus, quàm induſtrioſa
ſua operatione, & interceſſione diſſidia plura reconciliauit,inter quæ,quinque ob
effuſum cruorem, atque adinuicem illatas vulnerationes, & interfectiones iam
diù irreconciliabiles rixationes perdurabant, atque in plures, vel plurium adhuc
conſecuturas neces proceſſuræ tres ardentiores, ac ſęuiores perſeuerabant: reni-
tentiores igitur hos furentes Gladiatores, vt cicuraret; odiorum, & rixarum cau-
ſas remouere ſatagebat, quas cum inamouibiles offendiſſet; eò quòd quas
vna diſſidentium pars pecuniarias ſatisfactiones firmiter expoſtulabat, altera pre-
ſtare abſolutè, & reſolutè deuegaret: Fr.Bernardinus pacificus mediator, excogi-
tato pio charitatiuo remedio, à diuerſis probis viris vnitatis. & pacis amatoribus
pecunias quaſdam, quas prætendentibus tribueret, reportauit. Verùm cum illæ
petentium poſtulationes nondum adæquarent; ipſe de ſibi præſtito alimoniario
commeatu congruam detractam portionem ſuperaddidit, & ſufficientem confla-
tam pecuniam poſtulanti parti nomine alterius renitentis cautè perſoluit, quod
cum aduerſantium factionum hominibus innotuiſſet; exuberante Capuccini me-
diatoris charitate confuſi,ſponte in mutuas amicitias conuenerunt: admirantibus
cunctis Zelotis Euangelici ſtationarij in bonum publicum ardens deſiderium, &
efficax operoſum propoſitum.

In Cadraliēſi Miſſione præfectus venit Fr. Bernardinus.

Ann. Christi 1648.

II.

Prædicationem verbi Dei cum inſcientium, ſiue neſcientium inſtitutione, ſiue
inſtructione, tamquam Euangelici operarij peculiaria, & præcipua munia, num-
quam prætermiſit, imò ſupra proprij muneris debitum ſpecialiter coluit,nam tem-
poribus Aduentus, & Quadrageſimæ,pariter & annualium feſtiuitatum, ſiue Do-
minicarum diebus poſtquàm Cadralij ſemel verbum Dei propoſuiſſet; egrediendo
ad proximas villas ſecundò, & tertiò (ſi neceſſitas, vel opportunitas exigeret)
idem præſtabat, & ſimplices populos illos ad ſalutem neceſſaria edocebat: præ-
ceptorum diuinorum obſeruantiam, Sacrorum venerationem, & frequentiam,
propriæque tandem ſalutis ſolicitam curam, ac diligentiam commendabat. In
Profectum Fidei, & Eccleſiaſtici regni prouentum à Sabaudis Ducibus promulga-
tas ſanctiones, accuratè obſeruandas prædicabat, & pro illarum exactiori obſer-
uatione ipſe inſiſtebat. Perſiſtebat pariter pro Sacramentorum congrua, & ſuffi-
cienti adminiſtratione: vnde cum aliquando egreſſus in Cadralienſem agrum, ad
ruricolam quemdam hominem infirmum inuiſendum, & ſpiritualiter conſolan-
dum acceſſiſſet; animaduertit decumbentem ad mortem ægrotare: quare ægrotan-
tem num Sacro Viatico refici, & roborari percuperet? interrogauit: ille totis vo-
tis id ſibi gratum, atque iucundum fore reſpondit, ſed à Parocho expoſtularam
hanc animę refectionem ſibi fuiſſe denegatam aſſeruit: quibus auditis Fr. Bernar-
dinus receſſit, atque Rectorem ad Sacerdotem per directum acceſſit,infirmantisq;
votum, & periculum manifeſtauit, cui manifeſtanti, & perſuadenti renuit Sa-
cerdos auſcultare, quinimmò apertè id infirmo illi nequaquam ſe velle præſtare,
ne cęteris quoque in agro, ac villis degentibus Fidelibus Viatici deferendi con-
ſuetudinem induceret, palam profeſſus eſt, cum iam à ſex luſtris peractis, hoc ru-
ricolis ægrotis Parochiale Euchariſtię Sacrę beneficium impendendi vſus aboleue-
rit,cuius abuſus, ſiuè non vſus cauſam cum eam prętexeret, quòd congrua, ac de-
centi pro deferendo Viatico Pyxide careret, Capuccinus Leuita publicę rei admi-
niſtratores conueniendo, grauiter cum eis egit; ita vt reportato pecuniario ſubſi-
dio, ipſe Taurinum pergens Pyxidem aptam, atque idoneam conficiendam cura-
ret, & Parochiali Eccleſię attributam eliminato abuſu,ęgrotantibus ad agros affe-
rendę Sacrę Euchariſtię in Viaticum legitimum vſum reſtituerit, inuocata ad hoc
legitimorum Pręſulum auctoritate.

Pyxidem Parochiali Eccleſiæ attribuit.

III.

Multiplicem pręterea varijs Eccleſijs Leuiticam, ſiuè ſacram ſupellectilem pro-
curauit. Parochiali Montis-Aurelij Eccleſiæ alteram Pyxidem,& Calicem,ſimul
& B. Virginis de Roſario elegantem Statuam comparandam curauit: ex proprijs
verò Miſſale vnum, & nonnulla pro Calice vela largitus eſt. Diſciplinatorum
Congregationis Apoſtolicę Miſſioni proximo pro Oratorio nouam formoſiorem

quoque

quoque Pyxidem cum ſcutulato ditiori induſio conficiendam, & coemendam ſategit: Suffragij Sodalitio recentia nigra conuenientia paramenta, nempe Caſulam,& palliū altaris ac pro tabernaculo tentoriolum: S. Mariæ rurſus de Monte Carmelo Societati grandiuſcula bina Angelorum deaurata ſimulacra: Paſcheriæ ſuperiori, & Plebaniæ campeſtribus geminis Sacellis Calicem, & Miſſale, ad celebrationemq; neceſſaria ornamenta prouidit: curando vt his nouiſſimis in ſacris ædiculis ruralibus pro circumſtantibus agricolis ſingulis feſtiuis,& Dominicalibus diebus Miſſę ſacrum haberetur. Nec ornandis duntaxat Sacris Templis contentus, Sacratas quoque pro diuino cultu ædes inſtaurare voluit: Sancti Sebaſtiani prope Cadralium Baſilicam reſtituit, & eleganti Icone appoſita populum in Sancti martyris feruentiorem venerationem excitauit, illius in celebritate proceſſionaliter plebem ad eius limina perducendo: Oratorij Diſciplinantium fornix incongruè à principio concamerata caſum minitabatur, vnde Fr.Bernardinus ferreis appoſitis fulcris perenniter duraturā conſtabiliuit. Huic proxima gemina triclinia acquiſiuit,quorum alterum Confratrum ſupellectilibus reponendis,alterum verò pro humiliatis Conſororibus religioſo Sodalitatis Cilicino habitu ad opportunitates honeſtè induendis inſeruit: cohærentis Xenodochij habitacula quædam inſtaurauit. Tandem validus hic Apoſtolicus pugil Cadralio Draconerium proficiſcens,raptam mulierem de rapientium militum manibus eripuit,& recuperatam, ne à rurſus violenter inuadentibus abduceretur, validè, & intrepidè defendit. Nonnullas præterea, & à Romano Pontifice pro Diſciplinarorum Oratorio Plenarias Indulgentias, & ab Apoſtolico Taurinenſi Nuncio pro pleniùs ſuo Euangelico Miniſterio exercendo, abſoluendi facultates non ordinarias reportauit. Cumque per triennium in hac Statione ſingulari cum Oppidanorum,atq; circumadiacentium populorum emolumento inuigilaſſet pariter, & ſtrenuè operatus fuiſſet; ad Religioſa Clauſtralia munera ſubeunda reuocatus, à miſſione receſſit.

Saeras Aedes reficit,& Icone ornat.

Ann. Christi 1649.

APPENDIX.

FR. Carolus Franciſcus à Sauiliano,intra Fr Bernardini triennalem commorationem,ad Cadralienſem populum ſemel Quadrageſimales Conciones habuit, quarum temporis decurſu diſſidentes quoſdam pacificauit, & errantes ad pęnitentiam reuocauit. Inſtituitq; vt ſingulis anni diebus circa meridiem cunctis pulſatis Campanis, ſolemniùs ſignum ederetur, quo Incolæ edocti, & excitati genibus flexis quinquies & Dominicam orationem, & Angelicā Salutationem in Christi Domini Paſſionis memoriam recitarent, moxq; contriti cordis gemitu prolato, erratorum veniam à Deo expoſtularent.

CALCVLVS XXIII.

COMMVNIS.

Fr. LAVRENTII à PINEROLIO, GREGORII à MONTEREGALI, IOSEPHI à SVMMARIPA Concionatorum, per annos 1650. 1651. 1652.

SVB his temporibus, defuncto grandęuo Cadralienſis Eccleſiæ quondam Parocho, iunior quidam ſuffectus Sacerdos ſucceſſit, qui religioſis compoſitis I.
quidem moribus præfulgebat; verùm Parochialis curæ adminiſtrandæ miniſterium veluti Leuiticæ militię tyro non vſquequaque callebat: vnde Apoſtolicorum Cooperatiorum Miniſterio,& Magiſterio obſequioſo indigebat: quamobrem Euangelici exercitus Præſides, & Duces hac Cadralienſi in Statione ad excubandum pro triennali hoc annorum circulo non gregarios milites,ſed inſigniores Capuccinos Pugiles, Theologos, & Sacros Oratores Stationarios emittendos elegerunt, & electos deſtinauerunt ſucceſſiuè diſcretas per annuales excubias: Primum Fr. Laurentium à Pinerolio: Secundum Fr.Gregorium à Monteregali: Tertium Fr.Ioſephum à Summaripa. Hi tres igitur cum religioſis virtutibus præclari, tum contemplatiuę, tum actiuæ vitæ chariſmata poſſiderent; & intra Clauſtra Guardianatus, & extra Clauſtralia limina Apoſtolatus munera, & onera aliquoties ſuſtinuerunt: Pro ſibi demandato opere ſollicitè Christi Euangelium & Cadralienſi Villæ, ac Vallis Granæ Oppidis prædicando, ignaros pro catecheſi docendo, ad ſe accedentes pęnitentes confeſſionaliter audiendo,& Sacramentaliter abſoluen-

Ann. Christi 1650.

Fr.Fr. Laurentius, Gregorius,& Ioſeph in ſibi demandato onere feruidè laboant.

do,

do, diſcordes pacificando, litigia componendo, & egenis, ſeu ægrotantibus cunctis benefaciendo. Parochialibus in miniſterijs plebi præſtandis, Sacerdoti Curatori obſequebantur: Diuino cultu in honorificentiùs exercendo: Leuiticis Miniſtris cooperabantur: ſpiritualibus in exercitationibus infatigabiliter perdurabant: pia à ſuis prædeceſſoribus inſtituta Societatum, ac Confraternitatum fouebant, atque religioſam pietatem promouere vnanimiter ſtudebant tres Religioſi Athletæ.

II. Quorum ſecundus Fr. Gregorius à Monteregali, cum Reuerendiſſimo Domino Vicario, nempè Parçciæ Rectori Honorato Oliuerio in extremis laboranti, & animā iam iam agenti ſuperueniſſet; & accurriſſet; ægrotantē pro ſpirituali ſaluatione extrema Sacramenta ſuſcipienda, & pro temporalium congrua diſpoſitione conficiendum teſtamentum admonuit: monitis autem ille ex-tempore acquieſcens; & animæ propriæ ſaluti, & geminarum neptum coniugio, atque collocationi conſuluit, & prouidit. Capuccinus verò Stationarius mox defuncti Parochi, & funus commendatoria funebri oratione coram populo habita, religioſè proſecutus eſt, & derelictis ſororibus binis mortui conſanguineis aſſeruata, & illis conſeruata derelicta ſupellectile, patrocinatus eſt. Nec ijs dumtaxat, ſed pluribus, imò omnibus neceſſitatem patientibus, ad ſeque recurrentibus opitulatus eſt: pro virili ſubſidia miniſtrando ſanis, & ægris, egenis, & afflictis, tribulatis, & miſeris ſolatia congrua impertiendo. Diſcordantes plures pacificauit, nonnulla litigia compoſuit, pariter & diſſidia conciliando ſuaſit, à malis retrahere, ad bona autem pertrahere Cadralienſem populum ſatagebat: vnde opportuno tempore deuotam ſibi commendatam hanc plebem ad B. Angeli de Clauaſio corpus, & ſepulchrum venerandum adduxit, & religioſè, ac piè Cuneum perduxit. Nonnullos præterea damnatos libellos de otioſorum manibus ereptos recollegit, & plura in profectum Fidei perpetuò egit.

Cadralienſē populum ad meliorē frugem pertrahere ſatagit.

III. Sacri cultus exactiorem venerationem adaugere nequaquam omiſit: vnde cùm Confratrum Sodalitatis ſacrum vexillum vetuſtate, & diuturniori vſu attritum minus decorè iam publicè circumferretur; Fr. Gregorius eleemoſynario quodam ære annuo cuidam Congregationis Diſciplinatorum cenſui addito, congrua conflata pecunia, nouum ex ſerico appoſitè picturatum, & exornatum conficiendum curauit, in eoque Annunciatæ Virginis ex vna, & ex altera verò parte SS. Ioannis Baptiſtæ, Ioſephi, & B. Angeli de Clauaſio, nec non Seraphici Patris Franciſci, & eius ſpiritualis filij D. Antonij Luſitani imagines effingendas procurauit. Hocq; vt decentiùs reponeretur, & diutius impoſterum aſſeruaretur; ligneum prægrandem abacum conſtruere, & in Eccleſia componere fecit, ſicut & in ſacrario pro reponendis Calicibus, Pyxide, & his ſuperponendis ſericis ſacris velis repoſitorium fabrefieri mandauit. A Reu quodam Sacerdote inchoatam Sancti Grati Epiſcopi Sacram ædiculam in montis vertice, intra diruti Caſtri rudeta fundatam, perficiendam accelerauit, & pro terræ frugum cōſeruatione ad inibi deprecandum populum efficaciori ſermone adhortatus eſt: peculiari in feſto non exiguo conuocato vicinorum populorum conuenientium cætu. Iidem cum Fidelis quidam Cadralienſis incola Cyprianus Marchiſius nomine, ad ſancti fontis (vt dicunt) crepidines Deiparæ Virgini Sacrum Sacellum inſtaurare occepaſſet, & perfeciſſet. Euangelicus Ædificator ſacræ ſtructuræ cooperari ſtuduit: vnde & à Romano Pontifice Plenariam Indulgentiam pro deuotè eò conuenientium, & in ſolemniori die Sacellum viſitantium ſpirituali lucro impetrauit. Quamobrem ad comeſſationes, & compotationes huiuſcemodi in Conuentibus fieri conſuetis, impediendas eò ipſe conuenit, & conuenientium, atque ad ſe accedentium confeſſionibus excipiendis à mane in meridiem incubuit: intrà Miſſarum ſolemnia concionatus, pro concione adſtantes admonens, ne orationis & locum, & tempus diſſolutionis forum efficerent cuius monitionibus quidam non auſcultantes, cum vino calefacti de meritoria taberna egreſſi adinuicem altercarentur, vnus ex his ignita glandule plumbea de tormento bellico exploſa percuſſus cecidit, cui protinus Capuccinus Sacerdos accurrens vix abſolutionis beneficium morienti impendere valuit, ipſe verò præualuit, complures ſpirituales mortuos, & delictorum mucrone ſauciatos ad vitam gratiæ reuocare, Sacramentalis abſolutionis beneficium impendendo. Pro cuius ſpiritualis ſubſidij largiori copia diſtribuenda, binas iterum Plenarias Indulgentias à Romano Antiſtite reportauit, alteram pro Diſciplinatorum Eccleſia in Natali Matris Dei die elucrandam, alteram verò pro Suffragij Societate, & Sacello per integram octauam tàm in viuorum, quàm in defunctorum ſubſidium, atque ſuffragium acquirendam.

Ann. Chriſti 1652.

Indulgētiam Plenariam à Romano Pontifice impetrat.

IV. Apoſtolico igitur ſibi concredito muneri pleniùs vt ſatiſfaceret, & indigentibus magis vt benefaceret Fr. Gregorius; non prædicationi verbi Dei ſolummodò operam dare, vel ſimplicium catecheſi incumbere totius anni tempore propoſitis, & munuſculis aptiùs recitantibus exhibitis, nec modò Sacro Matris Dei Rotario

alter-

alternatim recitando ſolicitus adfuit; ſed (& quod conſiderabilius eſt) peccatoribus ad ſe accedentibus reducendis, eorumq; licèt prolixioribus confeſſionibus generalibus laborioſè excipiendis ſedulò vacabat: nam cum euangeliżando per Granæ Conuallem, & proximas Villas (nulla æſtiui caloris habita ratione) perambularet; vbicumque tamen neceſſitas adforet; ſtabat, & tamdiù perſtabat, donec pœnitentibus cunctis beneficium abſolutionis, exactionibus peractis criminum confeſſionibus, impendiſſet. Quibus, & conſimilibus religioſæ charitatis, & ſollicitudinis operibus dum inſiſteret; en inter alios ad eum aduentantes adfuit & ipſe quidam Templaris Sancti Ioannis Baptiſtæ Maltenſis Eques, generis quidem nobilitate inſignis, ſed morum improbitate, & criminum enormitate ignobilis, qui cum ob perpetratorum facinorum atrocitatem de miſericordia Dei iamdiù deſperans, religionis habitum, nempè candidam Crucem depoſuiſſet, & in Anathematis ſtercore diu computruiſſet; tandem ad Capuccinum monitorem, & errantium recollectorem accedens, à Deo illuminatus, & à Fr. Gregorio confortatus, poſt efficaciores adhortationes, & pollicitationes coram eo generaliter ſua piacula lachrymoſè faſſus, congruaque acceptata pœnitentia, reſipuit, & de corde pœnituit. — *Pœnitentiæ Sacramento adminiſtrando ſollicitus incumbit.* — *Ann. Christi 1652.*

V. Fr. Ioſeph præter communia hactenus recenſita, peculiaria nonnulla egregia facinora memoranda reliquit: manuſcriptos namque, atque typis excuſſos codices quoſdam damnatos recollegit, & repoſuit, atque inſtitutæ iam, ac olim à Fr. Paulo Maria conſtitutæ Suffragij Confodalitatis Sacello pulchram Iconem ex recollectis, & præſtitis eleemoſynis conficiendam mandauit. Primaria Fidei elementa fidelibus rudibus ſumma diligentia explicabat, concionibus frequentiùs habendis circuibat, atque peragrabat. Plura tandem ipſe cum geminis commilitonibus præreccenſitis propriæ reſidentiæ temporibus præſtitit, quæ tamen ſilentio obuoluta, vel humilitate cõtecta vix ad noſtrum obtutum, vel auditum in confuſo genere relata peruenerunt, & ideò vltra diſtinctiùs enumerari non valuerunt. — *Suffragij Sacello Iconem prouidet.*

CALCVLVS XXIV.

Fr. ZACHARIÆ NICIENSIS Concionatoris, per annum 1653.

I. TRinos Zacharias, ex diuinarum Scripturarum monumentis, recenſet D. Hieronymus: binos Sacerdotes, & tertium Prophetam, quibus omnibus cum commune fuerit nomen, omen quoque non diſſimile extitit. Zacharias enim Hebraicum vocabulum latinè redditum, Memoriam Domini ſonat: quam autem ſui Dei, & Domini memores fuerint prærecenſiti tergemini antiqui Patres, ex vtraque Sacra pagina ſatis conſtat. Illorum igitur Priſcorum Sacerdotum, & Dei præconum nomenclaturam cum aſſecutus fuerit, in Minorum Capuccinorum ordinis ingreſſu, noſter hic Pugil Seraphicus Fr. Zacharias Nicienſis: eorum pariter tum geſtorum, tum munium veſtigijs inhærere non deſtitit; etenim & in ſeipſo iugiter aſſeruare, & in cæteris efficaciter Dei memoriam excitare ſtuduit: cum enim validus eſſet Orator, & Theologus eximius efficaciter verbum Dei proponebat, & propoſitum confirmabat, peccatores ad pœnitentiam prouocabat, & proficientes ad meliora incitabat, Sacramentis adminiſtrandis vacabat, & ſpiritualibus exercitijs conſeruandis, & excolendis non deficiebat, iurgantes conciliabat, diſcordantiũ lites componebat, ſacro cultui celebrando, ſeu venerando aſſiſtebat, Parochis, & Sacerdotibus cooperando. — *Ann. Christi 1653.*

II. Cum autem feruentioris eſſet actiuitatis, non ſolis ſpiritualibus incumbere contentus, materialibus quoque inſtaurationibus inſiſtebat: vnde ſicuti in Verzolienſi, ita & in hac Cadralienſi Statione, ſiue religioſa ſua habitatione accrementa quædam perficere voluit: Triclinia enim commodiora appoſuit, & iam olim appoſita ad meliorem formam redegit tum detractis ſibi quotidianis alimonijs, tum quæſitis eleemoſynis, tum & eo magis corporali ipſe propria perſonali aſſidua, & quotidiana cooperatione, & manuali ſubuentione aſſiſtendo, & enixè perſiſtendo: vnde & in grauem morbum incidit, quo diutius in lectulo detentus, cœptam ædificationem non valuit conſummare, quoniam ad quadrageſimales conciones alibi habendas aduocatus, & poſtmodum capitularium Patrum diſpoſitione aliò deſtinatus, ſui voti compos euadere nequiuit, cum præclara in dies ipſe molimina diſponere excogitaſſet, & perpetuò conatus fuiſſet. — *Cadralienſē ſtationem ad meliorem formam redigit.*

CALCVLVS XXV.

Fr. VBALDI BRATDENSIS Concionatoris per annos 1654. 1655.

I. CAdralienſes Oppidani, ſub hac tempeſtate, inteſtinis, & domeſticis odijs, atq; ſimultatibus exagitati, ſicuti propriæ ſingulari incolumitati, & indemnitati nequaquam conſulebant; ità quoque reipublicæ adminiſtrationem negligebant, imò commune patriæ bonum peſſundabant. Quapropter tum ad temporale, tum ad ſpirituale huius & Pagi & populi ſtatum inſtaurandum, & reſtituendum pacificus Leuita, & Religioſus Minorita Fr. Vbaldus à Patribus emiſſus aduenit: hic enim cum Guardianatus munere aliquoties perfunctus, egregius exiſteret verbi Dei declamator, Sacræque Theologiæ non vulgaris profeſſor, manſuetudinis quoque, & modeſtiæ virtutum inſignibus, nec non regularis obſeruantiæ zelo apud ſuos effulgebat: vnde ad Apoſtolicum onus ſuſtinendum, & munus exercendum aduocatus, Cadralium perrexit, atq; proprio miniſterio perfungendo mentem, manumq; applicuit, ab Euangelij prædicatione, Sacramentorumq; adminiſtratione, ſimul & ſimplicium inſtructione exordiendo: Chriſtianam Doctrinam explicabat, rudes inſtruebat, errantes arguebat, delinquentes monebat, & in bono proficientes confirmabat.

prędicatione & Catechiſmo, ac Sacramentorũ adminiſtratione proprio miniſterio ſatiſfacere ſtudet.

II. Vltra conſuetas, non aſſuetas etiam Sermocinationes Capuccinus Sacer Orator celebrare decreuit, quò huiuſcemodi in frequentioribus Religioſis exercitationibus Religionis, & pietatis accrementa procuraret. Poſtquam igitur Aduentus Dominicales Conciones Fr. Vbaldus iam iam abſolutas perfeciſſet, vt & Cadralienſem, & vicinos populos opulentiori epulo in Natalitijs Domini feſtiuitatibus reficeret; nouenarium exercitium in Deiparæ Virginis Sacri partus expectationis memoriam, per nouem Pueri Ieſu Natiuitatem præcedentes dies, quotidianis Sermocinationibus celebrari conſuetum, ſolemniter exponere, & perficere voluit: vnde expoſito Sãctiſsimo cõuocatis & incolis, & accolis, horarios ipſe ad conuenientes ſermones habebat, & Apoſtolica ſibi delegata conſueta facultate de ſuggeſtu benedicendo, adſtantibus Plenarias Indulgentias concedebat: vnde illud conſequebatur; vt turmatim Fideles concurrentes, ſinguli mares, & feminæ, Oppidani, & aduenæ pænitentes contriti, & confeſſi ad Sacram Synaxim libenter accederent, ſicq; peculiari populorum frequentia expectationis Sacro nouenario abſoluto, nati Saluatoris celebritates Religioſiùs celebrarent, & ſpiritualibus chariſmatibus ditati Fideles, intus in anima pingueſcerent, & diteſcerent. Ann. Chriſti 1654.

Nouenarium Natalitium exercitium celebrat.

III. Superabundantes tunc intra Cadralienſes Optimates, inualeſcentes ſimultates Adoleſcentes Oppidi, ideſt vniuerſam Pagi pubeſcentem iuuentam Chriſtianis moribus, ſimul & honeſta conuerſatione depauperauerant; eò enim effrenis incontinentiæ, atq; ſe luxuriantis impudentiæ peruenerant iuueneſcentes mares; vt publicè helluari, ſaeuire, & ſcortari non modo non erubeſcerent; quinimmò gloriarentur, exultantes in rebus non tantùm malis, ſed etiam peſſimis. Peroptimè igitur, & prudenter laſciuientem adoleſcentiam vt reprimeret Religioſus vitiorum eliminator; vbi primùm demandatæ ſibi huius Eccleſiaſticæ Miſſionis ad limina appulit, præcipuum ſuum ſtudium applicuit, vt ſerpenti morbo vlteriores progreſſus prohiberet. Quamobrem tum publicis pro concione increpationibus, tum priuatis & obſecrationibus, & admonitionibus pro domeſtica conuerſatione ſolerter adeo, & efficaciter enixus eſt; vt bimeſtres inter inducias in adoleſcētibus, & iunioribus Chriſtiani hominis facies refloruerit, pariter & fidelis Chriſticolæ aſpectus rurſus apparuerit. Ne autem quod Maribus contigerat, fęminis quoque adoleſcentioribus euẽniret; conuenit Fr. Vbaldus loci publicæ rei Adminiſtratores, quibuscum, difficulter admodum quidem, ſed inſtanter ita egit; vt de publico ære congruo ſtatuto ſtipendio, prudentem honeſtam, atque modeſtam mulierem in puellarum Magiſtram communem conducerent, quò tenellæ adoleſcentulæ virtuosè educatæ, laudabiliter quoq; & ipſæ Matres effectæ natos ſuos educarent. Impuberum rurſus educationem perfectius vt promoueret; ſingulo quoque menſe Innocentes paruulos ad ſe conuocatos (Sacramentali Pęnitentiæ expiationi faciliùs vt aſſueſcerent) pueriles noxas confitentes patienter audiebat, & pro captu ſingulorum erudiebat. Ann. Chriſti 1655.

Adoleſcentium inſoleſcentium mores reformare ſtudet.

IV. Nec puſillorum dumtaxat ſaluationi incumbere voluit; ſed etiam multò ſolicitiùs prouectiorum, nempè cunctorum ſalutem promouendam ſibi propoſuit; quapropter efficaciora ad hoc remedia, ſiue adminicula adhibere ſtuduit; frequentiorem ſcilicet Pęnitentiæ ſimul, & Euchariſtiæ Sacramentorum vſum, ad quem

cunctos,

cunctos, indigentiores ſignanter vt impelleret, ſuauiterque vt compelleret; publicis ſermocinationibus, vehementioribuſque cohortationibus perpetuò id conſequi enixus eſt. Imò vt inſcientes, quin vt delinquentes proprias conſcientias criminoſas rectè diſcutere & appoſitè examinare perdoceret; ſingulis Dominicalibus diebus, à prandio campanæ edito ſigno mares, & feminas libenter conuenientes conuocabat, atque conuocatis ſolicitiori ſtudio legitimam & confitendi, & penitendi methodum clariùs explicabat: qua Euangelica ſolertia tantum proficiebat; vt complures hactenus neglecta, & incognita capitalia crimina agnoſcentes, generaliores, exactioreſque anteactæ totius vitę expiationes coram eo perficerent. Perficiebat & ipſe Apoſtolicum proprium opus, pia Religionis exercitia excolendo, Marianique Roſarij præcipuè recitationes celebrando. Haudque ſpiritualia ſolummodò, ſed & corporalia charitatis opera Cadralienſibus impendebat: eſurientes paſcendo, nudos operiendo, infirmis miniſtrando: in quæ laudabiliora facinora (ſignanter in nobilem, & nubilem adoleſcentulam pauperie anguſtiatam a duplici corporis, & animæ diſcrimine liberandam, atque matrimonio locandam) conſiderabiliorem & frumenti, & pecuniæ quantitatem, ex ſibi detracto commeatu inſumpſit. Sicque Apoſtolico ſuo annuali miniſterio perfunctus, ad Guardianatum aſſumptus, receſſit glorioſè, Cunctorum ſalutem promouere nititur.

CALCVLVS XXVI.

COMMVNIS.

Fr. Fr. RAPHAELIS à TAVRINO, & DAMIANI à S. DAMIANO Concionatorum per annos 1656. 1657. 1658.

1. TAM Angeli, quàm homines fuerunt, ſunt, eruntque vſque ad ſæculi conſummationem in miniſterium miſſi, propter eos, qui hereditatem capiunt ſalutis. Angelus eſt Sanctus Raphael, homo fuit S. Damianus Martyr: vterque verò tam Angelus, quàm homo, ideſt tam Raphael, quam Damianus vtriuſque medicinæ tum corporalis, tum ſpiritualis rationali creaturæ ad beneficia exhibenda miſſus extitit. Non Angeli, ſed homines fuerunt, & ſunt Fr. Fr. Raphael, & Damianus, quorum alter Angeli, alter verò Martyris nomenclaturam æmulatur, vterque autem Hierarchicæ Miſſionis miniſterium analogicè imitatur: dum vtriuſque medicinæ ſpiritualis corporis, & animæ ad beneficia impendenda ambo ſucceſſiuè per tempora emiſſi Cadralium aduenerunt. Fr. quidem Damianus primus, nempe per biennium iam iam à quinquageſimo quinto. ad finem vſq; quinquageſimi ſeptimi extra ſexcentum & mille annos. Fr. Raphael verò non primo, ſed ſecundò, quia iam olim per triennium (vti ſupra calculo quintodecimo dedimus) hac in Statione operatus fuerat, ad quam modò ſecundariò acceſſit licèt nulli in ſolicita vigilantia ſecundus, per hunc quinquageſimum octauum annum ſeptimi decimi ſæculi inuigilet: Euangelica miniſteria excolendo, Apoſtolica munera exercendo, ſimul & Sacroſancta Myſteria explicando. Sicuti & Fr. Damianus operoſæ cum ſit ipſe actiuitatis, feruidique ſpiritus vnius, & alterius ſcilicet actiuæ, & contemplatiuæ exercitationibus, & remedijs ſpiritualem medicam artem profitendo, ægrotantium Fidelium curandæ, atque procurandæ incolumitati: prædicatione, catechiſmo, Sacrorum adminiſtratione, Sanctorum celebratione euitendo: enixus eſt multa præclara facinora in Eccleſiaſtici Regni prouentum perpetrare, quæ ad nos ſingillatim nondum tranſmiſſa, collectiuè ſilentio obuoluuntur.

Apoſtolica medicina ſpirituales morbos curant.

Ann. Chriſti 1656. 1657. 1658.



PADVSANAE APOSTOLATVS RATIOCINIVM DECIMVM

D. O. M.

CHRONOTAXIS

OLYMPIADE QVINTA DECIMI SEPTIMI SÆCVLI.

GREGORIO XV. ROMANO PONTIFICE: OCTAVIO VIALIO SALVTIENSI ANTISTITE: FRANCISCO COSTA TAVRINENSI NVNCIO: SVB FR. IOANNIS BAPTISTÆ VERCELLENSIS PROVINCIALIS CAPVCCINORVM ADMINISTRATIONE: CAROLO EMMANVELE I. IN CISALPINA GALLIA PRÆDOMINANTE: INITIIS COAPOSTOLATVS CAPVCCINI PADVSANÆ PRÆIACTIS: DEMVM EIVSDEM SÆCVLI VIX QVINTO LVSTRO PERACTO: VRBANI VIII. PONTIFICIS MAXIMI IVSSV: AGAFFINI SOLARII SALVTIENSIS PRÆSVLIS NVTV: LAVRENTII CAMPEGII EPISCOPI CESENATIS, TAVRINENSIS NVNCII MANDATO, ET OPPIDANORVM REPETITA POSTVLATIONE: FR. IOANNES A MONTECALERIO, PEDEMONTANÆ CAPVCCINORVM PROVINCIÆ PROVINCIALIS DIRECTOR, ET MISSIONVM PRÆFECTVS IN ÆRIDANI CONVALLE, VILLA PADVSANÆ PRO ECCLESIASTICO SPIRITVALI DOMINIO EXCITANDO, CAPVCCINOS EXCVBITORES, ET EVANGELICOS OPERATORES ADHIBVIT. NONO KALENDAS IANVARII.

PADVSANÆ RATIOCINII SYNOPSIS

Præambuli Numeri Quinque.

Primus	Geographicam	Relationem exhibet.
Secundus	Politicam	
Tertius	Hierarchicam	
Quartus	Errorum, & Hæreſis	Originem perhibet.
Quintus	Apoſtolatus, ideſt, Miſſionis	

Calculus Primus.

Præcurſoris Fr. Angeli à Montecalerio Antiquioris Concionatoris per annos 1620. 1621.

Calculus Secundus.

Communis
Apoſtolicorum plurium Præcurſorum, Fratriſq; Angeli Taurinenſis Concionatoris ſignanter per annos 1622. 1623. 1624. 1625.

Calculus Tertius.

Fr. Ioachim ab Ayraſca Concionatoris per annum 1627.

Calculus Quartus.

Fr. Ioannis à Ripalta Concionatoris per annos 1628. 1629.

Calculus Quintus.

Fr. Hippolyti Taurinenſis Concionatoris per annos 1630. 1631.

Calculus Sextus.

Fr. Laurentij Pinerolienſis Concionatoris per annum 1632.

Calculus Septimus.

Fr. Ioſeph à Summaripa Concionatoris per annos 1632. 1633.

Calculus Octauus.

Fr. Victoris Amedei à Paſſerano Concionatoris per annos 1634. 1635.

Calculus Nonus.

Communis
Fratrum Seraphini, & Archangeli à Montecalerio Concionatorum per annos 1636. 1637.

Calculus Decimus.

Fr. Bernardini à Bouiſio Concionatoris per annos 1638. 1639. 1640.

Calculus Vndecimus.

Fr. Bernardini à Pinerolio Concionatoris per annum 1641.

Calculus Duodecimus.

Communis
Fratrum Octauij à Carmaniolia, & Ioannis Baptiſtæ à Cambiano Concionatorum per annos 1642. 1643.

Calculus Tertiuſdecimus.

Fr. Dominici à Ploſaſco Concionatoris per annum 1644.

Calculus Quartuſdecimus.

Fr. Caroli Franciſci à Sauiliano Concionatoris per annum 1645.

Calculus Quintuſdecimus.

Fr. Angeli à Foſſano Concionatoris per annum 1646.

Calculus Sextuſdecimus.

Fr. Simpliciani à Pinerolio Concionatoris per annum 1647.

Calculus Decimus ſeptimus.

Fr. Athanaſij à Monte-alto Concionatoris per annos 1648. 1649.

Calculus Decimus octauus.

Fr. Ioannis Baptiſtæ à Cambiano Concionatoris per annum 1650.

Calculus Decimus nonus.

Communis

Fratrum Euſebij ab Eporedia, & Petri Martyris à Taurino Concionatorum per annos 1651. 1652.

Calculus Vigeſimus.

Fr. Stephani à Viconouo Concionatoris per annum 1653.

Calculus Vigeſimus primus.

Communis
Fr. Fr. Petri-Martyris Taurinenſis, Ambroſij Vernatenſis, & Damiani à Sancto Damiano Concionatorum per annos 1654. 1655.

Calculus Vigeſimus ſecundus.

Communis
Fratrum Seraphini à Montecalerio, & Stephani à Viconouo Concionatorum per annos 1656. 1657. 1658.



PADVSANAE
IN APOSTOLATV
CAPVCCINORVM OPERARIORVM
Pro Eccleſiaſtico Regno laborioſi Proceſſus numerantur, & calculantur.

RATIOCINIVM DECIMVM.

Geographicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. I.

EMINENT quidem Cottiæ Alpes excelſioribus pluribus montium iugis, ſed præeminet, & ſuper cacumina montium prominet Veſuli Montis acumen, eminentiſſimæ pyramidis in figuram, cui geminæ collaterales, ſimul & pyramidales rupes adſtantes, Triadis formam, numerumque figurant. Spectabilis equidem Veſulus; quòd eminùs, & cominùs aſpectabilem ſuum verticem extollit, verùm longè ſpectabilior aſpectatur, quod quadrifauci excelſi ſui capitis ex patulo ore, ſeù hiatu fontem vnum Vicendam nomine, ac tergeminum lacum ſuperum nempè, & inferum Lauſetum; hiſque ſuperiorem Claretum enomat: vnde patentioribus rictis Padi regalis originales vndas ſiniſtro ex ſuo latere eructat; quæ initialis ſui decurſus incurſu Chryſolij oppiduli vltimis in Italiæ finibus fines alluunt. Hincque præinceptum curſum proſequendo Hoſtanæ Villæ decliuiori in Montis parte poſitę rura, ſiue rupes tangunt. In Vallis tandem Vallum dilapſus Padus priori ſibi occurrenti riuo à Veſuli dextero latere exorto, atq; per anfractus, & receſſus à meridie progredienti copulatur ad ãgulũ verticalis Mõtis, cuius in altitudine quatuor millium paſſuum ſuper eleuato iugo, ipſius in Veſuli & viſuali recto tramite, & inferiori ſinu reſidet Oncinus tertius Pagus alpeſtris: vnde in directum ab occaſu in ortum lapſum ſuum dirigendo poſt bini milliaris deſcenſum principale, ideſt magis amplum Vallis Oppidum & fęcundat, & denominat Paduſanam: quæ longè, latèque in montibus, & complanis citrà, & trans flumen terminos ſuos diſtendit varias per populationes, duaſque præcipuè, ipſius in Æridani vtraque crepidine poſitas, quarum prima Sanctæ Mariæ, altera Sanctæ Margaritæ nominibus recenſetur. A Paduſana diſcedendo in deſcenſu ad dexteram fluminis ſtat nobile Oppidum S. Frontis, vel Frontonis amplum ſatis: inde in eodem latere Villæ Gambaſca primùm, deinde Martiniana occurrunt: Cuius in oppoſito ad læuam fluuij Riui, vel Ripæ frigidæ Villula conſpicitur. Huiuſcemodi igitur octo Pagis conſtans Paduſana Vallis ferax ſatis, & fęcundum ſolum poſſidet, frumentum enim, ſecale, far, hordeum, fęnum, vinum, & oleum, vt in plurimùm colligit, nec pluribus frugibus, ſeu terræ fructibus ſuis temporibus caret. Habitantes claudit paſtores, agricultores, operatios, & mercatores. Ad orientem Saluzienſem Ciuitatem ad meridiem Varaytanam Vallem: Ad occaſum Galliam Viẽnenſem. Ad ſeptentrionem Lucernenſem tractum reſpicit, & in ingreſſu ad valuas ſibi appoſitas, & Reuelli Villam inſignem, & Brundæ amęniſſimam, & feraciſſimam Valleculam conſpicit. Vnde per quindecim circiter milliaria ad verticem vſque proprium conſcendit, & purioris aeris ſalubritate congaudet.

Vallis ſitus, & Vallicolarum condi-

Politicam notitiam exhibet Præambulus

Num. II.

QVot in vno Veſulo videnda ſe offerunt! imò quot vnico in ſpectabili ſpectacula apparent! Alpium culmen, Pyramidum acumen, exoriginatum inde regium flumen, Auriferum ſolum, aquiferi & lacus, & fontes ſubterranei ſiuè à natura, ſiuè ab arte mirabiles aquæductus: Nequaquam tamen cū his aſpectabiliora in mediū hactenus adduximus, donec admirandum illud operoſæ artis, ipſam naturam deuincentis, id eſt naturalem ſilicum duritiem, non dicam emollientis, ſed cōſtringentis egregium facinus, & ingens opus produxerimus. Veſulum igitur ipſum interminabilis humanæ temeritatis teſtem, & aſſertorem reſpicite, vel potius perſcrutamini, & admirabimini lapideum illius ſinum; quin ſaxea illa viſcera ferro, aceto, igne, ſulphure diſcerpta, & validè dirupta, ne dicam diſſecta, quò commodiora hominibus panderentur oſtia, complanarentur itinera, licet obſcuriora. Patet ſupra medium Veſuli aſcenſum prægrande inter ſcopulos exciſum antrum, tamquam adapertum oſtium laborioſæ artis viribus, atque violentia: à latere in oppoſitum montis latus effoſſa, & perfoſſa firmiſſima rupe, vel pòtius ſaxea Alpis mole per mille circiter paſſus à parte in partem ferro tranſuerberata ſiuè ab immani Carthaginenſi Annibale, ſiue à Romano præpotente Pompeio Duce, per quod ad hęc vſque tempora à Viennenſibus Gallis ad Italos peruius, & obuius panditur acceſſus, quem aliquando ruentibus lapidibus prępeditum, cum expediſſet Carolus VIII, Gallorum Rex, per eum bellicis machinis tranſductis Italicis oris Martē intulit, & attulit, ſicut & ſubſequentium plures: vndè prope huiuſcemodi reſeratum aditum in erecto ſaxo iacent modo rudera vetuſtioris ædificij, ab incolis Regis Palatium vocati, quod certè inibi prædiues quis Dynaſta ad faciliorem traſitum ædificandum curauerat. Ex quibus liquidò ſatis conſtare autumo: Primò cur antiqui illi Salutiarum Marchiones tot, & talia Caſtra in hac Valle conſtruenda mandauerint & Paduſanæ, & in Sancto Fronte, nec non in Murenſi Villa, atque in Caſtellario, quin Reuelli ad Vallis fores inſuperabilem Arcē, vltra Salutienſes adiacentes muniriones Caſtrenſes erexerint. Nempè ne per Cryptarum latentes meatus irruentiū hoſtiū exponerentur inuaſionibus Secūdo cur Franci vniuerſos recenſitos aggeres, & iam olim, & ſuperioribus annis Reuelli firmam munitionem a Pedemontano agro auferre perpetuò enixi fuerint? ſcilicet quò cunctis reſeratis foribus, ſecurior, & facilior ad Saturniam quotidianus præſtaretur ingreſſus, & acceſſus ad Subalpini Principis, Sabaudi Marchionis Salutiarum Marchiam aggrediendam pro libito.

Inſigne artis opus.

Hierarchicam notitiam exhibet Præambulus

Num. III.

QVamobrem Spiritualis Regni Solertes Peruigiles, ſolicitè cuſtodientes vigilias diei, ac noctis ſuper gregem ſuum, vt Sectariorum Luporum adorientium occurrerent inſidijs; Salutienſem quidē Collegiatam Eccleſiā in Cathedralē opportunè euexerunt: ſed prius Cęnobiticas Stationes inſignes cōſtruxerunt: Pagni ad ſiniſtrū planum Benedictinorū Monachorū Prioratū, ad dexterū Montē Brachū (vt dicunt) Chartuſianorū domiciliū percelebre, prope Riuū frigidū, & Reuellū geminū Monialium Conuentum: tādem apud Staphardam Padi & iuxta littora, & intra nemora prægrande iterum Sancti Benedicti aſſeclarum Monaſteriū, ex quibus auxiliares ſpiritales copię in auxiliū pro opportunitate egrederentur. Nec tamen interea reliqua Vallis Oppida peculiaribus ſuis carent Parochialibus adminiculis, ſeù adminiſtris, ſed ſingulis nouem Pagorū, additis Robella citra, Rochetta trans fluuiū, ſingulis deſeruiunt ſiuè ſimplices, ſiuè graduati Sacerdotes. Paduſana autē peramplius Oppidū cū plures per vicos diſtribuatur; diſtinctas plures, nempè binas complectitur Paræcias. Ipſa enim domeſtica Villa cum præterlabente medio amne diuidatur; diſgregantur ſimul & Parochiales geminæ Præpoſituræ Sanctæ Mariæ ad ſeptentrionem præcipuæ, Sanctę Margaritæ ad auſtrum latioris: diſpartitis enim, & diſtantibus populationibus hæc præſidet Alemaniæ, Croeſio, Ayraſchæ in complanis, Biotonerto, Bioletto, Pratogulielmo, ſiuè S. Laurentio in montanis.

Plurium Religioſorum, & Clericorū Spirituali præſidio fulcitur hęc Vallis.

Erroris, ideſt Hæreſis originem perhibet Præambulus

Num. IV.

QVis autem, vel qualis, & quando ſchiſmaticus turbo ideſt ſchiſmaticorum turba Catholicæ veritatis ſerenitatem, ac tranquillitatem Æridana hac in Valle perturbauerit, liquidò apparebit, poſtquam obſeruauerimus, inter Marchionales Conualles vniuerſas priorem hanc Paduſanam hæreſum atris nubibus obtenebratam fuiſſe: reliquas namq; Lutheranæ, & Caluinianæ, hanc & Vualdeſiæ tenebræ, atq; caligo inuaſerunt. Quartidecimi ſæculi enim ſub initijs (iuxtà Domini Lucern. ratiocinium) nonnulli ſceleſtiores Vualdenſes exules, ex Lugdunenſi Gallia eiecti, & inter eos ſignanter quidam Pſeudobarbus Martinus Pedemontanas has noſtras Conualles Hæretica lue contaminare occeptarunt, poſtea exorto diſſidio, & bello inter Carolum I. Ducem Sabaudiæ, & Ludouicum II. Salutiarum Marchionem circa finem ſæculi quintidecimi, nempè circiter annos octuaginta mille & quadringentos, abſente Ludouico neceſſitate expulſo, Pſeudopaſtores, hanc nacti opportunitatem, ex adiacentibus Synagogis Angroniæ, & Lucernæ ſubmiſerunt quoſdam Barbos, & Pſeudodoctores, qui in ingreſſu occultè dogmatizare cęperunt, ne Sacris Tribunalibus ſiſterentur, deinde alta montium aſcendentes, per Villulas ibi conſtitutas publicè euomere hæreſes præſumpſerunt in Valle Paduſana, in qua ab alijs reiectos vniuerſis, ſoli habitatores Pagorum Sancti Laurentij, dicti Pratigulielmi, & Bioletti, & Biotonetti, ac Croeſij eos receperunt; in montibus ad meridiem Vallis Bezzetum verſus, vbi incolæ armentarij, bubulci numerantur, degentes in antris, & cauernis opportunis receptaculis Sectariorum exulum, & eiectorum. Hi igitur haud multo labore decepti, Vualdenſium impura dogmata acceptarunt in agro montano, ſeù conterminis loci Paduſanæ: Dum aſpirante turbine bellorum inter Germanos, & Gallos, anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo tertio, Lutherani, & Caluiniſtæ turmatim confluebant, & vniuerſa inficiebant nouis erroribus. Quare veteres Vualdenſes quatuor Pagorum, nempè Pratigulielmi, Bioletti, Biotonetti, & Croeſij, vt hos propitios ſibi tutelares acquirerent, eis manus dederunt, & Lutherana, ac Caluiniana ſucceſſiuè dogmata acceptarunt.

Lucernen. l. mem. hiſt. c. 2.

Bellorũ opportunitate captata, Pſeudodoctores publicè hæreſim in Valle Paduſana diſſeminant.

Miſsionis exordium perhibet Præambulus

Num. V.

PErerrantibus igitur his, intra Veſulo finitimas rupes, ouiculis conuertendis nulli dubium, quin pluries, imò perpetuò ſtuduerint & Salutienſes Diœceſani Præſules, & Taurinenſes Apoſtolici Nuncij. Quamobrem cum Pontificio mandato (vti ſuo loco dedimus) Capuccinorum, & Ieſuitarum Apoſtolatus in Subalpinis inſtituiſſent; Reuerendiſſimus D. Iulius Cæſar Richardus Archiepiſcopus Barienſis, tunc Nunciaturæ Præfectus Apoſtolicos ſelectos viros ad Marchionatum Salutiarum emittere accelerauit, cui obtemperare feſtinantes Capuccini eò appulerunt, proximo ab inſtitutione ſequenti anno nonageſimo ſeptimo ſupra milleſimum quingenteſimum. Tuncq; Marchionales regiones vniuerſas perluſtrantes, Paduſanam quoque Vallem penetrarunt celeres, & expeditæ Euãgelicorum militum turmæ, Apoſtolico munere fungentes, ſicuti conſono comprobant teſtimonio & Dominus Lucernen. & P. Zacharias noſter. Per opportuna igitur tempora, temporariaſq; opportunitates ad Æridani amnicolas mobilẽ Apoſtolatum exercentes períolare, & aduentare perſeuerauerunt Capuccini, & Epiſcopali Marchionali Sede vacante, & in Salutienſi Cathedra Epiſcopante Reuerendiſſimo Domino Iuuenali Ancina ſecundo, & tertio annis decimi ſeptimi ſæculi ſub initio, à quo zelote Antiſtite, & inſignioris Sanctimoniæ Præſule piè interpellati, & ſuauiter laceſſiti, benignèq; excepti, ac tandem paternè in cunctis coadiuti impenſiùs elaborare ſtuduerunt. Illi verò poſt biennium è viuis, non mediocri Eccleſiaſticæ diſciplinæ detrimento, ſublato ſucceſſit, Epiſcopaliq; inſulæ digniſſimè ſubrogatus acceſſit Dominus Octauius Vialius ciuis, & Præpoſitus, ac olim iamdiù generalis Vicarius Taurinenſis, vir integerrimus probatæ vitę, ſimul & experięntiæ, atque prudentiæ, haud vulgaris Canonum, & iuriſperitiæ profeſſor eximius. Hic igitur commiſſi ſibi gregis Curator vigilantiſſimus, & zelantiſſimus, cum iam exiſtentes Apoſtolatus, & Apoſtolicos viros mira beneficentia complexus nouos in Diœceſim inducere, atque ſtabilire in animum ſibi induxiſſet ad cu-

Prior Lucer. hiſt. mem. c. 3. P. Zachar. Capuccin. Annal. t. 2. ad An. 1597.

randam Paduſanam Vallem, ſubintellexit à Reuerendiſſimo Nuncio Coſta nouã Miſſionem in Oppido Valgranæ deſignatam loco ſuæ Diœceſis. Intelligens autẽ, & manifeſtè proſpiciens non adeò neceſſariam illic fore, ſicut in loco Paduſanæ, cuius montes, & quatuor vicos incolebant Hæretici, qui temerariè, apertè Sacrilegam profitebãtur Caluinicolam Sectam, Reuerendiſſimum Nuncium per epiſtolas de omnibus certiorem fecit, & manifeſtam Eccleſiæ exigentiam in Valle Padi ei expoſuit. Annuit illicò Reuerendiſſimus Nuncius; & neceſſitati accurrendum reſpondit: modum autem, & inſtitutionem Miſſionis Domini Epiſcopi diſpoſitioni remiſit, cuiq; reſponſales litteras dedit; vt re cum Prouinciali Capuccinorum collata, ex duobus opportuniorem locum Miſſioni deligerent, & inibi Apoſtolatum prouiderent, vbi abundantiorem ſegetem collecturos ſperarent, vel quò vrgẽtior neceſſitas aduocaret. Ianuenſis Prouinciæ tunc tenebat clauum Fr. Zacharias Mauarolienſis, qui admonitus Salutias acceſſit, ibiq; re prudenter examinata à Senioribus Coapoſtolicis viris, ſignanter Romualdo Taurinenſi conſummato Theologo edoctus, Reuerendiſſimo Epiſcopo obtemperans nouam Miſſionem, & nouum Miſſionarium Paduſanam mittere decreuit. Anno igitur 1611 huic operi deſtinat Fratrem Bernardum à Portu Mauritio, qui facultate à Reuerendiſſimo Nuncio, & auctoritate recepta, cum Socio Fratre Franciſco à Fraxinetto Sacerdote ad Dominum Epiſcopum Salutiarum ſe confert, vt eius mandata de erigendo Paduſano Apoſtolatu excipiat, & ſic requiſitis munitus ad locum accedat. Verùm grauioribus accurrentibus difficultatibus, & deſignatam fundationem pro tunc impedientibus ad præexcogitatum opus pro Valle Granæ perficiendum Cadralium diuertit (vt ſuo loco) re infecta, ſed non deſperata curatione Paduſanæ Vallis. Reuerendiſſimus enim, & zelantiſſimus Epiſcopus ſe ſe deceptum pijs votis grauiter dolens, Apoſtolicos viros Capuccinos in ſua Diœceſi commorantes commonet: eos ſibi rem gratiſſimam præſtituros; ſi errantium illorum in Paduſanis confinibus conſtitutorum reductioni collaborare ſtuderent, & ſibi cooperari ſatagerent: vndè feruentiſſimo Paſtoris zelo occurrentes viri Apoſtolici, illò penetrabant, ibi concionabantur, docebant, coarguebant, admonebant, vt deuios reducerent, vel ſaltem Fideles confirmarent. Quamobrem D. Marc. Aurel. teſtatur, in primo ingreſſu Miſſionis Capuccinorum vberes fructus Catholizatorum relatos fuiſſe etiam in Valle Padi, ad quam opportunis temporibus, & locis diuertere, & peruenire perſeuerarunt vſque ad annos vigeſimum primum, & ſecundum ſupra ſexcenteſimum, atque millenum. Tunc enim homines Oppidi Paduſanæ, qui perpetuò illibatam Eccleſiæ Romanæ Fidem ſeruarunt, vt ſe non modò à vicino morbo tuerentur, verùm etiam vt laborantibus accolis opitularentur; multiplicatis inſtantijs, ac poſtulationibus Dominum Epiſcopum interpellauerunt: ipſe vero pius Paſtor iam olim, & ſemper ad hoc propenſus, non mediocribus ſtudijs, & curis adhibitis, atque tandem vniuerſis aduerſantibus deuictis, ac ſuperatis antiquo deſiderio nouis diligentijs, & petitionibus adiunctis, Paduſanam Miſſionem denuò procurauit coram & Reuerendiſſimo Nuncio, & Capuccino Prouinciali. Ideo PP. Prouinciæ madarunt Fratri Angelo à Montecalerio ſeniori, tunc Verzolij reſidenti, vt vtrinque cuſtodiæ, ſcilicet antiquę Verzolij, & nouæ Paduſanæ præeſſet, & inuigilaret, quod ſtrenuè & ipſe, & ſubſequentes ſocij præſtiterunt, dimidiato tempore reſidentiæ, partim Verzolianis, partim Paduſanis in excubijs inuigilantes. Verùm enim verò operabantur quidem miſſi operarij in Dominicam meſſem Æridani Vallis, & tempore reſidentiæ inuigilabant in cuſtodia peruigiles excubiæ, ſed tempore abſentiæ, abſentibus cuſtodibus irrumpebant apri & onagri de ſolitudine ad deprædandam vineam. Apoſtolici viri adueniebant quidem Paduſanam dimidio, vel opportuno anni tempore, & ad eorum conſpectum aufugiebant Noctuæ, & Arpiæ hæreticales, ſeque in montibus abſcondebãt, & colebant Apoſtolici Satores agrum Catholicum, ſerebant virtutes, & veritates, ſed non permanentibus in cuſtodia, superueniebant feræ de ſylua, & deuaſtabant Philiſthijm Sata Iſrael, vel ſaltem profectum, & progreſſum impediebant: Reuertebantur proſcripti Hæretici de quatuor Vallicnlis, de rupibus erumpentes conuerſabant, tractabant, pergebant ad publicam, & priuatam mercimoniam, cuius occaſione vetitas merces hæreticas diuendere tentabant: ſi non docendo mala, ſaltem detrahendo bonis, arguendo, calumniando, reprobando orthodoxos ritus, cæremonias, & traditiones, quæ omnia aſtantibus Miſſionarijs minimè attentabant, ſeù præſumebant. Quamobrem Optimates Paduſanæ, hoc anno vigeſimo ſexto poſt ſexcenteſimum milleſimum, denuò, & vehementioribus officijs, ac validioridus poſtulationibus apud Reuerendiſſimum Nuncium agere voluerunt; vt peculiarem, non communem; ſed ſingularem Apoſtolatum Capuccinorum eis concederet in Oppido Paduſanæ, & ſupplici libello porrecto expoſita poſtulatione, & pio deſiderio pro faciliori modo, & expeditiori methodo obtinendi poſtulatum, obtulerunt ſponte ex ære publico pro trimeſtri alimento Religioſorum

Deſignata fundatio impeditur.

Capuccini Miſſionarij Paduſanam Vallem pluries penetrant.

Lucer. mem. hiſt. c. 31.

Salutiarum Antiſtes Paduſanam Miſſionẽ iterum procurat.

ſufficien-

ſufficientem annuum cenſum, Inſuper & in totum annum lignorum prouiſionem pollicentes, ad hæc ſe iam honeſtam domum in Religioſorum commodam habitationem præparaſſe, paupercula (iuxta eorum Inſtitutum) ſupellectili prouiſa. Quibus auditis, & acceptatis Reuerendiſſimus Nuncius Summum Pontificem admonuit huius poſtulationis, & exigentiæ, qui nempè Vrbanus VIII. benignè ſupplicatis annuens, facultatem, & mandatum reddidit, de nouo erigendo Apoſtolatu in Valle Æridani, ad Veſuli radices in Oppido Paduſanæ. Hoc igitur excepto Oraculo Reuerendiſſimus Laurentius Campegius Cęſenæ Epiſcopus, Nuncius Taurinenſis proſpiciens & vrgentem neceſſitatem, & euidentem inde profecturam vtilitatem, ſupplicem libellum ſignauit, & litteras dedit conſtitutorias nouæ Miſſionis in Paduſana, auctoritate Apoſtolica imponens Prouinciali Capuccinorum Pedemontij; vt iuxta morem cœterarum duos ex ſuis Religioſis, nempè Theologum Concionatorem cum ſocio Sacerdote impoſterum perpetuis temporibus, donec aliter perſeueraret ad Paduſanam Vallem deſtinare, In qua reſidentes ordinariè Apoſtolicum munus exercerent. Quibus neceſſaria ſuppeditarentur ære Eccleſiaſtico per nouem, & ęre publico Paduſanę per tres menſes, publicis ſumptibus eis parata domo, & prouiſis lignis, vt patet in originali proprio loco inſerendo. Accepto igitur Apoſtolicæ Sedis per Reuerendiſſimum Nuncium mãdato à Prouinciali Miniſtro noſtræ Prouinciæ Pedemontanæ, tunc Fratre Ioanne à Montecalerio: Ille protinus illuc deſtinauit Fratrem Ioachimum ab Ayratea feruidum, & ſolicitum Concionatorem, & operatorem, qui eò adueniens, doctrinæ, & vitæ integritate, & Religioſa conuerſatione, ac Apoſtolici muneris perfunctione aſſidua huius ſtabilis Miſſionis primordia firmauit, hoc anno vigeſimo ſexto vltra ſexcenteſimum, & millenum, benignè, & gratanter annuente, quin fauente Domino Iacobino Marenco, nouiter deſignato, & ordinato Epiſcopo Salutienſi. Prouincialis Miniſter mãdatis obtemperans, mittit Fratrem Ioachim.

.II

Ann. Chriſti 1620.

CALCVLVS PRIMVS

Præcurſoris Apoſtolici Fr. ANGELI a MONTE-CALERIO Senioris Concionatoris, per annos 1620. 1621.

I. PAduſanæ Valli Vualdeſia, Lutherana, ſimul & Caluiniana lue diutiùs, & grauiùs laboranti ſeriùs, ac tardiùs auxilium, ſiue remedium, quod exhibitum, prouiſum, vel applicitum fuerit; Diuino haud ſpeciali ſine conſilio, humana haud rationabili peculiari ſine cauſa contigiſſe credendum cenſeo. Lethaliter laborabant miſeri, & miſereri, atque miſericordiam impendere peroptantium Curatorum viſitationes, Opitulationes, & curationes vt effugerent, à ſaluatione abhorrentes, latitabant: Veſulo inhærebant, Veſulo cohærentes alpes incolebant, ſed coram Inquirentibus Paſtoribus ſolicitis proprijs Præſulibus, veluti inuiſibiles laruæ, non viſibilia ſpectra nuſquam apparebant, quinimmò ex tēpore diſparebant, nec ad modicum perſpectari patiebantur. Pluries grauioribus illorum rebellionis, & proteruiæ facinoribus Aſtręæ trutina iuſtè examinatis eorum capita vel eiuſdem gladio obtruncanda, vel corpora Vulcani flammis concremanda aliquando iuridicè committebantur, aliquando verò clementer impunes dimittebantur. Sępè ſępiùs horum tumultuantium impudens temeritas ordinationibus, ſiuè ſanctionibus & Priorum Salutienſium Marchionum, & ſequentium Chriſtianiſſimorum Regum, vel Sabaudorũ Principum coercita extitit, & temeraria durities ſuauioribus interpellationibus ſolicitata. Verùm Sectaria Tyrannide oppreſſi, & libidinoſá effręni libertate vinculati, carnalis diſſolutionis retinaculis obligati perpetuò reſtiterunt: oculos occludentes, obturantes aures, & corda obfirmantes, vt in malitia ſtabiles, obſtinatiores perſeuerarent. Tentauerunt quamplures accedẽtes Euangelici Vigiles, Endymionio eos à ſopore excuſſos excitare; ſed vltroneo lethargo profundiùs ſopitos diſſopire, ſeu diſſopotare, nequaquam præualuerunt. Paduſanæ Miſſionis exordium.

.III Superuenientes interim Apoſtolici Excubitores Capuccini ad Euangelicas excubias in Marchia Salutienſi obſeruandas, diuturniori horum Paduſanorum, noxiorique ſomno deturbando primùm appulſuri humano, & recto quidem iudicio videbantur; ſed aliter ſuprema Prouidentia diſponente, & humana prudentia diſpenſante, ægrè admodum, atque difficulter vix nouiſſimè tandem expediti, & emiſſi peruenerunt. Quis non aduenientem Saluatorem ad languẽtium Piſcinam, præſentaneũ remedium inueterato languido, & prolixioris ægritudinis diuturnitate feſſo allaturum, & collaturum exiſtimaſſet? Verùm quod ægris detulerat, alijs conferre cogebatur, & paruulis Fidelibus humilibus

reuelare, quod temerarijs præſumentibus contemptoribus abſcondebatur. Veſulanis his Vualdenſium quiſquilijs, Lutheriſticis, ſeu Caluinicolis peripſematibus Dei dono eijciendis ardentiùs vniuerſi anhelabant & Præſules, & Marchiæ Præſides: vnde priùs per vices, & temporaneas viſitationes Apoſtolicorum Operariorum Capuccinorum illorum temerarios auſus reprimere, & reſipiſcentes aliquos adducere, poſtmodum per ordinariam, & certam Miſſionem vniuerſos Veſulanos Sectarios reducere diſpoſuerunt. Proceſſerat iam, decimoq; anno extra milleſimum ſexcenteſimum præceſſerat à Taurinenſi Reuerendiſſimo Nuncio emiſſus Fr. Bernardus à Portu Mauritio, Capuccinus Theologus, vt Paduſanæ Valli curandæ accederet; ſed intercluſo acceſſu, aliò progreſſurus diuertit. Inuigilabant interim in hac regione proprij Paſtores, nec dormitabant, ſed cuſtodiebant vigilias noctis ſuper gregem ſuum, & ecce adfuerunt Angeli, ideſt Nuntij Miſſi à Summo Romano Hierarcha, à Hierarchicis Prælatis ordinati, & à Patribus Capitularibus Prouinciali, & Diffinitoribus Capuccinæ Prouinciæ Pedemontij electi, & vocati ad opus Miniſterij Apoſtolici Marchionalibus in Oppidis, ſignanterq; Verzolium venit operaturus à Montecalerio tripliciter licèt ſimilitudinaliter Angelus nomine, officio, ſimul, & integritate, nec in quarto defuit, nempe in velocitate: cum enim hactenus ſibi concreditis in Cuſtodijs viriliter elaboraſſet; hoc priori anno quinti luſtri ſæculi ſeptimi decimi, demandatæ ſibi ſoli duplici Miſſioni Verzolianæ, & Veſulanæ viriliùs incumbere, velociùs adeſſe feſtinat. Nactuſq; latiorem agrum, & campum ampliorem impenſiùs laborare accelerat, onus alacri animo acceptauerat: opus ergo corde intrepido adoriri nequaquam perendinat, vt ad Paduſanam Vallem, & Villam perueniat.

Accedit huic Stationi Fr. Angelus.

II.

Gemino igitur Apoſtolatui Præfectus Verzolio quàmprimum Paduſanam proficiſcitur Frater Angelus vtriq; muneri ſatisfacturus, nouus quidem Incola, antiquus tamen (non dierum) ſed fatigationum Operarius, ibiq; vix ingreſſus, Euangelicæ vitæ agreſſus eſt humiliter oſtentare præludia: illibatę vitę, integerrimę conuerſationis, humanioris in cunctos beneficentię, compaſſionis, & pietatis in indigentes exemplis, & doctrina prefulgens, Prędicationem Verbi, & Catechiſmũ neceſſariorum vniuerſorum ad inſtructionem exercere cępit. Paduſanæ Oppidum binis populationibus præterfluente amne diſgregatis conflatur, conſequenterq; geminis Parochialibus Sacris Ædibus, & Rectoribus Parochis ſpiritualiter adminiſtratur (vti pręnotauimus) Ad lęuam deſcendentis fluminis *Sanctæ Mariæ*, ad dexteram autem Sanctæ Margaritę Virginis, & Martyris ſtat Prępoſitura, cui inter plures viculos Catholicos ſubſunt quatuor alpeſtres Villulæ Hereticę Croeſiũ, Pratum Gulielmi, Biolettum, & Biotonettum Veſulo proximum. Illuc igitur egreſſus, & digreſſus Frater Angelus nulli aut labori, aut ſudori, fatigationi, ſiue prolixiori itinerationi parcebat; quò vbique, ſiue in Parœcijs, ſiue longè diſſitis in populationibus proponeret Verbum Dei, quod ſingulari doctrina, ac facilitate, nec non eximio zelo, zeloteq; ſpiritu præſtabat: admonens, vniuerſitatiq; fidelium ſuadens Diuinorum pręceptorum integram obſeruantiam, iuribus Eccleſiaſticis exactam obedientiam, Fidei integritatem, bonorum operum neceſſitatem. Sacræ paginæ obſcura reſerabat, abſcondita reuelabat, hereſes confutabat, errores damnabat, hęreticos deuitandos demonſtrabat candidè adeò, & ſincerè; vt ipſi etiam perduelles illius concionationibus libenter intereſſent, ad quas ſe inuicem pro conuerſatione prouocabant, & libenter eum audiebant, & ad audiendum confluebant, egreſſi, & digreſſi ab alpium anfractibus, & rupium receſſibus, atque eo audito, non dico: multa faciebant, ſed multam inter ſe quęſtionem habebant, de reijcienda falſitate antiqua, & recenter ab Euangelico Declamatore accepta veritate excipienda, & acceptanda. Prudens enim Eccleſiaſtes & Sanctorum Patrum, & Sacri Verbi oraculis, nec non validis, & apertis, atque audientium capacitati accõmodatis ratiocinationibus Sectarum vanitatem, & vnicę Catholicæ Fidei vnitatem demonſtrabat, impia infirmabat, piaq; dogmata confirmabat, ſuauiori adeò, facilioriq; methodo; vt plures iam ex eorum primoribus Romanę Eccleſię fauere, & propendere viderentur, Gebennenſe Conuenticulum nauſeantes: quare cõtentio inter eos exorta eſt, & non parua ſeditio, de veritate Religionis diſcrepantibus adinuicem Religionarijs.

A feruenti prędicatione cœpit ſuum Apoſtolatum

Ann. Chriſti 1621.

III.

Pertimeſcentes igitur ſchiſmatici Antiani, & Pſeudo Diaconi ſeducti populi deceptores potiùs, quàm ductores, & Rectores ne tumultuantes homines à Fratre Angelo veritatem edocti, impietati Sectariæ vltimum vale dicerent, illius doctrinæ cum reſiſtere nequaquam valerent, nec eius ratiocinationibus validioribus reſpondere quidem auderent, multò minus propoſita, & roborata ab eo Catholica dogmata infirmare, ſeu rationibus reprobare; violentia, minis, & terroribus iam conuerſos denuò peruertere excogitauerunt. Vnde Miſellis commotis, & exaudita veritate excitatis homuncionibus grauiora diſcrimina, acerbiora damna eiectionis, ſubuerſionis, atque mortalis perſecutionis comminitari perſeuerauerunt

Timẽtes Antiani ne plebs cõuerteretur prędicatione Frat. Angeli populum minitationibus à bono retrahunt.

runt, donec reſipiſcere iam volentes, grauiùs deinceps deſipere coegerunt, à bonoq; retractos, multiplici malo impleuerunt. Quibus ne iterum, vel aliquando explicitis ſalubrioribus religioſi Admonitoris monitis acquieſcentes, euaderent; ipſi ſceleſtiores ſalutiferæ commotionis Auctoris Auctoritatem inuadere, exiſtimationem peruadere non dubitarunt: Fratri enim Angelo calumniari voluerunt, iniurijs eum, atque ignominijs afficientes, deridiculis titulis, & deriſorijs nomenclaturis prouerbialiter eum vocitantes, quinimmò grauiores inſidias ipſi cum Socio diuerſimodè inſtruentes, atq; ſolicitè parantes. Quas tamen Satanicas technas cunctas paruipendens Capuccinus Leuita animo virili, & intrepido corde floccipendens à propoſito opere, nec per latum quidem vnguem, pedem retraxit, ſiue per inſtans momentaneum ceſſauit, quinimmò valentiùs, & abundantiùs perſeuerauit & hæreſes perſequi, & hæreticos inſequi, & Apoſtolatus miniſterium proſequi, maiori qua potuit & animi, & ſpiritus, ſimul & corporis contentione, atque operatione, nec fruſtra, hinc enim factum accipimus à teſtibus Fide dignis (etſi non ſingillatim, copulatiuè tamen) quamplures ex illis deuios reduces ab ipſo Eccleſiæ Catholicæ reconciliatos, inter quos præcipui enumerantur octodecim ex Vallicolis obſtinatioribus pagorum Incolis.

F. Angelum calumniaſi contrant.

Deuios reduces Catholicæ Eccleſiæ reconciliat.

IV. Silicibus duriores, rupium hos renitentiores habitatores opportuno, & congruo potentiori aliquo, vt modo, ſeu medio de montibus, & antris venaretur Apoſtolicus venator, non ſpiritualia ſola, ſed & ſæcularia quoque adhibere excogitauit retiacula: quamobrem à Pio Duce Carolo Emmanuele I (qui toties iam his erronibus reducendis ſalutares pedicas tetenderat, veluti legitimus Princeps) allicientibus verbis ſimul, & poteſtatiuis iuſſionibus compoſitas, atque contextas ordinationes reportauit, quibus perfidi hi auitæ Fidei detortores ad fidelem vtrique Principatui ſubiectionem profitendam prouocabantur, quas & pro ſuggeſtu à Sacro Declamatore, & pro Roſtris à publico tibicine promulgatas, & explicitas ignorare voluerunt. Cum iterum hoc anno vigeſimo ſecundo cum milleſimo ſexcenteſimo, editæ à Gregorio XV. Coſtitutioni præcedenti anno die 27. Maij, contra Hæreticos Italiam incolentium vt reſponderet, & annueret Carolus Em I Sabaudiæ Dux, válidiſſimam ſanctionem Pontificiæ conformem ſub die 23 Decembris emiſiſſet; Pedemontani Dominij inſignioribus quibuſdam Adminiſtris, Salutienſiſq; Marchiæ præcipuè Iuſtitiæ Præfecto exactam illius obſeruantiam mandauit, & commendauit. Iſte ergo Ducalibus & menti, & mandato adamuſſim vt obtequeretur, atq; decreta exequeretur; vniuerſos quatuor pagorum hæreticos Incolas Prati-Gulielmi, Biolètti, Biotonetti, & Crocìj iuridicè interpellatos coram ſe aduocari fecit, cuiùs attamen aduocantis iteratam, ac triplicatam ſub grauioribus capitis, & proſcriptionis pęnis comminatis vocationem, ſiue citationem nequaquam intelligere curauerunt, ſed negligere voluerunt: quamobrem tamquàm præcedentium plurium Edictorum tranſgreſſores manifeſtos, ſimul & præſentium ſanctionum, ſiue iuſſionum contemptores, pariter atque contumaces, Præſidis Iuſtitiæ Salutienſis diffinitiua ſententia Taurinenſis Magiſtratus Senatuſconſulto confirmata damnati, & condemnati fuerunt pęna quidem capitis quotieſcunque Iudicum in poteſtatem peruenerint, interim eiectionis, & bonorum proſcriptionis. Quas iuſtiſſimas inflictas pęnas vt effugerent; non legitimæ domiuationi obtemperare, ſed Domini Aldigherij Caluiniſtæ interceſſionem procurare decreuerunt: ſed errauerunt, atque euanuerunt in cogitationibus ſuis: remiſſionis namque reſcriptum referre nequiuerunt.

Ann. Christi 1621.

A ſ'hibet non ſolum ſpiritualia ſed & ſæculari retiacula, vt de ce tum plebem cõuertat

Hęretici cõtumaces capite damnãtur.

.V. Dum igitur hæc proſcriptionis, & condemnationis cauſa contra rebelles hæreticos Padutanæ Vallis, multipliciter iam toties vt criminoſos delatos, inquiſitos, & damnatos, inobedientes, atque contumaces coram Tribunalibus agitaretur; Frater Angelus pro officij ſui munere, pro Concione, ſiue domeſtica collocutione declamando eos monebat; vt reſipiſcerent: admonendo iugiter, vt Apoſtoli Pauli iuſſiones exequentes Poteſtatibus, & Principatui obtemperarent, dominationibus morem gererent: ad mentem illis reuocabat, obijciebatq; quoties, & qualiter & Eccleſiaſtica, & legitimi Principis iura contempſerant, palam tranſgreſſi in Sectarijs Pſeudominiſtris aduocandis, extra tolerátos limites dogmatizando, cadauera Hæreticorum Cathólicorum in Cæmeterijs ſepeliendo, & vnico Verbo omnia concludens vniuerſum fas, & debitum ius conculcando, ſacrilegas inuectas traditiones exactiùs vt obſeruarent, quibus plurificatis inſolentioribus inobſeruantijs coram Eccleſiaſticis, & Sæcularibus Iudicibus reos ſe ſe capitis multipliciter conſtituerant: vnde nullum reliquum eis tutius éffugium ſuperfuerat; niſi ad Deum, ádveram Eccleſiam, & ad legitimi Principis Benignitatem humiliter, & expeditè confugere, ſimul & clementiam implorare, ſubiectionem, & obedientiã pollicendo impoſterùm. Impenſius igitur illi ſuis rebus conſulere cupientes propria dictante conſcientia, verè ſe criminoſos agnoſcentes, & apud ſeſcriptos confitentes inter anguſtias eiectionis, & proſcriptionis deprehenſi, publico congreſſu,

Fr. Angelus plurimis commonet vt reſipiſcant.

& libero cōmercio priuati: vnde quotidianis proprijs neceſſitatibus prouidere non
valentes, nec inter aſperos ſcopulos ſolitariè ſic degere ſufficientes, iam iam de
abiurando, & obediendo cogitauerant, & deliberabant; quando damnabili lucro
quidam allectus, & deceptus omni eos timore, & ſupplicio eripere tentauit; ſed
decipiens ſupplicia diſtulit, non à penis liberauit.

Pro his ergo deprauatis, & obduratis proſcriptis Veſulanis reuocandis pium VI.
nullum, & Apoſtolicum omiſit officium, & idoneum prætermiſit artificium: fami-
liariter eos conueniendi opportunitates captabat, cum eis præſentialiter congre-
diendi tempora obſeruabat, vt illos obuios amicabiliter ſalutaret, ſuauiter mone-
ret, & domeſticè edoceret. Perſonaliter deinde ad alpeſtres montanorum popula-
tiones accedebat, laborioſè aſcendebat, latitantium habitacula penetrabat, rupes
ſcandebat, montium receſſus peruadebat, ad montana feſtinabat, Vicos, & Villas
peragrabat infatigabiliter, vt communiter etiam paruulis, ac mulieribus panem
verbi charitatiuè frangeret, atque porrigeret. Verùm illi propria malitia obcęca-
ti, & Pſeudo Paſtorum verſutia ſeducti, vix à longè aſcendentem Angelum ab or-
tu ſolis, aduenientem Capuccinum Sacerdotem proſpectabant, vel per ſtatutas
Excubias intelligebant; cum protinus vel domi ſe ſe occludebant (vt hæreticorum
conſueti moris eſt) vel fugæ ſe committebant, aut per alpium culmina diſcurren-
tes ad antra confugiebant: ſi qui verò fidentiores à manuali opere non deſiſtebant,
expectabant quidem, ſed non auſcultabant, quinimmo mala pro bonis repende-
bant exprobrando, improperando. conuitia, vel minas aduerſus benefactorem
iactantes, vel obmuteſcentes non reſpondebant, & quantum fas erat, ab inſtructo-
ris, & Catholici Doctoris colloquio, multo magis alloquio ſe, ſuoſque retrahe-
bant, & alienabant. Quapropter Frater Angelus compendio vſus ope, & opera

Vtitur etiam Officio cuiuſdam noſtræ Religionis benefactoris.

vtebatur pij cuiuſdam Optimi Viri, Religionis noſtræ familiariſſimi, & præcipui
benefactoris, Hieronymi nomine, agnomine Riccati, inter Salutienſes Ciues
honeſtioris familiæ, & profeſſionis, qui cum ad exigendum Ducale vectigal eò ſępè
pergens, longiores, inibi per tempora moras trahere conſueſceret; cùm tributi per-
ſoluendi gratia homines illi ſpontè ad eum ventitarent, vel inuiti conuocarentur; Ann. Chriſti 1621.
Frater Angelus optimates ex eis præcipuos conueniebat, atque confabulando do-
meſticè Caluiniſticæ ſectæ falſitatem, ac impietatem. Catholicæ verò profeſ-
ſionis Sanctimoniam, religioſitatemque euidentioribus ratiocinationibus, fami-
liaribus ſermocinationibus oſtentabat, demonſtrabat, eoſque denique ad reſipi-
ſcendum interpellabat, vt orthodoxam fidem, legitimamque Matrem Eccleſiam
agnoſcerent, & ſequerentur impellens, ſed aſpides ſurdi cordis aures obturantes,
ne benefici Doctoris ſapienter maleficorum veneficijs incantatos exorciſantis vo-
ces exaudirent; repellebant inſtructiones, admonitiones, atque ſaluberrimas do-
ctrinas. Quinimmò cum in malo perſeuerare abſolutè decreuiſſent; iurium ſiue
Eccleſiaſticorum, ſiue Sæcularium contumaces contemptores, abutentes Sereniſſi-
morum Ducum Clementia, ac tolerantia pluries iam damnati, proſcripti, & eiecti,
& hoc ſuper alia perpetrata, facinora crimen grauius ſuperaddere cogitauerunt:
vt quia Fr. Angelus vtroque brachio & Apoſtolico, & Politico eos conſtringere
& ad ſalutem adducere ſtudebat; ipſi acerbiùs aduerſus beneuolum deductorem
excandeſcentes ſatagebant, non iniurijs modò, & calumnijs eum impetere, ſed &
mortalia illius capiti diſcrimina imponere, & hoſtiles inſidias ſtruere, quò tan-
dem à pertentati operis proſecutione reſiliret. Conuenerant enim ad inuicem,
vt Turcarum more, ſi quis, vel quando Religioſus Admonitor eos ad Fidem pro-
uocare tentaret; illum pro virili verberare, & enecare conarentur. VII.

Verùm enimuerò Fr. Angelus nihilo penitus, vel ſegnior, vel infirmior his ex-
petitus aduerſitatibus effectus, quin ardentiori Apoſtolici ſpiritus flamma in dies
ſuccenſus, quoniam abnuentes illi, & renuentes perduelles ad Deum, & Sacra-
menta ſpontè venire nequiter, & peruicaciter recuſabant; ſtatuit ipſe Sacroſancta
Myſteria, & Catholica exercitia ad eos vel inuitos, ac reſpuentes inferre, atque

Catholica exercitia in Hæreticorũ partes intulit.

deferre celebriori apparatu conducto. Vicus Alpeſtris, qui deprauatè vulgariter
Pratum-Guglielmi vocitatur, proprio, & germano vocabulo Sancti Martyris
Laurentij nuncupatione à cuiuſdam Sacelli eidem Leuitæ Sacri erectione, atque
conſtructione quondam gloriabatur, eò quod Sacroſancta olim Sacerdotalia mi-
niſteria coexiſtentibus Incolis Catholicis inibi miniſtrarentur. Hæc igitur pia
Ædicula modò derelicta, & iamdiu deſerta, imò ferè diruta vacabat, poſtquam
deſertores homines illi Orthodoxam fidem à finibus ſuis eiecerant, nec vltra Ca-
tholici Sacerdotes eò Sacra facturi ab immemorabili acceſſerant. Inſtante ergo,
& imminente Leuitæ Martyris S. Laurentij profeſto die, decreuit Fr. Angelus
feſtiuitatem illam propria in Æde Sancti Tutelaris illius Pagi ſolemniùs celebra-
re, quare requiſitis omnibus præparatis, & prædiſpoſitis cum opportuna, & pro-
pria dies decima Auguſti accidiſſet; ſolemni indicta, ſimul & congregata vniuer-
ſaliori Fidelium Paduſanæ Incolarum, & Accolarum ſupplicatione, aduodatis ad

hoc,

hoc, & aduentantibus turbis, & turmis Catholicorum vndique ex circumadiacentibus Vallis Oppidis: præcedentem aciem, ſiue Sodalitatem Diſciplinantium loci ſub eleuato Crucifixi pio Vexillo, ſubſequebantur ſub altero Crucis erecto Tropheo & Rector Paræciæ Sanctæ Margaritæ, & ipſe Frater Angelus, pariter ac Socius Sacerdos, quibuſdam præcedentibus Clericis, quos Religioſos inſequentes comitabantur quidam Vallis Proceres, ſimul & Primates, ſiue Locorum Optimates concomitante à tergo nouiſſimo nempe loco numeroſa turba populorum. Hi omnes præcincti non ferro, ſed feruore: muniti non lorica, ſed iuſtitia: perſonantibus non tubis, aut tympanis Peana canentibus, ſed concrepantibus melodis vocibus in pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus collaudantes Deum recto tramite, ac ordinatè ad montana, & alpeſtria ſcandentes, ex ore eorum dulciſono reſonante ſonitu, conſonabant Conualles, & antra concinebant: ſoli autem illi miſeri melodiæ & vocum, & morum oſores, pacificis canentium accentibus excitati, quinimmo laceſſiti excandeſcentes, quaſi ad certamen prouocati efferi ruricolæ, agreſtes Bubulci ex cauernis, & ſpeluncis egredientes, vix aduenientes religioſas acies à longè conſpexerant, cum ipſi protinus ad ferrea arma confugientes, ferreo pariter corde, & ferino animo ad altiora Montium iuga effugerunt, & ne-

Hæretici armati ad altiora Montium iuga fugiunt.

VIII. mine perſequente refugerunt, ibique tamquàm in acie poſiti perſtiterunt, ſub titulo pietatis, ac religionis à Catholicis ſibi paratas inſidias pertimeſcentes.

At Eccleſiaſtica Caſtra, cum Pietati, non impietati militatura, Alpium culmina conſcendiſſent; poſtquam ad Sacram Ædem Diui Laurentij perueniſſent, eamq; à Sacrilegis profanatam, atque deſolatam offendiſſent, nec pro temporis anguſtia eam tunc reſtituere poſſent; pro virili omni congruentiori modo, & decentiori præparatu rudetum illud componentes, ornauerunt: dum interim Fr. Angelus cum Socio Sacerdote facultate Apoſtolica ſibi collata, mobilem Aram conſtruxit, & Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium concanentibus religioſis, & Laicis, coram congregata multitudine ſolemniter obtulit, prior ipſe, poſterior Fr. Chriſtophorus concomitans Sacerdos inter cuius Miſſarum ſolemnia ille Euangelicus Orator ſermonem ad Fidelem populum habuit de Sancti Martyris laudibus, & de omnium Sanctorum efficaciori interceſſione, de Sanctæ Catholicę Matris Eccleſiæ Triumphis, deque Satanicæ Synagogæ ignominijs: tandem de voluntaria infęlicitate perditorum homunciorum in ſpeluncis, & cauernis terræ inſtar iumentorum degentiũ: adſtantibus ad hæc ſpectantibus, & audientibus armatorum profugum turmis, qui ferro præcincti, armis onuſti inermibus Catholicis aciebus hoſtiliter minitari, & hoſtilia oſtentare perſeuerauerunt: vnde Schiſmatica ſeditione, & armatorum commotione horum perduellium ad iuſtitiæ Salutienſem Præſidem iuſtè delata, ille Perſonaliter accedens contra ſeditioſos diligenter inquiſiuit, & reos deprehenſos iuridicè procedens iterum capitis, & bonorum proſcriptionis condemnauit, & interim à patrijs Laribus exules declarauit. Criminoſi igitur ſcelerum ſuorum debitas pęnas perſoluere refugientes, & pertimeſcentes propriæ incolumitati occulta fuga conſulere putauerunt, oblata opportunitate nundinarum Reueli, vniuerſa ſua bona ſignanter armenta, ſiue greges transferendo; ſed cum adhuc in itinere pergentes exprobrarent temerariè Poteſtatibus, minarentur Catholicis Miſſionarijſque præcipuè, & blaſphema plurima iactarent, Fr. Angelus accepto Nuncio proſcriptorum fugæ Bargiarum Iudicem admonuit, qui ex-tempore à fuga retractos profugos carceri mancipauit, armentorum, cæterorumque bonorum proſcripto ære, & vectigali retento, haud alia de cauſa, quàm vt quos ſuauitas Clementiæ, benignitatis, atque humanitatis lenitas deteriores, & inſolentiores reddebat, ſeueritas iuſtitiæ vel ad meliora reduceret, vel incorrigibiles exules eijceret. & ſic Eccleſiaſticum regnum perduellibus expurgatum, reſtituta pace, pulſis

Ann. Chriſti 1611.

D. Laurentij Sacra Aedes componitur Miſſæ ſolemniter celebrantur.

IX. ſeditioſis, ac nouatoribus tandem aliquando Heſpericis his in oris quieſceret.

Angelus hic in Miniſterium miſſus, dum Padulanæ (ſicuti & Verzolij) moras traheret; non moroſus otio languebat, ſed laborioſus negotio incumbebat: nullã enim requiem habebat caro eius, ſed Euangelizando perpetuò circuibat, non indigenis in ſolis Parœcijs, ſed & in alienigenis nempe Vallicolis cunctis, ad bona cohortando, à malis retrahendo, Chriſtianæ Doctrinæ rudimenta etiam rudioribus, ſiue iunioribus vniuerſis mira facilitate porrigebat, Catecheſi ſimplicium incumbebat, Parochis Catechiſmũ proponebat humilis, pacificus, amabilis, omnibus charus, nulli amarus: naturali namque quadam morum, atque geſtorum ſuauitate præditus, cunctorum animos alliciebat, ideò congenitis, & acquiſitis gratiæ donis cooperans haud exiguos ſuis laboribus, atque ſudoribus Eccleſiæ prouentus procurauit, & reportauit: populorum namque Conuallis Fidelium pietatem adauxit, mutauit mores, Religionem excitauit, non verbis modò, ſed & mirificis Sanctimoniæ, atque innocentiæ exemplis, quibus plurimos ab erroribus abſtraxit, ſignanter nonnullos Hæretica lepra infectos, qui promiſcuè inter Catholicos morabantur, & conuerſabantur, grauiori cum domeſticorum, & conuer-

Suis laboribus, & Fideles ad pietatem adduxit, & Infideles ad Catholicam fidem perduxit.

lantium

ſantium diſcrimine, illos enim (quò profuſioris infectionis auerteret periculum) omni ſolertia conquiſitos, ſolerti cura acquiſiuit; & orthodoxis veritatibus inſtruxit, quorum conuerſorum numerum ad bis denarium circiter aſcendiſſe accepimus. Efficiebantur igitur huius Angeli Apoſtolicæ ſolicitudines & fidelibus, & perfidis perutiles, dum hos erroribus, illos ab errantibus perpurgaret, communes mores componeret, rumores conciliaret, rixas auferret, iurgia tolleret pacem conferret.

Dum igitur Angelus non ſtaret, ſed vel aſcenderet, vel deſcenderet in ſcala myſtici Iacob, Frater Chryſtophorus Taurinenſis Sacerdos Collega ſcholam aperuit,& pueros educandos, ſiue inſtruendos ſuſcepit Paduſanæ: ita vt dum Frater Angelus conſiderabilioribus miniſterijs intentus, reformationi Chriſtianæ virorum, ac mulierum operam daret; Socius Sacerdos puerulis efformandis, & inſtituendis egregiam operam nauabat. Adſcitis namque vndique tenellis infantibus, illos & litteralia, ſiue grammaticalia priora rudimenta docebat, & Graphicæ elementa efformare inſtruebat, nec Chriſtianæ Doctrinæ documenta tradere vllo pacto negligebat: propenſiori ea charitate,ſimul & Religioſa diligentia; vt plurimis alijs præceptoribus derelictis ad Fratrem Chriſtophorum edocendi accederent. X.

Fr. Chryſtophorus ludũ litterarium aperit.

Seraphicus hic Angelus, & Seraphino ardentiori zelo, ſeu charitate flagrans, ſimul ac Cherubicis cognitionibus, atque facultatibus pollens,religioſa pariter integritate cum excelleret,à Reuerendiſſimo Domino Octauio Vialio Salutiarum Epiſcopo propriam Diœceſim Viſitaturo in Theologum, ac Concionatorem adſcitus, Comes quoque peregrinationis aſſumitur. Dum igitur regiones,& Oppida Padi, & Varaytæ conuallium perluſtrarent; plurimum, ac laborioſum Domino Antiſtiti ſuum obſequium præſtitit prædicando, ſermocinando, confeſſiones excipiendo, cooperando Viſitationi in Chriſtiana pietate ſerenda, & impietatibus, imperfectionibus, vitijs, ſignanter ſuperſtitionibus auferendis: quæ inter rudes, & idiotas ruricolas, ſiue Vallicolas multipliciter actitari, & exerceri ſolent. Quod ſingulariter contigit in perluſtratione celebrioris cuiuſdam Eccleſiæ, Deiparæ Sacræ in confinijs Oppidi S. Petri in Vico Becetti, ſupra iuga Montium Paduſanæ, & Varaytanæ Vallium conterminantium, ad quam cum frequentiores populorũ, tum indigenarum, tum alienigenarum concurſus fieri conſueuiſſent, diebuſq; præcipuè Beatæ Virgini dicatis, ſignanter in profeſto eiuſdem Natiuitatis Septembri menſe celebratæ; aſſueuerant pariter conuenientes quoſdam ſacrorum abuſus, immodeſtos vſus, profanoſq; ritus minùs honeſtos exercere, cum igitur illuc perueniſſet Zelotes Antiſtes de huiuſcemodi profanationibus admonitus, Fratrem Angelum pro concione contra conſuetos, frequentatos indecoros vſus declamare voluit, frequentiori pro populorum conuentu, quod & ille ex-templo efficaciter adeò præſtitit; vt & Reuerendiſſimi Præſulis auctoritate, & Apoſtolici oratoris Seraphica facundia ex illo tempore penitus obſoleſcerent anathematizati profani abuſus. Proſequentem inde eundem Reuerendiſſimum Epiſcopum occeptatam Viſitationem perpetuò comitatus eſt Frater Angelus obſequendo, iuſſa excipiendo, & exequendo, & adamuſſim requiſita, atque iniuncta perficiendo, donec abſoluta perluſtratione ad propria regreſſo Vigilantiſſimo Præſule, vigilare in aſſignatis Cuſtodijs Frater Angelus regreſſus perſtitit, donec inde digreſſus regularia ad miniſteria exercenda acceſſit. XI.

Fr Angelus a Rev. Salutiẽſi Epiſcopo aſſumitur Comes in Viſitatione.

Ann. Chriſti 1621.

CALCVLVS SECVNDVS

COMMVNIS

Apoſtolicorum plurium Præcurſorum; Fratriſq; ANGELI TAVRINENSIS ſignanter Concionatoris per annos 1622. 1623. 1624. 1625.

Deſcribenti Zachariæ ſua prophetica oracula, Angelus Angelo ſuggerenti ſuccedebat, ſicuti teſtatur ipſe: *Et ecce Angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur; & Angelus alius egrediebatur in occurſum eius.* Deſcribenti pariter mihi non propria, ſed aliena Apoſtolicorum Operariorum egregia facinora, Angelus Angelo memorabilia ſuggerenti ſuccedit: Ex quo enim congeminati Apoſtolici muneris, & oneris in vnico Operario depoſiti, repoſiti fructus exuberantiora adeò primordia in Fratre Angelo à Montecalerio feliciter promanarunt; perſeuerarunt Prouinciæ noſtræ Capuccinorum Prouinciales Patres geminæ Verzolij, & Paduſanæ Miſſioni vnicum Miſſionarium præficere, peragendoq; Miſſionali Ope- I.

Zach. c. 1.

Ann. Chriſti 1622.

ri binos

ri binos Angelos vnum poſt alium continuarunt emittere. Recedenti namque à Montecalerio Angelo Fratri, Frater à Taurino Angelus ſucceſſit, & per biennium ſuæ reſidentiæ, quàm diligentiſſimè proceſſit ad Eccleſiaſtici Regni abundantiorem promotionem. Erat hic Capuccinæ Religionis alumnus, acutioris intellectus, ſimul & ſublimioris eruditionis Philoſophus, ac Theologus inſignis, nec non Euangelicus Declamator perſpicuus, Artium Prælectoris iam olim officio perfunctus: fungendo igitur Apoſtolico Miniſterio deſtinatus, prædeſtinauit ipſe illo in adminiſtrando nullius aut laboris, aut fatigationis, aut peregrinationis rationem habere: licèt enim infirmioris corporis valetudinis, vegetioris nihilominus, ac vehementioris erat roboris ſpiritus: vnde duplicatas ad Excubias dimiſſus, modicum aliquantulum Verzolij commoratus, & operatus, expeditè, & velociter Paduſanam conuolauit, quò Conuallis ſtatum, conuallicolarum conditionem exploraret, indigentiam perſcrutaretur: quibus perſpectis, & ſufficienter intellectis à Prædicatione Verbi Dei exorſus, paruulorum, atq; ſimplicium catechiſmum, rudiorum eruditionem, & cunctorum inſtructionem proſecutus; fideles confirmare, Catholicam Fidem promouere, ſummopere ſtuduit. Nulla itineris fatigatione, aut laboris alicuius tædio affectus, vel difficultate pertæſus, aliquando ceſſauit, vel aliqualiter ceſſit. Per Oppida excurrendo, errantes quærebat, quęſitos in tuto reponebat: Solicitudine namque, non vulgariq; aſſiduitate Sacramentalibus expiationibus pęnitentium excipiendis, quouis proprio incommodo, inſiſtebat. Inde familiariori communi conuerſatione indifferenter cum vniuerſis de obſeruantia mandatorum Dei, de puritate illibatæ conſcientię, deq; vitæ integritate, atque negotiationis ſinceritate, ſimul & debita fidelitate cum proximis ſeruanda, de vnitate cum extraneis, de pace cum domeſticis cuſtodienda, colloquendo inſtanter agebat: inter omnia autem proprię ſaluationis curam, & ſpiritualis animę profectus ſolicitudinem commendabat, & ſic publicè, & priuatim pro viribus ſemper fidelium commiſſorum ſalutem procurabat, & promouebat. Quos quoniam cum ſerpentibus, atque ſcorpionibus, cum hæreticis nempe conuerſare, & cohabitare perſpexerat; proſpexit pariter ne mordentis in ſilentio ſerpentis venenatis morſibus, & hęreticalibus lacerationibus expoſitos, nec munitos relinqueret: Catholico igitur antidoto, ſiue contraueneno eos vt præmuniret; dogmata Orthodoxę Fidei pro ſingulorum captu eis tradebat, explicabat, ſeduloq; exponebat, legitimas veritatis vias, ac ſemitas indigitando, quò inter ſubuerſores gradientes inoffenſo pede, & recto tramite pergerent.

Fr. Angelus Vallem explorat.

Cum hęreticis cohabitantibus Orthodoxæ Fidei dogmata dat.

Ann. Chriſti 1623.

II. Dum igitur dirigendis illis hominibus Angelus hic circumeundo peragraret, accidit; vt quoddam ad Vallare Oppidum ſolemniori profeſto proprio die concionaturus accederet, impoſito ſibi muneri vt ſatisfaceret: cumq; pro ſuggeſtu diuerſa & currenti celebritati congrua; & celebrantibus feſtiuitatem proficua coadunatis pluribus gentibus proponeret, declamandoq; proſequeretur, & proſequendo in voluntaria peccata, & obſtinatiores peccatores vehementiùs inueheretur, miriſq; laudibus Pęnitentiam extolleret, mirabilioreſq; illius, ſalubriores, magiſq; homini ad ſalutem neceſſarios effectus apertiùs demonſtraret; vniuerſa illa concitata concione, feruentiori adeò criminum ſuorum compunctione agitari cęperunt, vt vix è gradu lignęo regreſſum vniuerſi ad Fratrem Angelum propria crimina Sacramentaliter manifeſtaturi confluerent, qui confluentes cunctos benignè excipiens, ſingulorum Confeſſiones longanimiter, etiam generaliores exaudiebat, non validas præteritas, ſiue diminutas conualidabat, atque integrabat, confitentium conſcientias diſcernebat, ſerenabat, tranquillabat, proximorumq; ſaluti, ſiue indemnitati ſtudioſè conſulebat, vt cunctis benefaceret.

Dum pęnitêtiæ effectus laudibus extolleret, plebs concitata crimina ſua ſacramentaliter manifeſtat.

III. Nec ſpiritualis, myſticiq; Templi reſtituendo decori adeò impenſiùs implicabatur Frater Angelus Taurinenſis; quin materialium quoque Eccleſiarum decus, & ornatũ ſolicitè procuraret: vnde Parochiales plures Paduſanæ Vallis Sacras Ædes, aras, & Sacella ornamentis depauperata, pauperie magis, quàm ornatu renitentia circumeundo cum offendiſſet; quò neglectum Sacrorum cultum pro virili reſtitueret, ex quotidianis ſibi pro alimento præſtitis ſubſidijs aliquali ſubducta portione, ſimul & piorum appoſitis elargitionibus decentia, atque congrua ornamenta, & paramenta prouidenda curauit, gaudebatq; ſuo corpori alimentando detrahi, quod Diuino cultui augendo impendebatur. Impendebat iterum ipſe perſonalem ſuam operam, & aſſiſtens inſiſtebat pro virili, quò ſacri ritus, & cęremoniæ Eccleſiaſticæ competenti decore, & Religioſa Maieſtate exercerentur à Catholicis Leuitis Clericis, ac Miniſtris. Miniſtrans igitur ipſe Frater Angelus vtriſq; ſcilicet interioribus, & exterioribus ſpiritualibus, & temporalibus Eccleſiaſtici regni indigentijs, fideliter Apoſtolico Miniſterio functus, biennium commiſſi officij expleuit, & ſucceſſores accepit poſtquam geminos reduces ad Fidem recepiſſet.

Paramenta, & ornamenta depauperatis Eccleſijs prouidere curat.

IV. Hoc anno Iubilæi vigeſimo quinto ſeptimi decimi ſæculi, ex eò quòd tunc temporis Romæ agebantur noſtra Generalia Comitia Iunio menſe, præ-

ceden-

cedentique Ianuario præcelebrata fuerant Prouincialia, iterum opportunitate quadrageſimalium concionum habendarum tergemini ſucceſſiuè Euangelici Operarij ad Verzolienſē Apoſtolatū excolendū peruenerūt. Primus Frater Arditius Vercellenſis, vir grandæuus, ſed imbecillioris valetudinis: Secundus Frater Marcus Auilianenſis vegetioris roboris, qui vix ad opus vocatus acceſſit; cum reuocatus ad alia receſſit: Tertius tandem Frater Auguſtinus à Saulliano, qui Chriſtianæ Religionis Zelorem ſpiritum præſeferens, plura ſaluationi animarum proficua præſtitiſſet, niſi à Prouinciæ Patribus mox defuncto Fratri Angelo à Monte-Calerio Prelectori, ipſe veluti eximius Theologus Scholaſticis Theologicis facultatibus explicandis ſuffectus extitiſſet, ſicq; ad vrgentiora domeſtica munia aduocatus, exteriora dimiſit. Nulla autem veriſimilitudine fulcitur, quod tergemini tecenſiti Seraphici probatiores alumni, Apoſtolico Miniſterio ordinati, & præfecti proprium munus validè ſuſtinere, & egregiè exercere omiſerint, ſiue in Verzolienſi, ſiue in Paduſana Miſſione: quare piè credendum cenſeo, eos Domini ſpiritu afflatos concredito operi fideliter pro breuiori tempore eorum reſidentię adfuiſſe. Ann. Chriſti 1625.

Tergemini ſucceſſiuè poſt Fratrem Angelum hāc Miſſionē incoluerunt.

Sicuti & feciſſe rationabiliter autumo Fratrem Ioſephum ab Eporedia, qui proximus Fratri Auguſtino ſucceſſit (vti ſub Verzolij proprio Calculo damus) & Verzollum peruenit, vbi veluti periſſimus faber & lapides, & ligna perpolire edoctus, & Verzolianos docuiſſe, & Paduſanos haud neglexiſſe, cenſeo. Erat enim benignioris, & humanioris propenſionis, atque commiſerationis, zeloris ſpiritus, eminentioris litteraturæ, & pacificæ conuerſationis: vnde ſingularis apud omnes erat expectationis, quam ſuperaturum ſupputamus, niſi morte præuentus maturiores, & vberiores prouentus edere prohibitus, deceſſiſſet.

Poſtremus Fr. Ioſeph & Verzolieſes docuit, & Paduſanos.

CALCVLVS TERTIVS.

Apoſtolici Operarij Fr. IOACHIMI ab ATRASCA Concionatoris, per annum 1627.

VErè, & propriè Paduſano hoc in Apoſtolatu fundando extitit, & præceſſit in nomine omen: Ioannis enim vocabulum, Gratiam ſonat, & Ioachim præparatio Domini interpretatur: vt non artificium, prudentiam, ſiue humanam prouidentiam hanc Miſſionem peperiſſe ſciamus, ſed Diuinam gratiam. Etſi enim aliquandiu tentauerint, & quàmplurimum laborauerint Salutienſes Pręſules; vt Prioribus Paduſanis his ægrotantibus primò quoque Apoſtolatus adhiberetur remedium; poſteriores tamen acceperunt: natura enim gratiam anteuertere non eſt auſa, ſed expectauit tantiſper donec gratia Diuina fętum ſuum ederet, & Miſſionis Capuccinorum auxilium illis prædeſtinaret: deſtinauit enim Præfectus Miſſionum nomine Fr. Ioannes, primum Miſſionarium Fr. Ioachimum nominatum, legitimè, & pronidè à Domino præparatum, qui Euangelicis impoſterum inibi ſuperuenturis, & ſucceſſiuè operaturis viris Apoſtolicis fixum, & firmū domicilium pararet, ſtabilemque Stationem præpararet, quam hactenus ſex pręcedentes Præcurſores mobilem exercuerant. I.

Ad præparādam ſtabilem ſtationem in Paduſana, deſtinatur Fr. Ioachim.

Sancti Spiritus igitur gratia enitente, Apoſtolicaque manu obſtetricante paratus Fr. Ioachimus, paraturus venit Domino Paduſanæ plebem perfectam, ipſis in primordijs noui anni ſeptimi; ac vigeſimi extra ſexcenteſimum millenum; & tunc opera operibus contexendo, prædeceſſoribus ſuis Apoſtolicis anteceſſoribus concurrere, & cooperari cępit, auſpicatiori quidem apparatu, nam pro ampliori ſui muneris, & ſolemniori præparatu quibuſdam in ingreſſu præambulis ſermocinationibus præmiſſis, ſicut vir ardentioris propoſiti præcinxit ſe, & accinxit; vt Quadrageſimales imminentes congreſſiones fortiùs ſubiret, & validiùs conſummaret, ſicuti, & de facto antequam regnum Dei in Paſchalibus celebritatibus aduenirer, conſummauit: non omnes Ciuitates Iſrael, ſed vniuerſas populationes Conuallis prædicando. Haùd enim ſemper ſtationarius, ſed aſcendens retrogradus, & mobilis Planetarij Syderia inſtar, curſum ſuū non naturalem modò, ſed & violentum, ſeu ſupernaturalem, & ratum quotidianum infatigabiliter perficiebat: percurrebat ſublimioris, ſiue humilioris, ſeu faciſioris doctrinæ inſtructionis radios emittens, abiectiora non dedignabatur contingere, & ad remotiora pertingere, vt ſuæ charitatis ardorem, feruoremque communicaret indigentibus cunctis ſpiritualiter, & corporaliter pro viribus ſuccurrendo, auxiliando: liberaliter enim ſui miniſterij, atque Poteſtatis poſſibiles influxūs egentibus vniuerſis impertire, & communicare ſatagebat: vnde & plures tam animarum, quàm corporum & neceſſitates ſubleuauit, & infirmitates curauit: non fructu vacuus, nec floribus aridus, poſt brumalem quadrageſimalem laborioſum curſum vernales Paſchales trium- II.

Vbique prædicando, tàm animarū, quàm corporum neceſſitates ſubleuat.

phos

phos celebraturus comparuit, ſed myſticum Amaltheæ plenum cornu geſtans apparauit, vlterioriſq; abundantioris progreſſus apparatum vix prædiſponere occeptauerat poſt Paſcha, quando tunc celebratis in Comitijs Prouincialibus Paduſana Draconerium Apoſtolicis in vrgentioribus excubijs vigilaturus transfertur, per ſemeſtre primus ordinarius limitaneus Cuſtos poſtquam inuigilauerat, egregiaq; perpetrauerat: quæ diſtinctè quidem nequaquam proſpicere, & intelligere valuimus, collectiuè tamen ſaltem indicare aliqualiter debuimus.

CALCVLVS QVARTVS.

Apoſtolici Operarij Fr. IOANNIS à RIPALTA Concionatoris, per annum 1627. ſiue 1628.

I.

Ann. Chriſti 1627.

Fr. Ioannes primus Stationarius ad deuios reuocandos deſtinatur.

HAC in Paduſana Cuſtodia præceſſerunt quidem mobiliter operantes, Præcurſores ſeni, anteceſſit iterum ſtabiliter, ſed initiatiuè, & Præparatoriè cooperans, per modum prouiſionis temporariæ, prouiſus ſucceſſor vnus; ſed capitularibus firmioribus diſpoſitionibus vocatus, atque electus, deſtinatus tandem aduenit Primus Stationarius proprius, pariter & ordinarius dimidiatum circiter hunc vigeſimum ſeptimum annum citra ſexcentum, & mille, Fr. Ioannes à Ripalta: qui congruè paratam, & religioſè prouiſam, atque compoſitam pauperculam habitationem nactus, nanciſci ſimiliter optauit commodiorem opportunitatem ſuę Miſſionis viriliter exercendę pro reducendis Schiſmaticis Sectarijs pręcipuè, quaternis alpeſtribus in Pagis degentibus. Verùm enim verò adhuc contra rebelles manus Domini extenſa euaginatum gladium in Cœlo vibrabat, ne Apoſtolici Curatores perditorū ſalutem accelerarent. Toto enim ferè huius anni tempore Cœlum nubibus obſitum, non terræ ſerotinum, vel matutinum imbrem parare, ſed nouum Cataclyſmum præparare videbatur; vnde ruentibus quotidianis alluuionibus ad aſperiores rupes per declinia acceſſus; & aſcenſus claudebatur. Anhelabat quidem Fr. Ioannes, vtpotè feruentiori ſpiritu impulſus, ad montana appellere, & montanos deuios reuocare, ſed vix proprij domicilij limina egrediens progredi conabatur; cum profluentibus pluuijs largiùs, & copioſiùs deſcendentibus prohibentia flumina intumeſcentia, à propoſito itinere proſequendo retraherent.

II.

In ſibi demandato onere laborat.

Pedes verò interim ipſe, ſeu potius manus ab opere Euangelico, ſiue onere nequaquam retraxit; cum enim perfidis conuerſionem nequaquam inferre; Fidelibus ſaltem confirmationem in bono, & à malo correctionem afferre, & conferre moliebatur: quamobrem conſuetis frequentioribus, & feruentioribus concionibus peculiaribus ſermocinationibus, ſingularibus adhortationibus, ſiue admonitionibus cunctos ad ſalutis ſemitas deducere ſtudebat, loquens magnis paruulis, veritatis iaculis æquè feriebat: nec feriabat; quin feſtiuis peculiaribus diebus ad Conuallis Villas opportunus accederet, & ſiue peragendis prædicationibus, ſiue excipiendis confeſſionibus Parochis Operarijs cooperari nitebatur componendo lites, iurgia auferendo, ſiue diſſidia, ac ſimultates extinguendo, domeſticas denique controuerſias dirimendo, pacem cunctis perſuadendo. Tandem perſuaſus ipſe, atque antiquorum monitis admonitus, tempori inſeruiendum tunc ſibi cognouit.

Ann. Chriſti 1628.

Gallicanæ namque plurimæ militares turmæ, vt per Pedemontanos violenter erūpentes, contra Hiſpanos in Suppetias Mantuani Ducis irruerent, Caſtrum Delphinum iam proceſſerant, vt per Varaytæ, ſiue per Padi Valles ad vlteriora ſibi viribus, & violentia viam ſternerent. Paduſani igitur Vallicolæ perduelles Caluinicolarum in Gallicis Caſtris militantium prætenſo ſubſidio freti, vltra modum inſoleſcere cœperunt, & in perfidia gloriari perſeuerauerunt perdurantibus hoſtilibus his congreſſionibus inter Sabaudos, & Gallos conterminos: quapropter Fr. Ioannes cum voluntariè errantium nebulonum reſipiſcentiam deſperaret; noui Prouincialis Capituli in principio ſequentis anni milleſimi ſexcenteſimi octaui, & vigeſimi celebrati opportunitate, & auctoritate ab Apoſtolatu Paduſano ceſſare procurauit, ſicuti per alterius prouiſionem ceſſauit. Quæ tamen cuſtodia diutiùs nequaquam vacauit.

CALCVLVS QVINTVS

Fr. HIPPOLYTI TAVRINENSIS Concionatoris, per annos 1630, 1631.

Violentioribus armis, & armatorum multiplicatis turmis Vxolienſis Galli- I.
cùs Marchio Monsferratenſi Marchioni, Mantuano Duci aduerſus Can-
tabros ſuppetias allaturus Cottias ad Alpes has accedens, Italica Oſtia à
Sabaudo Marchione, Pedemontano Duce cuſtodita, hoſtiliter pulſauerat, Hære-
tico ex parte milite inſtructa ſtipatus acie, vt Varaytæ, ſiue Æridani peruias per
Connalles ſuis Caſtris faciliorem aditum adapariens, compendioſiorem quoque,
ad propoſitum facinus, ſibi viam Sterneret. Paduſani igitur Sectarij Varaytanæ
in Vallis conterminis inhabitantes Prati-Gulielmi Bioletti, & Biotonetti hæretica-
rum populationum Incolæ Concaluinicolarum turmarum aduentum perſentien-
tes, validiùs ſuſtinendæ, & propugnandæ propriæ Religionariæ Sectæ deceptoriam
imò temerariam ſpem concipere ex diabolico halitu exhauſto voluerunt: quare
inſolentiores apparere, inſolentiùſque oblatrare, atque aduerſus Catholicos bal-
bucinare cœperunt. Quamobrem tumultuantibus ijs, nequioraq; molientibus
Veſuli Accolis, probatum pugilem in Apoſtolicum Antagoniſtam opponere de-
creuerunt Eccleſiaſticæ militiæ Præfecti: Fr. Hippolytum Taurinenſem, Cele-
brem Capuccinum Oratorem, Theologum non vulgarem, qui veluti regularis
obſeruantiæ zelator peculiaris Guardiani, & Diffinitoris eſt muneribus functus,

Ad hanc igitur nunc primùm Paduſanā Stationem obſeruandā ordinatus, & de- II.
legatus Fr Hippolytus, Apoſtolicis Operarijs in primis cōſueta munia, & miniſteria
infatigabiliter præſtare aggreſſus, & progreſſus eſt. Cōuallis ergo vniuerſę per Oppi-
da diſcurrebat, Euāgelizādo cōgruis & ſolēnioribus proprijs, ac cōmunibus feſtiuis
diebus. Tūc autē ab Euāgelio pro ſuggeſtu ritè explicato, & validè Sanctorū Patrū
oraculis confirmato, ad catechiſmū paruulorū, & ſimpliciū digrediebatur, & pro-

Per Vallis Opida progreditur.

grediebatur: elemēta priora, & faciliora Chriſtianæ Doctrinæ edentulis frangēdo, *Ann. Christi 1630.*
& præmādendo: poſtmodū verò tertio loco Sacramētis ſignanter Pęnitentię omni
ſtudio adminiſtrādis inſtabat, Sacramentales Cōfeſſiones longanimiter, etiam pro-
lixiores exaudiendo, Parochis Sacerdotibus Sacris in celebrandis, & Diuino cul-
tu honorificentiùs pro excolendo, fideliter cooperabatur, & inſeruiebat, non in
geminis Paduſanis Parœcijs ſolis, ſed & in cunctis Vallis Villis, & populationibus,
quas omnes ſuis opportunis temporibus perluſtrabat, vt ſua ope cunctis indigenti-
bus, præſtò adeſſet, vel pro conſolandis triſtibus, vel iuuandis miſeris, vel erroni-
bus reuocandis, vel conciliandis diſcordibus, vel litigijs componendis, aut deni-
que ſimultatibus acerbioribus, ſeu antiquioribus auferendis; quo vltimo pro ope-
re haud mediocriter elaborauit, & enixus eſt.

Nec ſolis Catholicis edocendis Fr. Hippolytus ſtudebat; ſed & hæreticis redu- III.
cendis ſedulus incumbebat: alpeſtres trium Populationum Pratigulielmi, Bioletti
& Biotonetti rupes, & Alpes laborioſè ſcandendo, & beſtiarum potius Catabula,
quàm hominum domicilia penetrando, vt Caluiniſtas illos bubulcos, armentarios,
& ruricolas conueniret, illiſque intra præſepia latitantibus Euangelicas Orthodo-
xas veritates annunciaret. Verùm enimuerò cum fera illa gens, pluſquàm agre-
ſtis ad inſtar Syluestrium Faunorum, aut Satyrorū humanam Religioſorum non
conuerſationem modò, ſed & alloquium, occurſum, quinimmò aſpectum pro vi-
ribus refugeret; (ſic ab hæreticæ prauitatis magiſtris admonita) Apoſtolicus ocu-
latus cuſtos peroptimè ſciens, quia, *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti*;

Rom. c. 10.

Quomodo verò audient ſi prædicantem effugiunt, & toto conatu deuitant,
ab illius occurſu declinando? Ideo Carolo Emmanuele I. ſufficienter admonito,

Deceptis, Verbum Dei proponit.

ipſe Ducale imperatiuum edictum, quo ſub in eo præſcriptis pęnis, & mulctis ſin-
gulis Patribus, & matribus familias hæreticis Vallis Paduſanæ præcipiebatur; vt
ad ſe venientis Fratris Hippolyti Sacri declamatoris Capuccini ſermocinationi-
bus, & Prædicationibus intereſſent, & reuerenter adſtarent: promulgato igitur
compulſorio Canone; Euangelicus concionator frequenter modò ad vnam, ad
alteram modò ex hæreticis illis Villis pergebat, & licèt difficulter attamen aſcen-
debat, profanorumq; Phana adeundo; deceptos illos congregabat, & congregatis
Dei verbum proponebat, Orthodoxas veritates faciliori methodo aperiendo, &
Hæreticas ineptias euidentioribus rationibus reijciendo: quod cum aliquamdiù
ſolicitè ad eos perueniendo præſtitiſſet; plures ex mille illis Montanis Sectarijs à
longè veram, & legitimam Fidem conſpectare, & perſpicere cęperunt: quare non
iam amplius ad ſe accedentem præſtolabantur Catholicum Doctorem; ſed ipſi ad

illum

illum, vel in Eccleſia docentem, vel domi reſidentem perueniebant, vt fidelia dogmata de propinquo, & plenius aſpicerent: vnde veritatis vi nonnulli impulſi, ad Catholicam Eccleſiam propediem ſe peruenturos pollicebantur, quibus viciſſim Fr. Hippolytus ſuum apud illos domicilium inter rupes collocaturum, & inter eos commoraturum promittebat; vt & paruulos eorum baptizaret, & Miniſterium verbi, ac Sacramentorum, in breui manu reædificanda Sancti Laurentij diruta Sacra Æde exerceret, Parochialia denique cuncta munera gratis, & gratioſè eis præſtaret: quod quidem in proximo euenturum ſperabatur, niſi eodemmet in temporis articulo, nempe ſub initijs ſequentis anni trigeſimi poſt mille ſexcentum, Gallica Caſtra Pinerolium, & Salutienſem Marchiam hoſtiliter occupantia violenter adfuiſſent.

IV. Longius quidem inter Alpes Veſuli iugo circumſtantes, & proximas, poſita miſerorum erronum habitacula prominent, & extolluntur, perque difficiliorem, atq; aſperiorem acceſſum patet ad ea aditus, cum regio alpeſtris maiori anni parte glaciebus, & niuibus operta, & obſita conſpiciatur; frequentius nihilominus ad eos reptando ventitabat Fr. Hippolytus; vt & morbidas oues erraticas curando reduceret, & reducendo curaret, atque vt superuenientes lupos, ideſt alienigenas deceptores, Pſeudo-Prædicatores deprehenderet, & ab his magis decipiendis, pariter & dementandis arceret, ſeu impediret. Contigit aliquando, vt per poſticum eò appulſum Pſeudo-Doctorem, & in medio deceptorum ſtantem ſuperueniens Capuccinus Cuſtos ex inopinato inueniret, inuentumq; religionari dogmatico certamine aggreſſum ſuis proprijs armis confoderet, ſiue confunderet: proprijs namque eorum, & deprauatorum Bibliorum, & Catechiſmi Hæretici, & Caluini de Sacramentis codicibus; atque auctoritatibus prolatis ad veritatem Auguſtiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti, & Sacramentati panis proprio palā ore coram trecentis congregatis Caluinicolis fatendam compulit, in Prati-Gulielmi vico, in quo contra Ducalia præſcripta iura hæreticalia miniſteria exercuiſſet; capitalem in pęnam inciderat: quare acriter correptum, ſuauiter ſimul prædicantem alienigenam, vt à ſimilibus congreſſibus, & regreſſibus deinceps abſtineret, admonuit Fr. Hippolytus: conuictus ergo Pſeudo-Miniſter; & admonitus aliqualiter reſipiſcere voluit: vnde poſtridie haud ſine ſui capitis grauiori diſcrimine Paduſanam veniens, ad Religioſum monitorem, & pacificum Antagoniſtam amicabiliter ille acceſſit, vt & de Corporis Chriſti reali in Euchariſtia præſentia, & de Summi Pontificis legitima in Eccleſia Dei Præſidentia plenius à Doctore Catholico edoceretur, quod cum ex huius familiari doctrinali congreſſu ad votum conſecutus fuiſſet, de pluribus illuminatus haud ſine ſpe futuræ plenioris reſipiſcentię Capuccinorum ad hoc interceſſionum ſuffragio expoſtulato, humiliter gratias agens receſſit. Sub his diebus cum Illuſtriſſimus vnus ex Mantę Dominis Comes Valerius nomine vir prudens, & eruditus non minus, quàm Catholicus à Sereniſſimo Pedemontano Duce Delegatus, milleq; militibus ſtipatus Paduſanā quibuſdam pro politicis perficiendis negotijs perueniſſet; vigilax excubitor Apoſtolicus opportuniori occaſione vſus, Patrocinantis Quiritis ſubſidio fultus cuiuſdam Caluiniſtæ, qui Pſeudo-Doctoris vices gerebat, & impoſtoris miniſterio fungebatur, domum ingreſſus, plurimos hæreticales libros, & damnatos codices de perditorum manibus ereptos recollegit, & ſic lapides offenſionis prudenter de via abſtulit, & hæretica Caluiniſtica offendicula medio de itinere tulit.

Pſeudo-Doctorē aggreditur dogmatico certamine, eumque confuſum reddit.

Ann. Chriſti 1631.

Plurimos hæreticales libros eripit.

V. Nondum ad hæc vſque tempora, Capuccinis Euangelicis vigilibus in Paduſana & Valle, & Villa congruum, & opportunum pro Sacris obſeruandis Excubijs Religioſum Domicilium ſuppetebat, ſed commodatum, & communi Oppidanorum ære paratum hoſpitium inſeruiebat: quare Fr. Hippolytus ex gratioſè ſibi, & ab amicis præſtitis eleemoſynarijs pecunijs, atque Caroli Emmanuel. I. Sabaud Ducis liberalibus ſubſidijs apto, & conuenienti in comparato loco, & ſitu Apoſtolicam habitationem fundare, & conſtruere occeptauit: cui promouendæ ſtructuræ non Fideles ſolùm, ſed & perfidi Caluinicolæ cooperabantur: fundamenta namque ipſi manualiter effoderunt, & neceſſaria ligna, ideſt ædificio ſufficientes, & requiſitas trabes de alpeſtribus ſuis ſyluis exciſas comportauerunt Prati-Guglielmi, Bioletti, & Biotonetti habitatores: vnde breui tempore, inceptæ à ſe ædificationis vidiſſet finem Fr. Hippolytus, niſi ſuperuenientibus ſequentis anni grauioribus belli, peſtis, & famis impedimentis, ab incępto opere ceſſare coactus fuiſſet. Non ceſſauit attamen. diuerſa interim pro ſuo Euangelico munere præſtare: infatigabiliter inuigilando; ne bellicis hoſtilibus Gallorum aggreſſionibus, & incurſionibus, quibus & Pedemontanus totus ager, Salutienſiſq; Marchionatus præcipuè agitabatur, Eccleſiaſticū Regnum, & Catholicam Fidem grauius aliquod incommodum, vel detrimentum pati contingeret: vnde attentius perſtabat in ſpecula, eminus pericula contemplando opportunus vt accurreret.

Apoſtolicam habitationē fundat.

VI. Donec milleſimo hoc ſexcenteſimo trigeſimo (atro carbone notando) anno,

triplex acerbius flagellum per Subalpinos Complanos inundans, ad Interalpinos etiam peruenit. Non Neptunico igitur, ſed Plutonico prælij, penuriæ, & morbi Tridente miſeros hos Populos confodiente, languebant infelices, & ſubuenientem exclamantes præſtolabantur, ſed ægrotantibus, vel ægritudinem imminentem refugientibus vniuerſis: parentes filios, filij Parentes, ſocrus nurum, nurus ſocrum, Mater filiam, filia matrem: ſoror fratrem, frater ſororem deſtitutam derelinquebat, & vt ſibi conſuleret refugiebat, atque veluti inimici hominis domeſtici eius exiſterent, alter ab altero cautius ſe ſubtractum cuſtodiebat. Deplorandam igitur plebis huiuſcemodi conditionem Fr. Fr. Hippolytus, & Michael Angelus à Pancalerio Sacerdos Collegæ conſpicientes pro proximorum ſpirituali ſaltem ſaluatione vitam ſuam, corporalem profundere, & ſacrificare vnanimi conſenſu, & concordi ſenſu decreuerunt: quapropter epidemica lue laborantibus accurrere, & ſuccurrere, atque miniſtrare cęperunt: eòque magis ad periculoſum, & perarduum opus ſe ſe excitauerunt, & accinxerunt, quò ex duobus vno iam peſte vulnerato nempe Sanctæ Mariæ Parocho, alter ſolus Sanctæ Margaritæ Rector ſuperſtes perſeuerabat. Diſtributis igitur inter ſe, & cum perſtante Sacerdote horis, hinc temporibus, & locis ad peſtilentiali morbo percuſſos inuiſendos, & conſolandos diſcurrere, & percurrere laborioſè feſtinabant, vt opportunè Sacramenta ſaltem Pœnitentiæ periclitantibus cunctis ſubminiſtrarent, non in agro dumtaxat, & aperto ſub Cœlo conſtructis in tuguriolis perſtantibus, ſed & in proprijs domibus, anguſtioribuſq; cubiculis decumbentibus: ad hos namque licèt periculoſè accedebant, & grauiùs laborantibus appropinquabant, quinimmò vt vix iam verba promentium confeſſiones exaudire ſecretò valerent, lectulo aſſidebant, & inſidebant: Conſolatoria verba, pro acerbè nimis doloribus, mortalibuſq; anguſtijs diuexatis conſolandis, humaniter promendo, & ſuauiter anxios, & oppreſſos demulcendo, vel ſaltem efficacioribus adhortationibus, & cohortationibus agonizantibus adſtando: quod ſolicitè adeò præſtiterunt, & ſedulò ita in pio huiuſcemodi miniſterio perſtiterunt; vt inconfeſſus nullus, & Sacramentis non munitus deceſſerit, dum ipſi incolumes euaſerunt, & illæſi ſteterunt.

Fr. Hippolytus, & Michael Angelus pro proximorum ſpirituali ſalute periculis ſe exponunt.

Ann. Christi 1631.

VII.

Eccl. c. 13.

Verùm enimuero quia *qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea*, & qui communicat epidemico induet epidemiam, & pondus ſuper ſe toller, qui infecto communicat. Ideò Capuccini commilitones Fr. Fr. Hippolytus, & Michael Angelus in Religione Fratres, in Miniſterio Collegæ, & in paſſione fuerunt ſocij: ambo namque pariter peſtilentialis morbi acumine percuſſi, & violentia proſtrati, iacuerunt; quinimmò breuioris temporis intercapedine inualeſcente contagioſæ fębris acerbitate, Fr. Michaelis Angeli Sacerdotis ab omnibus deſperata ſalute, ad inuicem abſolutionis ſibi mutuo beneficio exhibito, commilitonis anima Deo commendata, Fr. Hippolytus pro corporali mortali ſuo languore Curando Bargias pedeſter profectus eſt; vbi adhibitis medelarum viribus, Malagmis, & antidotis tandem conualuit: derelictum autem tamquam mortuum Paduſanæ Fratrem Michaelem Angelum pij viri curauerunt, id eſt ex palcis illi conſtructum in tuguriolum agentem animam detulerunt, moxq; veſpillones vt eum, quem mortuum credebant, adunco ſuo conſueto ferro ad funera traherent, adfuerunt. Verùm licèt phreneticа febre correptus deliraret æger, naturali tamen horrore perculſus ad funeſtum polinctorum aſpectum aliqualiter reſipuit, & exclamando, ſe adhuc vitam agere indicauit: vnde ab his, & ab omnibus humana penè omni ope deſtitutus, poſtquàm aliquandiu ſub dio in agro imbribus, & temporum cęteris iniurijs expoſitus elanguit, tandem mirabiliter, à morbifera, & lethifera febre liber, & expeditus, licèt viribus deſtitutus ab alienigena quodam pertranſeunte Gallo milite charitatiuè alimoniario ſubſidio coadiutus, corporis viribus quoquomodo denique reaſſumptis, ſuæ vitæ ad neceſſaria perquirenda, è tugurio digreſſus aliò progreſſus eſt: poſtquàm grauiori in illo prolixo languore nullo alio alexipharmaco, vel nutririuo vſus fuiſſet, quàm caſtaneis, & aqua pura, humi aquis madefactus perpetuò incubans.

Ambo peſtilentiali morbo percuſſi, quanta paſſi ſint.

VIII.

Tandem aliquando à contagioſa mortali, & diutina ægritudine Conualeſcentes gemini Collegæ Capuccini, Fr. Fr. Hippolytus, & Michel-Angelus iterum ſimul conuenientes, recuperatis priſtinis viribus, priſcum proprium ipſorum Apoſtolicum miniſterium Sacramenta adminiſtrandi reaſſumere decreuerunt: vnde antiquam ſibi aſſignatam Paduſanam Stationem verſus greſſus dirigentes, opportunè eò aduenerunt, quando reliquus, qui hactenus derelictus ſuperſtes incolumis fuerat Parochus, nempè Sanctæ Margaritæ Præpoſitus, Dominus Luchinus Papa, tandem poſt plurimos pro ſua plebe curanda exantlatos labores, tabifico vulnere ſauciatus extremum ſuum laudabiliter, & viriliter diem clauſit poſtquam in pauperes ſua cuncta erogaſſet, & hactenus ſeruatam pecuniam ſuæ Eccleſiæ legaſſet, cui honorificè ſuprema funera Capuccini cooperarij celebrarunt, & tumulum religioſum in Eccleſia compoſuerunt, indeque viduatæ geminæ Eccleſiæ, & ſpi-

rituali Parente orbati bini populi Paduſani, adhuc epidemica infectione grauiter laborantis curam, ſiue curas ſuſceperunt, vtrique Parçciæ inſeruientes, & languidis, ſiue agonizantibus cunctis adſtantes, vſquequò alteri nempe Sanctæ Mariȩ Parochiæ prouiſus Præpoſitus adfuit, alteram ſcilicet Sanctæ Margaritæ Fr. Hippolytus, quàmdiù ſtetit, tamdiù ſemper vacantem curauit, & adminiſtrauit, haud ſine curatorum abundantiori emolumento. Capuccinus namque Leuita ſolicitè ſtudioſè, & laborioſè Parochiale onus ſuſtinebat, & Parocho debitos annuos cenſus in beneficium Eccleſię conuertendos curabat: gratis ipſe ſuum laborem, Seraphica impulſus charitate, Parochianis impendens, & Parçciæ incumbens.

Geminarum Parochiarum Curam ſuſcipiunt.

IX. Deferueſcente contagioſa lue, his in Italicis oris nequaquam ceſſabat penurioſa eſuries, quinìmmò, qui ex tabe conualeſcebant fame iterum tabeſcebant, & cõficiebantur: Quare vigilax ſpeculator Fr. Hippolytus, quò vtriuſque hominis perfectè curam proſequeretur, eſurientem, & inedia tabeſcentem ſibi commiſſam plebem conſpiciens proſpexit, vt prouideret. Ad benigniſſimum igitur, & munificum Victorium Amedeum Sabaudiæ Ducem feſtinanter properauit, & pro miſeris ſuccurrendis Principis liberalitatem, & charitatem poſtulauit: extremas Vallicolarum Æridani miſeriam Pio Principi annuncians, & manifeſtans. Miſericordia ergo ille ſuper ſibi ſubditos populos permotus, tantam frumenti quantitatem Capuccino interpellatori aſſignauit, & ſubminiſtrandam mandauit; quantam indigentium neceſſitas poſtulabat. Reportatam igitur à generoſo Principe elargitam ſufficientem annonam ſuſcipiens Fr. Hippolytus, indigentibus Vallicolis vniuerſis pro cuiuſque indigentia diſtribuit, atque congruum eſurienti populo congiarium, ſiue commeatum impertiuit pro corporeis neceſſitatibus ſubleuandis: pro ſpiritualibus autem, cum toto ſuæ Miſſionis tempore Diuini Verbi, & Sacramentorum, atque Catholicæ veritatis alimoniam diſparſiſſet; multos ab hæreticali morbo ſiue perfidiæ languore liberauit: numerantur autem ab eo Catholizati viginti circiter Paduſani agreſtes Caluiniſtæ.

Catholizati ab eo numerantur.

CALCVLVS SEXTVS

Fr. LAVRENTII PINEROLIENSIS Concionatoris per annum 1632.

I. IAcebant hac inauſpicata tempeſtate à peſte, fame, & bello cuncta domeſtica, publica, & Eccleſiaſtica bona proſtrata, vel potiùs diſſipata: lugebat regio Pedemontana, & tellus inculta feriabat: inhumaniori namque ferro, feri homines exhumanati, ferrea viſcera ſibi inuicem perfodientes, & aperientes in mutuũ interitum ruebãt: neglecta terra nequaquàm vomere exeultũ, & perfoſſum gremiũ integrũ geſtans, ſylueſcebat in ſentices, & frutices luxurians. Magnę igitur Matris telluris ad exemplum humanus totus diſcomponebatur orbis; homines nãque neq; diſciplina, nec virtutibus exculti in ſpinas, & tribulos, ideſt in minus honeſtos, minuſque compoſitos mores iamdiu degenerauerant: vnde degeneres ab auita Chriſtiana pietate, ab alienigenis impietatem, & irreligioſitatem ſatis abundè mutuatam, contraxerant, & qui iam olim perfidi extiterant, perfidię acerementa, & incrementa promouere, & procurare ſolicitè ſtuduerant, ſicuti Paduſani Caluinicolę Lucernenſibus adhęrentes tentauerant: Ad hos ergo compeſcendos emiſſus venit, his infelicioribus diebus, ſtrenuiſſimus Capuccinus Athleta Apoſtolicæ militię benemeritus Fr. Laurentius Pinerolienſis, à Caſtridelphini ad Æridani Cuſtodiam decertaturus aduocatus.

Ann. Chriſti 1632.

Ad compeſcendos Caluinicolas hęreticos emiſſus venit F. Laurentius.

II. Qui veniens, Euangelico ſibi impoſito onere ſufficienter, & fideliter vt fungeretur; prædicandi ſolicitè, & feruenter, ſedulò catechizandi, & rudes inſtruendi miniſteria conſueta nequaquam omittebat, aut intermittebat, & cum vnius nempè Sanctæ Margaritæ Parçciam adminiſtraret; alterius ideſt Sanctæ Mariæ Parocho miniſtrare aſſiduè non prætermittebat: Cunctis in Sacris celebrandis, vel colendis aſſiſtendo, & inſiſtendo; ita vt & Leuitici ordinis miniſtris inſeruiret, & Populo miniſtrandis Sacramentis non deficeret: ægrotis, & ſanis ad ſalutem neceſſaria ſubminiſtrando, Sacramentales confeſſiones charitatiuè ad ſe accedentium exaudiebat, infirmos inuiſebat, mœrentibus ſolatium, oppreſſis, & patientibus patrocinium, & ſubſidium benignè præſtando: Religioſa quidem conuerſatione, & laudabili operatione cunctos ædificare ſtudebat, ſed & materialis domus Apoſtolicæ Miſſionis pro Capuccinis Stationarijs à ſuis prædeceſſoribus cęptum ædificium cõſummare ſatagebat, & perficere accelerauit: vnde & ad inhabitandum habilitauit, ſimul & coaptauit neceſſarijs religioſis officiniſconſtructis.

Cęptũ Miſſionis Aedificium perficere accelerat.

III. Deſtructis à pręcedentibus bellicis, & epidemicis tempeſtatibus, quæ iam po-

fuerant Apoſtolici Operarij noui ſpiritualis ædificij fundamentis, ideſt ſubuerſis, & euerſis prouidis moliminibus pro conuerſione Paduſanorum hæreticorum à Capuccinis excubitoribus excogitatis, & initiatis; Fr. Laurentius euerſa, & ſubuerſa tentamenta reaſſumere, & excitare decreuit: quapropter Sectarijs illis quatuor Populationum Croeſij, Prati-Guglielmi, Bioletti, & Biotonetti edita aduerſus eorum conſummatam perfidiam à Sabaudis Ducibus legalia edicta, iterum ipſe intimauit, & intimatorum iurium veluti præuaricatores, etiam capitalium pęnarum cunctos hæreticos reos eſſe demonſtrauit. Quare ad reſipiſcendum, & pœnitendum, vt ſupplicia effugerent; hortabatur, ad hoc eorum etiam remoriores Montanos, & Alpeſtres ad Vicos, & Villulas perueniebat, & ſi quos ſtantes obuios haberet; familiariter conueniendo ad iuſti, & recti tramitem aduocabat, aduocatiſque ſalutis ſemitam in Eccleſia Catholica ſola poſitam demonſtrabat: Scripturæ Sacræ oraculis hæreticas impietates reprobando, & orthodoxas veritates comprobando; vt igitur ſi velint, rectos greſſus quò cautè, ac ſalubriter dirigere deberent, eis inoteſceret; legitimum viæ ſalutaris indicem illorum intra liminaria veluti luminare maius per diem, & luminare minus per noctem, conſtituit, nempe Sanctæ Crucis lignea ſimulacra in illis Montibus erexit, & euexit, in mox futurorum Eccleſiaſtici Regni prouentuum, & fœliciorum euentuum; auſpicium, verùm vix hic operari occeptauerat; cum Paduſana Peruſiam accerſitus, eò inſigniora perpetracturus (vt proprio Calculo damus) de hoc eodem ſecundo, & trigeſimo extra ſexcentum, & mille anno, eſtinus proceſſit, & acceſſit.

Ligneas altas Cruces in montibus erigit.

Ann. Chriſti 1632.

CALCVLVS VII.

Fr. IOSEPH à SVMMARIPA Concionatoris, per annos 1632. 1633.

I. PRæſenti trigeſimo ſecondo anno currentis ſæculi ſeptimi decimi, Aſtæ celebratis Prouincialibus comitijs noſtræ Pedemontanæ Prouinciæ à Capitularibus P.P. Diffinitoribus, & Prouinciali Paduſanam ad Stationem cuſtodiendam electus, & deſtinatus fuit Fr. Ioſeph, à Summaripa, qui hactenus in Perrerianis excubijs inuigilauerat, tamquam vir conſtans, animi robore validus, & egregius Theologus, nec non ſacer orator, qui regularis obſeruantiæ zelo, & religioſarum virtutum exemplis apud ſuos fulgens, aliquoties Guardianatus officio pluries verò Apoſtolico munere functus fuit. Æridani igitur ad hanc Conuallem emiſſus venit Capuccinus Leuita, & inuenit ex Parochialibus Eccleſijs vnam legitimo Præpoſito ſamdiu viduatam, extraneo cuidam Oeconomo cōmendatam, qui cum iuuenilis leuitatis, & concupiſcentiæ ferуoribus agitaretur; laſciuientis iuuenci potiùs, quàm Religioſi Curatoris formam præ ſe ferebat: quare cum fœtentis illius conuerſationis graueolentia plebis vniuerſæ odoratum iam iam offenderet; timens, ille, ne ſuorum piaculorum fœtor coram Tribunalibus aſcenderet, & Iudicum ad nares perueniret; ſponte ſe Oeconomia Parochiali abdicauit, & improuiſa fuga propriæ impunitati conſuluit, quamobrem per prolixius tempus adminiſtranda hæc Paręcia Capuccinis iterum incubuit.

Emiſſus aduenit ad hãc Cuſtodiam Fr. Ioſeph.

II. Ideò haud minima, vel minor oneris, ac laboris portio inter ſuos Fratres Ioſepho Confratri contigit; dum enim per capitularem longiorem annum has cuſtodiuit excubias, huius quoque Parochialis Eccleſiæ curam geſſit: quia qui in Oecònomia ſucceſſerat fugienti Sacerdos minori pariter in Idoneitate (non tamen prauitate) par erat; vnde pondus diei, & æſtus Capuccinis cooperarijs ſuſtinendum, & portandum impendebat aſſiduè, ſedulus ergo in ſua Cuſtodia non modò vigilabat attentius, ſed & vigilantiùs miniſtrabat cunctis in Parochialibus munijs indefeſſe exercendis diuerſis in Paręcijs nempe Sanctæ Marię, & Rochetæ confeſſionibus Sacramentalibus excipiendis, cæteriſque in Sacramentis adminiſtrandis: cui pariter iugi Parochiali adminiſtratione Apoſtolicorum quoque munium indefeſſam pręſtationem copulabat: Prędicabat enim infatigabiliter vtriuſq; anni tempore non modò aduentus, & Quadrageſimæ laborioſos geminos curriculos percurrendo, ſed & Dominicales perennes circulos diſcurrendo per Pagos, & Vallis Oppida, quibus ſingulis, & vniuerſis ſuos, & annuales & quadrageſimales labores laborioſiùs valdè circumeundo per niues, per glacies, per aquas, per rupes peragrando communicabat; nulla conſiderata vel brumę algoris, vel æſtus ardoris differentia. Conſtanti tamen hac methodo ſeruata: vt prioribus ſingulis cuiuſlibet menſis Dominicalibus diebus, in quibus Roſarianum Deiparę Virginis Sodalitiū celebritatis menſtruę ſua ſolemniora proceſſionis, recitationis, ſiue Miſſę celebrationis exercitia colit, in Sanctę Marię Paręcia, in qua erectum reſidet pręfatum

Et Apoſtolico oneri ſolerter ſatiſfacit.

ſodali-

ſodalitium, ſuas conciones Fr. Ioſeph ſolemnitati congruas habere ſolebat: ſingularibus autem tertijs itidē Dominicalibus ſingulorum menſium feſtiuitatibus; quando Congregationis Corporis Chriſti Confratres ſua Euchariſtica menſtrua quoque ſolēnia celebriùs colunt, in Parochiali altero Tēplo S Margaritæ, vbi inſtituta perſtat Corporis Chriſti Sodalitas, Sacer declamator tunc initi opportunas ſuas ſermocinationes peragebat: quò honorificentiùs præſtaretur: reliquis verò vel communibus, vel peculiaribus anni feſtiuitatibus vel peculiares Sācto illi feſtiui Patrono Sacras ad Eccleſias concionaturus, & operaturus perueniebat, vel indifferens ipſe indifferenti feſtiuitate modò ad hanc, modò ad illam conciones cōgruas habiturus pro opportunitate Eccleſias accedebat: vadens, & veniens ferè ſemper ieiunus etiam animi deliquio aliquando correptus. Corripiebat ipſe acriter crimino ſos omnes, ſed blaſphemos acerrimè increpabat coram populo.

III. Sacri autem declamatoris munere præclarè, & ſolicitè perfunctus, ſimplicium inſtitutoris, ſiue rudium inſtitutionis oneri ſatisfacere haud omittebat: ſingulis namque Dominicis totius anni Chriſtianæ Doctrinæ catechiſmum in prædicata Sanctæ Margaritæ Parœcia ipſe exercebat, & explicabat omni faciliori, & pleniori methodo, opportunis præterea occurrentibus feſtiuitatibus, vel peculiaribus loci, aut Tēpli, vel inſignioribus Eccleſię vniuerſalis, ſolēniores Miſſarum, & veſperarum decantationes celebrandas procurabat, frequentiores Proceſſiones, , ſiue copioſiores ſupplicationes à Populis habendas pro Diuina ira placanda ſuadebat, inter ſe etiam rixantes conciliabat. Diebus verò Quadrageſimæ ſacratioribus per triduum cuiuſlibet hebdomadæ Sanctiſſimi expoſitionem honorificè faciendam curabat. Quibus omnibus, & ſingulis ſpiritualibus exercitationibus vel ipſe perpetuò aſſiſtebat, vel eo grauioribus occupationibus præpeditos Fr. Honoratus à S Stephano, Sacerdos ſocius ſolicitè inſiſtebat. Inter quatuor ab hæræticis hominibus Paduſani agri inhabitatas populationes, vna quæ Croeſium nuncupatur, ſicut in complanis ad Alpium radices iacet; ſic inibi Catholici plures incolunt: vnde frequentiùs ad hanc Fr. Ioſeph ventitabat, & ſuo aduentu Incolis ſpiritualia dona, & bona præſtabat. Quò enim Fideles à contagioſa contribulium conuerſatione illæſos ab hæretica & lepra, & infectione aſſeruaret; ſępiùs hos inuiſendo a Sectarijs dirutum antiquum huius vici Sacellum reſtaurare, atque à ruderibus excitare fecit, & pro viribus refecit, atque compoſuit: cumq; præ vetuſtate Sancti Tutelaris & perſona, & nomenclatura ab habitatoribus ignoraretur; ipſe Diuo Ioſepho ſacrandum, & denominandum ſuaſerat, quibuſdamque comparatis ornamentis, Iconem elegantiorem conficiendam mandauerat: quam tamen poſt annum recedens, infectam alteri perficiendam dimiſerat. Hac igitur in reſtituta ædicula Sacra congregabat, ſuperueniēs per tempora Apoſtolicus Excubitor Croeſij habitantes, congregatiſque Diuinum Verbum per modum Catecheſis proponebat, dogmata ſacra explicando, & confirmando: ſacrilega placita hæreſiarcharum validè improbando, & reprobando: inſcientes, & idiotas inſtruebat, Chriſtiana rudimenta eos docebat, monebat, corrigebat: ad bonum hortabatur, à malo retrahere conabatur, Diuinorum præceptorum obſeruantiam commendabat, Eccleſiaſtica iura explicabat, bona opera, & compoſitos mores ad ſalutem neceſſaria demonſtrabat, ſicque inexcultos homines religioſè excolere ſatagebat.

Spiritualia cuncta promouere laborat.

Ann. Chriſti 1631.

IV. Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus Salutienſis, ſub his diebus, ſua in peracta illarum Diœceſanarum Eccleſiarum viſitatione, plura deficientia, vel minus decētia vetuſtate, attritæ ſacræ ſupellectilis ab Oppidanis pro Eccleſia Sanctæ Margaritæ prouidenda mandauerat, inter quæ illud non infimum reficiendum præceperat, nempe tentoriolum pro Sanctiſſima Euchariſtia proceſſionaliter deferenda, nonnullaq; alia paramenta, quæ tamen Reuerendiſſimo Præſule recedente, reipublicæ adminiſtratores exequi differebant, ne dicam, (iuxta ſolitum) negligebant ea, quæ ſunt Diuini cultus: vnde vigilans Sacrorum ſolicitator Fr. Ioſeph, pluribus Corporis Chriſti Sacræ Societati derelictis legatis ſumma induſtria, ac diligentia recollectis nonnulliſque eleemoſynarijs præſtationibus ſuperadditis ſufficientem pecuniam conflauit, qua Ianuam tranſmiſſa ex variegato, ſiue ſcutulato ſerico elegantiores thenſas conficiendas, & huic Eccleſiæ tribuendas procurauit. Rurſus quamuis de publico Oppidanorum ære ſibi annui taxati, & debiti cenſus nihil penitus acciperet; de Apoſtolico ærario ſemiannualem portionem anticipatè ad plures Menſes receptam, quotidianæque ſuæ alimoniæ detractam, totam in conſummanda, ac perficienda Apoſtolicæ Stationis incepta Sacra Æde conſumpſit: Ædificium namque murorum compleuit, parietibus tectum impoſuit, contignationem ſubpoſuit, apertas feneſtras ferratis Cancellis muniuit, Altare, & Campanile erexit, lignea nempè ex nuce ſuppedaneum, & confeſſionale appoſuit: taliterque domo Dei compoſita, pro domeſtica habitatione complenda tabulas, trabes, ligna, lapideas tegulas parauit. Altari Beatæ Mariæ Magdalenæ in Parœcia Sacro operimentum pulchrum comparauit, nec non ex prædicto ſibi ſubtracto

Ex detracto ſibi Apoſtolico ſubſidio Miſſionis Ædem inceptā complet.

quotidia-

quotidiano ſubſidio, egentibus plurimis, ægris, neceſſitateſque varias patientibus, ſignanterq; Neophytis indigentibus congruas ſubuentiones ſuppeditauit, cunctis benefacere ſtudendo.

V. Dum igitur huiuſcemodi, & conſimilibus ſolieiti Excubitoris operibus iugiter ſedulus incumberet Fr. Ioſeph; & aliorum relationibus, & propria ipſe experientia admonitus intellexit, vltra Croeſium in complanis, tres prætcrea hereticorum Populationes in Paduſanæ Montanis reperiri, quibus in ſingulis plures imò ferè omnes Caluiniſtæ habitatores degebant, & ab aliquibus ſæculis delitcſcebant, atq; contra fas, & Principum ſanctiones commorabantur. Montanos igitur agreſtes, & ruticolas Caluinicolas iſtos perluſtrare, & Montium, ſiue Cottiarum harum Alpium iuga & cacumina explorare decernit: opportuno igitur ſtatuto die, probo Catholico Laico viro in itineris ſocium aſſumpto Pratigulielmi inſigniorem inter tres ad Pagum ire, & peruenire pergit: cuius Populationis Incolæ per vigilem in ſpecula perpetuò contemplantem admoniti, quòd Capuccinus aduentaret perluſtrator; de repentè velociùs obſeratis Clauſtris, Ianuiſq; domeſticis obfirmatis, vniuerſi in momento temporis, in ictu oculi mares, & fœminæ velociori fugæ ſe ſe dederunt: culmina rupium aſcendentes: vnde aduenientis Sacerdotis greſſus, & progreſſus ſtabant ſpeculantes, & euentum aduentus præſtolantes: adueniens Fr. Ioſeph obſeruans, & perſcrutans montanorum extrinſecùs penurioſa quidem, ſed numeroſa habitacula vidit, interq; ea profanum Phanum, & honeſtiorem domum, quæ miniſtri nuncupabatur animaduertit: inde regrediens, ex inopinato quibuſdam in circulo congregatis inexpectatus ſuperuenit, qui refugiẽdi ſibi interclusum iter conſpicientes, aduentantem Capuccinum vel inuiti expectauerunt: quibus amicabiliter ille obuians, humanèque conſalutatis, Catholicam veritatem, & legitimam Eccleſiam amplectendas perſuadere pluribus eſt conatus: ſermocinationem ſuam Euangelicis illis notis concludens: Reſipiſcite miſeri, & pœnitentiam agitè, iam enim ſecuris ad radicem arboris poſita eſt, ſi non ſpontè, tamen tandem coactè ab alpeſtribus his habitaculis intra paucos dies vobis teſiliendum, & refugiendum erit. Ab hoc igitur primo, & præcipuo ad geminos reliquos Biolciti, & Biotoncrti Vicos perueniens, in ſingulis ſingulum delubrum conſiſtens inuenit, & ſingulari pro profano loco profanationis menſam, & iniquitatis Cathedram conſtitutas offendit, ſignanter in inſigniori Pratigulielmi Phano, cuius portæ lapide inſculpta reſtaurationis memoria annum milleſimum ſexcenteſimum ſignabat, cui Fr. Ioſeph ſui baculi cuſpide acuminata ſubſignauit: Non plus vltra.

VI. Nonnumquàm cùm ſubintellexiſſet; hereticum quendam nebulonem in Biotoneito per Catholicorum proximas Ædes circuire, & in circuitu damnatos libros perlegere, impia dogmata diſſeminando, ex-tempore Fr. Ioſeph illuc expeditus accurrit. Vt hunc temerarium Pſeudolectorem quadam in indicata domo pro ſua Magiſtrali Cathedra inſipientię legentem deprehenderet; ſed premonitus ille, Capuccini Cuſtodis aduentum perſentiens cum vniuerſis ſuis auditoribus arrepta fuga fores domus occluſerunt: vnde ſuperuenientibus Fr. Ioſepho, & ordinariæ Iuſtitię Miniſtris, domuſq; ad ianuam ſtantibus, ac pulſantibus non erat, qui reſponderet, multoq; minus aperiret, ideò alterius ad ſimiliter Caluiniſtę habitationem diuertentes, vix limina ingreſſi deprauatum Bibliorum vnum, Gebennenſis catechiſmi alterũ, tertium tandem damnatũ codicem repererunt, hoſq; protinus ſublatos Miniſtro Iuſtitię aſſeruandos conſignarunt, quos Dominus domus quauis pecunia ſe redempturum offerebat, & profitebatur. Inde egreſſus Capuccinus perluſtrator Bioletum verſus dirigere greſſus decreuit, quò eo perueniens mulierculę cuiuſdam quę Diaconiſſę miniſterium dogmatizando exercebat, penetralia domeſtica ſcrutaretur, & hereticos libros inuentos auferret; verùm à longè ad ſe venientem Capuccinum de ſpecula illi contemplantes, vniuerſi protinus viri, ac mulieres obſeratis foribus, cunctis, quas prę manibus habebant, domeſticis occupationibus derelictis, velociori fugę ſe ſe cõmiſerunt: vnde inde illi receſſerunt, ſed non ceſſauit Leuita Apoſtolicus diligenter huiuſcemodi peripſemata, id eſt Caluiniſtica, ſiue Bezanica volumina inquirere, & inquiſita, ac reperta recolligere, eaq; pro opportunitate, congrua ad hoc à Sanctę Inquiſitionis officio reportata facultate, pro roſtris formato proceſſu, & prolata ſententia, condemnata comburere, etiam coram frementibus, & ſtridentibus hereticis, ſed quid dico hereticicis? cum inter hos ſacrilegos libros necromantię, ſiuè magicę codicem manuſcriptum, de manibus cuiuſdam Clerici inquiſitionalibus edictis compulſi eripuiſſet; iracundia adeo in Capuccinum ille efferbuit; vt ex-tempore nequioribus quibuſdam confictis calumnijs eum coram Salutienſi Epiſcopo denunciauerit, ſed calumniatorem detectum, & repulſum Salutienſis Inquiſitor Canonicè punire decreuerat, verùm à Fratre Ioſepho rogatus, mitiùs cum eo egit, quàm eius mereretur malitia, quem tamen Diuina vltio illęſum, & impunitum abire non permiſit, ſed horribili apoſte-

Montanos Caluinicolas exploraturus aſcendit Alpes.

Quidam expectant, & ad Fidem vocãtur.

Ann. Chriſti 1633.

Hæreticaſia volumina recolligit, & igni tradit.

mate

mate percuſſum, plures per menſes in lectulo gementem detinuit, tādem in facinore cum ſeducta quadam fœmina palam coram pluribus deprehenſus, & ſugillatus, atque publicè exſibilatus, compoſita (vt effugeret) pecunia perſoluta; nimio rubore, & verecundia perfuſus, vltroneus præpoſitura Paduſana ſe abdicauit.

VII. Vehementiori interim in dies magis ſupremi flamminis impulſu ſe agitari, & interiùs exſtimulari Fr. Ioſeph experiebatur, & quaſi compellebatur, ad præindicatorum hæreticorum quatuor populationum eiectionem procurandam: quamobrem ad hoc legitimi Domini, nempe Sereniſſimi Sabaudiæ Ducis poteſtatem, & auctoritatem neceſſariam cum perſpiceret; proſpexit pariter, vt efficaciori medio eam ad hoc inclinaret: quare Reuerendiſſimum Dominum Alexandrum Caſtracanium, Neocaſtri Epiſcopum, Apoſtolicum Taurini Nuncium reſidentem de ſtatu huius Paduſanæ Vallis admonitum, etiam atque etiam exorauit; vt Caluinicolas hos Valliculas, extra toleratos limites iam à pluribus ſęculis temerariè perſiſtentes, toties damnatos, eiectos, & proſcriptos diuerſis retroactis temporibus à plurimis Principibus, & Tribunalibus, tandem aliquando peſte ferè conſumptos, & ad pauciorem numerum redactos, à Catholiciſſimo Principe Victorio Amedeo inde deturbandos, atque de Paduſana Valle expellendos, ideſt perpetuo exilio propulſandos procuraret, quò ſic totam Salutienſem Marchiam à publica hereticali impuritate expurgaret. Comprobauit Reuerendiſſimus Nuncius Apoſtolici Cuſtodis propoſitum, & monitum: vnde & apud Pedemontanum Ducem efficaciùs ad hoc cępit interpellare. Salutienſis pariter ſolicitus Pater Inquiſitor de hoc coram Romana Curia plurimùm laborabat: vnde & Eminentiſſimi Patres de Orthodoxa fide promouenda ſolicitiores ad Sabaudum Principem deprecatorias, & adhortatorias litteras dederunt, vt ſua limina ipſe Italiæ Marchio, ideſt Cuſtos ab Eccleſiaſtici Regni perduellibus liberaret. Reuerendiſſimus & ipſe proprius Paſtor Salutienſis Epiſcopus D. Iacobinus Marencus, cum & Nuncij, & Inquiſitoris, & Miſſionarij copulatas multiplices ſolicitationes, pro ſua Diœceſi purganda, accepiſſet; ex-templò Taurinum Salutijs perſonaliter ſe contulit, & coram Victorio Amedeo pio Duce vehementer ita ipſe quoque expoſtulare perſeuerauit; vt Chriſtianiſſimus Dux, ſua congenita propenſione huiuſcemodi Religionis operibus procliuis, Pręſulum, & ſupplicantium ſupplicationibus vix pulſatus ſanctiorem, & validiorem legem ex-tempore ſanciuerit, & promulgandam mandauerit (ſicuti fuſiùs proprijs numeris computamus) pro huiuſcemodi impuris Vualdenſium reliquijs, Caluinicolis quiſquilijs de ſuo dominio propulſandis ſub decimo Kal. Octobris ann. 1633.

Hæreticos à Paduſana Valle eijcit Sabaudiæ Ducis auctoritatiua poteſtas

Anni Chriſti 1634.

VIII. Taurino igitur Salutias voti compote Reuerendiſſimo Antiſtite regreſſo, eò eodem tempore appulit Fr Ioannes à Montecalerio Prouincialis Capuccinorum Miniſter, & Miſſionum Præfectus, à quo Paduſana Salutias accerſito Fr. Ioſepho Reuerendiſſimus Salutiarum Antiſtes relati expulſiui edicti publicationem faciendam impoſuit: vnde & ille ſurgens eadē hora reuerſus eſt ad propriā ſuam Cuſtodiam, & primo Dominicali die Ducalem ſanctionem aduerſus Eccleſiaſtici & Spiritualis, & Sæcularis Regni rebelles montanos agreſtes Sectarios promulgandam, & pro roſtris annunciandam curauit. Suæ regreſſionis autem adhuc cum eſſet in itinere, Paduſano in agro obuium habuit Paulum quemdam Maynerium, hæreticum quidem hominem, ſed ciuilibus moribus honeſtum, & Capuccinorum amiciſſimum, qui protinus, vt Fratrem Ioſephum in reditu properantem aſpexit, obuians aduenientem interrogauit: Quid de ſuis contribulibus eſſet futurum? Capuccinus amico edictum, mox promulgandum, oſtendens, eum ad reſipiſcendum adhortatus eſt, & inter patrios lares quieſcendum, cui poſt multa acquieſcens Paulus in futuræ Catholizationis arrhabonem manus dedit, quod poſtea opere compleuit, interq; primos ad Catholicam Eccleſiam accedendo, Caluiniſmo perfectè renunciauit.

Quid egerit in reditu cum hæretico homine Fr. Ioſeph.

IX. Sub ipſis igitur kal. Nouembris eiuſdemmet anni, reſipiſcentiæ, vel exilij euulgato Canone, adfuit Paduſanam adueniens Reuerendiſſimus Diœceſanus Antiſtes quò commodiùs vel reſipiſcentes excipere, vel reſiſtentes eijcere valeret. Durante igitur bimeſtris ad deliberandum hæreticis indulto tempore, Apoſtolici collegæ Fr. Ioſeph Stationarius proprius operarius, & Fr. Matthias à Cabalario Maiore tunc in Draconerienſi Cuſtodia Guardianus, & Miſſionarius(qui præindicato Reuerendiſſimo Præſuli à Miſſionum Præfecto pro perficiendo præincępto facinore, in obſequioſum, & Coapoſtolicum Miniſtrum adiunctus, Delegatus, & Ordinatus ſpecialiter fuerat) ſolicitè, & ſedulò per deceptorum montana receptacula, ſiue tuguria percurrere, & circumire cęperunt, brumalibus illis temporibus ſub noni, & decimi menſis algoribus, & rigoribus aſperioribus, ſubter inclementiori Zona, & horridiori climate, altiores tunc è Cęlo dilapſas niues, & frigidas gelu duriori conſtrictas aquas calcando, aſcendebant rupes, ſcandebant per alpes; vt alpeſtres illos petreos homunciones manſuefieri, & meliùs ideſt Catholicè ſapere

docerent, quod quidem plures ex illis præſtitiſſent; niſi à Concaluinicolis Angronianis tum minis, tum pollicitationibus, tum ſolicitationibus reuocati, ac prepediti fuiſſent: per bimeſtre igitur conceſſi termini ſtudebant Euangelici Operarij Capuccini, imò vniuerſis conatibus ad Eccleſiaſticum ouile erraticos hos capros reducere nitebantur: illi verò voluntariè infęlices errantes vltronei totis neruis ſatagebant, quinimmò ingi labore, & ſudore cunctam ſuam pauperem ſupellectilem ad Lucernenſem Aſylum tranſportare conabantur, quò etiam ipſi tranſmigrare decreuerant, ſicuti & de facto antiquis montanis ſuis derelictis habitaculis, ferè omnes eò transfugerunt, nonnullis exceptis, qui & Reuerendiſſimi Epiſcopi, & ſui Vicarij, ac Theologi, necnon Capuccinorum cooperariorum opera, ac diligentia Catholicam Fidem amplexati fuerunt (vti plenius ſuis numeris damus) Circiter igitur Natalitias Chriſti Domini celebritates, peruicacioribus eiectis, & effugatis, & docibilioribus reducibus Catholicorum albo aſſociatis, atque ad Fidelium communionem receptis, ſingularibus quatuor profeſtis tunc decurrentibus ſelectis, & ſtatutis diebus, ad ſingulos ex quaternis vicis hæreticorum, Proceſſionaliter concurrentibus populis, & Reuerendiſs. Antiſtes, & plebs vniuerſa cum Religioſis, ac Capuccinis pergere, ibiq; erecto altari Miſſæ Sacrificium ſolemniter celebrare, Dei Verbum proponere, tandem trophæa Crucis erigere voluerunt. Fr. Ioſeph igitur ſecunda die, ſecundo in Pago Bioletti ſermonem ad Populum de Fidei Catholicæ victoria habuit, poſtmodum profana delubra Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo flammis tradenda ſuaſit, inde conſummato eiectionis Hæreticorum opere, redeuntem Salutias Dominum Epiſcopum comitatus, & ipſe Generali vniuerſorum Ciuium proceſſioni in gratiarum actionem celebratæ interfuit, ac tandem ſuam ad propriam Stationem ſtatim regreſſus eſt.

Quamplurimi ad lucernenſes hęreticos fugam arripiunt.

X. Perurgebat namque acrius Fratrem Ioſeph Euangelicum Excubitorem, illius de nouo perpurgatæ Eccleſiæ ſolicitudo, nimirum Neophytorum cura, & neceſſaria inſtructio, & inſtitutio: ſuperueniens igitur opportunè eos, vel ad ſe adſcitos, vel ipſe ad illos intra domeſticos eorum lares perueniens, primaria Fidei Orthodoxæ rudimenta edocebat, articulos Symboli explicabat, Catechiſmum tandem, qua poterat diligentia, exercebat: nec ſola ſcitu neceſſaria tradebat, ſed & opere adimplenda demonſtrabat, eiſque ſtudioſè Sacramenta Pęnitentiæ, & Euchariſtiæ adminiſtrabat: omni demum ſolicitudine in Domo Domini nouellas oleas plantatas, circumfodiebat, irrigabat, & curabat. Nec adductis iam reducibus his ſolummodò excolendis inſtabat; ſed & nouis reducendis anhelabat: Quare Padunam vix Salutijs regreſſus mulierem vnam à Pratogulielmo ad Eccleſiam recepit, cumque illi tergemini eſſent nati minoris ætatis, profeſſionem Orthodoxæ Fidei iuxta à Concilio Tridentino præſcriptam formam illos emittere fecit. Quidam, ex à Reuerendiſſimo Epiſcopo reconciliatis, Pater familias binas filias ad Lucernenſem Vallem deductas habebat, ab hoc vt ſuas natas reduceret obtinuit: illas igitur reuocatas Fr. Ioſeph ad legitimam Matrem Eccleſiam recognoſcendam adduxit, & in Catholica veritate inſtruxit. Quartum denique refugam hominem ab Angroniano refugio ad Capuccinum benignum receptatorem redeuntem, ipſe Frater Ioſeph ad ſe ſponte accedentem ſufficienter inſtructum Caluino valedicere & Chriſtum de corde induere docuit. Sicuti & publicè præſtitit. Quibus egentioribuſq; ſignanter tritici, vini, & pecuniæ, ex diminuta ſibi alimonia, charitatiua ſubſidia contulit, pauperculamq; amiſſam ſupellectilē vt recuperarent, cooperatus eſt. Pręſtitiſſet Leuita Apoſtolicus in ſuo munere plura, & pręclariora niſi poſt elapſum annum receſſiſſet. Poſtquam de Regiæ Celſitudinis permiſſione, & Reuerendiſſimi Epiſcopi impoſitione, ipſe haud ſine laborioſis fatigationibus, & capitali diſcrimine, propria manu accenſo igne profugorū habitacula, ne iterum Sectariorum Eccleſiaſtici regni perduellium receptacula fierent, flammis conſumpſiſſet, & in cineres redegiſſet, binis in Pagis Pratigulielmi, & Bioletti, quod itidem in tertio Biotonetto effeciſſet, niſi varijs emergentibus occupationibus prępeditus prius diſceſſiſſet, quàm ad altiores illas Veſulo proximas rupes acceſſiſſet. Anni enim immediatè ſequentis abſolutis quadrageſimalibus concionibus ad Prouincialia comitia acceſſurus receſſit.

Neophytorū ſolicitam curam agit.

Ann. Chriſti 1633.

Aliquos Catholicæ Eccleſiæ reconciliat.

Profugum habitacula igne conſumit.

APPENDIX.

I. Stabat Draconerienſi in ſingulari Cuſtodia, vt geminato operi, pro ſuo munere, incumberet Fr. Matthias præſenti anno trigeſimo tertio extra ſexcentum, & mille: nempe quò domeſtica regularia curans, Sæcularia quoque, ideſt proximorum ſaluationis Curam haudquaquam negligeret: Dum igitur imminente Sanctorum Omnium feſtiua celebritate Dominicalis Prædicationis Miniſterium, quod hactenus æſtiuo tempore in circumcirca adiacentibus Pagis exer-

cuerat

cuerat, denuò Draconerij propria in Parçcia reaſſumpturus eſſet en à ſuo Prouinciali Miniſtro, & Miſſionum Præfecto acceptis obedientialibus litteris, ad Paduſanam Vallem, ac Villam pro Reuerendiſſimo Salutienſi Epiſcopo inſeruiendo, ſimul & aſſiſtendo, atque in illius Vallis vel reducendis; vel reiiciendis Hæreticis cooperando, & miniſtrando ſibi ex-tempore tranſeundum, & tranſmigrandum eſſe cognouit. Omni igitur reiecta mora, arrepro itinere illuc breuiter ipſe peruenit, quò biduum ante Diœceſanus Reuerendiſſimus Antiſtes, cum Generali ſuo Ordinario Vicario Domino Benedicto Cigna, Theologo, & vtriuſque Iuris peritiſſimo viro, iam perrexerat. Superuenientem igitur Minoritam Benigniſſimus Præſul humanè excipiens, in futuræ fatigationis Comitem libenter acceptauit, Collegamque Præfato Reuerendiſſimo ſuo Vicario aſſignauit. Ipſe ergo vt, & Reuerendiſſimo Antiſtiti imperanti obſequeretur, pariter & ſtrenuè operantibus tum Generali Domino Vicario, tum Ordinario Capuccino Fratri Ioſepho Miſſionario fideliter cooperaretur; cepit vnà cum illis altioribus niuibus obſitas trium alpeſtrium Pagorum Pratigulielmi Bioletti, & Biotonetti rupes ſcandere, nudis plantis frigidas niues calcare, per gelu conſtrictas aquas irrumpere, collium iuga ſuperare, Alpium anfractus penetrare, pæcudum potius catabula, quàm hominũ habitacula intrare, inuentoſque erroneos ſuauioribus adhortationibus demulcere, eruditis, ſed facilioribus ſermocinationibus, ac familiaribus congreſſionibus ad Orthodoxam veritatem amplexandam cohortari, allicere, & prouocare: docibiles inſtruere, obſtinatiores efficacioribus ratiocinationibus adeò pulſare; vt velint, nolint Catholicam veritatem, etiam inuiti fateri compellerentur.

Fr. Matthias mittitur ad Vallem Paduſanam.

II. Cum ergo ferè quotidianis, vel ad omnes, vel ad ſingulos Hæreticos quatuor Vicos egreſſionibus, ac progreſſionibus pererrantes refugas, & errones reducere conarentur, contigit; vt ſuperiores, ac aſperiores Populationes illas perambulantes, binos infantes Orphanos Marem, & feminam diuerſis à defunctis genitoribus prognatos, ab agnatiſque deſtitutos offenderent, inuentoſque ad legitimum Paſtorem deducerent. Dum igitur Fr. Fr. Ioſeph, & Matthias alterum ex prædictis orbatum infantulum quadam die in montibus repertum; lento gradu deſcendentes, iugiter ruentibus imbribus madefacti, ad ouilę reducerent; Sicarij quidam religionarij, quaſi vrſa raptis catulis, deſæuientes, atreptis armis inermes geminos Capuccinos ad interitum perſequi, & proſequi voluerunt, dum illi nihil mali ſuſpicantes commodè ſatis, ne tenerum puerulum itineris difficultate, & prolixitate ſupra vires fatigarent, per decliuia procedentes perambularent. Supero nihilominus patrocinante ſubſidio paratum ſibi inſcientibus, & innocentibus malum Religioſi Minoritæ mirabiliter euaſerunt. Rurſum cum nonnunquam Coapoſtolici hi cooperatores, & Commilitones Dominica quadam illuceſcente die ad Bioletti Vicum peruenientes, iugiter tota die peragrantes errantes in montibus Capros reducendos perquirere non deſtitiſſent; veſperaſcente iam die ab opere regredientes, iuxta iter poſitam domum ingredientes hæreticas duas mulieres circa focum ſtantes conſpexerunt, quibus vt reſipiſcerent, dum ſuadere conantur Capuccini, illę è contra, vt ſecum commorantes, ea nocte ad libitum laſciuirent, religioſis impudenter perſuadere nitebantur. Laſciuientium autem muliercularum reiecta impudentia, caſticolæ Capuccini Religionariorum effręnem abominantes temeritatem receſſerunt.

Ann. Christi 1655.

hereticorum aſtus aduerſus Capuccinos.

III. Inſeruiebat ergo Reuerendiſſimo Diœceſano Præſuli cunctis bimeſtris illius in Paduſana Valle reſidentiæ diebus, Generaliq; Domino Vicario Collegæ, ſimul & Capuccino ſuo Coapoſtolico Operario cooperabatur Fr. Matthias, quotidiano in Miniſterio docendi, catechizandi, reconciliandi reduces, reductiſque, vel numquam ſeductis Sacramenta adminiſtrandi, Verbum Dei iugiter, feſtiuis nempe diebus proponebat, & explicabat in proximis Bargiarum, & Sancti Frontonis Pagis, huius ſecundi in Oppidi, à Paduſana per terna milliaria diſcreti, Parçcia occurrẽtis aduentus Dominicales, & conſuetas conciones vt Fidelibus proponeret; quacumque temporis differentia, vel hyemali inclementia, etiam per actualiter ruentes copioſas niues, per aſperas, & ſaxoſas vias ſtatis diebus itinerari non abſtinebat. Superuenientium verò Dominici Natalis celebrium feſtiuitatum prima die, qua vt Sabbatum tranquillè ſanctificarenr ab opere quotidiano requieſcere voluit, Reuerendiſſimus Antiſtes in Sanctæ Margaritæ Paduſano Parochiali Templo de recenſita Natiuitate Saluatoris coram eo ad Populum ſermonem habere mandauit. Cum rurſus ſequentes, nempe ſecundum Protomartyri Stephano: Tertium Euangeliſtę Ioanni: Quartum Sanctis Innocentibus Sacros: Et quintum Dominicalem dies prærecenſitus Dominus Epiſcopus deſignaſſet, pariter, & ex induſtria aſſignaſſet; vt concurrentium vicinorum Cõuallicolarum, vel Accolarum, & Incolarum feſtiua; & concinente Generali ſupplicatione præcedente præcederet ipſe ad Catholicæ Fidei trophęa inferenda, & Crucis vexilla erigenda primò in Prato-Gulielmo, Secundò in Biotetto, & Biotonetto. Quarto in Croeſio ſicuti

Reuer. Antiſtiti inſerui

adamuſſim factum eſt. Illis igitur in Populationibus euerſis quondam Sacrilegio inſeruientibus & Menſa, & Cathedra, & delubris, Sacroſanctum legitimum Noui Teſtamenti Sacrificium dum celebraretur: Primam in Prato-Galielmo Dominus Vicarius Cigna; Secundam in Bioletto Fr. Ioſeph Miſſionarius. Tertiam in Biotonetto Fr. Matthias pro euulganda Religionis legitimæ victoria ſermocinationem coram confluente multitudine perfecit, intra Veſulo proximè adhærentes altiores rupes: ſuper accedentes ſtantes, & ſacrificantes Paſtorem, & populos trophea Crucis erigentes, perpetuò circumuolitantibus alpes illas incolentibus Aquilis.

Salutias tandem Religioſo cum comitatu ipſis in noui anni trigeſimi quarti milleſimi ſexcenteſimi exordijs de Prælio Hæreticorum regreſſus, cum, præmemoratus Reuerendiſſimus Præſul ſolemniorem Ciuium tum Clericorum, tum Religioſorum, ac Laicorum generaliorem, in gratiarum actionem, ſupplicationem ipſa in Epiphaniæ Domini ſolemniori celebritate, maiori in Eccleſia & indixiſſet, & congregaſſet; abſolutis ſolemniter veſpertinis horis, coram vndique congregata ciuiliori promiſcua multitudine, à Sacro Salutienſi Antiſtite iuſſus prædictus Fr. Matthias tum reſipiſcentium reductionis, tum deſipientium peractæ hæreticorum expulſionis, pariter & hæreſum expurgationis relatiuam perorationem contexuit, & perfecit, perorãdoque pro Salutienſis Marchiæ poſt quingentos circiter annos ab hæretica profanatione, ſimul & abominatione perfecta emundatione, tandem aliquando plurimos poſt exantlatos labores obtenta, & conſummata, Marchionenſes vniuerſos, adſtanteſque præcipuè ad publicas communes, impenſioreſque ſupremo, ac Cœleſti benefactori perſoluendas gratiarum actiones efficaciter eſt adhortatus: Sancti quoque Mediolanenſis Archipræſulis Ambroſij ob conuerſum, & baptizatum Auguſtinum Manichæum, hymnum *Te Deum laudamus* occinentis ad exemplum, & imitationem præſentem Reuerendiſſimum Epiſcopum, ob hæreticum Iebuſæum à ſua Diœceſi expulſum, ad idem canticum *Te Deum*: præcinendum, cunctoſque conuenientes ad *Te Dominum confitemur*, concinendum, pro abſolutæ ſacræ declamationis epilogo, & concluſione prouocauit, ſicuti ex-templò ter Reuerendus Paſtor, exultabundus, & congratulans, vniuerſaque Congregatorum turba hilariter conclamando, & procedendo præſtitit. IV.

In Cathedrali Eccleſia pro gratiarũ actione ſermonem habet.

CALCVLVS VIII

Fr. VICTORII AMEDEI à PASSERANO Concionatoris, per annos 1634. 1635.

Ann. Chriſti 1634.

I. DVplici, nec exiguo diſcrimine ſub his temporibus angebatur Paduſana S. Margaritæ Eccleſia, ſiuè Eccleſiaſtica Fidelis plebs: nam primò vltronei illi obſtinatiores exules, iure proſcripti, quatuor hæreticorum pagorum refugæ nocturna per tempora ad derelicta domicilia, & Oppida regredientes, reduces Catholizatos perſtantes diuexabant, & vt ipſi quoque rebelles, atque inobedientes refugerent, cogebant. Secundò Parochialis hæc Cura, proprio quondam, iam ab anno trigeſimo ſexcenteſimo cum milleſimo, Parente, & Rectore Sacerdote orbata, quibuſdam ab Oeconomis aliquãdiù haud ſufficienter adminiſtrata, tandem his diebus penitus Curatore deſtituta lugebat. Apoſtolicæ ergo militiæ Præfecti Præſules ad lugentem hanc conſolandam Eccleſiam, hoc anno Fr. Victorium Amedeum genere nobilem, vtpote ex Paſſeranis Dominis ſuam originem ducentem, ſed profeſſione in Capuccina Religione clariorem Guardianatus officio perfunctum, Theologum, & ſacrum Oratorem egregium, vocatum, & legitimè ordinatum emiſerunt: quò & qua pollebat prudentia, & qua apud Victorium Amedeum Ducem (cui olim in ſæculo pueri honorarij in munere inſeruierat) interceſſione valebat, & perduellium proſcriptorum temeritatem, & impudentiam coerceret, & derelictam viduatam Eccleſiam conſolaretur, & adminiſtraret: procelloſis his tẽpeſtatibus, quibus Galli inſubribus bellum, & Caſtra illaturi, & allaturi Pedemontanam per hanc mediam regionem permeabant.

Ad dupliciter conſolandam Eccleſiam mittitur Fr. Victorius Amedeus.

II. Priori ergo ſuo in concreditam ſibi hanc Cuſtodiã ingreſſu, aggreſſus eſt Fr. Victorius Amedeus verum ſe Dei amatorem ore, & opere profiteri: nam Dei domum, & Diuinum cultum, ſiue Chriſti ſanguine redemptas animas imprimis curandas ſuſcepit, Parochiale arduum opus ſponte ſubeundo, & infatigabiliter exercendo, ſed laborioſè admodum fatigando, eò quòd frequentioribus infirmitatibus correpta plebs, hoc anno, ad mortem quamplurimi ægrotarent, quos ſolicitus excubitor ſedulus inuiſebat, longiùs etiam ad remotas illas populationes, & alpeſtres habitationes perueniendo: tum vt languentes ſua viſitatione ſolaretur tum vt de-

ficientibus opportunè Sacramenta extrema Pœnitentiæ, Viatici,& Nouiſſimæ vnctionis adminiſtraret, haud ſine exiguo ſaluationis animarum emolumento: languidi .n. illi receptis viuificis alexipharmacis ſpiritualibus vel totaliter cōualeſcebant, vel ſaltem ad validè vltimum agonem uſque decertandum inualeſcebant: aditis ſingularis Christianæ pietatis etiam in extremis inconſuetis demonſtrationibus, & ſignis. Quò autem & prouectos in auita roboraret,& Neophytos in recenter acceptata & Fide, & Religione confirmaret Fr. Amedeus; amandi Deum variā methodum inſtituere decreuit: quare cunctos ſuæ curæ commendatos reduces ſolicitè, & humaniter congregatos, pęnitentiales propriæ conſcientiæ expiationes conficere, & rectè perficere fecit: poſtmodum in B. Virginis Dei Matris Natalitia feſtiuitate legitimè à piaculis purificatos, Sacro Eucharistico pane ſua manu refecit; inde proximè ſequentibus Dominici Natalis celebritatibus, vtriuſque Paręcię trans, & citra Padum fidelibus Populis conuocatis, aduocatis pariter Vallicolis vicinorum pagorum Accolis,ſolemniter expoſito Sanctiſſimo in Sanctæ Margaritæ Templo, celebriores ſpirituales exercitationes celebrauit, & exercendas curauit: ſuauioribus,ſed efficacioribus ſuis ſermocinationibus,& cohortationibus homines adhortando,& plebem animando: quod cum per anni totum circulum pręſtare ſtuderet; quadrageſimali attamen curriculo efficaciùs, & abundantiùs exhibere ſatagebat: tunc enim frequentioribus concionationibus,& vehementioribus impulſionibus auditores ſuos ad abundantiores pietatis, & Religionis fructus proferendos ſuauiter compellebat, & feruentiùs pelliciebat. Nam concionibus habendis intentus, & confeſſionibus quoque Sacramentalibus quorumcumque ad ſe accedentium excipiendis longanimiter, & patienter vacabat: quare pluſquam quingentos Sacramentaliter ipſe abſolutos, ad ſacram Synaxim percipiendam in proximo Paſchate adduxit,& perduxit. Huius Capuccini excitatoris, & commonitoris, id eſt ſacri declamatoris prędicationibus permoti Neophyti iſtius Vallis, vniuerſi coram eo pęnitentialiter ſua crimina faſſi, & canonicè abſoluti omnes ſimul eadem in feria quinta Maioris hebdomadis ex illius manibus Sacroſanctum Euchariſtię Sacramentum vnanimiter recipientes,Eccleſiaſtico præcepto de ſemel confitendo per annum, & Euchariſtiæ communicando in Paſchate ſatisfacere, & obtemperare voluerūt. Quod itidem vniuerſi, vtriuſque Paræciæ Fideles hoc in anno præſtiterunt ſinguli,& omnes (duobus ſolis rationabili ad tēpus impedimento detentis) ad Pœnitentiæ,& Euchariſtiæ Sacramenta fideliter accedentes. Quos vt in Diuini cultus, & Christianæ Pietatis frequentiori cultura perſeuerantes aſſeruaret; ſingulis veſpertinis Sabbati diei horis, in Parochiali ſacra Æde conuocatos ad peculiarem orationem, & deprecationem pro communi Chriſtianæ Reipublicæ bono vnanimiter, & humiliter, ac feruorosè habendam inuitabat, & congregabat, qua à pia congregatione vt nullus penitus abeſſet; toto conamine procurabat.

Laborat pro animarum ſalute promouenda.

Spirituales ſolemnes exercitationes celebrat.

Ann. Christi 1635.

III. Inſiſtebat pariter Catecheſi in ſimplicium excolenda pro ſingulis Dominicis,rudes rudimenta Chriſtiana perdocendo, & ſaluti neceſſaria ſcitu explicando, cum his, vt Sabbata, & feſtos dies Domini obſeruarent,& ſanctificarent,ſolicitiori ſtudio perurgebat: à publicis ludis omni tempore, præcipuè tamen profeſtis diebus abſtinere monebat, & præcipiebat. Cum enim ſuæ Miſſionis tempore acerbiores ſimultates antiquiores inter Coopidanos, vel Conuallicolas quoſdam, hactenus quibuſuis adhibitis mediatoribus, irreconciliabiles intercederent; Capuccinus Pacificus inter hos ſtrictiora fędera iungenda,& perpetuis futuris temporibus ſeruanda curauit: vnde Pacifici nomen, & exiſtimationem aſſecuto cuncta occurrentia, ſiue accidentia inter contribules, ſeu Conuallicolas exorientia iurgia, ſiuè litigia componenda offerebantur, & defferebantur. Ideò cum nonnunquam in Paduanæ ipſa Villa, inter tergeminos primates grauiores exortę rixæ grandiores in digladiationes, & mortales rixationes eſſent progreſſuræ iam à tribus annis colloquium, & commune alloquium ſibi ad inuicem partibus denegantibus, rei tandem ſumma Fr. Victorio Amedeo relata, partim ſublatis, partim partium prætenſionibus ſiue compenſatis, ſiue extinctis, & ſatisfactis rixantes reconciliauit, & pacificauit.

Catechiſmo diligenter incumbit, ſimultates, & rixas conciliat.

IV. Curandæ igitur huic Paręciæ dum incubuit Capuccinus operarius, vniuerſos Præpoſituræ annuales Eccleſiaſticos cenſus,& prouentus à ſe recollectos in inſtaurandis & Sacris,& Parochialibus Ædibus inſumendos procurauit: Eccleſiam namque lugentem honeſtiùs compoſuit, & Præpoſiti Domum iam, iam ruinæ proximā fulciuit,deficientibuſq; contritis,& vetuſtate cūſumptis cōtignationibus collabens tectum reſtituit, & de nouo reficiendum mandauit: grandiorem Parochiæ Campanam iamdiù effractam, & ſilentem de recenti conflatam, & refectam ſuo loco nempe Campanili Sanctæ Margaritæ repoſuit: Capuccinorum pariter habitationi proximo Oratorio Campanulam prouidit. Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus Salutiarum in expurgatione huius Vallis, & Hæreticorū Vallicolarum

Campanas prouidet.

eiectione, ſuperioribus annis, binos Caluiniſtarum natos orphanos pueros de Seductorum manibus eripiens, ſecum Salutias educandos, & alendos conduxerat, quibus adoleſcentioribus (cum patria limina reuiſenda repeterent) inſidiatores rebelles turpem à Fide, & acceptata Eccleſia defectionem perſuadere nitebantur: quod cum ſubintellexiſſet vigilax Excubitor; vtrumque ad ſe Neophytum adoleſcentem accerſitum, & in Fide confirmatum, alterum ipſe receptauit, alterum opportunò poſtea tempore ſuperuenienti Parocho alendum, & educandum commēdauit, ſicque congruè locatos, & prouiſos & Chriſtianis moribus, & Catholicis rudimentis imbuere, & inſtituere tàm ipſe, quàm Reuerendus Parochus ſedulo ſtuduerunt, haudque inutiliter laborauerunt: nam ambo hi Tyrones in Catholica militia perpetuo impoſterum fortiter ſteterunt.

V.

Proſcripto⁊ hæreticorum auſus numerantur.

Illi quatuor Vicorum quondam Incolæ poſtea ſpontanei exules demum eiecti, & damnati proſcripti obſeruatis temporum & differentijs, & opportunitatibus natalitia olim ſua limina repetebant, & domeſticum aliàs ad proprium ſolum remeabant; vt & ſuperioris anni ſata in meſſe albicantia recolligerent, ac reportarent: rurſus vt quoſdam ſuis ex contribulibus Concaluiniſtis qui reſipuerant, & in originaria terra, ac domo perſtiterant aduenientes diuexarent, & vexationibus, atque verberationibus ad turpem fugam, ſimul, atque turpiorem Religionariam defectionem, & deſertionem compellerent, quod ſi obtinere non valerent; ſaltem apud eos (eò quod combuſtis proprijs habitationibus, vbi reclinarent non inueniebant) diuerterent, prauis, & ſacrilegis colloquijs, ac deceptorijs alloquijs eos in Fide, ac Religione deprauantes, tandem quia in communi illa perfidorum eiectione, & quatuor Vicorum expurgatione in propulſatæ perfidiæ, & reſtitutæ Fidei ſignum, ac trophæum Reuerendiſſimus Epiſcopus quatuor ligneas Cruces, ſingulas ſingularibus in purgatis vicis erigendas præceperat; nocturnis in tenebris perambulantes lucifugæ Aues, ideſt regredientes expulſi Sectarij Cruces erectas deiecerant, quas tamen Fr. Victorius Amedeus in auſpicium perenniter duraturæ victoriæ Catholici Populi Paduſani ſubſidio, & obſequio coadiutus deiectas reſtituerat, ſed rurſus ſupergredientes Auernales noctuæ hereticales nycticoraces reſtitutas proſtrauerant: Propterea Capuccinus Stationarius, vt ſuo nomini debitam victoriam ſtabiliret, Hæreticorum Victoris, & eiectoris, Deique Amatoris Sabaudi Ducis Victorij Amedei efficaciter Patrocinium, & poteſtatiuum iuſti Principis brachium aduerſus inobedientes, & contumaces, Sacrorumque violatores, & Iurium contemptores aduocauit, cui inuocanti Catholicus Dux benigniſſimè annuens, ex Senatoribus vnum Dominum Ioannem Angelum Reſſanum eò ad inquirendum expeditè deſtinauit: interim vigilax excubitor in excubijs non dormitabat; ſed veſpertilionum aduentus de ſpecula Paduſana contemplabatur, & per exploratorum viam obſeruabat. Quamobrem cum nundinarum vel Paduſanæ, vel Bargiarum ad celebrationem conuenire exules licèt furtim, & latenter intelligeret; prudenter, & cautè emiſſo ſatellitio, primò quidem effugientes euaſerunt, ſecundò verò bini proſcripti in iuſtitiæ retiaculo deprehenſi remanſerunt, vnde carceribus mancipati, eorumq; excuſſa, & diſcuſſa cauſa, cum deiectioni, Crucumq; profanationi nequaquam eos cooperatos conſtitiſſet, pro luſti exilij violata lege ad triremes damnati fuerunt, ſicque à frequentijs veniltando timentes proſcripti ceſſauerunt. Conuocatos nihilominus cunctos Neophytos in quatuor recenſitis Populationibus habitantes Fr. Victorius Amedeus grauiter admonuit, admonitiſque ſub grauibus interminatis pœnis interdixit, ne vllo modo, aut quouis ſpecioſo ſub prætextu, vel titulo exilio damnatos, quondam ſuos paganos intra propria limina aut reciperent, aut ingredi permitterent, quinimmò fideliter Apoſtolico vigili ſurum, & horum latronum furtiuos regreſſus annunciarent, & denunciarent: quæ omnia, & ſingula cum adamuſſim à ſe præſtanda polliciti fuiſſent; vnumquemq; ad propria iterum dimiſit, & expleto biennio ipſe quoq; receſſit.

Ann. Chriſti 1635.

Vt contumaces violatores reprimeret ad Sabaudiæ Ducis patrocinium confugit.

Bini Caluinicolæ ad triremes damnantur.

CALCVLVS IX.

COMMVNIS.

Fr. Fr. SERAPHINI, & ARCHANGELI à MONTECALERIO Concionatorum per annos 1636. 1637.

I. *Qvod Deus coniunxit, homo non ſeparet*, ſic Sacra Euangelica pagina admonet: & patrio igitur ſolo & progenitorum conſanguinitate in ſęculo, vna eademquemet profeſſione, eodem non indiuidualiter vno, ſed hierarchico Angelico conſimili nomine in religione, haudq; diſſimili religioſa conditione, vna tandem ipſaquemet in Apoſtolica Miſſione immediatè ſibi inuicem ſuccedentes Fr. Fr. Seraphinum, & Archangelum ambos Concionatores, patria Moncalerio Oriundos, profeſſione religioſos, religione Capuccinos, officio Concionatores, Miniſterio Miſſionarios, in ſęculo conſanguineos, in exercitio conſimiles, Coapoſtolicos, & Cooperarios in Paduſana Valle Deus coniunxit: Ego ergo qui ſum homo diſcreto, & diſtincto eos calculo notatos nequaquam ſeparare preſumo, ſed copulatiuè, & collectiuè eorum conſimilia Apoſtolica facinora enumero, pro vt ad nos tranſmiſſę adnotant relationes.

Math. c. 19

F. F. Seraphinus, & Archangelus imm. diatè ſibi inuicem ſuccedunt.

II. Volauit igitur, hoc anno trigeſimo ſexto poſt ſexcentum, & mille, ad Æ-idani Vallem cuſtodiendam, & excolendam vnus de Seraphim, ideſt Fr Seraphinus à Montecalerio Prior deſtinatus, expeditus aduenit, & in manu eius, imò in corde, ore, & opere Calculus ignitus, quem actiuę, & contemplatiuæ iugi in noſtra religione conſueto exercitio veluti bicipiti forcipe tulerat de altari Diuinæ Charitatis, cuius vel ſcintillas, vel flammulas excitare, & excutere cępit, dum inflammatę Prædicationis verba efficaciora & pro frequentioribus concionibus, & pro ſollicitiori Catechiſmo promere & occeptauit, & perſeuerauit, ſingulis feſtiuitatibus, Dominicalibus & quadrageſimalibus diebus toto ſui annualis curriculi progreſſu: Quando pariter derelictę Sanctę Margaritę Parochię curam diligenter exercuit: Sacramentorum in adminiſtratione ſedulus, Sacrorum in celebratione ſtudioſus, peruerſos in corrigendo, conuerſos in confirmando, diſſidentes in conciliando, indigentibus cunctis, ſanis, & ægris in ſubueniendo ſolicitus, ſicuti namque Propheticus Seraphim ibat, & reuertebatur: ante, & retrò progrediebatur: per vniuerſas Conuallis Villas carbones Diuini amoris accenſos diſſeminando, perpetuò coram Dei facie ambulabat: zelum legis, & legalium præceptorum obſeruantiam circūferendo, & promouendoq; Catholicas veritates pertonabat, & aduerſus hæreticas prauitates reclamabat: vnde nec fructu vacuus receſſit, reducem enim hominem ad Sanctæ Matris Eccleſiæ gremium recepit.

Ann. Chriſti 1636.

Parochialem Curam exercet.

III. Recto tramite, Hierarchicoq; ordine Prior præcedere debuit primi Ordinis nomine Seraphim, poſterior ſequi conuenit octaui ordinis pronomine Archangelus: immediatè igitur ſubſequenti anno ſeptimo cum trigeſimo milleſimo ſexcenteſimo, in Paduſanis obſeruandis excubijs Fr. Seraphino recedenti ſucceſſit ſuperueniens Fr. Archangelus itidem à Montecalerio, qui non minima venit annunciare, dum Sacroſanctum Ieſu Chriſti Euangelium miſſus eſt prædicare, & Noui Teſtamenti auguſtiora excellentioraq; Sacramenta, pariter ac Sacramentalia deſtinatus eſt, diſtribuere, non in figura, ſicuti quondam in veteri Synagoga, ex opere operantis efficientia, ſed in veritate, & legis plenitudine, ex operato opere iuſtificantia. Archangelus igitur hic Capuccinus corpore imbecillior, corporalium quidem virium robore non valebat; ſed ſpiritu vegetior ſpiritualium chariſmatum donis excellebat: ſtetit igitur in ſibi demandato Miniſterio, per annum perſeuerans, mirificis religioſæ conuerſationis, & ſanctæ operationis præclaris exemplis Fideles ædificando, & in fide Neophytos confirmando, ſupra ſuas vires enitebatur, vt concionibus, & Catechiſmis ignorantes inſtrueret, peccantes corrigeret, properantes ad veniam, ſiue ad præmium animaret, ipſe infirmus infirmos corporali ægritudine languentes ſolabatur, & languidas animas ad conualeſcendum in gratia adhortabatur: Leuiticis Miniſtris, pro Diuinorum cultu honorificentiùs excolendo, obſequebatur, & Eccleſiaſticis in Miniſterijs ſedulò miniſtrabat: credentibus, & incredulis proficuus: nam & geminos errantes reduxit, & ad Orthodoxam fidem profitendam perduxit, poſtea ipſe perpetuò valetudinarius diſceſſit.

Geminos errantes ad fidem perduxit.

CALCVLVS X.

Fr. BERNARDINI à BOVISIO Concionatoris, per annos 1638. 1639. 1640.

Prouer. c. 14.

I. VB: *non ſunt Boues, præſepe vacuum eſt: vbi autem plurima ſegetes, ibi manifeſta eſt fortitudo Bouis* clamabat Sapiens: Prudentes Apoſtolicæ culturę Præfecti ad Dominicum agrum circum circa Padi crepidines conſiſtentem excolendum prouidè diſponentes, Fr. Bernardinum à Bouiſio Capuccinum Pręconem, & Theologum hoc anno ſapienter emiſerunt; qui eò perueniens coram ratione vtentibus animalibus, ideſt Chriſti ſanguine redemptis animabus præſepe vacuum ſtare, ideſt Euangelici Pabuli ſuggeſtum, vel menſam vacare non eſt paſſus, quinimmò ex copioſo centuplicato Diuini Verbi ſemine ab eo diſſeminato, multiplicatæ ſegetes exorientes Bonis fortitudinem, Bouiſini nempe aratoris, ideſt Oratoris infatigabilem ſolicitudinem manifeſtarunt. Hic namque Apoſtolicus operator licèt corpore gracilis, & imbecillis viribus, vegetioris nihilominus ſpiritus feruore ſuccenſus, vbi erat, ſiue quò ferebatur impetus ſpiritus, illuc gradiebatur, eò progrediebatur, vt impoſito ſibi muneri, & oneri Euangelico ſatisfaceret; tam ſacroſanctum Chriſti Euangelium prædicandi, quam Sacramentalia, & Sacramenta adminiſtrandi. Quacumque enim ſiuè temporis differentia, ſiue aeris inclementia, ſiue itineris difficultate, ſiue viæ aſperitate neglecta expeditus, & alacer intrepidus Fr. Bernardinus vniuerſas per Vallis Villas, Populationes, & vicos peragrabat, complana, ac montana perluſtrabat; vt opportunis nempè feſtiuis ſignanter Tutelarium, ſiue Patronorum loci proprijs diebus, ad Pagos appulſus, congruas ſermocinationes Clientibus proponeret, & concurrentibus, ſiue conuenientibus ſpiritualem & verbi, & Sacramentorum alimoniam ſubminiſtraret, longanimiter etiam, imò præcipuè inſipientium, quin deſipientium longiores, & difficiliores confeſſiones Sacramentales excipiendo: errantes corrigebat, deuios reducebat, Ignorantes docebat, ſolabatur męſtos: inſcientibus conſilium dabat, cunctis denique neceſſitatem ſpiritualem, vel corporalem patientibus ſolamen, vel potiùs ſubſidium ſuppeditabat.

Anni Chriſti 1638.

Fr. Bernardinus muneri, & oneri Euangelico ſatiſfacere ſatagit.

Ann. Chriſti 1639.

II. Cum igitur ſedulò, & aſſiduè Bouiſius hic Eccleſiaſtici Agri cultor, in animarum ſaluatione excolenda, & promouenda perſiſteret; plenum Cęleſti pabulo Præſepe populis deguſtandum ſiue pro concione, ſiue pro catecheſi audientibus proponebat; vnde & rationales ſegetes plurificatæ Fideles apparebant: quamplures enim tum ex Fidelibus ad pœnitentiam, tum ex Infidelibus ad reſipiſcentiam, & Catholicæ Fidei profeſſionem ab eo adductos, atq; perductos noſtra manuſcripta teſtantur, quorum tamen diſcretum numerum neutiquam ratiocinantur: hoc vnicum omnibus numeris, & Calculis proteſtantes; quod cum Fr: Bernardinus per triennium ſuæ Apoſtolicæ ſarionis operoſiùs, & laborioſiùs Euangelicum Miſſionis opus, & onus ſuſtinere, exercere, & impenſius excolere eniteretur, quam imbecilliores ſui corporis vires paterentur; nullum Dei verbi prædicandi finem fecit, niſi poſtquam tandem aliquando grauiori fatigationis pondere preſſus, acerbiori morbo correptus, improbo labori ſuccubuit, & lethifero languore occupatus decubuit, tunc enim propriæ ſi non corporis, ſaltem animæ incolumitati vt conſuleret; ad Saluriente ſuum Capuccinorum Cœnobium ſe deferri popoſcit, quò cum perueniſſet, exhibitarumque medelarum viribus non præualentibus, in dies mortalis ægritudinis vis morbifica inualeſceret; ſapiens Protophyſicus, vt extremum periculum ægri recuperandi faceret, efficaciorem Alexipharmacam potionem laboranti exhibendam præſcripſit, & propinauit ipſo in B. Virginis die Purificationis, quam tamen languidus ſumere recuſauit, coram adſtantibus, generosè proclamans, Auſpicatiori hac in Dei Matris Purificatoria celebritate Diuino auente, & annuente flamine, Religionis habitum ſuſcepi, hac Deiparæ dicata luce regularis profeſſionis emiſi vota, hac primum ad Populum ſermonem habui, hac igitur vltimum mortalis vitæ halitum me emiſſurum, & purificatum pœnitentiæ igne ſpiritum me Domino redditurum ſpero: valeant ergo corporalia; & ſpiritualia, nempe Sacramentalia Alexipharmaca Euchariſtica adueniant: Sacroſancto igitur Viatico recipiendo ſe ſe diſponens ſuſcipiendę Extremę vnctioni ſe accinxit, tandemq; voti compos, ſolemni Cęlorū Reginæ in die ſacra terras deſerens ad ętherea Clauſtra (vt pium eſt credere) peruenit: vbi facies bouis (iuxta Propheticum Ezechielis vaticinium) in ſiniſtris ipſorum quatuor, in aſpectum Cherubim ad dexteram Cęlorum transferri conſueuit, gloriæ Domino concedente, & operante. Amen.

Acerbiori morbo correptus ſpiritū ſuo Creatori reddidit.

Ann. Chriſti 1640.

Ezech. c. 1.

CALCVLVS XI.

Fr. BERNARDINI à PINEROLIO Concionatoris per annum 1641

I. EN Bernardinus alter adeſt, mortuo ſuccedens in munere vitali, iuxta Euangelicam formam, & normam viuens, ſubſequi anhelauit in Apoſtolico opere: In diſponendo ergo prouidus, in exequendo hic cum eſſet feruidus; aliquoties apud ſuos Guardianatus officio pręclare eſt functus, qui rurſus cum ardens Sacri verbi declamator, & Theologus agnoſceretur; Eccleſiaſticis cuſtodiendis Stationibus, atque Miſſionibus curandis extitit ſuffectus, & præfectus: Primùmque Paduſana in Cuſtodia ad Excubias Sacras obſeruandas venit hoc anno primo poſt quadraginta ſexcentum, & mille deſtinatus. Ad prædeſtinatum igitur ſibi locum appulſus, quæ proprij muneris erant, opera ſedulus præſtare voluit. per vniuerſa namque Conuallis Oppida opportunè perambulando ſub quouis etiam importuno tempore, aut incommodo itinere continuæ pręedicationi Euangelicæ, & rudium catechiſmo extraordinaria ſolicitudine inſiſtebat, atque Sacramentis ſignanter Pœnitentiæ in adminiſtrando perſiſtebat: prolixiores Pœnitentiales expiationes patienter excipiendo, ſicque & errantes corrigebat, & ignorantes docebat, interioris hominis incolumitatem prouidè, & ſolerter procurando.

Mortuo prædeceſſori Bernardino, alter Fr. Bernardinus eſt ſuffectus.

II. Proprio Paſtore Sacerdote tunc temporis deſtituræ viduæ ſtabant binę Parœciæ, Sanctæ Margaritæ Paduſanæ vna, & Rochettæ proximæ Villæ altera: vtriuſque igitur huius deſolatæ Eccleſiæ ſolicitudo cum Capuccinum Leuitam perurgeret; irrequietus ipſe perpetuò peragrabat tum, vt Miſſionarij, tum vt Parochi munera adimpleret: quamobrem pro concionatorio ſubleuando labore, Parochialia onera ſubire, & exercere cogebatur quæ tamen nequaquam coactè, ſed ſpontaneè forma facti gregis ex animo vltroneus, & hilaris præſtabat: ea quæ ſunt Diuini cultus, exactè promouendo, & quæ ad animarum Fidelium curam ſpectant, infatigabiliter miniſtrando: ſanis namque, & ægris Sacramentalia ſubſidia indifferenter impendebat, extrema ſolatia morientibus ſuppeditando, & viuentibus neceſſaria ſubſidia prouidendo: ſi enim quempiam ad infirmantem perueniens, neceſſariarum vel rerum, vel medelarum inopia illum laborantem animaduertiſſet; ex tempore accurrens, eleemoſynaria ope, & opera præſentanea ſubueniebat, ſuauioribuſq; verbis vexatos demulcens, ad patienter ęgritudinis moleſtias ſufferendas adhortabatur, mœrenteſque pariter, & lugentes conſolabatur, ſicuti egentibus opitulabatur. Parochiales annuos prouentus, dum ipſe gratis geminas illas Parœcias administrauit, in inſtaurandis Eccleſijs, alijſque pietatis operibus præſtandis, inſumendos curauit: vnde cunctis beneficus, & proficuus deſiderabilis adeò illis gentibus euaſit; vt cum Diœceſanus Reuerendiſſimus Epiſcopus proprios peculiares Sacerdotes vtrique huic plebi prouidere pro ſuo Paſtorali munere excogitaret, reluctarentur illæ, aſſerentes nequaquam ſe ſe à quolibet, quantumlibet idoneo Curatore perfectiùs, ſiue pleniùs curatum iri, quàm à Capuccino Apoſtolico Cooperatore, qui non ſua, ſed ea quæ Ieſu Chriſti ſunt, & ſaluationis animarum omni ſolicitudinė inquirebat.

Anni Christi 1641.

Geminæ orbatæ Rectore Parœciæ ſolicitam curam gerit.

III. Quod manifeſtè in cunctis ſemper apparuit, ſed euidentiùs enituit, quando militares quædam Equitum Gallorum turmæ, quæ ciuilibus diſſidijs inter Sabaudos Principes fouendis, iam per triennium militabant, ad Paduſanam Conuallem accedentes, pro ſibi aſſignatis ſtipendijs, & vectigalibus exigendis in Vallicolas violenter irruentes, ac ferocientes & Pagi, & agri incendia, pariter atque deuaſtationes minitabantur. Cum enim superuenientium militum votis, & poſtulationibus importunis incolarum pauperies, ſiue anguſta res familiaris ſatisfacere, ſeu ſufficere nequaquam valeret; volebant illi domeſtica, & publica cuncta peſſundare, & perdere; vt omnibus perditis, nihil quod alienigenis darent, poſſiderent indigenæ: Imminenti igitur huic totiùs Vallis excidio Fr. Bernardinus accurrens, occurrit: geminæ enim Equitum frementium turmę tribunos conueniens, efficacioribus cum eis ſuaſionibus, & demonſtrationibus adeò egit; vt tandem aliquando maioribus cicuratis, minores, & gregarij milites miteſcerent: Centurionibus namque Pentecontarchis, & Tribunis ad pauperculam Miſſionis domum perductis, de religioſæ penurię promptuarijs frugalem refectionem præparauit, atque ſuis exceptis hoſpitibus à cæde, & rapina abſtinendum perſuaſit: Oppidanos interim vt aduenientibus militibus congruam alimoniam ſubminiſtrarent, admonuit. Militem inſoleſcentem à proſcriptis Vallicolis captum, & iam morti acerbiori addictũ ex vexãtium manibus, licèt difficulter admodum, eripuit. Sicque inter diſſidentes partes

Paduſanam Vallem ab imminenti excidio liberat.

intercedendo, & curſitando furentes, & fugientes quieſcere, & ad inuicem miteſcere procurauit. Geminas illas Parochiales Sacras Ædes Oppidanorũ domeſticis cunctis & ſupellectilibus, & vectigalibus plenas, à depopulatione cuſtoditas ſeruauit: inter Vallicolas plurimis, etiam quondam opulentioribus, tunc bellicis incommodis, & rapinis depauperatis congruo ſubſidio ſubuenit, & in neceſſitatibus, egentibus vniuerſis pro viribus charitatiuè miniſtrauit.

IV.

Nec modò ab alienigenis concitatas turbas componere, ſed & inter indigenas excitatas ſimultates, & mortales rixas extinguere laborauit: in Paduſanæ vnum, in Sanctifrontis Oppido alterum inter conſanguineos, & affines optimates exortũ diſſidium, plurimoq; iam effuſo cruore, quibuſdam ex ambabus partibus trucidatis hominibus vtrumque adauctum, haud mediocri ſuo perſonali labore reſtinxit, & digladiatores ſedauit, lites compoſuit, odia remouit, inimicitias conciliauit. Cumque ſub hoc anno Martialibus domeſticis turbinibus confidentes proſcripti quatuor populationum Crocij, Pratiguilelmi, Bioletti, & Biotonetti adhuc contumaces exules hæretici, pro repatriando plurimùm laborarent, iamque Paduſanorum Incolarum ad hoc aſſenſum ſub ſpecie boni ſurripuiſſent, quem etiam, vt ſolemniter, & publicè reportarent, Oppidanorum Concilium congregaſſent; Fr. Bernardinus vigilax Excubitor id cum ſubintellexiſſet; protinus ad concilium, etiam non vocatus acceſſit, & aſſiſtentibus coram Catholicis, & delegatis hæreticis efficaciter adeò perorauit, atque euidentioribus ratiocinationibus excogitatæ reſtitutionis propoſitum impugnauit, vt cunctos ab antiqua ſententia diſcedere, & prætendentes Caluiniſtas deluſos recedere ex-templo coegerit, cunctis aſſidentibus Ducalium edictorum indicta obſeruantia. Tandem cum Apoſtolicorum Cuſtodum paupercula domus proximas futuras ruinas præmonſtraret; Capuccinus Stationarius non ſuffulciendo, & reſtaurando modò caſuræ accurrit, & caſum impediuit; ſed inſtauratam ampliauit, & ampliatam opere tectorio intus, & foris leuigandam, & deliniendam curauit: appoſitis congruo & Clauſtrali pariete, & Periſtilio, ſimul & pro reponendis combuſtilibus lignis murato tugurio. Pro ſacra ſupellectili aſſeruanda anguſto, licèt ſufficienti compoſito Sacrario, poſtquam autem prȩindicata omnia intra vnius anni ſuæ reſidentiæ ſpatium præſtitiſſet; Accelium ad inuigilandum aduocatus Paduſana receſſit.

Simultates extinguere ſatagebat.

Ann. Christi 1641.

CALCVLVS XII.

COMMVNIS

Fr. OCTAVII à CARMAGNOLIA, & IOANNIS BAPTISTÆ à CAMBIANO Concionatorum per annos 1642. 1643.

I.

D. Luc. c. 10.

ET miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem Ciuitatem, & locum, quò erat ipſe venturus: de Diſcipulorum Miſſionibus legitur: quem mittendi Canonem adamuſſim tenentes, & obſeruantes Miſſionum Prȩſides apud Capuccinos binos, & binos ſuos Religioſos Operarios ad Apoſtolicum opus emittunt; vnde & nos miſſorum in geſtis referendis, binos etiam aliquando ſub vnico Calculo Miſſionarios computamus, quò pleniores numeros exhibeamus. Annis igitur poſt mille ſexcentum quadraginta duobus, primus Fr Octauius, & quadraginta tribus, ſecundus Fr. Ioannes Baptiſta ad has Æridani Excubias cuſtodiendas prouiſi fuerunt, & adfuerunt ſibi quidem inuicem per ſucceſſiua tempora ſuccedentes, ſed conſimilia, & paria opera per omne tempus efficientes: diſcurrebant enim prædicantes, & Euangelizantes vbique, ſimplices, & idiotas inſtituentes (ad hoc etiam aperto à Fr. Octauio Gymnaſio) & Diuini Cultus exercitia vel reſtituendo collapſa, vel recentia inſtituendo, vel inſtituta diligenter excolendo pertranſibant, per Vallis populationes, & vicos benefaciendo vniuerſis: infirmos ſpirituales Sacramentalium medelarum præſtatione curando: indeuotos, ac irreligioſos pietati, atque religioni adijcere procurabant, pariterque religionem, & pietatem Chriſtianam promouere, & augere curabant.

F.F. Octauius, & Ioannes Baptiſta pietatem Chriſtianam promouere ſtudent.

Anni Chriſti 1642.

II.

Fr. Ioannes Baptiſta ad Magni Præcurſoris inſtar, non numeroſioribus Populis, ſiue grandioribus in Ciuitatibus prædicare geſtiebat; ſed in deſertis villulis, & ruricolarum Populationibus Euangelizare gaudebat, ſignanter paruulos ad ſe venire quærebat: vt quod ſapientibus Deus, & prudentibus ſæculi abſcondit ſaluationis arcanum, puſillis ipſe reuelaret, & demonſtraret: hos quò ad Catecheſim, quam

ſedulus

ſedulus exercebat; efficaciùs traheret; varijs eleemoſynarijs donarijs, ſiue ſpiri-
tualibus munuſculis pro captu ſingulorum exhibitis, alliciebat. Erga purgan- Doctrinæ Chriſtianæ ſedulus incumbit.
tium Fidelium animas ſingulari hic pius Leuita Capuccinus compaſſione afficie-
batur: quare illarũm ſuffragium totis viribus, & conatibus populis prædicare, &
perſuadere nitebatur: percurrebat per Pagos, & populos cunctos defunctorum
cõmemorationes anniuerſarias, imò quaſi quotidianas Miſſarũ oblationes cele-
brare, ſimul & eleemoſynas largiores erogare vehemẽtioribus adhortationibus
allectos pelliciebat,& ſuauiter impellebat: vnde vno, eodemq; tempore plura pia
opera à Fidelibus præſtanda procurabat. Odia inter diſſidentes extinguere omni
ſtudio ſemper enixus eſt, ideo & plures inimicitias de populo ſuſtulit, inter quas
vnica illa veluti inſignior,& celebrior nobis recenſendam ſe offert, quam inter Pa-
duſanæ Coopidanos reſtinxit: Peculiare hoc huius Conuallis Oppidum geminis
Parœcijs, ſiue populationibus conſtat ab interfluente Æridano flumine diſcretis,
quarum diſtincti habitatores indiſcretis inter ſe iamdiù rixationibus, & ſimultati-
bus digladiabantur, cumque pluribus iam digladiationibus ſe ſe mutuò feraliter
impetijſſent, aliquando vehementiori iracundia exardeſcentes adſtantes in Eccle-
ſiæ Sanctæ Margaritæ veſtibulo geminæ partes, ex tempore ſumentes arma, mu-
tuis ſcloporum exploſionibus adoriri, & vulnerare lethaliter cęperunt, nulla Sa-
cri loci habita ratione: quamobrem armorum ſtrepitu ad Fr. Ioannis Baptiſtæ
aures perueniente, velox ille arrepta Chriſti Crucifixi imagine accurrit, & intre-
pidus inter decertantes nulla ignitarum glãdium hinc, inde indeſinenter emiſſarum
Ann. Chriſti 1642. 1643. habita ratione ſtetit, & tandiù per Crucifixi Saluatoris pietatis viſcera digladian- Perarduum egregium facinus adoritur.
tes aduerſarios populos adiurans, eſt deprecatus; quamdiu à mutua cęde illi abſti-
nere renuerunt. Verùm enimuerò adſtantis, & inter eos ſtantis Sacerdotis, Cru-
cifero vexillo armati, demum preſentiam reuerentes ceſſauerunt,& ſinguli ad pro-
pria receſſerunt: Nequaquam tamen Fr. Ioannes Baptiſta à propoſito defecit, vel
receſſit, quinimmò in arduo, & perdifficillimo facinore eos reconciliandi ſtetit,
donec poſt plurimos exantlatos labores, ad perpetui fęderis iura conſtabilienda,
ambas populationes perduxerit,& adduxerit, ſicuti ad hanc vſque diem perduran-
tia inuiolata inter eos fędera conteſtantur.

CALCVLVS XIII.

Fr. DOMINICI à PLOSASCO Concionatoris per annum 1644.

I. DOminici Catuli legitimum computatur opus, ore proprio myſticam ad
vniuerſum vel accendendum, vel incẽdendum Mundum facem accenſam
præferre, ſicuti quondam Prædicatorum Ordinis Patriarchæ grauidæ Ge-
nitrici per viſum à Domino præoſtenſum legimus: Dominici rurſus Catelli legiti-
mum onus agnoſcitur, Dominicam domum à perfodientibus furibus, ſeu ouile
Dominicum inuadentibus latronibus, ſiue lupis cuſtodire, aperto ore, & patulis
rictibus Euangelico feruentiori, ac frequentiori latratu domeſticos famulos, ſiue
Cuſtodes Paſtores, ac oues admonendo, & excitando: quemadmodum Monacho-
Anni Chriſti 1644. rum Patris D. Bernardi Mater in vtero concipiens per viſionẽ edocta intellexit: lu-
cere igitur, ardere, & euangelizare tergemina numerantur Dominicalis operarij,
ſeu Dominici Cuſtodis munera. Cum ergo pro Dominicali Eccleſiaſtico regno, Fr. Dominicus ad Paduſanam Vall. venit.
quod eſt Eccleſia Catholica, cuſtodiendo ad Paduſanam Stationẽ deſtinatus acceſ-
ſiſſet Fr. Dominicus à Ploſaſco, Seraphici Patris Franciſci Religioſus alumnus,
præclaris ſe progenitoribus prognatum præclariori maiorum ſuorum, nempe Plo-
ſaſcorum Quiritum ſtemmate in ſæculo quõdam clarum extitiſſe commemorans;
virtutibus clariorem intra Clauſtra Religioſis cæteris præfulgere, profeſſæ Reli-
gionis opus, & onus eſſe, Capuccinus factus intellexit: quamobrem regularis ob-
ſeruantiæ cuſtodiendæ dum incumbit; Guardianatus munus nonnunquam ſuſti-
nuit: dum vero Concionatoris officium opportunè exercere non deſtitit, ad Apo-
ſtolicum Miniſterium aſſumptus, hoc anno Æridani ad Conuallem mittitur.

II. Fidelis ergo Dominici famuli prærecenſita trina illa munia prædicandi, docen-
di,& iuuandi cum ſui Euangelici muneris eſſe perſpiceret Fr. Dominicus; in agrum
mox Dominicum ſecedit non meditari ſolummodò: ſed & laborioſè operari: pro
ſuggeſtu concionando, pro catechiſmo docendo, & pro actione, atque familiari,
ſiue ordinaria conuerſatione cunctis benefaciendo: Sacerdotibus ſacro pro cultu
exercendo cooperabatur, Laicis pro conſcientia, ac propria ſaluatione colenda
opitulabatur, in Sacramentorum adminiſtratione, atque Diuinorum Precepto-
rum obſeruatione inſeruiendo, obſequendo, corrigendo, monendo, adhortando

pariter,

Vniuerſorũ ſalutem corporalem, & ſpiritualem operatur.

pariter, & omnimodè miniſtrando. Quò enim Chriſtianæ pietatis operibus liberiùs, & pleniùs incumbere valerent Fideles; illud imprimis perpetuò vniuerſis conatibus procurauit; vt tranquilla pace Paduſana Vallis ſuo tempore frueretur. Quare cum hi Padi Amnicolæ aduerſus Varaytanos Conuallicolas primò, deinde contra Bargiarum Accolas, tandem aduerſum ſeipſos adinuicem diſſidentes, decertarent, & digladiarentur, imò cum aliquando in ſuperuenientes militum turmas arma ſumentes inſurrexiſſent, & ob id grauioribus diſcriminibus ſemetipſos expoſuiſſent; Fr. Dominicus Pacificus, pariter & efficaciſſimus, mediator inter furentes partes intercedens, perpetuò ſtetit, nec receſſit donec (licet plurimo ſuo labore) veſano furore exagitatas factiones quieſcere, ac miteſcere, & in vnum conuenire, & fœdus publicè inire faceret. Condemnatum hominem à morte, & raptam à militibus mulierem ab ignominia, ac violentia proprio coniugi intactam reſtitutam ſeruauit, pluraque laudabilia, & publico bono proficua facinora ſuæ reſidentiæ annualis tempore præſtitit, multoque notabiliora præſtitiſſet; niſi à Statione reuocatus, receſſiſſet.

CALCVLVS XIV.

Fr. CAROLI FRANCISCI à SAVILIANO
Concionatoris per annum 1645.

I.

Ann. Chriſti 1645.

Carolus, & Franciſcus: Archiepiſcopus, Eccleſiæque Romanæ Cardinalis primus: Seraphicæ autem familiæ Patriarcha ſecundus: Prælationis ille, Religionis iſte ſtatum ſignant, geminumque conſtitutum cardinem indicant, ſuper quo Eccleſiaſtici Mundi tota machina circumuoluitur, & ſuſtentatur: nempe Apoſtolatum, & Diſcipulatum à Supremo Rege Chriſto in Eccleſia inſtitutos. Ex proprio Prælationis onere, in Epiſcopali regimine operatur Apoſtolus: ex delegato, & commendato miniſterij munere, in Apoſtolico officio cooperatur diſcipulus. Numquid enim omnes Apoſtoli, ideſt Epiſcopi in Eccleſia? Numquid iterum omnia Apoſtoli, ſiue Epiſcopi Apoſtolica munera præſtare, vel onera ſuſtinere valent? Nequaquam: dedit igitur Deus in Eccleſiaſtica Hierarchia quoſdam quidem Apoſtolos, alios Prophetas, alios Doctores, Scribas, & Prædicatores, Religioſos diuerſorum Ordinum Profeſſores, qui, quæ per ſe non valent Epiſcopi, & Præſules; coadiutores ipſi, & cooperatores difficiliora, & aſperiora onera ſubeant, & exerceant. Dumque Apoſtoli & reſident, & præſident, ac diſponunt; diſcipuli emiſſi perambulant regiones, euangelizant, & miniſtrant: nec Apoſtolos igitur ſine diſcipulis, nec diſcipulos ſine Apoſtolis elegit Chriſtus: non ergo Carolum ſine Franciſco, nec ſine Carolo Franciſcum in ſua Eccleſiaſtica Monarchia conſtituit Dominus. Præſules igitur in Apoſtolico munere, qui Caroli locum tenebant religioſum diſcipulum, qui Franciſci regulam profitebatur, Carolum Franciſcum nomine hoc anno ad Apoſtolicis operarijs cooperandum in Diſcipulatus miniſterio, emiſerunt, & ad Æridani Excubias obſeruandas deſtinarunt. Ille igitur Theologicæ facultatis profeſſor, ſimul & aliquando Prælector, egregiuſque Capuccinus Eccleſiaſticus, quæ ſibi impoſiti oneris erant munia, peroptimè callens, in executione caleſcere, non frigeſcere ſtuduit.

Ad Æridani Vallem excolendam mittitur Fr. Carolus Franciſcus.

II.

Quapropter Fideles Populos intra ſuæ Miſſionis conſtitutos terminos, opportunis temporibus, & ſtatis diebus feſtiuis peragrando per Vicos, & Villas inuiſebat: ſed non in viſitatione ſola ſolicitudo terminabatur: quinimmò circumeundo ſpirituales dapes, & alimoniam animarum circumferebat: verbum enim Dei & pro ſuggeſtu congregatæ plebi porrigebat, & enucleabat, pariterque pro ſimplicium, & rudium inſtitutione Chriſtianæ Doctrinæ myſticum panem paruulis confrangebat: cunctis autẽ magnis, & puſillis Sacramẽta, ſignãter Pœnitentiæ adminiſtrabat: Parochis, & Leuitici ordinis Miniſtris obſequẽdo, inſeruiẽdo, ac in Sacrorũ cultu miniſtrando: errãtes, & deſipientes monebat primò, inde arguebat, atq; increpabat: quãobrẽ cũ tepidũ quemdã homũcionẽ neglıgẽtiùs Sacroſãctis myſterijs cõmunicare cõſuetũ animaduertiſſet, Apoſtolici illius canonis memor: Publicè ſcilicet peccãtes palã eſſe corripiẽdos, moroſũ ad Diuina Fidelẽ in facie totius Eccleſiæ aliquando corripuit, correptionemque ægrè ferentem, & aduerſus correptorem præ foribus Eccleſiæ armatum oblatrantem conticeſſere coegit. Impudicum præterea iuuenẽ, qui per poſticum tegulis ſublatis, in domum cuiuſdam Neophytæ mulieris irruens, ad inhoneſtos actus eam ſolicitabat, ab honeſtæ fœminæ ſolicitatione, & vexatione corrigendo, & increpando ceſſare, & impoſterum abſtinere compulit. Cum plures itidem Paduſanos homines, qui per ſuperſtitioſam cadaueris luſtrationem occultè interfecti Oppidani Conſulis homicidam detegere, & deprehendere

Verbum Dei per Villas circumeũdo adminiſtrat.

decreuerant, & mox Sacrilegum facinus aggreſſuri in Eccleſiæ cœmeterium conuenerant; ſuperueniens Fr. Carolus Franciſcus à perpetrando ſcelere, vehementiùs eos increpando, impediuit: quemdam verò inter cæteros peruicaciorem temerarium, qui à propoſita luſtratione recedere detrectabat, Salutienſis iuſtitiæ Præfecti aduocato ſubſidio, reſipiſcere, & à propoſito diſcedere effecit.

IV. Sicuti diſſidentes, atque plurimos diſcordantes ad inuicem concordare, & conuenire procurauit: inter quos quidam peculiariter referuntur Vallicolæ, qui coacto agmine in binas factiones viginti Patribus familias ſingulas conſtantes, diuiſi aduerſus ſe inuicem furentes decertabant, inter hos medius, ſiue mediator ſtans Capuccinus Leuita, compoſitis litigijs, prætenſionibus vel ſublatis, vel concordatis in Sancti Baptiſtæ Præcurſoris Peruigilio conuocatas partes odia deponere, & mutuas perenniter duraturas amicitias publico exaratas ſcripto contrahere fecit. Iterum cum inter Paduſanæ, & Sancti-Frontonis proximas coherentes Villas coaleſcentes exacerbationes intercederent, & in dies magis exardeſcerent; ne exacerbati Accolæ ad pernicioſiores rixationes, digladiationeſq; procederent ac in deteriora ruerent; Euangelicæ charitatis Profeſſor Fr. Carolus Franciſcus efficacioribus adhortationibus, & commonitionibus vtramque concitatam plebem demulcens, inimicitiarum extincto, vel ablato fomite inter hæc gemina contigua Oppida ſtabilia fœdera ineunda, & firmanda curauit. *Varias inimicitias extinguit.*

V. Verùm enimuerò Sæcularis Reipublicæ dum noxia cuncta remouere, & proficua omnia promouere ſategit; Spiritualis Eccleſiaſtici Regni emolumenta procurare, & detrimenta præcauere nequaquam neglexit, quinimmò ea imprimis, & ante omnia illæſa aſſeruare, atque ad proſperiora incrementa perducere, perpetuò anhelauit, ſtudioſiùs in ſua Cuſtodia inuigilans: Peruigilando igitur cum animaduertiſſet; Proſcriptorum Sectariorum quatuor Pagorum Croeſij, Pratiguilelmi, Bioletti, & Biotonetti exulum communicationem cum Catholicis Paduſanis nequaquam ceſſare, imò in dies magis perdurare, & frequentari in graue detrimentum Fidei; præpotens ad hoc Chriſtinæ Duciſſæ præſidium, & Patrocinium innocauit: quod Catholica Principiſſa ex tempore præſtitit, promulgato ſtatuto, quo Catholicorum cum Hæreticis, quouis ſub honeſto etiam nundinarum titulo in Paduſana Valle commercium prohibebat. Huius verò pernicioſæ communionis cauſas, & occaſiones vigilax Excubitor cum eas eſſe intellexiſſet; quòd deſtitutorũ, ac derelictorum iugerum, ſiuè agrorum talearum, & Ducalium tributorum pars ab hæreticis exulibus quondam perſolui conſueta, de communis cenſus maſſa nondum ad iuſtam proportionem detracta, tota a Catholicis exiſtentibus exigebatur: quapropter hi ne exceſſiuo vectigali grauarentur; eiectos illos profugos ad propria rura regredi, & iugera antiqua excolere deſiderabant, & quod in ipſis erat, libenter permittebant: huic igitur grauiori Eccleſiaſtici regni diſcrimini vt conſuleret Fr. Carolus Franciſcus coram prædicata Franciea Duciſſa Pedemontana efficacius adeò interpellauit; vt dato pleniori indulto Catholicos a prædictis deſtitutorum agrorum taleis tum præteritis (quæ ad triginta millia librarum ſummã aſcendebant) tũ futuris impoſterũ perſoluẽdis abſolueret. Indulti diplomate in totũ ferè gratis à Magiſtratibus reportato. Cũ nõnunquã Sancti-Frontonis in Pago publicæ haberentur Nundinæ, Capuccinus Cuſtos adfuit, & Caluinicolam quẽdam Lucernenſem inter Catholicos contra fas inibi conſiſtere proſpexit; quare illicò tribunali delatum, veluti Ducalis legis præuaricatorem vinculis conſtringendum curauit, deinde media cautione abſoluendum mandauit, ipſe verò per annum inibi operatus, aliò aduocatus diſceſſit. *Ann. Christi 1645.* *Regredientes proſcriptos ducali edicto expellit.*

CALCVLVS XV.

Fr. ANGELI à FOSSANO Concionatoris per annum 1646.

I. ANgeli nomenclatura, cum non naturam explicet, ſed ſolummodò miniſterium indicet; Angelica vox Nuncium, ſiue Miſſum cæleſtem Spiritum reſonare dicitur: in Miniſterium igitur miſſus propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis ex Paduſanis Vallicolis, præſenti anno venit Fr. Angelus a Hierarchici ordinis Præſulibus ad Æridani amnicolas Euangelica cultura exercendos canonicè emiſſus: Fit igitur Angelus Apoſtolus, ſed quid dico fit? Angelus enim, & Apoſtolus idem ideſt Nuncium Miſſum ſonãt: conſonant quidem in miniſterio ſymbolo, ſed diſſonant in diſſymbola ſubiecta natura Angelus, & Apoſtolus: Angelicum ſiquidem officium ſpiritualibus ſubſtantijs, ſiue Cœleſtibus intelligentijs; Apoſtolicum verò exercitium corporeæ hypoſtaſi, ſeu terrenæ intellectuali per-

ſonæ

ſonæ Deus commendare, & committere conſueuit. Fiat ergo, qui natura Apoſtolatus exercitium adminiſtrare valet, virtute, & gratia, imò æmula officij imitatione, Angelica laudabili Analogia Angelus. Ergo Fr. Angelus à Foſſano Capuccinus Theologus, & Sacer orator Miſſum ſe à Deo his populis ſalutis Nuncium intelligens, cœpit illis euangelizare regnum Dei: cum enim circa feriam quartam Cinerum ad eos acceſſiſſet; primarium ſuum ingreſſum à quadrageſimali congreſſu exorſus eſt: conſuetas per hebdomadum hebdomadam conciones, non in binis Paduſanæ Parochialibus ſolummodo, ſed & in Sancti Frontonis Pago, & Eccleſia pariter laborioſè à Reuerendiſſimo Domino Salutienſi Epiſcopo rogatus exercendo, quò præclari Diuini verbi prædicati luminis influentiam cunctis Æridani Vallis Vicis, Villis, & Populationibus participaret, ac communicaret, vndè totius per annualis decurſus, & Aduentus curſum perpetuò prædicando, & catechizando per vniuerſos Pagos, & Oppida infatigabiliter percucurrit, ſemel, & iterum in die ſæpiùs concionando, ſignanter Dominici Natalis profeſtis diebus: tunc enim poſt conſuetas in Paduſanis Parçcijs ſermocinationes, prominentiores Veſulo adhærentes rupes, altioribus niuibus obſitas, reptando nudipes ſcandebat, & modò in Chriſolio, modò in Oncino, modò in Hoſtana Villis verbum Dei diſſeminabat: vndequoque ieiunus recedebat. Nequaquam tamen à grauioribus fatigationibus abſtinebat, quò prædicati verbi pabulo famelicam Villularum Plebuſculam paſceret, & Chriſti Domini Paſſionum recordatione, afflictos ad fortiùs ſufferendas quotidianas afflictiones roboraret: vnde vnico Quadrageſimali Prædicatorio excurſu in ſacra ſeptimana quaternis in Parochialibus Eccleſijs quatuor diſcretorum Pagorum laborioſam conſuetæ Paſſionis, & longiorem concionem quater admodum fatigabiliter habuit ad pauperculos ruricolas, qui vix aliquando olim talia audierant.

A Quadrageſimali ieiunio ſuam exorditur Miſſionem.

Ann. Chriſti 1646.

II. Natalitijs Dominicis celebritatibus, cum quadam die ad veſperam, Hoſtanæ habita concione, Paduſanam ieiunus regrederetur, iam iamque domui appropinquaret; audiuit non ſymphoniam, aut chorum, ſed publicæ campanæ editum ad arma prouocantem ſonum, in Sanctæ Mariæ trans Padum huius Pagi populatione, cuius inconſueti euentus cauſam perſcrutatus, intellexit illius Villæ Populum in geminas aduerſarias factiones diuiſum, aliunde ex adſcitis ſicarijs coacto agmine ad mutuas interneciones ruere, & feraliter digladiari: quare ex tempore eò accurrens animaduertit, vnius partis nonnullos, quadam in domo concluſos, ab alterius partis circunſtantibus armatis obſideri, & cuſtodiri, vt ſuperuenientium tenebrarum noctis patrocinio protecti incluſos adorientes, & expugnantes cunctos trucidarent, nequaquam interim à mutua inuaſione, & ſcloporum lethifera exploſione factionarijs ceſſantibus. Imminenti igitur huic Paduſanorum excidio, & præcentaneo exterminio vt occurreret Fr. Angelus, in pacificum comitem probo, & honeſto Bargenſi viro Domino Thoma Gaſtaldo aſſumpto; occeptauit inter digladiantia, & decertantia agmina curſitare, ſingulos, & omnes ſeditionis Patronos, & fautores, ſiue auctores conueniendo, quibus cum vehementiùs adeò egit, & pertractauit ad vſque tertiam noctis horam elaborando, & perſuadendo, ſiue adhortando, aut minitando; vt tandem aliquando ſinguli depoſitis armis, à mutua pro tunc inuaſione quieſcerent. Ieiunus adhuc ille pro modò domum verſus receden s, non tamen prima exoriente luce requieuit; quinimmò negotiationem heſternam reaſſumens, tamdiu exaſperatos manſuefaciendo, & exacerbatos animos cicurando perſtitit, quamdiù compoſitis litigijs, & conciliatis differentijs ipſo in proximo Sacro Epiphaniæ die rixantes factiones publicè ad inuicem conuenire, & amicitiæ iura inire, & conſtabilire fecerit: Coopidanis ſingulis Pacificatori Capuccino gratias agentibus, publicique boni ſeruatorem cum proclamantibus.

Laborat in conciliandis differentijs.

Ann. Chriſti 1646.

III. Nec ſolos laicos inter ſe reconciliare ſtuduit Frater Angelus; ſed etiam Clericis furentes plebes pacificare ſategit: ſuo in primo ad Paduſanos acceſſu, Sanctæ Mariæ trans Padum Parçciam à fugitiuo Præpoſito deſtitutam offendit: quare Fr. Angelus minus religioſo Sacerdoti infenſos homines ſolerter reconcilians, exulātem Parochum propriæ Eccleſiæ reſtituit. Verùm enimuerò cum laſciuiens Leuita à minus honeſta conuerſatione mulierum indigenarum non abſtineret; poſtquàm aliquoties grauiter illi ſuccenſos, plures offenſos Parochianos Capuccinus mediator pacificaſſet; perſeuerans ille exacerbatos in villicando, & prouocando, fuga demum ſuæ incolumitati, imò vitæ conſulere coactus, in totum diſceſſit, & ſponte Præpoſituræ Paduſanæ ceſſit: vnde curandæ derelictæ Parçciæ onus Apoſtolico Operario acceſſit: quare duplici pondere preſſus vix ſubueniendi naturæ ſpatium nanciſci aliquando poterat: Sacramentorum adminiſtratione, atque Diuini Verbi Prædicatione perpetuò detentus: aliquando enim Sacramentalibus excipiendis Confeſſionibus prolixiùs detinebatur: aliquando per niues, & glacies, vt infirmis Viaticum, & agonizantibus extremam vnctionem miniſtraret, & aſſiſteret, progredi longiùs cogebatur, cui etiam, ſæpè ſæpiùs interpellatus Reuerendiſ-

Plebem cum Paroch pacificare ſtudet.

ſimus

ſimus Epiſcopus, vt in ſubſidium proprium Parochum præpoſitum prouideret, rationabili excuſatione, ſiue reſponſione ſatisfaciebat dicens: ſe hactenus idoneum nondum Sacerdotem reperiſſe. Huic primo ſecundum minus Religioſi Presbyteri euentum connectere poſſumus: Oncini Parochum, cum parum honeſtè in conuerſatione ille ſe gereret, quadam die quidam Parochianus aggrediens, vnico ictu caput ferro amputare enixus eſt, ſed ab adſtante alio quodam honeſto homine aggreſſore detento, aggreſſus Sacerdos illæſus euaſit, ſed huius nequioris facti ad Capuccinum Excubitorem protinus rumor peruaſit: vnde ille cò ex-tempore peruolans, in Leuitæ Laurentij Sacro die Miſſæ oblato ſacrificio, populo excandeſcenti tum blandis, tum minis perſuaſit, vt paſtori proprio pacificè ſubijcerentur: quod illi licèt ægrè admodum perfecerunt, ſed cum non probus Sacerdos non paſtoris, ſed lupi ſpeciem in irreligioſis moribus præſeferret: in diebus Sacris Quadrageſimæ ſubſequentis nocte quadam, tormenti bellici laxata rota ignea glande ad necem quedam ex Oppidanis Clericum vulnerauit: quare admonitus Angelus Apoſtolicus per niues, & gelidas vias Oncinum expeditè progreditur, vt periclitanti Sacerdoti extrema Sacramenta miniſtraret, & Populum ab vlteriori inuaſione prohiberet, cuius indignationem Rector nequaquam incurriſſet; ſi Capuccini monitoris conſilijs acquieuiſſet. Quieuit autem poſt annum Fr. Angelus à Paduſanis excolendis ad Verzolienſes edocendos aduocatus, poſtquam Sacræ Inquiſitionis tribunali pro virili obſequutus fuiſſet.

CALCVLVS XVI.

Fr. SIMPLICIANI à PINEROLIO Concionatoris per annum 1647.

I. ASe miſſos diſcipulos Chriſtus ſerpentinam quidem prudentiam habere, ſed ſimul, & ſemel columbinam ſimplicitatem poſſidere iubet, ideſt mentem, intentionem, & fidem: hoc eſt dicere, ſimplicem animum ſecum ferre, & circumferre præcipit, quò inter fideles verſipelles lupos incedentes, perfidiç morſibus nequaquam lacerarentur. Miſſus hoc anno ad Eridani Cuſtodiam obſeruandam Seraphici Patris alumnus, ſerpentinam quidem prudentiam in ſua conditione præ ſe ferebat, quia Theologi, & Concionatoris munere fulgebat, ſed & in ſuo nomine columbinam ſimplicitatem oſtentabat, quia Fr. Simplicianus vocitabatur, quaſi ſimplicem animum, ideſt mentem, & intentionem, ac Fidem iugiter profiteretur. Profectus igitur ad Padi amnicolas edocendos, Apoſtolica Prædicationis, Catechiſmi atq; Sacramentorum adminiſtrationis munera ſolicitè exercuit, quò Euangelicos mores, & morales virtutes in fideli plebe efflorescere, & fructificare faceret, combuſtis ſentibus, ac ſenticetis euulſis. Quod vt præſtaret, grauiora aliquando cum Socio Fr. Iuſtino à Racconiſio Capitis diſcrimina ſubijt. Cum enim præpotens quidam, nobiliſque laſciuiens pluribus corruptis iam mulierculis abuteretur; quò effręni ſuæ libidini abundantiùs ſatisfaceret; adoleſcentulam, necdum viri potentem à vidua matre vi abſtractam, & violenter ſurreptam Salutijs Paduſanam perduxiſſet, vt inibi commodiùs raptam iuuenculam deprauaret: id vbi Apoſtolicus Excubitor intellexit, periclitantem Agnam de Sacrilegi raptoris manibus eripere decreuit, quod cum prudenter, ac ſolerter opere ſemel impleuiſſet, fruſtatus Prædo furens iterum ſibi ereptam innocuam prædam inquirit, & ſurripit, & diligentiùs cuſtodit. Verùm enimuerò Capuccinus Leuita, non deſpondit animum, quinimmò à luxurioſi Patritij Matre, ac Sorore tàm pijs, quàm Illuſtribus mulieribus coadiutus rurſus & effuratam iuuenculam, & deprauatam alteram iuuencam de Stupratoris laribus ſubtractas, congrua cuſtodia aſſociatas Pinerolium perducendas curauit, & tandem aliquando poſt acerbiora pericula, & difficiliora conamina raptam filiam illæſam propriæ Matri reſtituit: aſperiores interim & minitationes, & tractationes à defraudato inhoneſto Quirite ſuſtinens, & iniurias perferens, ſed vix elapſo anno à Statione remotus ſecum diù iraſcendi cauſas amputauit.

Ann. Chriſti 1647.

Fr. Simplicianus Apoſtolica munia ſolicitè exercuit.

Raptam Iuuenculam de manu cuiuſdam præpotentis eripit.

CALCV-

CALCVLVS XVII.

Fr. ATHANASII à MONTEALTO

Concionatoris per annos 1648. 1649.

I. ATHanaſij Symbolum cum Symbolo Apoſtolorum Catholica Eccleſia & incipit, & profitetur: quia ſicuti in Apoſtolico rerum & credendarum, & ſperandarum ſubſtantiam,& argumentũ non apparentium epitomaticè fidelibus tradiderunt Apoſtoli; ita Paraphraſticè in ſuo Diuinæ naturæ eſſentialẽ vnitatem, Perſonarum diſtinctionem, ac Trinitatẽ, Filijque, ac Spiritus Sancti cum Patre conſubſtantialitatem, pariter & hypoſtaticam humanæ cum Diuina natura in vnica Perſona vnitatem explicauit Athanaſius, atq; pleniùs manifeſtauit, proq; Orthodoxa Fide ad capitis multiplicata diſcrimina vſque perpetuò decertauit. Genuina igitur in Eccleſiaſticis Caſtris legitimè militantium Teſſera ex Apoſtolorum, & Athanaſij ſymbolicis ſignis compoſita dignoſcitur: quando ſcilicet ſymbolizantibus operationibus Catholicas veritates docendi, explicandi, & viriliter, imò validiſſimè propugnandi Religioſus Pugil legitimum Apoſtolorũ, & Orthodoxorum Patrum ſtrenuum, ac fideliſſimum Aſſeclam ſeipſum comprobat, atque proteſtatur: Proteſtatione ergo, ſeu euidentiori comprobatione non indiget noſter hic Fr. Athanaſius ad ſuæ Profeſſæ Eccleſiaſticæ militiæ authenticam demonſtrationem oſtentandam, quàm Apoſtolorum,& Athanaſij cum Symbolis Symbolizantia ſua, in Apoſtolico munere docendi, explicandi, & propugnandi Catholicas veritates, opera præſtita demonſtrarũt. Ego igitur, cui ex demandato ſcribendi onere non Analyticas, ſed Ethicas, ſiue Chronologicas demonſtrationes deſcribere incumbit, ab illo geſta Symbolica facinora epitomaticè enumerare aggredior.

II. Padi Villas, & Vallem ingreſſus Frater Athanaſius ſingulos, & cunctos Paduſanos Vicos, & Pagos percurrere & occeptauit, & perſeuerauit; vt Paduſanos vniuerſos viros, ac mulieres, ſenes, & paruulos Chriſtianam prudentiam,& ſapientiã, nempè timorem Domini doceret: tum frequentiùs Prædicando, tum ſolicitiùs rudes Catechizando: Tunc enim & Apoſtolorum Symbolum traditum explicabat, ac confirmabat: errores reprobrando, & mores corrigendo, virtutes quidem, ac virtuoſę vitæ profeſſores commendabat, pariter & confirmabat: vitia verò, vitiorumquè amatores improbabat, acriterque coarguros increpabat: quàmobrem cum Paduſanæ nonnunquàm ad Populum in Parochialibus Sacris Ædibus ſermonem haberet, vehementiùſque in indiſciplinatos, & criminoſos Fideles homines inueheretur; Sicarius quidam, nefariuſque Oppidanus ſceleſtioris, ac ſcandaloſæ ſuæ conuerſationis publicam, licèt in communi prolatam exprobrationem diù ſufferre non valens, ex-tempore, Templo egrediens, præ foribus Eccleſiæ puluerarij Arcus de repente accenſi,& exonerati terrifico tonitu perturbata Concione, euentus nouitate perculſos ab Eccleſia cunctos auditores egredi compulit, quare Fr. Athanaſius è ſuggeſtu velociter digreſſus, atque à Domo Dei egreſſus in ipſo veſtibulo ſtantem iniquum gladiatorem aggreditur, coramque confluente multitudine ſingulariter illi, ac copulatinè illi adſtantibus Aſſeclis & duritiam cordis, & nequitiam operis, & vitæ immunditiam, & hæreticæ perfidiæ malitiam vehementiori ſpiritus zelo concitatus, exprobrauit, publicis illius ſcandaloſis ſceleribus,& ſceleſtioribus facinoribus debitas pęnas minitando: dũq; feri hominis inhumanitate perterrefacti circumſtantes, Capuccini monitoris vitæ à ferocioris gladiatoris furore ſiniſtrum aliquod funeſte euenturum timerent; Apoſtolici Sacerdotis iuſtam indignationem pertimeſcens ille, & venerans præſentiam, conticeſcens receſſit. Verùm nequaquam vnico huic ſolitario pro Orthodoxa veritate propugnanda, ſiuè prædicanda, atque explicanda ſe ſe grauiori periculo expoſuit, quinimmo ſępè ſępius per Montes, & Valles, alpes, & rupes itinerando grandiores per niues, copioſiores per glacies, exuberantiores per aquas, violentiores, per ventos,& turbines abundantiores per imbres, ac tempeſtates per lutuoſa itinera, per aſperiores vias irrumpendo, & enitendo peragrabat, vt Apoſtolico ſuo muneri non deeſſet.

Timorem Domini, vniuerſos docere ſtudet.

Anni Christi 1648.

Pluribus ſe periculis exponit pro defendenda veritate.

III. Ne autem rurſus Eccleſiaſticum regnum perturbaturi Italicis his in liminatibus adeſſent eiecti exules, Caluiniſtæ proſcripti; ſummopere inuigilabat: vnde cum rebelles, & increduli quatuor Vicorum Croeſij, Prati-Gulielmi, Bioletti, & Biolonetti profugi per Paduſanos publicæ rei adminiſtratores Conſtantis, ac Zelotis Leuitæ Capuccini precibus, & pollicitationibus inuincibilem animum pulſarent; vt ad proprios lares redeuntes illos aliquando imò mox (dicebant) Catholi-

cam

cam Fidem amplexuros, non impediret, reſtitit ille, & totis conatibus obſtitit: callidos, ac mendaces, precatores reijciendo, & ſtatuta Ducalia iura obijciendo quinimmò cum verſipellium vafritiem, & fraudulentiam deprehendiſſet, ne doloſè iuremeritò petitum, ac denegatum reditum, ac domicilium viurparent; Regalis Sabaudæ Celſitudinis Patrocinium, & ſubſidium inuocauit. à qua efficax emittendum, & tranſmittendum mandatum impetrauit, quo cunctis Padutanæ Vallis Iudicibus, & iuſtitiæ Miniſtris præcipiebatur; vt ſuperuenientes, & quouis in Vallis loco comparentes profugos rebelles hæreticos quatuor Vicorum armato ſatellitio, & agmine proſequerentur, ac comprehenſos vinculis traderent. Quãobrem perterrefacti illi doloſum regreſſum moliri pro tunc deſtiterunt. Non deſtitit tamen Fr. Athanaſius Euangelicus Stationarius ſuæ Apoſtolicæ Stationis Sacrum Oratorium tectorio opere intus leuigare, ſedes, & cancellos nuceos fabrefaciendos curare, Iam poſitæ Iconi congruum ligneum ornamentum apponere, Eccleſiæque atrium muris circumcingere: cumque inibi per ſeſquiannum commoratus egregia multa facinora præſtitiſſet; ad grauiora intra Clauſtra ſuſtinenda onera, & exercenda munera aduocatus, receſſit.

Pro Caluiniſtarũ regreſſu rogantib. Ducalia edicta obijcit.

CALCVLVS XVIII.

Fr. IOANNIS BAPTISTÆ à CAMBIANO

Concionatoris per annum 1650.

I. DE magno illo quondam Præcurſore Ioanne Baptiſta, apud D. Luc. prædixerat Gabriel Angelus: *Ipſe præibit ante illum in ſpiritu, & virtute Eliæ, vt conuertat corda Patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iuſtorum, parare Domino plebem perfectam.* Eliæ Spiritus Zelotes viuentes ab æterna morte in reſeruando: virtus verò mortuos ad vitam in reuocando enituerunt. Illius igitur inhærens veſtigijs præclarus & ipſe Propheta imò, & pluſquàm Propheta Baptiſta ſua Præcurſoria prædicatione pariter, ac baptiſmatis adminiſtratione & ſpiritu ſalutis viuentes, ab interitu præſeruare, & criminum occaſu intereuntes ad vitalem auram reuocare efficaciter dum eniteretur; parare Domino plebem perfectam nitebatur. Noſter igitur Fr. Ioannes Baptiſta Cambianenſis, qui in perſona non erat Propheta, neque Elias, neque Baptiſta, legitima vero vocatione, & ordinatione ad Padutanam Miſſionem à Prælatis deſtinatus; Officio Prædicator, & Laurea Religioſa Theologus exiſtebat, ſpiritum, & virtutem Eliæ in Præcurſore, & Propheta mira pro cordibus Patrum in filios conuertendis operantes, analogicè ipſe imitari, & æmulari anhelabat: pro incredulis ad prudentiam iuſtorum reducendis, dum viuentibus neceſſariam pœnitentiam prædicare, & defunctis opportuna ſuffragia procurare perpetuò conatus eſt, vt infra notatis numeris computamus.

D.Luc. c.1.

Ann. Chriſti 1650.

Ordinatus ad hanc Cuſtodiam venit Fr. Ioannes Baptiſta.

II. Quemadmodum igitur Euangelicorum declamatorum Coripheus Ioannes à teneris annis antra deſerti ingreſſus, propriæ priùs ſaluationi incubuit, poſtmodum circa Iordanem egreſſus, ad proximorum ſalutem penitentiam prędicauit; ita & Frater Ioãnes Baptiſta à teneris vnguiculis Clauſtra Capuccinę Religionis ingreſſus, propriæ priùs ſaluationi ſtuduit, poſtmodum verò ad euangelizandum circiter crepidines Padi emiſſus pro proximis ſaluandis pęnitentiam, & regnum Cœlorum iugiter prædicare vſque in finem perſeuerauit: circumeundo, atque indeſinenter peragrando per vndecim Paduſanæ Vallis Parę cias, quas congruo, ac prouido ordine ſic ille ſibi inuiſendas, & adeundas per tempora diſpoſuerat: vt opportunis ſignanter profeſtis, ſeù Dominicalibus diebus ad ſingulas perueniens, ſingularibus ſermocinationibus, ſingillatim per girum diſcretos populos inſtruens, tandem annali expleto curriculo omnibus, ac vniuerſis populationibus Diuini verbi alimoniam Æquis proportionatis portionibus diſtributam impertitus fuerit. Iuſtam quam, Euangelico ad ſalutem neceſſario cõmeatu in diſpartiendo ęquitatem integram vt ſeruaret, nouiſſimo quo Quadrageſimali curriculo, & in Æridani valle, & in ſua vita mortali laborauit, præcedentibus feſtiuis, vel ferialibus Concionibus æqua lance Vallicolis diſtributis, ſuperueniente tandem Sacra ſeptimana, quando Paſſionis Dominicæ inſignorem prædicationem feria ſexta in Paraſceue, Catholici vniuerſi Concionatores, vt efficacius ad Chriſti doloribus compatiendum, Fideles inducant, vehementiori ſpiritus contentione proponere ſolent, Fr Ioannes Baptiſta, vt pro virili Vallicolis illis Populationibus æqualiter prodeſſet, ſupra vires eniti voluit: compenſatis namque, & aſſignatis maioris hebdomadæ diebus, ad montana tria Oppida Oncini, Chriſolij, & Hoſtanæ priùs cum feſtinatione perueniens, Paſſionis Myſteria repræſentauit, mox ad inferiora deſcendens geminis in Padutanis Parę ciis eadem præſtitit, tandem ad Sanctum-Frontonem progrediens,

Vndecim Vallis Parœcias circumeundo viſitat.

Crucifixi Saluatoris aſperiora tormenta,& acerbiſſimā necem populo,quintò iam explicauit,& hoc ad tres horas ſemper laborioſè valdè ſermocinationibus productis,cum lacrymis, & clamore valido perorans, catenis ferreis dirè admodum ſeipſum affligendo, & flagellando, vt tali ſpectaculo concitata concione ſpectatores,& auditores ſaluificas pœnitentiæ vndas iugiter ex cordibus, plus quàm ex oculis effunderent. Quò enim peragrando euangelizaret; exuberantes ipſe vel gelidas aquas, atque niues lutoſa, vel ſaxoſa per itinera calcare non refugiebat, quinimmo nec imbres, nec tempeſtates, nec æſtiuos calores, aut hyemales algores pertimeſcebat, dum prædicando,& ſingulis benefaciendo pertranſibat de Villa in Vicum, de Pago in Oppidum ſingulari cum vniuerſorum ædificatione.

Paſſionis myſteria ſex diſcretis in populationibus repræſétat.

III. Dum igitur circuiret ſuam Cuſtodiam perluſtrando,animaduertit; ex Vallicolis plures tum irreligioſitate, tum criminoſa inſcitia; ſeu neceſſariorum ignorantia peccaminoſè laborantes:quamobrem ſollicitus ipſe Chriſtianæ pietatis promotor, Parochos primùm, & Rectores Sacerdotes ad ſedulò excolenda Religionis exercitia adhortabatur,ad hocque ſuo exemplo illos alliciebat: in Templo namque aſſiduus Miſſarum ſolemniori celebrationi aſſiſtebat: Roſarianæ Coronæ recitationi, & deuotis quibuſlibet precationibus, ſiue ſpiritualibus exercitationibus inſiſtebat: in cunctis ipſe vniuerſos præcedendo, ſed in vno ſpecialiter ſtudioſiùs, ac ſolicitiùs procedendo. nempè in Catechiſmo paruulorum, ac rudiū exercendo: cum enim annoſos homunciones malitia,& ætate grandæuos,ad propriā conſcientiā,ac ſaluationem neceſſaria ignorare conſpexiſſet; maiori qua valebat ſolertia,ac diligentia congregatos iuuenes, ac ſenes parentes, ac natos Chriſtianæ diſciplinæ rudimenta docebat: Dominicam orationem, Angelicam ſalutationem, Fidei Symbolum, Decalogi præcepta, & cætera huiuſcemodi verbatim rudioribus inſtillando. Qua autem,& ſui ſpiritus zelotis anxia ſolicitudine, & ſolicitæ ſuæ curationis ſolerti, atq; induſtrioſa operatione Religioſæ pietatis, ac Chriſtianæ deuotionis incrementa procurare, & promouere ſatageret; in cunctis, ex eo, quod in Paduſanis præſtabat, coniectare licet: vigilans igitur hic Excubitor cum in præcipua ſuæ Cuſtodiæ Villa ſtans excubaret; Prædicaturus in trans Padum Sanctæ Mariæ Parœcia pro feſto opportuno aliquo ſtatuto die, ſummo mane ad eam pergebat Eccleſiam, officiorum à Diſciplinis recitatorum abſolutionem præſtolando, quibus abſolutis, Celebrationem ſolemniorem Miſſæ accelerabat, moxque ſuggeſtum aſcendens, feruentiorem ad aſtantes Sermocinationem habebat: Si vero altera citra Padum in Parochiali Eccleſia eſſet concionaturus; ad Sanctam Mariam nihilominus diluculo progrediebatur, & perſolutis Officijs, ac Miſſis Parochialibus in illo, ad hoc Sanctæ Margaritæ Templum & diſciplinantes, & adſtantem illam plebem tranſpadanam proceſſionaliter perducebat, & ſolemniter Sacrificio oblato ipſe pro Concione vtramque plebem Sacro Euangelico Pabulo reficiebat. A prandio verò per vtriuſque Populationis Vicos curſitans puerulos, & ſimplices,& inſcientes conuocabat, & congregabat, reluctantes verò, vel moroſos donarijs, ſiuè munuſculis, aut eleemoſynarijs præſtationibus alliciebat, allectoſque demū, & coadunatos omnes ad Eccleſiam perducebat, & ibi miro modo, & ſingulari humanitate rudimentis Fidei longanimiter inſtituebat: Miſſarum, & Diuinorum Officiorum,ac ſpiritualium exercitiorum celebrationi deuotè vt adeſſent, admonendo, & exhortando, maiori qua valebat ſui feruentioris ſpiritus efficacia.

Doctrina Chriſtiana, pietatem promouere ſategit.

Ann. Chriſti 1650.

Feruentiori Spiritù commiſſam ſibi plebē ad ſpiritualia exercitia inducit.

IV. Pro viuis quidem iugiter laborabat, ſed defunctis quoq; prodeſſe non negligebat, quinimmò de cura habenda pro mortuis ſubueniendis plurimùm apud ſuos auditores Concionando laborabat: Quò enim ad pium hoc ſubſidium purgantibus animabus præſtandum populos efficaciùs, & abundantiùs induceret; religioſū quoddam Eccleſiaſticum exercitium, quod vulgò mortorium dicitur, à Capuccinis Sacris Oratoribus frequentatum, Fr. Ioannes Baptiſta peculiari ſtudio ſibi excolendum, & exercendum ſtatuerat, & plurimùm imò mirabiliter eo in celebrando proficiebat, copioſiores elargitiones pro ſuffragio recolligendo. Nouiſſimo igitur in Concionatorio Quadrageſimali curriculo, quod ad Padi Amnicolas habuit, vnicuique vndecim Parœciarum ſuis ſtatutis, nempe vnius hebdomadæ ternis ſucceſſiuis continuis diebus ſelectis, ſucceſſiuè,& ordinatè ad vnam poſt alterā accedebat, & honorificentiùs compoſito Templo & pro locorum opportunitate, ac Populorum poſſibilitate grandiori ara exornata, copioſiſque luminaribus ad centum, vel ducentum, etiam aliquando trecentum inſtructa, Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſolemniter per triduum exponebatur: tuncq; Ipſe pro prima Prædicatione exorſus præexcogitatum, ac prædiſpoſitum à ſe opus exponebat, & triduanum exercitium pro defunctis ſuffragandis indicebat: propoſitiſque ſpiritualium, & temporalium bonorum indè conſequendis præmijs, vehementiùs ad propoſitum opus perficiendum, atque à peccatis pœnitendum, & Sacramentaliter confitendum, pariter ac Sanctæ Synaxi communicandum, adhortabatur: mox ipſe è ſuggeſtu regreſſus, & Confeſſionale ingreſſus, à ſummo mane vſque in ve-

Quadrageſimali tēpore vndecim mortoria, vndecim in villis pro defunctis celebrat.

ſperam

ſperam (ſolis concionandi, celebrandi, & parciſſimè ſe reficiendi exceptis horis) iugiter cunctorum indigenarum, & alienigenarum confeſſionibus, & prolixioribus, & difficilioribus excipiendis infatigabiliter perſeuerabat: confeſſos autem Sacra communione reficiebat, pro triduanis tandem concionibus confeſſis, & communicatis copioſiora & ſuis, & omnibus defunctis animabus in Purgatorio detentis ſuffragia exhibenda efficaciter adeò perſuadebat; vt citra omnem expectationem, & vltra vires à pauperculis populis pecuniariæ fierent erogationes quotidianæ in Miſſas pro mortuis ſucceſſiuè, & continuò celebrandas inſumendæ, quod Capuccinus Leuita fideliter, & exactè præſtandum curabat, adhibita ad hoc Reuerendiſſimorū Antiſtitum poteſtatiua auctoritate. Ipſe rurſus ſingulis conuenientibus exporrectis medalijs, conceſſas pro defunctis Indulgentias eos lucrari, & docebat, & faciebat, nec tamen in mortuorum ſolatium ſolummodò triduanum illud exercitium reſultabat; ſed & in viuentium beneficium: nam tunc temporis, & Concionatoris, ſeu Sacri Oratoris perſonantibus verbis, ac religioſi apparatus funeſtis, & ſepulchralibus monentibus monumentis, ac ſpectaculis ſui propinqui finis, & vitæ termini admoniti homines, piacula deteſtari, & bona opera operari diſcebant: quare frequentes rixantium pacificationes, ablatorum reſtitutiones, & ſcandalorum ablationes fiebant,: vnde dum viuentes mortuis, mortui vice verſa viuentibus prodeſſe cernebantur, enitente, & laborante perpetuò Fr. Ioanne Baptiſtà, triduali hoc laborioſo mortorio vndecies, per vndenas Parœcias, vnico Quadrageſimali circulo, in Æridani Valle celebrato, iuxta conſuetum cunctis in ſermocinationibus ſeipſum flagellando, & ferreis catenis verberando, admirantibus circumſtantibus, quomodo gracilis naturæ, & imbecillioris valetudinis Religioſus, auſterioris vitæ prolixorum ieiuniorum tempore, ſub grauiori hoc pondere multiplicato, non ad mortem deficeret.

V. Inter viuos, & defunctos mediant ægroti, & extremas neceſſitates patientes, quos Fr. Ioannes Baptiſta non vltimo loco ſubueniendos dimiſit, quinimmo ex toto corde miſeris compatiens, de medio ſuorum viſcerum eos diligens, ſuccurrere geſtiebat: egenis, indigentibus, orphanis, viduis, ægris, afflictis, oppreſſis, debilibus cunctis pro virili opitulando, quod gemina experientia illius temporis euidentior euidentiſſimè manifeſtat: binis, ſub hoc quinquageſimo anno ſæculi ſeptimi decimi, flagellis ſubalpinos populos, & inter hos Padutanos Vallicolas Deus in ſalutem afflixit, & verberauit: primo vbique inualeſcentis infirmitatis, ſecundo acriter perurgentis famis. Suos igitur infirmos Vallicolas Capuccinus Leuita effuſiori ea charitate proſequebatur, vt Oppidanos cunctos Montanos, & complanos quotidie quauis temporis, ſeu itineris differentia, nullo negotio prepeditus, aut fatigatione detentus ad illorum domos etiam longius diſſitas, & per diſcretos Vicos diſperſas perueniens, viſitaret, & viſitando peculiares cuiuſque angores, ſiue neceſſitates exploraret, & exploratis indigentijs occurreret: lectulis aſſiſtendo, decumbentes, & dolentes blandis demulcendo, & ſuauioribus ad patienter morbi moleſtias, & dolores ſufferendos alliciendo: verùm non ſolis verbalibus, ſeu conſolatorijs etiam perſonalibus officijs infirmantibus preſto adeſſe volebat; ſed & realia ſubſidia, ac beneficia præſtare feſtinabat: eſculenta, poculenta, medelas, vel lenimenta pro ſingulorum exigentia prouidendo. Fameſcentes poſtmodum cum Æridani Amnicolæ Religioſi viri charitatem experti, ad eum extrema penuria laborantes acceſſiſſent, & pro alimoniario auxilio illius pietatem interpellaſſent; pauperculus Minorita cum de proprio non haberet, vnde famem patientibus commeatum præberet; ad opulentiores optimates diuites ſolicitè perueniens, eleemoſynariam ſtipem expoſtulabat, & quæritabat, qua pro ſua reuerentia impetrata diuerſi generis vectigalis, eſurientibus poſtmodum prouidè, & opportunè diſpenſauit, ſicque ab inedia, & defectione, ne dicam ab interitu miſeros Vallicolas liberauit.

Anno Chriſti 1650.

Miſericordiæ opera Corporalia, & Spiritualia omnibus de eadē præſtat.

VI. Supereſt tandem, vt Religioſi huius feruentioris Apoſtolici Operarij nouiſſimum pium facinus, & extremum vitæ terminum computemus: ſingulari hic Cruciformis Franciſci Alumnus erga Chriſti Crucem deuotione, & veneratione afficiebatur, quare vbique vexillum Crucis erigere delectabatur. Cum igitur de Veſulo cohærentibus rupibus, & prominentioribus alpibus, ſuperioribus annis, eiecta fuiſſet hæretica profanatio, & abominatio; Fr. Ioannes Baptiſta ſuper eminentiora culmina montium trophea Crucis ad totius orbis (ſi poſſibile foret) aſpectum, ſtatuere deſiderabat: fabrefactam igitur grandiorem Crucem dum in die Inuentionis Sanctæ Crucis huius anni ſuper altioris montis cacumen eleuare, cum maxima conuenientis populi frequentia properaret; aſcenſus aſperitate, & operis difficultate grauati portitores, & operarij quaſi in itinere conſiſtentes, à propoſito deficiebant: quod animaduertens religioſi operis Promotor ad fatigatos roborandos vehementiùs ipſe fatigare cœpit, ſurſum, deorſumque curſitando, adhortando, ac ſuadendo; tantumque ſua admonitione, & ſolicitatione profecit; vt

Egregium facinus, & perdifficile adoritur.

aggreſſum demum glorioſum facinus erigendæ in ſublimi Crucis perfecerit, ſed ex ea erectionis, & exaltationis fatigatione ipſe Fr. Ioannes Baptiſta grauiorem morbum contraxit, quem cum extremum fore proſpiceret; ſe ſe ad Capuccinorum Salutientem Conuentum deferri curauit, quò appulſus cum corporali curationi nullum locum ſupereſſe animaduerteret; ſpirituali animæ ſaluationi, & ad mortem Religioſæ præparationi totum ſe dedit: generali igitur totius ſuæ vitæ Pœnitentiali luſtratione coram Sacerdote peracta, Sacri Viatici, & Extremæ vnctionis Sacramentis deuotiſſimè receptis, miris ſanctimoniæ, humilitatis, & Patientiæ editis ſignis, ad ſuæ mortalis vitæ terminum appropinquans, clauſis luminibus paululum ſuſtinuit, mox apertis iterum oculis, ſtupentibus, & audientibus adſtātibus Fratribus de repente exclamauit: O quàm ſpecioſum comitatum! en animulæ illæ me comitaturæ adſunt, & hæc dicens, expirauit. Vix enarrare ſufficio quibus lachrymis, & lamentationibus defuncti ſui Apoſtolici Cuſtodis, & Patris pium funus, ſiue extremum tranſitum proſequuti fuerint Paduſani cuncti Vallicolæ nam Laici cum Clericis, & cunctis Parochis conuenientes, ſingulis in Oppidis ſingula funeralia Miſſarum, ſuffragiorum officia pro defuncto Sacerdote celebrarunt: conſternati cum planctu exclamantes, & proteſtantes: ſe veluti orbatos communem miſerorum parentem amiſiſſe. Sicque Fr. Ioannes Baptiſta, qui defunctis ſolatia, & ſuffragia procurauerat, defunctus & ipſe Populorum ſpontaneo, & copioſo ſolamine extitit ſuffragatus, ſiue ſubleuatus, & in Cœlum eleuatus, vt Religioſum eſt nobis autumare.

Paduſani Vallicolæ de Apoſtolici Viri morte lamẽtantur effecti.

CALCVLVS XIX.

COMMVNIS

Fr. Fr. EVSEBII ab EPOREDIA, & PETRIMARTYRIS, à TAVRINO Concionatorum per annos 1651. 1652.

EVſebius, & Petruſmartyr: quàm fauſtus, quam fœlix Orthodoxæ Fidei, & infauſtus, atque ominoſus Hæreticæ perfidiæ binarius! alter nempe Euſebius quondam Epiſcopus Vercellenſis, alter ſcilicet Petruſmartyr Inquiſitor Mediolanenſis, ambo in eadem Inſubriæ Prouincia, Catholicæ veritatis propugnatores, & hæreticalis prauitatis expugnatores acerrimi: Primus in reſiſtendo, & obſiſtendo, ſecundus in perſequendo, ac proſequendo. Quorum ad inſtar auſpicatum & ego Apoſtolicorum Operariorum binarium hiſtorico præſenti in meo progreſſu nanciſcor, Fr. Fr Euſebij, & Petrimartyris Capuccinorum Theologorum, ac Concionatorum, ad eamdem Paduſanam cuſtodiam obſeruandam Canonicè emiſſorum: qui ſucceſſiuè vnus poſt alium, geminis ſibi inuicem immediatè ſuccedentibus annis, inibi excubantes ſolertes, ac ſolicìti ſe & Catholicæ Eccleſiæ propugnatores, & Caluiniſticæ Synagogæ expugnatores præſtiterunt, perpetuis & concionibus, & doctrinis non minus, quàm Catechiſmis, ac inſtitutionibus legitima dogmata explicare, & confirmare, atque ſpuria commenta reijcere, & infirmare ſtuduerunt. Vnde Fr. Euſebius proſcriptis exulibus quatuor pagorum regreſſum ad propria iterum artificioſè molientibus fortiter reſtitit, & pertentata molimina diſſoluit, atque hæreticalibus vinculis, ac pedicis abſolutos vndecim reſipiſcentes ab hæretica tyrannide liberauit, & in Euangelicam, ac genuinam filiorum Dei Spiritus libertatem vindicauit: poſtea per annũ pluribus exantlatis laboribus operatus, ad Guardianatus Gubernacula ſuſtinenda aduocatus receſſit, poſtquam bonæ famæ Religioſo, & grato odore vicinia illa repleuiſſet. I.

Ann. Chriſti 1651.

Hæreticorũ molimina diſſoluit.

Cui in Apoſtolico miniſterio, & in Æridani excolenda Statione immediatè ſucceſſit Fr. Petruſmartyr, qui ſolicitis in Excubijs ſedulus inuigilauit: Verbum Dei Euangelizando, per Villas, & Vicos diſcurrendo: pro Concione Populos docebat, pro Catecheſi verò rudiuſculam plebem inſtruebat: Sacramentorum adminiſtrationi inſiſtens, animarum ſaluationi incumbens, pro Apoſtolico munere, & onere ſtrenuè elaborando, non ſpirituali modo in ædificatione promouenda, ſed & in materiali conſtructione tàm Domicilij, quàm Apoſtolici Oratorij perficienda, ſiue ſaltem reſarcienda: veſtibuli Eccleſiæ muros compleuit, contignationem dormitorij confecit, intrinſeca quædam domeſtica ædificia inſtaurauit, ſupellectilem Sacram, & Religioſam cumulauit, & plura tàm pro Diuino cultu, quàm pro humano Religioſo ſeruitio neceſſaria cõparauit, per ſuæ reſidentiæ annualẽ curriculum, quo expleto & ipſe in Guardianũ electus, intra Clauſtra inuigilaturus receſſit. II.

Ann. Chriſti 1652.

Fr. Petruſmartyr animarum ſaluationi incumbens, tertialem conſtructionem Oratorij curauit.

CALCV-

CALCVLVS XX.

Fr. STEPHANI à VICONOVO Concionatoris per annum 1653.

I. PRæſenti anno Salutienſes Ciues, vt qua charitatiua & benignitate, & Religioſa deuotione Fratrum Minorum Capuccinorum Ordinem, & Congregationem proſequerentur, operibus palam proteſtarentur; arctiori licèt rei familiaris anguſtia, ob exceſſiuam vectigalium militarium præſtationem annuam, premerentur: Prouincialia nihilominus Pedemontanorum Capuccinorum Comitia in ſua Ciuitate congreganda poſtulauerunt, & conceſſa, atque congregata honorificentiùs, & munificentiùs vicinorum populorum concurſu, & applauſu, ſed multò magis ciuium optimatum, & Religioſorum magnatum, & ipſius Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Præſulis munificentia, ſimul & iugi pariter frequentia celebrarunt: prudenti adeò ordine, & prouida diſpoſitione, locis, temporibus, & miniſterijs diſtributis, & compoſitis; vt in numeroſioris confluentis turbæ continuo acceſſu, & receſſu, nullus penitus vel exiguus exceſſus contigerit, ſed tranquillè, pacificè, & regulariter cuncta ſpiritualia inibi in Eccleſia concionum, deprecationum, ſupplicationum, & Miſſarum exercitia à prima ad extremam vſque diem perfecta, & conſummata fuerint, ſingulari, ac ſpirituali gaudio, perfuſis cunctis recedentibus. Huius igitur Salutienſis Capituli Patrum diſpoſitione Fratri Stephano à Viconouo Paduſana Cuſtodia ad inuigilandum demandata, & commiſſa fuit. Iniuncto ergo, & commendato ſibi hoc officio laudabiliter vt fungeretur; ad Apoſtolicam Stationem cum perueniſſet Eccleſiaſticus Operarius, Euangelicæ prædicationi ſedulò cæpit incumbere, & per Eridani Vallem, & huius Vallis per Villas perambulando concionabatur, pro ſuggeſtu ſcripturarum oracula pandens, & pro Catechiſmo Chriſtianæ diſciplinæ præcepta, & dogmata tradens, explicans, & demonſtrans: ſicq; cunctis monſtrabat ſalutis ſemitam, & ſaluationis viam aperiebat, dum à concione, & catecheſi confeſſionibus Sacramentalibus excipiendis diutiùs, & vtiliùs incumbebat.

Salutienſe Capitulum commemoratur.

Ann. Chriſti 1651.

Fr. Stephano committitur Paduſana Cuſtodia.

II. Dum igitur circumeundo perambularet ſuæ Miſſionis terminos, exterminabiles quaſdam ſuperſtitiones, imò deteſtabiles nonnullos hæreſim redolentes abuſus, diuerſis in populationibus illis offendit: Primò audiendæ Miſſæ etiam in feſtis neglectum: Secundò recipiendorum Sacramentorum frequentiæ contemptum: Tertiò dimidiato Sacroſancto Sacrificio aſſiſtendi morem: Quartò ad mortem ægrotantibus non extremis Eccleſiæ Sacramentis, ſed ſacrilegis maleficorum, ſeù Pythoniſſarum coniurationibus accurrere, & ſucurrere. Has & conſimiles illis familiares, ſed noxias, atque corpori, & animæ pernicioſas ſuperſtitiones vt de medio tolleret, plurimùm laborauit Fr. Stephanus, dum pro concione huiuſcemodi prauæ, & deprauatæ conſuetudinis, imò irreligioſi abuſus malitiam, & deformitatem demonſtrando: primùm vt reſipiſcerent, obſecrabat, poſtmodum arguebat, & increpabat: tandem condignas ſcelerum pœnas reis à Sacris Tribunalibus infligendas minabatur, ſeq; ad hoc tamquam Sacræ Inquiſitionis Miniſtrum, & Vicarium cooperarurum comminabatur, & proteſtabatur: denique cum tres montanas Vualdenſium quondam populationes, & habitationes agreſtes Pratigulielmi, Bioletti, & Biotonetri perluſtraſſet; Sacram Ædiculam in opportuno loco ædificandam propoſuerat, ſi diù ea in Miſſione perſtitiſſet, verùm cum per annum dumtaxat hic commoratus, Verzolium aduocatus receſſiſſet; ſucceſſori prædiſpoſitum opus perficiendum dereliquit.

Sacræ Inquiſitionis Vicariam poteſtatem gerit.

CALCVLVS XXI.

COMMVNIS

Fratrum PETRI MARTYRIS TAVRINENSIS, AMBROSII VERNATENSIS, & DAMIANI à SANCTODAMIAMO Concionatorum per annos 1654. 1655.

Heb. c. 7.

I.

DE priſca illa Iudæorum Synagoga, & Aaroniano Sacerdotio aiebat D. Paul. *Et alij quidem plures facti ſunt Sacerdotes, idcircò quòd morte prohiberentur permanere: Hic autem* (ideſt Chriſtus) *ſempiternum habet Sacerdotium, eò quòd maneat in æternum.* Summus quidem & Sacerdos, & Pontifex Secundum Ordinem Melchiſedech, Ieſus Chriſtus cum Deus, & homo pariter immortalis exiſtat, primicerius Sacerdotum in æternum ſedet in Cœlis, propriam ſuam Sacerdotalem auctoritatem per Hierarchici ordinis ſubordinatos & Præſules, & miniſteria inferioribus Miniſtris influens, participans, & communicans: vndè ſempiternum habere dicitur Sacerdotium, quia Sacerdotale munus, accepta ab eo poteſtate, exercent ſubordinati Leuitæ, qui idcircò quia morte in perpetuum permanere prohibentur; ideò vt plurificentur, neceſſarium eſt. Sicuti hoc anno in Paduſanis Excubijs effectum eſt: in quibus ad inuigilandum cum miſſus adueniſſet, poſt Prouinciale immediatè capitulum, Fr. Petrus Martyr Taurinenſis Concionator, huius in Statione iam olim operatus, vix modò per trimeſtre conſueta Apoſtolica exercitia in Euangelico Stadio reaſſumere occeptauerat, & viriliter proſequebatur; cum ex improuiſo lethali morbo correptus, de medio ſublatus eſt: vndè defuncti in locũ ſuffectus aduenit ſeptimi menſis ſub initijs Fr. Ambroſius Vernatenſis, validus & ipſe Seraphicus Pugil, qui vix Paduſanæ huius Stationis limina ingreſſus, egredi, & in opus, ad quod miſſus fuerat progredi excogitauerat, & diſpoſuerat; cum trimeſtri nondum elapſo, Paduſana Perruxiam (cuius ordinarius excubitor Fr. Paulus Taurinenſis diutino languore detentus abierat) iterum tranſmigrare, Superiorum mandato accepto, compellitur, ideò abeuntis in locum Fr. Damianus à Sancto-Damiano præcedentis condiſcipulus, Sacræ Theologiæ laureatus, & feruidus Sacer Orator ſubrogatus aduenit, & ſuo aduentu, venturæ Apoſtolicæ agricolationis exercitamenta ſibi ex officio ſubeunda, & perficienda diſponit. Cum enim vegetioris naturæ, & feruentioris ſpiritus operoſitate polleret, non languentia Chriſti membra ſpiritualiter ad mortem ægrotantia negligebat, imò ægris animabus periclitantibus ſalutis antidotum ſubminiſtrare, & opportunum remedium afferre feſtinabat: prædicabat igitur, ſermocinabatur, Sacramentales pœnitentium expiationes patienter excipiebat, ignaros inſtruebat, errantesq; reducebat, cunctos deniq; ad bonum inducere conabatur, ſicq; cunctis ſuæ Miſſionis diebus operabatur, Aduentus, & Quadrageſimæ concionibus perutiliter inibi abſolutis. Haud attamen ſe abſolutè opus Euangelicum completurum intelligebat; niſi & ſingulis, ac omnibus feſtiuis, ac Dominicalibus diebus per ſingulos, & omnes Vallis Pagos percurreret Euangelizando Regnum Dei, ſicuti & infatigabiliter perfecit: quodcunque vel aſperioris itinerationis, vel inclementioris tempeſtatis, vel laborioſæ fatigationis incommodum floccipendens. Propenſos (dum peragraret per Oppida) plures Oppidanos promiſcui ſexus incurrit, quaſdam ad morum corruptelas, & Sacrorum violationes, Sacramenti Pœnitentialis ſignanter inuenit: quamobrem pro ſuggeſtu in Sacrilegos vſus vehementer inuehi & occeptauit, & perſeuerauit, donec ſi non omnes, plures ſaltem à ſacrilegijs retraxerit, præcipuè cum Sacræ Inquiſitionis vicarias vices gereret, atque ſedulò inquirendo, ac examinando exerceret. Morum autem correctionem copioſiùs quoque vt conſequi valeret; Chriſtianæ vitæ & rudimenta, & dogmata faciliùs tradere geſtiebat: vnde catechiſmi Parochorum vſum, qui iam aboleuerat, etiam Reuerendiſſimi Antiſtitis auctoritate interpellata, reſtituere enixus eſt.

Lethali morbo correptus moritur, & in eius locũ ſufficitur Fr. Ambroſius.

Ann. Chriſti 1654.

F. Damianus ſubrogatur in locum F. Ambroſij.

Abuſus nonnullos abſtulit.

II.

Quinto, & quinquageſimo currente hoc anno ſeptimi decimi excurrentis ſæculi, Carolus Emmanuel II. Sabaudiæ Dux, & Cypriorum Rex contumaces Religionarios Lucernenſes armis compeſcere coactus fuit: aduerſus quem prænalere non valentes rebelles, contra Conuallicolas Catholicos inſurgere, ſimul ac deſæuire voluerunt. Quapropter plures ex his ne à legitima Matre Eccleſia, & Orthodoxa Fide deficere Caluiniſtarum violentia cogerentur; à proprijs laribus exu-

lare ſpontè elegerant: vnde Fr. Damianus de horum perielitantium; & exulantium neceſſitatibus admonitus, Paduſana Lucernam profectus eiectos conquiſiuit, conquiſitos autem congregauit, atque ſolatus eſt, melioris fortunæ ſpem illis auſpicando, ſignanter ſi Hæretica Lucernenſi Valle derelicta ad Paduſanam Conuallem ſecum pergerent; cui monenti, & adhortanti cum auſcultaſſent plurimi, horum auſcultantium coactam turmam Capuccinus Apoſtolicus ductor Paduſanam ſecum perduxit, congruis cibarijs ſubſidijs & in via, & in hoſpitio indigentibus impenſis. Fidelibus igitur aduenis cum neceſſaria hoſpitia apud Paduſanos prouidiſſet; ſufficientem quoque, ſi non abundantem alimoniam procurare, & præſtare ſtuduit: ideò tum ex proprio commeatu portione detracta, tum ex Fidelium eleemoſynarijs elargitionibus, & pro concione, & pro perſonali ſua mendicatione collectis, patientibus, & indigentibus ſuccurrit. Verum cum cordis anguſtia preſſi, ferè vniuerſi hi alienigenæ in morbum incidiſſent, Fideliumque indigenarum præſtationes elangueſcerent; Eccleſiaſticus Cuſtos petentantibus vt ſuccurreret; ad conſuetos deſtitutorum Tutelares Patronos confugit, nempè ad Reuerendiſſimum Dominum Taurinenſem Nuncium, atq; Excellentiſſimum D. Marchionem de Planitia, qui ambo pariter, & protinus eleemoſynarijs ideſt pecuniarijs ſubſidijs tranſmiſſis, per Capuccinum Miſſionarium voluntarijs illis pro Fide exulibus pia ſubſidia ſubmiſerunt. Quinimmo cum in Patriam regredi his pernicioſum conſpiceret prædictus Excellentiſſimus Marchio, apud Pedemontij ſuum Dominũ egit; vt aliò ad incolandum emiſſis ſtabilia bona, & habitacula præſtarentur. At his eiectis non vſquequaque longiùs ire, acquieſcentibus, in Padi Valle Stationem ſumere, & inhabitare ſuaſerunt, & perſuaſis fauorabile patrocinium præſtiterunt. Adſtante ſemper, & operante Apoſtolico Excubitore, qui cum ſemel Oiteinum perueniſſet, vt concionaretur; ibique octo ex diſperſis Catholicis Lucernenſibus inueniſſet; protinus recollectos Paduſanam ſub ſua tutela perduxit. Sicut mulierem quamdam in itinere à militibus ſibi ereptam tandiù proſequens, & raptores perſequens conquiſiuit; donec laborioſè quidem ſed gaudenter recuperatam ouẽ ad gregem reportauerit. Sanctæ quoq; Martis Eccleſiæ ex Angronianis Religionarijs quatuor reduces ad gremium perduxit, ſimul & Paduſanos quoſdam rixantes, & digladiantes ad pacis fœdera ineunda adduxit: ſicque laudabiliter operando ſuæ Apoſtolationis integrum annum conſummauit, & Cadralium laboraturus migrauit.

Lucernenſes quoſdam exules excipit, & fouet.

Anni Chriſti 1655.

CALCVLVS XXII

COMMVNIS

Fr. Fr. SERAPHINI à MONTECALERIO, & STEPHANI à VICONOVO Concionatorum per annos 1656. 1657. 1658.

I. ET vnus, & alter, & ſemel, & iterum hanc ad Miſſionem exercendam iam electi præordinati, & deſtinati comparuerunt in Eccleſiaſtico Amphitheatro prærecenſiti Euangelici Athletæ Capuccini, ſucceſſiuè per diſcreta tempora, & diſtinctos annos à Superioribus emiſſi. Elapſos igitur per binos annos venerat laboraturus prior Fr. Stephanus à Viconouo, haud tamen nouus ipſe miles in Apoſtolica militia, imò veteranus, & vigilax Excubitor, cum ipſe in Æridani Valle inter Varaytanam, & Lucernenſem Conualles media conſiſteret; ſubintelligeretq; Hæreticos Delphinenſes cum Angronianis communicantes per Paduſanos Agros ac Pagos, ſeu Montes, & Alpes pertranſitare; voluit in ſuis excubijs ſolicitior inuigilare, quo cunctorum, vel redeuntium Hæreticorum furtiuos aggreſſus, vel regreſſus obſeruaret: in circuitu igitur perambulantes negotiantes deprauatores Caluiniſtas, ſtatutorum limitum præuaricatores, & legum violatores ſexdecim emiſſo ſatellitio comprehendit: ex quibus quinque Caluiniana in perfidia deſipientes proprijs Tribunalibus caſtigandos conſignauit: vndecim verò Religioſi Fidelis monitoris, ac Doctoris monitis, doctriniſque acquieſcentes, Catholicè ſapere voluerunt, atque Romanæ Eccleſiæ albo ſua nomina conſcribenda dederunt. Quinimmò ne rurſus Hæreticam lepram, vel luem contrahere contingeret; vltrò à Patrio ſolo egredientes partim in Sancti Petri, partim in Paduſanę Villis domicilium elegerunt, & ſtatuerunt. Quibus conſueta pro ſua charitate, & pietate Fr. Stephanus ſtabiliter aſſiſtere voluit, pecuniaria congrua ſubſidia à prærecenſitis geminis Fidei, & Fidelium Patronis Reuerendiſſimo Taurinenſi Nuncio, & Domino Pla-

Anni Chriſti 1656.

Hæreticorũ furtiuos trãſitus obſeruat, & præuaricatores detineri curat F. Stephanus

nitici Marchione reportauit, ſicque quaternis reducum integris familijs in neceſſitatibus ſubuenit, quinimmò per communis rei Paduſanæ adminiſtratores geminę reſipiſcentium iterum familiæ immobilia bona, nempè iugerum congruam portionem aſſignari curauit, quibus à perſoluendo vectigali conſueto per quinquennium exemptionem impetrauit. Conſimilia ergo, & conſueta prædicandi, cathechizandi, & miniſtrandi Apoſtolica munera exactè exercens, biennium laudabiliter terminauit.

Inchoauit autem, cò immediatè de Pancalerij Statione tranſlatus, Fr. Seraphinus à Montecalerlo decurrentem præſentem annum quinquageſimum poſt ſexcentum & mille laudabiliter. Quippè qui tam loci, quam negotij peritia præditus, à pluribus annis tū Padi crepidines Apoſtolando peragrauerat, tū Euāgelizādo Paduſanorum animas de Mundi fluctibus, & delictorum voraginibus expiſcari ſtuduerat Studioſum igitur Minoritam hunc fidelem, & ſolertem operarium numquam à labore dimittentes, ſed operibus Enangelicis aſſiduè implicantes Apoſtolici Prę-ſides, de Statione ad Cuſtodiam transferentes, miniſteriale pondus dici, & æſtus iugiter ſuſtinere illum voluerunt, ſecundò iam ad Paduſanos deſtinatum. Prædeſtinatum igitur, & demandatum ſibi onus reaſſumere non perendinauit, quinimmò conſummare accelerauit: laborioſa cuncta Eccleſiaſtici ſui miniſterij, egregia facinora aggrediendo, exequendo, & longanimiter perficiendo. Perſtat modò in actione Stationarius, & in Statione operoſus: quid autem operis peculiare hactenus patrauerit, nondum ad nos peruenit.

II.

Ann. Chriſti 1657. 1658.

PANCALERII APOSTOLATVS RATIOCINIVM VNDECIMVM.

D. O. M.

CHRONOTAXIS.

ANNO SECVNDO ET VIGESIMO POST SEXCENTVM ET MILLE A SALVBERRIMO SVMMI REGIS IESV CHRISTI NATALI:

GREGORIO QVINTODECIMO PASTORVM ARCHETYPO CONCEDENTE: CAROLO EMMANVELE I. PEDEMONTANVM PRINCIPATVM ADMINISTRANTE: ARCHIEPISCOPALI TAVRINENSI SEDE VACANTE: PETRO FRANCISCO COSTA EPISCOPO SAONENSI, APOSTOLICO NVNCIO TAVRINENSI ORDINANTE: FR. PAVLVS MARIA ASTENSIS, PROVINCIALIS CAPVCCINORVM MINISTER IN PEDEMONTANA FAMILIA, SVOS CAPVCCINOS ALVMNOS PANCALERII IN PEROPVLENTO OPPIDO EVANGELICOS STATIONARIOS FIRMAVIT, QVI PRO ECCLESIASTICO SPIRITVALI REGNO SVSTENTANDO COLLABORARENT.

PANCALERII RATIOCINII SYNOPSIS

Præambuli Numeri Quinque.

Primus	Geographicam	Relationem exhibet.
Secundus	Poſitiuam	
Tertius	Hierarchicam	
Quartus	Errorum, & Hæreſis	Originem perhibet.
Quintus	Apoſtolatus, ideſt, Miſſionis	

Calculus Primus.

Communis

Gemini Præcurſoris Apoſtolici F. F. Ioannis Baptiſtæ Scalenghenſis, & Franciſci à Montecalerio Concionatorum per annos 1620. 1621.

Calculus Secundus.

Apoſtolici Operarij Fr. *Ludouici Nicienſis* Concionatoris per annum 1622.

Appendix.

Fr. Petri à Planitia Concionatoris.

Calculus Tertius.

Fr. Franciſci à Montecalerio Concionatoris per annos 1623. 1624. 1625. 1626. 1627. 1628.

Calculus Quartus.

Fr. Petri à Planitia Concionatoris per annos 1629. 1630. 1631.

Appendix.

Fratrum Victorij Amedei Paſſeranenſis, & Pauli Taurinenſis Concionatorum per annos 1631. 1632. 1633. 1634.

Calculus Quintus.

Fr. Ambroſij à Montecalerio Concionatoris per annum 1635.

Calculus Sextus.

Fr. Franciſci à Monteregali Concionatoris per annos 1635. 1636. 1637.

Calculus Septimus.

Fr. Ioachim à Gaxino Concionatoris per annum 1638.

Calculus Octauus.

Fr. Antonij à Ciliano Concionatoris per annos 1639. 1640.

Calculus Nonus.

Fr. Amedei Taurinenſis Concionatoris per annum 1641.

Calculus Decimus.

Fr. Mauritij à Cæua Concionatoris per annos 1642. 1643. 1644.

Appendix.

Fr. Gregorij à Monteregali Concionatoris.

Calculus Vndecimus.

Fr. Ioſeph à Summaripa Concionatoris per annum 1645.

Calculus Duodecimus.

Fr. Michaelis Angeli à Taurino Concionatoris per annos 1646. 1647. 1648. 1649. 1650. 1651. 1652. 1653.

Appendix.

Fr. Hilarionis à Bouiſio Concionatoris.

Calculus Tertiuſdecimus.

Fr. Mauritij Cæuenſis Concionatoris per annos 1654. 1655. 1656.

Calculus Quartuſdecimus.

Communis
Fr.Fr. Seraphini à Montecalerio,& Io.Chryſoſtomi à Taurino Concionatorum per annos 1657. 1658.



Digitized by Google

PANCALERII IN APOSTOLATU

CAPUCCINORUM OPERARIORUM

pro Eccleſiaſtico Regno laborioſi Proceſſus numerantur, & calculantur.

RATIOCINIUM UNDECIMUM.

Geographicam notitiam exhibet Praambulus.

Num. I.

PANCALERIUM peropulentum Ciſalpinæ Galliæ Oppidum, poſitum iacet recto in angulo, quem Padi vorticibus propria fluenta abſorbenda offerens, & concedens efformat Pelex fluuius, qui ab Alpium Cottiarum quodam eleuato iugo, Pratum dicto, primariam originem copioſis ex ſcaturiginibus deducens, decem & octo Pedemontana milliaria per Lucernenſem Vallem decurrit, ſuoq; procliui decurſu in montium decliuo iuxtapoſitorum contra Meridiem Pagorum prata irrigat: nempè Bobbij primò, deinde Villaris, Tertiò Turris. Cuius in confinijs collateralium obuiantium geminorum riuorum & vndas abſorbet, & nomina: nempè ab Auſtralibus & Valleculа, & Villa Rocata defluentis Lucernæ, & à Septentrionalibus Angronianis & Conualle, ac populationibus præterlabentis Angroniæ, ſibi inuicem confluentium ſupra Lucernam inſigniorem Pagum: cuius in Aquilonari plano agro Sancti Ioannis, in Meridionali verò Mõtano Lucernettę adſtant peramænæ Villulæ, infrà quas præ anguſtioribus Vallis foribus ad ſiniſtrum Fenile, ad dexterum verò latus reſidet Bibbiana, ab hac diſcedendo in Campilionum, ab illo deſcendendo in Garzilianam inciditur, olim Mombrunum à Leandro Alberto in deſcriptione Italica in initio Lucernenſis Vallis conſtitutum. Vnde per Caburri & Villęfrancæ ex vna, Macelli, & Vigoni confines ex altera parte tranſgreſſis, vix quinis milliaribus digreſſis Pancalerium occurrit. Inſignis hæc Villa, & ampla illa proxima Vallis fęcundo, amęnoq; ſatis ſolo prædita, haud inſalubri Cęlo, ſimul, & climate gaudent: tritico, vino, fœno, frugibus, fructibuſq; ager exuberat: armentis diues excultus planus, nec inexcultus montanus gregibus abundat. Habitatores alpeſtres quidem ruricolæ, armentarij, laborioſiq; Operarij: domeſtici autem ſolertes, induſtrij, atq; acrioris ingenij, mercaturam exercent, mechanicis, liberalibuſq; artibus idonei incumbunt. Proceres plurimi militiæ, litteriſq; inſigniter operam nauant in Lucernate Valle: Cui Occidentem Queyratia claudit, Meridiem Paduſana oſtendit, Septentrionem Petruxina Vallis abſcondit, Orientem verò Pancalerienſis planities aperit, & demonſtrat, quæ ad Lucernenſis tractus veſtibulum, ſiue atrium reſidet.

Pancalerij oppidi ſituatio.

Lucernę Vallis Status deſcribitur.

Politicam notitiam exhibet Praambulus.

Num. II.

PAncalerienſis igitur huius & Pagi, & Agri ſupremi dominatus legitimi poſſeſſores perpetuò extiterunt Sabaudi Duces, qui ſuæ Italicæ Marchiæ Zelotes Cuſtodes, Marchionales aditus opportunis excubijs præmunire ſedulò elaborauerunt. Vnde quoniam Angroniani Vallicolæ, à quibuſdam ſæculis ſub efficta religionis ementito titulo, veræ ab Eccleſia deſertioni, & à legitimo Principatu

Sabaudi Ducis ditioni ſubditæ Pãcalerij Villa & Lucernę Vallis.

cipatu deſectioni aſſueſcere haud dubitarunt, ad hoc extraneis adſcitis ſuppetijs: ideò pro Lucernenſi tractu, ſiuè tranſitu ad Viennenſes, vel à Viennenſibus Sectarijs cuſtodiendo, ipſo in Vallis vertice Mirabochi fortalitium prælidiarijs cum militibus, & Cuſtode conſtituit. Conſtructa plura quondam & Bobij; & Villarij, & Turris, & Lucernæ, & Bibbianæ conſiſtebant munita Caſtra intra Vallares Sinus, ipſo in ingreſſu perſtante Mombruni Pelicis in rupe Munitiuncula, quæ tamen vniuerſa hæretica inſolentia, & violentia deſtruxit, & abſtulit, ne intrà præſcripta iuris, ſine iuſti limina armorum repagulis concluderetur inobediens proteruia. Quamobrem ad inferiores Lucernenſis Vallis fores obſeruandas Bricheraſij munitiſſimum quondam Oppidum ad Aquilonem conſtruxerant Pedemontani Principes, & in Auſtrali veſtibulo ſupra eleuatum media in planitie eminentiſſimum ſolitarium collem inſuperabilem Caburri Arcem erexerant: quæ tamen gemina munimina furente Gallico factionario Marte (ne dicam Sectario inſidiante Mercurio) diuerſis temporibus ſubuerſa fuerunt: excitauit tamen ſub his dicbus dimidiati ſeculi ſeptimi decimi validum Carol. Emman. II. Brachium in Oppido Turris Aeropolim, ad quam tamquam firmiſſimam petram rebellãtium Caluiniſtarum nefaria molimina eliderent. Lucernæ Vallicolis à vetuſtioribus Sæculis preſident Proceres tergeminæ nobiliſſimæ familiæ Rorenchiæ, Manfrediæ, Biliotiæ, ſub Comitatus, & Marchionatus titulo. Pancalerij lat loti in Vallis atrio adhuc Caſtrũ ſubſiſtit, vnde & inibi ſupremus Marchio ſubordinatam aliam Marchiam conſtituit, & nobiliſſimos Quirites Sabaudos Lullinos auratos Equites Marchiones inſtituit.

Hierarchicam notitiam exhibet Praambulus

Num. III.

CVm igitur accendantur Lucernæ in domo Eccleſiæ, vt qui ingrediuntur, & congrediuntur lumen videant, & qui in tenebris cæcutiunt ad lucis contuitum, & ducatum greſſus in directum dirigere valeant; Taurinenſes Sacri Præſules (à quibus fidei, & pietatis lumen ordinario iure recipere perſeuerarunt Pancalerienſes) hoc in Catholico Oppido Eccleſias, primò Parochialem ſub Sancti Nicolai Epiſcopi titulo, deinde Tutelarem ſub Virginis gratiarum inuocatione, Tertiam Opitularem Congregationis diſciplinatorum, ſub vexillo S. Bernardini militantium, Poſtremo ſacrum in confinibus Sacellum ad honorem Sancti Epiſcopi, & Doctoris Ambroſij (vt cætera plura omittam) conſtruenda, aut curauerunt, aut conceſſerunt. Quinimmo Landulphus, qui in vndecimo Sæculo Auguſtæ Taurinorum Epiſcopatus eſt, inſignem Caburri Abbatiam Sanctæ Mariæ à fundamentis excitauit, ac dotauit, ſicque excubantium Monachorum Stationem cuſtodialibus in oris collocauit: deplorandis illis in tempeſtatibus, quibus Vnaldenſium, Albigenſium, Gazarorum impiæ Sectæ, iam iam exorituræ, concipiebantur in Eccleſiæ Catholicæ perniciem, ſignanter in Lucernenſi Valle Pancalerij Marchiæ adſtante. In illa tres olim Monachorum domus, ideſt Prioratus ſtabant: in Villari vnus ſub Sancti Chriſtophori, in Sancto Ioanne alter ſub Sanctæ Mariæ de Perno, in Bibbiana tertius ſub Sancti Marcellini titulo, in quo Parochialia munia exercebantur, ſicuti Mombruni in Eccleſia Sancti Benedicti (tranſlata modo in Garzilianam) Campilioni Sancti Ioannis: in Fenili SS. Coſmæ & Damiani: Lucernæ Sancti Iacobi Apoſtoli: Angroniæ Sancti Laurentij: in Villari Sancti Mauritij, in Turre Sancti Martini, Rorataæ Sancti Nicolai, Bobij tandem Matris Dei Aſſumptæ ſub veneratione Parochialia Templa reſidebant.

Ann. Chriſti 1010.

Et Taurinẽſibus Præſulibus ſpiritualis poteſtas competit.

Erroris, ideſt Hareſis originem perhibet Praambulus

Num. IV.

CIrca antiquam Pancalerienſis Villæ religionis profeſſionem nihil ſingulariter dicendum occurrit, niſi quod communem Subalpinorum conditionem ſubierit, & experta fuerit. Nimirum inuadentibus Gallis, & Germanis (hi Lutherani, illi Caluiniani) Pedemontanam Prouinciam, & impia dogmata diſſeminantibus, & propinantibus ſicuti accolæ, ita & Pancalerij incolæ ebibere potuerunt, ſi non omnes, ſaltem aliqui hæreticum venenum. Verùm ſaluberrimis edictis, & Emmanuelis Philiberti, & Caroli Emmanuelis I. vniuerſa expurgata Prouincia, à Pancalerio pariter, ſi qui erant, Hæretici exulare, vel abiurare iuſſi ſunt. Donec Pancalerienſis quidam Sebaſtianus Bazanus (teſte D. Priore Lucern.)

Ann. Chriſti 1561. 1602.

Qualis fuerit Religionis Status in Pancalerio.

qui

qui profeſſione Agaſo, ſiue mulio nonnulla iumenta ſtimulis agitans, Satanicis ſtibus, & ipſe exagitatus ad Lucernenſes ſæpè ſæpiùs negotiaturus cum adueniret, eóq; frequens diuerteret; familiarem adeò cum Caluinicolis conueniendi, & congrediendi facilitatem, atque conſuetudinem breui manu contraxit; vt de propria etiam impiè paciſceretur fide: orthodoxa Romana pro adulterina Caluiniana permutata. Hinc(vt moris eſt impudentium Hereticorum) à Clitellis ad Cathedram pergere contendens, atque ex Agatone Apoſtolus fieri anhelans temerarius Euangelici muneris inuaſor, nequiter in preſepibus, caulis, & meritorijs tabernis dogmata venditabat iniqua. Initium loquendi huius Pſeudoprophetæ in ſua Patria fuit: & principium publicè inuehendo, & detrahendo, non ſingularibus oppidanis religioſis, ſed vniuerſo Clero: in vniuerſum Religionis ſtatum, profeſſionem, & mores coarguere, ordinis Eccleſiaſtici exiſtimationem dilacerare, & diminuere ſatagebat, iuxta hereſiarcharum conſuetudinem. Indè ipſe(vt Eccleſiaſtica iura etiam ſpernenda perſuaderet exemplo) cibis vetitis diebus interdictis publicè, ſcandaloſè veſci non erubuit. Verùm cum impietatis pœnas luere pertimeſceret. apud pietatis aduerſarios, impiorum Tutelares ſe recepit in Conualiem Lucernæ, vbi apertè Catholicæ Eccleſiæ perduellē ſe ſe profeſſus eſt, & epoto abominationū calice vſque ad fæcem, ſub mercimoniæ titulo in patriam venitans, quod ebriosè, & Sacrilegè ebiberat. ſubdolè eructabat, & occultè euomebat: aduocatis conuenticulis perditorum in haris, & caulis, quibus technis iam nonnullos diſſolutionis, & impudientiæ amatores hæretica lepra infectos, breuioris temporis ſpatio ad ſe adduxerat. Quapropter Sacro Magiſtratui veluti Læſæ Maieſtatis Diuinæ reus traditus, tandem publicè Taurini ignibus concrematur, anno milleſimo ſexcenteſimo ſecundo, & vigeſimo.

Lucernenſ M m. H.ſt. cap. 38.

Pancalerienſis Agaſo Lucernæ epotā hæreſim in ſua patria eructare conatur

Miſsionis exordium perhibet Præambulus

15 Num. V.

VErùm enimuerò Deus omnipotens, cuius prouidentia in ſui diſpoſitione non fallitur, ſed immittendo morbum, parat ex-aduerſo medicinam, nec impediendo percuſſionem, impertitur efficax malagma, nec Eccleſiam ſuā deſerit in finem: ex eadem patria deſertoris apoſtatæ prouidit propugnatorem Fidei, vndè originem ſuam trahebat mulio, proceſſit & Sacerdos, Orthodoxæ Fidei zelator, nomine Iaffreddus Mutta, ex honeſtioribus Pagi familijs, Taurini in Seminatio optimis moribus inſtructus, vnde exercitio, & profeſſione ordinatus Parochus, Eccleſiæ Parochiali Pagi dicti Turris à Domino Carolo Brolia Archiepiſcopo Taurinenſi preficitur. Pācalerientiū igitur Optimatū publico coacto cōcilio ſolicitudine, & prouidentia zelotis huius Sacerdoris, qui pietati patriæ reſtituendæ ſponte oblato, atque dicato, in alendis Apoſtolicis Satoribus Capuccinis, ſi Pancalerium aduocarentur; liberèq; oppignorato patrimonio, negotium perurgebat: nonnullis licèt diſſentientibus, conſentientibus plurimis, ac potioribus, Capuccinisq; Præſulibus tandem aſſentientibus: Romanæ Curiæ communi Oppidanorum nomine ſupplici, ſed efficaciori expoſtulatione porrecta, poſt biennij accuratam, atque ſolicitam negotiationem Gregorio XV. Pontifice Maximo annuente, ab Eminentiſſimis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide Apoſtolico accepto decreto, Reuerendiſſimus Dominus Franciſcus Coſta Epiſcopus Saonenſis, Taurinenſis Nuncius per geminos Fratres Minores Capuccinos, à Fr. Paulo-Maria Aſtēſi tunc Prouinciali Miniſtro deſignatos, ac ſibi oblatos Capuccinorum Apoſtolatum inſtituit, & in Oppido Pancalerij conſtituit: opportunis, atque neceſſarijs adhibitis prouiſionibus, & facultatibus: anno ſecundo & vigeſimo vltra milleſimum ſexcenteſimum. Haud importunus quidem hic Cuſtodiæ, & excubiarum locus, quò ſi quando non aquarum modo, ſed & iniquarum Sectarum inundātes alluuiones ab Angronianis antris, & Saraulcis ſpecubus in Pedemontanam candidatam plebem, atque candidam Catholicam Fidem irruerent, vel ſaltem ruere conarentur; domeſticis Euangelicis aggeribus, nempè Miſſionibus, de propinquo inuigilantes auxiliares, copiæ Apoſtolicorum militum, intentata violentiæ accurrere, & occurrere valerent; vlterioremq; prolapſum prohiberent.

Ann. Chriſti 1622.

A Pancalerienſi Sacerdote huius Apoſtolatus excitata primordia.

11.

CALCVLVS PRIMVS
COMMVNIS.

Gemini Præcurſoris Apoſtolici F. F. IOANNIS BAPTISTÆ SCALENGHENSIS, & FRANCISCI à MONTECALERIO Concionatorum per annos 1620. 1621.

I.

Ex Vigonienſi Cœnobio miſſus Præcurſor Fr. Ioannes Baptiſta.

PEr Euangelicam mox mittendorum Apoſtolorum prædicationem veteri abrogata, iam iam nouam gratiæ, & pietatis legem populis Dominus conceſſurus, Ioannem Baptiſtam religioſum Eremi Incolam, Iordanis fluminis amnicolam, Præcurſorio munere inſignitum præmiſit: quò præuia declamatione Baptiſmi Pęnitentiæ, ad vias Domini in ſalutem per diſcipulos aduenientis excipiendas deprauatam plebem prædiſponeret. Prædeſtinauerat Diuina Clementia Pancalerienſi populo nouam gratiæ, vel Pietatis formam concedere, ſiue incuria, vel nequitia antiquatam genuinā Primitiuam Eccleſiæ formam reſtituere, per Apoſtolicorum Operatiorum iam iam mittendam prædicationem: Ideò Minoriticæ Religionis Eremi religioſum Incolam, Capuccinorum Vigonienſis Cęnobij Pancalerio proximi Accolam, Fratrem Ioannem Baptiſtam Scalenghenſem nobiliori genere exortum integerrimæ vitæ, ſimul & morum honeſtate, nec non ardentioris Seraphici ſpiritus, & zeli Sacrum Oratorem eximium præmandauit, quò à ſalutis ſemita aberrantes, ad vias iuſtitiæ requirendas excitaret, libenter ad hoc, & lętanter excipientes ſuperuenientes pedes euangelizantium pacem, annuntiantium bona.

Ann. Chriſti 1620.

II.

A quibus primitus acerſiti Capuccini.

Publicis curialibus honeſtioribus muneribus honorificè exercendis, iam diù propria domo aberat pius quidam, & præclarus Pancalerienſis Legiſperitus, nomine Franciſcus, agnomine Clara, qui tandem in patriam regreſſus circa quartū luſtrū ſæculi ſeptimi decimi, à patrijs laribus pietatē auitā exulare ingemiſcens, atque maiorum ſuorum orthodoxam Fidem labefactari pertimeſcens, pijs Reuerendi Sacerdotis Iaffredi Murræ deſiderijs annuens, & conatibus cooperans, cum Franciſcanam Capuccinorum familiam ſingulari affectu proſequeretur; zelotis ſui conterranei Iaffredi placitis propria ſtudia copulans, conueniunt pariter Legiſperitus, & Sacerdos Pancalerienſes; vt ad annuales conciones in Patria Paręcia habendas euangelicum declamatorem Capuccinum à proximiori eorum Conuentu Vigoni conſtructo acceſſerent, anno vigeſimo poſt ſexcenteſimum milleſimum. Quibus pijs votis annuens Prouincialis Capuccinorum miniſter, miniſtrando Pancalerienſi populo Verbo Dei, Fratrem Ioannem Baptiſtam prænidicatum deſtinauit, qui Vigono Pancalerium ſingulis & Dominicis, & profeſtis diebus, quouis corporis, ſiue temporis, aut itineris incommodo, aut inopportunitate ſedulò ventitans, ventilabrum Domini, nempe euangelicum verbum manu, & ore, idest verbo, & opere exagitando aream Eccleſię, ſiue conſcientiæ ventilare, & permūdare aggreditur Dormientibus hominibus, ſcilicet cultoribus non zizania modò inimicus homo ille Sectarius Baſanus diſſeminare quiuerat; ſed & per agrū hominis pigri percrebruerant ſpinæ, & totam ſuperficiem operuerant vrticæ vitiorum, criminum, irreligioſitatiſque præcipuè, quamobrem aſſiduæ, & validæ prędicationis ſarculo, quin vomere validiori nitebatur infatigabiliter Frater Ioannes Baptiſta, ſpiritualem agrum, Pancalerienſem populum improbitatum ſentibus expurgatum, Chriſtianæ probitatis cultura exercitum, pietatis, & pęnitentiæ dignis fructibus proferendis idoneum reddere. Edidit quidem exculrus ager, ſi non vberrimos, ſaltem primitiuos fructus: Euangelicis namque exceptis ſeminibus copioſiores cęperunt conceptus apparere abundantioris, & fęlicioris partus futuræ ſaluationis animarum ſpem omiuantes: Quamobrem talis Religionis, & religioſorum huiuſcemodi cōcionatorū ſtudio illecti Oppidani Pācalerij, Murraq; & Clara receſſit: pręcipuè, Præſules Capuccinorū pro quadrageſimali proximi futuri anni vigeſimi primi poſt milleſimū ſexcēteſimū Pręedicatore obtinendo, iterū interpellant: quorum honeſtis poſtulationibus libēter indulgentes Patres, quadrageſimalibus laboribus exantlandis Fratrem Franciſcum à Montecalerio Diuino Spiritu afflati, deſtinant, qui opportuno tempore commiſſo ſibi populo adeſſe feſtinat.

Profeſtis diebus F. Ioānes Baptiſta Pancalerienſem populū à ſentibus expurgare curat.

Pro Quadrageſimalibus Cōcionibus habendis deſtinatur Fr. Franciſcus.

III.

Interim quartus iam agebatur annus, ex quo huic & Pago, & Paręciæ arcano Dei Iudicio *pæpoſitus fuerat* (inquit D. Marcus Aurel.) *curandis animabus minus idoneus, alienigena quidam Sacerdos, qui nihilominus ſolicitè neglectum gregem tondere fatagebat,*

Lucernenſ. M. hiſt. c. 39.

tagebat, quem tamen congruo doctrinæ, & exempli pabulo paſcere negligebat. Ille cum Gladiatorem magis, quàm Sacerdotem rectorem præſeferret moribus aſpectui cõſimilibus, ſcandali potius offendicula, quàm curationis adminicula populo præſtabat. Veluti Fabri iumentum ferro, & armis onuſtus perpetuò incedebat, ita vt vix Sacerdotalibus indutus, Sacra ad Altare conficiens ſuper altari arma ipſa deponeret corã populo, Lictoris perſonam proprius, quàm Presbyteri repræſentans. Quotidiana, ſeu manualia illius exercitia Aſtragalizatio, ideſt taxillorum ludus; atq; cuiuſlibet generis alearũ interdicti luſus cõputabãtur: cõſueta, familiaris ſimul, & domeſtica conuerſatio in lupanaribus luxurioſè viuendo, conniuendo criminoſis proſcriptis, & ebrioſis in comeſſationibus, & cauponis, quoniam & ipſe capitali pena proſcriptus pluribus à regionibus exulabat. Quaſi à propria etiam Eccleſia voluntariè exul, vix aliquando ſacra limina ingrediebatur, ſicut & raro admodum celebraturus ſacroſanctis aris manifeſtè inuitus appropinquabat, ſpiritualia pertractare abhorrebat, Sacramenta etiam neceſſaria ægrè admodum, & difficulter coactus adminiſtrabat.

R. ctoris cõditiones referuntur.

IV. Sicuti igitur feſtinus ita, & opportunus ſpirituales Pãcalerio ſuppetias allaturus Fr. Franciſcus adeſt, circa quinquageſimæ feriatos dies, eòque vix appulſus non aperta modò teſtante euidentia, ſed & euidenti quotidiana conteſtante experientia, offendit Parochum veluti Bacchi, Cereris, & Veneris Sacrificulum, Bacchanalibus potiùs ingurgitationibus, & impudicitijs diu, noctuque protrahendis, & frequentandis incumbere; quàm vel minimum aliquid, pro penitentialibus expiationibus ritè initiandis, excogitare. Cogitauit igitur Fr. Franciſcus ſui muneris, & demandati ſibi oneris eſſe, cò gnauiùs ſolertiorem operam iuuandis illis populis nauare; quò ignauiùs vecors Parochus à proprio Parochiali opere vacabat. Accinxit ergo ſe, & quadrageſimalibus congreſſionibus fortiùs, atque feruentiùs peragendis præcinxit. Declamare igitur pro ſuggeſtu quotidie laborioſè occeptauit, & infatigabiliter vſque in finem perſeuerauit: à vitijs, comminatis ſupplicijs, deterrendo, ad virtutes propoſita retributione, alliciendo: probos illicere, improbos corrigere ſtudebat, tandem vniuerſos perditionem præcauere, ſaluationem propriam exquirere, & promouere docebat: His igitur, & conſimilibus monitis, efficacioribuſque admonitionibus, ſeu cohortationibus dum vtilem ſe, ſummque proficuum miniſterium gratum plebi exhibere niteretur; ingrato Plebano, Apoſtolici miniſterij aduerſario, haud ſe gratum animaduertit: cum enim Euangelicus Orator congregata fidelium concione in Eccleſiam ingreſſus ſuggeſtum conſcenderet, vt de more declamando conuerteret; Pſeudopaſtor ex templò è Templo egreſſus, equum aſcendebat agros peragraturus, vt ſcandalo populum ab audiendo auerteret, & ſic peruerteret. Quibus tamen, & ſimilibus minus honeſtis Sacerdotis, & indecoris oſtentationibus, & frequentioribus moleſtijs haud ille pertæſus, aut exanimatus improbo labori ſuccubuit, quin ad fortes aduerſarios ſecurandos fortioribus, vehementioribuſque pijs conatibus ſibi agendum (ſed melius) patiendum propoſuit.

Quadrageſimalib. prædicationibus ſe accingit Fr. Franciſcus.

Ann. Chriſti 1641.

V. Quamobrem aliqualiter proprio, multipliciter alieno nempe Parochi muneri vt exactiùs ſatisfaceret; quotidiana animaduerſione poſtquam intellexit, & proſpexit plebis Pancalerienſis culpabilem, & craſſiorem inſcitiam etiam abſolutè ad ſalutem neceſſariorum; non pro concione modò vniuerſæ multitudini in mane ſacroſancta Dei Euangelia proponebat, & exponebat; ſed & pro familiaribus congreſſionibus, Dominicis diebus in Templo conuocatis paruulis, & grandæuis homuncionibus, ſiue mulierculis, ſingulíſque rudioribus plebis familiariter, & facillimè panem Verbi pueris frangebat, ideſt Chriſtianæ Religionis prima elementa, ſacra rudimenta tradebat, conſuetas Catholicè more perſoluendas orationes, & precationes patienter dictitabat, guttatim pro ſingulorum captu inſtillabat, atque inſtanter cunctis indigentibus ingerebat ſibi neceſſarias cognitiones ſacrorum. Vnico vix vniuerſo in oppido exiſtente iam libello lacero Chriſtianæ Doctrinæ.

Prædicationi, & Catechiſmo incũbit.

VI. Quinimmò ex alieno debito, vel defectu dupliciter ſe debitorem exiſtimans, quia Paſtor non paſcebat Sacramentis, ſed potius depaſcebatur ſibi concreditas oues rationales ſacrilegijs, haud ſufficienter ſe ſe concredito ſibi oneri ſatisfacere, exiſtimauit; ſi dupliciter ſolum panem verbi, nempe publicè, & ſingillatim porrigeret, niſi etiam Sacramentatum Verbum, & conſecratum panem eſurientibus diſtribueret illis fidelibus. Ne igitur ex Sanctæ Matris Eccleſiæ filijs, quiſpiam pertimeſcens ne petenti ſibi panem, piſcem, aut ouum; lapidem, ſerpentem, vel ſcorpionem porrigeret non Pater, ſed adulter Parochus, ſpiritualium eſurie, & inedia deperiret; Taurinenſibus Reuerendiſſimis Nuncio Franciſco Coſtæ, & Archiepiſcopo Philiberto Millieto, ſimul & Capuccinæ ſuæ Religionis Præſulibus miſerrimam & religionis, & Chriſtianæ pietatis conditionem Pancalerienſis Eccleſiæ per ſuas litteras aperuit, & manifeſtauit, ſuppliciter deprecans, enixèque

Præſulibus Pãcalerienſis populi ſpiritualem ſtatũ perit.

rogans

rogans, vt adminiſtrandorum indigenti plebi Sacramentorum Pœnitentiæque præcipuè ſibi facultatem facerent, quò pereuntibus, ſeu periclitantibus accurrere, ſuccurrereque valeret. Prælaris autem cunctis benignè annuentibus, accepta congrua, atque opportuna poteſtate publicis Parochialibus exercitijs, & miniſterijs præſtandis protinus ſe ſe expoſuit, vnde fando vix quiſpiam explicare valuerit, quam impenſè, indefeſſè, & anxiè laborauerit, quot importunos (vel meliùs) improbos labores ſuſtinuerit, Diuinis in myſterijs diſpartiendis. Quotidianis publicis declamationibus feſtiuis popularibus inſtructionibus, priuatis ſermocinationibus, haud aliquando deficiebat, & tamen ſufficere volebat vndique aduentantium virorum, ac mulierum pœnitentialibus expiationibus à mane in veſperam excipiendis, illiſque poſt criminum euacuationem Euchariſtico cibo, ac potu viuifico iugiter reficiendis, vnde vix conſuetæ neceſſariæ refectioni furtim adeſſe valebat, Sacræ hebdomadis præcipuè ſacratioribus diebus, & triduo Paſchali, quando ex bis millenis Oppidanis vix quingentos in antecedenti Paſchate Sacroſanctæ Synaxi communicaſſe animaduertit.

Pro animarũ ſalute indefeſſe laborat.

Conuertit igitur tandem ſe, prædictis neglectæ religionis inordinationibus perſpectis, ad Catholicæ Fidei ſtatum accuratiùs in Pancalerio perſcrutandum, atque explorandum Fr Franciſcus, & perſpicuè intellexit, hæreticam prauitatem præcipiti greſſu Oppido appropinquantem, & progredientem. Aduentitabat namque Magiſter agaſonum, ſiue mulionum director præmemoratus Sebaſtianus Baſanus, & adiunctis ſibi obſequentibus aſſeclis, perſeuerabat nequiſſimis perſuaſionibus, ſubdoliſque ratiocinationibus, nocturnis, & furtiuis congreſſionibus conterraneos ſuos decipere, & deſipientes peruertere: diſſeminando ſacrilegos Lucernenſium ritus, & Angronianorum rictus promulgando, quibus cum manualia contrahebant negotia matrimonijque ſiue conſanguinitatis, vel affinitatis iura ſtringebant quàmplures Pancalerienſes, vnde mercimoniæ neceſſitudinis, vel cognationis pretextu, quidam aut huc perueniebant, vt inficerent, aut illuc progrediebantur, vt inficerentur, vel inconſulti, & imparati hæreticali mucrone ſauciarentur: hincque factum fuerat; vt plurimę iam Pancalerienſium familiæ Caluino nomina dediſſe cernerentur, intrinſecè ſaltem, extrinſecè licèt Catholiciſmum ſimularent, inſtigante ſemper, & perurgente nequiſſimo Agaſone, impijſſimoque nebulone. Cuius hæreticales noxias, & Ortodoxę Fidei pernicioſiſſimas machinationes ſubdolas vt reſecaret Fr Franciſcus; primò ſacrilegum deſertorem Sereniſſimo Principi Sabaudo Cardinali Mauririo priuatim annuntiat, tùm publicè veluti Lęſę vtriuſque Maieſtatis reus Magiſtratibus denunciatur, & traditur, carceribuſque mancipatur, vnde poſt annum, perfidia obduratus, eductus, & in publicum forum productus Taurini ignibus iuſtè concremandus in præſenti, ſimul & futuro ſæculo exponitur, & comburitur. VII.

Fidei ſtatum perſcrutatus F. Franciſcus multos Caluinizantes cognoſcit.

Ann. Chriſti 1628.

Agaſonẽ hereticũ Tribunalibus denunciat.

Morabatur quadrageſimalibus his diebus Pancalerij, patrioſque colebat lares commemoratus ſæpè ſæpius Sacerdos Iaffredus Murra, qui anxia ſolicitudine, ſpirituali Patriæ religionis indigentiæ pro virili ſubuenire anhelans, frequenter Fratrem Franciſcum conſulturus adibat, fundandique Apoſtolatus in Pancalerio modum conſulendo ab eo ſolicitè ſciſcitabatur: qui opportunè religioſi viri importunitati annuens, intelligens plura iam fruſtra ab eo intentata molimina, vnicum vltimum ſingulare, ſed idoneum, ſufficiens, & efficax proponit expediens, nempe vt Oppidanorum publico coacto concilio, accepta ſufficienti poteſtate, optimates quidam, communi nomine ſupplices efformatos libellos Romanæ Curiæ, pro Capuccinorum Miſſione in Patria fundanda, porrigerent; quòd vberiores, & abundantiores religionis, & pietatis fructus ex ea ſe percepturos, præhabita experientia edocti, firmiter ſperarent. Id cum ex tempore præſtitiſſent, deprecatoriaſque litteras Romam tranſmiſiſſent; interim elapſo quadrageſimali curriculo, celebrato Paſchali triumpho Fr. Franciſcus, poſtquam bonum certamen certaſſet, curſum conſummaſſet, fidem ſeruaſſet, ad Clauſtra regreditur, dum ſolicitus Sacerdos propoſiti ſui conſilij executionem accelerare proſequitur, ideò tandem Romano Pontifice annuente compos effectus, ſequenti anno (vti ſupra ſignauimus) Apoſtolicorum Operariorum ſtationem in patrio ſolo conſtitutam vidit. Viderat Fr Franciſcus acutiſſimo feruidi zeli intuitu, quin manifeſtius, euidentiùſque manuali experientia perſpexerat; ſpiritualem periclitantis Oppidi neceſſitatem, quamobrem pro comperto, & certiſſimo habens; quadraginta dierum breuiori curriculo, prolixum nequaquam poſſe curari languorem, ſed extremis morbis exquiſita adhibenda remedia: neceſſarium adiudicauerat, permanentem ibi Capuccinorum Apoſtolatum ſtatuere, qui ſuccreſcentes vepres, & ſpinas errorum, vel errorum aut ſarculo euellerent, aut zelotypiæ ſacro Igne ſalubriter comburerent, vlterioreſque lapſus prohiberent, propterea diſceſſurus ipſe, mittendorum ſtabiliũ Operariorum ſagax conſilium Sacerdoti inquirenti fideliter dederat, cui acquieſcentibus ad votum proſpera cuncta ſucceſſerant. VIII.

Pancalerienſi pro Sacerdoti roganti, & efficax mediũ pro miſſione inſtituẽda ſuggerit.

CALCV-

CALCVLVS SECVNDVS.

Prioris Apoſtolici Operarij Fratris LVDOVICI NICIENSIS Concionatoris per annum 1622.

I. PAncalerium, hoc eſt vniuerſitatem Callium, ideſt communitatem viarum à pecudibus calcatarum, primus non calcandum, ſed colendum ingreditur, legitima auctoritate & miſſus, & munitus ad conſtituendum, & exercendum Apoſtolatum Capuccinorum Fr. Ludouicus à Nicæa Maritima ex nobili Roſtanorum familia Concionator egregius, Religioſus eximius, qui ſcientiæ ſufficientiam, & conſcientiæ innocentiam copulare edoctus, verę virtutis iter inoffenſo pede, ſolicito greſſu calcare ſtudebat: hic Euangelicus Leuita pacatioris naturæ, ſed feruentioris, & ardentioris ſpiritus, Eccleſiaſtici Regni zelo vehementer accenſus, pro accepto Apoſtolico munere magna moliturus, & præſtaturus gaudenter acceſſit, exoriente anno vigeſimo ſecundo poſt milleſimum ſexcenteſimum. Aduenientem igitur tamdiù exoptatum, & expectatum Apoſtolicum Operarium, alumnum Seraphicum hilares, & feſtini exceperunt, obuij que vlnis amplexati ſunt Pancalerienſes, ibique illicò aptum domicilium, ſacris S. Bernardini ædibus cohærens communi nomine parauerunt. Primum hunc Capuccinorum ad hunc Pagum acceſſum, & ingreſſum Prior Rorenchus ſic deſcribit: *Protinus vt Apoſtolici viri pro concionibus, confeſſionibus, catechiſmiſque exercendis deſtinati Pancalerium appulerunt, & apparuerunt; vniuerſus populus gaudens gratanter eos excepit, liberaliterque adeò ad ſuſtentationem vitæ neceſſaria eis ſuppeditare cœpit; vt ſuperfluis magis remittendis, quàm ſufficientibus eſſ'agitandis Patres defatigarentur. Ita vt Reuerendo Sacerdote Iaffredo Murra, miſſis in alendis religioſis Operarijs, ſuas impendere opes, haud opus fuerit. Prior ergo ad munus Euangelicum hic adminiſtrandum electus extitit Pater Fr. Ludouicus Roſtanus à Nicæa; qui totus feruido ſpiritu agebatur, vnde nonnullos per menſes validè operatus laborioſam tam ę onoſã vita conſummauit.* Hæc ille epitomaticè, Nos verò hiſtoricè congruo tramite procedendo, regredimur ad ritè proſequendum.

Ann. Chriſti 1620.

Priorem Apoſtolicũ Operarium hilares Pancalerienſes excipiunt.

Lucernenſ. c. 39 m. H.

II. Iam olim aliquando Vigono Pancalerium Fr. Ludouicus aduentarat, inibi Concionaturus, & patam obmurmurante vulgo, indecora plura, minuſque commendabilia de recenſito Presbytero Rectore ſubintellexerat; quare priuſquàm operi manus admoueret, aures promouit, & oculos, & verum re vera, vera eſſent, quæ de Plebanò fama nunciante cognouerat, accuratius indagare, & perſcrutari voluit. Vnde breuiori temporis intercapedine experientia admonitus, animaduertit virum militiæ potius, quàm Eccleſiaſticæ diſciplinæ idoneum; equos, & arma tractare & deditum, & aſſuetum: qui feſtiuos Sacros dies vetitis luſibus publicis, interdictis exercitijs non celebrabat, ſed dehoneſtabat: Diuina commiſſa officia, non negligebat modò, ſed omittebat: ſpiritualia exercitamenta nec curabat, nec ſciebat. Deſtitutis Eccleſijs, Parochialique præcipuè, depauperatis ſacratijs, expoliatis ſacellis, expilatis ſacris Ædibus, Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum minus congruo, & decoro tabernaculo indecorè valde aſſeruabat, quin ſuffurari volentibus exponebat, nullis ſeris, aut vectibus templi foribus ſufficienter occluſis, vnde & ſemel, ac iterum ſacram Pyxidem à furibus auferri contigerat. Ædes ſacræ, in quibus tum Parochialia munia, tum annuales, atque quadrageſimales conciones præſtabantur; parietes, & expoſitæ, ruinæ iam proximæ in dies adeò labefactabantur; vt vix ſubſiſterent, & ægrè admodum congregandæ plebi ſufficere valerent. Legitimo iure ſpectabant hæ Sacræ Ædes ad loci dominium Commune, communibus quondam expenſis, & pro extraordinarijs exigentijs exædificatæ, verùm modò ordinariæ Parochialium neceſſariæ adminiſtrationi de neceſſitate etiam depulſæ, & mox caſure inſeruiebant. Parochialis namque Eccleſia diruta, dejecta, penituſque derelicta iam diu iacebat, ita vt nec celebrando Sacrificio iam deſeruire poſſet, tantum abeſt vt Parochialibus idonea foret. Oratoria poſt modum, & Confraternitatum, ſeu Sodalitatum Sacella intantum negligebantur, vt eatabula magis, quàm delubra apparerent. Quinimmo legata, ſeu pia derelicta à defunctis fidelibus pro ſacrorum inſtauratione, ab infidis adminiſtratoribus nequiter vſurpata deperibant, dum ſibi inuicem diſſipatores ſub ſpecie mutui viciſſim perfruenda concederent.

Eccleſias deſtitutas, ſpiritualia neglecta reperit.

III. Chriſtianæ igitur pietatis exercitiũ, Pãcalerij in oppido neglectũ cũ exploraſſet Fr. Ludouicus, atque Catholiciſmũ, vel Chriſtianiſmum funeri, & ſepulturæ iam proximũ potius pertimeſceret; ſua adaperiẽs pietatis, & charitatis viſcera, totũ ſe ipſum, ſuoſque vniuerſos & labores, & ſudores cogitatus, & actus difficiliores

huic impediendæ, vel reparandæ perditioni ex corde deuouit. Verùm ægrè admodum egregium aliquod facinus moliri, ſe poſſe ſperat, in populo à Coppidano ſeductore iam decepto, & à proprio Pſeudo-Parocho ſubuerſore per præceps ducto, & ferè deiecto. Fidentiori nihilominus reaſſumpto, & erecto zelote ſpiritu, vix qualitercumque compoſita commodata habitatiuncula, & Apoſtolatus ſtatuta reſidentia, vt communi plebis expectationi reſponderet, atque ſuſcepto muneri, & oneri ſatisfaceret; ſingulis conſuetis feſtiuis diebus feruidè pro ſuggeſtu declamans, eruditis ſermocinationibus Euangelica orthodoxa dogmata proponere, & exponere mira facilitate occeptauit, agaſoniſque figmenta, ridicula commenta, cauponaria pulmenta potiùs, quàm documenta, iumentaria excrementa redolentia non Chriſtiana rudimenta, tandem hæretica diſſeminata adinuenta diſſoluere acriter, & iugiter perſeuerauit: robuſtioribus Patrum adductis teſtimonijs, & diuinis pluribus, & euidentioribus productis oraculis, quò auitam illibatam Catholicam Fidem huic fideli populo, Angronianis fęcibus expurgato; reſtitueret primò, & principaliter.

Totũ ſeipſũ deuouit, vt Chriſtianam pietatem iterum excitet.

IV. Secundò quoniam ingreſſus Dominus ad infirmam Hieroſolymorum ciuitatem curandam, à Templo primùm exorſus eſt, bis Templum ingrediens, crimino ſoſque illinc, non correctos Sacerdotes eijciens à ſuæ Euangelicæ prædicationis exordio. Sic & prudens Euangelij Prædicator Fr. Ludouicus, vix quædam euangelica ſemina Dominico in agro proijcere cęperat, cum ſtertentem conſeruum excitare & ad commune Eccleſiaſticum opus interpellare aggreditur, nempe Plebani Pancalerienſis ſupradicti irreligioſam conuerſationem, & deſidioſam adminiſtrationē, ſeù potius vacationem, vtpotè vniuerſæ plebi non mediocriter pernicioſam emendare quærebat, & ſatagebat, vnde ad hoc Euangelica præſcripta à Saluatore adhibita ſuauiori charitatis methodo, priuatis redargutionibus, familiaribuſque pro collocutionibus eum corripere aliquoties humaniter tentauit. Verùm cum ſic ſurdo fabula caneretur; grauioribus quibuſdam ex optimatibus ſecum aduocatis, auocare illum à grauiori ſopore vitiorum iterum fruſtra expertus fuit: quamobrem ſtilo ſeueriori, & acutiori accentu, vel vehementiori impulſu lethargicum excitare, & deturbare perſeuerauit in vanum, reſpondebat enim phreneticus mala pro bonis, & odium pro fraterna dilectione: cum enim Fr. Ludouicus pacificis verbis eum conueniret, vt commoneret; ille è contra deriſorijs & verbis, & actibus, contumelioſiſque ſcommatibus, & iracundis reſponſionibus reſpondebat, vt contemneret: quare & Eccleſiæ dicendum, & Eccleſiaſtico Tribunali denunciandum incorrigibilem Sacerdotem ſibi ex debito ſtatuit. Retulit igitur, & Reuerendiſſimo D. Philiberto Millieto Archiepiſcopo Taurinenſi per litteras detulit Parochi incorrectam malitiam, at ille à benigno Paſtore admonitus, deterior euaſit, & acerbiùs, quin iniquiùs cum Fratre Ludouico agere cepit. Ideò Fr. Paulus Maria Aſtenſis, tunc Pedemōtanę Prouincię Capuccinorum Prouincialis Miniſter de his certior factus, vehementioribus officijs cum Sereniſſimo Carolo Emmanuele I. efficaciter egit; vt inſolens Presbyter à Pancalerio deturbaretur: quotidie tamen interim ille nequitiæ in ſtercore computreſcens, magis inſordeſcebat, & aduerſus Seraphicos alumnos excandeſcebat. Quare tandem emiſſo à Magiſtratu ſatellitio comprehenſus, cuſtodiæ traditus, Taurini vinculis obſtrictus aliquandiù detinetur, interea cognita cauſa, diffinitiua prolata ſententia iuridicè beneficio pulſus à toto Sabaudo Dominio eiectus exul proſcribitur, difficillimè quidem, non indiciorum infirmitate, ſed patrocinantium plurium & Procerum poteſtate, & contra iuſtitiam pro malitia teſtantium falſitate. Valuerunt quidem aliqualiter Gnatones, Conganeones & quantum potuerunt, voluerunt Archiganeonem pro curatore habere, ſed tandem celebres, & religioſi prænaluerunt iuſtitiæ propugnatores coram Areopagitis integerrimis iudicibus, exulauit ille, & miſer eiectus cum proſcriptis conſueta fędera fęda iunxit, & Clericali abiecto cingulo, indecorè ſæculari militiæ, vel proprius malitiæ nomen dedit, dumque inter ſicarios verſaretur, à quodam congladiatore feraliter percuſſus miſerrimè deperijt, Gauij confoſſus, & in terram defoſſus.

Priuatis redargutionibus Plebanũ ab irreligioſa vita curare quærit.

Ann. Christi [illegible]

Incorrigibilē Sacerdotē Eccleſiaſtico Tribunali denunciare ſtatuit.

A gladiatore confoſſus interijt.

V. Inueteratus dierum malorum ille Presbyter, Pſeudo-Sacerdos inter nequiora plura, & turpiora facinora, turpiſſimum, atque nequiſſimum illud perpetrare conſueuerat: ſacratioribus diebus, ſignanter Paſchalibus, quando Eccleſiaſtico iure compelluntur fideles etiam rebelles ad Pęnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramenta percipienda à proprio Parocho, ille ne ſacris adminiſtrandis diutiùs vacare cōpelleretur; non modò obedire mandatis renuentes, ſed & annuentes, quin & accedentes à Sacramentis percipiendis arcebat: quibuſlibet inconfeſſis, & Euchariſtico pane nondum refectis Paſchale ſymbolũ diſtribuens, Eccleſiæ mentiri eos inſtruebat, & hortabatur: qua impia indulgentia quàmplurimi ſceleratiores abutentes, Pęnitentiæ, & Sacræ Synaxis ieiuni plures per annos perſeuerabant, quinimmò tandem aliquando ſpiritualia nauſeabāt, & à Sacroſāctis myſterijs abhor-

rebant

rebant, & pro virili abſtinere volebant, vnde nequiores plures ex populo, Sacerdote non duce modò, ſed impulſore infandum quodlibet in vitiorum barathrum gaudenter ruebant, atque gaudentes præcipites mergebantur. Abſciſſo igitur perturbatore Sacerdote, Frater Ludouicus in ſerio ludo vincens, intendit animum, & toto mentis conamine, & operum molimine attendit, diſſipatum vt, ac dilaniatum, & à mercenario diſperſum, & lupis expoſitum gregem recolligeret, atque ad celeſtis Paſtoris legales voces obaudiendas, exaudiendaſq; & exequendas reduceret. Ideò feruentioribus concionibus adhortationibus ſermocinationibus frequentioribus & deformitatē culpæ, & grauitatē pænæ, virtutis ſpecioſitatem, mercedis æternæ immenſitatem perpetratis facinoribus reſpectiuè repoſitam efficaciter nō proponebat modò, ſed inculcabat, ingerebat: vnde ſtrenuè adeò, viriliterq; in Euangelico miniſterio ſe geſſit; vt (Diuina in primis excitante gratia) plures ex difficilioribus, & obſtinatioribus multis iam ab annis inconfeſſis ad Pęnitentiæ Sacramentum, & proprias conſcientias non ſuperficialiter, vel obiter, ſed generaliter expiandas, humiliter acceſſerint, quodq; inſolentiùs, & difficiliùs, propterea admirabiliùs eſt, quidam vera, non efficta pęnitentia ducti, non ad vſque triginta argenteos ſolos, ſed ad vſque mille aureos, aliena olim rapta bona retulerunt, & in Templum, Sacerdoti vt confiterentur, aduenerunt. Strenuus in Euangelico miniſterio diſperſū gregē recolligit.

VI. Nec illud peculiari abſque conſideratione animaduertendum, quod cum ex vicinorum Angronianorum hæreticis quiſquilijs, Pancalerienſes opiniores quidam fęnerandi publicum vſum, vſurarum abuſum licitum ſibi prætexerent; validioribus adeò ratiocinationibus, & Catholicis doctrinis Frater Ludouicus aduerſus fęnora profitentes inuehitur; vt & fęnus relinquere, & fęnoris lucra damnare, atq; ex fęnore prouenientia emolumenta renunciare, in poſterum voluerint. Simultates ex quotidianis diſſidijs exortæ, quamplures inter coopidanos intercedebant: ſed declamanti Fratri Ludouico, etiam inueteratæ ferè vniuerſæ ceſſerunt: ſtudebat enim ille litium compoſitioni, diſſidentium pacificationi, rixantium tranquillitati: vnde ſathanicis ijs de medio ſublatis retinaculis, & impedimentis impęnitentes plurimi à pluribus annis, vltrò, & libenter Sacroſanctis expiationibus percipiendis appropinquabant, quin properabant.

Ann. Christi 1621.

Inuehitur ad uerſus fęneratores, impęnitētes plurimos conuertit.

VII. Quò vero iuſto ordine tàm diſcutiendæ, quàm expiandæ conſcientiæ incumberent, ſimul, & Chriſtiano homini ex neceſſitate perdiſcenda, & præſtanda opere intelligerent, & ediſcerent; Catholicæ doctrinæ Catechiſmum, ſtatuta à prandio hora, pro viris, adoleſcentioribus, & grandioribus inſtituit ipſe, cui cooperans ſucceſſiuè poſt veſpertinas horas Frater Auguſtinus à Caſtromontano Sacerdos, & ſocius fęminas adoleſcentulas, & grandęuas inſtruebat, & vtraque hora Fr. Ludouicus poſt Chriſtianam exercitationem, exercitos breuioris ſpiritualis ſermocinationis pabulo humaniter reficiebat. Hiſq; & conſimilibus Apoſtolicis ſolicitudinibus in tantum profecit: vt nonnulli iamdiù hæreticè deſipientes, reſipiſcentes Caluinianis deliramentis deieratis, Catholicè ſaperent, à Fratre Ludouico edocti. Catechiſmi explanationē inſtituit.

VIII. Anhelabat Fr. Ludouicus pro reſtauratione Templorum, & reſtitutioni Sacrorum inhiabat, iamq; decorum, & elegans pro Auguſtiſſimo decenter aſſeruando, tabernaculum prouiderat, alia quædam prætereà ad Sacri cultus honeſtiorem ornatum, vel ſuis, vel piorum ſubuentionibus præſtanda moliebatur, & comparanda diſpoſuerat. Quando quartana febre, & diutino Paralyſiæ languore correptus, circa ſui Apoſtolatus complendum annum, per quadrimeſtre à Deo probatus, mirificè religioſa eius virtus enituit in Diuinæ prouidentiæ diſpoſitionibus æquanimiter excipiendis, & libenter comprobandis, ſciens à Diuina benignitate præcipuè cupientis voluntatem computari, & comprobari pro facto, vbi faciendi vires non ſuppetunt. Veruntamen etiam infirmus, ne impoſito muneri aliquando, vel aliqualiter deeſſe videretur; cum languore preſſus viribus deficeret, ſupra vires Euangelicum proſequi opus viriliter contendit: admirabili vniuerſæ plebis ædificatione, quod æger, & imbecillis, perpetuò languens aſſiduus nihilominus, & conſtans in officio perſtaret: concionando, docendo, & ſpiritualia populo adminiſtrando, conſtanter adeò: vt aliquando febricitans, & deficiens viribus, binis comitantibus, & fulcientibus robuſtioribus viris ad Eccleſiam perduci vellet; vt conſuetis diebus indigenti populo Sacri Verbi pabula diſtribueret. Iterum ſemper ægrotans lutuoſa itinera, aquis redundantia permeabat, Euangelicum vt ſemen diſſeminaret. Quinimmò aliquoties imbribus ruentibus madefactus, cubitale lutum calcans, & premens diſtantiores licèt ad Sacras Ædes Euangelizaturus laborioſè pergebat. Accedebat quidem ille langueſcens, ſed vix ſuggeſtum conſcendebat, cum protinus ſe ipſo robuſtior, validiorq; effectus, vehementiori Enthuſiaſmo populis concionaretur, vt charitatis ardore, ſimul ac pietatis feruore ad legalia pia opera fidelium animos ſtertentes, vel oſcitantes concitaret, nec fruſtra: huiuſcemodi enim ardentioris zeli exemplis, & ſermocinationibus excitati Incolæ, & Accolæ in tantum profecerunt: vt in via mandatorum Dei, & criminum

Tabernaculū pro aſſeruando Sanctiſſimo prouidet.

Euangelicū opus viriliter proſequitur.

correctione quàm velociter proficiſcerentur, admirantes præcipuè validiùs diui- num præſidium etiam ægrotanti ſuo Apoſtolico Miniſtro ſupra poſſe, operari præſtans. Perſtabat igitur Fr. Ludouicus eundo ibat, & ægritudine preſſus deflebat mittens ſemina ſua, veniens autem redibat portans manipulos plenæ ſegetis fructuum ſpiritualium in horreum Domini ſui reponendorum.

Properante autem, & approximante iam hora, qua Deus famulum ſuum ad IX. brauium æternæ retributionis aduocare decreuerat: ipſe virium defectum perſentiens, & à Deo ſe ſe vocari, iam iam intelligens, mane è ſtrato conſurgens ſuarū prædicationum manuſcriptos codices compoſuit, & vniuerſa Prælato conſignanda diſpoſuit. Iterumq; decubuit, vſque ad veſpertinas horas quieſcens, tunc enim non amplius requieſcendi, ſed validiùs dimicandi appropinquantia tempora proſpiciens, aduocato coram ſocio Sacerdote lachrymarum imbribus extrinſecus perfuſus, & intrinſecus affectuoſa criminum ſuorum, & acutiori contritione ingemiſcens, Pęnitentiæ lauacro animæ ſuæ faciem emundare curauit, circa verò tertiam, & vigeſimam eius diei horam expoſtulato, & admirabili reuerentia, ſuiq; animi ſubmiſſione, atque corporis proſtratione recepto Euchariſtico Viatico, à Deo primùm, tum ab adſtante populo erratorum deprecatus veniam, cępit (vniuerſa coram adueniente multitudine, quæ accepto periclitantis ægroti religioſi nuncio ad comirandam Sacroſanctam Euchariſtiam turmatim Capuccinorum in domicilium confluebat) communem ſub conſecratis ſpeciebus reſidentem Dominum, & Creatorem humiliter alloqui, ab eoq; inſtanter tàm pro ſe, quàm pro circumſtante populo miſericordiam expoſcere, inde pro Oppidi temporali, & ſempiterna ſalute Deo ſuppliciter interpellato, commendauit Diuinæ Clementiæ animam ſuam piè adeò, & deuotè ſermocinatus; vt cum vniuerſis extremum vale diceret; concitato fletu, commota multitudine collachrymantibus vniuerſis, & coram ingemiſcentibus ob amantiſſimi Patris amiſſionem, paterna eos ipſe charitate demulceret, & ſolaretur. Tandem vim ſupremi morbi inualeſcere ſentiens, extremam Vnctionem ſibi adhiberi popoſcit, intimiori ſenſu extremum illud & Sacramentum, & aduerſus inuiſibiles hoſtes nouiſſimum armamentum excipiens, poſt hæc vſque ad horam noctis quintam adhuc ſuſtinuit, ſepè ſæpiùs pio corde, & ore religioſo iaculatorias orationculas (illud ſignanter agonizantis ſaluatoris proloquium: *Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma, fiat Pater voluntas tua*) aduerſus tarrareos ſpiritus in Cęlum ſurſus eiaculans, pluries Creatori commendatum ſpiritum tranquillè tandem reddidit.

Sacramenta deuotè ſuſcipit, & ad tranſitum ſe religioſè diſponit.

Ann. Chriſti 1623.

Matth. c. 26.

Creatori ſuo ſpiritum reddit.

Euulgato per Oppidum Fratris Ludouici tranſitu, inconſolabili luctu, & pijs X. fletibus lamentabantur Oppidani, & deplorabant communis parentis iacturam, reminiſcentes quàm benignè, & ſolicitè egentibus, afflictis, errantibus, patientibus opem, & operam ſuam præſtare indifferenter feſtinauerit: qualiter vniuerſis præſto ſemper adfuerit in anguſtijs, in neceſſitatibus, in infirmitatibus: quàm ſolerter, & ſolicitè cunctorum ſalutem animarumq; præcipuè omnibus ſui corporis, animiq; conatibus proſecutus extiterit; qualiter ſeipſum impendere, & ſuperimpendere perpetuò optauerit pro populi ſaluatione: & quomodo tandem nunquā ſibi placuerit, & pepercerit; vt Deum Optimum Maximum placatum plebi, propitiumq; redderet. Mortuus eſt igitur Frater Ludouicus vix priori ſui Apoſtolatus expleto annuali curriculo Pancalerij, decimo nono Kalendas Martij, anno milleſimo ſexcenteſimo tertio, & vigeſimo. Cuius pium funus concomitantibus pijs quibuſdam fidelibus Vigonum delatum corpus, Capuccinorum in ſepulchro tumulatum iacet cuius anima requieſcat in æthere.

Fr. Ludouici mortē deplorant plurimi, eiuſq; funus Vigonum comitātur.

APPENDIX.

Fr. PETRI *à* PLANITIA *Concionatoris.*

EX hac mortali vita migrauerat, & Pancalerienſem Stationem viduatam dereliquerat Fr. Ludouicus, nec dum Fr. Franciſcus à Montecalerio in Apoſtolico miniſterio ſubrogatus, Pancalerium aduenerat, quando ſuperueniente Sacra Quadrageſima, pro conſuetis concionibus habendis Fr. Petrus à Planitia Sacer Capuccinus Declamator à Superioribus deſtinatus acceſſerat, ſuoq; ab acceſſu ad Euangelium ſingulis diebus prædicandum proceſſit, vitia corrigendo, vitioſos admonendo, virtutes ſerendo, & virtutum amatores, atq; cultores in propoſito confirmando; diſciplinæ chriſtianæ præceptis, & dogmatibus explicandis, pariter & Sacroſanctis Myſterijs adminiſtrandis ſedulus incumbens vſque quò Paſchalibus ſolemnitatibus abſolutis ipſo abeunte ſucceſſor adfuit.

F. Petrus Cōciones Quadrageſimales ipſe habuit Fr. Ludouico defūcto

CALCV-

CALCVLVS TERTIVS

Fratris FRANCISCI à MONTECALERIO Concionatoris per annos 1624. 1625. 1626. 1627. 1628.

I. DEfuncto igitur Apoſtolico primo hoc Pugile, Fratreq; Petro recedente, in Euangelicos labores ſuccedit, & iterum elaboraturus ſecundo Pancalerium accedit Fr. Franciſcus à Montecalerio, à montanis ſublimioribus, nempè clauſtralibus collibus ad planos calles deſcendens, & Pancalerientem plebem (vt par erat) nequaquam adhuc Pan, ideſt Deum naturæ colentem inuenit, quoniam præcedens agricultor importuna morte præuentus, præinceptum opus conſummare nequiuerat: extricauerat quidem ille plures immundorum ſpirituum acies, ſed inextricabilem diuerſorum vitiorum militiam, & malitiam anguſtioris temporis ſpatio expedire, atque expellere nequaquam præualuerat. Reliqui quidam ſupererant ex ſenioribus, Orthodoxa de Fide haud bene ſentientes, Catholiciſmum quàmuis callidè ſimulantes, frigidè attamen profitentes. Qui verò hactenus hæretica lue nondum, aut nunquam læſi perſtiterant; corruptis adeò quidam moribus viuebant (iuxta nobis tranſmiſſas teſtimoniales relationes) vt pietatis, & religionis vix aliquo apparente veſtigio, Chriſtianæ vitæ documenta, & exercitamenta floccipendentes ſacra, ſpiritualiaq; vt plurimùm negligerent, & profana ſtudioſè colerent, ſuis in quotidianis operationibus auguria, & ſuperſtitiones obſeruarent, maleficijs, veneficijs quidam abuterentur, anicularum imprecationibus, atque coniurationibus varijs à morbis curarentur. Cum populus virtute neglecta maiorum quorumdam exemplo in vitia prolaberetur; profeſtos dies non in legitimi Numinis Templo, ſed in Cereris, & Bacchi (ne dicam Veneris) Phanis profanabant potiùs, quàm celebrabant impudētiores aliqui: compotationibus, commeſſationibus ſimul & choreis, ſaltationibus, luſibus, & ludis alearum, taxillorum diuerſæ ſpeciei, quin vanis, & ridiculis cantilenis importunè adeò per vicos, & plateas perſtrepebant nonnulli ex iunioribus etiam ſacrorum tempore; vt perturbari Sacerdotes aliquando Sacra intermittere coacti egrederentur, ad immodeſtè cantillantes coercendos, & longiùs arcendos. Neglecta adeò, & obſoleta iamdiù prædeceſſorum Paſtorum incuria perſeuerauerat animarum, & animorum cultura, vt agreſtes plures, etiam ex antiquioribus nec Dominicalem orationem, aut Angelicam ſalutationem, neue Chriſtianas conſuetas precationes callerent, quin tantum abeſt; vt ſcitu neceſſaria ad ſalutem intelligerent; ſed nec ipſo Crucis ſigno ritè efformato ſe ipſos munire perſpicerentur homunciones: vacabant, quin pro quibuſdam ſuperfluebant Sacramenta, quia ſuperfluis ſæcularibus non neceſſarijs deliramentis vacabant Pancalerienſium plures: plurimis quidem pietatis, & Chriſtianitatis pijs cultoribus ſuperſtitibus, qui propriæ, & patriæ ſaluti conſulentes Sacrorum cultum, Orthodoxam Fidem, Chriſtianam Religionem intra domeſticos communes lares conſeruare, augere, & promouere totis conatibus enitebantur: bonis operibus, deuotis exercitijs, legalibus obſeruationibus interim ipſi ſedulò incumbentes, ad hæc, & alios prouocantes

Succedit Fr. Franciſcus, & iterum operaturus accedit:

Pancalerienſium mores, vitia, & ſpirituales morbos curat.

II. Huius igitur plebis incorrectos mores in melius mutaturus venit, hoc cum ſexcentis, & mille vigeſimo tertio anno Fr. Franciſcus Euangelicus hortulanus, vt Apoſtolica cultura exerceret, & hactenus ſylueſcentes ſenticetis, ac dumetis occupatos, neſcio, an dicam hortos, an hortulanos: ſed dicamus vtrumq; & myſticos animarum hortos, & veros hortulanos erunearet. Pancalerienſes namq; Oppidani, cum ſęcundum ſatis ſolum circumquaque poſſideant: excolendis hortis plurimam operam nauant. Ad huius igitur Eccleſiæ Dominicum hortulum cum perueniſſet, à Cęleſti Patreſamilias ſecundò iam deſtinatus hic horticola; iterum animaduertit, quòd totum ferè repleuerant vrticæ vitiorum, & ſuperficiem eius operuerant ſpinæ criminum, quapropter veluti legitimus runcator ab exteriori, atq; interiori facie illius terræ inutiles herbas, noxioſq; fructices ſua operatione, licèt laborioſa euellere, & pariter eradicare decreuit. Primò igitur prædicationis Euangelicæ acutiori ſarculo & manum, & os, aut linguam admouit, hoc eſt dicere: cœpit facere, & docere, ideſt religioſioris vitæ exemplis præmonere, & doctioribus, atq; efficacioribus, necnon vehementioribus ſermocinationibus ſuę culturę commiſſum populum commonere: Indiſciplinatos corrigebat, deſides arguebat, errantes admonebat: rectè gradientes ad meliora prouocabat: minabatur incredulis, peruicacioribuſq; diuinam vltionem comminabatur. Sacri cultus incuriam, proprię ſaluationis obliuiſcentiam, ſalutis animarum neglectum, & obijciebat, & pro ſuggeſtu deplorabat: ventura flagella denunciabat, & repoſita

Ann. Chriſti 1623.

F. Franciſcus verbo, & exemplo indiſciplinatos arguit.

æterna præmia benefacientibus pollicebatur; Hincq; ad virtutes, ad mandatorum obſeruantiam, ſimul & ſacrorum frequentiam maiori, qua poterat & animi, & corporis contentione excitabat, perurgebat. Quare quàmplurimi ſani in Fide, in moribus, & operibus conualeſcere voluerunt. In ſe igitur ante reuerſi, ſurgentes de peccaminoſo ſtatu, ad Patris domum peruenerunt, dicentes coram confeſſario pœnitentes: Pater peccaui grauiter in Cœlum. Vnde priſtinam Chriſtianę pietatis ſtolam recipientes, & reaſſumentes religioſiùs deinceps verſari, & adinuicem conuerſari, atque laudabiliter operari cœperunt.

III. Primo hoc tempore, quo Fr. Franciſcus Pancalerium appulit, irreligioſus præindicatus Parochialis Eccleſiæ Plebanus, pro benè geſtis, carceribus mancipatus Taurini detinebatur: Numeroſioris Pancalerienſis regendæ plebis pauperculo minus idoneo Sacerdoti commiſſa cura: Quamobrem cũ infauſtiori influxu morbi, vt plurimùm, mortales in Pago, & in agro hoc anno inualeſcerent; ponderoſiori oneri ſuſtinendo deficiebat Curator Parochialis, ideò cooperator Apoſtolicus, (quod delegati ſui muneris erat) abſentis Parochi Vices ſuſtinendas, atque adminiſtrandas partes ſuſcipiens, Parochialia munia, & miniſteria exercere occeptauit: Sacramenta, & Sacramentalia & ſanis, & ægris miniſtrando, circuibat ægrotos vt inuiſeret, inuiſis vt inſeruiret, Pœnitentiæ, Viatici, & extremæ vnctionis beneficia impendendo ſolicitè, die, noctéque ſuccurrendo.

Parocho abſente Parochialem curã ſuſcipit.

IV. Verùm enimuerò quoniam grauiori, & periculoſiori, imò pernicioſiori morbo ſpirituali infirmabatur, & lethaliter admodum languebat Pancalerienſis populus: inſcitia nempè, vel ignorantia Chriſtianæ diſciplinæ. Quinimmò quia in quibuſdam nutabat recta Fides, & extincta iacebat Orthodoxa veritas, ideò peroptimè callens Capuccinus Excubitor, quia neque herba, neq; malagma, ſed verbum Domini valebat ad ſanandos eos: non pro concione ſola aduerſus errores, & ignorantiam declamare, ſed & pro ſolicitiori catechiſmo aduerſus inſcientiam, & hæreticam malitiam decertare voluit. Plebs vniuerſa quatuor heterogeneis portionibus, vel partibus conſtat: optimatibus ſcilicet ſolertibus viris, ſimplicium vulgo, fœminis, & pueris. Harum prima pars ſapientiorum pro concione erudiri ſolet, tres verò reliquæ aptiùs, & congruentiùs pro catecheſi inſtruuntur. Inſtituit ergo prouidus, & prudens Capuccinus Scriba, & Euangelicus Doctor Chriſtianæ Doctrinæ explicandæ magiſterium in Templo ſtatis horis, & diebus, tali methodo, & modo exercendum: vt à prandio Dominicalibus feſtiuis diebus in Parochialibus, ferialibus verò in *Sancti Bernardini Miſſionis Sacris* Ædibus ad campanæ ſignum, congruo tempore edendum, ſenes, cum iunioribus, ſimplices, & rudiores mares, & fœminas, adoleſcentes paruulos, & conuenientes congregatos vniuerſos incolas, & accolas, atq; ruricolas Fr. Franciſcus ſtans in veritatis, & doctrinæ facilioris humiliori cathedra, dilucidiori ſermocinatione homini Chriſtiano ſcitù neceſſaria primùm docebat, poſtmodum ex præcepto obſeruanda, ſiue de conſilio præſtanda opera, ex decurrenti Euangelica quotidiana Miſſæ lectione oſtendebat, articulos Fidei fidelia dogmata explicabat, impia ſacrilega Hæreticorum figmenta, & commenta damnabat, reprobabat: Eccleſiaſtica Iura, antiquas traditiones, Catholicos ritus, & legitimum Dei cultum, iuxta Romanæ Eccleſiæ oracula, & Canones profitenda, & tenenda demonſtrabat: ſanctificanda Sabbata, propriamq; tandem animæ ſalutem pijs neceſſarijs bonis operibus ſolicitè perquirendam, commendabat: Deum ſacrificijs colere, ſanctos pijs exercitijs venerari, & inuocare: Præſulibus Eccleſiarum congrua ſubiectione obaudire, ac obtemperare, purgantibus animabus ieiunijs, & eleemoſyna, ac Miſſæ Sacrificio ſuffragari admonebat. Et quia quotidiano huic operi perficiendo ſolitarius ipſe non ſufficiebat; collegæ Sacerdotis opera, & auxilio, vt plurimùm, in catechizando vtebatur. Quibus frequentioribus, & vrgentioribus, atque granioribus admonitionibus quamplurimi iuſtitiam diſcentes moniti, didicerunt quoque Catholicè ſapientes, non temnere, ideſt non contemnere diuos in Eccleſia ſiuè triumphante, ſiuè militante præſidentes, quinimmò reſipiſcentes ab erroribus, & criminibus pœnitendo receſſerunt.

Ann. Chriſti 1614.

Doctrinæ Chriſtianæ Magiſterium exercet.

V. Adfuit, hoc tempore, in locum electi delectus, & ritè ordinatus, ac Pancalerienſi Parœciæ deſtinatus Plebanus, legitimus Dominici huius ouilis Paſtor; religioſis moribus, & moralibus virtutibus conſpicuus, qui pietatis zelo, & Paſtoralis vigilantiæ ſolicitudine feruidus curandæ ſibi commiſſæ Eccleſiæ adminiſtrationem nactus, hactenus operatorum cooperantium Capuccinorum infatigabile, & ſolicitum miniſterium vbi primùm animaduertit; cuncta ab illis inſtituta, & præſcripta exercitia parochialia, & ſpiritualia primò in acceſſu comprobauit, & ipſe ad præcipuam ſui miniſterij partem non aduocari, ſed ex officio accedere deſtinauit. Doctrinæ igitur Chriſtianæ explicandæ quotidianis fatigationibus plus æquo inſudantem, & laborantem Capuccinum Leuitam cum oſtendiſſet; (vt ſui muneris erat) oneris portionem ſibi congruam ſpontaneè aſſumpſit:

Magiſte-

Magiſterinm namque religioſum illud adinuicem diuidentes fideles Euangelici operarij · Reuerendus Plebanus pueros, & adoleſcentes mares Parochiali in Ecclefia inſtruendos: Fr Franciſcus Capuccinus adoleſcentulas,& iuuenculas in Sancti Bernarditi Templo primarijs fidei rudimentis inſtituendas, ſuſcepit, ſicque alter alreri cooperãs, atque collaborans, & faciliùs ſuſtinere laborẽ, & perfectius Apoſtolicum opus conſummare valebant Nec ſimplicioribus ſolummodo mulieribus edocendis, voluit perpetuò Eccleſię Rectori cooperari, ſed & difficilioribus cunctis in miniſteris exercendis perſtirit Fr. Franciſcus vtriuſque ſexus fidelibus proprię animarum ſaluationi proficua, & neceſſaria comminiſtrare.

Plebanus, Miſſionario cooperãs Doctrinę Chriſtianæ Magiſterium adinuicem diuident.

VI. Philoſophabatur induſtrius promouendæ pietatis artifex, & apud ſemetipſum ratiocinans rationaliter cogitabat: quia à genitricibus præcipuè optima filiorum pendet educatio, illarum namque mores cum lacte infantuli ebibunt, quarum manibus,& diligentia curantur,quarum in ſinu, & inter amplexus coaleſcunt, quarum conuerſatione, & familiari conſuetudine, vſque ad impuberes annos coutuntur, quarum demum & cibo, & ſanguine nutriuntur, & aluntur. Si igitur adoleſcẽtulæ,& iuuenculæ futuræ Matres chriſtiana,& pia cultura curatę adoleuerint;factæ parẽtes conſimili educatione chriſtianè, & piè liberos ſuos educabunt. Quamobrem vir nobilis, & iam grãdęuus,prouectæ nempè iam ætatis, atque alioquin illibatæ conuerſationis, & candidiſſimæ reſeruatæ conuerſationis:cũ Pancalerij ingens inueniretur adoleſcentularũ cœtus, quæ incuria potiùs, quàm malitia liberiùs adoleſcerent, ipſe curandas, & inſtruendas eas ſuſcepit: cõgruis igitur & locis,& horis cõgregatas quaſlibet ad ſe accedentes puellas primò literulis imbuere cœpit, poſtmodum diſciplinæ chriſtianæ rudimentis accuratiùs excolere perſeuerauit, donec ſufficienter, immò abundanter religioſis documẽtis inſtructę publicè in Eccleſia, de chriſtianæ doctrinæ primarijs elementis differere, & reſpõdere valerent pro catechiſmo explicando:atq; religioſa exercitia frequentanda deuotis munuſculis imaginum, coronarum, & ſimilium donariorum elargitione ſolicitabat. Caſticola igitur Capuccinus ſuæ integritati cõcreditas teneriores diſcipulas vel in ſchola pro eruditione, vel in Eccleſia pro inſtitutione & ſignum crucis aptè efformare, orationem Dominicam cum ſalutatione angelica,& cœteras precationes congruę recitare, & ſymbolum Fidei, & legis Decalogum ſufficienter memoriæ mandare, cum ſocio laborans, edocebat poſtmodum vel Saluatoris, vel Matris Dei coronas, aut officium debitè perſoluere oſtendebat. Nec vero illud prætermittebat; vt Deum colere, ſanctos venerari, parentibus obtemperare, cunctis benefacere, modeſtè conuerſari,honeſtè viuere, conſeruandæ ſimplicitati, & puritati ſtudere, conſcientiæ nitorem, & virginitatis candorem conſeruare, à virorum conſortio omnimodè abhorrere, piè, deuotè,religioſè ad Pœnitentiæ, atque Euchariſtiæ ſacramenta frequentiùs accedere, ſolicitus illis præmonſtraret. Spiritualibus igitur his aſſiduis exercitationibus cum non ferialibus modò; imò & eò magis feſtiuis diebus puellulas adeſſe, & intereſſe procuraret; aſſiduè vel in ſchola, vel in Templo illas exercendo, à confabulationibus vanis, vel noxijs, nec non ab adoleſcentium conuerſationibus ſuas alumnas retrahebat.

An. Christi 1616.

Religioſo ſexu adoleſcentulas inſtruẽdas ſuſcepit.

VII. Cum igitur innocentiæ, & caſtitatis amator præcipuus, Leuita Franciſcus adoleſcentes plantulas, ideſt adoleſcentiores fœminas Pãcaleriẽſes ſolicita, religioſa, & Chriſtiana cultura percoleret; frequentioribus, atque feruentioribus ſermocinationibus, ſiue domeſticis ſpiritualibus allocutionibus ad virtutis profectum,& vanitatis deſpectum iuuenculas adhortabatur,inuiolatam mentis, & corporis animæ, & ſpiritus integritatem eas ſeruare docens, candidas cogitationes, modeſtiſſima verba, verecundam conuerſationem, caſtos mores,oculorum modeſtiam, compoſitionem inceſſus,ſimplicitatem conſcientiæ,pudicitiæ ſplendorem commendabat. Quod vt efficaciùs præſtarent, & faciliùs aſſequerentur; vnius alicuius, iuxta propriam propenſionem, & deuotionem, ſeligendæ ſanctę Virginis in Cœlorum exiſtentis, vel Virginum Reginæ Proto-Virginis Matris Dei imitationẽ proſequẽdã proponebat:ad hoc illarũ egregia facinora,& celebriores virtutes, pijs laudibus,loco profanarũ cantilenarum, & in Eccleſijs, & domi percelebrare deuotè concinando, hortabatur: ſanctorum, & ſanctarum vitas, ac ſpirituales libros perpetuò perlegere cohortabatur. Quibus, & conſimilimis induſtrijs cum congregationem potius religioſarum, quàm ſæcularium virginum cętum efformaſſet; plures ex illis perfectioris inſtituti deſiderio flagrantes,Capuccini inſtitutoris adhortationibus incenſę ſanctimonialium Clauſtra ingredi decreuerunt, vna igitur Capuccinarum, altera Clariſſarum Taurinenſium, tertia itidem Clauaſij S. Claræ Monaſteria ingreſſę poſt probationis annum laudabiliter inſtitutum ſunt profeſſę, ſed à ſua profeſſione,vix aliquibus elapſis diebus, nouiſſima hæc prima facta eſt, quæ cum ſingularis ſanctimonię odore, è mortalis vitæ vinculis abſoluta, cœlum verſus velociores direxit greſſus.

Adoleſcentulas religioſa cultura colit.

Plures, ſanctimonialiũ clauſtra ingrediuntur.

VIII. Rurſus cum aliquando Concionator Euangelicus Sanctę Virginis, & Martyris Catharinę virtutes, nempè virginitatis propoſitum, & Mundi contemptum publicè celebraret; vna quędam ex Oppidi optimatibus non ignobilis, nec indecora adoleſcentula conſimilis propoſiti ardore ſuccenſa, talium virtutum ſtudio illecta perpetuę virginitatis ſeruandę concepto propoſito: intelligens quia fallax gratia, & vana eſt pulchritudo, mulier ſola timens Deum, ipſa in gloria laudabitur: ideò ex tunc muliebrem Mundum, & Mundana vniuerſa contemnens, ſpretis vniuerſis carnis, & Mundi illecebris, ipſa cum geminis eiuſdem voti ęmulis conſodalibus ſpontè caſtitatem, & virginitatem profitentes, religiosè viuere elegerunt: vnde mundanorum tàm virorum, quàm mulierum conſortia deuitantes, pœnitentię, ac mortificationis opera proſequentes, impenſiùs Deo famulari, & cęlibem perfectiorem vitam agere, cœperunt. Nec diſtulit infernalis hoſtis, caſti propoſiti aduerſarius Iuuenculis his in odorem vnguentorum diuinorũ currentibus poſt Chriſtum, grauiora in via offendicula parare: primùm enim honeſtioribus adoleſcentum optimatum propoſitis connubijs caſtas animas, vt labefactaret, pulſauit, quas tamen ad hos blandos impulſus, & ſolicitationes vt ſurdeſcentes, & repugnantes animaduertit; acerbiorem affinium, conſanguineorumque, atq; Parentum in eas procellas, & acriores perſecutiones excitauit: quibus omnibus ruentibus minacibus turbinibus reſiſtentes, & propria manu ſibi comas precidentes, tandem habitum pœnitentiæ tertij ordinis Sancti Franciſci ſpontè ſuſceperunt tres illę conſorores. Quibus prioribus, cum tres itidem Pancalerienſes iuuenculę poſteriores acceſſiſſent; ſufficienti à Reuerendo Iaffredo Murra Sacerdote ſibi quondam derelicta in domo, Fr. Franciſcus prudentes illas virgines recolligendas curauit, recollectis autem religioſum viuendi, & conuerſandi, orandi, ac precandi modum ipſe preſcripſit, & methodum attribuit. Puſillus igitur Chriſti ouicularum grex religioſo in Domicilio cõgregatus, nõ ſibi ſoli viuere, ſed & alijs proficere ſtuduit: in commune quidem vſum vniuerſa conferentes deuotę conſorores, ſecularium puellarum inſtitutionem exercere voluerunt. Docebant igitur accedentes, & ſibi traditas diſcipulas & legere, & orare, & chriſtianè ſapere, & manibus operari, & honeſtè viuere. Ipſe autem ex proprio labore, & manuali quotidiano opere, nec non eleemoſynario ſubſidio victitabant: ieiunijs, obſecrationibus, macerationibus, diſciplinis, & mortificationibus intendentes à Fr. Franciſco inſtructę, & directę.

Cũ ſermonẽ haberet de laudibus Virginitatis, tres Adoleſcẽtulæ ſpõtè caſtitatem profitentur.

Pluribus tẽtata conſtãtia, ſtantia, tãdẽ pœnitẽtiæ habitũ ſuſcipiũt.

Ann. Chriſti 1625.

IX. Verùm enimuerò, quia non omnes meliùs, & laudabiliùs viuendi ſtudio flagrantes Pancalerienſes mulieres, virgines, vel viduę Clauſtra ingredi, vel proprios lares egredi valebant, quinimmo plurimę inter eas coniugatę pię fœminę reperiebantur; ideò harum omnium religioſę petitioni, & deuotę intentioni, vt ſatisfaceret Apoſtolicus operarius; Alteram quandam fœminarum Cõgregationem inſtituit, ſub Sanctę Eliſabethis viduę vexillo, & tutela militantem: eo quod nonnullę mulieres a viri lege ſolutę huius Sanctę Principiſſę mirificis exemplis permotę caſtitatem, & cęlibatum proprijs in domibus perſiſtentes & vouerant, & ex voto perfectiorem vitam profitebantur: Sacramenta pœnitentię, & communionis frequentando, cinericio habitu, & humiliori cultu incedendo pauciores hę arctioris propoſiti ſorores, vniuerſitas verò Cõſocietatis quę humilitatis ſub titulo militat, opportunis tẽporibus, & publicis pro ſupplicationibus ſacris induta capite, & facie velata, pedibus aliquãdo nudis, & manibus Crucifixũ geſtãdo procedit: harum pias precationes tempore neceſſitatis publicę pro Diuina iracundia placanda, tempeſtatibusque pręcipuè, quibus ager Pancalerienſis ſępè ſæpiùs deuaſtatur, arcendis, & effugandis Fr Franciſcus adhibere conſueuerat. Quò verò honorificentiùs, ac honeſtiùs, imò religioſiùs, & feruentiùs pręſcriptę Sodalitati ſpiritualia exercitia celebrarent; prouidus Paſtor in Sancti Bernardini diſciplinatorum oratorio ſacrum ſacellum pro his conſororibus erigendum, & conſtruendum, nec non conuenienter exornandum curauit.

Cõgregatiõnẽ S. Eliſabethis inſtituit.

Sacellũ Cõſororibus in S. Bernardini Oratorio cõſtruendũ curat.

X. Inter cuncta autem Apoſtolica munera proximis miniſtranda Euangelicus Capuccinus Stationarius, ſecundam poſt naufragium tabulam, nempè Pęnitentię Sacramentum periclitantibus vniuerſis porrigere, & amplexandam perſuadere, vt tutè in portum appellerent, ſtudebat. Pancalerienſes Incolę, ſpiritualium quidem rerum inſcitia nonnulli laborabant, ſed pęnitentialis expiationis ritè faciendę ignorantia (vt Lucern. teſtatur) plurimi tenebantur, quamobrem prior Euangelicus ductor, & dum concionibus, & dum catechiſmis ſolicitus inſiſteret; ſolicitior in proprię conſcientię ritè, & iuſtè diſcutiende, diſcuſſęque appoſitè, & plenariè Confeſſario aperiendę tradenda faciliori methodo incumbebat: confeſſionalis accuſationis pro vnius cuiuſque ſtatu, vel conditione modulum aperiendo, vnde quò in difficiliori tramite inoffenſo percurrerent pede, filum ſufficientis eruditionis ſingulis, etiam rudioribus porrigebat, tàm publicis, quàm priuatis monitionibus ad expiationes etiam generales adhortando, quibus inueteratas

Luc. cap. 39.

Methodũ aperiendi cõſciẽtiã in pœnitẽtiæ Sacramẽto docet.

die-

dierum malorum, à pluribus annis confeſſionibus neglectis, inexpiatas ſuas animas à Sathanę vel Orci faucibus erutas in æternã tandẽ aliquando vitam ſperare, & reſpirare concederent. Accedentes igitur ad ſe pęnitentes, non amplius vt olim, Sacerdotes dehortationibus repellebant, frequentiores confeſſiones improbantes, quinimmò Fr. Franciſcus hilari adeò vultu, & benigno aſpectu ad ſe venientes pęnitentes amplexabatur; vt cuncti pio Patri ſui cordis, & animi ſecretiota viſcera pandere feſtinarent: vnde confitentium frequentia non ſolemnioribus celebritatibus modò, ſed & annualibus feſtis occurrentibus conuenientium ita inualuit; vt vix requieſcendi, & reſpirandi locum Apoſtolico Sacerdoti relinqueret, qui plebem illam efficacioribus cohortationibus ad pietatis cultum adeò excitanerat; vt ſinguli meliora chariſmata religionis ęmularentur, ſępiùs Sacroſanctis Myſterijs communicando.

Ad ſe venientes pęnitentes benignè excipit.

XI. Quò verò Pancalerienſem plebem & ad pietatem prouocaret, & ab iniquitate reuocaret; vel paſſionum Chriſti Saluatoris myſteria, vel Sancti alicuius pręclariora geſta ab adoleſcentibus, vel iuuenculis, compoſitis à ſe inſtitutorijs interlocutionibus ad mores, & religionem ſpectantibus, in Proſcenio repręſentari faciebat: hęc verò licèt aliquando diebus ſacratioribus maioris hebdomadę pręſtaret; ſemper tamen, & vt plurimùm Bacchanalium tempore ſolemniùs pręſtanda curabat. Per luſtrum enim, quò inibi Apoſtolico officio functus eſt, ſingulis annis cũ chorearum, & comeſſationum, ſiue potius diſſolutionum adeſſent dies; circa Dominicas ſexageſimę, & quiquageſimę ſolicitus excubitor, vt Mundi carnis, & diaboli tripudia impediret; ſpirituali, & ſacra aliqua compoſita ſcena, per à ſe pręmonitos, & pręinſtructos actores Myſterium, vel morale aliquod à ſe excogitatum, & diſpoſitum egregium facinus, in virtutum commendationem, & vitiorũ deteſtationẽ publicè corã populo actitari, & oſtẽtari volebat. Quò verò efficaciùs laſciuientis carnis noxia gandla in proficuam ſpiritus lętitiam converteret; ipſe tribus poſterioribus diebus, nempè quinquageſimę Bacchanalico illo triduo, inſtituto quadraginta horarum exercitio, ſingulis ferè horis populum viciſſim per partes in Eccleſiã, coram expoſito in ſolemniori apparatu Auguſtiſſimo Euchariſtię ſacramẽto ad feruẽtiores ſermocinationes audiendas, & religioſas exercitationes frequentandas inuitabat: ſicque fiebat: vt vacaret forum, & repleretur Templũ, ſilerẽt vana, & vigerẽt ſacra, profana exularẽt, & exultarẽt ſpiritualia: cũctis, nõ ſenioribus, & antiquioribus modo, ſed & iunioribus, atque adoleſcentioribus viris, & fęminis quotidie, quin tota die ad Eccleſiã conuenientibus, & in Templo pietatis, & Diuini cultùs operibus impenſiùs vacantibus vſque in veſperam: ſacris pęnitentialibus expiationibus, & Sacroſanctę Euchariſtię communioni ſolicitè ita incumbentes; vt Paſchalia, non Bacchanalia feſta viderentur, ſignanter cum nouiſſimo die feſtiuitatis in veſpera, indicta ſupplicatione, conuenientibus cunctis, Euchariſticum ſacrum panem circumferendo proceſſionaliter per Oppidum procedebant. Tunc enim adſtantes vniuerſi antequam reponeretur, feruentiores preces pro bono Chriſtianę reipublicę, pro communi, & ſingulorum ſalute ſpirituali, & temporali, ex corde religioſiùs ſinguli, & omnes effundebant, atq; Deo offerebant: ſicque de bono in melius proficiendo, à Quinquageſima in Quadrageſimam pijs exercitationibus inſiſtendo pertranſibant.

Singulis annis Bacchanali tempore Sacras ſpirituales repręſẽtationes populis exhibet

Ann. Chriſti 1625.

In Dominicis Quinquageſimę Quadraginta horarũ exercitiũ celebrat.

XII. Peculiari igitur ſpirituali, principaliori Diuini cultus, & Chriſtianæ religionis ædificio, in animabus fidelium aliqualiter iam inſtaurato, materialium Templorũ reſtaurationem Apoſtolicus Capuccinus Operarius moliri aggreſſus eſt: Parochiali ergo propria (vti diximus) Sancti Nicolai Eccleſia iacente, Parochialia pro vniuerſa Plebe munera, & miniſteria quadam in Communitatis Pancalerienſis ſacra Æde, Matri Dei Beatæ Mariæ dicata exercebantur, quæ cum minus congrua, minuſque ſufficiens, eòquòd minus ſufficienter ornata, & constructa conſiſteret, appareret; Fr. Franciſcus ad meliorem & formam, & ſtatum illam deducere excogitauit: quare vt collabentem ſtructuram reſtitueret; publicl ærarij adminiſtratores in partem ſolicitudinis, & expenſarum aduocauit, quibus libenter partem, & oneris, & ſumptus aſſumentibus, Minorita cooperator oſtiatim, & vicatim per pagum, & agrum quæritando, congruam eleemoſynariam ſtipem congregauit, quã deputato operi præfecti pij viri aſſumentes, prædictam Deiparæ Sacram Ædem inſtaurare cęperunt, & breui tempore opus perfecerunt, inſtante ſolicitè, & perurgente Capuccino Leuita: qui & parietes dealbari, & feneſtras epicyclas aperiri, ferroque muniri, & vitreis ornamentis exornari fecit grandiori aræ commodiorem in locum tranſlatæ Tabernaculum à ſuo prædeceſſore confectum, impoſuit, cui contegendo, ſimul ac altari honorificentiùs exornando ſerica, ſiue holoſerica plura ſcutulata vela prouidit. Quaterna Sacella iterum hoc in Templo, erigenda, & conſtituenda procurauit, quibus quatuor elegantiores Icones, quatuor itidem in illis Societatibus erectis proprijs, & peculiaribus, appoſuit. Corporis Chriſti vnam, Mariani Roſarij alteram, Franciſcani funiculi

Spirituali ædificio inſtaurato; materiales collabẽtes Eccleſias reædificare adoritur.

Sacella erigit

Societates quatuor inſtituit.

ter

tertiam, quartam ſuffragij purgantium animatum Sodalitatibus attribuendo: quibus & collateralibus quatuor, & quintæ maiori aræ ligneos ex nuce cancellos tornatiles circumpoſuit, pariter & plura ad ornamentum attribuit, atque periſtromata comparanda curauit, de ſibi præſtito quotidiano commeatu non pauca ſubtrahens.

XIII. Hac ergo priori inſtaurata Eccleſia, peculiarem propriam Oppidi Pancalerij Sancto Pontifici Nicolao dicatam Parçciam collabentem ſuffulcire diſponit, vnde cum Reuerendo Parocho inito conſilio, cum ſacras illas Ædes ab anteceſſore profanatore illo Plebano in caulas conuerſas, & ruinæ iam proximas cernerent; incidit eis conſilium bonum; vt vetuſta illa rudeta ſolo equata, & penitus diruta nouũ à fundamentis Tẽplũ excitarẽt: quare ex-tẽpore demolitionem aggredientes, haud longioris temporis intercapedine commodiorem, & formoſiorem recenter, & expeditè conſtructam Diuo Nicolao nouam Eccleſiam ſuſcitauerunt: erecto pinnaculo, concamerato fornice, ſanctis ſanctorum, ſacrario, & choro competenter appoſitis, & diſpoſitis (adhuc tamen inexcultis, & impolitis) cemeterio rurſus muris circũmunito. Domeſticis verò curãdis, & reſtituẽdis nõ adeò totus incũbebat; quin cãpeſtria quoq; curaret: ruralia igitur nõnulla Sacella vel reædificanda, vel reſarcienda, aut ſaltem exornanda, & picturis condecoranda ſolicitauit. Diſciplinatorum tandem Oratorium Sancti Bernardini à Confratribus Capuccinis Apoſtolicis Operaris accommodatum pro ſacris habendis, elegantiori itidem ſtructura, & ornamento cohoneſtare, & condecorare ſtuduit: decoram Iconem, & tornatiles cancellos maiori altari apponendo, peripeteſmatibus, pluribuſque quibuſdam alijs ornamentis attributis. Maiori verò ſuper altari erecto ligneo deaurato eleganti Matris Dei ſimulacro, Sanctę Mariæ de Monte Carmelo ſodalitium congrua auctoritate conſtituit. Vnde Diuinum cultum, & pietatis Chriſtianæ exercitia mirificè cumulauit, & adauxit. Congregationem tandem Confratrum Sancti Bernardini, à ſuperioribus opportuna relata poteſtate, ad meliorem formam reduxit: pro albo namque lineo induſio cilicinam melotem, & pro cingulo aſperiorem funem Fratribus geſtanda exhibuit: opportunis poſtmodum præſcriptis, & traditis regulis ſpiritualia peculiaria eorum exercitia honorificentiùs celebrari, & officia decantari curauit.

Eccleſiã ſolo æquatam à fundamentis excitare aggreditur.

Campeſtria Sacella, & Sãcti Bernardini Oratoriũ, exornat.

Sodalitium inſtituit, & Diſciplinatorum Congregationem ad meliorẽ formam reducit.

Ann. Chriſti 1647.

XIV. Egregijs igitur his præclarioribus facinoribus dum omni Apoſtolica ſolicitudine incumberet Fr. Franciſcus fidelis ſeruus, & prudens; ab imprudentibus, & impudentibus quibuſdam perfidis, Caluiniſtica adhuc interiori febre inſanientibus detrectationibus, & obtrectationibus appetitur, ſed quid dico appetitur? quinimmò à perficiendis, & conſummandis præinceptis prędictis Templorum reſtaurationibus impeditur. Obiectis namque multiplicatis difficultatibus illum à propoſito opere reuocare conabantur. Verùm enimuerò intrepidus Leuita altera manu contra aduerſantes pugnabat, altera verò ſtructuræ inſiſtebat. Inter plures autem aduerſus Fratrem Franciſcum commotas tempeſtates vna illa acerbior, quam per ludimagiſtrum, communis Pancalerienſis Scholæ Præceptorem, in eum excitauit Sathanas, computatur. Pedagogus igitur tunc quidam alienigena publico ære conductus, pueros educandos, vel potius enecandos ſuſceperat: licèt enim cultiori litteratura excelleret; iniquiori malitia pollebat: nõ enim ſola Grammaticalia rudimenta, quinimmò ſimul & ſemel hæreticalia figmenta diſcipulis tradebat: nec ſolis verbis alumnos decipiebat, ſed & infectis, & deprauatis moribus, atque pernicioſa conuerſatione concreditos pueros inficiebat. Id Fr Franciſco vigilaci cuſtodi vbi primum innotuit; ſuauioribus allocutionibus, ac familiaribus congreſſionibus pluries ludimagiſtrum admonuit, & vt reſipiſceret adhortatus eſt, ille verò in dies magis deſipiens, non modò Capuccini monitoris conſilijs acquieſcens, mores ſuos correxit; quinimmò aduerſus monentem inſurgens, contra eum oblatrare cepit: quare Fr. Frãciſcus grauiori ſtylo petulãtẽ cõuenit, & aut de emẽdatione, aut de eiectione abſolutè optionẽ proponit: ille verò quorũdã Optimatũ patrocinio fretus monita aſpernabatur, & cõmonitorem ſpernebat, vnde religioſus Cuſtos reipublicæ quibuſdam adminiſtratoribus aduocatis, de ſeductore Magiſtro eijciendo conſilium proponit: quibus acceptantibus, & aſſentientibus, Pſeudo vero Magiſtri fautoribus, & patrocinantibus diſſentientibus, ciuilis ſeditio exorta inter Pancalerienſes ex-tempore fuit. Cui vt accurreret Capuccinus excubitor; Principis de exiliando ſubuerſore reportato edicto, renitentem primò iterum conuenit, & de reſipiſcendo commonet, verùm vbi nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret in populo, proclamantibus iniquitatis tutelaribus, quod iniuſtè innocuus homo pateretur; Fr. Franciſcus Pędagogum publico Principis decreto eijciendum comminatur, quamobrem interceſſoribus quibuſdam accedentibus, Ludimagiſtro tribus Menſibus ad ſibi conſulendum, & prouidendum conceſſis, vt ſpontè vltroneus diſcedat, indulget. Hiſce autem Indulgentiæ decurrentibus die-

In Fratrem Franciſcum excitatur perſecutio.

Principis edicto cogitur Ludimagiſter diſcedere.

bus

bus contigit ; vt ad veſperam pro feſti Sancti Laurentij, circa ſecundam vigiliam noctis vehementiori per aerem concitata tempeſtate, F.F. Franciſcus Concionator, & Auguſtinus à Caſtro Montano ſocius Sacerdos, protinus de ſtrato ſurgentes, proximum in Sancti Bernardini Templum accurrerent; vt ſacris exorciſmis, & cõiurationibus turbines irruentes arcerent. Dum igitur precationibus alter, alter verò Capuccinorum pulſandæ campanę intenderet ; en flante validiori procella, de Cęlo ſæua fulmina ruentia anguſtum prædictum Cõfratrum Oratorium percutiẽtia concuſſerunt : quorum fremitu, ſtrepitu, percuſſione, & concuſſione, non minus quàm ſonantibus procellis, & tonitruis perſonantibus conterriti, & grauiori impulſione deiecti, conſternati coram altari gemini Sacerdotes ceciderunt, alter alterius internecionem ſuſpicantes : ſulphureo, fumo, & tenebris, extincto lumine, confuſa omnia occupantibus : tandem aliquando reaſſumptis mentis, & corporis viribus feruentiores rurſum deprecationes fundere perſeuerauerunt, donec afflante Diuino numine nimbus, imber, & turbines ſiluerunt, & quieuerunt, tunc enim à cadente ſagitta de cęlo, & percuſſi Templi parietes, & ornamenta quædam combuſta apparuerunt, Matris Dei illęſo ligneo ſimulacro, exuſtos pariter ſibi palpebrarum, & barbæ pilos admirantes, ſano tamen toto reliquo corpore perſtiterunt, ſequenti verò nocte, eadem hora conſimilem tempeſtatem exorientem cum proſpicerent ſtrenui pugiles; protinus ad Eccleſiam confugientes Sacroſanctis exorciſmis, & coniurationibus naſcentem ſuppreſſerunt, incredibili oppidanorum lætitia, quos antecedentis noctis procella timore, quinimmò horrore perculſerat ; vt etiam bimuli infantes pertimeſcentes manus ad Cęlum pro Deo exorando tollerent, intra proprios lares orantibus cunctis, cum nullus eſſet ; qui ob vehementiam imbrium, & grandinum domum egredi, & ad Eccleſiam progredi auderet. Ab hac igitur attrociori tempeſtate, & procella vix quibuſdam elapſis diebus, nefarius Ludimagiſter Pancalerienſis Hæreticus, & Magus deprehenditur, vnde Sanctæ Taurinenſis Inquiſitionis carceribus traditus, ibi intra bimeſtre impęnitens miſerrimè extremum ſuum diem clauſit. Cuius nubilis decem, & octo annorum honeſtis moribus filia iuridicè de patris geſtis interrogata : primò ſibi à Patre impio pietatis catholicæ exercitia ſæpè ſæpiùs interdicta fuiſſe, confeſſa eſt. Secundò quæ è Cęlo dilapſa tempeſtas, in Capuccinorum Oratorium deſæuit nocte, proprijs auribus progenitorem ſuum ad feneſtram domum Apoſtolicam verſus ſtantem, varijsq; nominibus plura Dęmonia inuocantem, & aduerſus Capuccinos cõcitatẽ inclamãdo: Percutite, percutite, interficite fraterculos, Cuculliones illos, percutite, domũ ſubuertite, ſe audiſſe, profeſſa eſt, medio iuramẽto: cuius iuratæ atteſtationi alia quædam ex vicinis mulieribus de ſimilibus auditis ſe ſubſcripſit : vndemeritò Hæreticus Præſtigiator, & maleficus ſepultura aſinorum tumulatus, vt anathema damnatum à ſacris eiectum fuit.

Horrenda tẽpeſtas excitatur.

Ann. Chriſti 1627.

Ludimagiſter hæreticus, Magus deprehenditur, & Carceribus traditur.

XV. Sacer è contra orator, & Capuccinus declamator, Apoſtolicus Operarius his, & ſimilibus aduerſitatibus probatus, in dies magis & magis religioſis virtutibus, & mirificis exemplis, atque egregijs facinoribus enituit: morum compoſitione, conuerſationis integritate, flagrantiori in Deum, & proximos magnos, & paruulos charitate : ægrotos inuiſebat, egentibus ſuccurrebat, errantes corrigebat, peccantes monebat, inſcientes inſtruebat, diſſidentes concordabat, litigia componebat, iurgia extinguebat, deuios reducebat, & redeuntes pęnitentes benignè exceptos ad Deum deducebat. Quinquennio ſuæ reſidentiæ ſenos reduces alienigenas, quondam Caluinigenas Eccleſiæ reconciliauit, & multa præclara molimina aggreſſus, & progreſſus tandem ad Clauſtra regreditur.

Perquinquẽnium operatus, ſenos reduces ad fidẽ recepit.

CALCVLVS QVARTVS

Fr. PETRI à PLANITIA Concionatoris per annos 1629. 1630. 1631.

I. IAm per biennium, ab extincto Reuerendiſſimo Fr. Ioanne Baptiſta Ferrerio, e Sacra R.R. P.P. Prædicatorum familia Archiepiſcopo, derelicta vacabat Metropolitana Taurinenſis & infula, & cathedra, ſed nequaquam Pedemontanus hic Principatus à bellicis Francorum, atque Hiſpanorum pro Caſalenſi Acropoli adinuicem pugnantium ſeditionibus immunis quieſcebat : quinimmò vtriuſque factionis viciſſim aduentantibus promiſcuæ credulitatis, & religionis militibus conſtantibus turmis, ſpirituale non minus, & Eccleſiaſticum, quàm ſæculare, & politicum Subalpinum Regnum aduerſarias patiebatur in dies incurſiones, & ſubuerſiones à Lutheranis, ſiue Caluiniſtis militantibus, & percurrentibus Sectarijs. Cum igitur Pancalerium ipſo in complano ferè medio Pedemontano Agro

iaceat

Emittitur ad hanc Euāgelicam Cuſtodiam Fr. Petrus.

iaceat: diſcurrentium acietum importunis inuaſionibus ſublacere ſolet. Ne igitur inuadentibus ſignanter Caluiniſtis (quorum à receptaculis Angronianis haud multum diſtat) liberè pareret, aut miſerè ſuccumberet; Apoſtolicæ militiæ Præfecti, hoc anno poſt ſexcentum & mille vigeſimo nono, ad inuigilandum in Pancalerienſi Euangelica Cuſtodia, legitimè ordinatum emiſerunt Fr Petrum à Planiria, Sactum Capuccinum Oratorem, virum religioſum, compoſitis moribus pariter, & laudabiliori conuerſatione præclarum, qui cum apud ſuos regularis obſeruantiæ zelo, & Minoricæ diſciplinæ ſtudio fulgeret; pluries Guardianatus miniſterio adminiſtrando fuit ſuffectus, modò verò Apoſtolico exercendo muneri extitit præfectus.

Ann. Chriſti 1629.

II. Profectus igitur Pancalerium Capuccinus hic declamator, eum ſui prædeceſſoris præclarioribus veſtigijs inhęrendo, quod reliquum ſuperfuerat irreligioſitatis, & indeuorionis ſiue vitiorum, & perfidiæ à conerędira ſibi plebe auertere, atque ſubuertere ſatageret; ſpirituales pias, ac religioſas à Fr. Franciſco inſtinſtas exercitationes Apoſtolicas proſequendo, perſecutores nonnullos non illibatæ, nec adhuc integræ Fidei aduerſarios expertus eſt. Cum enim effrœnis, etiam tunc ex parte, carnis libido, ſiue petulantia apud nonnullos vigeret; ſpiritus libertas, vt plerimùm, torpebat, atq: ſtertebat, ideoq; à ſpirituali torpore ſoliciti Excubitoris pariter, & excitatoris ſolicitudine, ac ſolertia diligentiùs exeitari, egrè admodùm ferebant: quare ſemidormientium, ne dicam delirantium more, in exciranrem ſimul, & ad meliora prouocantem inſurgebant, aſperioribus, ac minus decoris tractarionibus illum excipientes. Verùm Apoſtolicus Operarius, nihilò ſegnior effectus, inſiſtebat Euangelicæ agricolationi, pręcipuèq; frequentiori pręditationi Diuini verbi: ſingulis vel Dominicalibus, vel profeſtis ſolemnioribuſque diebus prædicabat, non in ſublimitate ſermonis, ſed in oſtenſione ſpiritus: ſpiritualia commendando, & ſæcularia, atque profana coarguendo: ſacrorum negligentiam damnabat, Sacramentorum frequentiam inculcabat, aduerſum quoque deprauatas conſuetudines aeriùs adeò inuehebat; vt cum aliquando pro concione choreas, & tripudia vehementer deteſtatus fuiſſet, quidam huiuſcemodi vanitatum amatores pęnitentes ſua piacula faſſi, à ducendis choreis impoſterum abſtinuerint.

A perſecutoribus impetitur.

Verbo quidem Pancalerienſem populum inſtruebat, ſed, & religioſæ conuerſationis exemplo ædificabat: ſacrorum celebrationi ſedulus aſſiſtendo, & ſpiritualibus publicis, & communibus in Eccleſijs exercitarionibus perſonaliter ipſe ſemper, & vbique inſiſtendo. Incumbebat autem pręcipuo, & peculiari ſtudio Cathechiſmo ſimplicium ſtatutis feſtis diebus frequentando. Cum enim prædeceſſorem ſuum in hoc ſolicitum accepiſſet; ipſe quoque ſolicitior huiuſcemodi in Apoſtolico munere apparere, & eſſe ſatagebat. Diſciplinæ Chriſtianæ igitur primaria documenta rudioribus, & adoleſcentioribus peruia methodo tradebat, quò verò & iuniores exerceret, & ſeniores pijs exercitationibus ſignanter feſtiuis diebus, ne otio langueſcerent, occuparet; deuotas religioſas ab adoleſcentibus repręſentationes ſæpiùs recitari faciebat. Ipſe verò ſufficientiùs vt paruulorum catecheſim perficeret; poſt recitantium, vel de rudimentis Fidei puerorum diſputantium congreſſum, exordiebatur, & proſequebatur dilucidiorem dictorum explanationem, vel faciliorem ſermocinationem, qua Orthodoxa dogmata confirmans, hæretica placita repudiabat, & deteſtanda demonſtrabat.

Doctrinæ Christianæ explanationi ſedulus, inſiſtebit, & deuotas repræſētationes proponit.

III. Materialis Dei Domus vel inſtaurandæ, vel reformandæ, aut in meliùs efformandæ curam præcipuam geſſit: Parochialem enim, quam Communitatis Eccleſiam dicunt, elegantiorem ad formam reduxit, ſic & illius, quæ titulo Sancti Nicolai Pontificis propria Oppidi cura nuncupatur, conſtructionem promouere curauit. Sancti Bernardini Diſciplinatorum Oratorium quibuſdam & ſculpturis, & picturis, nonnulliſq; alijs decoris ſacris inſignibus exornauit, & præ foribus ſolemni pompa, ac celebriori populi frequentia ingentem ligneam crucem erexit. Apoſtolicorum Operariorum Capuccinorum exiguum domicilium religioſè cōpoſuit, & commodiori habitationi coaptauit, pauperculam ſuppellectilem adauxit, & nonnullos neceſſarios pro Euangelicis Concionatoribus libros coemendos, & comparandos procurauit. Verùm enimuerò nec ſibi ſoli viuere, ſed & alijs proximis proficere feſtinauit: plures enim in Pancalerienſi populo exortas ſimultates extinxit, iurgia compoſuit, abſtulit diſſidia, vnde & quamplurimis inde ſecuturis publicis, atq; priuatis incommodis opportunè, & prudenter occurrit, & occluſit aditum. Cum officij Sacræ Inquiſitionis Vicarias Vices gereret; & ſuſpenſos libellos quoſdam correxit, & contra ſuſpectos nonnullos iuridicè proceſſit, & tandem reduces ſeptenos ad Sanctæ Matris, & fidelium communionem reconciliatos admiſit.

Materialem reſtaurationem promouet.

Iurgia, & rixas extiguit, Sanctæ Inquiſitionis Vices exercuit, & aliquos ad Fidē recepit.

IV. Percurrentis ſęculi ſeptimi decimi luſtris ſex cum iàm iàm peragendis, nouiſſimus infeliciſſimus trigeſimus annus aduenisset; adfuerunt pariter menſibus Martio, & Aprili Gallica Caſtra, aduerſus Sabaudum Ducem militantia, quæ ex ino-

Ann. Chriſti 1630.

pinato Pinerolium inuadentes, & ciuitatem, & arcem breui non viribus, ſed militaribus artificijs occupauerunt. Accurrit expeditus pernix, & volucer Pedemontanus Princeps Victorius Amedeus, ſed ſerò nimis, quia ſtratagemate vſi præuenerant Franci: quibus ex oppoſito caſtrametatus Subalpinus per vniuerſum Pancalerienſem agrum acies ſuas diſtribuit. Quamobrem Oppidani inter anguſtias, & bini exercitus incurſiones poſiti, inuaſionibus ſe militaribus expoſitos proſpicientes, proprias domos deſerentes, ad Eccleſias delata vniuerſa mobili ſua ſubſtantia, confugiebant: ex quibus non pauci, imò plures ad Capuccinorum anguſtum domicilium, & Sancti Bernardini Oratorium refugerunt, ſignanter mulieres, virgines, & adoleſcentulæ. Cum igitur anguſtum, tot hoſpitibus recipiendis, eſſet ſtratum; pauperculi charitatiui Sacerdotes propria habitacula, & cubicula aduentantibus commodantes, ipſi incerta inſtabiles receptacula quæritabant, peruigilando in Excubijs diebus, ac noctibus: ne ab inuadentibus, & perpetuò ventitantibus præcurſoribus militibus violentiam aliquam Eccleſijs, aut mulieribus inferri contingeret. Intolerabilem hanc moleſtiam per quadrimeſtre perferentes Euangelici Excubitores, cum iam, iam feſſi laboribus deficerent; quinimmò militares copioſę turmæ, & agmina numeroſiora, quatuor menſium ſpatio inibi commorando, & diſcurrendo, cum vectigalia, & frumentaria vniuerſa conſumpſiſſent, ac deuaſtaſſent; Fr. Petrus cum ſocio, imò cum oppidanis cunctis cepit neceſſariorum arctiorem penuriam, imò defectum pati: quamobrem vt ſuæ, & populi alimoniæ pariter, ac poſſibili indemnitati conſuleret; Victorium Amedeum pijſſimum Principem ex-tempore adijt, illius benignitatem tàm pro alimento, quàm pro tutela, & patrocinio interpellando: à quo humaniter exceptus, atque ſui religioſi voti compos effectus, vtrique charitatiuæ ſuæ poſtulationi congruam, & ſufficientem non minùs, quàm opportunam prouiſionem & frumentarij ſubſidij, & tutelaris patrocinij reportauit, tàm pro ſua, quàm pro totius Oppidi, ſiue Oppidanorum indemnitate; ſeu incolumitate aſſeruanda, affixis & Eccleſijs, & religioſo Capuccinorum domicilio, ſiue Oratorio Ducalibus tutelaribus inſignibus.

Pancalerienſes militaribus inuaſionibus expoſiti ad Capuccinorum Domicilium cōfugiunt.

Capuccini peruigilant, ne violentiā paterentur Eccleſiæ.

Exorta fame valida F. Petrus à Sabando Principe ſubſidiū poſtulat.

VI. Accepto igitur à munifico Principe eleemoſynarium commeatu, non ad ſufficientiam modo, ſed & ad abundantiam pro Pancalerienſi plebe, pergebat, & circuibat Fr. Petrus; vt egentioribus, & indigentioribus magis ſubueniret, & alimoniam ſubminiſtraret. Vix igitur famis periculo amoto, en diuerſarum lethaliter deſæuientium in populo infirmitatum diſcrimen Capuccinum Leuitam cepit diuexare: perpetuò enim laborantibus, & languentibus vniuerſis tàm indigenis, quàm alienigenis idest, tàm incolis, quàm militibus vt adſtaret, & præſtò adeſſet; peragrabat, circumibat die, ac nocte, infirmantibuſque, & ſpiritualiter, & corporaliter miniſtrando, inſeruiendo, & obſequendo tàm ipſe, quàm collega Sacerdos. Quibus charitatis operibus tum ægris, tum ſanis præſtandis dum incumbunt; opportunus adeſt viſitando Miſſionum Præfectus, ac Prouincialis Capuccinorum, Pedemontanus Miniſter Fr. Paulus Maria Aſtenſis, qui anguſtum religioſorum domicilium tot, ac talibus hoſpitibus occupatum admirans, corpore quidem extempore diſceſſit, ſed prouida mente ſuis alumnis ſemper præſens, opportunè, & congruè conſulere voluit. Quapropter cum vix inde regreſſus, epidemicum morbum inualeſcere in Pancalerio accepiſſet; per ſuas epiſtolas Fr. Petro in mandatis tranſmiſit; vt vel mulieres à ſuo religioſo habitaculo recedere, & diſcedere curaret, aut à publicis adminiſtratoribus aliud ſibi, & conſodali diſtinctum domicilium impetraret, quod ſi alterum iſtorum, aut vtrumque Pancalerienſes præſtare renuiſſent; ipſe tertium, & eligeret, & de ſuo mandato exequeretur, nempè Pancalerio diſcedens, ad Vigonij Capuccinorum Conuentum ſe reciperet. Quibus per litteras acceptis, conuenit Capuccinus Sacerdos Optimates quoſque ex plebe; vt vel pro propria Apoſtolica habitatione libera recipienda vel noua communi ęre prouidenda, vt inibi religioſè commorando epidemicis languentibus ſuccurrere, & inſeruire valeret, eos interpellat, ſed ſurdeſcentes neutrum ſubſcribere, & efficere voluerunt: quare Capuccini Operarij Superioris præceptis inhærentes, inde receſſerunt, & Vigonum perrexerunt. Vix autem Euangelicis curatoribus digreſſis acerbiùs adeò perſeuerauit deſęuire lues, & inualeſcere peſtifera tabes; vt quamplurimos ex populo cum extinxiſſet, percuſſiſſetque antea Reuerendum Plebanum, & Sacerdotes cunctos, pij fratrum amatores Capuccini, eorum ſuper ſpiritualiter, & corporaliter deficientibus ſuis proximis, licèt ingratis, commotis viſceribus, diſtributis ſibi temporibus, & ſucceſſiuis viſitationibus Fr. Fr. Petrus à Planitia Concionator, ac Miſſionarius, Philippus Secuſinus, & Petrus ab Orbazano ſacerdotes, per opportunitates Vigono Pancalerium ventitantes, tabifica lue infectis deficientibus, & depereuntibus incuratis, curata miniſteria, idest extrema ſacramenta, ſignanter pęnitentiæ in extremis conſtitutis ſolicitè miniſtrabant, poſtquam adminiſtrationem ad Cęnobitica Clauſtra Vigonum redibant; ſicque eundo, & redeundo laborioſè nimis, & periculoſè ingratæ plebi inſeruierunt,

Ann. Chriſti 1631.

Infirmantibus miniſtrat Fr. Petrus.

A Miſſionū Præfecto, nouum mandatum accipit.

runt, vſque ad noui Parochi prouiſionem, & aduentum. Tunc enim cum, & à bello, & à peſte ſimul, ac fame depopulata appareret regio, & habitatoribus vacua Villa pariter conſpiceretur; decreuerunt Apoſtolici operis Præſides Pancalerienſem Apoſtolatum ſuſpendere, donec fauorabiliori fauente numine, multiplicatis incolis, ordinario Parocho operatori cooperatores Euangelicos neceſſariò ſuperaddere, & in ſuppetias mittere Euangelici operis neceſſitas poſtularet. Vacauit igitur hoc Pancalerienſe Capuccinorum Miniſterium per integram olympiadē, aduentantibus à Vigonienſi Conuentu, per opportunas exigentias, Seraphicis Concionatoribus.

APPENDIX.

Fratrum VICTORII AMEDEI PASSERANENSIS, & PAVLI TAVRINENSIS Concionatorum per annos 1631. 1632. 1633. 1634.

ILla in acerbiori deſtitutione bellicæ deſolationis, quæ Pancalerienſibus & populo, & Oppido ſub hac tempeſtate contigerat; deſolatis, & deſtitutis religioſam vt conſolationem ſubminiſtrarent Præſules Capuccinorum, in hac Pedemontana Prouincia præſidentes; ſi non pro totius anni tempore, ſaltem pro Quadrageſimalibus diebus ſacras conciones habituros, Sacros Præcones Pancalerium deſtinabant, quò temporalium rerum anguſtia preſſis, ſpiritualium gaudiorū abundantiam ſuppeditare ſatagerent. Venerunt igitur Fr. Victorius Amedeus primùm, deinde Fr. Paulus, qui diſcretis, & diſtinctis quidem Quadrageſimis, inibi concionati ſunt, vniformi attamen & ſpiritu, & ſenſu vltra conciones, cunctis religioſę charitatis in officijs, & beneficijs huic plebi impendendis ſedulò operam dabant: ſimplices inſtruebant, diſcordes conciliabant, litigantes, & litigia componebant, errantes reuocabant, delinquentes ad penitentiam inuitabant, lugentes ſolabantur, triſtes, & ægros conſolabantur, vniuerſis tandem neceſſitatem patientibus piè ſuccurrebant, & accurrebant. I.

Ann. Chriſti 1631. 1633. 1634.

Diſtinctis Quadrageſimis deſtinati ſūt FF. Victorius Amedeus, & Paulus.

CALCVLVS QVINTVS.

Fr. AMBROSII à MONTECALERIO Concionatoris per annum 1635.

MOrtis, martis, ac famis tergeminum, per Subalpinam hanc noſtram regionem, anno trigeſimo cum mille ſexcentis, inundans flagellum, non ſęculari ſolūmodò reipublicę ingētia detrimēta attulit, ſed & religionis ac religioſorum regulari ſtatui haud exigua decremēta intulit: ex eò quòd, quampluribus, iiſque non ex ignobilioribus, imò ex inſignioribus religionum optimatibus, & proceribus contagioſo morbo ſublatis, Clauſtralium familiæ plus æquo diminutæ, congruoq; numero deſtitutæ remanſerint. Deſtitutionem autem hanc, ſiuè diminutionem, inter cęteras religioſas congregationes, quibus Pedemontana hæc plaga abundat, abundè experta, & perpeſſa fuit Capuccina noſtra hæc Pedemontium Prouincia: ex qua ſicuti plures cuiuſlibet gradus, & ordinis religioſi vltronei, vt lue vulneratis & ſpiritualiter, & corporaliter miniſtrarent, ſe ſe in vniuerſa in regione animoſè mortali diſcrimini expoſuerant, ſic quoque ex expoſitis quamplures, imò ferè omnes, pio in miniſterio laborantes, defecerant, peſtilentiali namque ſagitta percuſſi, ex Subalpinæ Prouinciæ Capuccinis centum, & eò amplius religioſi deceſſerunt, inter quos viginti quinque Cōcionatores, ac Theologi pariter, & quinquaginta Sacerdores abſque Clericis, & Laicis enumerantur. Diminuta igitur, haud exiguo in numero, Operariorū familia, tàm regularia domeſtica, quàm Apoſtolica publica munera minui, ac aliqualiter retardari, neceſſe fuit. Quapropter Prouincialis Capuccinorum Miniſter Miſſionum Præfectus Fr. Ioannes à Montecalerio, cum Pancalerienſem & pagum, & agrum habitatoribus potiùs per hæc tempora, quàm cooperatoribus Euangelicis egere conſpiceret; prudenter Apoſtolico muneri, hoc in Oppido, ceſſationem aliquam per quadriennium indixit. I.

Ann. Chriſti 1635.

Quę paſſa fuerit CongregatioCapuccinorū in hacPedemōtana Prouincia ab epidemica lue.

Quadriennali igitur elapſa ceſſatione, huius decurrentis ſeptimi decimi ſeculi ſeptimo luſtro, extremi anni in primordijs ad Euangelicæ Pancalerienſis Stationis ſtatum explorandum, prærecenſitus & Præfectus Miſſionum, & Capuccinorum II.

Prouin-

Prouincialis Fr. Ambroſium à Montecalerio Concionatorem quadrageſimalium habendarum concionum occaſione, & opportunitate emittit. Ille igitur emiſſus aduenìens prædicationi verbi Dei iugiter ſanctioribus Quadrageſimæ diebus inſiſtebat, iuxta monitum Apoſtolicum, prædicans verbum, inſtabat opportunè, importunè, arguens, obſecrans, increpans in omni patientia, & doctrina. Poſtquam autem de ſpecula, vel potius de ſuggeſtu proſpiciens, reaſſumendi Apoſtolici operis neceſſitatem conſpexit; multiplicatis ſufficienter Villæ habitatoribus, & habitantium ſpiritualibus indigentijs, de Superiorum mandato reſtituendæ hoc in Oppido Euangelicæ Capuccinorum Miſſioni mentem, & manum admouit. Verùm iam remotæ, iterum acceptandæ nonnullos validos aduerſarios repugnare, qui intrinſecus indeuotionem, & irreligioſitatem, ne dicam hæreticam prauitatem fortaſſe propugnabant, expertus eſt. Quia igitur eos perurgebant procerum receptionem præcipientium iuſſa, Ipſi potentioris cuiuſdam Quiritis protectionem, & tutelam in oppoſitum opponendam, efictis titulis emendicare, tentauerunt. Verùm enimuerò indeuotorum horum irreligioſa temeritate à pij Primatis auita pietate reiecta, tandem poſt multos agones, & Religioni aduerſantium reiectas oppoſitiones, abſolutis Paſchalibus feſtiuitatibus, Fr. Ambroſius Pancalerienſium Optimatum comitatu aſſociatus, priſtinum ad Apoſtolicæ Miſſionis domicilium perductus, atq; in illud (licèt occultè reluctantibus quibuſdam) denuò introductus, nempè in Sancti Bernardini Oratorio proximas Ædes, hactenus à ſeculari Sacerdote per quadriennium ceſſationis inhabitatas ingreſſus, Capuccinorum ſtationem reſtituit, & iterum inſtituit. Poſt quam reſtitutionem, non diſtulit ipſe Stationariorum Pugilum conſueta miniſteria populo exhibere, quinimmò ex tempore & doctrinam Chriſtianam ſolicitè explicare, & pœnitentiæ Sacramentum iugiter miniſtrare, & Parocho, ac Sacerdotibus in ſalutem animarum cooperari perſeuerauit, vſq; ad proximum Prouinciale Capuccinorum Capitulum Taurini celebratum, in quo ipſo aliò ad operandum deſtinato, nouum Coapoſtolicum Excubitorem Pancalerium ad inuigilandum in Excubijs Eccleſiaſticis emiſerunt.

Ad Quadrageſimales habendas Conciones emittitur Fr. Ambroſius Pācalerium.

Ann. Chriſti 1634.

F. Ambroſius Apoſtolicam ſtationem reſtituit.

CALCVLVS SEXTVS

Fr. FRANCISCI à MONTEREGALI Concionatoris per annos 1635. 1636. 1637.

I. INdigenarum quidem Pancalerienſium plebs mortis falce, ſiuè peſtis, & belli ſupplicio percuſſa, maiori ex parte occubuerat, vnde & viæ lugebant, & habitacula vacabant. Quamobrem Pancalerienſis agri fœcunditate, & Pagi opulentia allectus copioſus alienigenarum cœtus, huius quondam peropulenti Oppidi incola eſſe voluit: horumq; circum vndiq; aduentantium incolatu ſecularium rerum ſtatus aliquo modo reflorеſcens, conualuit. Chriſtianæ attamen Religionis, & pietatis robur hactenus nondum conualuerat: vnico namq; Reuerendo Plebano Curatore elaborante, ad priſtinas vires, ſiue viriditatem reſpirare nequiuerat. Cooperaturus ergo, & collaboraturus à mox celebrato Capuccinorum Capitulo, poſt Fr. Ambroſium, venit Fr. Franciſcus à Monteregali. Regia manu vſque modo Capuccinus hic ſpiritualis agricola Verzolienſe vinetum exercuerat, regio cultu nunc Pancalerienſes hortos acceſſit exculturus. Exercitium igitur Euangelicum exorſus Fr. Franciſcus hic, ſecundus nomine, & Miſſione, in Pancalerienſi ſolo prioris ex ſuis prædeceſſoribus alterius Franciſci à Montecalerio Apoſtolicæ culturæ myſtica pariter, & efficaciſſima inſtrumenta ſolicitè perquiſita, reaſſumpſit: nempè feruentiorem, & frequentiorem verbi Diuini prædicationem, cunctis quidem opportunioribus temporibus, ſed bacchanalium diſſolutionum præcipuè diebus: tunc enim, quamdiù inibi in ſacra Statione commoratus eſt, quadraginta horarum per triduum à Dominica Quinquageſimæ celebranda exercitia ſuſcepit: ſingulis horis ſingularibus Conſodalitatibus ſingulatim aduenientibus peculiares ſermocinationes proponendo, & ne populus carni indulgens, poſt vana declinaret, & per profanas aberraret; ipſe pias, deuotas, ac ſpirituales, ſiue morales ſcenas ab adoleſcentibus concinnè repræſentatas ſpectandas ſæpiùs proponebat, & ſic proficuis ſemper vel orationibus, vel exercitationibus incumbere ſuadebat.

Ann. Chriſti 1635.

Hāc ſtationē exculturus accedit F. Frāciſcus.

Bacchanaliū tēpore Quadraginta horarū exercitiū celebrandum ſuſcipit

II. Doctrinæ Chriſtianæ exercitium, ideſt ſimplicium Catechiſmum omni, qua valuit, voluit diligentia, & ſolertia reſtituere: inſiſtebat, aſſiſtebat, quinimmò ipſe perſonaliter cum ſocio laborabat; vt adoleſcentes mares, & fœminæ non tam ætate, quàm pietate adoleſcerent, & proficerent: inſtruebat, docebat, ſermocinabatur, explicabat rudimenta Fidei, & cunctis neceſſaria cœleſtis doctrinæ pabula

Spiritualia exercitia, reſtituere, & promouere ſatagit.

potrigebat, non Dominicalibus ſolis, quinimmò annualibus cunctis feſtiuitatibus. Congregatio, ſiue Confraternitas Sancti Bernardini experta fuerat & ipſa contagii, & prælij incommoda, quia & multitudine colentium, & ſacrorum cultura deſtituta, quaſi ruinæ iam proxima in dies declinabat: Apoſtolicus igitur Diuini cultus inſtaurator, ſuis & publicis, & priuatis vehementioribus adhortationibus poſtquàm plurimos ad pœnitentiæ habitum, hoc in Sancti Bernardini Oratorio, ſuſcipiendum induxiſſet; exactiorem pœnitentialium actuum iuxta priſca præſcripta obſeruantiam indixit, & ſic religioſæ Sodalitatis frequentiam, & decorem in priſtinum ſplendorem reſtituit. III.

Paramenta Eccleſijs cõparat.

Huic Diſciplinatorum Templo perpulchrum variegatum ex holoſerico paramentum pro Sacerdote, & pro altari vniforme completum ornamentum album prouidit, ſacrarium pro ſacra ſupellectile aſſeruanda, & ſacerdotalibus miniſterijs neceſſarijs habendis continuum à fundamentis erexit, & compleuit. Miſſionis domum ceſſationis tempore incuria ruinas nonnullas perpeſſam reſtituit. Tandem inſigniorem Diuo Ambroſio Pontifici, & Doctori Sacram Ædiculam Pancalerienſi in agro conſiſtentem, & temporum iniuria collabentem inſtaurauit: Ann. Christi 1637. religioſa quidem ſolicitudine adductus, ſed eò magis ad id deductus, quod frequentiores circumadiacentium populorum concurſus ad hoc Sacellum in dies fieri conſpiceret, febricitantes enim huc voti cauſa aduenientes, latereſq; pro ſacræ Æduculæ ſtructura adferentes, frequentiores ſe ſe ſanitates ex tempore recepiſſe, ac recuperaſſe palam fateantur. Profitentur ad præſens vſq; Pancalerienſes Oppidani præclara plurima valdè, eorum ſaluti proficua præſtitiſſe, per triennium ſuæ reſidentiæ Seraphicum hunc Operatorem Fr. Franciſcum, cuius tamen diſcreta plura facinora laudabiliter, & inceſſanter perpetrata ignoramus.

Miſſionis Domum, & Campeſtre Sacellũ reſtaurat.

CALCVLVS SEPTIMVS.

Fr. IOACHIMI à GAXINO Concionatoris. per annum 1638.

INcipiunt quidem, hoc anno trigeſimo octauo poſt mille ſexcentos, ciuilia inter Subalpinos acerbiora publica diſſidia, ſed non exoriuntur modò domeſticæ noſtræ calamitates Martiales, nam cum aliquandiù ſolùm quieuiſſent; denuò acriores reuiniſcunt, & vulnera antiqua recrudeſcunt: inundant enim iterum militum debacchantium turmæ promiſcuo religionario milite mixtæ. Quapropter ſpeculatores ſuperioribus in Cuſtodijs inuigilantes, Pancalerium ad excubandum in Apoſtolica ſtatione Fr. Ioachim à Gaxino electum, ordinatum, & deſtinatũ emittunt. Cũ eſſet igitur Capuccinus hic Seraphici Patris alumnus, vir prudens, pacificus, prouidus, regularitque diſciplinæ æmulator ſolicitus pariter, & religioſioris conuerſationis, Guardianatus officio ſæpè ſæpiùs perfunctus fuit: qui rurſus veluti verbi Dei concionator, & Theologus Euangelico operi aliquoties extitit deſtinatus, atque præfectus. Profectus ergo Pancalerium miſſionis ſuæ auſpicatiora exordia poſuit: Sacroſanctum Dei Euangelium proponendo ſolicitè, & aſſiduè prædicando qualibet pro opportunitate, vel occaſione ſiue vltro oblata, ſiue ab eo ſpontè quæſita: qui rurſus annuales ſuos progreſſus, & prouentus vberiores præſtare ſatagebat, rudioribus, & imbecilioribus explicando Chriſtianæ diſciplinæ primordialia rudimenta, quæ impiger ſingulis feſtiuis diebus dilucidè, appoſitèque explicare numquam intermittebat. I. Ann. Christi 1638.

Fr. Ioachim quæ ſui muneris erant numq; ſpõte termiſit.

In cunctis igitur ſolicitus, ſolicitior tamen gemino religioſo operi, vel Apoſtolico muneri impenſiùs incumbebat: Primò pęnitentiæ Sacramento in adminiſtrando infatigabiliter, non enim indigenarum dumtaxat, ſed & alienigenarum copioſè ad eum confluentium Sacramentales, etiam generales expiationes longanimiter exaudiebat, erudiebat cõfitẽtes, & pęnitẽtes in bono propoſito cõfirmabat: reducebat deuios, errantes corrigebat, & ſtantes ad proficiendũ hortabatur. Secundo perpetuis indeſeſſus peruigilauit in excubijs, obſeruando ne Lucernates Caluiniſtæ vinariæ mercimoniæ cauſa, ſępè ſæpiùs Pancalerium ventitantes, hæretica ſua Angroniana zizania doloſè diſſeminarent, ne ve in diuenditi vini vtre Babylonicæ meretricis poculum abſconditum, abominationibus Caluinicolis plenum circumferrent, vt ſolent, quouis ſub emendicato, & efficto negotiationis titulo. Aduerſus igitur fraudulenter blandientium, & blandè decipientium Lucernenſium doloſas inuaſiones dum excubaret; reſipiſcentem Caluinicolam vnum Gallum, proxima quadam in villa commorantem, legitimę Eccleſiæ reconciliauit, ſicque vtriuſque hominis beneficia, & officia plura indigentibus cunctis ad ſe accedentibus miſeris, poſtquam per annum benignè, & continuè præſtitiſſet diſceſſit. II.

Geminis operibus ſedulus incumbit.

Deuium Catholizat.

CALCVLVS OCTAVVS

Fr. ANTONII à CILIANO Concionatoris per annos 1639. 1640.

I. INualeſcentibus in dies magis, apud Subalpinos, domeſticis ſimultatibus inter Principes, & regionis Proceres, Sectarij Interalpini, qui ſacrilegę ſuæ religionis, ſiue potiùs profanationis Bellona, non Lucina obſtetricante natę, accrementa, & progreſſus pertonante Marte perpetuò promouere ſatagerunt, opportunas has importunitates nacti, iniquum aliquid aduerſus Eccleſiaſticum regnum moliri, tentabant: vnde Pancalerienſi in Lucernæ valli proxima Cuſtodia excubandum veluti vigilem excubitorem deſtinarunt, his annis, Fratrem Antonium à Ciliano Concionatorem, & Sacræ paginę profeſſorem, Capuccinum Leuitam. Qui ſibi in demandata ſtatione cum non otiandum, ſed operandum intelligeret; diſſeminando verbo Dei, & vberibus ſpiritualium prouentuum ſegetibus recolligendis, operam dedit, quamdiù in cuſtodia ſtetit, non pro concione ſolùm, ſed & pro Catecheſi inſiſtendo, vt fidelium plebi Chriſtianæ vitæ documenta, & erudimenta ſufficienter ſubminiſtraret, & vnumquemq; ſemitam ſalutis doceret.

Fr. Antonius omnibus ſalutis ſemitã indicat.

Ann. Christi 1639.

II. Francis, hoc anno quadrageſimo extra ſexcentos & mille, Taurinum obſidentibus, circumuicinis Oppidis, in Pedemontanis complanis poſitis, ſiniſtra quàmplurima contigerunt, à quibus haud immunes Pancalerienſes euaſerunt: inter hęc proprij Parochi, & Plebani Curatoris interitum deplorantes, amiſſionem Paſtoris luxerunt: quare ſpirituali Rectore, & Curatore deſtitutos Fr. Antonius Euangelicus cooperator derelictam plebem curandam, & regendam ex templo ſuſcepit, & cuncta Parochialia munia, atq; obſequia populo ſolicitè adminiſtrare incœpit: non ſolo prædicato verbo, ſed & verbo conſecrato pane, & pabulo ſacramentato eſurientem ſaturabat, quinimmò indefeſsè ſanis, & ægris, egenis, & diuitibus ideſt egentibus vniuerſis Sacramenta, & ſacramentalia opportunè adminiſtrabat, per pagum, & per agrum diſcurrendo, peragrando diebus, ac noctibus, vt patientibus cunctis opportunus adeſſet. Sicq; ferè per annum Parochiale onus, ſingulariori cum Oppidanorum emolumento, & profectu, indefeſsè ſuſtinuit, & fideliter ſui Domini domum adminiſtrauit, commiſſę ſibi familiæ in tempore ſpiritualem cibum impartiendo, ſicq; laudabiliter Apoſtolando poſt ſui miniſterij biennium receſſit.

Defũcto Plebano Parochiale onus ad integrum annum indefeſsè ſuſtinuit.

Ann. Christi 1640.

CALCVLVS NONVS

Fr. AMEDEI TAVRINENSIS Concionatoris per annum 1641.

I. ADerat quidem de nouo ordinatus, & deſtinatus Parochialis Sacerdos, Pancalerienſis ſcilicet Reuerendus Plebanus, ſed & adhuc in miniſterio tyro, & familiari ſeu Parochiali propria in domeſtica re componenda, & diſponenda occupatus, pluribus intentus minus ſufficienter ſingulis occupationibus ſatisfacere, pro tunc valebat: quia vix (vt dicitur) nudiuſtertius adſuetat. Poſtquàm igitur Eccleſiaſtico huic operatori cooperaturus in ſacerdotali opere, delegatus acceſſit Fr. Amedeus Taurinenſis, ſciens quia probatio dilectionis exhibitio eſt operis, vt in ſuo nomine futuræ ſuę operationis omen iuſtè precęſſiſſe comprobaret; probauit facto, quod Euangelico verbo prędixerat Ieſus Petro *Simon Ioannis diligis me, paſce oues, & agnos meos*. Pauit igitur Coapoſtolicus Paſtor Capuccinus Pancalerienſem gregem, non ſolo prędicati Euangelij pabulo, educendo, & reducendo ad fontes aquę vitę gratis, hoc eſt Orthodoxa dogmata explicando, & confirmando, & damnata placita deteſtando, & reprobando; ſed & proprij Paſtoris, ideſt Plebani abſentis, vel prępediti Parochialibus cunctis in officijs, & miniſterijs Pancalerienſi plebi inſeruiendo: ſanis ęgrotis viuis, & mortuis iuſta obſequia ſacerdotalia pręſtando, & Sacramenta, etiàm extrema ſubminiſtrando.

F. Amedeus, Parochi officia ſubminiſtrat.

Ann. Christi 1641.

Io. cap. 21.

II. Geminæ in Deum, & proximum dilectionis profeſſorem ſeipſum proteſtabatur Fr. Amedeus; dum inſtar Euangelici Samaritani ſauciati, & languentis viatoris lethiferis in vulneribus, ac plagis curandis longanimiter incubuit: quia licèt cuncta Apoſtolici muneris munia infatigabiliter exerceret; curandis tamen vulneratis Sacramento in Pęnitentiæ applicando ſingulariter inſiſtebat. Singulis, & cele-

Penitentiæ Sacramento miniſtando infatigabiliter incumbit.

brioribus feſtiuitatibus, ſignanter quadraginta horarum diebus confluebant ad eum vndiq; penitentes, & ipſe eorumdem accedentium vt confeſſiones exciperet; leuamen nullum continuati laboris concionandi recipiebat, ſed libenter, & patienter vniuerſos audiebat, & ijs exauditis ad horarias ſermocinationes, vel conſuetas ſui muneris functiones faciendas procedebat.

Bacchanaliū triduū Quadraginta horarum exercitia ad ſpiritualia conuertit.

Ne ſpirituali ignauia torpeſceret populus, ſabbato à ſeruili opere requieſcens; III.
Fr. Amedeus à concione Catechiſmo ſimplicium infatigabilem nauabat operam, quam cum ſermocinando, explicando, & inſtruendo abſoluiſſet, veſpertinis horis immediatè perſoluendis adſtabat, nec tamen à Veſperis de Templo recedebat, quinimmò iterum domeſticè, & familiariter congregatis adſtantibus nouum exercitationis genus nempè de animarum ſalute, & diuinorum præceptorum obſeruantia, ſiue de Chriſtianæ diſciplinę articulis collationes ſpirituales adinuicem pertractandas, & diſcutiendas illis proponere cōſueuerat, ſicq; fiebat, vt ſaluationis æternæ colloquijs, & congreſſibus inſiſtentes temporalis vitæ vanitatibus minus intenderent. Intendebat tamen ipſe, à cuiuſlibet mali occaſione eos auertere, vnde bacchanalium nouiſſimum triduum in ſanctioris hebdomadæ exercitium conuertebat: quadraginta horarum celebrationem proſequendo, expoſito in Eccleſia Sanctiſſimo Sacramento, & populis ſanctiſſima verba in horarijs ſermocinationibus proponendo.

Ann. Chriſti 1641.

Miſſionis nouum ædificiū perficere curat.

Propoſitum, imò impoſitum huic Apoſtolico operatori, per hæc tempora, à IV.
Miſſionum Præfecto, ſiuè à Religionis Prælatis fuit, pro Capuccinis Excubitoribus impoſterum inibi inuigilaturis nouum conſtruendum religioſum domicilium, cuius neceſſariæ ſtructuræ, & mandatum, & præſcriptam formam vbi accepiſſet Fr. Amedeus; mandantium iuſſis vt obtemperaret; commendatum ædificium & aggredi, & perficere accelerauit, & quantum valuit, pro tempore ſuæ Miſſionis voluit ad perfectum perducere: non deſtitit ædificare, licèt hinc amotus non potuerit conſummare, conſummatum nihilominus ſui Euangelici oneris opus, per annum commoratus, dereliquit.

CALCVLVS DECIMVS

Fr. MAVRITII CÆVENSIS Concionatoris per annos 1642. 1643. 1644.

COnſtruendæ Eccleſiaſtici regni, nempè Euangelicæ Eccleſiaſticæ fabricæ cum ſtructuram exordiri Deus decreuiſſet; pro fundamento nullum alium niſi Petrum, idest firmam opportunam petram præmiſit, cùm verò ſupra fundamenta altius ædificium erigere excogitaſſet; Paulum opificem, & mixti operis artificem poſt emiſit, & ſubmiſit. Præmandauerant Apoſtolici operis Præſides Fratrem Amedeum virum probum, firmum, & in propoſito ſtabilem, vt ſupra petram nouum Apoſtolicæ Miſſionis habitaculum firmaret: cum verò ſtructuram prouehere, & ad altiora erigere decreuiſſent; Fratrem Mauritium à Cęua expertum œconomum, & domeſticæ œconomiæ ſolicitum profeſſorem ſubmiſerunt. Qui hoc tempore vbi Pancalerium aduenit, & inceptum ædificium inuenit, cępto à ſuo predeceſſore operi manum, ac mentem ex propoſito admouit nec ab opificio ante quieuit; quàm religioſum cęnobiolum exiguo periſtilio, refectorio, dormitorio, cęteriſq; neceſſarijs officinis, geminoq; hinc inde hortulo perſtante conſtans in totum ferè abſoluiſſet. Quinimmò ſacrum ſimul, & ſemel pro Sanctę Eliſabethis mulierum ſodalitate, in Sancti Bernardini Oratorio Sacellum à fundamentis excitatum compleuiſſet. I.

Ann. Chriſti. 1642.

F. Mauritius Miſſionis inceptum ędificium abſoluit.

Nouum Sacellū à fundamentis excitat.

Quadraginta horarum Sermocinationes in Quinquageſima celebrat.

Non ſic tamen materiali ædificio occupabatur; vt gratioſum artificium negligeret. quin multo magis curaret: frequentioribus igitur prędicationibus ſermocinationibus vehementer vniuerſos populos illos hortabatur; vt tamquàm lapides viui, & ipſi coędificati Eccleſiaſticę ſpirituali ſtructurę ſtuderent, omniq; conatu ſatagerent: ad quod pium opus efficaciùs proſequendum proſequebatur & ipſe à ſuis predeceſſoribus pium quadraginta horarum inſtitutum bacchanalibus tribus poſterioribus diebus ſolemniter celebrare: tunc enim numeroſiori frequentia, & ſolicitiori diligentia conuocatis gentibus, In Templo honorificentius exornato Auguſtiſſimo Eucharistico Sacramento propoſito, & ex propoſitò diſtributis horis, ſuperuenientibus Sodalitaribus ſermocinabatur ipſe, & à vanitatibus abſtinendum adhortabatur, breuioribus cohortationibus ſingulos à tripudijs abſtrahendo, & ad ſacra participanda impellendo. Prędicabat quidem ipſe: pœnitentiam agite, pro ſuggeſtu, ſed & pro confeſſionario pœnitentiam agentes, confitentes iugiter exaudiebat, quoſq; a carnalibus abſtinere hortabatur ipſe ſpiritualibus, & ſacra- II.

mentis

mentis reficiebat: diſſidentes nonnullos reconciliauit, ſuoq; tempore exortas noxias quaſdam inter Pancalerienſes ſimultates, futuras grandiores ipſo ferè in ortu prudenter, ſed laborioſè ſuffocauit, iurgia abſtulit, rixationes impediuit, nec tandem, à ſimplicioribus, & rudioribus quoq; neceſſariorum ignorantiam propellere, & expellere neglexit; imò doctrinæ Chriſtianæ rudimenta adoleſcentioribus, & inſcientibus explicare, & dilucidè tradere perpetuo ſategit. *Lites compoſuit.*

III. Quò iterum Diuinorum myſteriorum cultura honorificentiùs præſtaretur; non deſtitit ipſe ſacrarijs Eccleſiarum ſacerdotalem ſupellectilem variam prouidere: Sancti Bernardini Oratorio, cui inſeruiebant Capuccini Apoſtolici Leuitę perfectum & altari ornamentum, & ſacrificanti paramentum, tabernaculoq; & calici vela congrua ex holoſerico purpureo variegato vnum, violaceum alterum ſericũ, tandem viride ſcutulatum tertium prouidit. Deiparę ſimulachrum elegantiori ex ſerico pallio contexuit, & ornauit ad ſexcentas manualis monetæ libras his in operibus inſumendo. Bibliothecham demum domeſticam pro Euangelicis Concionatoribus inſignioribus pluribus ſacris codicibus centum & quinquaginta librarũ valoris adauxit, & plura ſuę Miſſionis diebus laudabilia præſtitit: contrarietates, & calumnias nonnullas ſuſtinuit, & ſuperauit, poſtea diſceſſit. Poſtquam binos Gallos hęreticos Eccleſię reconciliauit.

Eccleſiæ paramenta prouidere nõ deſtitit.

Ann. Chriſti 1644.

Sacros libros comparat, & binos Caluiniſtas reconciliat.

APPENDIX.

Fr. GREGORII à MONTEREGALI Concionatoris.

I. MOderabatur, anno quadrageſimo quarto extra ſexcentos & mille, Aſtenſem Capuccinorum & Conuentum, & familiam Fr. Gregorius à Monteregali, qui cum in prolixiorem, & moleſtiorem quartanam febrim incidiſſet; ne diutino huiuſcemodi languore detentus à conſueto anniuerſario concionandi labore vacaret; Pancalerium deſtinatus acceſſit, ſuaq; primaria in acceſſione familiare Capuccinis ſuis prędeceſſoribus quadraginta horarum exercitium in bacchanalium triduo celebrare voluit, ſuo quidem non exiguo labore, ſed & non mediocri Pancalerienſis plebis ſpirituali fęnore. Nam dum ad Eccleſiam prouocati confluebant mares & feminę, vt horarijs ſermocinationibus intereſſent; choreas, & tripudia ceſſare neceſſum erat. Hinc Quadrageſimalium prędicationum curriculum aggreſſus non alternatim, id eſt ter in hebdomada, ſed ſingulis continuatis diebus ſermocinari infatigabiliter voluit: nulla diuexantis quartanę febris habita ratione, nec ſine temporali etiam emolumento fideliter in Euãgelico opere ſtetit; nam ſacrę ſeptimanę ſanctioribus diebus, ſpiritualibus exercitationibus vehementiùs dum inſiſteret; ab omni febrili infeſtatione liber euaſit: vnde pęnitentium ſacramentalibus expiationibus excipiendis laborioſiùs inſiſtere valuit, ſicuti per ſuę reſidentię integrum tempus iam ante præſtiterat: a concionibus, confeſſionibus audiendis ſolicitius operam dando: vnde & hinc factum eſt; vt plurium olim impęnitentium non validas confeſſiones conualidauerit. Spiritualia exercitamenta frequentanda & verbis ſuadebat, & exemplo demonſtrabat, Chriſtianę diſciplinę explicandę, & Roſariano pſalterio recitando opportunis temporibus incumbens, & pijs munuſculis ad libentiùs, & frequentiùs conueniendum iuniores alliciens. Sicq; omni ſolertia, & diligentia Apoſtolici Operarij munus adimplens, expletis Paſchalibus ſolemnitatibus, ad Capitularia Comitia acceſſurus, receſſit.

Quadraginta horarũ exercitium celebrat.

Ann. Chriſti 1644.

Spiritualia exercitia promouet verbo, & exemplo.

CALCVLVS XI.

Fr. IOSEPH à SVMMARIPA Concionatoris per annum 1645.

I. F*ilius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens*: dicebat Iacob moriturus filijs ſuis. Ioſeph nomen Hebręum, augmentum ne dubites interpretari, aiebat Bernardus, dicamus igitur & nos de Fr. Ioſepho à Summaripa, hoc anno quinto & quadrageſimo extra ſexcentos & mille, miſſo ad Catholicę pietatis prouentus in Pancalerienſi plebe peraugendos: Filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens. Sua namq; ſolertia, & ſolicitudine, quod inertia, & incuria indeuotorum diminuerat, ipſe accreuit, & adauxit: Confraternitas Diſciplinatorum Sancti Bernardini, vel *Gen. cap. 49.*

temporum iniuria, vel hominum penuria, vel deſcriptorum negligentia hoc tempore ferè deſtituta ſilebat, quia nec feſtiuis diebus iam iam conuenientibus Confratribus conſueta Beatæ Virgini officia, & laudes perſoluebantur. Quod cum animaduertiſſet vigil Capuccinus cœpit ipſe iam deſcriptos, ad Sodalitati præſcripta exercitia interpellare, ſolicitare, & perurgere: verùm cum hos perpaucos offendiſſet, publicę ſcholæ pręceptorem loci ad Marianas laudes in Oratorio cum ſuis alumnis concinendas inuitauit, tandem inſtando, adhortando, & commonefaciendo cunctos ferè Pancalerienſes Oppidanos ſeniores, & adoleſcentiores, vt pęnitentium fratrum albo ſua nomina darent, induxit, & adduxit, ſicq; Congregationem Sancti Bernardini mirificè adauxit, & deuotionem ſiue religioſum cultum multiplicauit. Multiplicaris igitur vt promouendę pietatis robur & affectum ſuperadderet; ex eleemoſynario oblato ære conflata pecunia, ligneis deauratis & Matris, & Dei Filij conſiſtentibus in grandiori ara ſimulacris, argenteas coronas curauit fabrefieri, & honorificentiùs apponi, iterum alteri altari, nempè Sanctæ Eliſabethis Sacello, eodem in Oratorio conſtructo formoſiora ex aurichalco candelabra apponenda procurauit.

F. Ioſeph D. ſeſplinatorũ Cõfraternitatẽ adauxit.

Matris Dei ac filij deauratis ſtatuis appoſuit argẽteas coronas.

Ann. Christi 1645.

Quò verò multiplicia, & inſigniora Chriſtianę religionis, & orthodoxæ pietatis incrementa promoueret, & procuraret; Euangelicę prędicationis irrigua exuberantiora Pancalerienſi agro exhibere numquam deſtitit, aut ceſſauit, quinimmò perpetuò elaborauit: ſingulis profeſtis, & Dominicalibus diebus Euangelica verba proponere, ſacra dogmata exponere hęretica placita damnare, incredulos redarguere, & credentes in Fide confirmare pro ſuggeſtu: pro ſingulari deinde congreſſu, vel pro ſimplicium profectu Fidei ſimpliciora, & priora rudimenta, congruis horis in Eccleſia congregatis iunioribus, & rudioribus, omni faciliori methodo tradebat, porrigebat, & Chriſtiana ſpiritualia alimenta paruulis frangebat: diſtribuendo vnicuiq; ſecundum propriam indigentiam, & charitatis, ac iuſtitiæ exigentiam. Stetit igitur, egit, & profecit, & fidelium numerum augere pręualuit, non ad abundantiorem pietatem ſolum, ſed & ad Catholicam veritatem profitendam, atq; amplectendam geminis alienigenis militibus altero Theutonico, Gallico altero perductis. Oppidanum hominem ab inuaſoris militis ad necem inermem aggredientis manibus eripuit, & ab imminente interitu liberauit.

II.

Concionib. & Catechiſmis laborat.

Ad Eccleſiã Binos homines reduxit.

CALCVLVS XII.

Fr. MICHAELIS ANGELI à TAVRINO

Concionatoris per annos 1646. 1647. 1648. 1649. 1650. 1651. 1652. 1653. 1654.

ET *Ecce Michael, vnus de Principibus primis venit in adiutorium meum.* Profitebatur Angelus proloquens Danieli Prophetæ: Quia igitur Miſſio eſt validioris alicuius in infirmioris auxilium delegatio, ſiuè deſtinatio: aptè ſatis, & congruè poterunt, quinimmò verè, & iuſtè fateri, profiteri, & confiteri tenebuntur Pancalerientes, ab ore proloquentis quondam Angeli excipientes, & dicentes: & Ecce Michael Angelus, vnus de principibus primis venit in adiutorium meum: diuexantibus enim iam per gemina integra luſtra Pedemontanum hunc agrum irreconciliabilibus inter Francos, & Hiſpanos ſucceſſiuis mutuis bellicis incurſionibus, atque inuaſionibus, vniuerſa Subalpina regio immaniores iamdiù, & extraneos, & domeſticos ſuos patiebatur Manes, à quorum acerbiori vexatione, non niſi inſignioris alicuius tutelaris patrocinio Pedemontani incolæ eripi valebant Cum igitur Pancalerij Oppidum communibus calamitatibus expoſitum, iam olim dira paſſum perſiſteret; hoc anno quadrageſimo ſexto percurrentis ſeculi ſeptimi decimi, ab Apoſtolici Operis pręſidibus electus, delegatus, & deſtinatus venit Pancalerientium in Oppidanorum auxilium opportunum, Fr Michael Angelus à Taurino, vnus de Principibus primis ideſt & generis nobilitate in ſæculo, & regularis prędentiæ dignitate in Clauſtro primario, præcipuoque in gradu conſtitutus. De Illuſtriori namq; San-Martinorum de Alladio familia progenitus Progenitores, & conſanguineos auratos plures Sabaudici Ordinis Equites, Quirites connumerauit. Ipſe verò Capuccinorum inſtitutum Minoricum amplexus, præclara ſui ſęcularis generis ſapere recuſauit, vt humilia Minorum profeſſæ Religionis proſequeretur. Philoſophicis quidem exercitationibus, atq; Theologicis facultatibus, & Mediolani, & Bononię, ac tandem Romæ operam dedit. Sed facer cum euaſiſſet Orator Crucifixum Chriſtum circumferre & didicit, & decreuit iuxta Euangelicum monitum perſonando: Pœnitentiam agite: feruentioribus quidem, ſed haud ineruditis, quinimmò ſcripturalibus oraculis, quaſi ſplendi-

I.

Dan. cap. 10

Pancalerĳ Oppido, deſt. natu-inſigni, ſtationarius Fr. Michael Angelus.

Ann. Chriſti 1646.

Genus, & virtutes deſcribuntur.

dioribus

dioribus oculis illuminatis concinnis ſermocinationibus. Regularis itidem obſeruantiæ, & clauſtralis diſciplinæ, mirifico exemplo, & Seraphico zelo cum cunctis ſuis fratribus prçluceret; religioſis oneribus, & muneribus ſuſtinendis, atq; adminiſtrandis perpetuò fuit ſuffectus: Guardiani, Magiſtri Nouitiorum, Cuſtodis, & Diffinitoris ſæpè ſæpiùs, quin ſemel & iterum Prouincialis Miniſtri officijs præclarè perfunctus. Vnde Grandęuus tandem, & emeritæ, ſiue exercitæ militiæ veteranus miles, imò pugil, & agonotheta præclarus non ruri quieſcere, ſed extra clauſtra apertiorem in campum egredi, & aduerſum aduerſarios Fidei progredi decreuit; vt priùs caro, deficientibus corporis viribus, ſenio confecta decumberet; quàm vegetior ſpiritus laboribus, ac ſudoribus pro Eccleſia exantlatis defeſſus fatigationibus ſuccumberet.

II. Venit ergo F. Michael Angelus, vnus de Principibus noſtre Capuccinorum Prouinciæ Proceribus in adiutorium Fidei in Pancalerio periclitantis, non ex Oppidanorum communi vitio ſed ex Angronianorum noxia vicinia. Quamobrem prudens, & prouidus hic Excubitor in primis à Regia Celſitudine Sabaudici Principis (vt numero ſuo ſignauimus) irreuocabiliter obſeruandum edictum retulit, quo Hæreticis accolis, & alienigenis mercimoniæ, vel negotiationis titulo Pancalerium aduentantibus, vltra vigintiquatuor horarum ſpatium, inibi commorari prohibebatur. Iterum ne alienigenis vel indigenis publicos ludos exercere in feſtis, ſignanter Diuinorum celebrandorum tempore, vllo modo liceret. Cumque plurimùm, & auctoritate, & interceſſione apud Pedemontanos & Principem, & Duciſſam Chriſtinam Francicam valeret; præualuit varijs in opportunitatibus, & neceſſitatibus diuerſis reportatis reſcriptis, atque indulgentijs, ſiue exemptionibus, aut permiſſionibus Pancalerienſi publico ſeculari bono, & commodo fauere, & patrocinari: vel remouendo, aut prohibendo aduerſa, vel proſpera, & fauorabilia multiplicando. Perurgebant aliquando Stationarij milites Oppidanos pro ſibi aſſignato commeatu exactiùs exigendo, & aduerſus rigidos exactores inſurrexerant Pancalerienſes homines mox violentas adinuicem manus collaturi, quod cum accepiſſet vigilax Cuſtos, ex-tempore accurrit, & iam iam futuræ rixationi opportunus occurrit, qua enim pollebat auctoritate, & à natura benignitate, ac alloquendi ſuauitate præditus erat; diſſidentes partes conueniens, diſſidij, rixęq; cauſis perſpectis, & remotis diſcordes animos conciliauit, iurgia compoſuit, & litigia abſtulit, atque odia reſtinxit. *Auctoritate plurimum valens apud Sabaudos Principes plura Eccleſiæ Catholicæ fauorabilia reportat.* *Ann. Chriſti 1647.* *Graue diſſidium ſua benignitate cõponit.*

III. Nec ſolis ſecularibus Principibus charus, ſed Eccleſiaſticis Præſulibus clarus cum appareret; præclaras delegationes, & facultates reportauit. Cum enim aliquando quidam ſæculares Clerici adinuicem publicè digladiãtes mutuò ſe ſe ſclopporum exploſionibus impetiiſſent, & ſcandaloſè agentes in grauiores excommunicationes incidiſſent; Reuerendiſſimus Archiepiſcopus Taurinenſis Iulius Cęſar Bergeria Fr. Michaeli Angelo publicam Leuitarum excommunicatorum abſolutionem delegauit, qua delegatione, ipſe abſolutos fidelium communioni reſtituit. Constructam iterum ab ipſo nouam Eccleſiam (vti mox dabimus) idem Archiprçſul benedicendi poteſtatem eidem benignè impertitus eſt. Cui pariter Reuerendiſſimus Taurinenſis Nuncius à cenſuris ob duellum contractis abſoluendi ſæpiùs facultatem fecit. Pluraque alia inſigniora munera exercenda ſibi delegata adminiſtrauit, quippè qui Archiepiſcopalem Taurinenſem infulam ſibi ſponte, & liberaliter oblatam conſtanter recuſauerit. *Eccleſiaſticis Præſulibus carus facultatẽ accipit.*

IV. Cum propagandæ Fidei zelo, & eradicandæ Hæreticæ perfidiæ zelotypia mirificè teneretur; obuios quoſque, quos habebat, vel accolas, vel alienigenas Sectarios, ad Orthodoxam religionem amplectendam vehemẽtiùs adhortabatur, & perhumaniſſimè alliciebat, præoſtenſa veritate, & impietate reprobata: quamobrem cum diuerſis temporibus, quinque reſipiſcentes reduces ad Sanctæ Matris Eccleſiæ gremium regredientes abſoluere, & Hæreſim deteſtantes, recipere neceſſum eſſet; Reuerendiſſimus Inquiſitor Taurinenſis Apoſtolico cooperatori facta permiſſione, quinimmò delegata poteſtate recipiendi, ipſe Fr. Michael Angelus conſuetis de more publicis adhibitis cęremonijs coram populo Caluiniſtica placita anathematizantes, Catholicorum albo, abſolutos deſcripſit, eorumque deierationes, & publica geſta in authenticam formam redacta ad Sacrum Tribunal tranſmiſit. *Hęreticos quinque ad Fidẽ recipit.*

V. Propria pariter congenita à natura perhumana, ac affabili grauitate, & auctoritate cum vtramq; ſcilicèt & Confratrum Diſciplinatorum, & Conſororum Humiliatarum in Sancti Bernardini Oratorio conſiſtentes congregationes à ſuis prædeceſſoribus multoties reſtitutas, iterum humana & incuria, & infirmitate in dies deſtitui animaduertiſſet; vegetiores, & numeroſiores in priſtinum ſtatum pietatis, ac religionis reſtituere laborauit: mirificis tum documentis, tum religioſioris vitæ, ac laudabilioris conuerſationis exemplis illis prælucendo. Rurſus eadem in Sacra Æde iam olim ab anteceſſoribus Capuccinis erectam, atque inſtitutam Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo Sodalitatem, cuius cultus apud incolas aliqualiter *Deſtitutas Cõgregationes iterũ reſtituit.*

refrixerat, ipſe impenſiùs excolendam ſuſcepit, & perenniter peculiari ſolicitudine excolere perpetuò perſeuerauit. Nec tamen propter hoc Marianæ Coronæ, ſiue Roſarianæ recitationis frequentiam neglexit. Quininmò Pancalerienſem plebem efficaciùs ſemper ad huiuſcemodi exercitationes religioſas ſuauioribus ſuaſionibus impulit.

VI. Et Dæmonum aſtutia, & improborum malitia, ſiue prauorum nequitia ſæpè ſæpiùs inter ſeculo ſeruientes grauiora, & periculoſiora iurgia, & odia ſuſcitantur. Quare cũ per tempora inter Pancalerienſes Coopidanos ſimultates, & rixas ſuſcitatas animaduerteret; pacificus mediator Angelus pacis accedebat, & inter iurgantes intercedebat, ac pro diuiſorio pariete ſtabat, donec inſtantia diſcrimina à populo vel plebe auerteret, compoſitis litigijs, ciuilibus differẽtijs cõciliatis, ſublatis litibus, ſedatis rixationibus. Et quia nequiores, & ſceleſtiores nonnulli nõ audentes, vel nõ valentes viribus, vel violẽtia ac aduerſarijs ſuis, dæmonũ potẽtia, maleficentia nocere tentauerant, maleficijs, veneficijs, facturis, vel ligaturis proximos innocuos, vel zelotypia, vel inuidentia, vel maleuolentia offendentes: ipſe bonus Angelus inſtar Michaelis Archangeli, Sathanæ opera ſua ope, & conſilio diſſoluebat, & iniuſtè diabolica fraude, & arte vexatos charitatiuè liberabat.

Ann. Chriſti. 1649.

Simultates, & rixas extinguit.

VII. Capuccinorum quoque in Apoſtolico opere inſudantium peculiare, & munus, & onus ſimplices, & inſcientes catechizandi, haùdquaquàm prętermiſit, quinimmò hoc in excolendo ſedulò, nulli ſecundus reputari, & computari poteſt: iam enim binas per olympiades, quibus Pancalerienſi Stationi incumbit, perpetuò Dominicalibus pręcipuè diebus catechiſmum inſcientium, vel paruulorum, vel grandiorum grandęuus ipſe impenſius exercuit: non interrogando modò adſtantes, ſiuè ordinaria methodo docendo, ſed & infatigabiliter ſermocinando: noua ſemper monita, ſiue antiqua pluries reperita, & de nouo tradita documenta inculcando. Dei nempè religioſum cultum, & illibatam Orthodoxam Fidem commendabat, Diuinorũ pręceptorũ obſeruãtiam, Diuorũ venerationẽ, & inuocationem, ſacrorũ reuerentiam, ſacramentorũ frequentiam, conſcientiæ integritatem, morum honeſtatem, proximi charitatem, indigentium ſubuentionem, iniuriarum obliuionẽ, offenſarum remiſſionem, peccatorumq; pęnitentiam vehementer inſinuare nitebatur: vnde & illud in dies factum cernimus; vt Pancalerienſis plebs iamdiù à Capuccinis exculta, frequentiùs ad Sacramenta accedere feſtinet, & aſſueſcat.

Ann. Chriſti 1650.

Apoſtolico labori ſolicitus incumbit

VIII. Verùm enimuerò quod grauius, conſiderabiliuſq; eſt, nempè Diuini verbi prædicationem quamdiù valuit per vires, & per ætatem licuit, validè, & viriliter excoluit: per ſeptenos namq; Quadrageſimales, annuales verò, & aduentales per quinquenos excurſus, in hac Eccleſia veluti myſticus, & Apoſtolicus Priapus Dominicos hortos, vel animarum hortulos exercere, colere, runcare, ſerere, ſeminare, irrigare, & fęcundare perſtitit, atq; laborioſè perſeuerauit: quo cęleſti Patrifamilias & olera, & flores, & fructus abundè producerẽt, quinimmò largiores ſpirituales prouentus fructificarent: Nec fruſtra, aut in vanum cucurrit Angelus hic in miniſterium miſſus, & Apoſtolica, ſeu Euangelica opera exercens, nam illius dilucidioribus, & facilioribus, ſed doctis, atq; eruditis ſermocinationibus illuminati, & compuncti quamplurimi ex incolis, ad Sacerdotem Capuccinum accedentes veluti verè pęnitentes ſuæ hactenus neglectæ conſcientiæ etiam rimulas, & magis recondita receptacula liberè pandebant, præteritam peccaminoſam vitam deteſtantes: quinimmò ex ſenis circumadiacentibus Villis Accolæ plures Apoſtolantis Angeli Capuccini & verbo moniti, & exemplo, ſiue alloquio, aut familiari colloquio permoti, totius peractæ vitæ generales expiationes coram eo narrabant, & enunciabant: dolentes quàm maximè de præteritis piaculis, impoſterum à criminibus ſe ſe receſſuros de corde profitentes, & pollicentes; vndè copioſæ neceſſariò conſequebantur, & præſtabantur à confitentibus, & pęnitentibus pecuniæ, famæ, & rei domeſticæ reſtitutiones, diſcordantium pacificationes, ſcandalorum ablationes, peccatorumq; tandem emendationes, & præuaricatorum famoſiorum in bonum, vel in meliùs mutationes: matrimonium impedientia, vel dirimentia impedimenta canonica auferebantur, à cenſuris, & maledictionibus liberabantur, & Sacramentis alijs reſtituebantur.

Feruida prędicatione copioſos pęnitẽtię fructu recolligit.

Ann. Chriſti 1651.

IX. Ediximus, ſeu edidimus hactenus, quatenus primus hic Angelus ſpiritualiter ædificare ſtuduerit, & ſategerit; dicamus demum qualiter materialem Sacratum Ędium ſtructuram & propoſuerit, & promouerit, & perfecerit. Dum igitur Præfecti Miſſionum, & Prouincialis Miniſtri, vel ſaltem Cuſtodis, ac Diffinitoris muneribus fungeretur; Pancalerienſem hanc perpetuò Cuſtodiam fouere perſeuerauit: diſpoſito igitur fabricæ exemplari, ipſe pecuniaria ſubſidia Fr. Fr. Amedeo, & Mauritio Stationarijs pro conſtructione promouenda perpetuò ſubminiſtrauit. Miſſionarius poſtmodum ipſe eò ſuperueniens, & religioſi domicilij ædificium ipſe conſummauit, & noui amplioris, & commodioris Templi conſtructionem aliquandiù machinatus eſt, & molimina diſponens, ſtructuræ neceſſaria

Apoſtolici domicilij fabrica conſũmata, Templi nouam conſtructionem diſponit.

ſubſidia

ſubſidia à diuerſis vel conſanguineis, vel affinibus, vel amicis ſolicitè inquiſita præparauit, inde pro latiori ſolo rei communis Pancalerienſes Adminiſtratores interpellauit, atq; proximè dirienda domus (domino iuſto pretio perſoluto) operi tandem manum admouit; deiectis namque vicinis impedientibus ædibus, ſublatis ruderibus, primarium ipſe nouæ Eccleſiæ pro Capuccinis conſtruendæ inſcriptum lapidem poſuit, & fundamenta iecit, breuique manu eleuatis parietibus, tectum opportunum ſuperpoſuit, ſacrarium congruum proximum appoſuit, parietes dealbauit, & iconem ſonnoſiorem pro peculiari Sanctæ Eliſaberhis iterum de nouo in nouo Templo erecto Sacello concinnari fecit. Paramenta & ornamenta, picturas, & ex ſculpturas multiplices adiecit prouidere, & exhibere, & in dies ferentiùs recenti ædificio appoſitum fornicem concamerare, & ſuperſtruere feſtinauit, vt integrum opus ipſe perficeret. Nec huic proprio commodo obſequturæ fabricæ adeò ſtuduit; quin & recentioris B. Virgini dicatæ campeſtris Sacræ Ædiculæ conſtructioni nō cooperaretur: operabatur enim quantū valebat, & adhortabatur omnes, & ſingulos Oppidanos, vt vnuſquiſq; pro ſuo modulo nouum Sacellum conſummare eniteretur. Nouum Eccleſiā à fundamentis excitat, perficit, & exornat.

X. Enixus verò ipſe perpetuò extitit, vt peculiaris pietatis, & religionis maiora in dies incrementa in Pancalerienſi plebe promoueret: vnde conſummata ferè in totum noui amplioris Templi elegantiori ædificatione, tādem populum ædificare voluit, nouam, & ſingularem hactenuſque incognitam deuotionem Sancti Antonij de Padoa dicti, huic populo efficaciùs adeò commendando; vt breuioris temporis intercapedine vniuerſi huic Thaumaturgo Tutelari addicti, illius in honorem tertiam totius anni cuiuſlibet hebdomadis feriam conſecrantes, eo die frequentiùs ad Eccleſiam conuenientes, crebriùs Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ ſuſciperent, ſeque ipſos, ſuaque omnia frequentioribus precibus commendarent, ſignanter in eius profeſto, quod celebrioribus ſolemnitatibus colunt, & ſanctificant (adhortante, & exhortante Apoſtolico directore). qui diutiùs laboribus feſſus, & longæua ſenectute grauatus, depoſitis tandem Apoſtolicæ militiæ armis, ad clauſtra Taurinum ſe ſe recepit: vt qui diù alienæ inuigilauerat, modo propiùs propriæ ſaluationi perfectius incumbat. D Antonij Patauini deuotionem excitat.

Ann. Christi 1653.

APPENDIX.

Fr. HILARIONIS à BOVISIO Concionatoris.

IGitur Fr. Michael Angelus patientibus, vel egentibus cunctis pietatis, atque religioſæ charitatis viſcera adaperire geſtiens, dum vniuerſis benefacere gaudet: tribuendo egenis, pauperibus ſubueniendo, infirmis accurrendo, mæſtos conſolando, tribulatis ſuccurrendo, cunctiſque tandem ad ſe accedentibus pro virili ſatisfaciendo, annorum tamen pondere ipſe preſſus, expeditè adeò, & plenè quotidie occurrentibus populorū neceſſitatibus, vel poſtulationibus par cū eſſe non valeret: cum ſuæ Capuccinorum Prouinciæ Præſulibus egit, vt iuniorem, & validiorem Collegam ſibi in Apoſtolico munere, & onere ſuſtinendo copularent: vnde Coapoſtolicum operarium illi ſuperaddiderunt mittere Fr Hilarionem à Boniſio Concionatorem ſolicitum, manſuetum, ac pacificum, qui & ipſe frequentiori prędicationi & in Pancalerio, & in circūadiacentibus Oppidis fideliter incumbens, paruulorum Catechiſmo opportunis diebus, & horis exercendo non defuit, quinimmo omnibus, & ſingulis Euangelicis miniſterijs præſtandis ſemper, & vbique præſtò adfuit hilariter, & gratanter, quælibet vel domeſtica humiliora munia exequendo. Fr. Hilarion Coapoſtolicus Operarius adijcitur miniſterio.

CALCVLVS XIII.

Fr. MAVRITII CEVENSIS Concionatoris per annos 1654. 1655. 1656.

I. EVangelicæ agricolationis triennium abſoluerat in Vallis Soanæ Eccleſiaſtica vinea excolenda Fr. Mauritius Apoſtolicus agricola, quando Capitulantium Patrum diſpoſitione ad Pācalerienſes myſticos hortulos iterum excercendos transfertur hoc anno quinqnageſimo quarto cum ſexcentis & mille. Tranſlatus igitur Seraphicus hic Operarius, ne vſquam, aut vnquam otiari contingeret; con ſueta cuncta, & ſibi familiaria miſſionalia munia ſedulo exercenda reaſſum-

pſit, & ſibi impoſterum frequentanda indixit. Indicta autem ſunt ordinaria in Dominicis, & Feſtis Euangelij prædicatio, ſimplicium, & rudium inſtructio, Sacramentorum, ſignanter pœnitentiæ, iugis, & laborioſa adminiſtratio, infirmorum viſitatio, lugentium conſolatio, indigentium ſubleuatio, & miſerorum vniuerſorum ſubuentio. ſpiritualibus, vel corporalibus ſubſidijs parientibus ſubueniendo, inter quos egentioribus quibuſdam perſonis extrema neceſſitate laborantibus peculiares ſubuentiones exhibere ſtuduit, & curauit. Ann. Chriſti 1654.

II.

Et bona conſerere, & mala diſperdere, & ſubuertere ſatagebat agri Dominici hic Euangelicus cultor: vnde vt ſcandala de medio tolleret; iurgantes nonnullos, atque ex Pancalerij Optimatibus adinuicem diſcordantes concordes reddidit: alienigenas quoſdam cum indigenis altercantes conciliauit, litigia compoſuit, concordiam firmauit, inimicitias abſtulit: mulierculam à militibus deprauatam, & ſeductam honeſtæ, & religioſæ vitæ, atque laudabili conuerſationi recuperauit, & reſtituit. Rurſus quoniam communi, & particulari ærario exhauſto, ad commune bonum pertinentes prouiſiones his temporibus negliguntur: ipſe Capuccinus Clericos quoſdam præcipuè educandos, & inſtruendos ſuſcepit; cum Præceptoris carentia Pancalerienſis iuuentus inexculta ſylueſceret. Frequentiores precationes, & feruentiores obſecrationes pro tempeſtatibus arcendis ipſe per octauam Corporis Chriſti quotidie ſermocinando, fieri perſuaſit, & reportauit. Tandem de nouo exædificari Chori lignea ſedilia perficienda curauit, & pauperculo Sacrario geminas de recenti conquiſitas elegantiores Albas pro ſolemnioribus Miſſis celebrandis appoſuit: pro conuocandis ad Sacra populis nouam campanam antiquo campanili ſuperpoſuit: pro conficiendis hoſtijs elaboratam ferream formam comparauit; ſicque Eccleſiaſticam, & domeſticam ſupellectilem, ſignanter ſacrorum codicum multiplicauit. Diminuit autem è contrario deprauatorum librorum multiplicitatem, quam ex Lucernenſi Valle depopulanda, regredientes ſub his diebus Catholici milites abſtulerant, & transferebant; vnde ipſe ſpeciali ad hoc accepto Reuerendiſſimi Patris Inquiſitoris mandato, vigilanter ſtans in Excubijs, de transferētium manibus libraria anathemata eripiens, offendiculæ de religionis ſemita auferebat: quod haud ſine diſcrimine, & labore præſtabat. Dum igitur taliter operans in ſua Cuſtodia ſtabat; de Statione ad Monſregalenſis Capuccinorum Conuentus adminiſtrationem aduocatus eſt.

Diſcordias extinguit, Clericos inſtruendos ſuſcipit, Eccleſiā exornat.

Ann. Chriſti 1655.

Ann. Chriſti 1656.

CALCVLVS XIV.

COMMVNIS

Fr. Fr. SERAPHINI à MONTECALERIO, & IOANNIS CHRYSOSTOMI à TAVRINO Concionatorum per annos 1657. 1658.

I.

SEraphin ſtabant (iuxta propheticū Oraculū) *& clamabant: Sanctus, Sāctus, Sāctus Dominus Deus exercituū. Et audiui vocē Domini dicentis* (proſequitur Iſaias) *Quem mittam? & quis ibit nobis? & dixi ecce ego mitte me: Et dixit: Vade & dices populo huic: Audite audientes, & nolite intelligere, & videte viſionem, & nolite cognoſcere: Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & conuertatur.* Stabat Fr. Seraphim in prophetico miniſterio, & validè clamabat ter Sanctus Dominus Deus Trinus, & Vnus. Hoc eſt ipſe vnus, vnicum Apoſtolicum munus, triplici opere adminiſtrabat, nempè Sacramentalium, imo Sacramentorum miniſtratione, Catholicæ diſciplinæ Catechiſmo, & Euangelicæ doctrinæ iugi, feruoroſa, & efficaciori prædicatione, pro qua cum aduerſus irreligioſos mores, & ſacris in frequentandis moroſos, atque facinoroſos chriſticolas inueheretur; irreuerentium quorumdam, & infrunitorum ſordeſcentiam pulſauit, pultarorumque aduerſum ſemetipſum irrationabiles fremitus excitauit, at ipſe frementium temerarium hinnitum floccipendens; magni faciebat tum criminum, tum crimìnoſorum, aut criminantium ſcandalum de medio populi auferre. Dum igitur pro ſuggeſtu ſapienter pertonans ter Sanctum Dominum Deum exercituum, ter Sanctè à fidelibus colendum, tripliciter religioſè ipſe viuendo, conuerſando, & operando dixerunt Euangelici operis Præſides in Capitulo Taurini hoc anno quinquageſimo octauo decimi ſeptimi huius ſæculi: Quem mittimus ad Paduſanam Miſſionem? Ecce ego: dixit Fr. Seraphim, & ſic emiſerunt vnum de Seraphim: & quis ibit nobis ad Pancalerienſem Stationem? reſpondit Fr. Io. Chryſoſtomus à Taurino: Ecce ego

Iſaias cap. 6

Ann. Chriſti 1657.

Bini Apoſtolici Operarij triplici Miniſterio inſtituunt.

mittite

Ann. Chriſti 1658.

mittite me; & dixerunt vade, & dices populo huic, non Pancalerienſium incolarum modò, ſed & accolarum Lucernenſium. Videre ne in vobis adimpleatur ſermo Iſaiæ Prophetæ, quod protulit, quando vidit Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum in iudiciaria maieſtate. Exeçcatum cor populus hic habet, aggrauatas aures pariter, & clauſos oculos à malitia, & Hæretica nequitia: ideò audientes audiunt, & nolunt intelligere, vt benè agant, & videntes apertas viſiones, & demonſtrationes flagellorum iræ Dei ſuper ſe inundantium, & renuunt cognoſcere. Venit igitur Fr. Io. Chryſoſtomus Pancalerium, & infirmæ licet valetudinis, quia podagra correptus, corrigere tamen peccaminoſos non deſtitit, ſicut cõſtitit, virtuoſos erigere, virtutũ opera promouere, bonũ omne augere, & mala cũcta à ſibi commiſſa plebe eliminare. Stat igitur modò in liminaribus Eccleſiæ limitaneus miles.

DEMONTANI APOSTOLATVS RATIOCINIVM DVODECIMVM.

D. O. M.

CHRONOTAXIS.

DECVRRENTIS SÆCVLI SEPTIMI DECIMI LVSTRIS SEX, CVM TRIENNIO IAM PERACTIS, DECIMO SEPTIMO KAL. MAII.

VRBANI VIII. REGNANTIS PONTIFICIS DECADE EXPLETA: VICTORII AMEDEI ALLOBROGVM REGIS REGNI OLYMPIADE PRIMA: ANTONIO PROVANA TAVRINI ARCHIEPISCOPO: ALEXANDRO CASTRACANIO NEOCASTRI ANTISTITE, NVNCIATIONIS MVNERE FVNGENTE, ET ORDINANTE: IOANNE BAPTISTA GERMONIO METROPOLITANO ARCHIDIACONO, STVRIANÆ VALLIS PRÆSVLE POSTVLANTE: FR. IOANNES A MONTECALERIO PROVINCIALIS, ET MISSIONVM PRÆSES PEDEMONTANÆ SVÆ PROVINCIÆ CAPVCCINOS OPERARIOS APOSTOLICO ONERI EXERCENDO DEMONTII IN OPPIDO COLLOCAVIT, PRO ECCLESIASTICI REGNI STRVCTVRA, SIVE ÆDIFICIO RESARCIENDO.

DEMONTANI RATIOCINII
SYNOPSIS

Præambuli Numeri Quinque.

Primus	Geographicam	Relationem exhibet.
Secundus	Politicam	
Tertius	Hierarchicam	
Quartus	Errorum, & Hæreſis	Originem perhibet.
Quintus	Apoſtolatus, ideſt, Miſſionis	

Calculus Primus.

Apoſtolici Præcurſoris Fr. Stephani à Gombolato Concionatoris per annum 1596.

Calculus Secundus.

Prioris Apoſtolici Operarij Fr. Seraphini à Montecalerio Concionatoris per annos 1633. 1634. 1635.

Appendix.

Fr. Franciſci à Monteregali Concionatoris.

Calculus Tertius.

Fr. Raphaelis Taurinenſis Concionatoris per annum 1636.

Calculus Quartus.

Fr. Amedei Taurinenſis Concionatoris per annos 1637. 1638. 1639. 1640.

Calculus Quintus.

Communis

Fratrum Stephani Taurinenſis, & Ioannis Baptiſtæ Cambianenſis Concionatorum per annos 1641. 1642.

Appendix.

Fr. Petri à Planitia Concionatoris.

Calculus Sextus.

Fr. Euſebij ab Eporedia Concionatoris per annos 1643. 1644. 1645. 1646.

Appendix.

Fr. Pauli Mariæ à Corniato Concionatoris.

Calculus Septimus.

Fr. Theodori Cherienſis Concionatoris per annos 1647. 1648.

Calculus Octauus.

Fr. Angeli Foſſanenſis Concionatoris per annos 1649. 1650.

Appendix.

Fr. Victoris Ripulenſis Concionatoris.

Calculus Nonus.

Fr. Seraphini à Montecalerio Concionatoris per annos 1651. 1652.

Calculus Decimus.

Fr. Pauli Mariæ à Corniato Concionatoris per annos 1653. 1654 1655.

Calculus Vndecimus.

Communis.

Fr. Fr. Caroli Franciſci à Sauiliano, Bartholomæi à Taurino, Philippi à Bouiſio, & Bernardini à Ceſpitelo Concionatorum per annos 1655. 1656. 1657. 1658.

DEMONTII IN APOSTOLATV

CAPVCCINORVM OPERARIORVM

pro Eccleſiaſtico Regno laborioſi Proceſſus numerantur, & calculantur.

RATIOCINIVM DVODECIMVM.

Geographicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. I.

SVPER montes ſtabunt aquæ, ſed non perſtabunt, de monte namq; ad Conualles congenita propenſione profluunt, profuſione feruntur. Ab Argenterio igitur, ſiuè Argenteriæ colle intra Cottias Maritimaſque Alpes concluſo ex Sanctę Marię Magdalenæ iugo, præcipiti, ac ſublimi vnica ſcaturigine erumpentes aquarum riuuli geminum fluuium effluere faciunt: Vbaiam ad Mediterraneum, ad Adriaticum verò mare Sturiam, quæ binas Demontij Valles ſuo profluuio alluit, & epyciclum, ideſt ſemi circulum Vallarem viginti milliarium in longitudine deſcribit, & conficit: cuius quaſi in obtuſo angulo, ideſt centro eleuata ſuper rupe reſidens præcipuum Demontij Oppidum, ſuperiori, & inferiori Vallibus medium terminum ſtatuit. Stat enim Demontium ad polarem fluminis mediæ noctis plagam, politioris ſtructuræ ædificijs cōſtructum, & inſtructum: à quo per dexteram ad ſuperiora aſcendendo ſupernę Vallis, ſeptem Pagi enumerantur: Iſonum, Vinadium, Sambucum, Petraporci, vel Portæ, Pons S. Bernardi, Berzeſium, Argenteria. Sed ab illo rurſus declinando infernę Vallis ſeptem iterum ad numerantur Villæ. Epheſteona, Maiola, Gaiola, Ritana, Valliſaurea, Rocha, & Caſtelletum. Sturiana hæc Vallis placido admodum, & propitio perfruitur cęlo, planum, ſimul & fęcundum, necnon amænum, ſaltem ad aſcenſus dimidium, habet ſolum, quamobrem grano, oleo, fęno, vino, fructibuſque, ſeù frugibus abundat: nec aqua piſcibus eget, nec terra gregibus, vel armentis indiget. Regionis ſuperæ incolæ rudiores, agreſtes, paſtores, ruricolæ: inferæ verò operarij, negotiatores, induſtrij, mercimoniæ, militiæ, cauſidicæ exercitijs incumbentes habitatores comperiuntur. In Occidente Barchinonenſem tractum, in Septentrione Granæ, in Meridie Gexij Valles; in Oriente verò Cunienſes Ciuitatem, & agrum adiacentes tenet.

Demōtij Oppidū vbi, & quomodo ſitum.

Sturianę Vallis ſalubritas, opulentia, habitatorumq; natura.

Politicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. II.

TEnuerunt, immò vt tenerent Demontanæ Vallis temporalem poſſeſſionem: tergeminis circumquaque Caſtris à diuerſis exædificatis, perpetuò inter ſe dimicauerunt Mediolanenſes Duces, Salutienſes Marchiones, Prouinciæ Comites, Galliarumq; Reges. Quorum tandem vnus Henricus IV. nomine, permutationis titulo & Demontij, & Salutiarum Marchionatus dominationem legitimè Sabaudis Ducibus ceſſit, nempè Carolo Emmanueli I. qui (iam Martiali furore antiquis caſtris euerſis) media ipſa in Valle, à circumuallantibus rupibus diſgregato, & diſtincto, ſolitarioque bicipiti conſiſtente prægrandi, & prealto ſcopulo munitiſſimam Acropolim ſuperſtruxit, quam vniuerſalis aſcenſus, & deſcenſus communi viæ ad cuſtodiam ſuperpoſuit, adhibitis illic perpetuis præſidia-

Dominatio huius Vallis, poſtremo Sabaudiæ Ducibus cōpetit

rijs excubijs cum regionali cuſtode. Appoſita iam olim ad inferiores, atq; grandiores Conuallis ianuas celeberrima Cunienſis Ciuitatis munitiſſima Arce, in qua cuſtodiam oræ Ducalis Gubernator cum ſtationaria cohorte indeſinenter inuigilat. Conuigilat ibi pro communiori iure ciuili, vel criminali, aut politico diſtribuendo, non modo ordinarius Iudex, ſed & iuſtitiæ Prouincialis Præfectus, ſimul, & Referendarius. Inuigilauerunt autem ſemper pij ciues, vt patriam ſuam non ſolum mirificis ædificiorum ſtructuris conſtruerent, ſed & Sacris Religioſorū virorum pluribus domicilijs inſtruerent: ſupra enim Diſciplinatorum pia Oratoria multa, & Xenodochia, Parochiales Sacras Ædes ternas, binas Matri Dei, vnicam D. Ambroſio Sacras tenent. Monialium iterum Clariſſarum gemina Clauſtra, Ieſuitarum Collegium vnum, Minorum Sancti Franciſci duo intra Conuentualium, & Capuccinorum, extra muros tertium Obſeruantium, & quartum Auguſtinianorum Monaſteria ædificanda curarunt. Fœcundo ſatis agro vtuntur, abundantium aquarum irriguis, & opificijs perfruuntur, verum fœcundiori, & abundantiori Induſtria, ſagacitate, atque ſolertia, quibus Ciues pollent, ſimul & accurata ſolicitudine laborioſè diſceſcunt. Cunienſes calamo, gladio, & calculo valent, litteris apti, militię idonei, mercimonię dediti, haud tamen ſegnius auitam generis nobilitatem excolunt, vel chriſtianam pietatem negligunt. Propoſiti feruntur tenaces, in opere perſeuerant efficaces, inertem otioſitatem auerſantes. Illius verò Sturianę Marchię abūdantiori vt ſecuritati conſuleret, Carolus Em. I. Mutinenſes Patritios DD. Furnos Comites in Marchiones præfecit quibuſdam ſupernę Vallis Oppidis.

Chriſtianam pietatē colūt Cunienſes.

Hierarchicam notitiam exhibet Præambulus

Num. III.

ECcleſiaſtici pariter regni excubitores ſacri, nequaquam aut dormientes, aut dormitantes, quinimmò hæc ad oſtia diligentius inuigilantes DD. Taurinenſes Archiepiſcopi huius Diœceſanę ſuę Demōtanę Eccleſię intra remotarum Alpium montanos receſſus longè conſiſtentis, atque diſtantis animaduerſo diſcrimine, peculiari iuuamine, ſeù tutamine occurrere voluerunt; quamobrem retento ſibi Archiepiſcopali iure ſupremo, immediatam, & ſubordinatam ſuper inferiorem, & ſuperiorem Conualles Sturię ordinariam iuriſdictionem ſpiritualem Taurinenſis Collegiatę Primicerio Canonico, dignitate Archidiacono commiſerunt, qui expeditius, & peropportunius ampliori conſeruationi, atque ſolicitę, prouidęque, ac religioſę adminiſtrationi incumberet quindecim illarum Parochialium Eccleſiarum, quę ſingulares ſingularibus Pagis vniuerſis peculiariter prælident, Demontij ſolius excepta Villa, in qua tribus olim ſtatutis Parochijs Sancti Ioannis Baptiſtę, Sanctę Marię Magdalenę, Sancti Donati nuncupationibus Sacris tres ſimiliter aſſiſtebant Parochi Sacerdotes, donec tribus in vnam auctoritate Apoſtolica coadunatis, ab vnico Sancti Donati Rectore, ſub Prioratus titulo diriguntur.

Hæc Vallis Supremo Iure Archiepiſcopi Taurinenſis, & ordinaria iuriſdictione Archidiaconi Cathedralis adminiſtratur.

Erroris, ideſt Hæreſis, originem perbibet Præambulus

Num. IV.

HAs autem Eccleſias Sturianæ Vallis quibus temporibus tetra Hæreſeos caligo peruaſerit, altiùs requirendum inuenio: ſub Pontificatu namque Innocentij Papæ III. circà finem ſæculi duodecimi Albigenſes, ſiuè Vualdenſes è plutonicis antris vix exorti, ducente Raymundo Toloſate Comite, Catholicam Eccleſiam Trāſalpinis in Gallijs, non peruerſis dogmatibus ſolùm, ſed & violentis, hoſtilibuſque armis diuexare, & dilaniare & cœperunt, & perſtiterunt, diuerſorum Principum Eccleſiæ perduellium ope, & opera coadiuti. Inter quos memoratus Comes Toloſanus, confœderatorum Principum præſidio fultus duodecim annis contra Galliæ Regem, & Principes Catholicos decertauit, quare aliquando Ciſalpinam hanc noſtram Galliam, Italiæ veſtibulum aggrediens per Sturiæ Vallem iter ſuum diſpoſuit, & moras non paruas in illius Oppidis traxit, ibi pro temporis opportunitate, vel bellicæ expeditionis tutiori euentu commoratus hæreticalibus copijs, & Sectario exercitu Albigēſium ſtipatus. Quare cum non modo de ſæculari, ſed multo magis de Eccleſiaſtico regno certamen foret, & plus Religionis, quàm politicæ cauſas pertractarēt; non modò credibile, ſed & certiſſimum cenſendum eſt, illos Eccleſiæ Catholicæ perduelles vniuerſum ſtatum

Albigenſi Hæreſi primitus infecta Sturiana Vallis.

regni

Regni Eccleſiaſtici ſubuertere conatos fuiſſe: vnde cum Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum inſtituta damnarent; ac Sacramenta reijcerent, venerationem Sanctorum, ac Sacrorũ deteſtarentur; eos vniuerſa ad Diuinum cultum pertinentia deuaſtaſſe, & Templa expoliaſſe, & Sacras Ædes profanaſſe, & Sacraria violaſſe, & Orthodoxam Fidem verbis, & armis impugnaſſe, atque ab incolis exiliaſſe, ſicque primos Albigenſium errores his populis propinaſſe conicio ex Baldeſſani Hiſt. Eccleſiaſtica Pedemontana: De prima huius Vallis Hæreticæ infectionis origine. Hinc liquidò conſtat qualiter in Alpibus maritimis, olim erroribus Albigenſium, & Vualdenſium primò deprauatis, reliquiæ impietatis perſeuerarent, & deliteſcerent. Cenſendum verò, & identidem præſumẽdum Lutherana ſecundò, deinde Caluiniſtica venena tertiò ebibiſſe propinantibus militibus Germanis, & Gallis inter ſe inuicem digladiantibus, temporibus Caroli V. Imperatoris Germani, ac Franciſci Regis Francorum, & etiam Biragi, & Bellagardæ Gallorum Ducũ ſuperuenientibus, & Comite Lutherano Teuthonico de Vuitẽberga, & Duce Aldigherio Caluiniſta de Gallia Viennenſi. Tandem cum D. Marc. Aurel. afferat: Apoſtatas Iaffredum à Buſca, & Ludouicum Cunienſem Fidei deſertores perfidiam his Subalpinis Conuallibus Caluinianã detuliſſe, facile fuerit; & Sturiæ Vallem proximam illos peragraſſe, ibique Albigenſes in Caluinianos permutaſſe. Baldeſ. H. E. P. Man. 137. Vualdenſi ũ terũ in Lutheranam cõmutata, poſtremo & Caluino adhæſerunt. Lucernenſ. L. M. H.

Miſsionis exordium perhibet Præambulus

Num. V.

VNdique igitur collectam hanc hæreticalium fęditatum colluuiem, vt perpurgarent, & proprijs è Diœceſanis liminibus eliminarent; haud dubium, quin plures per ſæcula lectos Euangelicos Operarios emiſerint Taurinẽſes Præſules Reuerendiſſimi & Nuncius, & Archiepiſcopus, & Archidiaconus, & Inquiſitor: quos verò, vel quot, aut quales miſerint recenſenti calamo non occurrit, niſi in genere. Hunc Vallis Sturię Apoſtolatum, ſicut & quoſdam alios in Marchia Salutiarum primi aliquamdiù coluerunt PP. Societatis Ieſu, ſed non vbique ſtatuto domicilio ordinariè reſidebant, verùm ibant & reuertebantur opportunis temporibus, vt patet ex D. Marc. Aurel. ex quo etiam habemus eoſdẽ Patres ad Vallem Sturiæ deſtinatos à Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Barienſi Nuncio Apoſtolico in inſtitutione vniuerſali Miſſionum, auctoritate Clementis VIII. facta anno 1596 poſt menſem Aprilem, quando Roma data fuit epiſtola diſtributionis, & tunc iam anno ſuperiori noſtri egreſſi, Miſſionem aggreſſi fuerant, vt patet ex litteris citatis Cardinalis Sanctæ Seuerinæ, atque ex libro geſtorum Prouinciæ Ianuenſis, in quo ſub anno 1595. exordia aſſignantur Miſſionum, & aduentus conſignatur Fratris Stephani à Gombolato Demontium, vbi in quadrageſima anno 1596 concionatus eſt, & Hęreticos reduxit, indeque eiuſdem anni ſequentibus menſibus in ęſtate eò miſſi peruenerunt PP. Societatis Ieſu, noſtris in alijs Miſſionibus præoccupatis. Ab eoque tempore PP. prædicti ſuis laboribus, & ſolicitudinibus eam Conuallem per aliquot annos curare perſeuerauerunt, donec reuocatis Operarijs, vacauit multo tẽpore ager ſpeciali cultura vſquequò Reuerẽdiſſimus D. Archidiaconus Ioannes Baptiſta Germonius Taurinenſis, qui huic Conualli in ſpiritualibus præſidebat, vt ſuo gregi ruẽti accurreret, & labentem Eccleſiam ſuſtineret, ac inſtauraret; excogitauit Religioſos Sancti Franciſci, Capuccinos dictos, ad opus, eis à Deo impoſitum, aduocare, talemque ſuum cogitatum cum Domino militiæ Tribuno Sebaſtiano Accelio, ciue Cunienſi, tunc pro Sereniſſimo Sabaudiæ Duce Arcis, & Vallis Gubernatore, & Cuſtode contulit, qui propoſitum non modo approbauit; ſed & collaudauit, ac opus accelerare ſuaſit. Hinc ad Sedem Apoſtolicam datæ ſunt ſupplices litteræ, pro noua ſtatuenda in Cõualle Miſſione Capuccinorum. Annuit Summus Pontifex Vrbanus VIII. & per Antonium Barberinum ſuum Germanum Fratrem, olim Capuccinum, tunc Cardinalem Sancti Honuphrij, ſuper rebus Fidei Prępoſitum, mandatum dedit Reuerendiſſimo Nuncio, Prouinciali Fratrum Minorum Capuccinorum Pedemontij, auctoritate Apoſtolica, vt præciperet; quatenus duos ex ſuis Religioſis in Vallem Sturiæ deſtinaret, ad nouum Apoſtolatum Demontij inſtituendũ, quod & præſtitit, anno Domini 1633. menſe Aprili. Ipſius igitur in medio certaminis ſtadio, decertandi Stationem delegerunt, quò ſuperę, & inferę Vallis incolumitati inuigilantes; laborantibus, atque indigentibus opportuniùs præſtò adeſſe valerent, viarumque inibi deſcriptum quadriuium tutiùs, & accuratiùs cuſtodirent. Ad Tranſalpinos namque Gallos aſcenſus, vel deſcenſus vallaris linea gemini egreſſus, vel ingreſſus, ad collaterales Gexij, vel Granæ Conualles tranſuerſa interſecat cuiuſdam (licèt non rectæ) crucis in figuram, cui pro interſecationis puncto ſtat Demontij Oppidum, in quo clauum fixi domicilij confixerunt Apoſtolici Pugiles, qui carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs, ac concupiſcentijs.

Opportunis tẽporibus coluerunt hãc Miſſionẽ Patres Societatis Ieſu. Lucernen. cap. 41. Ann. Chriſti 1595. 1596. Exercuerũt, & Capuccini. Rom. Pontif. pręcepto, Miſſionis primordia in Demõtio dedit Fr. Seraphinus. Ann. Chriſti 1633.

CALCVLVS PRIMVS

Apoſtolici Præcurſoris Fratris STEPANI *à* GOMBOLATO *Concionatoris per annum* 1596.

VT Præcurſorem aſpiceret noſter hic Capuccinorum Apoſtolatus in Ciſalpinis Fratrem Stephanum; Primicerium accepit Fratrem Valerianum à Pinerolio, qui Eccleſiaſtici regni Italicis in liminibus, & animaduertit excidium, & adinuenit ſubſidium, Apoſtolicorum ſcilicèt Operariorum auxilium. Quamobrem primaria illa Capuccinorum Declamatorum à Reuerēdiſſimis Nuncio, & Taurinenſi Archiepiſcopo in decreta, & delegata emiſſione, anno nonageſimo ſexto vltra quingenteſimum milleſimum (vti ſupra indicauimus) Fratribus Valeriano, & Mauritio ad Petruxiæ, & Peterij Conualles deſtinatis, nutu Ducis Caroli Emmanuelis I. Frater Stephanus ad Montes, ideſt Demontij ſuperam; & inferam Vallem, ac Villam, ſeu Villas venit prædeſtinatus, quadrageſimales & ipſe congreſſiones aggreſſurus, & progreſſurus, circa VI. Kalendas Martij. Qualis autē tunc extiterit Fidei, vel potius perfidiæ ſtatus illis in Vallibus, & Villis Sturianis, conicctare licet ex D. Lucernate ſic deſcribente: *Anno ſexto & nonageſimo vltra quingenteſimum milleſimum: ab Apoſtolico Domino Nuncio emiſſi gemini Patres Societatis Ieſu peruenerunt Demontium, quod licet in Sturiæ Valle, Villatim inter Oppida principem ſibi locum vindicaret; haudq; mediocriter hæretica phreneſi laboraret; perfidiæ nihilominus apicem ſibi reſeruabat Pheſteona Villa quippe quæ Valdenſium impietatibus, tenaciùs alligata, inhærebat, vnde tunc Gazari vocitabantur, eòq; cum belli milites, vel iuſtitiæ ſatellites emiſſi, auita Fidei Catholicæ deſertores puniendos perquirerent, rebelles confugiebant, & rupibus, antris, vel cauernis protecti deliteſcentes, magiſtratuum ſolicitudines irritas, caſſaſq; reddebant. Paulo ante vita functus ſ. erat, & defunctus grandæuus centenarius Parochus, verè centum annorum ætatis puer; homo namq; fuerat promiſcuæ Fidei, quinimmò certæ infidelitatis, Catholicis enim ſimul, & Hæreticis indifferenter communicabat, his, & illis libenter annuebat, aſſentiebatur: Pontificia vſurpata auctoritate vniuerſas & culpas, & cenſuras abſoluebat, vota, obligationes diſpenſabat, cuncta affinitatis, vel conſanguinitatis impedimenta auferebat, etiam matrimonia diſſoluebat, iuſta debita, ex iniuſta alienæ rei contrectatione, pro libito remittebat, ea demum temeraria ſibi nequiter præſumpta, & prævindicata poteſtate potiebatur, vel potius abutebatur; vt prouerbialiter Pheſteonæ Papa nuncuparetur. Vnde eo in Oppidulo, vel Vico turpiùs, ac abominandum facinus nullum non perpetrabatur impunè, ita vt Viculani illi non homines iam, ſed belluones, aut propriùs feræ beſtiæ, vel leones Catholiciſmi formam omnem iamdiù abiociſſe, conſpicerentur.* Hactenus ille. Diſtat Pheſteona breuiori gemino milliari à Demontio, cuius & membrum computabatur. Fœdè igitur adeò computreſcente, adhuc corpori adhæreſcente membro, qualis totius integri fœrida putredo euaſerit; odoratus ſagaciùs, superueniens Frater Stephanus animaduertit; deſcendiſſe Ieſum de monte, nempè Catholicam Virginem Ieſu Chriſti Sponſam Eccleſiam, & vix in loco campeſtri Pedemontium conſtitiſſe integram, atque illibatam. I.

Ad quadrageſimales cōciones habēdas accedit F. Stephanus Præcurſor.

D. Luc. M. H. cap. 41.

Ann. Chriſti 1596.

Parochus Pheſteonæ prouerbialiter dicitur Papa.

II. Quò igitur multitudo copioſa vel ſeductæ, vel reducendæ plebis ab omni maritima illa Conualle, ſuperueniente non turba, ſed tuba diſcipulorum Chriſti, venire valerent, vt audirent eum, & ſanarentur à languoribus ſpiritus ſui, & qui vexabantur à ſpiritibus immundis, liberarentur, & omnis Demontana turba quæreret ſincerè Chriſtum tangere, de quo egreditur omnis virtus ad ſanandos omnes; Frater Stephanus non ſemetipſum predicare, non adulterare verbum Dei; ſed quadrageſimalibus concionibus prædicare voluit, ac ſtuduit Ieſum Chriſtum, & hunc Crucifixum: ſemper mortificationem Ieſu in ſuo corpore circumferendo, Apoſtolicum illud corde, ore, & opere profitebatur: *Fratres mihi autem abſit gloriari niſi in Cruce Domini Noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* Quod manifeſtè proteſtabatur, publicè in hæreſes, & Hæreſum profeſſores, vel fautores Hæreticorum, licèt potentiores inuehendo pro ſuggeſtu: acriter enim ſacrilega dogmata redarguebat, commenta diſſoluebat, figmenta reijciebat, Caluiniſtica placita deteſtabatur, deſecrabat, deuouebat, anathematizabat. Inde Catholica oracula proponebat, faciliori, & apertiori methodo explicabat, demonſtrabat, confirmabat, irrefragabilibus teſtimonijs, ſeu ſcripturalibus confirmationibus adſtruebat. Inde crimina, & crimino ſos homines carpebat, virtutes, ac virtutis profeſſores viros commendabat, his cœleſte brauium, illis ſcelerum ſupplicium proponendo. Loquebatur tandem ad cor Hieruſalem: vox clamantis in deſerto Eccleſiæ Demontanæ, & validè exclamabat: Parate viam Domini, rectas facite in

Galat. c. 6.

Prædicat, Caluini deteſtando, & Orthodoxā Fidem comprobando.

hac

hac ſolitudine ſemitas Dei noſtri. Omnis fidelis ſubiectionis, humilitatiſq; Vallis exaltetur; & omnis ſuperbiæ mons, arrogantiſq; perfidiæ collis humilietur; quinimmò, cornu nequitiæ conteratur, fiant praua dogmata in directa Orthodoxæ credulitatis monita, & aſpera Sciſmaticæ defectionis rudimenta, in vias planas ad vnitatem Catholicam reducentia, vt reueletur gloria Domini in vniuerſali militante Eccleſia, & omnis caro pariter videat; quod os Domini per emiſſos Apoſtolicos Nuncios locutum eſt.

III. Proloquebatur autem Frater Stephanus, non pro concione modò palam declamando; ſed & pro religioſa humana, benignaq; conuerſatione familiariter colloquendo: quò enim publica ſermocinatio non penetrabat; eò domeſtica admonitio peruadebat, ſicq; ſingulos infirmiores, ſiue ſceleſtiores conueniendo, ſingulis vel errores deierare, vel erroneos mores commutare perſuadebat. Dumq; taliter erga omnes beneuolum, in cunctos beneficum, in nullos maleficum, nec in minimo maleuolum exhibere ſe ſtudet; ſtudioſos veritatis, & æquitatis, ſimul & ſtudentes iuſtitiæ; atque Catholicæ vnitati Demontij Oppidanos nonnullos reddidit. Domeſtica enim noſtrorum monumenta, affirmant: vnico illo quadrageſimali congreſſu, à Fratre Stephano primùm ſexaginta, deinde quingentos, poſtremò cunctos ex Oppidanis, qui à Fide deſciuerant, ad reſipiſcentiam ab illo deductos. Pater Zaccharias Bouerius. Et D. Lucernenſ. teſtimonio conformi, vniformi contextu aſſerunt, ſeptingentos priùs deſertores, poſtmodum reduces ad Eccleſiam à Fratre Stephano reductos. Eccleſiaſtici itaque regni reſtitutione ita auſpicatè initiata quadrageſimalibus certaminibus, celebrato inde Paſchali triumpho, Fratri Stephano ad Clauſtra reuocato, ab Apoſtolico Nuncio Demontium deſtinati ſuccedunt Patres Societatis Ieſu, circa Idus Maij eiuſdem anni.

Ann. Chriſti 1596.

Dum beneuolè operatur hic Euāgelicus operator Demōtanos ad Catholicam Fidē perduxit.

P. Zacchar. Bouer. Annal. T. 2. An. 1596. D. Lucer. M. H. c. 31.

CALCVLVS SECVNDVS.

Prioris Apoſtolici Operarij Fratris SERAPHINI à MONTECALERIO Concionatoris per annos 1633. 1634. 1635.

I. COnſtantes perſtiterunt intra montes, & conſtanter ſteterunt in monte reſidētes per Olympiades quaſdā in Demōtio venerabiles P.P. Societatis Ieſu, vt de monte docerent turbas, os ſuum Euangelio promulgando aperientes per Conuallem illam, vt Vallicolis cunctis Euangelicas panderent veritates: donec inde alibi operaturi euocati diſceſſerunt. Vacat Apoſtolatus Apoſtolicis viris diſcedentibus, ſed non vocati adſunt impoſtores, mordet ſerpens in ſilentio, ſerpit morbus, vel morſus, Mars adeſt, tandem enim, nempè ſeptimi decimi ſæculi ſex iam peractis luſtris, ingruunt bella, (vnicum minimè bellum) inundant mala (ſolitarium nequaquam malum) ruunt ab Occidente Galli, ab Aquilone Germani, à Meridie irruūt Hiſpani Sabaudis, ſiue Pedemontanis vniuerſi diuerſis ſub titulis auerſi, ſiue infenſi, à quibus militari more Subalpini haud inoffenſi rei domeſticæ, vel familiaris, Politicæ, vel ciuilis temporales offenſiones, imò pernicioſiores deuaſtationes computarunt; quia feraliter, & vniuerſaliter graſſantem peſtilentiam in populorum internecionem, & hæreticam luem in fidelium perditionem ſimul comportarunt tàm Lutherani, quàm Caluiniani aduentantes milites ad Ciſalpinos limites. Liminares igitur Sturiæ Conualles, cum aduenientes acies occiduas ipſæ aſſueſcerent excipere; inficientes hæreticas diſſeminatas nequitias pariter conſueuerunt recipere. Vnde plurimo licèt iam labore deſudatum fuerit; vt ampliùs non deſiperent Demontani, ſed Catholicè ſapere aſſueſcerent, faciliùs eos decipere ſeductores, quàm erudire doctores præualuerunt. Ideo licèt, ſub Catholiciſmi ſpecie, Caluiniſmum plurimi colerent; audaciores quidam, nempè Ayſoni, & Pheſteonæ ſceleſtiores plures Incolæ Catholica exercitia palam deteſtabantur, ab illiſq; manifeſtè abſtinebant, carpebant, abhorrebant, quibus & ex vicinis nonnulli ex primoribus annuentes aſſociabantur.

Bellis ingruentibus, mala inundant in Pedemontana regione.

Ann. Chriſti. 1633.

II. Seraph interpretatur incendium, Seraphim ideſt incenſus apud Iſaiam Prophetam tulit calculum ignitum de altari, quo perpurgaret labia, & ſermonem igniret mittendi. Miſſus igitur Fr. Seraphinus, igneæ à natura congenitæ qualitati ignitum ſpiritum gratia præſtitum diſcretè inſerens, expurgatis labijs, incē.um ſermonem, ad Euangelicum ignem à Chriſto Domino terris immiſſum, ſalubriter accendendum proferre conſueuerat, quo in pigri hominis agro, & in ſtulti viri vinea ſylueſcentes vrticas, & ſpinas combureret, ideſt ignauorum, ſeu iniquorum Chriſtianorum conſcientias expurgaret. Cum igitur accederet Seraphicus alumnus Demontij ad Vallem, & ad Villam, ecce commota ſunt ſuperliminaria domus, quæ fumo protinus repleta apparuit: protinus enim vt comparuit Apoſtolicus

Iſaiæ cap. 6.

Operarius,

Frigêda Miſſionis auſſus Fr. Seraphinus, perturbato aſpectû excipitur.

Operarius, torres quidam auernales iam ſemiuſti, ferè extincti fumigantes, ſalubre cęleſte incendium pertimeſcentes, ne dicam perhorreſcentes, non charitatis, ſed concupiſcentiæ feruore, ſeu potius furore incaleſcere geſtientes, noxiam cōbuſtionem prętexentes, ad viri religioſi aduentum confuſionibus, & ſeditionibus cuncta repleuerunt in Demontij ſiguanter Oppido. Exceptus igitur fuit adueniēs Fr Seraphinus toruis oculis, aſpectu turbato, conturbatis animis, perturbata plebe Perturbatoribus quibuſdam ex Optimatibus communem turbationem excitātibus, & fouentibus ſuſurrationibus, maledictis, impoſturis iniquioribus, denique cunctis moliminibus: quò commota populi tempeſtate perterrefactus ſuperueniens Religioſus Leuita, naufragium præcauens ad Clauſtralia littora ſponte regrediens, ſalum, ſiue ſolum illud monſtra inhabitantia ad deturbanda nequaquam ingrederetur. Verùm enimuerò priori illo in aſperiori ingreſſu cum conſtantior, quaſi ſi ſupra mare graderetur, progreſſus conſtitiſſet Fr. Seraphinus; perſtiterunt & iniqui, eum vt à ſuis finibus eijcerent, acerbiora moliri. Pauperem habitariunculam pauperrima inſtructam ſupellectile pauperibus religioſis viris communi nomine commodauerant Demontani in acceſſu, quò ergo conſiſtentem viriliter, violenter ad receſſum compellerent; nequiores homines de commodato domicilio illos deturbare voluerunt, ſicut & iniquis ſuggeſtionibus, quin peruerſis impulſionibus de facto deturbauerūt, deturbatos verò ex aſſignato domicilio, cū

Demontani tentant eijcere à finibus ſuis Fr. Seraphinum.

humaniores nonnulli, pijque fideles hoſpitio peregrinos errantes Sacerdotes viciſſim exciperent; furentes perſecutores Sacrilegi ſubmiſſis & nutibus, & minacibus verbis, Capuccinis eiectis quoquo modo miniſtrare, cunctis interdixerunt: Perſica, vel Britannica feritate, atque immanitate Presbyteros perſequentes, quo extrema tandem neceſſitate coacti, ab illorum finibus ſponte exularent, verùm à charitate, & humanitate, quin ipſi à iuſtitia voluntariè exules à vero longè aberrabant. Conſilium enim Dei irritum efficere quis præualet? Valuerat aliquandiù. Diuini vt decreti executionem protelaret humana fraudulentia, ſed tandem præualuit cęleſtis prouidentia, vt deriſis malignantibus ſua placita exequeretur. Parochialis namque Eccleſiæ S. Donati Prior Primatius in Demontio, Sacerdos inter Ceuenſes Ciues Optimatum Rubeorum familia progenitus, congenitæ à maioribus in Capuccinam Religionē auitæ pietatis legitimus hæres, propria æde, & domeſtico ære alēdos Euāgelicos, à cūctis hactenus deſpectos, Operarios benignè, & vltroneo affectu gratioſè recepit, & receptis hilariter per quadrimeſtre neceſſaria ſubminiſtrauit, ſicq; prior ille repellēs implorū turbo aliqualiter ceſſauit.

Haud tamen Fr. Seraphinus ceſſauit, Sacerdotali Reuerendi Prioris domo exceptus, quin opportunè congruos per internuncios Catholiciſſimo Victorio III.
Amedeo, tunc Sabaudiæ Duci, primordialis ſui ingreſſus in Demontium tractationis, & ab Oppidanis inhumanæ exceptionis geſta, per ordinem ritè denunciata expreſſit; at ille conſueto, quem erga & Catholicam, & Seraphicam Religionem profitebatur, religioſiori affectu; illicò per efficacioris dictaminis ſuas exaratas epiſtolas, Domino Gubernatori, Equiti Accelio tranſmiſit perurgens mandatum; vt Apoſtolicis Operatoribus congruam, & commodam habitationem proprio in ſuæ Celſitudinis Palatio Demontino accommodaret. Quinimmò Apoſtolicæ Miſſioni incumbenti Fratri Seraphino omni ſua auctoritate, & auctoritatiua poteſtate, protectione, atque tutela ſemper, & vbique præſtò ſuo nomine adeſſet; ſed adfuit protinus potentium malignantium nequitia, & doloſè ſutreptis, & interceptis Ducalibus epiſtolis, piam Principis mentem, & mandatum defraudare, & impedire tamdiù temerarij præſumpſerunt; quamdiù zelotis Principis indignationem pertimeſcentes, abſcondita apographa compulſi protulerunt. Quando

Ann. Chriſti 1633.

In congruo domicilio ſibi aſſignato, Fr. Seraphinus etiā Apoſtolicū Oratorium componit.

Patre defuncto, filius & ipſe S.S. Mauritij, & Lazari Eques in Vallis, & Villæ Demontij adminiſtratione ſucceſſerat, qui Capuccinorum & ipſe Religioni ſingulari deuotione addictus, non diſtulit, ſed congruum Fratri Seraphino, & opportunum domicilium Ducalibus in ædibus, ex-templo conſignauit: In quo tandem aliquando multipliciter exagitatus Fr. Seraphinus, cum ſocio quieſcere cœpit poſtquam conſignata amplioris domus cęnacula, atque cubicula, religioſam in formam compoſuit, appoſito, & aperto anguſto, ſed decenti Oratorio, in quo erectam aram Seraphico Patri dedicauit, & congruè exornauit (ſubtracta quotidiano proprio victui aliquali pecuniaria portione, ex ordinarijs à Camera Apoſtolica tunc ſibi præſtitis ſubſidijs) in qua quotidie & Sacra facere, & orationibus, pijſque pluribus ſpiritualibus exercitijs incumbere ſolebat.

Cum igitur quantulamcumque requiem, vel potiùs aliquales inducias concederent illi infeſtiores aduerſarij, ad tempus ſilentes; peruigil Excubitor explorare IV.
cœpit in primis Eccleſiaſtici regni ſtatum in vniuerſa Valle, populorum mores, inductos abuſus, conſuetos malos vſus, communiora crimina, criminoſas gentis conſuetudines, periculoſiores tādem ſpirituales ægritudines perſcrutari incepit: vnde

& grauiter deprauatam publicam conuerſationem,& lethaliter ægrotantem Chriſtianam pietatem, Catholicam Religionem, Fidei excreſcente diſcrimine, laborantem animaduertit. Quamobrem alexipharmacis Euangelicis morbo ante omnia occurrere adorſus eſt; Prædicationibus verbi inſiſtendo, amplexandas virtutes, vitia verò deuitanda proponebat legales Iuſtitias obſeruandas, iniuſtas operationes execrandas perſuadebat: bonum viriliter proſequendum, malum ingiter perſequendum demonſtrabat: denique pollicebatur præmium, ſupplicium minitabatur æternum publica pro concione: deinde priuatis, vel communibus congreſſionibus, domeſticis allocutionibus adhortabatur ad meliora, à deterioribus dehortabatur, monebat, conſulebat, deterrebat, vt ab impietatibus auocatos, ad pietatis officia, & honeſtiorem vitam reuocaret, vt & ſancta venerarentur, & Sacerdotes reuererentur. Per annuales quidem Dominicales, ſiue feſtiuas conciones, remiſſiùs quidem ab initio, ſiue ſuauiùs perorãdo, quadrageſimalibus verò ſanctioribus diebus, & frequentioribus declamationibus quotidianis ſuperuenientibus; ardentiùs, atque validiùs peruicaciores criminoſos pulſare cœpit, & perſeuerauit obſtinatiores Iniquos propulſare, ſalubriores, & iuſtiores, ſeu ordinatiores pulſationes cordis excitando.

Ecclesiæ ſtatu explorato, ab annuali Euangelica prædicatione ſuæ Miſſionis officium cœpit.

V. Licèt autem cunctis temporibus, vniuerſiſque diebus, & horis diſſeminatum Dei Verbum nuſquam, & nunquam in vacuum proijciatur, aut vacuum ad Dominum reuertatur; tempore tamen ſanctiori Maioris Hebdomadæ prioris tridui ſacratioribus Quadraginta horis horarijs crebrioribus ſermocinationibus feruentioribus propoſita, vel ejaculata Diuina verba velociùs euolant, acutiùs feriunt, valentiùs vulnerant; vulnerando ſanant, exuberantiores ſpirituales ſanationes pariunt: quamobrem Capuccini Concionatores ad experitiſſimi Medici inſtar, efficaciùs hoc extremum antidotum peruicacioribus, atque rebellantibus ad ſupremum peccatoribus, atrocioribuſque, & difficilioribus criminibus curandis adhibere conſueuerunt. Pluribus ijſque grauioribus nequitiæ deliramentis inſaniebãt Demontij Oppidani (vti præindicauimus) qui Catholicorum nomine ſuperficialiter ſaltem gloriabantur, ſed atrociori ea maiori Inſania delirabant, qua aduerſus ſe inuicem numeroſas ſingillatim; vel copulatim in factiones diſtributi, fetaliter ſæuiebant cuncti contribules, cum maribus pariter & mulieres: vix enim

Iniquum facinus aduerſus Proprium Parochum.

Ann. Chriſti 1533. inter eos vna aliqua reperiebatur familia, quæ varijs ſimultatibus, vel plurium annorum inueteratis, vel recenter armorum hoſtilium inuaſione contractis, non inſaniret: etiam iura ſanguinum, quæ nullo iure ciuili dirimi poſſunt, hoſtili furore interimentes. Quibus diſcordiarum facibus, & fuſtibus agitati, & furijs exagitati; eò dementiæ Demontij homines potentiores deuenerant; vt contra proprium Paſtorem Parochum, & Priorem, vix ad eos regendos ingreſſum, inſurgerent, furentes, atque feruentiori adeò iracundia efferueſcentes; vt ex illis vnus amentior coram congregata multitudine, poſt veſpertinas horas in Templo ad altare ſacris induto proprio Sacerdoti, iniurioſè contumelijs imperito, alapam impegerit, pluribus ex condicto approbantibus, & applaudentibus iniquo facinori ex circumſtantibus.

VI. Furebant ergo, quaſi multa febre phrenetici dementati Demontani aduerſus Parochum, & adinuicem deſæuiebant, nec ab irrationabiliori amentia, qua contra Apoſtolicum virum Fratrem Seraphinum conſurrexerant, adhuc quieuerant quamobrem prudẽter ipſe ad dementes, quin dementiores hos efficacius ſanæ menti reſtituendos, copioſiora Diuina chariſmata eis exhibere ſtuduit, Inſtituendo, & exercendo pium quadraginta horarum exercitium, atque inſtitutum Sanctæ Septimanæ priori triduo: vehementioribus cohortationibus; ſimul & precibus adductis, & quaſi violentiùs illis traductis ad componendum eleemoſynario ære requiſitum ad hoc Eccleſiaſticum præparatum. Prædiſpoſitis igitur congruis, & neceſſarijs cunctis ornamentorum, atque luminariũ pro honorificentiori Auguſtiſſimæ Euchariſtiæ expoſitione, promulgatis conſuetis Plenarijs Indulgentijs eiuſmodi Capuccinorum exercitationibus præſentibus conceſſis, & religioſe Interpellatis vniuerſis Sturianæ Vallis Villarum Vallicolis, ſimul & accolis proximioribus. Tandem maiori in Eccleſia S. Donati Demontij in Dominica Palmarum Sanctiſſimo expoſito, ſtatuta hora conſueta, ſolemniori Campanarum pulſatione conuocata plebe, ad conueniendum præcedenti proceſſioni vniuerſaliori, quæ pro Indulgentiarum principio, & quadraginta horarum ingreſſu de more præmittitur. Proſpiciens Euangelicus Vigil tunc congregatos cunctos Clericos, & Laicos, minores; & maiores, dementioreſque præcipuè Demontij Optimates feruentiori; & ipſe ardentiorique ſpiritu ſe accinxit, primario pro ſermone efficaciori peragendo, quare ferreis arreptis catenis, de collo pendulo pluſquam triplici grandiori funiculo, prægrande Ieſu Chriſti Crucifixi ligneum ſimulacrum nudis pedibus manibus deferens, repentè ſuper gradum ligneum coram Sanctiſſimo populo apparuit, & os ſuum aperuit & priori, ſuæ vehemen-

Quadraginta horarum exercitium inſtituit Fr. Seraphino.

tiori

tiori ſermocinationi; qua adſtantes, ex primæuo illo terrifico aſpectu iam excitatos pulſauerat; ſubſequente efficaciſſima adhortatione, quinimmò validiori, ſed ſuauioris ſpiritus perſuaſiua impulſione vehementer adeò concitauit, ſimul & impulit; vt acerbiores oſores, & Reuerendi Prioris hoſtes ex-templò, in Templo coram vniuerſa multitudine ab eo offenſionum veniam deprecantes, reconciliati illi fuerint vniuerſi, Sacerdotiſq; præcipuè Sacrilegus publicus percuſſor: qui ante Altare procumbens, & coram delictum ſuum ingemiſcens, comparuit, grauioris ſui reatus humiliter expoſcens condonationem plenariam, pollicens publicam ſatisfactionem. Dumq; inexpectato, & admirando huiuſcemodi diuina, non humana virtute exhibito ſpectaculo, & reſipiſcentium Optimatum ſpectabiliori exẽplo plebs commota, vehementiùs miſericordiam, & pacem confuſis, & frequentioribus vocibus perſeueraret inclamando; rei communis adminiſtratores, qui, quò ſub honeſtioribus titulis gemini litigij coram tribunali pendentis, eò irreconciliabiliores ſimultates cum Priori geſſerant, hactenuſq; implacatiores permanſerant, & repentina priorum reconciliatione, & populorum continua conclamatione quaſi obſtupefacti nutabant, quando Sacri Oratoris ingeminata cohortatione, & Sancti Spiritus cooperante inſpiratione impulſi, appulerunt & ipſi, nempè Conſules, & Conſiliarij, & accedentes peruenerunt, proprio Paſtori reuerentiam, & obedientiam exhibere, & debitam illi ſubiectionem omnimodam palam profiteri. Quos omnes Religioſus Rector, & Sacerdos hilari vultu, & ſincero corde in beneuolos charitatis amplexus recipiẽs, ex-tempore contentionibus diſſentionibus, litibus, & diſcordijs ex toto corde vale mutuò dixerunt, pacificè cuncta componenda decernentes. Quibus lætioribus, & nunquam expectatis proſperioribus concordiæ ſucceſſibus, validiùs adeò perſeuerabat plebs fauſta acclamare, vndique pacis, & miſericordiæ concrepantibus accentibus; vt niſi repetitis iuſſionibus Concionator commotam concionem ſedaſſet, præinceptæ concioni finem numquam impoſuiſſet. Indicto igitur vniuerſis reuerentiali ſilentio, abſoluto ſermone, indictæ ſupplicationi peragendæ proceſſerunt & populus, & Sacerdos magnificum agentes de Tyranno infernali, nempè de iracundia triumphum, & ſic trophæa portantes, fęlicioribus auſpicijs Sacroſanctum quadraginta horarum officium, ſiue exercitium initiarunt.

Priori Sermocinatione mira operantur.

Ann. Chriſti 1634.

VII. Auſpicatiùs igitur Dominicæ diei peractis horarijs ſermocinationibus, ſtudioſè, & ſolerter aduentantium Societatum acceſſus, & receſſus ita prædiſpoſuerat Fr. Seraphinus; vt ſecundæ diei opportuniori hora, ad conueniendum conuocarentur, & communi vnico ſermoni intereſſent, cunctarum, nempè quinquaginta, & eò amplius inimicitiarum inueterati fautores, & veterani factionarij diſtinctis tamen, & diſcretis itineribus procedentes, & ſeparatis in locis perſiſtentes. Adſunt, & adſtant ordinatè, congregati hora ſtatuta in Templo, præſtò adeſt & ipſe Frater Seraphinus more ſolito, grandiuſculo fune à collo pendente, & pendentis è lignea Cruce Crucifixi deuotam imaginem manibus geſtans, inde in genua procumbens acutiora in illa in patibulo patientis dulciſſimi Ieſu verba ex induſtria prorupit: *Pater ignoſce illis non enim ſciunt quid faciunt*, quæ propoſita, inualeſcentis adeò ſpiritus contentione, & eloquij vehementia ab eo pertractata fuere; vt vix dimidiata ratiocinatione, adſtante copioſa ad hoc congregata multitudine, ardentiorem charitatis impulſionem iam non ſufferre valentes, nec volentes, depoſitis antiquioribus odijs, & proiectis offenſiuis armis, protinus ſibi inuicem aduerſariæ partes occurrentes mutua in oſcula, & vltroneos in amplexus, pacem coram proclamãtes, ſpontè corruerint, currentes pariter, & per circumfuſam multitudinem diſcurrentes, ſi quem fortè iam ſibi aduerſantem obuiam haberent, quæritando, vt mutuarum offenſionum vel deprecarentur veniam, vel condonationem elargirentur, ſicuti viri, ita & mulieres certatim conueniebant, non in Eccleſia modo, ſed & in via, & in domo, ſinguli ſingulis, & omnes vniuerſis annunciantes pacem, pronunciantes bona Chriſtianæ vnitatis, & concordiæ ex interioribus præcordijs veraciter adeò reconciliati; vt nec minimum aliquando interceſſiſſe diſſidium, quis crederet, familiariter adeò, & domeſticè adinuicem vel pro ſerijs, vel pro iocis congrediebantur, nec inueniebatur quaſi, qui gladium, niſi vrgentiori cauſa, deferret. Si quæ verò in dies pro humana imbecillitate, vel inimici fraudulentia exoriebantur impoſterum diſſenſiones, contentiones vniuerſæ Apoſtolico Sacerdoti definiendæ deferebantur.

Luc. cap. 23.

Ann. Chriſti 1634.

Extinguntur inueteratæ inimicitiæ,

VIII. Cępit igitur, & perfecit Concionator Euangelicus, vndique confluentibus fidelium Vallicolarum turmis, tribus ſtatutis diebus, ſed quadraginta ſelectis horis, ſingulis populationibus ſingulares proponere ſermocinationes, concitatioris ſpiritus efferuentiori calore, & violentioris conaminis exertis viribus ad pietatem cunctos vehementiùs excitando infatigabiliter, iugiter, & indeſinenter, ſed efficaciter adeò; vt mira, & inconſueta ab auditoribus concurrentibus perpetrata pœnitentiæ opera, referantur; Confeſſiones generales, vniuerſales expiationes, pacifi-

cationes,

cationes, reconciliationes, integrales reſtitutiones, conſuetudinum ſignanter carnalium malarum dimiſſiones, emendationes, correctiones morum, votorum præſtationes, legatorum ſolutiones, debitorum perſolutiones. Cum enim interim intelligeret, Pagi alicuius aduentaſſe populum contentionibus propenſum, pacificationi difficilem, vehementiùs taliter aduerſus rixantes, & diſſidentes inuehebatur; vt compoſitis animis, eliminatis odijs, depulſis diſſidijs concordantes patria limina, repatriata pace repeterent. Saluberrima igitur non minus, quàm celeberrima, & Sanctiſſima hac quadraginta horarum celebratione, cum Indulgentiarum publicatione, atque Sanctiſſimi expoſitione, necnon ignitarum ſermocinationum frequentatione Fr. Seraphinus (fauente Sacræ Septimanæ ſanctiori tēpore) Paſtorem ouibus reconciliauit, legitimo ouili errantem gregem reduxit, populum cum clero, & plebem cum proximo charitate copulauit, & in copularis cultioris pietatis, & religioſioris cultus Diuini ſemina pullulantia excitauit, ita vt tepidiores nonnulli, quin frigidiores quondam, ſimul & nauſeatores quidam Sancta colere, venerari Sacra, Sacramentalia, & Sacramenta percipere decreuerint.

Ad pacem, & concordiam perducit difficiliores.

IX. Sublatis ergo de medio exacerbati animi offendiculis, offenſionum, ſiue diſſentionum incitamenta, & irritamenta, ab olim in iudicio contendentibus partibus auferre, Fr. Seraphinus aggreditur, & iuſto ordine, ac recto tramite ab Eccleſiaſticis vſurpatis iuribus reſtituendis exorditur. Anno trigeſimo ſupra ſexcenteſimum millenum, feraliter depaſcente contagio Ciſalpinos populos, defunctus & ipſe inter viuos eſſe deſierat Reuerendus D. Prior Parochus Demontenſis vir virtutibus inſignis, Iuris Vtriuſque Doctor, qui annuum cenſum pro Miſſionariorum alimonia legauerat; quare Rectore, & Curatoribus deficientibus, graſſante lue, & debacchante bello, præualente nequitia, ſilente iuſtitia, pro libidine, & non pro rectitudine res agebantur, vnde neglectis Eccleſijs, irreligioſiores quidam Eccleſiaſtica bona, veluti propria poſſidere, & curare voluerunt, contemptis Sacramentis, ſacra ornamenta, & paramenta nequaquam contemnere, ſed ſurripere accelerauerunt, quare depopulatis ſacrarijs, depauperata Parœcia Sacerdotalem ſupellectilem vniuerſam abſtulerant: caſulas, dalmaticas, pluuialia, vela, albas, cuncta denique veſtimenta, & indumenta Clericalia, ita vt ſuperueniens nouus Prior expilatas, & expoliatas Sacras Ædes adinueniens, noua Leuitica vtenſilia ſibi prouidere coactus fuerit. Nec his contenti continentes perſtiterunt; ſed pluribus Eccleſiaſticis legatis, & proprijs bonis præoccupatis, quaſi legitimo iure acquiſitis perfrui perſeuerabant, nec legitima Sacerdotibus, nec pia legata Templis, Sodalitatibus, vel Sacellis ſoluebant, quin impudenter adeo inſoleſcebant; vt ipſe Parochus neceſſariò iſta diſſimularet, quia æmulabantur plurimi illum, licèt ritè, & rectè ab Apoſtolica Sede ordinatum, & eò deſtinatum, velut nihilominus intruſum eijcere, & alterum ſibi beneplacitum ſufficere, ſi non iure, ſaltem iniuria, quare contemptus ille calumnijs, & perſecutionibus expertus, ſapienter tempori inſeruiebat. Interpellauerat iampridem pluries Reuerendiſſimi Archiepiſcopi ſupremam auctoritatem, fulminauerat iſte ſeueriores Eccleſiaſticas cenſuras cōtra vſurpantes, ſed vſurpata Eccleſiarum bona neutiquam reſtituebantur, donec à Fratre Seraphino vnico ſermone, mutuato ignito calculo de Euchariſtico altari labijs, & vniuerſorum cordibus expurgatis, & illuminatis, ſimulque accenſis, ſublatis cum Priore prius intercedentibus ſimultatibus, ſublata pariter paramenta, ornamenta, calices, & (quod conſiderabilius extat) bona iamdiù occupata, & ablata Eccleſijs, & Eccleſiaſticis reſtituere feſtinauerunt, nec renuerunt, ſed vnicuique ſua iura ſuffragari voluerunt: Sodalitatibus, Societatibus legata debita, donata, derelicta perſoluentes.

Ann. Chriſti 1534.

Bona ecclesiastica Eccleſiaſtica, & legata reſtituuntur.

X. Differebātur adhuc, ſub ſpecioſiori pietatis ementito, vel efficto titulo, auferenda diſſidia inter Reuerendum Priorem, & ſæculares Rectores Congregationum Diſciplinantium, & Sodalitatis Corporis Chriſti, ac Societatum S. Mariæ de Carmelo, & de Roſario prætexentes ſinguli ſingula diuerſa debita propria iura independentiæ, & liberæ obuentionum diſtributionis, & Sacrorum ad libitum celebrationis. Militant in Demontij Oppido geminæ Diſciplinatorum deuotę Congregationes, altera ſub Sanctæ Crucis vexillo, altera vero ſub Sancti Ioannis Baptiſtę Decollati inſigni miſericordiæ titulo inſignita, hæ tunc temporis à proprio Parocho diſcrepabant, tum Parochialium plurium paramentorum iniuſtè retentorum cauſa, tum ſolemnioris Miſſæ, & feſtiuitatum celebrationis occaſione: illa enim omnia Parochiali præiudicata auctoritate, pro libitò ſæculares omnes adminiſtrabant, etiam Parochialibus functionibus importunis temporibus, vnde inde frequentiora ſcandala exoriebantur. Exoriente igitur legitimæ veritatis lumine ex Euangelici Oratoris ore, & ſacris Oraculis, illi qui inſcitia potiùs, quàm malitia errabant, errore perſpecto, Parochiali Maiori Eccleſiæ particularia minora Templa, ſeu Oratoria ſubiecta in omnibus, & per omnia agnoſcentes, depen-

Debitā reuerentiā, & ſubiectionē Rectori Parocho à Cōfraternitatibus, prætari facit.

dentia,

dentia, & obedientia eſſe voluerunt,cui propria protinus paramenta reſtituerunt, & præoccupata iura ceſſerunt.

Non tamen ceſſit, nec à propoſito, vel incepto opere fatigatus receſſit Fr. Seraphinus; quoaduſque diſcordiarum penitus radices euelleret: vnde geminas inter Reipublicę adminiſtratores, & Eccleſiaſticum Rectorem lites pendere indeciſas haud permiſit, ſed congruis ſufficientibus,quin potentioribus adhibitis medijs,exhibitis modis pacificè definiendas conſuluit, ſuaſit, & obtinuit, ſicque tandem communem rem tàm Eccleſiaſticam, quàm Sęcularem in pace compoſuit,quò cōpoſitis animis, concordantibus cordibus ſinguli, & omnes reſpectiuè vtriuſque hominis incolumitati, neceſſitatibus, & ſaluationi vnanimiter, & vtiliter incumbere valerent, & proficerent. Acerbiores denique, & obſtinatiores inter quatuor potentiores cognationes à duodecim annis ad ſanguinem vſq; prouenerant digladiationes, quas tamen Fr. Seraphinus penitus extinxit. XI.

Lites inter Parochum, & Reipublicę adminiſtratores componit

Cum autem ſuper cuſtodiam ſuam inuigilaret attentiùs; animaduertit tàm Demontij incolas quoſdam, quàm Accolas hæreticas adhuc quiſquilias multas intrinſecus ſepoſitas, hypocriſi contectas aſſeruare, quæ tamen interdiù in hæreticales nonnullas apertiores demonſtrationes verbis, aut factis egrederentur, haud exiguo cum Catholicæ Fidei detrimento: quamobrem Fr. Seraphinus in prædicationibus, & Catechiſmis con ſuctis adorſus eſt Orthodoxa dogmata proponere, explicare,confirmare, Hæretica commenta diſſoluere,& figmenta damnare,ratiocinijs ſolidioribus pluribus, & publicis congreſſionibus. Verùm quia hæreſim inſeparabiliter cōcomittatur pertinacia,peruicaces illi baſiliſcum, vice columbæ ſinu ſuo cariùs fouere perſeuerabant, nec ab inſania deſiſtebant. Perſtitit igitur fidelis Cuſtos, per poſticum irruentes hoſtes Sacro Tribunali nempe Sanctę Inquiſitionis officij in Demontio ordinario Vicario manifeſtare,& denunciare,quò Eccleſiaſticę iuſtitiæ faſcibus audaciores coercerentur,criminoſi plecterentur.Sed iterum fruſtra, delegatum enim Iudicem flagitioſæ parti colligatum, fautoremq; expertus eſt: quare propria & ſpe deceptus, & opera fruſtratus Taurinenſe Reuerendiſs.Inquiſitore commonefacto,efficaciùs cum eo egit;vt infideli amoto,fideliorē Tribunali Vicarium ſufficeret,ſicut & ex-tēpore effecit. Tuncq; Fr.Seraphinus Archimandrita coadiutus, perfidiæ reliquias extirpare proſecutus, extinguēdas Hæreſes acerrimè perſecutus eſt. XII.

Laborat, vt hæreticæ quiſquiliæ diſſoluantur.

Apud Vallicolas Clericos, & Leuitas (inſipienter, aut malitioſè neſcio) perniocioſiſſimus ſimul, & grauiſſimus error inualeſcebat, quin iam præualuerat: adinuicem enim blandientes ſibi viciſſim perſuadebant, Clericum Sacerdotali charactere inſignitum, ſola ordinis, nulla iuriſdictionis poteſtate præditum, vbicunq; & quandocunque Pœnitentiæ Sacramentum adminiſtrare valere, vnde,& ſic volebant, & opere complebant palàm, & manifeſtè: quare Apoſtolicus veritatis,& Eccleſiaſticæ iuriſdictionis aſſertor Fr. Seraphinus pluribus cœpit eorum redarguere, & cōmonefacere temerarios auſus:legitimorū Canonū genuinā doctrinā explicando, declarando, & inculcando auctoritatibus, deciſionibus,communiori praxi, Eccleſiarumque recepto vſu, quibus tandem cedentes, veroque acquieſcentes. Epiſcoporum ſupremam auctoritatem agnoſcentes, examini ſe ipſos ſubiecerunt, & obtulerunt congrua poſtulata facultate. Quibus benignè annuens Reuerendiſſimus Taurinenſis Archiepiſcopus Antonius Prouana Fratri Seraphino delegata auctoritate, tranſmiſit poteſtatem eos examinandi, approbandi, vel reprobandi, vnde & factum eſt; vt & Clericorum, & Laicorum conſcientiæ, & ſaluationi peroptimè conſuleretur, tàm ex parte confitentium, quàm confeſſiones excipientium, Pœnitentiæ Sacramenti curata validitate, & ordinis legitimo vſu,ſpurio abuſu eliminato. XIII. Ann. Chriſti 1634.

Grauiſſimus error eliminatur.

Inoleuerant præterea inter ſæculares & mares, & mulieres copioſiores teterrimi abuſus, quos de medio fidelis populi auferre ſatagens Fr. Seraphinus, à prioris Sacramenti abuſiua adminiſtratione exorſus eſt. Percrebuerat Demontij iamdiù ab antiquis tranſmiſſa irreligioſa traditio;vt nō optimatum modò, ſed vulgarium ſingulorum homuncionū paruuli nequaquam in Templo baptizandi Domino ſiſterentur à parentibus, ſed aduocatus Sacerdos ſingularium parientium domos adiret, baptiſmali aqua pueros intincturus, vel eo vrgentiori negotio retento, aut renitente, quilibet adſtans laicus vir aut mulier ſimplici aſſumpta lympha natos baptizabat, & ab his, & ab illo ſemel ſola aqua abluti, nunquam ampliùs Eccleſię oblati exorciſmum, Catechiſmum, aut ſacra de more cæremonialia recipere curabant. Vehementiùs igitur perſeuerauit Fr. Seraphinus deprauatum hunc in vſum pro ſuggeſtu inuehi, ſimul & priuatis pro ſuggeſtionibus ad legitimum morem, ſeu modum cohortari, ſed laterem lauare tentabat, quò anxius laborabat, donec illi collaborans manus Domini opportunè adfuit ſuper haud ignotam, vel obſcuram inter Demontanos iam adultæ ætatis, & matrimonio iunctam perſonam: quæ elapſis iam à teneris annis moleſtiſſimas à Demonę incurſiones, XIV.

Abuſus teterrimos auferre ſatagit.

imò

imò vexationes irremediabiliter patiebatur. Hæc fidenter Fratrem Seraphinum adijt, miſerrimam propriam conditionem, & diuexationem aperit, ac pro opportuno hactenus ſtudioſè quæſito, ſed nondum reperto remedio expoſtulat. Poſtulat Vigil Euangelicus, & varia à patiente ſciſcitatur, quæ expoſire moleſtioris paſſionis ignotas cauſas, & originem maniſeſtare valerent: verùm cum ignoraret homo, quid reſponderet; non deſpondit tamen ille animum, ſed rem altiùs perpendens, vlteriùs affectum de proprij recepti baptiſmi validitate, integritate, & veritate interrogare proſequitur: At interrogatus obmutuit, rem ab adhuc ſuperſtitibus parentibus exquirendam affirmans, quos aduocatos exactiù dum Fr Seraphinus, atque diligentiùs examinat; offendit vexatum natum ſola ſimplici aqua pro baptiſmate intinctum, nec oleo aliquo ſancto, aut chriſmate inunctum, aut exorciſmo munitum: quamobrem miſellum humaniter monitum impulit, vt palã coram facie S Matris Eccleſiæ comparens, quæ hactenus defuerant cęremonialia Eccleſiaſtica ſuppliciter expoſceret, & reuerenter exhibita ſuſciperet, quod cum incunctanter præſtitiſſet; protinus omni Sathanica moleſtia, atque vexatione caruit. Non attamen caruit proprio prouentu hic Diuina prouidentia prouiſus euentus: Fr. enim Seraphinus hunc veluti manifeſtiſſimam veritatis comprobationem in medium adducens, & producens, multipliciter perſuaſos tandem adduxit Demontij Oppidanos; vt liberos ſuos vniuerſos etiam ablutos aqua, & abluendos impoſterum reuerenter in Eccleſia ſiſterent coram Domino, Baptiſmatis Sacramento ritè regenerandos. Quos prætereà vt tutè alerent, & curarent perſuaſit, negligentibus hactenus nutricibus, vel nutrientibus matribus, vt cautiùs in nocte tenellos infantes coram ſe in lectulo cuſtodirent, ne opprimerent, quod multoties iam contigerat.

Diabolicę vexationis cuiuſdam adulti hominis cauſam agnoſcit.

XV. Magno iterum matrimonij Sacramento irreuerenter abutebantur in hoc; quod nõnulli nulla habita ratione, vel cõſideratione legitimè impedĩetiũ vel ex affinitatis, vel conſanguinitatis gradu prohibito innalidè contrahebant, cohabitabant, & criminosè, nempè fornicariè ſimul conuerſabantur: id cum deprehendiſſet Fr. Seraphinus prouidè, & cautè congrua reportata facultate innalida validare, & illegitima legitimare connubia ſæpè ſæpiùs effecit, ſuauiter perſuadendo, & ſecretè neceſſaria peragendo.

Ann. Chriſti 1634.

Matrimonio abutẽtes ſecretò corrigit.

XVI. Poſt Sacramentorum abuſum ſequitur auferendus cenſurarum Eccleſiaſticarum contemptus: ſingulis ferè Dominicis diebus intra Miſſarum ſolemnia numeroſiores perlegebantur admonitiones, indicebantur comminationes, promulgabantur excommunicationes, vel proferebantur maledictiones, verum voluntariè ſurdeſcentibus aniles fabulæ quaſi canebantur: quo enim abundantioribus proloquijs multipliciùs monebantur, eò obſtinatiùs obſurdeſcebant, & obmuteſcebant. Conteſtantur experientiæ manuales cenſurarum prolatarum contra vſurpatores bonorum Eccleſiæ, vel tranſgreſſores Synodalium ſtatutorum, vel clericorum publicos percuſſores quas floccipendentes contemnebant. Nequaquam tamen contempſit Eccleſiaſticæ auctoritatis propugnator Frater Seraphinus pernicioſiſſimã corruptelam hanc pro virili corrigere, & emendare: pernicioſiores neglectarum cenſurarum ſequelas, & à Diuina iuſtitia ritè grauiores illatas caſtigationes, quinimmò Pagorum, atque Prouinciarum exterminationes, & vltima tandem inflicta excidia dum non ceſſat enarrare, intimare, & comminari. Quibus inclinati; & edocti, dociles deinde Prælatorum ſententias ſunt reueriti: Huiuſq; reuerentiæ in ſignum, Diſciplinatorum Congregationes binæ, iuxta conſtitutionum Epiſcopalium præſcriptum, eleemoſynis recipiendis in Oratorijs proprijs capſulas tandem apponere voluerunt duabus clauibus clauſas, quarum alteram Rector ipſe ſæcularis, alteram verò cuſtodiret Sacerdos Parochialis, cui per tempora expenſarum, obuentionum rationes fideliter reddebant, quod antea numquam præſtare volebant.

Cẽſurarum contemptum auſert.

XVII. Tenaciùs tamen, fortiùſq; carnalibus vinculis irretiti libidinoſis affectibus detinebantur, & fornicarijs, adulterinis inueteratis ſcandaloſis publicis conſuetudinibus, imò cohabitationibus incumbebant nonnulli, non Laici modò, ſed & Clerici fortaſſe, quos cum priuatim primò, inde publicè acriter coargutos ad fornicarias conuerſationes dimittendas perurgens compelleret; quidam quidem ſcorta pepulerunt, quidam verò ſceleſtiores compellentem pungere, & contra vrgere temerariè tentauerunt, tentationis emendicata occaſione, ab Inſtitutione geminæ piæ Congregationis fęminarum à Fratre Seraphino conſtitutæ, inde constructis calumnijs, & impoſturis religioſi viri cum mulieribus honeſtam conuerſationem carpere, & garrulis verbis dehoneſtare impudentiùs adeò proſecuti ſunt malignè garrientes, & detrahentes; vt ex promiſcuo vulgo creduli nimis quamplurimi falſidicam pro veridica criminatricem famam faciliùs excipiẽtes, Euangelicum Sacerdotem non reuereri ſed deridere occeptarent: cogitantes impoſterum, non de eo audiendo, ſed de eo à proprijs laribus eijciendo (ad quod ſubdoli impoſtores anhe-

Inuehitur aduerſus libidinoſos.

labant) tamquam femineæ honeſtatis corruptorem. Peruenit compoſitæ excogitatæ calumniæ notitia ad caſtas aures Sereniſſimi Victorij Amedei Sabaudię Ducis, qui incompoſitum facinus hoc dedecens nimis exhorrens, plenius ſuper his inquirere, & cognoſcere voluit: vnde calumniantium detecta nequitia, calumniatorem præcipuum coram iuſtitiæ Pręſide Taurinum aduocatum, & acerbius obiurgatum, perſonalem plenariam ſatisfactionem coram Fratri Seraphino humiliter præſtare mandauit, ſicut erubeſcens indecorè præſtitit: libera, atque abſoluta iniuſtè diffamato religioſo facta poteſtate, publicè pro ſuggeſtu palam & iniqui calumniatoris malitiam, & innocentis calumniati iuſtitiam publicandi, & proprię famę nequiter læſæ conſulendi. Conſuluit quidem religioſo decori Frater Seraphinus, ſed ſiluit multa, proximi parcens futuro dedecori. Et ſic Deo diſponente dedecus iniuſtè religioſo illatum religioſum decus euidenter adauxit, reuerebantur enim Euangelicum deinceps Leuitam ſi non amore, ſaltem timore bonorum oſores.

Calumniator plenariã ſatisfactionẽ F. Seraphino præſtare cōpellitur.

XVIII.

Latiùs verò, & exuberantiùs percrebuerant communiora vitia Demontano in Oppido, nempè indeuotionis, irreligioſitatis, & diſſolutionis, quare profeſtos dies vel mechanico opere violabant aliqui, vel compotationibus, commeſſationibus in cauponis, aut interdictis luſibus, inhoneſtis iocis, meritorijs in tabernis profanabant plurimi: vacabat templum; ſed non forum, ſolitariè celebrabantur diuina Officia, ſed tumultuariè colebantur publica maleficia, honorificum hoc, ridiculum illud communiter habebatur, ita vt etiam Clerici pijs intereſſe exercitationibus erubeſcerent, cum interim nequaquam vererentur, qui Catholicorum nomine cenſebantur, etiam Dominicalibus, & ſolemnioribus profeſtis, ipſo Miſſarum celebrandarum matutino tempore, publicis ludis palam indecorè vacare, vnde non Sacri audiendi cauſa ad Eccleſiã pergere; ſed curandæ cuticulæ gratia ad cauponam progredi conſueuerant. Conſurrexit igitur ſtrenuus criminum expugnator aduerſus vniuerſos hos helluones, luſores, & irreligioſos Sacrorum profanatores, vel ſaltem contemptores, & congruis, ac humanioribus medijs conatus eſt primum à perpetrandis aſſuetis illos retrahere exceſſibus: Receſſerunt igitur à malitia quidã, perſtiterũt in nequitia plures, quibus corrigendis poſtquã, admonitiones, & adhortationes nõ ſufficiẽtes animaduertiſſet; acriores increpationes, & cõminationes addidit adhibere: quapropter feſtiuis diebus, dũ in templo matutina, vel veſpertina Sacra concelebrarentur, *circuibat ipſe per forum*, plateas, vel Oppidi vicos, quin ipſas luſorias, vel meritorias tabernas penetrabat, *in quibus* deprehenſos colluſores carpebat, vehementius increpabat, cathedras ludentium, & menſas ludorum ſubuertebat, ſimul & lucrorum æs effundebat, indeque illos conturbatos deturbabat, & ad interueniendum diuinis compellebat; vnde & breui factum eſt; vt nullus niſi furtim, & latenter luſibus auderet incumbere.

Inſiſtit contra Sacrorum dierum profanatores.

Ann. Chriſti 1634.

XIX.

Sæcularibus igitur profanis, vel etiam carnalibus, cum non ad voluptatem modò; ſed ad ſatietatem ſine modo incumberet plebs Demontana: conſequens illud neceſſarium fuerat; vt Diuina nauſeantes ſpiritualia abhorrerent, & à Sacramentis paſſim abſtinerent, (ſicut fideles ad nos datę relationes conteſtantur) ita vt, non homines ſolum, ſed (& quod inſolentius eſt) etiam mulieres non niſi cenſuris coactæ in Paſchate Sacramentis communicarent, detrectarent ſæpiùs accedere, quod minùs decorum apud eos cenſeretur ſpiritualibus vacare, quinimmò plures per annos differebant, & impudenter recuſabant etiam Paſchali præcepto obtemperare ſub quæſito, & incongruo, nec ſufficienti titulo inimicitiarum, vel litium: & ſi quando exteriori aliquo impellente ad ſacram Synaxim accederent non liberè; antiquæ proſequendæ rixæ, vel vlciſcendæ iniuriæ propoſitum in corde conſeruare non dubitabant: flocci adeò, & nihil ſpiritualia pendebant, atque ignoranter, ſeu oſcitanter pertractabant. Tulit ergo Frater Seraphinus forcipe Verbi Calculum ignitum de altari, & ignitis prædicationibus, ſimul & adhortationibus, ardentioribuſq; iteratis impulſionibus & ſacrarum, ſiue cęleſtium rerum excellentiam, & noſtrarum animarum indigentiam efficaciter demonſtrare perſeuerauit; donec pietatis, & religionis reſuſcitato, & reaccenſo vegetiori ſpiritu, ſpiritualia eſurire, & frequentare, Sacramenta percipere, Sacris intereſſe accelerauerunt ſolicitè adeò; vt vtriuſque ſexus plures Euchariſticum panem vel ſingularibus feſtiuitatibus celebrioribus, vel ſingulis binis hebdomadibus, aut ſaltem ſingulis menſibus deuotè perceptarent. Vnde omni exceptione maiores conteſtantur teſtes: ab Apoſtolicorum virorum aduentu eam morum in Demontij Oppido correctionẽ, atq; emẽdationem communiter effectam; vt ſi quondam in Paſchate vix decem confeſſæ communicabant mulierculę, mox extra Paſchalia, celeberrimis in ſolemnitatibus annualibus decem vix à Sacramentis ieiuni numerarentur.

Pietatẽ reſuſcitat.

XX.

Hanc fouere, & conſeruare ſolebant frequentiam piæ ſodalitatum inſtitutio-

nes:

nes: Pro mulieribus à vanitate reducendis conſtituerat Frater Seraphinus, ſub Sanctę Eliſabethis tutela humiliationis, ſiue humiliatarum Congregationem, aperto in Sacello ſub forenſibus porticibus Ducalis Domus. Sacris olim Parochialibus in ædibus Deiparæ Virginis ſacra erecta fuerat Roſariana Societas, quæ progreſſu temporis neglecta, ferè diſſoluta iacebat, quod ægrè ferens Frater Seraphinus, collapſum ſodalitium excitauit, & ad meliorem formam perduxit, cum verò difficulter admodum adducere valeret populum; vt ordinariè publicè in Eccleſia recitationi Roſarij intereſſe vellent; aggreſſus eſt ipſe cum ſocio, pueruli, & puellis vndique à Vicis, plateis, & ſchola congregatis Apoſtolico in Oratorio precarios Beatę Virginis globulos palam recitare ter in hebdomada, deinde interpellatis conſocietatibus humilitatis, & Doctrinę Chriſtianæ, tandem annuentibus, & concurrentibus paſſim Oppidanis, ad Parochiale Templum tranſlata recitatio per choros cępit ſingulis diebus ſolemniùs frequentari, & celebrari.

Humiliatarũ Cógregatiõẽ inſtituit; Sodalitiumque Roſarij reſtituit.

XXI. Quo verò diutius, quin diuturniora per ſecula iam iam reſtituta Demontenſi plebi auita pietas, & religio permaneret; tandem addidit Fr. Seraphinus optimę, & Chriſtianæ puerorum educationi conſulere: Plurimis igitur in primis egit cum communis æris adminiſtratoribus; vt idoneum, & timentem Deum religioſum ludimagiſtrum conducerent pro paruulis inſtruendis: iterum pro puellis erudiendis ipſe (non mediocri ordinarię alimonię portione ſibi detracta) honeſtam mulierẽ adduxit, quæ conducta in Domo conſiſtens, ad ſe venientes puellulas & litterulis, & muliebribus exercitijs inſtruebat, vnde & tandem congruã publico ære præſtitã mercedẽ & ipſa accepit. Geminis igitur vtriuſq; ſexus adoleſcẽtioribus illis plãtulis efformandis addictis efformatoribus indixit Euangelicus Operarius; vt in primis, & ante omnia concreditis ſibi alumnis alimoniam Chriſtianę Doctrinę, nempe Chriſtiano homini ad ſalutem neceſſaria rudimenta tradere, ſatagerent, quibus ipſe vt cooperaretur, & eruditionis profectum publico experimento in dies perſcrutaretur; Doctrinę Chriſtianæ Sodalitium publicum, & commune ſub Sanctę Catherinę Virginis, & Martyris titulo inſtituit, in Apoſtolicę Domus proprio Oratorio, quò Dominicalibus feſtiuitatibus Iuuenes, & Virgines, ſenes cum iunioribus à vanis, vel noxijs conuerſationibus, confabulationibus, & iocis abſtracti, conuenientes Chriſtianæ vitæ, & Euangelicæ neceſſariæ doctrinæ primaria elementa edocebantur: differentibus enim pueris, & filijs referentibus, quæ à Magiſtris in Scholis perdidicerant, ediſcebant in Eccleſia parentes, quę diſcere quondam contempſerant. Complebat tamen ſemper puerorum ſimplices diſputationes Religioſus Protomagiſter breuiuſcula ſermocinatione occurrens Euangelium dilucidãdo, & nõdũ ſatis dilucidata pietatis documẽta enucleãdo, vt cũctis etiam rudioribus prodeſſet ad ſalutem, quod vniuerſorum inſtitutũ erat ad eruditionem ſimul, & Catholicę Fidei profectum, atque Eccleſiaſtici regni conſeruationem, atque inſtaurationem. Ex ordinarijs ſibi præſtandis ſubſidijs pecuniarijs portionem aliquam ſubtractam pietatis munuſculis, & donarijs comparandis impendebat, quę poſtea Sacræ Diſciplinæ alliciendis adoleſcentibus diſtribuebat.

Ann. Chriſti 1634.

Puerorum educationi conſulit.

Inſtituta Sodalitate Doctrinæ Chriſtianæ, Fidei rudimẽta explicandis incumbit.

XXII. Quoniam Operarium Apoſtolicum indigentibus cunctis debitorem exiſtere, Doctore Apoſtolo Paulo, perdidicerat; ideò egenis, debilibus, ægris, neceſſitatem patientibus vniuerſis pro viribus miniſtrabat in temporalibus ſubſidijs, detractis ſibi ex parte congruis alimonijs, nec tamen interim ſpiritualiter ægrotantibus cõgrua poſſibilia ſubtrahebat auxilia; ſed Sacramenta infirmis, etiam Parochialia pro opportunitate adminiſtrabat, laborantes inuiſebat, & Agonizantibus adſtabat. Aſtitit autem perpetuò peculiari obſequio confiteri volentibus: conſtitit enim ſemper, & vbique infatigabiliter expiationibus ſignanter vniuerſalioribus numeroſis excipiendis, ſceleſtioribuſque hoc pacto hominibus Deo reconciliandis, quos à Confeſſione monebat, docebat, arguebat, vt retraheret à malo, & in bono firmaret. Solabatur denique afflictos, & triſtes, lugentes, & mœrentes conſolabatur, & oppreſſis à potentioribus opitulari, & patrocinari nitebatur, vt myſtici Chriſti Corporis, etiam contemptibiliora, & humiliora membra curaret.

Cunctis opitulatur.

XXIII. Curauit pariter, vt materialis Dei Domus, nempe Eccleſiarum cultus decentior effulgeret: Demontij in Pago, & agro Campeſtria Sacella componendo, & domeſtica non negligendo. Vix enim Parœcię limina ingreſſus à principio, cum nec ligneum gradum pro concionibus habendis in Templo ſupereſſe cerneret; interpellauit publicæ rei pertractatores pro ſuggeſtu in Eccleſia conſtruendo, annuunt illi primo, ſed poſtmodum malignantium hominum ſuggeſtione pulſati abnuunt verbis, & renuunt factis, vnde pię particularis perſonæ ſumptibus factum, & perfectum eſt, in odium & Sathanæ, & Sathanicorum obluctantium aſſeclarum. Proſecutus prętereà Parochialis Sacrarij inſtaurationem, ſolertem, & ſollicitam operam dedit; vt diuerſorum deuotis præſtationibus ſacerdotalia nonnulla elegantiora paramenta ex holoſerico conficerentur, & decentiora plura adderentur, ex manualibus frequentioribus donarijs à deuotis fidelibus oblatis, cooperante, &

Parochiali Eccleſiæ paramenta prouideri curat.

pro virili coadiuuante Reuerendo Domino Priore, & Parocho, qui propriæ Ec-
cleſiæ reſtituendæ, & reficiendæ viriliter adlaborabat.

Diximus Demontium voius Sturiæ in Vallis centro conſiſtere, quę binas in por- XXIV.
tiones diuiditur, nempe ſuperiorem, & inferiorem, quarum vnaquæq; ſeptem
principales pagos continet. Igitur Apoſtolicus eò miſſus Operarius Frater Sera-
phinus, non Demontio ſoli curando perſiſtebat; ſed & per vtramque regionem
percurrebat, pertranſibat benefaciendo, & opitulando pro ſuo munere laboranti-
bus cunctis, ſuperas namque, & inferas Sturianas Villas peragrabat prædicando,
docendo, catechizando, retrahendo à vitijs, ad virtutes pertrahendo ſuaſionibus,
admonitionibus, obiurgationibus: Nunc Parochis inſeruiebat, nunc Parœcijs Sa-
cerdotibus deſtitutis, deficientibus, vel abſentibus rectoribus deſeruiebat: hic li-
tes componebat, illic diſſidia auferebat: inter hos inueteratas ſimultates, inter il-
los exurgentes difficultates extinguebat: nulla aut itineris aſperitate, ſeu difficul-
tate, vel climatis, ſeu temporis inclementia detentus. Cooperabantur fideliter
Euangelico Operatori Coapoſtolici Socij Sacerdotes, qui diſtantioribus popula-
tionibus Leuitarum obſequio carentibus, vt Sacerdotalia munera præſtarent, hie-
malibus algoribus, vel æſtiois eaumatibus inualeſcētibus, ſe ipſos intrepidè ex-
ponebāt, ſignāter Fr. Chriſtophorus Taurinēſis, & Fr. Valerianus à Ripalta, qui aliquā-
do Moioli profeſto die celebraturus proficiſcēs per delapſas è cęlo abūdāriores oi-
ues pedibus gelu acerbiſſimo obſtupefactis, acerbiore angore correptus, ferè obri-
guit, & ægrè admodū conualuit, & progredi valuit, à comitāte Laico coadiutus.

Ambarū Vallium populatione pertranſit vniuerſis benefaciēdo.

Cooperantibus etiā Socijs Sacerdotibus.

Dum igitur per tēpora Vallicolarum numeroſas Villas perluſtraret ſolicitus ex- XXV.
plorator; intellexit cuiuſdam non ignobiliorem Eccleſiæ Rectorem (cuius ex in-
duſtria clarior notitia reticetur) in Sacrilego commercio cum mercenaria mulie-
re iam à viginti annis conſuetudinariè, atque ſcandaloſè perdurare, copioſa ex ea
ſpuria ſuſcepta prole; quamobrem ſuauioribus primum eum linimentis, nempe cō-
monitionibus, & exhortationibus conueoit, mox reperit validioribus obiurgatio-
nibus: ſed cum fruſtratoria humaniora ſua officia proſpiceret; quò luxuriantem
Sacerdotem à peccaminoſo conſortio ſalubriter remoueret; Eccleſiaſtici Tribu-
nalis legitimo inuocato ſubſidio, impudicam mulierem in exilium reijciendam, &
plectendam curauit, quod itidem alijs cum nonnullis fornicarijs, aut adulteris in-
re merito exequendum procurauit in Oppidis diuerſis, vt publicis perniciosiſſimis
à maiorum crimioofis exemplis plebem minuſculam præteruaret.

Ann. Chriſti 1635.

Sacrilegi fornicarij pellicē exilio eijciendam procurat.

Sublatis ab Eccleſiaſticis irreligioſis abominationibus in loco Sancto iampridē XXVI.
ſtantibus, loca Sancta, & Sacraria decentioribus ornamentis, & paramentis ex-
ornare, ſimul & collabentia templa reædificare, ſeu inſtaurare adortus eſt: Pheſte-
onæ Eccleſiam incultiorem, & obſcuriorem dealbandam, & decentius perpolien-
dam curauit, nouo io ea appoſito pulpito, eius ſollicitudine conſtructo. Moio-
læ Parochialem Eccleſiam ex parte collapſam, reficiendam, & reſtituendam, at-
que reſtitutæ congruam contignationem ſuperponere, bitumineumque pauimen-
tum ſupponere, nec non nouum ſuggeſtum apponere perſuaſit, & cum minus de-
centi, & honeſto calice inibi in Sacroſancto Sacrificio Sacerdotes vti cogeren-
tur; Oppidanos induxit; vt congruum nouum ære publico prouiderent, quę om-
nia ad nutum perfecerunt: ſicuti, & effecerunt incolæ Rochæ Accipitris dictæ, qui
communibus expenſis binos calices decentiores, & pulpitum nouum ſimul, & pro
Sanctiſſima Eucharistia honorabiliùs aſſeruanda, elegantius Tabernaculum in ſua
Eccleſia, ad meliorem formam Fratris Seraphini operæ cum Sacrario redacta pa-
rauerunt. Cumque frequentiùs Vinadium inſigniorem Pagum ad concionandum
aduentaret, nec ſuggeſtum ibi opportunum habendis concionibus adinueniſſet;
eo ſuggerente ligneum gradum Parochiali in templo erexerunt.

Parochiales Eccleſias reſtaurari facit, & Sacra vaſa prouidere.

Inuexerat malus Cacodæmon, & prouehere ſatagebat inter Vallicolas Inferio- XXVII.
ris Vallis ſpecialiter mortalia diſſidia, imò immortales inimicitias, ſignanter in-
ter Moiolæ Oppidanos, qui coacto agmine aduerſus geminas ſuas contribules fa-
milias inſurrexerant, inde & viciſſim, validiores cum exiſterent, conſurrexerant
& illę, vnde quotidiana exoriebantur damna, & grauiora imminebant diſcrimi-
na, quapropter Fr. Seraphinus perniciosiſſimis his vt opportunè occurreret incō-
modis; opportunè, & importunè percurrere, & excurrere ſępè ſępiùs Moiolam
non retardauit, ſed publicis pro concione declamationibus, communibus con-
greſſionibus, ſingularibus interpellationibus diuerſimodè rixatores partes efficaci-
ter adeò, atque ſolicitè pulſare perſeuerauit, vt tandem manus ſimul ambæ fa-
ctiones dantes, remiſſis offenſionibus, compoſitis prętenſionibus indiſſolubile fę-
dus inter ſe ſe Cooppidani Moiolenſes inirent. Cum pariter accepiſſet aliquando,
in Pago Burgi S. Dalmatij Oppidanos ferè vniuerſos in duas acies diſtributos ar-
ma ſumpſiſſe, mox manus iniurioſas collaturos, nec niſi plurimo ſanguine effuſo
ab agone ceſſaturos; conceſſit ex-tempore ipſe, & aduolauit illuc, ſuggeſtumq;
conſcendens, congregatis partibus tam multa appoſitè, & efficaciter dixit, &

Inter Cooppidanos mortales inimicitias extinguit.

differuit

diſſeruit pro dilectione inimicorum, & offenſionum dimiſſione perſuadenda; vt Diuino numine afflante, haud multo labore cum armis amaritudinibus depoſitis vnitatem, & pacem mutuam reaſſumpſerint cuncti, & impoſterum tranquillitati ſtuduerint, poſtquam in Eccleſiam Parochialem ſimul omnes conuenientes, Hymnum *Te Deum laudamus*, in gratiarum actionem ſolemniter decantaſſent.

XXVIII Geminas, inter plurimas Stutianæ Vallis Villas, Fr. Seraphinus impenſiùs tamquam indigentiores colere ſtuduit, Pheſteonam, & Ayſonum, quo Hæretica lepra adhuc aliqualiter ſcatentes mundaret, ſicuti eò ventitans frequentiùs Sacerdotalia, ſiue Apoſtolica munera præſtaturus tandem effecit. Ayſoni cum aliquando aduerſus Parochum commota plebs, arreptis armis, tumultuariè illum perſequentes, tandem propria domo incluſum ad necem quærerent, & obſtinatiores obſiderent; concitatæ ſeditionis ad Fratrem Seraphinum delato nuncio, conuolat ille Ayſonum, ſuauioribuſque interpellationibus, & commonitionibus furentis populi efferueſcentem iracundiã cicurare fruſtra ſatagit, vnde admonitionibus comminationes, & acriores increpationes adiungere cogitur, verùm nec his, nec illis debacchantes compeſcere valentibus, Regalis celſitudinis Sereniſſimi Ducis cõminata indignatione, tandem aliquando concitatæ plebis furorem ſedauit, compoſitoque diſſidio, Paſtori gregem reconciliauit, & imminens maximum malum ab Ayſoni populo prudenter auertit. Iterum Pheſteonam cum primum veniſſet, & miſeram plebem infirmantẽ quidem, ſed curatore carentem inueniſſet; eam ipſe curare ſategit, vnde vel per ſe, vel per cooperatorem Sacerdotem ſpiritualia ſubſidia derelictæ impertire procurabat, donec idoneo prouiſo, & deſtinato Sacerdoti commendatam perſpexit. Haud tamen ſic tunc maiori illorum bono proſpexit: cum enim experientia animaduertiſſet; gentis ruricolæ infantes irreligioſis parentibus natos, nec religioſè, ſeu Catholicè educatos irreligioſiores, & perfidiores futuros, ideò inſtitutoris diſciplinam illis maximopere profuturam intelligens, pium, & timentem Deum præceptorem prouidit, & ære publico conducendum conſtituit, qui & infantilem plebuſculam optimis moribus, & documentis, ac literrulis imbuere ſtuduit.

Parochum à furente populo liberat.

Orbatã Eccleſiam ipſemet curare ſatagit.

Ludimagiſtrũ publico ære cõducẽdum curat.

XXIX. Sicut tandem inſiſtebat Fr. Seraphinus; vt modis omnibus Vallicolis cunctis, Demontanis ſpecialiter, nec vis omnibus benefaceret: vniuerſa proficua adducendo, & noxia excludendo, ſignanter in dies ſuborientes diſſenſiones, ne coaleſcerent, & pernicioſè conualeſcerent impediendo, vnde & iterum repullulans diſſidium inter miſericordiæ Confratres, & Reuerendum Dominum Priorem breui manu extinxit. Implacatiores antiqui Apoſtolicæ Miſſionis oſores, & expugnatores perſiſtebant adhuc tunc temporis; vt ſupremis conatibus adhibitis, religioſum Cuſtodem tandem aliquando de Statione eijcerent; recollectis igitur inueteratæ ſuæ malitiæ, & malignitatis aſſeclis, excogitatis nequioribus quibuſdam, & concinnatis criminoſè grauioribus calumnijs, Fratrem Seraphinum apud Victorium Amedeum Sabaudiæ Ducem Leſæ Maieſtatis reum, tamquàm proditionis, vel ſeditionis promotorem impoſtores deferunt, quod vt iſte admonitus accepit; illicò Taurinum petijt, & coram integerrimo Principe propriam integritatem, & calumniantium incorrectam iniquitatem detegit, atq; euidentioribus comprobationibus aperit, quare mendax delator coram Taurinenſis Senatus primario Miniſtro mendacia ſua profeſſus, illatæ calumniæ veniam deprecatus, Fratrem Seraphinum Demontenſi Apoſtolatui iterum præficiendum à Prouinciæ Patribus ſuppliciter petijt, cui abſoluta facta poteſtate, coram populo pro concione veritatis publicandæ, ſua explicata erga Principem fidelitate; infidelitatem aduerſus proximũ iniquè oblatrantium religioſo ſilentio occultauit. Vnde Seraphico religioſo, quẽ ſemel domo pulſum, ſemel, & iterum Oppido expellendum neruis omnibus procurarunt Oppidani, tandem miſericordiæ Congregationis Confratres proprię Eccleſiæ cohærentem ſuam ipſorum habitationem Fratri Seraphino, & ſucceſſoribus Apoſtolicis Operarijs inhabitandam ſpontè obtulerunt, ſicuti & præſtiterunt, vt infra ſuo loco referemus.

Iterum ſuborientes diſſẽtiones ne coaleſcerẽt impedit.

Deferũt impoſtores Fr. Seraphinum apud Ducem Sabaudiæ tãquã reum leſę Maieſtatis, ſed purgatur

APPENDIX.

I. FRater Franciſcus à Monteregali, aliò ad habendas Quadrageſimales Conciones properanti aliquando Fratri Seraphino, in Demontana Statione ſuffectus, egregiè pro ſuo Apoſtolico munere exequendo laborauit: feruoroſè, & fructuoſè in tota Quadrageſima Euangelizando, docendo, confeſſiones accedentium excipiendo, ſicque ſedulò viuorum ſalutationem procurabat, ſed & defunctorum quoque ſolatia præmeditabatur: vnde in Parochiali Sancti Donati Eccleſia pro purgantium animarum ſuffragijs Confraternitatem fundauit, & conſtabiliuit, & ſtabilia plura conſtituit.

Suffragij Sodalitiũ erexit.

CALCVLVS TERTIVS

Fr. RAPHAELIS TAVRINENSIS Concionatoris per annum 1636.

CVm ſuper numeroſiſſimum gregem ſuum latioris propriæ Taurinenſis Diœceſis perpetuas & noctis, & diei vigilias ſolicitè cuſtodiret Reuerendiſſimus D. Antonius Prouana Archiepiſcopus Religioſiſſimus; ad remotam, & à Metropolitana ſemotam Sturiæ Vallem Paſtoraliter perluſtrandam hoc milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo ſexto anno accedere voluit, ſuoque in primario acceſſu obuium habuit Apoſtolicum Vigilem Capuccinum, Sturianæ Stationis Cuſtodem, nempe iam olim bene ſibi notum Fr. Raphaelem Taurinenſem, Concionatorem eximium, ac Theologum; qui cum laudabiliter hactenus in Cadralienſibus Sacris Excubijs inuigilaſſet; in principio huius prænotati anni Demontium ad Euangelicum opus proſequendum emiſſus peruenerat, & vſque modò fideliter operatus fuerat. Is igitur cum proprium Paſtorem ad ſuum peculiare ouile inuiſendum, appropinquare intelligeret; Oppidanorum pro congruè Reuerendiſſimo ſuo Archipræſule & honorificè ad Vallis ingreſſum recipiendo, & excipiendo prædiſpoſito comitatu, præceſſit ipſe, & properanti Reuerendiſſimo Antiſtiti feſtinus Fr. Raphael primus obuiam prodijt, atque aduenientem diœceſanum ſummum Sacerdotem ad terram vſque procumbens veneratus eſt: quem benigniſſimus Præſul perhumanè excipiens, in Villarum Vallis viſitatione ſuæ Peregrinationis obſequioſum ſocium, & Miniſtrum adhibuit, pro Dei verbo Euangelizando, & ſimplicium Catecheſiſmo exercendo. Vnde ingredientem animarum Parentem intra ſuos lares Demontij Oppidani cum reciperent; Capuccinus Sacer Orator publicè coram congregata vndique multitudine perorando, aduenienti Sacro Antiſtiti fauſta & ominatus eſt, & annunciauit. Nam cum concionandi ſingulari aptitudine valeret frequentiùs; imò perpetuò per Vallis Pagos Demontij, Iſonis, & Vinadij præcipuè diſcurrebat profeſtis, & Dominicalibus diebus, Aduentuſq; ac Quadrageſimæ temporibus ſignanter prædicando, *Sacrumque Dei Euangeliū explicando*, rudeſq; atq; idiotas Populos inſtituendo. I.

Reuerendiſſimo Archiepiſcopo obuiat Fr. Raphael, & à Præſule aſſumitur in Miniſtrum Viſitationis.

Ann. Chriſti 1636.

Vegetioris, & efficacioris, ſiue operoſioris erat Fr. Raphael temperaturæ, ſed & feruentioris, atque ardentioris ſpiritus religioſo zelo ferebatur: vnde Seraphicæ Charitatis ductus impulſu, miſerorum neceſſitatibus ſuccurrere geſtiebat; mendicis, & egenis largas panis, ac vini eleemoſynarias ſubuentiones porrigebat, ægris, & infirmis congrua ſubſidia miniſtrabat, extremam verò neceſſitatem patientes ſubleuare properabat. Vnde pecuniarium Apoſtolicis Operarijs conſuetum exhibitum commeatum, quibuſdam periclitantibus puellis matrimonio iungendis conferri præcepit, qua charitatiua largitate vtriuſq. hominis nempè animæ, & Corporis, ſiue vtriuſque boni, famæ, & facultatis opportunè incolumitati conſuluit: cumq; Vallicolarum vniuerſorum ſibi beneuolentiam breuiter conciliaſſet; neceſſitate compulſus, quod ſublimioris vallaris cęli ſubtilitatem pateretur, à Demōtana Statione diſcedere cogitur, vix ibi per annum commoratus. II.

Vniuerſis charitatis obſequia præſtat.

CALCVLVS QVARTVS

Fr. AMEDEI TAVRINENSIS Concionatoris per annos 1637. 1638. 1639. 1640.

QVò à viuifici caloris fontalis origine longiùs ſita corporis membra remotiora conſiſtunt; eò languoribus, & grauioribus morbis expoſita, faciliùs ſuccumbunt, eo quòd difficiliùs vitalia ſubſidia, ſeu ſaltem debiliùs participent. Sturiæ Vallis in extremis Italici Eccleſiaſtici regni, & Taurinenſis Eccleſiæ Subalpinis, vel potiùs Interalpinis remotioribus in oris cum poſita conſiſtat; difficiliùs, ac debiliùs viuifici caloris, ſeu vitalium ſpirituum participat influxum, id eſt Hierarchici regiminis ſolicitioris Paſtoralis adminiſtrationis minùs facilè, & valdè exiliter prouiſiones, & opportunas curationes communicat, ſentit, & experitur: eò quòd longiùs à capite conſtituta perſiſtat: Quamobrem cum propiùs lęthifero hæreticali morbo laborantibus Narbonenſibus Gallis cohærens euidentiùs, & vehementiùs periclitetur; validioribus antidotis, & fortioribus ſubſidijs pro ſua vel infirmitate fulcienda, vel incolumitate aſſeruanda indiget. Ordina- I.

Ann. Chriſti 1637.

rijs igitur Parochis Sacerdotibus Operarijs extraordinarios Capuccino-Miſſionarios, Apoſtolicos Cooperarios Sacri Præſules ſpirituales in ſuppetias deſtinare voluerunt, vnde & hoc anno ſtrenuum pugilem ad Demontanam Stationem Cuſtodiendam deſtinauerunt Fr. Amedeum Taurinenſem, Theologum, & Concionatorem: qui religioſis virtutibus clarus, & regularis diſciplinæ zelator ſolicitus, præclaris intra Seraphica clauſtra exercendis eſt muneribus deſtinatus, nam & Magiſtri nouitiorum aliquamdiù, & Guardiani officio perpetuò eſt laudabiliter perfunctus. Qui cum itidem Dei verbo Euangelizando valeret; Apoſtolico oneri ſuſtinendo aliquoties extitit ſuffectus, & hoc anno trigeſimo ſeptimo extra ſexcentos, & mille legitimè ordinatus Demontium profectus, Sacris in Excubijs inuigilare occeptauit.

Ad Demõtanam Stationẽ excolendam ſequitur Fr. Amedeus.

II. Qui haud aliunde ſibi demandati Sacri Miniſterij exordia ducere, & fundamenta ponere deſignauit; quàm à frequentiori Euangelici verbi ſolicita prædicatione: hanc vt ad votum ſufficienter vallicolis vniuerſis participaret, & communicaret; ſuperam, & inferam per Valles aſſiduè peragrando opportunis, & ſibi inopportunis, populis tamen nunquam inopportunis temporibus peragrabat, feſtinabat ſemel, & iterum, atque aliquando tertiò vnico in die diſcretas ad populationes concionando: per annum quidem ſolicitus, ſed per Aduentum, & Quadrageſimã ſolicitior multo, etiam in Sacra hebdomada Paſſionis difficiliorem pariter, & laborioſam Prædicationem ad ternos vſque pagos proponẽdam perueniebat, & feruoroſè perficiebat, ad meliora in dies neceſſaria pietatis opera præſtanda excitabat, ac prouocabat à malis retrahendo, ad pœnitendum tandem cunctos exhortando, & interpellando. Nec deſtitit Deus aliquando fidelis ſui famuli verba inconſueto modo confirmare; nam in Oppido Ayſoni Fr. Amedeo Concionanti, pro ſuggeſtuque declamanti venerabilis quidam vir apparens adſtare viſus eſt, à Capuccino Euangelico Oratore tunc dicta confirmans, & nutibus adſtanti cuidam, fortaſſe magis incredulo ex populo, vt peroranti crederet, præcipiens, ſicuti fide dignus ex Vallicolis teſtis ſe ſe vidiſſe, ſponte teſtatus eſt.

A frequenti prædicatione ſuo Miniſterio exordia dat.

III. Poſt Euangelij prædicationem, Catechiſmi ſedulam exercitationem colebat; idiotas namque, & ignaros culpabiliter, vel inculpabiliter neceſſaria ad ſalutem ignorantes ſummo ſtudio, ac ſtudioſè valdè rudimenta Fidei docere ſatagebat: quare vbique in opportuno ſcilicèt, & loco congruo conuocatos, ac congregatos neceſſarijs Chriſtianæ diſciplinæ primis elementis imbuebat, ac inſtituebat: ad pietatem, religionemq; ſimiliter excitando, Catholicè viuere, & laudabiliter conuerſari inſtruebat, Præceptorum tàm Diuinorum, quàm Eccleſiaſticorum exactiorem obſeruantiam commendabat, gemina charitatis Præcepta, obſeruanda inculcabat, Deo adorationem, Sanctis venerationem, Sacris, & Sacerdotibus, ſiuè Religioſis reuerentiam exhibendam monebat, cunctos tandem, & cuiuſcumque conditionis, ac ſexus mares, ſiue fœminas ad ſalutionis ſemitam per ambulandam dirigebat: tanta benignitate, ac morum, ſiue religioſæ conuerſationis ſuauitate, atque humanitate; vt cum ad ſe aduenientem populi conſpicerent; protinus ad inuicem ſe ſe excitantes, ad ei obuiandũ, & honorificè illum excipiendum confluerent vniuerſi, illiuſque ad acceſſum cuncti ad Sacramentorum receptionẽ accederent, & feſtinarent gratanter, ſicuti & ſoliciti excitatoris ad receſſum cuncta refrigeſcere iterum videbantur.

Catechiſmo explicando ſed vlò incũbit.

Ann. Chriſti 1638.

IV. Orthodoxæ, & Catholicæ veritatis zelo ſuccenſus, ſpeculabatur in cuſtodia, ſi quem à recto Fidei tramite declinantem depræhenderet: obſeruauit igitur circũeundo, & perluſtrando, nonnullos in Feſteoniæ pago perfidiæ aliquali opinione, & publica æſtimatione laborantes, quamobrem propugnandæ, & propagandæ legitimæ veritatis, & veræ Religionis ardore incenſus, acriter aduerſus perfidos inuehere cœpit, & efficaciter adeò in eos inſurrexit, & pro erronibus reducendis laborauit; vt vacillantes vel ad abiurandum, vel ad abeundum atque à Patria exulandum coegerit; congrua à tribunalibus ad id relata facultate. Sicuti igitur aduerſum criminoſos acriter decertabat; ſic & erga ærumnoſos humaniter procedebat; Nam miſerorum calamitatibus, & indigentijs ex corde compatiens, egentibus cunctis pro viribus ſuccurrebat: effuſiores eleemoſynarum elargitiones exercendo in omnes, ſed præcipuè in ægrotos, ac infirmos ſubleuandos, quos benignè, & ſolicitè inuiſendo, ſuanioribus cohortationibus ad languoris tolerandas moleſtias confortabat, & roborabat. Pauperum infirmantium neceſſitatibus accurrebat, tàm in medelarum præſtatione, quàm alimoniæ prouiſione miniſtrando. Proprio commilitoni Sacerdoti per quadrimeſtre grauiter languenti ſedulus, & ſolicitus inſeruiuit, & exactè in cunctis miniſtrauit, conſueta nihilominus ſemper Apoſtolica munera, & onera populis exhibendo.

Perfido vel abiurare, vel à patria exulare cogit; miſerorũ calamitatibus ſuccurrit.

V. Intra hanc Fr. Amedei Apoſtolicæ operationis Olympiadem, quidam æmuli virtutum, ſiue æmulatores Euangelicæ militiæ, regularis obſeruantiæ Religioſi ad Demontanos accedentes maiora, ac excellentiora in profectum Fidei, & anima-

rum

rum ſe præſtaturos egregia facinora pollicentes, vt Capuccinis eiectis, propriæ ſuæ
Religionis alumnos, & Confratres ad Apoſtolicum exercendum in Sturiana Val
le munus poſtularent, perurgebant, ac totis conatibus impellebant. Verùm enim
uerò & Demontij Oppidani, & Vallicolæ vniuerſi Capuccinorum Operatiorum,
Fr. Amedei præcipuè tunc reſidentis laudabiliori, & religioſa conuerſatione ędi-
ficati, ſolicitiorique, ac ſedula Euangelica agricolatione ſupra votum exculti, nõ
modò religioſæ gloriæ æmulos ambientes religioſos relecerunt; ſed & quondam
iam oblatum iuxta miſericordiæ Oratorium Domicilium, & Oratorij confratrum
liberum vſum, Sacrorumque exercitium de nouo efficaciùs Fratri Amedeo obtu-
lerunt. Sed quid dico obtulerunt? Imo inuitum, & reluctãtem ad illud perduxerunt,
& religionis, ſiue Apoſtolicæ ſedis nomine conſentienti, atq; acceptanti ſolenni-
ter ſingulari Coopidanorum gaudio, & concurſu poſſeſſionem pacificam conceſ-
ſerunt, anno Quadrageſimo excurrentis ſæculi ſeptimi decimi. Quamobrem pro-
uidus Operator à Præfecto Miſſionum Prouinciali Capuccinorum Miniſtro ac-
cepta facultate, & mandato recepto, ex ſibi aſſignato, ac ſuppeditato quotidia-
no alimoniario ſtipendio non exiguam portionem detractam, in pauperculam ſi-
bi de nouo conceſſam habitationem inſtaurandam, imò quaſi de nouo ædificandã
impendit: religioſas officinas, Clauſtrum, & hortulum apponendo, quibus abſo-
lutis paupercula tranſportata ſupellectile & domeſtica, & Sacra Apoſtolicorum
pariter Excubitorũ, de Regię Celſitudinis Palatij à Victorio Amedeo Capuccinis
gratioſè commodato iam olim habitaculo, in miſericordiæ cohærentes à ſe reſti-
tutas, imo conſtructas ædes, tranſtulit domicilium, à quo ſæcularium, fœmina-
rumque præcipuè conſortium longè ſemper, quamdiù ſtetit, remouere ſtuduit,
haud ſine Oppidanorum ſingulari ædificatione: quinimmò ab Iſoni habitatoribus
inuitatus, ſpontè oblatæ domus pro Apoſtolicis Operarijs, erecta Cruce, nomine
Eccleſiæ poſſeſſionem recepit, annuente D. Reuerendiſſimo Archidiacono: cumq;
ſpiritualiter, & temporaliter ædificando per integram olympiadem Sturianis Val-
licolis modis omnibus prodeſſe ſategiſſet; ſenſibiliori cum vniuerſorum mœſtitia
diceſſit.

Quid ſi Capuccinorum ... Religioſi ... ciuntur.

Ann. Christi 1638.

Ann. Christi 1639.

Domiciliũ ad religioſã formam reducit ac habitationẽ trãsfert.

CALCVLVS QVINTVS.

C O M M V N I S.

Fr. Fr. STEHPANI TAVRINENSIS, & IOANNIS BAPTISTAE CAMBIANENSIS

Concionatorum per annos 1641. 1642.

Ann. Christi 1640.

I.

VNiuerſam, ſub his infauſtioribus annis, Pedemontanam regionem & oc-
cupabant, & diuexabant ciuilium ſimultatum Martiales acriores, & turbu-
lentiores tempeſtates, aduenientibus præcipuè Gallicis Caſtris ad Cunien-
ſem arcem obſidendam, & expugnandam: tunc enim à percurrentibus Militibus
deuaſtata, ac depopulata circũcirca regione, Sturiani Vallicolæ in acerbiorum ſi-
bi imminentium malorum miſera expectatione tabeſcentes lugebant. Quamo-
brem ad lugentes conſolandos vnum poſt alium, geminos Capuccinos ſingularis
ſanctimoniæ Cuſtodes, & Pugiles Sacrę Theologię profeſſores, & Euangelij Prę-
dicatores Fr Stephanum Taurinenſem primum, & Fr. Ioannem Baptiſtam Cambia-
nenſem ſecundum operis Prefecti electos, & prouidè ordinatos ſubmiſerunt. Qui
ambo pariter, his perturbatis, & perturbantibus temporibus, in Sacris Excubijs
peruigilando, ab inuadentibus Sectarijs Lupis, & Vulpeculis Dominicam vi-
neam, ſiue ouile cuſtodire totis conatibus enixi ſunt: Declamando continnè
pro Concionibus, elaborando perpetuò pro doctrinalibus ſermocinationibus, ſi-
ue magis Domeſticis congreſſionibus fideles inſtruere, ſtantes confirmare, & nu-
tantes ſtabilire ſatagebant, aduertantes verò alienigenas, ſeu indigenas ſeditioſos,
bellicis turbinibus confidentes, acrioribus increpationibus, ſiue vrgentioribus
correptionibus, ac dogmaticis congreſſionibus validè compeſcere, & refręnare
ſtudebant: Dei cultum, & Sacrorum venerationem, & Sacramentorum frequen-
tem adminiſtrationem, Sacramentaliumque præſtationem, etiam coram Eccleſia-
ſtici Regni aduerſarijs promouere conabantur: in criminoſos, & peruerſos in- II.
corrigibiles vehementiùs inuehendo.

Inuadẽtibus Sectarijs, peruigilaturi mittũtur FF. Stephanus, & Io. Baptiſta.

Quapropter cum Cuneenſi Ciuitate expugnata ad Demontanam Acropolim ag-
grediendam accederent militares acies, ab Hæretico Lutheriſtico, & Rhetico
militiæ Magiſtro ductatæ; Fratrem Stephanum, qui obſeſſis in Arce ſpiritualia
Miniſteria olim ſolicitè exhibuerat frequentiùs illuc ventitando, ſceleſtiores

quidam

quidam, & ſceleratiores homines vehementiores ſacri Oratoris iuſtas correptiones ſufferre non valentes innocuum Sacerdotem Catholicæ Fidei acerrimum propugnatorem, apud hæreticum Ducem infideliraris, & in Gallos maleuolentiæ, ſiue perfidiæ deferunt, quod ille ægrè admodum perſentiens, credulus nimis, ſed incredulus, & infidelis multum, Apoſtolicum Excubitorem coram ſe accerſitum quaſi proditionis reum deprehenſum, grauiter obiurgat, obiurganti vero, & temerariè iudicanti, ſuam innocentiam demonſtrando, & proteſtando religioſè, ſed fiducialiter cum reſponderet Capuccinus Leuita; ille religionis Catholicæ hoſtis, & oſor religioſum Eccleſiaſtici regni cuſtodem, nec conuictum, nec ritè iudicatum, minus honeſtis verbis, & capitalibus minitationibus proſequendo, & exprobrando, tandem exilio, & eiectione condemnat, & de facto iniurioſè expulit, quæ omnia patienter Fr. Stephanus ſuſtinendo, manſuetus velut agnus ad Capuccina Clauſtra regreditur.

Ann. Chriſti 1642.

F. Stephanus apud hæreticum Ducem falsò accuſatur.

APPENDIX.

I. FR. Petrus à Planitia, ſuperiora prænotata hæc tempora circiter, in Demontij Eccleſia Parochiali ſemel, & iterum diſcretis annis Conciones Quadrageſimales habuit, in locum aliò ad prædicandum deſtinari pro tempore tunc reſidentis Stationarij ſubrogatus. Illis igitur in diebus ſuæ operationis non otioſus, ſed operoſus in demandata ſibi cuſtodia laborans, quæ Apoſtolici muneris ſunt, Euangelica Miniſteria Concionandi, Catechizandi, Sacraq; miniſtrandi fideliter exercuit, & Fidelis Operatoris partes ſuſtinuit. Sacramentalibus in confeſſionibus præcipuè excipiendis. Primo ſuæ fatigationis curriculo ſimultates inter Clericos, & Laicos exortas extinxit; ſecundò verò notum optinatum duorum ſcandaloſum adulterium, etiam inuocato brachio ſæculari, de medio auferendum procurauit.

Fr. Petrus ſimultates extinxit, & adulteros Sęculari brachio repreſſit.

CALCVLVS SEXTVS.

Fr. EVSEBII ab EPOREDIA Concionatoris per annos 1643. 1644. 1645. 1646.

I. PRæliorum impetuoſo turbine nondum hactenus apud Subalpinos quieſcente, nec dum Francorum militum acies à Tranſalpina in Ciſalpinam Galliam continuò ventitare ceſſabant, quinimmò per Interalpinas has Cottianas Cōualles euntium, & redeuntium caſtrorum perpetui dabantur acceſſus, & receſſus per æſtatem, per brumam verò longiores computabantur hyemales ſtationes Stationarij ergo milites cum ex parte religionarij numerarentur; non numerabiles aduerſus Catholicam Religionem hæreticas ineptias, & Caluiniſticas blaſphemias in dies proferre (iuxta hæreticum morem) profitebantur, nec verebantur. Quapropter cum Sturiani Vallicolæ Hæreticam quondam iam Albigenſium prauitatem, à pertranſeuntibus Sectarijs legionibus ebibiſſent; ne iterum curatos hos populos deteriori infectione deprauari contingeret; Euangelicarum excubiarum Magiſtri ſolicitos vigiles Demontana in Cuſtodia ad inuigilandum delegare ſtuduerunt, vnde & hoc anno quadrageſimo tertio ſupra ſexcenteſimum, & milleſimum, validum pugilem Fratrem Euſebium ab Eporedia Apoſtolicæ Militiæ veteranum Athletam Demontium emiſerunt.

Ann. Chriſti 1643.

Deſtinatur ad Demontanum Oppidū Fr. Euſebius.

II. Miſſus igitur, & à Catholicis Caſtris emiſſus Capuccinus, religioſus Eccleſiaſtici regni his in Heſpericis oris cuſtos, & ſpeculator, Vallis Sturianæ Eccleſiarū ſtatum de ſpecula contemplatus, diuerſis, & diſcretis quadriennalis ſuæ reſidentiæ temporibus animaduertit; aduentantium Francorum militum quoſdam non gregarios milites hæreticam malitiam potiùs, quàm bellicam militiam & profiteri, & exercere: Centurio namque vnus perpetuò aduerſus Canonicas Sanctiones publicè oblatrabat in Vinadij Oppido. Alius rurſus ibidem in Orthodoxas veritates palam inſurgebat, Pſeudodoctoris miniſterium exercens: tertius autem quidam Pentacontarchus, exercitio ſutor Pſeudominiſtri vſurpato officio fungebatur, & mordicùs obſtinata magis indocibilitate, quàm docta obſtinatione, Caluiniſtica erronea placita & propugnabat, & venditabat. Quamobrem eò frequentiùs ex induſtria ventitans vigilax excubitor, & occeptauit, & perſeuerauit circuitores hos, ſeu potius profanos circulatores phanaticoſque præſtigiatores dogmatico certamine pulſare, & doctis diſputationibus propulſare, ac reijcere, vnde confuſi illi coram populo conticeſcere quidem cogebantur, ſed peruicaciores non conuerte-

Gallos milites Hereticos heretica-lia diſſeminantes propulſat.

bantur (medius licèt cohortis centurio recenſitus ſuæ reſipiſcentiæ ſpem nonnullam dederit) compeſcebantur nihilominus, & a conſueto balbucinandi hæretico more abſtinentes, cautiùs eloqui, ſaltem publicè impoſterum didicerunt. Binos poſtmodũ temerarios blaterones à Pheſteona rurìcolas nempè patrem, & filiũ, qui hæreticalia verba palam proloqui, ac effutire auſi fuerant; admonitus Euangelicus Cuſtos, congrua ſibi facta facultate, carceribus protinus mancipari fecit, donec condigna pęnitẽtia, & publica emendatione correctos, & ſufficienter emendatos dimiſit. Proſcriptus alius, atq; ad Lucernenſes profugus, Sturianus Vallicola exul Demontanus inuiſendæ patriæ cupidine impulſus Demontium verſus celeres ſuos furtiuos dirigebat greſſus; ſed à vigilaci ſpeculatore deprehenſus, celeriores reuocare gradus, hęreticaſq; regredi ad oras ex-tempore fuit compulſus, ne Angronianas nequitias patrios ad lares reportaret.

Binos rurìcolas carceribus punit.

III. Inuigilabat attentiùs Fr. Euſebius Eccleſiaſtica ſibi in cõmendata ſpecula, vt Sectariæ defectionis, & religionariæ infectionis reliquias radicitus euelleret, atq; impoſterum repullulare vetaret: vnde non formatas hæreſes dumtaxat remouere, ſed & formandatum hæreſum cauſas, & originaria principia amouere, viperinaq; genimina prohibere, totis conatibus enitebatur: ea autem cum carnalis concupiſcentiæ illecebræ, effręniſq; luxuriç non refręnatæ publicę libidines cenſeantur; Caſticola Capuccinus quarũcũq; perſonarũ notas intẽperantias à Tribunalibus coercendas, & corrigendas procurabat: eòq; magis horum emendationi inſiſtebat; quò iamdiù hac in Conualle inemendata quorundam laſciuia luxuriabat, & incorrecta luxuria etiam nonnullorum Leuitarum laſciuiebat. Inter hos Parochus quidam Sacerdos, aliquamdiù iam in ſacrilego carnali ſtercore computreſcens, grauiter coram populo olens, intolerabiliter fœtebat, noxiam igitur hanc laſciuientis Clerici graueolentiam cum de medio tollere ſatageret Apoſtolicus Stationarius; coram legitimis Tribunalibus denunciandum, & interpellandum curauit, à quibus cum mulctis, pœnis, & cenſuris de ſtercoritio concubitu ſurgere, & abire cogeretur; carnalis luxuriç infernali œſtro exagitatus, infanda aduerſus Sacros Præſules Dęmoniacè fando euomebat, ſed interim pellicem à ſacris laribus eijcere conueniebat. Poſt hunc, molitorem quemdam nefarium dupliciter naturæ violatorem immundum deprehendit, qui iamdiù canis conſortio brutaliter, & carnaliter abutebatur, hunc publicè conuictum, vinculis cuſtodiendum tradidit, & condigna emendatione, pęnitentia, atq; correctione ſeueriori (non tamen excedente) corripuit, & caſtigauit. Mulierem tandem faſcinationis, & Magicæ profeſſionis ſuſpectam, ad ſe vocatam, & conuenienter admonitam pariter, & correptam ad meliorem frugem prouocatam dimiſit.

Hæreſum originaria pricipia amouere nititur.

Ann. Chriſti 1644.

Laſciuientes puniendos à Tribunalibus curat.

Criminoſum ſeueriori caſtigatione emẽdat, Magamq; mulierẽ correptã, dimittit.

IV. Vt autem perfectè, & completè pernicioſa offendicula, & petras ſcandali de medio fidelis populi tolleret; inimicitiarum fomitem, & rixarum longiorem tramitem opportunè, & feſtinè reſcindere perpetuò ſtuduit: Quamplures igitur diſſenſiones, & rixationes inter Conuallicolas Sturlanos agitatas extinxit, ſed illius ſolers prudentia in vno ſingulariter emicuit: Nam cum inter Regium & Areis, & Demontanæ Vallis Gubernatorem pariter ac Dominum de Cichotiers Marchionis Centalenſis Cognatum, & Demontanæ iuridicæ dominationis tunc poſſeſſorẽ difficili a diſſidia, & inextricabiles ſimultates ſemel, & iterum exortæ efferueſcerẽt; Fr. Euſebius, qua naturaliter pollebat affabilitate, & dexteritate ſilentibus, & ab huiuſcemodi facinore reſilientibus cunctis, reconciliandis geminis his Proceribus manum admouit, nec remouit, quoaduſque ad priſtinas reficiendas, & reaſſumendas amicitias publicè eos adduxit in Apoſtoli Sancti Matthæi ſolemnitate ſemel, & iterum in ſolemnioribus Natalitijs Domini diebus. Gemini itidem Vallicolani, ſeu Demontani affines, iam ab annis tredecim, etiam manu armata congredientes, aduerſus ſe inuicem rixabantur; Capuccinus igitur pacificus Stationarius aduertens rixarum cauſam non aliam extare, quàm antiquatas quaſdam rei domeſticæ prætenſiones, prætendentes ad ſe vocatos, vt ſua quiſque iura in prudentem virum arbitrum compromitterent, cuius prudenti arbitrio impoſterum abſolutè ſinguli acquieſcerent, adduxit: Adductos autem ab arbitro Iudice de æquitate prolatam ſententiam acceptantes, pacificè inter ſe conuenire, & reconciliari fecit.

Inimicitias de populo tollit.

Ann. Chriſti 1645.

V. Reſecatis, & ſublatis prærecenſitis, & multiplicandis pluribus imminentibus malis, multiplicia bona conſerere, augere, ſeu ſaltem conſeruare ſategit Fr. Euſebius, in Sturiana hac ſua Statione Euangelica. Primo igitur cum diſcretæ olim & diſtinctæ trinæ Parochiales Eccleſiæ Demontij à tribus pauperculis Sacerdotibus quoquomodo quodã adminiſtratæ, prudenter ab Hierarchici regiminis Præſulibus in vnam Sancti Donati præcipuam Parçciam vnitæ, & copulatæ, ab vnico inſigniori Sacerdote ſub Prioratus titulo honorificètiùs, & ſufficientiùs tunc adminiſtrarentur; Nonnulli Oppidani nouatores, turpis lucri gratia, vniuerſas Pagi domos, & Optimates ſubuertentes, docebant, quæ non oportet, nempè trium quondam ſuarum Parçciarum vnitatem prudenter conſtitutam, iterum reſcinden-

Trium Parçciaſ in vnã copulataſ cõſeruat vnionem.

dam

dam, quam reſciſſionem cum potentiores quidam Clerici & deſiderarent, & fouerent, huic pariter vt Principes & Eccleſiaſtici, & Seculares fauerent procurabant, quod cum in ſpiritualis boni, & Eccleſiaſtici Regni detrimentum, & perniciem tendere animaduerteret Fr. Euſebius Capuccinus Stationarius & Sacræ Romanæ Curiæ, & temporali Principatui datis litteris, Reuerendi Prioris, & vnitatis Eccleſiarum partem ſuſtinuit, & nihil innouandum commendauit, ſicuti & Pontificium Oraculum relatum confirmauit. Leuitici ordinis rurſus ceteris omnibus Conuallis Miniſtris perpetuò in cunctis obſecutus, honorificentiori in exercendo diuinorum cultu cooperatus eſt: Eccleſiarum & Eccleſiaſticorum venerationem, ac reuerentiam populis perſuadendo, & commendando.

VI. Templorum ornatum, & Sacrorum celebriorem culturam ſedulus ſemper promouere ſtuduit. Demontana igitur in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Captiuorum liberatione, vel Sanctæ Trinitatis dictam ſocietatem inſtituit: in miſericordiæ Miſſioni proximo Oratorio humiliatarum ſororum Sacellum, & altare Domini Philippæ Arcis, & totius Vallis Ducalis Gubernatoris eleemoſynarijs ſumptibus ædificauit, cuius Baſilicæ grandiori aræ iam olim pecuniarijs ſubſidijs Domini de Gumetiers regij Villę, & Vallis adminiſtratoris pulchram Iconem appoſuerat, Roma acceptas Sanctorum Reliquias ternis mirè fabrefactis reliquiarijs aſſeruandas, & profeſtis diebus exponendas repoſuit. Singulis Dominicalibus veſpertinis horis Sanctiſſimum accenſis luminaribus exponendum, & pro bono publico inibi effundendas precationes inſtituit. Adorationem trium Magorum regum coram Ieſu Chriſto infantulo in Bethlemitica Cella præſtitam ipſa Sacrę in Epiphaniæ celebritate publicè à congruè recitantibus repræſentari effecit in concurrentium fidelium ædificationem, nonnullaque alia in pietatis, ac religionis profectum pia inſtituta coluit. Parochiales Curas in abſentia Parochorum pluries exercuit, præcipuè Demontij, & Gaiolæ in Oppidis, huius Curato infirmo in die Aſſumptæ Virginis accurrit, & tota die iugiter laborauit; confeſſiones excipiendo, & ſolemnem Miſſam decantando, Proceſſioni aſſiſtendo, & concionando, poſt nodum perſolutis veſperis Ritanam progreſſus, vt Diui Rochi feſto die concionaretur; laſſus non meliorem requiem habuit, quàm ſubdio ſtratum palearum.

Sanctiſſimæ Trinitatis ſocietatē inſtituit.

Sacellū, & Altare erigit, apponit Iconem.

Ann. Chriſti 1646.

Trium Magorū adorationem publicè repræſētari facit.

VII. Vltimò tandem enumeranda ſuperſunt, quæ primo numero computanda adfuerant, nempè præcipua Apoſtolici Operarij conſueta munera: Euangelizandi, docendi, & ſpiritualiter miniſtrandi, quæ Fr. Euſebius haud exiguo labore perpetuo exercuit. Nam vt cunctis Vallis Villis, & vicis ſignanter peculiaribus feſtiuis celebritatibus, vniuerſaliter cunctis ſolemnioribus, & Dominicalibus diebus, Aduentuſque, & Quadrageſimæ præcipuè verbum Dei euangelizaret, & Euangelium explicaret; ibat, redibat, egrediebatur, progrediebatur, & regrediebatur, quacumque temporis differentia, & aeris inclementia; quacumque itineris aſperitate, vel itinerandi difficultate, nullius proprij commodi perſpecta ratione. Rationales igitur vt oues chriſtianè ſapere doceret; non de ſuggeſtu dumtaxat oratorio gradu declamabat; ſed & per Catechiſmum de facilioris doctrinæ cathedra rudimenta Catholicæ Religionis, & Religioſæ Diſciplinæ ſimplicioribus tradebat, ad ſaluationem neceſſariam cognitionem impartiendo: dum non ſolum ſobriè ſapere moneret, ſed & ſufficienter, imò abundanter bona operari commoneret: commonitos autem, & ab erroribus regredientes, ad ſeque accedentes pœnitentes vniuerſos Sacramentaliter confitentes omni ſufferentia audiebat, & ignaros ac indoctos ritè, & iuſtè propriam conſcieniam diſcutere, atque integrè perpetrata crimina confiteri edocebat, ſicque & in prædicato verbo, & in adminiſtratis Sacramentis cunctis ſpiritualiter inſeruire non ceſſabat, ſicuti a corporalibus charitatis operibus ſuæ per integram olympiadem Apoſtolicæ reſidentiæ temporibus præſtādis nūquā abſtinuit: Pauperibus, egenis, indigētibus, extremā neceſſitatē patiētibus, infirmis, lāguidis, agonizātibus, moriētibus deniq; ſubueniēdo, & pro viribus cōgrua reſpectiuè realia ſubſidia, atq; ſolamina, ſeu ſaltem verbalia obſequia impendendo, donec Demontana in Statione ſtetit, à qua poſt quadriennium receſſit.

Sedulus in Apoſtolico miniſterio.

APPENDIX

FR. Paulus Maria à Corniato vnico per hæc tempora in Demontij Miſſione Quadrageſimalium Concionum curriculo plura egregia Apoſtolica facinora quidem prædicandi, docendi, & ſacra diſtribuendi (iuxta ſolitum) præſtitit; ſed inſolita bina inſigniora opera in ſalutem quarumdam animarum conſummauit: Primo igitur miſellus quidam deſperatione actus, & à ſpiritu nequam ſeductus, propriam animam per ſua manu exaratam, & ſubſignatam ſcripturam inferis ad perpetuum ſupplicium denouerat, quod cum conſcientiæ ſtimulis, & ſynderéſis punctionibus exagitatus, Capuccino Sacro Oratori tunc in Demontio

F. Paulus Maria in Quadrageſimali curſū plura præſtat.

concio-

A Dęmone ſeductū hominem, liberat.

concionanti manifeſtaſſet; ille conſilij inopem, inferorum mancipium & adhortationibus ad excutiendum damnabile iugum roborauit, & pro manicis ferreis auernalibus confringendis conſilio, ope, & opera ſic adiuuit; vt tandem recuperata ſyngraphe, & diſſoluto iniquo ſubiectionis fędere, in filiorum Dei libertatem ſe ſe infęlix homo vindicauerit. Secundò honeſtus quidam inter ſuos contribules vir ad rura progrediens, in tranſitu pontis incognitas quatuor capras obuias habuit, à quibus aggredientibus impetitus, & cornibus expetitus in fluentem fuit deiectus, vnde quoquo modo euadens, domum perueniens, nimio horrore, & terrore perculſus decubuit: decumbens autem acerbiori febre correptus de propria & animæ, & corporis ſalute grauiter ſuſpicari cępit, quia cubiculum ſuum infernalibus monſtris caprinis perpetuo occupatum haud ſine mortali pauore conſpectabat. Accerſito igitur Fratri Paulo Mariæ Concionatori, adſtantibus de cubiculo eiectis, anxiè nimis animæ ſuæ ſalutem cępit exporrecta manu commendare: Cõmendantem autē eum Capuccinus Sacerdos ad meliorem ſpem prouocare niteretur; Ah Pater (inquit ægrotus) quod ego horribile video tu neſcis, modo obſident me, & in lectulo circundant, ac coanguſtant vndique in triclinio adſtantes, & cubiculum replentes infernales capræ, & à ſiniſtris præcipuè quatuor cœteris horribiliores. Delirare ægrotum à principio ſuſpicabatur Fr. Paulus Maria, mox verò vt rationis, & mentis compotem eum animaduertit, & ſenſatè loquentem vt intellexit; circumſtantes Dæmones, quos non aſpiciebat, ſemel, & iterum & fortius tertiò coniurare, & vt in abyſſum irent imperare cępit: ſed per ægroti monitorias voces, cum ſuas coniurationes à malignis ſpiritibus derideri accepiſſet; proſpexit altiorē huius portentoſi euentus, & ſecretiorē cauſā peruestigandā: quare ægroto de diuerſis interrogato, perſpecta origine, remota occaſionē, & occluſo aditu, ſtygiæ capræ vltrò vna poſt aliam egredientes abierunt, nec amplius redierunt, teſtante, & ſingillatim abeuntes numerante ægroto, qui cunctis Eccleſiaſticis receptis Sacramentalibus ſubſidijs, tandem adſtante perpetuò Apoſtolico coadiutore, in pace ſuum Domino ſpiritum purificatum reddidit.

Secundum etiam à Dæmonum infeſtatione eximit.

CALCVLVS SEPTIMVS.

Fr. THEODORI CHERIENSIS Concionatoris per annos 1647. 1648.

HVius Sturianæ ſuperæ, & inferæ Vallis ſpiritualis dominationis Præſul Taurinenſis Archidiaconus Dominus Ioannes Baptiſta Germonius, Tarantalienſis quondam celeberrimi Archiepiſcopi Nepos, cum Apoſtolicos Capuccinos Operarios ad Demontanam Stationem deſtinandos iam olim procuraſſet; modò vt ſuæ iuriſdictioni ſubiectam hanc Eccleſiam ſolicitè, & ſedulus curaret; recedente Fr. Euſebio, Fratrem Theodorum à Cherio eruditum Theologū, & celebrem Capuccinum Oratorem deſtinandum, & mittendum poſtulauit: Cuius religioſis, & rationabilibus poſtulationibus ſacri operis Præſides annuentes, hoc anno prærecenſitum Fr. Theodorum, vtpotè & doctrina, & conuerſatione, & Guardianatus muneris laudabili adminiſtratione clarum, Apoſtolico oneri ſuſtinē-do, & exercendo præſcernunt. Nec defuit ille conceptę de ſua ſufficientia, & diligentia expectationi adęquatè reſpondere, nec quæ ſibi demandati oneris, & operis erant munia ſolicitè, & ſedulò in exequendo defecit, quinimmò multum in Eccleſiaſtici regni prouentum, atq; emolumentum profecit: dum perambulandi, & per Valles geminas ſuperam, & inferam peragrandi, & circumeundi finem nullum fecit, vt Vallicolis cunctis Euangelizaret regnum Dei, & peragendam pęnitentiam prædicaret voce efficaciori, & ardentiori adeò, vt criminoſos plurimos, à grauioribus piaculis reſipiſcere, atq; ad Pęnitentiæ Sacramentum accedere ſuaſerit, & gratioſè impulerit: imò (quod inſolentiùs eſt) eruditè ita proconcione Orthodoxa dogmata pertractabat, pariter & explicabat, hæretica commenta, & figmenta diſſoluendo; vt deſipientes adhuc erroneos nonnullos ad Catholicas veritates recognoſcendas deduxerit. I.

Poſtulatus aduenit Fr. Theodorus.

An. Chriſti 1647.

Quoſdam ad Catholicam veritatē adduxit.

His in Sturianis Conuallibus ſuperiori, & inferiori licèt à pluribus iam temporibus hæreticæ prauitatis cultus publicus exulauerit; in abſcondito nihilominus plurimi decepti Caluiniſtica idola nondum penitus eiecerant, quinimmò in ſinu proprio lęthiferum anguem fouere perſeuerabant: ſuper hos igitur, quaſi centoculus Argus Fr. Theodorus peruigilabat attentiùs, vnde ſi quem de ſua Apoſtolica ſpecula in Fide nutantem obſeruaſſet; pacificè, & prudenter ad ſe accerſitum primò humaniter monebat, & corripiebat, ac inſtruebat: amicabiliter autem monitum, & correptum, ſi non emendatum inpoſterum intelligebat; Sacræ Inquiſi- II.

tionis

tionis officio, ex-tempore, puniendum defferebat: ſignanter ſi Sectarias ineptias, & ſacrilega placita circumferre, & venditare quiſpiam ex his impudenter præſumebat: vnde à Reuerendiſſimo Taurinenſi Inquiſitore Vicariam inquirendi facultatem aduerſus hæreticam perfidiam cum accepiſſet; de quorumdam Vallicolarū Optimatum qui ore tenus Catholiciſmum profitentes, perfido corde Caluiniſmū amplectebantur, Hæreſim redolentibus & verbis, & geſtis inquiſiuit, atq; inquiſitionis acta ad Sacrum Tribunal tranſmiſit. Helluonem quemdam, qui ſolemniori in Natalitio Domini die poſt medię noctis celebre Sacrum commeſſationibus, & compotationibus nocturnis vacauerat, & immediatè in ſubſequenti mane ad Sacram Synaxim accedere, auſus fuerat; ad ſe vocatum acriter admodum increpauit, Eccleſiaſticæ iuſtitiæ acerbiores pęnas infligendas minitando, cum verò ille reatū proprium agnoſcens, & confitens humiliter delicti ſui condonationem, numquam imposterum ſimilia perpetraturus expoſtulaſſet, ſalubriter correptum dimiſit.

Vicarius Sac. Inquiſitionis factus, aduerſus Caluiniſtãtes Iuridicè procedit.

Sacrilegū helluonem ſalubriter correptum dimittit.

III. Geminæ itidem charitatis operibus in proximum ſedulò incubuit: pauperibus namque infirmis, & miſeris cunctis pro viribus ſuccurrere & ſubuenire nunquàm deſtitit: ægros inuiſendo, ægrotos conſolando, morientibus adſtando, pauperiem denique multorum eleemoſynarijs ſubſidijs ſubleuando. Sicuti autem fameſcentibus, ſitientibus, & egentibus miniſtrabat; ſic & diſcordantes, atq; iurgantes adinuicem conciliabat: per Conualles enim diſcurrendo, ſi quos diſcordes, & diffidentes offendebat; opportunè eos conueniebat, atque perſpectas inimicitiarum cauſas amputare, & pro virili reſecare ſatagebat: nec prius ab opere ceſſabat, quàm ad vnitatem, & pacem hactenus rixantes reduxiſſet; ſicque proximorum bonum totis conatibus procurabat. Quibus intentus, nequaquam tamen minor erat in Diuino cultu promouendo Fr. Theodori religioſus, & rationalis ſenſus: fideliter enim Sacerdotibus, & Parochis in adminiſtrandis Sacramentis, in Sacroſanctis miniſterijs honeſtiùs peragendis, in Sacrorum celebratione, atque rudium, ſiue ſimplicium inſtructione obſequebatur, & cooperabatur, & quemadmodum per religioſam cōuerſationem, ac morum compoſitionem fidelem plebem ædificare ſpiritualiter ſtudebat; ita materialis Templi ædificationem promouere haud negligebat: Confratrum namque de Miſericordia Oratorium, adhuc inexcultum quibuſdam appoſitis ſtructuris ad meliorem formam deduxit, & Sacram Eccleſiæ ſupellectilem adauxit, Caſulam, & Dalmaticas de eleemoſynaria recollecta ſtipe cōparatas attribuendo, nonnullaque alia præſtando. Biennio ergo ſui muneris expleto, ad Cunienſium Capuccinorum Conuentum moderandum aduocatus, Demontio diceſſit.

Ann. Chriſti 1648.

Charitatis opera exercet.

Oratoriū Cōfratrū ad meliorē formā reducit: Paramentaque Sacra adauget.

CALCVLVS OCTAVVS.

Fr. ANGELI FOSSANENSIS Concionatoris per annos 1649. & 1650.

I. **D***A mihi benedictionem, quia terram arentem tribuiſti mihi, da & irriguam aquis* (aiebat Axa filia Caleb) *dedit ergo ei Caleb irriguū ſuperiùs, & irriguū inferiùs.* Arentem quidem terram, imò arentes montes, & aridos lapides dedit Deus Sturianis Vallicolis, quos circumdant aſperarum Alpium inculta cacumina montium: ſed ſuper montes ſtabant aquæ, ſed non perſtabant, quinimmò de mōte fluentes inferiora irrigabant. Irriguum igitur inferiùs, & irriguum ſuperiùs acceperunt Demontani, quos Dominus inter ſuperam, & inferam Valles Sturiæ vndis irrigatas, & fęcundatas poſuit. Verùm tropologicè, & moraliter Diuus Gregorius Papa propoſitam mulieris poſtulationem in rationalis animæ hypoſtaſi expoſuit, ita ut idem ſit dicere: da mihi terram irriguam aquis, & contritam, ac de peccatis perfectè pęnitentem mentem poſtulare: cui poſtulanti irriguum inferiùs, & ſuperiùs pater tribuit, cum perpetratorum criminum non attritionis imperfectę modò, ſed & perfectæ contritionis lachrymas concedit. Benè ergo Deus Pater miſericordiarum, cum Sturianæ Vallis populis arentem terram, rationalem naturam proferendis ſpinis aptam, progignendis fructibus ſua culpa ineptam, dediſſet; dedit pariter gratiæ congruæ, & ſufficientis duplex irriguum: inferiùs attritionis imperfectę, ſuperiùs verò perfectę contritionis, quod licèt de cęleſti monte perpetuò in Eccleſia defluat; in Demontio tamen præcipuè effluxit, quando hoc anno ad has ſuperam, & inferam Vallem Euangelica irrigatione alluendam Fr. Angelus Foſſanenſis Concionator Capuccinus emiſſus aduenit.

Iudicum c. 1.

Irrigatione Euangelica ad alluēdam hanc Vallem venit F. Angelus.

II. Hic enim Apoſtolicus Operarius per vtriuſque ſuperæ, & inferæ Vallis Vicos, Villas, & Pagos perambulando, & circumeundo vniuerſos Annualis, & Dominicalis, pariter atque Quadrageſimalis curriculo concionabatur, & Vallanis po-

pulis prædicabat, & explicabat verbum Dei, neceſſaria quidem ad ſalutem cuncta proponendo; ſed in penitentiæ Sacramento peculiariter explicando inſiſtebat: propriæ diſcutiendæ conſcientiæ methodum faciliorem porrigendo;& ritè ac plenariè diſcuſſam in confeſſione ſacerdoti aperiendæ: præmonſtrando pariter, qualiter de confeſſis piaculis eſſet conterendum, vnde quàmplures Sacri Oratoris Capuccini doctrinis, & prædicationibus edocti, admoniti, intelligentes ſe hactenus nondum iuſtè penitentes, nec dum validè abſolutos; totius anteactæ vitæ curſum perluſtrantes, & antiqua geſta perſcrutantes, peractas; ſed non validas confeſſiones repetere, & generaliter coram eo confiteri properabant;alij verò de grauioribus dignè conterentes,& dolentes inferiùs,& ſuperiùs penitentialium lachrymarum irriguum à Deo accipientes occulta, & inconfeſſa hactenus facinora liberè fatebantur, & plenariè confitebantur: ſinguli tandem, & omnes ad meliorem frugem conuertebantur, quos Fr. Angelus charitatiuè, & humaniter exceptos ad meliora dirigere nitebatur,pro Leuitico & Sacerdotali ſuo Apoſtolico munere. III.

Prędicat verbũ Dei, methodũq; diſcutiẽdę propriæ cõſcientię porrigit.

Cui pariter vt ſatisfaceret;nõ ſolũ in ſolo vno aliquo Valliũ pago ſemel concionabatur, ſed pluribus in Oppidis ſemel, & iterum, ac tertiò in die vno ſermocinabatur, vt verbi panem eſurientibus opportunè, & ſufficienter diſtribueret: Et quia edentulis, ideſt paruulis, & ſimplicibus faciliori, & magis peruia catecheſi opus eſt; ideò Chriſtianæ Diſciplinę quoque ſimpliciora,& priora elementa dilucidiùs explicabat. Inimicitias, & ſimultates quàmplurimas abſtulit, lites compoſuit, odia reſtinxit: ſicuti enim Vallicolis his familiare eſt inter familiares rixari; ita Euãgelicis Operarijs domeſticum, & conſuetum opus eſt rixantes conciliare Cõciliabat ſibi Fr. Angelus Incolarum beneuolentiam, & affectum,dum ipſe affectuosè illorum neceſſitatibus,ac indigentijs occurreret,& accurreret,tàm ſanis,quàm infirmantibus ſuccurrendo: inuiſebat enim ſolicitè ægrotos, quibus ad mortem ægrotantibus vt adſtaret,& agonizantibus vt opitularetur; totas noctes inſomnes ducere non detrectabat. Sicque Euangelicè miniſtrando, à quadrageſimi noni anni ſupra ſexcentum,& mille octauo menſe ad quinquageſimi primi principium, & Quadrageſimam excluſiuè in Demontana Statione perſtitit.

Doctrinæ Chriſtianæ explicandæ, diſſidentium paci, ægenorũ ſubuẽtioni ſolicitus incumbit.

Ann. Chriſti 1650.

APPENDIX.

FR. Victor Ripulenſis decurrentis ſæculi ſeptimi decimi anno hoc quinquageſimo primo ad Quadrageſimales ſermocinationes in Demõtana Eccleſia cõficiendas miſſus, commiſſum ſibi munus adminiſtrare, & onus laudabiliter ſuſtinere enixus eſt:Concionando frequenter, ſedulò ſacramenta miniſtrando, & ſolicitè ſimplices pro Catechiſmo inſtruendo. Cùm igitur prouidus, & oculatus in ſpecula ſuæ Miſſionis contemplaretur; optimatem Demontanum vnum offendit qui Catholicas veritates fictè, & fraudulenter confitendo,verè,& realiter hęreticas Caluiniſticas impietates vniuerſas, ſignanter aduerſus Miſſæ Sacrificium, operum neceſſitatem,Sanctorum venerationem,& Matris Dei interceſſionem profitebatur, non verbis modò, ſed operibus domeſticis ſcandalum exhibendo:Quare Capuccinus excubitor, Sacris admonitis tribunalibus, aduerſus perfidum iuridicè procedendi, inquirendi poteſtatem accepit, quod adamuſſim ipſe perfecit,& captiuandi deprehenſum incredulum, mandatum, atque ſatellitium procurauit.

Aduerſus deprehẽſũ Caluiniſtã Iuridice procedit.

CALCVLVS NONVS

Fr. SERAPHINI à MONTECALERIO

Concionatoris per annos 1651. 1652.

I.

DOminus Deus Rex Omnipotens, cuius Diuina Prouidentia in ſui diſpoſitione non fallitur,& in ſuorum protectione,ac prouiſione numquam deficit: Apoſtolicis Capuccinis Excubitoribus Sturiana hac in Statione pro ſuo Eccleſiaſtico regno, potentiores nonnullos non laicos modò,ſed & Clericos, nec plebeios ſolos, ſed & magnates viros aduerſari pariter, & calumniari cum permitteret; Potentes quoq; ac Validiores Patronos, Euangelicique operis tutelares beneuolos prouidit, qui religionis; ac pietatis profectum impedire conantes compeſcerent, & religioſos Capuccinorum Cuſtodum; ſiue Operariorum conatus, ac Fidei progreſſus promouere ſtuderent. Cum enim Sturiana Vallis Chriſtianiſſimi Galliarum Regis ſceptro ad tempus obtemperaret; huic Satrapiæ præſidebat Dominus de Ghumetieres Delphinenſis Patritius, vir religioſus, & religioſorum amator, ac protector, cuius patrocinium in multis experti ſunt Capuccini.

Ann. Chriſti 1651.

Poſtquam autem Demontanæ Conualles proprio Principi reſtitutæ ad Sabaudi Ducis antiquum dominium redierunt; Sturianæ binæ Conualli, & Demontij Acropoli præfectus aduenit Dominus Octauius Philippa Ciuis Taurinenſis militiæ tribunus, vniuerſalis in his Italicis Sturiæ liminaribus militiæ, & politicæ adminiſtrator: vir quidem profeſſione miles, ſed conuerſatione religioſus: in Deum namq; pius, & in homines benignus, & iuſtus ſemper apparuit, Catholicæ Fidei propugnator acerrimus, & Capuccinę religionis peculiaris amator, vnde à Capuccinis exerciti Apoſtolici muneris ſtrenuus, & ſolicitùs promotor, & ſedulus protector perpetuò eſſe voluit: poteſtatiua ope, & reali, & perſonali opera Euãgelicis Operarijs aſſiſtẽdo, & cooperãdo (ſicuti, & omnes Capuccini Vigiles illius adminiſtrationis tẽpore inibi excubantes proteſtantur, & nos proprijs numeris cõputamus) ipſos etiam Apoſtolicos Pugiles ſuis frequentioribus charitatiuis ſubſidijs fouendo.

II. Quemadmodum inter plures vnus ſingulariter ſe ſe expertum conteſtatur Fr. Seraphinus à Montecalerio ad Sacras Excubias in Demontio obſeruandas nunc ſecundò emiſſus, qui antiquam repetens Cuſtodiam, priſtinas pariter euangelicas ſolicitudines, & curas, ſiue pro Eccleſiaſtico regno exercitationes, & fatigationes, frequentiùs totius anni tempore, & totis in Vallis Vicis prædicando, ſimpliciũ Catecheſim exercendo, Parochis Sacrorum, vel Sacramentorum in diſtributione, ſeu miniſtratione cooperando, & inſeruiendo, reaſſumpſit, & infatigabiliter exercuit: Leuiticis, & Apoſtolicis cunctis in miniſterijs perſeuerando. Vltra quæ, cum ardua magis neceſſaria quædam facinora & aggredi, & proſequi vel ſpontè ipſe tentaret, vel ex ſibi impoſito, & demandato onere ſubire, & adoriri cogeretur; cum his conſummandis, & perficiendis proprias nequaquam vires, ſiuè ſolertias, vel etiam conatus ſufficere animaduerteret; ab admonito Domino Octauio Gubernatore validum, & robuſtum auxilium, & ſubſidium ſibi protinus adeſſe ſentiebat. Quemadmodum pluries in exacerbatis rixationibus, & cruentis digladiationibus impediendis ſæpè ſæpius contigit, ſignanter Demontij ſemel, potentiore quodam Oppidano in Oppidi Sindicos, & Conſules armata manu inſurgente, & iterum Coppidanis cunctis aliquando aduerſus ſemetipſos armatis conſurgentibus: tunc enim & Apoſtolicus Stationarius, & Politicus Cuſtos pariter accurrentes, in mutuam perniciem concurrentes inſanos retraxerunt, & retractos laborioſè quidem, ſed proficuè valdè conciliauerunt: ſicuti plurimas lites, viſis ſcripturis, amicabiliter de æquo arbitrantes compoſuerunt: iurgia, & odia plurimorum extinxerunt, vnde tribunalia vel Ciuilia, vel Criminalia vacare videbantur. Haud ſine quorundam Curialium irrationabili murmure.

Secũdò emiſſus Fr. Seraphinus priſtinas exercitationes reaſſumit.

Ann. Chriſti 1652.

Rixationes, & litigia extinguit.

III. Huius præterea iuſtitiæ tutelaris præſidio Fr. Seraphinus, cum Demontanus quidam ſpontè à Patria diſcedens, binas proprias ſorores ſecum abducere, & perditionis periculo exponere cogitaſſet; ab iniquo fratre, & à manifeſto diſcrimine ereptas geminas adoleſcentulas tutiori cuſtodię cõmendandas, & ſecuriùs cuſtodiendas curauit. Cũ rurſus Sacerdos quidã potentioris Clerici patrocinio fultus minus religioſam, ne dicã ſacrilegã vitam duceret; Capuccinus Leuita inuocato ſæcularis iuſtitię brachio irreligioſum, & crimnoſum Clericum de tota conualle deturbandum, & eijciendum iuremerito procurauit. Sicuti autem improbis amouẽdis ſtudebat Apoſtolicus vigil, ſic & probis omni ſtudio pro virili fauere ſatagebat: templorũ venerationem, ſacrorum reuerentiam, & frequentiam populis commendando.

Improbos amouere, probos fouere ſtudet.

IV. Nec Eccleſiaſtica ſolummodò in conſeruanda diſciplina religioſi viri Domini Octauij Gubernatoris auctoritatiua opera, & poteſtate vtebatur Fr. Seraphinus; ſed & pro Eccleſiarum quoque inſtauratione, reparatione, ſiue decore promouendo, ac conſeruando ad eleemoſynariam pecuniariam illius opem frequentiùs recurrebat, vnde ex multis mox recenſendis templorum ornamentis, ſiuè inſtauramentis à Capuccino ſolicitatore præſtitis, plura pij Tribuni pecunia comparata, vel confecta enumerantur: Luſtrator, & explorator Euangelicus igitur cum vniuerſas Vallis Eccleſias perluſtrando congrua, & neceſſaria plurima in Leuitica ſupellectile deficere animaduertiſſet; à diuerſis emendicatã religioſam ſtipem, in infraſcripta ornamenta, ſiue paramenta comparanda, impendendam curauit: Primò Parochiali Sãcti Donati Demontij completum pro miſſę Sacrificio ſolemniter celebrando, ex ſcutulato ſiue variegato holoſerico paramẽtum prouidit: Miſericordię Baſilicam quadratis laterculis de longè aſportatis ſubſternendam procurauit: Campeſtri, & Alpeſtri populationi huius Parœcię Peruſia dictę à fundamentis Sacram ædiculam edificauit, & pulchram Iconem altari impoſuit: Perdilionum itidem agreſti in vico exiſtens iam antiquum Sacellum ampliauit, & exornauit: ſicuti binis alijs etiam ruralibus Sacellis ſupellectilem Sacrã ex eleemoſynario ære recollecto, ſiue ſibi detracto cõparauit: In Vinadij Oppido Diſciplinatorũ Congregationẽ promiſcui ſexus fideliũ ſub Sãctę Annæ vexillo erexit, & congrua facultate inſtituit, atq; in ea Parochiali nouũ pro concionibus habẽdis gradũ ligneũ conſtituit. Moliolæ, ac Valloriæ Pagorũ Parochialibus tẽplis congruã contignationem

Eccleſias reſtaurare, & ornare laborat.

conſtruendā,& pro concionando ſuggeſtū apponendū procurauit: huiuſq; rurſus poſterioris grandiori are pulchram Iconem apponēdā mandauit. Pheſteonæ tandē ſuggeſtu pro euangelizando de nouo erecto, ligneas itidem ſedes diſcretas pro Catholicis ſiue antiquis, ſiue Neophitis inferendas ſategit. Domeſticę tandem Apoſtolicę habitationis paupercule Bibliothecę concionatorios nōnullos ad centum, & quinquaginta librarum valorē Sacros codices appoſuit, & dum plura ſibi præſtanda diſpoſuit, à Statione recedens, ſucceſſoribus perficienda dimiſit.

Apoſtolicam Bibliothecā adauget.

CALCVLVS DECIMVS.

Fr. PAVLI MARIÆ à CORNIATO Concionatoris per annos 1653. 1654. 1655.

MAria, & Paulus de Apoſtolico Collegio benemerentes, Apoſtolicis collegis haud mediocrem decorem addiderunt: Maria namque Ieſu Mater, & Virgo, Apoſtolorum Magiſtra à Sanctis Patribus nominatur. Paulus quoque à Sacris Doctoribus antonomaſticè Apoſtolus nuncupatur. Nuncupatus igitur, & nominatus noſter hic Capuccinus declamator Fr. Paulus Maria, Matris Dei patrocinio, & tutela fultus, Pauliq; Apoſtoli magiſterio, doctrina, & exemplis edoctus Apoſtolicę militię haud indignum Athletam in Eccleſiaſticis caſtris pluries iam militans ſe ſe exhibere ſtuduit. Perreij igitur ſemel, & iterum, deinde Draconerij, mox Cadralij euangelicis in excubijs cū iam inuigilaſſet; tandem anno quinquageſimo tertio ſupra ſexcenteſimū milleſimū Demōtanę Cuſtodię obſeruādæ præficitur. Præfectus ergo, & profectus ad ſibi aſſignatas excubias cuſtodiendas ab Euangelici, & Apoſtolici Præconis exercitio, atque miniſterio exordiri voluit, vndè per integrū biennij ſuæ apoſtolationis opportunis cunctis tēporibus, Dominicalibuſq; diebus præſertim perābulabat euangelizans, & regnū Dei annuntians, non ſemel ſolùm, ſed & bis, & ter, non in vno dumtaxat, ſed & in ſecundo, ac tertio Vallis pago verbum Dei conuenientibus populis proponendo, explicando, ingerēdo: Demontij quidem in Vallis centro, & Pheſteonæ Sectariorū receptaculo ſolertiùs, & ſolicitiùs inuigilabat, & laborabat, nequaquam tamen propter hoc remotiores ſuperæ, & inferæ vallium receſſus, angulos, vel alpeſtriores vicos negligebat, quinimmò ad hos ſtudioſè pergebat, & ſtatutis diebus, etiam ferialibus penetrabat, vt verbi alimonia eſurientes, & magis indigentes paſceret, & reficeret. I.

Ann. Chriſti 1653.

F. Paulus Maria per Villas diſcurrēdo, bis, & ter in die cōcionatur.

Nec de ſuggeſtu ſolummodò methodicis concionationibus populos in vniuerſum inſtruebat, ſed & pro Catechiſmo paruulorum, atque inſcientium familiariter in loco decentiori, vel Eccleſia conuenientes ſermocinando, alloquendo, & colloquendo ſcitu ad ſalutem neceſſaria edocebat: Chriſtianę Doctrinę ſimpliciota dogmata explicando, & rudibus tradendo: Ignaros autem pariter, & adoleſcentiores efficaciùs ad huiuſcemodi congreſſus ſpirituales vt alliceret & pertraheret, pijs quibuſdam deuotionis munuſculis diſtributis attrahebat, & pertractos ſpiritualibus imbuebat Catechetica hac in exercitatione, de neceſſarijs cūctis quidem hominum ſaluationi rudimentis, & elementis ſermonem habebat; verùm inter omnia ea ſignanter diligentiùs tradebat, quæ ad Sacramentalem confeſſionem, & penitentiæ Sacramentum ritè, & iuſtè, ac fructuosè percipiendum ſpectāt, vndè à concione, ſiuè à Catechiſmo ad confeſſionarium accedebat, & per longiores, diuturniores, & prolixiores temporis moras expiationibus, & confeſſionibus excipiendis inſiſtebat, illudq; ſignanter faciebat; cum ad tutelatis, vel alicuius ſeu Paræciæ, ſeu Baſilicæ, ſeu Villæ Patroni fæſtiuos dies celebrandos vel aduocatus, vel ſpontè accurrens accedebat, ſolemnium Miſſarum celebrationi aſſiſtebat, & intrà miſſarum ſolemnia prædicabat. Cum verò ad alpeſtres habitationes perueniens vicinia perluſtraret apoſtolādo, ſi nullū inibi Sacellū inueniſſet, ex tēplo mobili altari cōſtructo, ſuper portatili ara pro alpigenis illis cōſolādis, & ſpiritualiter reficiēdis celebrabat, & à celebratione vel Sacramētali, vel prædicari verbi pabulo refocillabat, ſicque circūeūdo, vbiq; in alpeſtribus faciebat. Quò vero faciliùs ad Sacra admoniti cōuenirēt, tribus in huiuſcemodi mōtanis Villulis cū nulla adinueniretur cāpana; cōmonefactis, & ſuaſionibus perductis ab incolis cōflata cōmuni ære ſufficiēti pecunia, terna tintīnabula cōparata, ſingulis ſingulū diſtribuit. II.

Verba vitæ Montanis proponit.

Tribus Mōtanis Villulis tres Cāpanas comparari cōmuni ære facit.

Quia in his (ſcilicèt charitatis) duobus mādatis vniuerſa lex pēdet, & Prophetę, ideò Fr. Paulus Maria vltra amorē Dei, proximi quoq; habēdā dilectionē docebat, hācq; pro viribus in populis promouere ſtudebat: vnde cū diſcordes, & rixātes aliquos, quolibet in Vallari Oppido, vel Villa intelligeret; eò accurrens, pacem diſſidentibus afferre feſtinabat, inde rixas, & diſſidia plura de medio abſtulit, ſimultates extinxit, liteſque compoſuit, ſignanter inter Sancti Stephani, Sambucci, & Ipperdilionum Villarum primates, & rei publicæ adminiſtratores excitata, III.

detri-

detrimentoſa trina diſpendioſa litigia conciliauit, quod & frequentiùs adeò alibi quoque præſtitit; vt Tribunalium ordinariæ iuſtitiæ adminiſtratores de ereptis ſibi curialibus emolumentis conquererentur. *Pacē omnibus annūciat*

IV. Proximis igitur omnimodè ædificādis dū incūberet Capuccinus operarius; materiali quoq; ædificationi neceſſariæ inſiſtere nō obliuiſcebatur, vnde cū Religioſorū Apoſtolicorū habitaculū anguſtius cōſiſteret; quā vt cōbuſtibiliū lignorū congruā prouiſionē pro hyemalibus tēporibus reponere valerent; præualuit ipſe de ſibi neceſſario ſuppeditato cōmeatu tantā pecuniæ quantitatē detrahere; vt proximā domunculā cū annexo hortulo cōparare potuerit. *Cōponit Apoſtolicū domicilium.* Cūq; ſub his diebus Demōtani incolæ per aquæductus perductas exuberātioris fōtis lymphas pro cōmuni aquæ penuria ſubleuāda in publicū forū perducere decreuiſſent; Capuccinus Leuita (ne Sacerdos Socius minus decorè ad exauriendos latices cū mulierculis, & pediſſequis cōuenientibus in plateā quotidiè vētitaret) pro exiguo riuulo ad Apoſtolicas ædes deducēdo cōgruos aquæductus fabricādos curauit. *Oratorij fabricam conſūmat.* Domeſtico hortulo muri vallū fabricauit, & tandē ex piorū elargitionibus, ſignāterq; Illuſtr. D. Octauij Philippe Ducalis vniuerſalis Vallis Gubernatoris pecuniarijs ſubſidijs quingētarū librarū perſoluto diſcretis tēporibus pretio, Confratrū Miſericordiæ Oratoriū, & Eccleſiā mirifico opificio cōſūmauit, & Sacrorū celebrationi cōmodū adeò, atq; aptū reddidit, vt elegātiùs cūctis in Oppido conſiſtat: perſtitit vero ipſe, & ſtetit in Apoſtolico demādato ſibi miniſterio laudabiliter operādo, & fortiter cōtra aduerſarios fluctus enitēdo ferè per triēniū, diutiùs autē cōſtitiſſet; niſi à ſuperueniente lethifera febre extinctus concidiſſet ipſius ſextilis menſis circa dimidium, anno quinquageſimo quinto extra ſexcentum, & mille, quando vniuerſali cum Demontanæ plebis concurſu ipſa in Parochiali S. Donati Eccleſia tumulatus iacuit. *Moritur Fr. Paulus Maria*

CALCVLVS VNDECIMVS COMMVNIS.

Ann. Chriſti 1655. *Fr. Fr. CAROLI FRANCISCI à SAVILIANO, BARTHOLOMAEI à TAVRINO, PHILIPPI à BOVISIO, BERNARDINI à CESTITELLO Concionatorum per annos 1655. 1656. 1657. 1658.*

I. QVoniam mortui per reſolutionem, imò diſſolutionem organorum eloquendi amiſerūt poteſtatē, ideò pro mortuis perloquūtur viui, eorū præclariora geſta recēſētes: Si quādo verò viuēs liberè fandi præditus facultate pro ſe effandi negligit idoneitatē; cæteri viuētes nequaq; pro huiuſcemodi tacētibus perorare contendunt. Dum igitur nos pro defunctorū Apoſtolicorū Operariorum præclaris facinoribus conſcribendis inquireremus, de eorum geſtis, & actis perquirendo; quamplurimi è viuentibus pro mortuis proloquendo, eorum memorabilia nobis opera retulerunt voce veridicæ loquelæ, atq; fidelis ſcripturæ caracteribus exarata tranſmiſerunt. Modò autem quando adhuc inter viuos degentium labores deſcripturi Apoſtolicos illorum actus requirimus referendos, non eſt, qui pro ſe reſpondeat, aut referat: hanc (arbitror) ob haud vſquequaq; probatam rationem: quòd mortui mundo, intra mundum in degentium diuturniori recordatione, ſeu memoria vigere, & ſuperuiuere negligāt, illud vnū ſufficere arbitrātes; quod & nomina, & religioſa eorum molimina, atq; facinora deſcripta ſiut in libro vitæ apud Altiſſimū, apud quē repoſita permanet corona iuſtitiæ, quā cūctis reddet Dominus in vna die iuſtus Iudex. *Opportunè loquendum.* Haudquaq; tamē iuſto iudicio hi ſcrupuloſi Operarij fiūt Iudices cogitationū nō æquarū, neq; iuſtitiæ coronā æqua lance perpēdunt, aut impēdūt: Publici nāq; ſignāter Apoſtolici Operarij, Religioſi Miſſionarij geſta in cōgruo regeſto cōſignata, & notata corā mittēte Hierarcha referēda veniūt, quo ſic cōcrediti muneris exactiorē rationē reddēdo, fidelis ſerui, & prudētis titulū iuremeritò & ipſi reportēt, & Miſſionū Præfecti, immò & Religionis Præſules prudēter adminiſtrati Hierarchici regiminis ratiocinia cōficere, & producere opportunè valeāt in Religionis, & religioſi Eccleſiaſtici regni prouētū, & profectū, & accremētū.

Ann. Chriſti 1656.

Ann. Chriſti 1657.

II. Supraſignati ergo anni quinquageſimi quinti percurrētis huius ſeptimi decimi ſeculi circa Kalēdas Nouēbris Prouinciales Patres Prouincialis, & Diffinitores pro eligendis Cuſtodibus ad generalia comitia ſubſequēti anno Romę celebranda profecturis, noſtra hac in Pedemontana Prouinciæ Prouinciale Capitulū Taurini cōgregarunt, qua in Congregatione ad inuigilandū in Demōtanis excubijs electus, & deſtinatus extitit Fr. Bartholomeus Taurinenſis Concionator, & Theologus eximius, qui Demontium appulſus, inibi per bimeſtre à defūcti Fr. Pauli Mariæ obitu operantem adinuenit Fr. Carolum Franciſcum à Sauiliano in Eccleſiaſtica militia ſtrenuum, & exercitatum pugilem, cui in operatione ſuccedens per ſeſquiannum Apoſtolicè & ipſe operatus eſt, ſcilicet ad annum vſque millenum ſexcentenum quinquagenum ſeptenum, quando ipſis ſub initijs ſucceſſorem accepit

Fr Philippum à Boniſio, cui & ipſi ſimiliter annualem Eccleſiaſticam Stationem fideliter exercenti, in Euangelico exercitio ſucceſſit Fr. Bernardinus Ceſpitelenſis, de Accelienſi tranſmiſſus ad Sturianam hanc cuſtodiam, in qua proculdubio quaterni præreccenſiti Capucchini Theologi, & Seraphici declamatores ſolicitè excubando, nequaquam improbo iugi ſpirituali, & corporali labori pro Chriſti Eccleſiaſtico regno promouendo, ſuccubuerunt, quinimmò conſuetis exercitijs, & Sacroſanctis miniſterijs infatigabiliter incumbendo: prædicabant, catechizabant, docebant, corrigebant, hortabantur, ſolabantur, cunctiſq; ſua opera indigentibus opitulabantur: in præſenti Fr. Bernardinus adeſt, proprio muneri nequaquam defuturus, dum ſteterit. Sto igitur ego, atq; calamum à conſcribendis pluribus eorum factis retinere decerno, quia & illi & calamos, & linguas à referendis proprijs actis reticere voluerunt.

Fideliter operantur.

Ann. Chriſti 1652.

APPENDIX.

Illuſtriſsimi D. OCTAVII PHILIPPÆ Ciuis Taurinenſis.

Illuſtriſſimus Dominus Octauius Philippa Ciuis Taurinenſis, & militiæ Tribunus, proque Regali Sabandiæ Duce & Sturianę Vallis, & Demontanæ Acropolis Præſidiarius cuſtos, & Gubernator frequentioribus conſueuit Capuccinos Miſſionarios inibi excubantes tum fauoribus, tum quotidianis eleemoſynarijs elargitionibus fouere, & conſiderabilibus beneficijs proſequi: vnde cum eorum intuitu, & in Cōgregationem Capuccinā pietate, ac religione diuerſa pecuniarum ſubſidia in Eccleſiæ, ſiuè Congregationis Miſericordiæ antiquę, & deſtituti Oratorij reparationem, inſtaurationem, & elegantem conſummationem erogauerit, vt cunctis innoteſceret, quorum in obſequium huiuſcemodi ſumptus, & expenſas perfecerit, ac præſtiterit, infraſcriptum perficiendum, & tabellionis manu firmandum chyrographum mandauit.

L'Anno del Signore mille sei cento cinquanta due, la quarta inditione, & alli dodeci di Febraro in Demonte. Ad ogn'vno ſia manifeſto che per virtù della preſente l'Illuſtriſſimo Sig. Ottauio Filippa Colonello d'Infanteria, & Gouernatore del preſente Luogo, Forte, & Valle per S. A. R. hà dichiarato, & dichiara, che l'elemoſina di denari, & altre ſpeſe fatte, & fatte fare dalla Communità della Valle Sturana in diuerſi porti di mattoni, & calcina per ſeruitio della Chieſa della Venerabile Compagnia della Miſericordia del preſente luogo, eretta ſotto il titolo della Decollatione di S. Gio. Battiſta, & officiata dalli Molto RR. PP. Miſſionarij Capuccini. Quali elemoſine aſcenderanno (eſcluſe le ſudette ſpeſe de porti, ò ſian condotte) à lire cinquecento circa ducali da ſoldi venti l'vna, le quali lire ſi ſono ſpeſe in ſeruitio di detta Chieſa, cioè nel far fare la Volta, Cornisone, Campanile, Sacriſtia, pianelle, ſterno (eccetto la Capella dell'Humilitate; & muraglie per ſerrar il portico) porte, & altre coſe, e meglio, come ſi vede manifeſtamente, che queſto hà fatto per, & à conſideratione della particolar diuotione, che hà à detti Molto RR. PP. Capuccini, & credendo che tali elemoſine reſtaſſero, e reſtar debbano à beneficio loro, & hor hauendo fatto maggior reffleſſione à tal coſa, & conſiderato ciò potrebbe all'auenire ſuccedere, & naſcer trà detti Molto RR. PP. Miſſionarij, & Venerabile Compagnia, & che eſſa Compagnia potrebbe tal volta pretender che eſſi Miſſionarij non poteſſero pretender coſa alcuna circa tali elemoſine da detta Venerabile Compagnia, & volendo riparar tal loro futura indennità detto Illuſtriſs. Sig. hà per queſto fatto far la preſente dichiaratione, & ſcrittura, con la quale vien à dir, & dichiarar, che venendo il caſo di tal diuiſione trà detti Molto RR. Padri, & la ſudetta Venerabile Compagnia, che in tal caſo vuole, ch'eſſi, ò veramente Superiori preſenti, e d'auenire, ò ſiano li Conuenti di tal Religione, poſſano eſſigere, e farſi menar buone da detta Venerabile Compagnia le ſudette lire cinquecento in circa con le ſudette fatiche per eſſo Illuſtriſſimo Signore fatte fare, per eſſer ſtata tale ſua intentione, & meno, & dal tutto ſono ſtato richieſto io ſottoſcritto farne la preſente ſcrittura, & eſſa conſignar alli ſudetti Molto RR. PP. Miſſionarij, acciò all'auenire gli poſſano hauere nelli opportuni il debito ricorſo, la qual hò fatto alla preſenza delli ſottoſcritti teſtimonij doppo la ſottoſcrittione di detto Illuſtriſſimo Signore Datto, &c.

Declaratio in fauorem Miſſionis Capuccinorum.

Ottauio Filippa.
Teodoro Chiauletti teſtimonio.
Chriſtoforo Roſſo teſtimonio.
Paol'Antonio Chiauletti alla ſudetta dichiaratione teſtimonio.
Gio. Battiſta Cottaforda Secretaro.

Cottaforda Notaro.

PRATI-

PRATI HALLATI SIVE VALLIS CLVSONII APOSTOLATVS RATIOCINIVM TERTIVMDECIMVM.

D. O. M.

CHRONOTAXIS.

ANNO MILLESIMO SEXCENTESIMO SEPTIMO, ET VIGESIMO A REDEMPTIONE ORBIS.

VRBANO OCTAVO IN VRBE IAM PER OLYMPIADEM SEDENTE, ET PRÆCIPIENTE: LVDOVICO TERTIODECIMO CHRISTIANISSIMO FRANCIS IMPERANTE: TAVRINENSI METROPOLITANA VACANTE: TAVRINI LAVRENTIO EPISCOPO CÆSENATE APOSTOLICO NVNCIO RESIDENTE, ET VOCANTE: FR. PAVLVS MARIA ASTENSIS PROVINCIALIS, PEDEMONTANÆ PROVINCIÆ DIRECTOR GEMINOS CAPVCCINOS PVGILES, ET ANTAGONISTAS EVANGELICOS AD CLVSONIAM VALLEM, HÆRETICVM VALLVM AGGREDIENDVM, ATQ. ECCLESIASTICO SPIRITVALI REGNO CATHOLICO SVBIICIENDVM DESTINAVIT, TERTIODECIMO KAL. IANVARII.

PRATI-IALLATI
RATIOCINII
SYNOPSIS

Præambuli Numeri Quinque.

Primus	Geographicam	Relationem exhibet.
Secundus	Politicam	
Tertius	Hierarchicam	
Quartus	Errorum, & Hæreſis	Originem perhibet.
Quintus	Apoſtolatus, ideſt, Miſſionis	

Calculus Primus.

Præcurſoris, ſeu Prioris Apoſtolici Operarij, Fr. Ioannis Vercellenſis Concionatoris per annos 1622. 1623. 1624. 1625. 1626. 1627. 1628.

Calculus Secundus.

Communis Apoſtolicorum Operariorum Fr. Fr. Ioannis Vercellenſis, & Guillielmi à Monteregali Concionatorum per annos 1628. 1629.

Calculus Tertius.

Fr. Ioachim ab Ayraſca Concionatoris per annos 1629. 1630.

PRATI-IALLATI
IN APOSTOLATV
CAPVCCINORVM OPERARIORVM

Pro Eccleſiaſtico Regno laborioſi Proceſſus numerantur, & calculantur.

RATIOCINIVM TERTIVMDECIMVM.

Geographicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. I.

VIENNENSIS licèt inter integrantes Prouinciæ partes connumeretur; Galliæ tamen intra Subalpinæ Conualles, vtpotè Ciſmontana adnumeratur Cluſonia Vallis. Flementi ſiquidem litterarij .Y. cui Petruxina crus, San-Martina ſiniſtrum, Cluſina dextrum pro complemento (vti prælibauimus) brachium apponit, circumpoſitis illi ab Oriente Petruxiæ, à Meridie Perrerij, ab Aquilone Seguſiæ, ab Occaſo Cæſanæ Conuallibus. Ab hac quarta ſecernitur, vel diſcernitur, aut ſeparatur præalto Seſtriero Monte, cuius ex diſſectis ſilicibus pluribus ſcaturientibus fontibus coaleſcente grandiori riuo intrà aſperrimas rupes clauſo, Cluſonium flumen, & nomen amnicolis oritur, qui per ſeptuaginta Vicos octo, vel nouem Pagos conficientes, vniuerſos ad ſiniſtram defluentis fluuij partem contra Auſtrum poſitos diſtributi alpeſtrem eam regionem & incolunt, & colunt, cuius à ſuperiori occidentali parte exordiendo ordinatè ſequentia Oppida enumerantur: ſcilicèt Seſtriera, Tranſuerſæ, Ruata, ideſt Pratum-Iallatum, Vxellij, Porerium, Lacus Cluſonis, Feneſtrellæ, Mentulæ, Villaretum. Quorum omnium habitatores & purioris aeris ſalubritate, & aſperioris moris inciuilitate, & naturalis ingenij indocilitate vt plurimùm ab otigene prediti reperiuntur: rudes agricolæ, paſtores, armentarij, mercenarij, agazones, tandem laborioſi, & penurioſi operatores, minuſque induſtrij ferè cuncti conſpiciuntur. Sterili ſolo, frigido Celo potiuntur, hordeaceo pane, oleribus lacte conditis veſcuntur, frigidis limphis, vel lactis ſero epotantur, nec Italo, aut penitus Gallo, ſed barbaro idiomate ex vtroque compoſito, ſicut vtriuſque gentis ordinario commercio, & mercimonio perutuntur.

Cluſoniæ Vallis ſituatio.

Vallis clima, habitantium natura, mores, & victus.

Politicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. II.

HÆc Vallis vnicæ Gallorum Regis ſemper dominationi ſubiecta, duplicem denominationem perpetuò fuit ſortita, ſicut & duplici portione diſpertitur: Quarum prima à Seſtriera villa ad vſq; Cluſonium lacum, & Stagnũ, & Pagum per ſeptem milliaria deſcendens Prati-Iallati ab huius nominis Vico; altera à Lacu ad Sacelli, ſiuè Chiapellæ populationem per totidem paſſuum millia procedens Cluſonij à flumine deffluẽte agnominatur. Huius vallis anguſtũ ingreſsũ munire conſueuerunt Vallicolę gemino conſtructo agere ad Chiapellam vno, ad Balmam altero, vbi munitum Caſtrum quondam nemoris dictum conſiſtebat, ad Vallares fores præmuniendas, ſicut & Mentulis, & ad Lacum binæ perſiſtebant centrales munitiones, ad hoſtiles inuaſiones procul arcendas à limiuaribus illis tum Ciſalpinæ, tum Tranſalpinæ Galliæ conterminis.

Gallorũ Regũ dominationi ſubiecta.

Hierarchicam notitiam exhibet Præambulus

Num. III.

QVamobrem Taurinenſes vigilantiſſimi Præſules ſuæ diæceſis remota hæc Italici, atque Eccleſiaſtici Regni limina ſufficienter vt excolerent, curarent, & cuſtodirent; quatuor Parochiales Stationes quatuor idoneis Parochis, pluribuſque coadiutoribus commendatas Cluſina in valle erigendas curarunt: Primam in inſigniori Oppido Prati-Iallati (Alexandri III. in ſuo diplomate nomenclatura vtor) quæ duabus, & vicenis populationibus nempè quinq; animarum millibus ſacra miniſtrabat. Secundã Vxellis quinis vicis inſeruiens ſub titulo Sãctæ Catharinæ Virginis, & Martyris. Tertiam ſub inuocatione Sancti Euſebij Presbyteri Feneſtrellis. Quartam tandem Mentulis, quæ ſicut ſub tutela Sancti Iuſti Martyris, & Monachi Cœnobij Sancti Laurentij de Vltio conſtructa fuit; ita Monachis, nempè regularibus Canonicis Vltienſibus perpetuò commiſſa, viginti populationibus adminiſtrare conſueuerat. Quatuor præterea venerabantur Sacella hac in regione Sanctis, ſiuè Sacris olim dicata. Vnum in Tranſuerſis Virgini Deiparæ: alterum in Morelis SS. Philippo, & Iacobo Apoſtolis. Tertium in Villareto S. Ioanni Baptiſtæ Præcurſori: Quartum inſigne in Beluederio.

Taurinẽſibus Archiepiſcopis cura ſpiritualis competit.

Erroris, ideſt Hæreſis originem perhibet Præambulus

Num. IV.

HI igitur montani Cottiarum Alpium habitatores Fidei Chriſtianę rudimentis æſtimantur à SS. Monachis Vltij, vel Noualeſiæ cultoribus, vnde & ad præſentia tempora inſignis Monachorum Prioratus diuina potentia reſeruatus inter eos perſeuerat. Paſſi etiam creduntur Religionis naufragia, quæ & paſſæ leguntur Gallię Lugdunenſis, Viennenſis, & Ciſalpina, in inuaſionibus Gothorum, Longobardorum, & Saracenorum per priora illa Eccleſiarum ſæcula. Tandem expulſi Lugduno Vualdenſes, & à Gallia exulantes (vti ſæpiùs diximus) inter has conualles ſe recipientes, hanc vt cęteras hæretica tabe infecerunt circa ſæculum duodecimum. Ex quo licèt aliquando, & aliqualibus adhibitis antidotis aliqualiter reſipuerint nõnulli, numquã tamẽ penitus venenũ babylonicũ, ſeù hęreticũ euomuerunt, & Vualdenſium errores expurgarunt vniuerſi. Quinimmo diuerſi ſuperuenientes Pſeudo-Apoſtoli per vices confirmarunt. Nam Dominus Marc. Aurel. citat Pſeudo Miniſtrum Gillium aſſerentem: iuxta lacum Cluſonij quondam celebratum conciliabulum centum, & quadraginta Pſeudo-paſtorum à diuerſis regionibus congregatorum, dum adhuc Vualdenſis Hæreſis vigeret, quæ vſque ad annum 1526 ibi floruit, deinde ab eo anno Lutheranam, poſt annos 1555 Caluiniſticam ſectam amplexati fuere, vt refert idem Lucernenſis. Ad cuius confirmationem pariter anno 1567. denuò ad Pſeudo Synodum in dicta Valle conuenerunt prædicantes, agentes de ſectæ dilatatione, quod vſque in præſentem diem inibi frequentare conſueuerunt, propter regionis inacceſſibilem receſſum inter remotiſſimas alpes, & itineris difficultatem, acceſſus periculum, & opportunitatem circumadiacentium vallium, in quibus degunt Pſeudo-Paſtores conueniẽtes. Facta igitur fuit ab exordio hęc Cluſonij Vallis aſylus rebellantium, & perduellium: Varias quidem & diuerſas ſucceſſiuis temporibus huius vallis incolæ ſectas amplexati, Religionis ſacrilegæ faciem mutauerunt, verùm vnum perpetuò fixum propoſitum ſeruauerunt: nempè veram perſequi Eccleſiam, & Catholicæ veritatis dogmata à ſuis finibus exulare, quare & Vualdenſium, & Lutheranorum, & Caluiniſtarum errores inſequentes, omni tempore Romanos perſequuti ſunt ritus, cęremonias, traditiones circa Diuinum cultum. Vnde à principio aliqua, poſtmodum furente Caluino vniuerſa vel euerterunt, vel profanauerunt templa dirutis Sacris Ædibus, deiectis altaribus, ſacris imaginibus expunctis, eiectis Sacerdotibus, & Religioſis expoliatis, & expilatis Sacrarijs, Sanctis conculcatis, ſacra in ſuis finibus omninò ceſſare voluerunt; vnde in vniuerſa valle Catholicus cultus aliquandiù ſiluit: Cum tamen multiplicati deceptores Miniſtri apertis in Phanis, diuerſis in locis Sacroſancta execrandis ritibus profanare docerent, quinimmò vrgerent, atque compellerent.

Hæreſis Origo in hęc Valle.

Lucer. mem. hiſt. c. 2.

Pſeudopaſtorum Cõcilia bula celebrata.

Ann. Chriſti 1526.

1555.

1567.

Miſſionis exordium perhibet Præambulus

Num. V.

DOminus Marc. Aurel. Lucernenſ. aſſerit, quòd auctoritate Apoſtolica
conſtitutis in regione Subalpinâ Miſſionibus PP. Ieſuitarum, & Capucci-
cinorum ann. 1596. Reuerendiſſimus Archiepiſcopus Dominus Carolus
Brolia Vallium viſitationem excogitauit, & inſtituit, pro inibi Miſſionibus ſua Lucernenſ. me. hiſt. c. 39.
præſentia, & poteſtate firmandis, ac conſtabiliendis. Perluſtrauit ergo Valles Lu-
cernæ, Angroniæ, Petruxiæ, & Cluſonij, ſuoque in acceſſu ſecum adducens
Apoſtolicos viros, populiſque illos commendans, eis aditum ad Apoſtolicum
munus exercendum patefecit, licèt rebelles Eccleſiæ legitimi Paſtoris vocem ſe
ignorare ſimularent. Petruxino tunc in Apoſtolatu, & cuſtodia excubabat Fr.
Mauritius Murrenſis, quando dictus Dominus Archiepiſcopus reducendarum Reuerendiſſ. Taurinen. Archiepiſcopus Miſſionẽ inſtituturus accedit.
ouium ſolicitus nouam decreuit viſitationem, quam vt faciliùs, & vtiliùs proſe-
queretur, de Generalis Capuccinorum Miniſtri facultate aſſumpſit in cooperato-
rem dictum Fratrem Mauritium, cuius eximia eruditio, & ſufficientia iam Reue-
rendiſſimo Antiſtiti innotuerant, eiuſque opera in perluſtratione trium Vallium
Lucernæ, Pertuxiæ, & Cluſonij vſus fuerat, haud ſine emolumento: plures enim
viſitando docuerant, ab erroribus reuocauerant, & errones redarguerant, inde
Fr. Mauritius (vti diximus) Catechiſmum compoſuerat pro Neophytis, & alijs
legitima Eccleſiæ dogmata diſcere cupientibus. Inſtitutis igitur Miſſionibus Lu-
Ann. Chriſti 1598. cernẽſis, Petruxinæ, & Sancti Martini conuallium pro Hereticorum reductione, nõ
quieſcebat zelans Antiſtes, Carolus Archiepiſcopus Taurinenſis; ſed ſæpè egreſ-
ſus quomodo efflorèſcerent vineæ, & fructus parturirent intuitebat, ſtudens quo Capuccinorũ obſequio vtitur in Valliũ viſitatione.
artificio demolientes vulpeculas excluderet. Ideò tertiam viſitationem Vallium
1602. indixit ann. 1602. Lucernenſibus ergo vtiliter perluſtratis peruenit ad noſtras
Valles, quas tamen abſque Capuccinorum obſequio nequaquam percurrere vo-
luit; vnde Fr. Philippo à Pancalerio viro ſolerte, & eruditiſſimo Draconerio ad-
ſcito conualles prædictas Petruxiæ, Lucernę, Cluſonij peragrauit, & pertranſeun-
do pluribus benefecit ope, & opera, ſpiritualibus, & temporalibus ſubſidijs mul-
tis ſubueniens, & veritatis lumen demonſtrans. Verum vniuerſa in vanum ſpe-
cialiter apud vallis Cluſoniæ obduratos incolas, qui inſenſibilibus lapidi-
bus inſenſibiliores, altis rupibus, & regionis aſperitate conſiti lapides ipſos
1623. obduratione æmulantur, & imitantur, vndè in ſuis ſordibus perdurare, & inſor-
deſcere quotidiè magis maluerunt, quare vocantis vocem reſpuerunt. Anno in-
de 1623. ad Archiepiſcopatũ Taurinenſem ſedebat Dominus Philibertus Milletus,
1625. qui ſuæ paſtoralis ſolicitudinis minimè oblitus viſitationem vallium iterum de-
creuit, & agreſſus peruenit, & penetrauit ad vallem Prati-Iallati, vbi (refferen-
te D. Marc. Aurel.) nec minimum veſtigium Eccleſiaſtici Regni Catholici reperi-
re potuit. Honorificè quidem venientem exceperunt, ſed viſitantem, & admo- Lucernen. m. hiſt. c. 40.
nentem nequaquam exaudierunt, obſtinatiores in dies effecti. Quorum ſponta-
neam excæcationem admiratus, & compaſſus Reuerendiſſimus Archiepiſcopus,
Taurinum regrediens Romanę Curię horum conſummatam malitiam notificauit,
vt piè cenſendum eſt. Hinc ann. 1625. die 21 Iunij Eminentiſſimus Cardinalis Lu-
douiſius Sacræ Congregationis, cui præſidebat, nomine, Fr. Ioanni à Montecale-
rio tunc Prouinciali Miniſtro Pedemontium, Miſſionum Præfecto litteras dedit,
quibus ab eo ſciſcitabatur qualiter, & Pſeudo-Prædicatores à locis Miſſio- Quærit Sacra Cõgregatio qualiter introducenda miſſio in Valle Cluſonia.
num ejicere, & quo pacto in Valle Prati-Iallati Apoſtolatum introducere vale-
rent. Quibus dictus Miniſter Prouincialis maturè, & opportunè ſatiſfecit. Inte-
rim arduo operi cautè manum, & mentem applicuit, modo ab eo deſcripto in Epi
ſtola ad Procuratorem Ordinis data die 20 Martij ann. 1625. in qua ſuas ſolicitu-
dines pro hoc Apoſtolatu inſtituendo explicans, narrat: quod captata opportu-
nitate mittendi Fratrem Bonauenturam Taurinenſem Miſſionarium Caſtri-Del-
phini pro proprij Apoſtolatus rebus peragendis, dedit ei in mandatis, vt Gratiano-
polim veniens, à Magiſtratibus peteret ſuppliciter, & obtinere tentaret liberum
Catholicæ Fidei cultum in valle Prati-Iallati, atque vt liberè eò accedentes Re-
ligioſi Catholica exercitia profiteri, exercere, ibique moras degere, & habitare
valerent. Perrexit Fr. Bonauentura, & expeditis quæ ſuo Apoſtolatui expedie-
bant, nouam expeditionem aggreſſus eſt pertractare, dedit ſupplices libellos pro Fr. Bonauentura Taur. reportat liberũ vſum Catholiciſmi in Valle Cluſonia.
libero religionis cultu in Valle Cluſonia Regio Adminiſtratori Galliæ Vienneu-
ſis D. Duci de Crequi, qui expeditè annuit, & diploma ſubſcripſit; vt in qualibet
Chriſtianiſſimæ Maieſtatis dominij Prouincia, liber Romanæ Eccleſiæ cultus exer-
ceretur, ſignanter in valle Cluſonij: eius diplomata Cameræ Gratianopolitanæ cõ-

municata, coram Magiſtratu in contradictorio Miniſtrorum Catholicorum, & Hereticorum examinata, & exagitata, tandem iuxta placitum Chriſtianiſſimæ Maieſtatis liberum exercitium miniſterij Catholici vniuerſi comprobarunt, expeditis authẽticis Gratianopoli die 5. Iulij 1627. Has igitur non mediocri diligentia, ſolertia, & labore delaras Fr. Bonauentura regreſſus, Fr. Paulo Mariæ Aſteſi nouiter in Prouincialatu ſucceſſo cõſignauit, qui protinus Sac. Cõgregationi de Propagãda Fide Romam cõmunicauit per litteras annuntians eas, cui Sac. Congregatio per Eminẽtiſſimum Ludouiſium gratanter reſpondit: breui ab Eminẽtiſſimis Patribus, & Præſulibus congruas facultates, atque prouiſiones fore mittendas, nec non pro alimentatione mittendorum congrua ſubſidia prouidenda, pro quorum ſufficienti quantitate taxanda & nutum, & eius directionem ipſi expetebant, & expectabant, quibus acceptis, protinus immediatè prouiſum iri certò ſciret, hũc enim Apoſtolatũ ſpeciali ſolicitudine velle Eminentiſs. Patres per ſe, nullo mediante, adminiſtrare. Romę die 27. Nouembris 1627. vti fuſius proprio loco. Eademmet Sac. Congregatio de Propaganda Fide, ne arduo in hoc negotio conſũmando ſuis deeſſe partibus videretur; mandauit per litteras D. Vicelegato Auenioni reſidenti, vt omnibus neruis, & conatibus huic operi promouendo intenderet, quare efficacioribus epiſtolis non modò cum Reuerendiſſimo Nũcio Taurinenſis, ſed & cum Regio Gratianopolitano Gubernatore, ac Primario Magiſtratus Præſide, & D. Aduocato ſeu Regio Procuratore generali, alijſque regionis Galliæ Viennenſis Proceribus egit; vt ſancto huic propoſito perficiendo fauerent. Epiſtolæ datę leguntur Auenioni die 20 Iulij 1627. Sacr. Congregatio inſtituẽdo nouo huic Apoſtolatui præficiendum cupiebat Fratrem Ioannem Vercellenſem, vtpotè ſolicitum, & ſolertẽ cultorem Dominici agri, regiones illas iàm ſæpè ſæpiùs, & conſpicatũ, & expertum vnde Reu Miniſter Prouincialis ipſum cum Fratre Gulielmo à Monteregali in Gallijs iamdiù verſato Concionatore, tertio addito ſocio, ad opus iam deſtinauerat, quando Martiales exorientes in hisoris Gallicis tumultus conatibus vniuerſis eluſis propoſitum executioni mandari obſtiterunt, pro hoc tempore. Verùm bellicis turbinibus aliquantulum interim quieſcentibus, ad deſtinatum ſibi locum perrexerunt, hancque hæreticam Vallẽ ingreſſi ſunt ann. 1627. circa finem, Regijs muniti diplomatibus, & Apoſtolicis, & Eccleſiaſticis facultatibus, & Miſſionem ſuam mobilem exercere, atque adminiſtrare exorſi ſunt. Quam superueniente Chriſtianiſſimo Rege Ludouico XIII. Seguſiam (ſicuti apud D. Priorem Lucernen legitur) per Dominum Archiepiſcopum Burdigallenſem confirmatam exercuerunt, vſque ad annos vigeſimum octauum, & vigeſimum nonum ſupra ſexcenteſimum, & milleſimum. In ipſo veluti Vallis medio ſtatuto ordinario domicilio, & oratorio in Mentulatum Oppido, in quo vnica ſuperſtes ſtabat, inter ceterarum deiectarum Parœciarum excidia, & rudera Parochialis Eccleſia, quæ profanis pro Fano deſeruiebat, donec Chriſtianiſſimi Regis nutu, & imperio reſtituta, & reconciliata inſtaurando, & adminiſtrando in ea Catholico exercitio prefectus aduenit, eo anno vigeſimo nono Regularis Prior, & Sacerdos, quo cum imposterum ſtatis temporibus conuenientes Euangelici viri Orthodoxa miniſteria frequentabant, & myſteria venerabantur in medio Babylonis, ſacroſanctiſque initiati Sacramentis ad profanationes, atque abominationes euuertendas egrediebantur opportunè, & importunè numquam tamen Apoſtolico muneri inopportunè.

Sacra Cõgregatio laborat pro hac Miſſione.

Ann. Chriſti 1627.

Lucernenſis mem. hiſt. c. 45.

Confirmatur Apoſtolatus, & ſtatuitur Domiciliũ.

CALCV.

CALCVLVS PRIMVS.

Præcurſoris, ſeu Prioris Apoſtolici Operarij Fratris IOANNIS VERCELLENSIS Concionatoris per annos 1622. 1623. 1624. 1625. 1626. 1627. 1628.

I. PRæcurſorio quidem Cluſonia hac in Valle reducenda perfunctos officio, ad-
ducere poſſem Primarios illos Apoſtolicos Vallium aggreſſores acerrimos,
Fratres ſcilicèt Valerianum, & Mauritium: quos remotiores Conuallium re-
ceſſus perſcrutatos, Cluſonios Accolas intentatos haud neglexiſſe cenſendũ eſt,
quin & eò magis Coapoſtolicum illorum coadiutorem ſolertiſſimum Fratrem
Philippum à Pancalerio ſuperadducendum autumarem: quippè qui (ſicuti ipſe in
ſui editi libri peroratione teſtatum reliquit) ſemel, & iterum viſitanti gelidam Primarij Apoſtolici præcurſores.
Vallem Reuerendiſſimo Taurinenſi Carolo Archiepiſcopo concionando, in-
ſtruendo, catechizando, & docendo reduces laborioſè, & periculoſè, ſed ſtrenuè
inſeruierit: quinimmò quia ipſe armis, ac viribus legitima iura recuperare aggreſ-
ſus, captata oblata opportunitate bellicæ expeditionis Pedemontani Principis
aduerſus Cluſonienſes amnicolas, ſtipatus militibus aliquando ad præindicatam
Ann. Chriſti 1622. Vallem progreſſus acceſſerit, quò vel inuitos ad incolas Catholiciſmum inuche-
ret: ſed viciſſim armatis inſurgentibus illis, haud ſine grauiori capitis diſcrimine
receſſerit, & ad hoc diuerſa molitus perpetuò extiterit. Verùm quia ſingulares
neglectos numeros nequaquam callere, vnde nec calculare valuimus; communō
hunc præambulum, licèt vnicum pro varijs valere volumus, quo valentium prio-
rum valida molimina, & tentamēta conteſtata innoteſcant, quibus pluries Ortho-
doxas neceſſarias notitias voluntariè obcecatis illis notificandas curarunt, nec
vltra tamen tunc proceſſerunt; quia ab aliena ſæculari iuriſdictione vlterius vel-
licanda prudentiſſimè abſtinere voluerunt, ſpirituali licèt Reuerendiſſimi Tauri-
nenſis Archiepiſcopi pro opportunitatibus plenariè delegata poteſtate pollerent.
II. Varias, ac diuerſas, ſed vniuerſas peruerſas, ſiue aduerſa ſignificantes nomencla-
turas hęc Vallis in vulgo ſortitur: Primò cōmuniter etiam in Pontificijs Diplo-
matibus Pratum-Iallatum toto anni tempore nuncupatur: Quid igitur niſi
noxias herbas tale gelidum pratum parere poterit? Non lilia, non flores, ſed gla-
cies ſemper proferre paratum huiuſcemodi pratum deprehendetur: Terra illa ho-
minibus inuia, noxia iumentis, nulli proficua, ſolo infęcunda, cęlo ingrata, ſale
ſeminanda, ſalientium pedibus perpetuò conculcanda, à nullo vnquam nec exi-
guo quidem labore colenda. O quàm infauſtum omen in nomine præfuit? Ial-
lones namque illi diuturniori iam à tot annorum tempore gelidi, nihil niſi noxias
hereſes parere, non Fidem, ſed perfidiā, & perfidos ſēper actus proferre parati de- Cluſoniæ Vallis ſpiritualis ſterilitas.
prehenduntur. Terra illa religioſis, Catholiciſq; hominibus inuia, iumentis ini-
bi laſciuientibus, & latitantibus noxia, nulli Chriſtianorum proficua, ſolo infę-
cunda, cęlo ingratiſſima, ſale quidem Apoſtolico ſerenda foret; ſed Pſeudo-Apo-
ſtolorum deſipiens pedibus conculcatur. Nulli legitimo Operario, vel maximo
labore enitenti, colendam ſe permittit: ſicuti perpetua propria experientia inſtru-
cti, conteſtati ſemper fuerunt noſtri Capuccini Apoſtolici Operarij, Perrerio, vel
Petruxia eò penetrare tentantes: Inter hos Frater Ioannes Vercellenſis Conciona-
tor, legi; Catholicæ zelū mirificè zelans, Petruxinę Excubiæ cuſtodiēdę cum præ-
fectus fuiſſet, & veluti zelotes Eccleſiaſtici regni inſtaurator religioſa zelotypia
ductus, ſæpè ſepiùs Iallatum ad pratum perueniſſet; nihil niſi noxium, durum, &
aſperum ſe collegiſſe teſtatur à gelidis illis omni charitate deſtitutis habitatoribus,
aſperioribus verbis, durioribus factis, acerbioribus ſcommatibus, deriſorijs tra-
ctationibus, iniurioſis reſponſionibus: non Chriſtianè, ſed nec humanè, quin
multum inhumanè exceptus, dum ſuauiori humanitate, & humaniori Chriſtiana
charitate, heretico morbo lethali affectos illos omni ſtudio, & ſolicitudine ſani-
tati, & Sanctitati Catholicę reſtituere ſatagit: nudipes aſpera, atque ſaxoſa cal-
cans itinera, itinerans frigidas premit niues, & enitens gelu conſtrictas pedibus
perfringit, & ſanguine ſcatentibus venis, cruore gelidas aquas intingit: cuius ali-
qua noſtro calamo hic preclara pertingimus opera.
III. Peroptimè nouerat Fr. Ioannes (iuxta alteram vulgarem denominationem)
Vallem hanc Cluſonum denominari, & clauſum onus debere interpretari: clau-
dit enim, vt in plurimum, & veluti nefandorum, atque ſceleſtiorum tutius aſylum
receptatos meretricio ſuo ſinu occludit criminoſiores bis Apoſtatas, à Religione,

& ab Eccleſia Romana, atrocioribus facinoribus oneratos, quorum ponderoſius onus cum ſufferre non valeat, neque velit Catholica iuſtitia; acceperat, & receptat, & clauſum fouet hæretica nequitia: Gebennenſi primò in primario latibulo, Cluſoniano ſecundo in clauſo catabulo. Cum igitur in emiſſo hoc Euangelico Operario Fratre Ioanne gratia ſingularis præfulgeret ardentioris charitatis, & de procuranda proximorum ſalute ſolicitioris, vniuerſorum quidem errantium Catholicorum, & Schiſmaticorum, ſed religioſæ vitæ, atque Orthodoxæ Religionis ſacrilegorum deſertorum præcipuè, quorum ſaluationi, ſeu reductioni totis viſceribus inhiabat, & neruis omnibus intendebat: inuigilans ſolicitè, vt quos infelices carnalis concupiſcentia impudicitiæ vallo clauſos, luxuriæ vinculis irretitos, occluſos in Cluſonio Lacu detinebat, ipſe à ligaminibus abſolutos, libidinoſis carceribus expeditos in priſtinam libertatem vindicaret. Vix igitur, priori hoc anno ſecundo vltra vigeſimum cum ſexcenteſimo milleno, Petruxiam appulſus aduenerat; quando ſubintellexerat, quemdam quondam Sacerdotem, & Rectorem animarum Apulum honeſtioris conditionis, Clericalis militiæ abiecto cingulo, abiectioris malitiæ apoſtatando voluntarios prælegiſſe laqueos, ſpontanea ſubijſſe iuga iumentaria: quapropter ex-tempore præcinctus ipſe, comitante ſocio Sacerdote ſilenter, & ſolertèr à ſacris caſtris profugum deſertorem inſequitur, & donec obuium habere contingat, indeſinenter, ſed cautè proſequitur. Dum autem iteratis regreſſibus frequenter iret, & reuerteretur; varia, & acerbiora paſſus à ſuſpicantibus receptatoribus perduellibus, grauiora propriæ vitæ diſcrimina imminentia euaſit. haud tamen aliquando ceſſauit, donec refugam inuenit, & in loco Caſtrum Nemoris dicto ſingulariter conuenit, & vehementioribus adeò, atque humanioribus officijs cum eo egit; vt breui manu religioſæ militiæ deſertorem à fuga retractum Catholicis agminibus reſtituerit.

Cluſonij Vallis [illegible] neceſſitas.

Apoſtata quidam animarum Rector ad Eccleſiam reducitur.

Ann. Chriſti 1622.

IV.

Claudebat itenim Cluſonius lacus ſequenti anno non numeroſioribus annis; ſed ponderoſioribus peccaminoſis oneribus oneratum, honoratum alterum, imò honorabiliorem, & honorificentiorem Presbyterum, Parochialis cuiuſdam Eccleſiæ Præpoſitum, Inſubrem inſignem Theologum, olim nominatum Vrbis Concionatorem: quem ab enumeratis honeſtioribus gradibus, forte fortuna, ambitioſa libido inſatiabilis deiectum, clauſi amnis amnicolam abiectum effecerat, atque vtriuſque hominis bonorum exortem reddiderat, & vecordem perdiderat: Quem tamen perditum vbi primùm Frater Ioannes accepit; anxiè, & laborioſè quæritare occeptat: curſitat per montana, complana inueſtigat, & tandem gratiarum expertem, miſeriarum iam primitias expertum Sacerdotem inuenit, quem euidentioribus demonſtrationibus, poſt multiplicatas allocutiones, aggreſſiones, & congreſſiones, ſimul & progreſſiones, ad ſaniorem mentem aduocatum, denique reuocat à clauſa perfidia, & liberæ Orthodoxæ Fidei reconciliat Petruxiæ nonis ſextilis anni milleſimi ſexcenteſimi tertij, & vigeſimi.

Theologum à fuga retrahit.

V.

Nec ſola clauſa onera Cluſonum, ſed & clauſum odium Cluſonium legendo explicare valemus: irreconciliabilia namque odia Cluſoniani habitatores intra vecordiora præcordia aduerſus Eccleſiaſticum regnum clauſa cuſtodiunt, quæ tamen manifeſtiſſima produnt in illius euerſione procuranda, & inſtauratione extremis conatibus præpedienda, ſimul atque in alienatioris animi auerſione quàm maxima proteſtanda communiter mares, ac mulieres infenſi adeò, & Catholicæ Religionis, & Catholicorum Religioſorum oſores: vt eorum vix aſpectum perpeti, præſentiam ſufferre, ne dicam alloquium exaudire velint, noctuæ inſtar lucifugæ aues ſanctimoniæ clarum ſuſtinere non valentes. Vallem namque per Cluſoniam progredientes Orthodoxos Sacerdotes Regulares præſertim, abiectiorem verò præcipuè cultum, deſpectioremq; habitum profitentes à longè, & longiùs proſequentes ridiculis, illuſorijs, deriſorijs iniurioſis acclamationibus, & geſticulationibus proſequuntur, ab eiſque eleemoſynaria ſubſidia, iuxta Euangelicam normam, quæritantes inhumaniter repelluntur: ſicuti paſſim experiebatur Frater Ioannes populationes per illas, pererrantibus erronibus recolligendis, ſæpè diſcurrens. Occurrit aliquando Cluſonij Vallem ingredienti Euangelico perluſtratori, & intro progredienti egrediens Pſeudoquidam prædicator, qui Capuccinorum repentino aſpectu, ea repente feruentiori iracundia fuit correptus; vt furens euaginato gladio præſentaneam necem innocentibus minitatus fuerit, excandeſcentia deſipiens cuius forſitan deſipientis iram nequaquam effugiſſent inermes religioſi; niſi Diuina manus ſuper ſicarium ex-tempore adfuiſſet, quem, nullo perſequente, eo terrore & perculſit, & perculit; vt nudatum mucronem manu elata continens, velocem fugam arripiens, fugiendo contra ſtantes pauperculos perterritos inclamare perſeueraret: Sathanæ eos, & Antichriſti aſſeclas proclamando. Huius vociferationibus excitati pueri, & otioſi turmatim egredièntes deriſorijs clamoribus, ſibilis, conclamationibus, ſimul & luto, ac ſaxis impetitos excipere perdurarunt, nullo fortiori munimine, vel tutamine ſe præmuniêtes Leuitas, quàm Crucis ſigno

Pſeudominiſter euaginato gladio minitatur mortem F. Ioanni

contra aggreſſores efformato. Tandem Vxelliorum ad pagum peruenientes, ab honeſtiori paupercula muliere hoſpitio excepti, egreſſo ſocio Sacerdore Fratre Auguſtino ad fruſtula panis quæritanda, inuenit deridentes plures deſides, qui ſubitò circumſtantes cum eo iocari, & ei illudere delectabantur: accurrebant viri, riſu diſſoluebantur mulierculæ, itaut in deriſum fieret omni populo. Adſtitit autem inter eos Phyſicus quidam Pſeudodoctoris filius, qui humanior (quippè qui Auenioni litteris operam dederat, & laureatus extiterat) Fratri Auguſtino appropinquans, primo aſpectu ſolitarium deprehenſum Sacerdotem à religione refugam æſtimat, ſed ſemel, & iterum ab interrogato cum panem emendicantem ſimpliciter intellexiſſet; domum accurrit, vt petenti panibus occurrat, ſed præcurrit ſenex pater Apoſtata non ſemel, & à Filio Capuccinis Fratribus adſtantibus eleemoſynam deferri proſpiciens exclamat ex-tempore: En & Capuccini noſtris in laribus adſunt? retractoq; & reuocato iracundè filio, ipſe iracundior Pater grandiori arrepto baculo, latiori aſſumpto gladio Fratrem Auguſtinum adit, & ebulliente bile extremiſcens tremula voce, ſed minacibus & vultu, & accentu protinus ſciſcitando tonat: Quid hic vos quæritis? qui pacificè reſpondit: Panem. Numquid (exacerbatus replicat) de religione diſceptaturi huc acceſſiſtis? reiterat ille: ſi & quando opus fuerit. Inde præindicatum ad Fratrem Ioannem accedens eadem furibundè repetit, cui tranquillè hic ſatisfaciens, tandem de vera, & falſa religione religionarium litterarium certamen ineunt, & biblica oracula proferunt, cum vero Frater Ioannes Gebennenſem Bibliorum deprauatum codicem comprobaſſet, teſtimonio præſertim Iacobi Britanniæ Regis heretici, qui publico in religionariorum Conuentu ſolemniori, Gebennenſem codicem inter deprauatos deprauatiorem palam proclamauerat; Pſeudo-Miniſter ardentiori, quam antea

Ann. Christi 1613.

iracundia efferbuit, quare vociferans, & Pſeudo Magiſtrum, ac congladiatorem ſicarium interpellans furebat, iniurioſa, minacia, horribiliora blaſphema, & execranda verba euomens in religioſum Antagoniſtam, quibus ille acerbioribus patienter, & manſuetè exceptis Euangelica methodo, tandem cum iracundiæ calor deferbuiſſet; religioſo exemplo cicuratus, ieiunos hactenus peregrè aduentantes hoſpites, proprijs expenſis publico hoſpitio reficiendos curauit, & diſcedentes aliquandiù humaniter comitatus eſt, cui pro extremo vale dixit Frater Ioannes: Det tibi Deus pro charitate hodierna, veritatem ſapere, atq; ad profeſſam, ſicuti ad Catholicam religionem regredi. Inde illi vix digreſſi, miſerum expræsbiterum ex præcedente illa bilis inflammatione contracta grauiori ægritudine, miſertimè extinctum intellexerunt: cuius tamen manſuetioris Filijs Medici præindicati ſalutationis meliorem ſpem conceperunt, ſicuti ſubſequentes exitus, ſuo tempore referendi, conteſtati fuerunt.

Pſeudominiſter alter armatus Capuccinos aggreditur.

Deferueſcente Pſeudominiſtri iracundia, ieiunos Apoſtolicos viros reficit.

VI. Clauſum igitur in pectore odium in opere recludere, & manifeſtare proſequebantur Religionis oſores, tuneq; præcipuè cum Religionis duplicis ſacrilegos deſertores Frater Ioannes reducturus pergeret, & per Cluſonias Villas peragraret. Pergebat aliquando ſolicitus Inquiſitor, vt obſeruantioris congregationis alumnum, Prouincia Aquitanicum, patria Toloſanum, Apoſtatam Cluſonia in Valle concluſum, triennali iam concubinatu (vt dicebant) incumbentem, concubinæ mulierculę domo incluſum, ſacrilegio pollutum reperiret, vt perditionem repararet: Vix tunc diluculi lucidiuſculis quibuſdam auroræ radijs aer irradiatus illuceſcere incipiebat; cum Clauſę Vallis limina ingredientibus accurrit ferus quidam, vel ferreus homo, qui ferociori voce aduerſus innoxios itinerantes pertonare cępit, nec ceſſit ille à iumentario mugitu; donec illi diſceſſerunt, & abſuerunt: itinerario circuitu circumeuntes in melloris, nudis pedibus, egentes, anguſtiati, afflicti, grauioribus periculis exagitati, vt Fidefragum miſellum inquirerent, quem tandem exploratum, atq; indigitata in domo inuentum, in Vico Euſtaſinæ vocitato, dum amicabiliori ſalutatione pręuenire, ſuauiterq; alloqui affectāt; Vigilantior ille, qui nequitię inuigilabat in ſpecula, pręuenit exclamando: abite hinc Patres, abite, & altiori tono tamdiu diſcedite inclamauit; quoaduſque recondito in cubiculo miſer ſe ſe tumulauit: quibus inclamantis vociferationibus excitata mulier mercenaria cucurrit, & conclamans, cum allata claue concubinatus in conclaui concubinarium homuncionem incluſit, nec pluribus exorata, vel vnici verbuli à Fratre Ioanne exaudiendi incluſo miſerculo fecit facultatem. Hora autem tunc erat vltra ſextam, quando charitatiua ſpe fruſtrati Capuccini Sacerdotes, ieiuno adhuc, & inedia tabeſcenti ſtomacho vt ſuccurrerent; eleemoſynariam ſtipem emendicando percurrunt, ſed vix aliquis occurrit, qui hordeacei panis accida fruſtula porrigeret, quibus tamen cum gratiarum actionibus humiliter acceptatis, illiſq; refecti, non ſaturati, illinc egrediuntur.

Per Vallem peragrantes Capuccini à fero homine ferociori mugitù excipiuntur.

Apoſtatam à Fide, & à Religione quęritat ad ſalutem.

VII. Non tamen deſpondit animum Fr. Ioannes, & recedens nequaquam à propoſito diſcedit, ſed diſcedens nouo cogitat de regreſſu, vnde ſępè ſæpiùs efficaciter primò fugientem, & latitantem, deinde confidenter tractantem, tandem nutantem tam

ſolicitè, atque ſolerter conuenit, & ſtudioſè (licèt periculoſè) intra luxurioſos lares frequentiùs ventitando ita colir, & diſponir, vt aliquando Diuina impellente gratia, gratioſè compulſus liberè, & ſpontè adulterina limina linquens, & fugiens, olim multipliciter delinquens, modo cordialiter ingemiſcens, iam dupliciter refuga ad antiquam legitimam Matrem Eccleſiam humiliter confugerit, ad Fratrem Ioannē in Petruxina Statione vigilantem perueniendo, qui reſipiſcentem benignè, & perhumaniſſimè recepit, & charitatiuè propria domo excepit, vnde proximo immediatè ſuperueniente Dominico die, publica in Parochiali Petruxina Eccleſia lachrimarum imbribus perfuſus, coram vniuerſa plebe Religioſus redux vniuerſos hæreticales errores canonicè abiurauit, deierauit, & corde anathemate damnauit, atque palam & Caluiniſticum Catechiſmum, & hæreticos cęteros codices flammis donauit, decimo octauo Kalendas Septembris eiuſdem anni vigeſimi quarti poſt ſexcenteſimum millenum.

Retractū Catholicis agminibus reſtituit.

Dum igitur præiudicato erroni reducendo eundo, & redeundo ſępius incumberet; contigit aliquando, vt domum verſus regredientibus nox in itinere occurriſſet, atque in Oppido Tranſuerſæ nuncupato tenebræ eos præoccupaſſent: vnde Hæreticus quidam manſuetior homo (cui Fr. Ioannes iamdiù notus extiterat) hoſpitio illos gratanter excepit, & benignè ſatis eſurientes pauperculos pauit; quare præoſtenſa beneuolentia permotus Religioſus hoſpes, hoſpitantis charitati vt reſponderet; Orthodoxæ Fidei veritates cępit diſcumbentibus apponere, & propoponere, atque propoſitas domeſticè exponere: differentem inaudiebant illi libenter quin ex vicinia conuenientes plurimis, & diuerſis dogmaticis interrogationibus de Euchariſticoque pane, & Sacrificio præcipuè docentem pulſabant: pro pulſabat ille obiecta cuncta, & valenter diluebat ſed diſcedebant illi, & increduli permanebant. Abſoluto tandem ſermone, & ſoluta familiari congreſſione, ſtrauerunt illis in ſolario, vel deſolata domo, vbi veſpertinis de more peculiaribus precationibus perſolutis, tranquilliori neceſſario ſopori ſe dedunt, vt quieti aliquantulum indulgeant, & ecce in medio intempeſtæ noctis ſilentio laſciuiens pellex fœmina adeſt poſtica, eoſque ad illicitos ſecum concubitus allicit, & ſolicitat: reluctantur illi viriliter, & conſtanter ſolicitantem repellunt, ſed impudentior illa ſemel, & iterum blandiùs perurget, quare minis caſticolæ Leuitæ, & aſperioribus increpationibus tandem abigunt, & reijciunt inuerecundæ mulieris impudentiam. Aduenit aggreſſura dormientes religioſos impudica pellex, vt ad inhoneſtos actus pelliceret non fortuna, ſed *forraſſe à Sathanicis Miniſtris immiſſa*, ad experiendam, & labefactandam illorum pudicitiam, vt vel ſic deluſis illuderent, atque Apoſtolici Miniſterij, necnon Capuccinæ integritatis antiquæ exiſtimationi haud modicum detraherent. Haud tamen in longum dormitionis moras protraxerunt peruigiles viatores, ſed tempeſtiuè in mane hoſpiti valedicentes, ſua via abeuntes, receſſerunt. VIII.

Ab humanioſi Hæretico excipitur, hoſpitanti viam Dei iu veritate aperit.

Ann. Chriſti 1624.

Capuccini à *laſciua fœmina* ad *turpia* ſolicitantur.

Nequaquam tamen ab antiquo conſueto inſtituto receſſit, & à perquirendis, ac retrahendis apoſtaticis deſertoribus defecit: Accedebat, recedebat, numquam ſtabat, ſemper inſtabat Apoſtolici exploratoris muneri plenè vt ſatisfaceret, & aliquid iugiter in profectum Fidei faceret: patiebatur varia, moliebatur diuerſa, perſecutiones apertas ſuſtinebat, nec tamen cedebat, blaſphemabatur, & obſecrabat; deridebatur, & ipſe docebat, & tamdiù perſeuerabat donec Chriſto quempiam lucrifaceret. Subalpinus quidam Pictor, ex Burgo S. Dalmatij oriundus ſpecioſiſſima Orthodoxæ Fidei facie atro perfidiæ carbone deturpata, & hæretica deformitate pro legitimo exemplari ſibi in animo propoſita, patria, & ab Eccleſia ſimul cum vxore deficiens, rebellantium aſylum inhabitandum elegerat, & intrauerat, atque Cluſonio in ſolo clauſus latebat. Verùm non adeò abſconditus deliteſcere potuit, quin prouidus perquiſitor Fr. Ioannes latitantes coniuges, voluntariè exules non deprehenderet, & deprehenſos comprehendere veritatis Catholicæ retiaculo non quæreret: quare quęſitos, & inuentos tamdiu commonefacere, exhortari, cohortari, ſeu dehortari perſeuerauit; quoaduſque primus vir genuinæ formę religionis irreligioſam acceptatam recentem profeſſionem conformans, animæ ſuę faciem reformauit elegantioribus lineamentis, hæretica deformitate penitus à ſua mente abraſa, & publice Petruxię nigro carbone notata, & damnata pridie idus Octobris tunc currentis vigeſimi quarti anni cum ſexcenteſimo milleſimo, ſecundam renitentiorem mulierem vehementioribus admonitionibus pulſatam, tandem anno ſequenti Fr. Ioannes, & Sacramentali coniugio, & fideli connubio reſtituere ſtuduit. IX.

Reuocatos à perfidia, Catholicę Fidei reconciliat.

Cluſonij Lacus immundis aquis interim merſus fluctuabat, & immūditijs hęreticalibus immerſus detinebatur inſignioris conditionis homo religioſus, non obſcurioris ordinis, & notę, Theologus, atque Concionator Panormitanus, qui vitiorum gurgite preſſus, vehementioris concupiſcentię tempeſtate iactatus intra Cluſonios & fluuium, & Lacum naufragium paſſus, ſibi inuicem infidelitatis ſuc- X.

cedentibus vndis ad finalem interitum agitabatur. Naufragum hunc Schiſmatico, & Sathanico ab hoc naufragio vt eriperet compatiens Stationarius Fr. Ioãnes; ſermocinationum, inuitationum, & cohortationum funes à longe proiecerat, manum porrigere pluries propius tentauerat, ſecundam poſt naufragium tabulam, propoſuerat, vnde religioſi Sacerdotis charitatiuis blandimentis illectus, & prouocatus, tandem aliquando ad Catholicæ Fidei tutum, & iam ante ab eo cognitũ litus renare decernit, quare de medio Stygię paludis, vel Lacus Auerni noctu aufugiens, ſerenum, & ſplendidum Cęlum Petruxiam ad Apoſtolicum virum appulſus inuenit, ibi enim anathematizatis, & publicè condemnatis Caluiniſticis deceptionibus, & abominationibus, & propriæ & communi Orthodoxæ Religioni reſtitutus, à feris hæreticalis freti fluctibus incolumis euaſit, proſperiori Spiritus Sancti fauente fauonio, & Zephiro fraternæ charitatis inſufflante.

Alterum inſignem Theologum reducit.

XI. Proſpexerat iamdiù obſeruator Euangelicus, Pſeudo-Euangeliſtas Euangelica dogmata pro more deprauantes, deprauatos deceptorum populorum mores, & credulitatem mendacem confouere: quare ad Cluſonios ventitans, frequentiores cum nequitię Miniſtris congreſſiones dogmaticas affectabat, & obuias, vel oblatas obuijs vlnis acceptabat. Diſputabat ille, ſed non tumultuariè, & clamoroſè diſceptabat: diſcrepabat quidem dogmate, & opinione ab errantibus, ſed errones diſcrepante excandeſcentia non increpabat: arguebat, coarguebat viriliter, ſed humaniter quoque obſecrabat: falſa, & impia aſſerentes confutabat, & validè reijciebat, ſed glorioſus diſputatione conuictos ignominioſè, arroganterque confundere non perſeuerabat; quin ab illis confuſis iniurioſè vociferantibus minus decorè inclamatus, ęquanimiter ſuſtinebat, vnde & factum legimus, nonnullos illius pacifica manſuetudine ad Fidem ædificatos, inter hos geminos cuiuſdam Pſeudo-Prędicantis Filios ſignanter; cum enim aliquoties Fr. Ioannes gelidum illud pratum perambulando, Vicum Lautium dictum perueniens reſidentem ibi falſitatis Miniſtrum agnomine Perrotum coarguendo conueniſſet, & multoties reiecta inquitate, Catholicam veritatem præualere apertè demonſtraſſet; bini illius deceptoris nati Petrus, & Stephanus vocitati, religionarijs ſemper congreſſionibus adſtantes, cum proprij Progenitoris deſipientem inſcitiam, & Catholici Propugnatoris ſapidam ſcientiam ſępè ſępiùs animaduertiſſent; genuina veritate perſpecta in ſe reuertentes & adinuicem conuenientes relicto fraudatore Parente, ſpontè ad vera docentem Fratrem Ioannem Petruxiam aduenerunt, pariter ambo expoſcentes, atque enixè rogantes, vt ad Chriſtum venientes pio Matris Eccleſiæ gremio recipere non dedignaretur: dignanter, & lætanter eos ille excepit, & apud ſe aliquandiù gratioſè detentos plura maiora, & neceſſariora Fidei rudimenta, & Sacramenta perdocuit, interim accuratiori trutina re examinata, ne horum emolumentum in aliorum redundaret detrimentum (quoniã ſi publicè geminos hos Miniſtri gnatos ipſe Catholico albo adſcripſiſſet; concitati Sectarij à ſuis liminibus impoſterum eum repuliſſent) ideò binos hos pullos non columbarum, ſed columbinos Taurinum ad Reuerendiſſimum Patrẽ Inquiſitorem in templo offerendos tranſmiſit, circa finem menſis Octobris huiuſmet anni.

Exercet cum Pſeudominiſtris dogmaticas diſputationes.

Gemini Pſeudominiſtri filij, Catholico albo ſua dant nomina

XII. Dum infatigabilis non complana, ſed aſperiora montana ſcandens ille circuiret, ne errantes à lupis apoſtatrices oues penitus deuorarentur; caſu cuiuſdam altioris in montis iugo incidit (neſcio an dicam) paſtores, vel Latrones, ſed congruentius quoſdam in Latro-paſtores, qui religioſos viatores non ipſi expoliare, & vulnerare, ſed canibus dilacerandos obijcere affectabant: quare geminos ferociores in eos, ideſt Capuccinos collegas concitatos moloſſos, perurgebant vociferationibus, verùm in nomine Domini, non in baculo, aut lapide ij confidentes, ſigno Crucis muniti, illęſi euaſerunt, indeque vix tranſgreſſi eum in difficiliores, & obſcuriores rupium anfractus ingreſſi, vix egredi, & regredi valerent; hæretici nequiores nebulones gaudenter paupeculorum diſcrimina perſpectantes, deriſoriè eos conclamare cęperunt, vt perturbatos deturbarent, ſed diuino munimine ſuffulti, nec conturbati incolumes emerſerunt, & ad populationem quamdam denique peruenientes, recto tramite ad ſacrilegum delubrum perrexerunt, vbi faſcinatori Miniſtro obuio dogmaticum certamen Fr. Ioannes obtulit, ibique diù cum vel inuitè acceptante, & diſceptante decertans, perfidum compulit quaſdam ad Catholicas propoſitiones ore proprio profitendas: nempè neceſſariò in vera Eccleſia viſibile vnum ſupremum caput præſidere: Hominem libero arbitrio gaudere, & tandem opera bona ad ſalutem homini de neceſſitate præſtanda. Cumque Fr. Ioannes ad cognitas, & ore profeſſas veritates corde credendas, & profeſſione acceptandas perurgeret; infelix ille quibuſdam ſe retinaculis præpeditum excuſauit: incuſans interim humaniter adhuc domi conſiſtentis Matris in religioſos Catholicos acerbius propoſitum impedire; ne eos hoſpitio proprio exciperet, & reficeret. Proficiſcẽtes per Conuallẽ Gelidam Caſticolas Leuitas obuios habuerunt aliquãdo gemini Aſmodeani aſſeclæ, nempè vir, & mulier non iallones, ſed ganeones,

Per Cluſoniam Vallem Capuccini ab hæreticis plura patiuntur.

Ann. Chriſti 1625.

Dogmatica diſputatione Pſeudominiſtrum Catholicam veritatem confiteri compellit.

Laſciuientis hæreticorũ horrendũ facinus in odiũ Caſtitatis.

ad primum enim Capuccinorum aſpectum, in odium, & contemptum profeſſæ caſtitatis ex-tempore ipſo in itinere publico procumbentes inhoneſtè concubuerunt, ad conſimiles forſitan concubitus pellicere tentantes caſtitatis profeſſores, ſed fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum: turpioris namque congreſſus vel ipſum contuitum pertæſi, aufugientes Sacerdotes feſtinis greſſibus longè inde abeſſe accelerauerunt.

XIII.

Concubinarium Sacerdotem à perfidia retrahit

Verum reconſitis his, & pluribus conſimillimis durioribus, & inciuillioribus exceptionibus, ſeu tractationibus à Cluſonijs receptus, nequaquã Fr Ioannes exanimatus reſiluit à reſilientibus Apoſtatis reducendis; ſed omnia ſuſtinebat propter electos, quorum etiam nonnulli lapſu grauiori aliquando ruunt. Corruerat acerbiori caſu Presbyter quidam Gallus, nempè Aquitanicus Secularis Sacerdos, & collapſus turbidis, putridis Cluſonij lacus, vel fluminis epotandis vndis inhærebat, & tenaciter adeò prælibatæ putredini ſorbillandæ hærebat; vt negotium plurimùm reuocare, & auocare tentanti Fratri Ioanni faceſceret: quærebat iſte, fugiebat ille, monebat quærens, obſurdeſcebat fugiens, monens laborabat, vt reuocaret: monitus latitabat, vt ſtaret: quinimmò, vt in ſtercore ſterteret: ſtertẽtem attamen validè adeò pulſauit quærens; vt quæſitum de ſtercorario ſtrato dimiſſa pellice conſurgentem nonnumquam reduceret, & ad Chriſti ſponſam Romanam Eccleſiam adduceret, Petruxiæ XVI. kalendas Auguſti anno ſexcenteſimo milleſimo quinto, & vigeſimo. Quando pariter geminas, alteram ſcilicèt Barbotellorum, alteram Feneſtrellarum populationum familias, nempè progenitorem vtrumq; cum pluribus genitis, ſuis commonitionibus reduces in cæleſtis patris myſticam domum recepit; ad quam etiam varijs inſtructionibus, & inſtitutionibus ab erroribus reuocatum perduxit quemdam Ludimagiſtrum: Euangelico miniſterio aſſiduè inſiſtens, vt deſipientes, vel inſipientes, aut malè ſapientes ritè ad ſobrietatem ſapere doceret.

Ann. Chriſti 1625.

Ludimagiſtrum, & geminas familias ab erroribus reuocat.

XIV.

Dum laborioſè peragraret Cluſoniæ Vallis acceſſus, vt fructuoſè perluſtraret clanſorum receſſus, & recedentiũ à religione legitima perſcrutaretur abſconditos conceſſus; longioribus itineribus diutiùs immorari, vel fatigari cogebatur, vnde & apud Cluſonios intra Clauſa limina hoſpitari, interdiu compellebatur: repellebant communiter eos Incolæ vniuerſi, ideò aduerſis pluribus ne paterent incurſibus, ſub dio pernoctantes; ad miniſtros prædicantes diuertere decreuerunt, experientes, ſi quam illi Euangelicam doctrinam cæteris verbis proponebant, ipſi operibus implere non negligerent. Contigit igitur aliquando vt prolixiori via fatigati, neceſſaria alimonia nec dum paſti, ne dicam recreati, panem oſtiatim inquirentes ad Pſeudominiſtri cuiuſdam iuueneſcentis ætatis Ianuam appellerent, quem cum præ foribus ſtantem pro charitatiuo ſubſidio interpellaſſent; reſpondit ille: Scrupuloſè nimis vos zonis ære vacuis mundum peragratis: cui Frater Ioannes: non ſcrupoloſè ſed religioſè Euangelicis conſilijs vt perfectiùs obtemperemus, Apoſtoliciſq; veſtigijs vt inhæreamus exactiùs, ſic nos incedimus, cum reſpondiſſet; humaniter ille illicò alterutrum altera manu apprehendens, in domum propriam introduxit, & benignè exceptos inſtructæ menſæ accumbere fecit, eiſq; prãdentibus & cõiux ipſa, & ipſemet miniſter apertò perpetuo capite vſque ad fractionem panis miniſtrare voluerunt: Capuccinis religioſis peculiarem reuerentialem affectum oſtentantes, inde de more Deo, & hoſpitibus humanioribus gratias agentibus, ac recedentibus, comiter ille comitem illis per aliquantulum viæ ſpatium ſe adiunxit, & itinerantibus pecuniæ ſubſidium, atque ſuæ domus perpetuum hoſpitium efficaciter obtulit, cui exuberantiores actiones gratiarum iterum repetentes Frater Ioannes & Socius valedixerunt.

Capuccini à Pſeudominiſtro hoſpitio excipiuntur.

XV.

Inauſpicatiori ingreſſu quidem, verùm progreſſu, & egreſſu auſpicatiori, atque feliciori diuertit Frater Ioannes (vti ſupra ſub anno vigeſimo quarto deſcripſimus) apud Ioannem Antonium Cantam quondam Duci Aldigherio, modò vero Vxelienſi pago, & populo in Cluſonia Valle Impietatis ſuum miniſterium exhibentem. Cuius integra iam ætate Filius medicinæ profeſſor cultiorem humanitatem, ſiue germanitatem cum profiteretur; Vxellis olim repertis, & eſurientibus Fratre Ioanne cum ſocio (vti prælibauimus) panibus ſaturandis; domum cucurrerat, vt reuerſus ſuccurreret; ſed à ſuperueniente renuente progenitore præpeditus, poſt abſolutam in foro cum Patre litterariam congreſſionem, & ab eodem Capuccinis præſtitam in diuerſorio refectionem, recedente illo, hos regredientes proſecutus, Euangelicum Doctorem Fratrem Ioannem aliquandiu comitatus, ab eo plura de Catholica Fide, & Eccleſia Romana eſt ſolicitè ſciſcitatus, cui in omnibus, & per omnia abundè ſatisfacienti Catholico Sacerdoti ſingulari animi propenſione adhærere cœpit; vnde defuncto ſene parente (qui moriens veritatis dictamine ductus, & Hæreticos reſpuit, & timore ſeruili coercitus Catholicos Miniſtros, à quibus abſolueretur, aduocare neglexit) aduentantibus Vxellos Apoſtolicis viris domui propriæ peculiaria humanitatis officia præſtare voluit, viciſſim ab eis inſignio-

Ann. Chriſti 1626.

Medic. artis profeſſor Catholicã Fidẽ à Fr. I. à ne edocetur.

ra

ra Orthodoxæ Religionis myſteria edoceri cupiens: cupienti igitur cum adæquatè ad votum reſponderet, & ratiocinaretur Frater Ioannes, atq; dilucidè veræ Fidei dogmata proponeret ſimul & exponeret, necnon Caluinicola deliramenta reijceret; decreuit ille, reiecta Nouerca, legitimæ Matris Eccleſiæ gremio reſtitui, vnde ad Fratrem Ioannem propria derelicta domo conuolans, quid agendum conſulit, cui ille ad Reuerendiſſimum P. Inquiſitorem Taurinenſem properandum conſuluit: acquieuit iſte, Taurinum venit, & ad fidem peruenit: in Metropolitana namq; Eccleſia coram Eccleſiaſticis Præſulibus, adſtante Sereniſſima Regali Duciſſa Sabaudiæ, Aulicorumq; inſigniori ſatellitio, & numeroſa Ciuium ſuperueniente concione, palam deierata impietate Sectaria, Romanæ Eccleſiæ fidelia Oracula acceptans, Concionem ad populum habuit de ſuæ conuerſionis primordijs, & progreſſibus, Apoſtolicum Cooperatorem Fratrem Ioannem Capuccinum miris laudibus extollens, quippe qui opere, ope, & doctrina cognoſcendæ veritatis ſemitam, & viam ei præmonſtraſſet: Igitur Ludouicus Canta Medicus, Filius quondam Ioannis Antonij Cantæ ex-Præsbiteri Delphinenſis, Catholico albo nomen dedit, Taurini anno ſexcenteſimo poſt millenum, & vigeſimum textum. (Medicus publicè impietate deierata Romanę Eccleſiæ oracula acceptat.) (Ann. Chriſti 1617.)

XVI. Hactenus igitur, per præſcriptos quindecim numeros, à nobis exaratis, & compendioſè enarratis, à Fratre Ioanne verò laborioſè perpetratis egregioribus facinoribus Cluſonia in liminari, & Vallari plaga, nihil aliud magis moliebatur Euãgelicus Præcurſor; quàm Cluſoniam, ideſt Clauſam Vallem diſcapedinare, & hæretica defectione prædominante, in impietate obſtinatiori clauſis Vallicolis liberum Catholicæ pietatis cultum afferre, & Miſſionem Apoſtolicam eò inferre Vnde tot licèt afflictationibus, pœnalitatibus, contradictionibus, deriſionibus, perſecutionibus, & mortalibus periclitationibus pulſatus, atque exagitatus, nequaquam tamen à propoſito ſuo defecit; ſed perſeuerauit, & perſeuerando longanimi ſua patientia, manſuetudine, modeſtia, morum compoſitione, & integritate vitæ, religioſis exemplis inter Iallones amnicolas ſæpè ſæpiùs ventitans, Apoſtolicè viuendo, atque conuerſando illud effecerat; vt plures è prudentioribus Euangelicam à Christo Domino viuendi, & conuerſandi normam, in Euangelio ſuis diſcipulis præſcriptam, adamuſſim Capuccinorum & operibus, & verbis, conuerſatione, & operatione exercitam repreſentari, & exactè referri cum animaduertiſſent; efferis moribus, & ferocioribus modis ſepoſitis, cœperunt manſueſcere, & humaniùs cum Fratre Ioanne aduentante agere: propenſiorem animum Catholicæ Religioni oſtentare, cui etiam familiarius colloquentes conteſtati ſunt (vt ipſemet proprio derelicto ſuperſtite ſcripto teſtatur) ſe ſe religioſo Capuccinorum congreſſu, & conſuetudine mirificè oblectari, & piè recreari, ad ſeque venientes libentiùs conſpicere, & ſi poſſibilitas, vel opportunitas afforet; eorum prædicationibus lubentes, & frequentes adeſſe, eò quòd veritatis Orthodoxæ eos veros, & legitimos aſſertores manifeſtè comprobaret aſperior, & exactior Apoſtolica viuendi regula, à qua proprios miniſtros Pſeudoprædicantes longè aberrantes reformari, Capucciniſq; conformari quàm maximè peroptarent. (Manſueſcentibus hæreticis, Fr. Ioannes Apoſtolicam Miſſionem inferre conatur.)

XVII. Quod ergo operibus, doctrinis, & mirificis exemplis coram populis præſtitis Frater Ioannes prædiſponere, & exordiri nitebatur; coram Magiſtratibus, & Principatibus Eccleſiaſticis, & Sæcularibus promouere, & perficere perpetuò conabatur. Quare non Gratianopolitanum Senatum modò, & Regium Adminiſtratorem Viennenſis Galliæ, ſed & ipſum Galliarum Regem, Sabaudiæq; Ducem ad hoc interpellauit: quinimmò Taurinenſes & Archiepiſcopum, & Nuncium, & Inquiſitorem, Pariſienſem Legatum rurſus, Auenionenſem Vicelegatum, Eminentiſſimorum Cardinalium Congregationem Sacram de Fide propaganda, ipſum denique Summum Romanum Hierarcham humilioribus ſupplicationibus, & officijs ſæpè pulſauit, pro Cluſonianis liminaribus Apoſtolatu Capuccinorum prouidendo, quod & tandem annuentibus, & cooperantibus vniuerſis conſtitutum reperimus. (Pro erigenda Miſſione Magiſtratus, ſæpè ſæpiùs pulſat.) (Ann. Chriſti 1618.)

CALCVLVS SECVNDVS COMMVNIS.

Apoſtolicorum Operariorum Fratrum IOANNIS VERCELLENSIS, & GVLIELMI à MONTEREGALI Concionatorum per annos 1628. 1629.

I. PRatum-Iallatum, ideſt Gelidum, Cluſo lacus, Cluſonum flumen, Cluſonium Vallum genuinæ, germanæ, vulgares, communes, atque euulgatæ per vocitantium ora circumferuntur huius Ciſalpinæ, ſed Viennenſis Galliæ Vallis duriores, & diriores nuncupationes. Gelu igitur iniquitatum obrigeſcentibus, ſiue petreſcenribus incolis, clauſo lacu, claudente flumine, occluſo Vallo, intercluſis amnicolis, ſalutis vt panderentur fores, recluderentur oſtia ſaluationis, ne clauſo premerentur odio, opprimerentur ponderoſiori ſacrilego onere: ſed confractis, & proiectis ſtercorarijs clauſtris, & diſſolui gelu, & reſolui lacum, & deffluere flumen, & corruere Vallum valerent; valentium, & volentium Principum, Regum, ſimul & Pontificum valentes præualuerunt cooperantes manus: Mandanre namque Romano Antiſtite, commendante Chriſtianiſſimo Rege Gallo per Hierarchici, ſiue regalis ordinis legitimos adminiſtros, & Præſules Nuncium, & Archiepiſcopum Taurinenſes, & Pedemontanæ Prouinciæ Capuccinorum Prouincialem Miniſtrum, Vigilantium Catholicarum Excubiarum ſtatio ſtabilis ſtatuta fuit intra & Gelidi Prati, & clauſi amnis limites, & Vallaria limina: non paruis, facilioribus, aut mediocribus obſtaculis; ſeu ſublatis retinaculis, perurgentibus perpetuò tàm zelotibus Paſtoribus, quàm zelantibus Capuccinis Cooperatoribus, ipſoq; ſignanter Fratre Ioanne Vercellenſi totis conatibus in primis enitenre, qui Romanæ Curiæ oraculo pręlectus, & vocatus ad hunc Apoſtolatum primus exercendum, poſtmodum à Fratre Paulo Maria Aſtenſi Prouinciali, & Præfecto ordinatus, & cumfratre Gulielmo à Monteregali Concionatore Gallico idiomate inſtructo eò deſtinatus, tandē exoptatum ad ſtadiū lubens peruenit, duplici ſimul, & ſemel curandę Apoſtolicæ Stationi Conuallium Petruxiæ & Cluſonis prefectus.

Intra Cluſoniam Vallem ſtabilita Capuccinorum Miſſio.

Anno Christi 1628.

II. Hęc tempora circiter, Gallus Rex, & Sabaudus Dux à Ianuenſibus bello inferendo regreſſi, nonnullis cęperunt inter ſe ſimultatibus exagitari: mox enim Mantuæ Ducum, & Montisferrati Marchionum maſculina linea in Ferdinando extincta, Francorum ope, & opera Gallus Gonzaga Niuernij Dux vtrique Dominationi extitit ſubrogatus, cui tamen Montisferrati non exiguam portionem ſibi debitam, iuribus diù denegatam, tandem Dux Sabaudus armis ſublatam ſibi iuſtè vindicauerat, annuentibus Hiſpanis, (qui Gallicum Gonzagam Italicis agnatis, & ipſis Gonzalicis Ducatui potiendo prælatum iniquè ferebant) ſed abnuentibus, & renuentibus Francis, qui propterea auxiliares copias Gallico Mantuano Duci, ſiue Marchioni ſubmittere accelerabant, quas tamen inter Alpes Cottias recluſas, Pedemontanus Princeps ipſius in Viennenſis Galliæ conterminis fugauit, & reiecit: quamobrem concitati Interalpini Viennenſes aduerſus Ciſalpinos arma ſumere, & aggeres, atque munitiones in oris Vallium conſtruere, & hoſtilia quædam occeptauerunt exercere contra Subalpinos populos. Quapropter Carolus Emmanuel I. Sabaudicæ Dominationis tunc clauum tenens, perpetuus Apoſtolici Operis, & Capuccinorum Tutelaris Patronus Fratrem Paulum Mariam Aſtenſem Prouincialem, & Præfectū admonuit; vt Cluſonianæ Miſſionis iacienda fundamenta opportunos magis in dies ſeruarentur. Seruauit Præfectus Principis prudens monitum, & vt tempori ſeruiret; ipſas temporum viciſſitudines obſeruare ſtuduit. Verùm cum perurgentis Romanæ Curiæ, Sacræ ſcilicèt Congregationis perurgerent mandara; deferueſcentibus aliqualiter, licèt non quieſcentibus martialibus feruoribus, Frarres Ioannes, & Gulielmus, tertio Sacerdote aſſumpto ſocio, ad deſtinatum locum, nempè Cluſoniam Conuallem peruenerunt.

Bellici turbines.

Cluſoniæ Miſſionis initia.

III. Ipſis igitur ſub Kalendis Iannarij, noui anni vigeſimi octaui poſt milleſimum ſexcenteſimum, hactenus intercluſa limina Cluſonia pro Apoſtolica Cuſtodia cōſtituenda ingrediuntur pariter predeſtinati Operarij Capuccini: quæ, quanta, & qualia hoc in Miniſterio primùm initiando perpeſſi fuerint Fratres Ioannes, & Gulielmus, ex eo coniectari licebit; quod vbi primum Pſeudo acceperunt legitimos Apoſtolicę vitæ, & muneris profeſſores intra hactenus pacificè occupatos, & vſurpatos fines ingreſſos, inibi Euangelicas excubias aduerſus eorum hæręticas in-

ſidias,

ſidias, & verſutias inſtituturos: antiquæ, licèt iniuſtæ propriæ tyrannicæ poſſeſ-
ſioni conſiſtentes, conſuluerunt, & excogitauerunt ſuperuenientes Eccleſiaſtici
regni reſtauratores duriùs, & acerbius adeò excipere (Regiæ licèt auctoritatis tu-
telari patrocinio munitos) vt humano omni ſubſidio neceſſario deſtituti, ſpontè
recederent, quod ex eo liquidò conſtare autumo; quia per biennium inibi com-
morati, nunquam vnum quempiam cicurare potuerunt; vt cum religioſis viris
honeſtas amicitias, vel familiaritatem contraheret: apud nullum vnquam licuit
liberè diuertere, nullibi firmum domicilium eligere, minus acquirere, ſed perpe
tuò vt hoſpites peregrini, & aduenæ circuibant per pagos, vicos, villas, vt quã-
docunque, quomodocunque, vel vbicunque ſe ſe opportunitas obtuliſſet; qui-
buſcunque verbum Dei proponerent, Sacra explicarent, & confirmarent, impia
ſacrilega dogmata reprobarent, damnarent, cum Pſeudo-Miniſtris congredien-
do, cum rudioribus, & ſimplicioribus ſermocinando, obuios quoſque inſtruen-
do, adhortando, bona ſuadendo, mala carpendo, atque Catholicas veritates per-
perpetuò verbis, & operibus circumferendo, panem verbi, & Sacramentalia pa-
bula cunctis offerentes. Verùm (vt in plurimum) fruſtra, & incaſſum vniuerſi co-
natus pergebant; excęcati enim & obdurati habitatores Babylonis aures ſuas ag-
grauauerunt, & oculos clauſerunt, ne quãdo viderent oculis, & auribus audirent
vocem Dei prouocantis, & credentes corde conuerterentur, ac ſanarentur à læ-
thifera ægritudine, & hæretica tabe, & ſectaria rabie, qua furentes Eccleſiaſtici
regni perduelles populi à Pſeudo-Paſtoribus hæreticalibus furijs exagitati, inhu-
maniter adeò cum Apoſtolicis religioſis inter eos degentibus agebant; vt pauper-
culi non alijs, niſi laboribus, & angoribus abundarent, nonniſi contumelijs, &
opprobrijs ſaturarentur: ſi quando enim poſt propoſitum Euangelicum verbum,
oſtiatim ad panificam ſtipem manus porrigendo pergerent; iniurias potius, & ir-
riſiones, quàm ſubſidia, & ſubuentiones colligerent. Si quando verò quis hu-
manior, naturali pietate permotus, fruſtulum panis, vel pium munuſculum porri-
gebat, eo cum gratiarum actione percepto, medio ipſo in itinere reficiebantur, pro
poculento delicatiori frigida limpha recreati, nullo ſtabili domicilio vſi, ſed iterũ
peregrinantes aliò benefacturi, & miniſtraturi contendebant: per noctes vel caume-
niare, ideſt caumenias ducere, vel in caulis quieſcere coacti, quibus auſterioribus,
& aſperioribus occurſibus, & incurſibus nequaquam perterriti in acie perſtiterũt,
& demandatum, ac deſignatum opus proſequi, & perficere perdurauerunt.

In Apoſtolica hac Cuſtodia conſtituẽda aſperiora perpeſſi ſunt Capuccini.

Ann. Christi 1618.

IV.

Non ſemel aut iterum, nec ſepties, ſed centies, & ſeptuagies ſepties bini Chriſti
diſcipuli, Apoſtolici Operis Promotores totam ſimul Conuallem, nempè ſingula
Oppida perluſtrarunt, & euangelizando peragrarunt, vnde iteratis, & multiplica-
tis illis peregrinationibus, atque itinerationibus, multas Sectariorum incurſiones,
plures, copioſioreſque labores, ſudores, angores, nuditates, frigora, famem, ſitim
ſuſtinuerunt, deriſiones, illuſiones, perſecutiones tandem ęquanimiter tolera-
uerunt: proximorum offendicula interim perpetuò deuitantes, proficua iugi-
ter procurantes, vnde & factum eſt; vt plenæ meſſis manipulos aliquando re-
portarent. Ipſius namq; Apoſtolicæ Miſſionis inſtituendæ adhuc veſtibulo inhę-
rens, & hæſitans Frater Ioannes, præualuit gelidos nonnullos quondam nequitiæ
glaciali frigore obſtupefactos calefacere, & diſſolutis iniquitatis vinculis ad verã
amplexandam Religionem reſoluere, inter quos ſeptenario numero ſupputatos,
connumeratur non vulgaris homo, ſed præclarioribus notis præclarus vir Medici-
nam profeſſus, patria Vilareto oriundus, denominatione Ioannes Vghetus nun-
cupatus, qui poſt varias inquiſitiones, & reſolutiones, diuerſas propoſitiones, &
reſponſiones circa Catholicę veritatis profeſſionem factas, redditas, obiectas, reie-
ctas, tandem ſupero illuſtratus radio, Apoſtolico miniſterio eductus Fratri Ioanni,
imo Orthodoxæ Eccleſiæ, & fidelium vnitati manum dedit, & quos apud ſe ha-
ctenus coacervauerat, & retinuerat Hæreticorum libros, Euangelico Doctori con-
ſignauit, & conceſſit, illoſq; ipſe anatemathizauit.

Reduces ſeptem vnitatĩ fidelium reſtituuntur.

V.

Pontificijs igitur, ſimul & Regijs Diplomatibus, facultatibus, atq; poteſtatibus
præmuniti perſeuerabant cum ſcorpionibus habitare, vagi tamen, & veluti pro-
fugi ſuper terram illam maledicto Diuino, & Eccleſiaſtico ſubiectam, ex qua per
tempora benedictionis fructus quoſdam recolligebant. Ea tempeſtate, nempe pri-
mario in Miſſionis aggreſſu, vehementioris Diabolicæ exagitationis tempeſtati-
bus varijs exagitatus Sacerdos quidam virilis ætatis, clarioris Monaſtici Ordinis
iam diù profeſſor, monaſticæ, & Catholicæ Religionis deſertor clauſum impie-
tatis Vallum pro ſua ſecuritate tutius, licèt nequius aſylum elegerat, eòq; ſe col-
legerat, cuius commorantis ſedem, ſicuti & appellentis aduentum exploratus Vi-
gil Euangelicus, fugitiuum conuenit, & turpioris fugę, ſacrilegæq; binæ deſer-
tionis infandum crimen mentis oculis accuratiùs perpendendum proponit: non
ille regreſſui ſe diſponit ab initio, quin ſui egreſſus cauſas pretexere, & contexere
plures apponit, & redditum ſuadenti acriter ſe opponit, qua propter multiplica-

Sacerdos Religionis deſertor Orthodoxæ reſtituitur Eccleſiæ.

tis valentioribus, & validioribus cõgreſſionibus & perſuaſionibus cum eo multos ſper dies agendũ & concertandum fuit Fratri Ioanni, qui denique ſpiritus Domini præuenienti virtuti ſtrenuè cooperans, iſtius ſalutẽ in medio terræ perditionis operatus eſt: nam penitentem, & Caluinicola inſtituta deteſtantem ex clauſo lacu eductũ Catholicis caſtris, & Monachorum Clauſtris reſtituit: Remiſſum prius ad Reuerendiſſimũ Aloyſiũ Gallũ, Anconitanũ Epiſcopum, Nuncium Apoſtolicum, qui Taurini illum à Cenſuris expeditum Religionis albo iterum conſcripſit, anno vigeſimo octauo extra millenum ſexcenteſimum.

Plures reduces ex Cluſonia Valle.

VI. Exoriente nouo hoc anno nono ſupra vigeſimum ſexcenteſimum milleſimum, proſerentibus, vel proſeminantibus Euangelicis ſeminatoribus, terra illa, & ſi nõ vſquequaque bona, dedit tamen fructum pluſquam triceſimum: Euangelizantibus enim Capuccinis diuerſa, ſiue diſperſa per Cluſonij Vallis Oppida, diuerſi promiſcui generis viri, ac mulieres Catholicè ſapere voluerunt, duo & triginta numero conſignati, quos diſtinctiùs magis non ſubſignamus.

VII. Eccleſiaſtici Regni, illis in rebellantibus oris, inſtaurationem Fr. Ioannes non ſingillatim modò, ſingulorum quæritando ſalutationem, promouere ſatagebat; ſed & Cõmunem deiectarum Eccleſiarum prædiuitem iniuſtè occupatum cenſum, Parochialibus curis, & curatoribus reſtituendis, recuperare ſtudebat: quamobrem intelligens ſe rem & Deo, & Dei ſupremo Vicario gratiſſimã præſtiturum; ſi vſurpati Eccleſiaſtici prouentus diſtinctiorem, atque exactiorem notitiam ſuppeditaret; diſcurrendo, & ſolerter inquirendo Eccleſiarum bona perſcrutatus adinuenit ab iniuſtis poſſeſſoribus detineri reditus ad mille aureorum circiter ſummam, & valorem aſcendentes, quorum calculationem, & certiorem cognitionem Sacræ Cõgregationi de propaganda Fide expeditè per Epiſtolas tranſmittens, illorum quamuis difficiliori, & periculoſiori recuperationi vniuerſa ſua conamina, & molimina offerens: qua ſolicitioris peruigilis Apoſtolici vltronea ſponſione acceptata, & efficacioribus officijs à Chriſtianiſs. Rege Franco de vſurpatis bonis Eccleſiaſticis reſtituendis auctoritatiua, authenticaq; iuſſione diplomatibus exarata, iam relata, prædiſpoſitum opus mox aggreſſuri, prudentiori excogitato conſilio, auſpicatiori opportunitati prædiſpoſitæ recuperationis executionẽ reſeruãdã putarũt Patres Nam Fr. Paulus Maria Prouincialis, & Præfectus diligentiùs, & accuratiùs re perſpecta, animaduertit; tunc iniquos vſurpatores ab iniuſta poſſeſſione deturbandos, cum legitima auctoritate pacifico fixo domicilio, Apoſtolatus, & Fidei Catholicæ liberum exercitium firmas inibi, nempe in Cluſonio ſolo, radices fixerit; quod cum litteris Eminentiſſimis Cardinalibus communicaſſet; acquieſcentes illi ſanioribus ſuggeſtionibus, Fratri Ioanni ceſſationem, ſiue ſuſpenſionem ab huiuſcemodi molitionibus indixerunt, quoadvſque auſpicatiora ſydera arriderent.

Ann. Chriſti 1629.

Eccleſiaſticorũ reddituũ vſurpatorum recuperationi ſtudet.

Indicitur, hoc minus fauſto anno, infauſtiſſimum plura perluſtra perenne bellum inter Gallos, & Hiſpanos Heſpericis his in oris, propter Monsferratenſis Marchię vel acquirendam, vel præpediendam poſſeſſionem. Hiſpanorum partes propugnabat Sabaudus Dux, Gallorũ hoſtilibus inuaſionibus laceſſitus: inter Francos igitur, & Pedemontanos tandem apertiùs oſtentatæ ſimultatis opportunitatem iampridem exoptatam, & expectatam captantes aſtuti, quinimo ſceleratiores Pſeudo-Paſtores, populis Iallunnibus perſuaſerunt; vt Apoſtolicos Miniſtros Subalpinos, ſub ciuili titulo ſpecioſo, à tota Conualle ejicere non negligerent, ne in propoſito, & præincepto Miniſterio proficerent: Perfecerunt Cluſones, & Fratrem Ioannem cum ſocijs à Clauſa Valle excludere non dubitauerunt, nequaquam tamen penitus eos exulare, & eliminare voluerunt, quin Clauſis inuiſendis regredi non valerent, ſicuti & frequenter initiato profectui aſſeruando ſtudentes, iteratis profectionibus præſtiterunt, tam eminus, quàm cominus erronibus illis reducendis ſatagentes.

Belli opportunitate Pſeudopaſtores Apoſtolicos Miniſtros à Valli eijcere curant.

VIII. Accedunt, huius anni circa Kalendas Martias, Hiſpanorum Caſtra ad Caſalẽſem Ciuitatem, & Actopolim fortius obſidendam: Adeſt Francus Rex Ludouicus XIII. & ipſe Gentilitio equitum ſatellitio, & militum Gallorum ſtipatus validiori, & copioſiori militia ad Montisferrati inſigniorem arcem ab obſidione vindicandam, cui cum prius hoſtiliter militaribus copijs, poſtea amicabiliter honorificentioribus obſequijs obuiam proceſſiſſent, & veniſſent Sabaudus Dux Carolus Emman I & Pedemontanus Princeps Victorius Amedeus filius cum Chriſtina Frãcica Duciſſa, huius coniuge, & Ludouici Regis ſorore, propoſitis ab his honeſtis conditionibus pacis fœdere ineundo, Francus Securiæ conſtitit, & aliquandiù perſtitit. Perſtanti autem diuerſorum Religioſorum ſolicitioribus ſuggeſtionibus annuntiatum innotuit proxima in Cluſonia Valle deplorandum Fidei excidium, & perfidorum voluntarium à Catholica Eccleſia totale exilium: quibus cõmiſeratus Chriſtianiſſimus Princeps, ab hæretica lepra eos emundare deſiderans, pluribus Apoſtolicis eò deſtinatis Curatoribus curandos committit, & commendat: inter quos à Domino Archiepiſcopo Burdigalenſi (huic perficiendo negotio

Miſſio Capuccinorum reſtituitur in Cluſonia Valle.

præfecto

præfecto) bini Capuccini; nẽpe Fr. Ioannes Vercellenſis,& Socius præelecti extitere,qui reſtitutæ Mentulenſis Parœciæ reuocato Parocho,& pago aſſiſterent,inſiſterent, & inſeruirent.

X. Vix explicare quis poterit,quàm alacer, & hilaris Fratris Ioannis animus in Domino exultauerit,poſtquàm ex parte voti compos effectus,redditum Diuinum Catholicum cultum Clusoniæ Valli, Clusonianiſque Vallicolis conſpexit, Mentularum Villa inter vallares vna ex præcipuis, quaſi in centro ſita enumeratur,cuius Parochialis Eccleſia ſuperſtes ſtabat, ſed ſuperſtitionibus ſacrilegis deſeruiebat, a quibus Regio mandato expurgata, & per prædicatum Archiepiſcopum Burdegalensem Sacris Ceremonijs benedicta, & reconciliata, Sacroſanctis peragendis myſterijs Orthodoxis eſt reſtituta: Parocho inſtituto Sacerdote quodam ex Monachis inſtituti Vltienſis Præpoſituræ,cui propiùs, & promptiùs preſtò vt adeſſet in opportunitatibus Apoſtolicus Cooperator Euangelicæ Capuccinorum Miſſioni fixum domicilium ipſo in Mentularum Pago, regali nutu, & ſumptu conſtitutum fuit, circa huius anni dimidium, & præſtitum pro miſſis alendis congruum ſubſidium.

Regio nutu in Pago Mentularum ſtabilitur domicilium Capuccinorum.

XI. Liberius, & amplum Apoſtolicæ Militiæ exercendæ ſtadium tandem nactus Fr. Ioannes, ampliores,& validiores labores exanthlare proſecutus eſt per numeroſiores illas Sectariorum populationes, quarum habitatores vnlucrios veritatis lumine perluſtrare anhelabat, & totis conatibus contendebat: obſiſtebant attamen iniquioris ſeculi mali dies, tumultibus bellicis iugiter perturbati, vnde furente Marte, Mercurium etiam Sacrum ſilere ſæpè conuenit, licèt non ſemper: Semper autem electis Fidei propagandæ, vel propugnandæ incumbit onus. Expugnabat ſæpiùs ex Iebuſæis aliquem, vel aliquos Fr. Ioannes, recenſentur verò ipſius manuſcripto libello ſeni hoc anno reduces. Dumque quotidianis his pauperculorum reductionibus incumbens, ingentiora ad Eccleſiaſtici Regni profectum molitur; Præfectus Apoſtolici operis, & agminis Capuccinorum à Sacra Congregatione per Eminentiſſimum Bandinum admonitus,vt Cluſonianum Apoſtolatum, Cluſoniæ ſcilicèt Vallis Miſſionem Capuccinis Gallis adminiſtrandam relinquat, protinus tranſmiſſo iuſſui, imò nutui vt obtemperaret; Fratrem Ioannem cum ſocio à Cluſonia Valle retraxit, ac reuocauit, illumq; ad Perrerium excolendum deſtinauit. Et tunc ille prolixiores ſuos labores pro gelido prato floſculis, & fructibus fœcundando terminauit. Nos verò antequam terminum huic ratiocinio, & calculis imponamus, neceſſario admonendos lectores cenſemus, quod licèt Dominus Marcus Aurelius referat: Miſſiones diuerſorum religioſorum, ſignanter Capuccinorum in Valle Cluſonia ab Archiepiſcopo Burdigalenſi conſtitutas, dumtaxat in principio anni vigeſimi noni poſt milleſimum ſexcenteſimum,Quando Chriſtianiſſimus Rex Galliarum Ludouicus XIII. copioſo ſtipatus exercitu Seguſiam pro Caſalenſi Acropoli, & Ciuitate ab Hiſpanorum obſidione liberandis aduenit: verùm, quin veriſſimum tamen eſt, quod Capuccini Stationarij Caſtri-Delphini excubijs peruigilantes ſæpè ſæpius coram Gratianopolitano (vt & ille fatetur) & Pariſino Magiſtratibus, quinimmò coram Romana Curia de conſenſu, & conſilio Præfecti Miſſionum pro Cluſonio Apoſtolatu fundando, cum aliquandiù vehementiùs interpellaſſent; tandem Sæcularis Principatus reportato beneplacito, de ſpiritualis dominationis nempe Sacræ Congregationis mandato, præcedentis iam anni vigeſimi octaui poſt ſexcentum, & mille Euangelicæ Stationis intra Prati-Iallati limina fundamenta iecerant, & fortiter in Statione per integrum annum ſteterant, antequam Gallica Caſtra Seguſiam appellerent, & pro inſtituendis Cluſonianis Miſſionibus alij religioſi coram Chriſtaniſs. Rege poſtulaſſent.

Ann. Chriſti 1619.

Quoſdam Catholicæ Eccleſiæ reſtituit.

Lucer. mem. hiſt. cap. 45.

Huius Miſſionis Origo, & ædiſi declaratur.

CALCVLVS TERTIVS

Fratris IOACHIM ab ATRASCA Concionatoris per annos 1629. 1630.

I. PRæfatus Fr. Paulus Maria Prouincialis Pedemontanæ Capuccinorum Prouinciæ, & Miſſionum Præfectus ſicut ſui muneris eſſe perſpexit; expeditè Apoſtolicis iuſſionibus morem gerere, ſic & proprij oneris eſſe intellexit; vacantis Apoſtolicæ Stationis Cluſoniæ curam gerere: quare cum hoc anno Capitularibus diſpoſitionibus deſtinatus Petruxinæ Cuſtodiæ miniſtraret Fr Ioachimus ab Atraſca, vir probus, & prudens, Religioſus conſpicuus, & Concionator eximius; Gallicis nondum Capuccinis aduentantibus, Pedemontanis iam abſentibus, dedit huic ille in mandatis; vt vtrique & Petruxinæ, & Gelidæ Miſſioni adminiſtraret,

Fr. Ioachim ad duas cuſtodias excubitor demãdatur.

ſtraret, & ſolicitius incumbere ſatageret. Mandata vt perageret iſte; perrexit frequentiùs, & intra clauſa limina penetrauit, Cuſtodiam perluſtrauit, quæ Euangelici Operatoris erant præſtare ſedulus ſtuduit: ea ſemper, qua à natura prædirus erat benignitate, & affabilitate feros illos, frigidoſq; habitatores manſuefacere, ſiue cicurare percupiens, & procurans.

II.

Nouo Parocho cooperatur, quoſdamq; reduces Fidei Catholicę acquirit.

Ann. Chriſti 1629.

Curabat vnà cum prouiſo Curato Parocho, & Priore ea, quæ Eccleſiaſtici Regni profectum, & in deſertis, ſeu deſertoribus illis regionibus plenariam reſtitutionem promouere valebant: hæreticas nempe prauitates, impuritates deceptorũ hominciorum cordibus eijcere, & Illibatæ Fidei rectitudinem, atque puritatem fęcundam ſuperinducere, coercere decipientium Miniſtrorum inſolentiam, & corrigere deſipientium habitatorum ignorantiam. Ad hoc ſolerter cum eniteretur, quoſdam & ipſe ſpirituales prouentus reportauit reſipiſcentium vndecim ex Cluſonianis Incolis.

III.

Appropinquante interim, & tandem exoriente inauſpicati, quin male auſpicati anni trigeſimi ſupra ſexcenteſimum millenũ in Martio menſe, infauſtioribus initijs: En iterum Hercules Gallus inſtructis copijs Subalpinas Regiones inuadit, Pinerolium deditum ſuam in poteſtatem redigit, Valles adiacentes, Petruxinam ſignãter occupat, & cuncta Martialibus perturbationibus replet: dum interim Prouinciam vniuersã habitatoribus euacuare accelerarer; nõ inſenſiſſimus hoſtis modo ſed & abſque modo grauiſſima peſtis: trucidabat miles, occidebat lues, & tertia interficiebat fames: furebat Bellona, ſęuiebant Parcę, feriabatur Ceres, vacabat Veſta, quia vel fame pulſis, vel bello fugatis, vel morbo interfectis, vel timore correptis religioſis, peſſumibat Pietas, Religio ſilebat. Adinulcem igitur fęderatis Saturno, & Marte, & apud Ciſalpinos fęraliter debacchantibus, intra Conualles illas Petruxiæ, Perrerij, & Prati-Gelidi graſſabantur mala & militaria, & rabifica, & irreligionaria; quamobrẽ primùm præpeditis, poſtmodum Epidemia ſublatis Apoſtolicis Prædicatoribus, atque Sacerdotibus, ceſſauerunt Capuccinorum Miſſiones Perrerij, & Petruxiæ ad tempus, ſed Prati-Iallati ad hanc vſque diem. *Ann. Chriſti 1630.* Licèt namque quieſcentibus armis, euaneſcente morbo, tranquilliori aere, ſereno Politico, & Ciuili Celo, ſedata tempeſtate Patres ſtrictioris Obſeruantiæ tàm Prædicatores, quàm Minores Franci, Iallati-Prati priſtinas Miſſiones excitaturi Vallem ingreſſi, & aliquandiù inibi collaborantes commorati fuerint; re nihilominus infecta denique receſſerunt, circiter a morbo decurſa Olympiade, quando Chriſtianiſſimus Gallicus Rex Ludouicus XIII Capuccinis Apoſtolicis Operarijs Vallem illam curandam committi, & remitti commendauit, & mandauit, quod & Sacra Romana Curia comprobauit, hactenus tamen cultoribus, & cultura Cuſtodia illa vacat, ſicut quondam vacauit; haud ſine notabiliori Eccleſiaſtici Regni, & Regularis Diſciplinæ incommodo: illud enim ad latibulum, ſeu potius hæreticale proſtribulum confugiunt religionum refugę ferè vniuerſi ſceleſtiores.

VALLIS

VALLIS SOANÆ APOSTOLATVS RATIOCINIVM QVARTVMDECIMVM.

D. O. M.

CHRONOTAXIS.

ANNIS POST NATVM CHRISTVM SEX, ET TRIGINTA VLTRA SEXCENTVM ET MILLE KAL. OCTOBRIS.

VRBANI OCTAVI ROMANI MAXIMI PRÆSVLIS INDVLGENTIA: OCTAVII ASINARII EPOREDIENSIS ANTISTITIS DE LICENTIA: VICTORIO AMEDEO SABAVDIÆ DVCE. FAVSTO CAFFARELLO SANCTÆ SEVERINÆ ARCHIEPISCOPO, TAVRINENSI NVNCIO: FR. MICHAEL ANGELVS A TAVRINO MISSIONVM PRÆSVL, ATQVE CAPVCCINORVM PROVINCIALIS MINISTER IN SOANA VALLE EVANGELICOS, EX MINORITANA SVA FAMILIA, OPERATORES STATVIT, QVI PRAVA IN DIRECTA, ET ASPERA ILLIVS GENTIS CONVERTERENT IN VIAS PLANAS, VT VIDEAT OMNIS CARO SALVTARE DEI.

VALLIS SOANÆ
RATIOCINII
SYNOPSIS

Præambuli Numeri Quinque.

Primus	Geographicam	Relationem exhibet.
Secundus	Politicam	
Tertius	Hierarchicam	
Quartus	Errorum, & Hæreſis	Originem perhibet.
Quintus	Apoſtolatus, ideſt, Miſſionis	

Calculus Primus.

Prioris Apoſtolici Operarij Fr. Euſebij ab Eporedia Concionatoris per annos 1637. 1638.

Appendix.

Fr. Ioachim à Foſſano Concionatoris.

Calculus Secundus.

Fr. Ioannis Baptiſtæ à Cambiano Concionatoris per annos 1639. 1640. 1641.

Calculus Tertius.

Fr. Stephani à Viconouo Concionatoris per annum 1642.

Calculus Quartus.

Fr. Honorati à SanctoStephano Concionatoris per annos 1643. 1644. 1645.

Calculus Quintus.

Fr. Hilarionis à Bouiſio Concionatoris per annos 1646. 1647. 1648. 1649. 1650.

Calculus Sextus.

Fr. Mauritij Cæuenſis Concionatoris per annos 1651. 1652. 1653.

Calculus Septimus.

Fr. Ioſeph à Summaripa Concionatoris per annum 1654.

VALLIS

VALLIS SOANÆ

IN APOSTOLATV

CAPVCCINORVM OPERARIORVM

Pro Eccleſiaſtico Regno laborioſi Proceſſus numerantur, & calculantur.

RATIOCINIVM QVARTVMDECIMVM.

Geographicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. I.

INTRA Graias Alpes, infrà quarum radices incolunt populi Salaſſi, ſiuè Canapitij, adaperitur prægrandis quædam Vallis à primario talis nominis Oppido Ponti vocitata. Pontum enim ipſo in veſtibulo, vel atrio conſtitutum Vallicolarum ingreſſus, vel egreſſus obſeruat. Nam ſupra Pontum vnica hactenus, vnitaq; Vallis in duas diſtributa, & diſcreta, geminas per conualles aſcẽdit, nempè Locanã, & Soanam denominatas, atque diſtinctas à conſimilis nomenclaturæ nominatis, & diſtinctis fluminibus, quæ Graiarum ruplũ ſpecubus, & antris proſilientia diſcreto Vallo, & alueo tamdiu prolabuntur, quandiù intermedio monte ſegregantur, ad cuius angulum ſupra Pontum peruenientia in vnum conueniunt, & Orcum inſigniorem amnem, originalibus denominationibus dimiſſis, efformant. Locana igitur ad auſtrum, Soana verò conuallis ad aquilonem expoſita iacet: Quamobrem aſperrima hæc ſterilis, & ferè infœcunda vix fœni aliquid, hordei, vel auenæ producit; quin deſerta hæc terra, & quaſi inuia, & inaquoſa pauculas quaſdam pinearum, abietum, caſtanearum, & nucum arbores ægrè admodum nutrit. Longitudo illius per nouem italica milliaria protenditur, latitudo verò arctiſſimi Valli coarctatur anguſtijs, inter aſperrimorum ſcopulorum excelſam altitudinem, vndè fit; vt vix ad meridianum aſcendentis ſolis luminoſo aſpectu perfruantur incolæ, quibuſdam anni temporibus: æſtiuis quidem ardoribus, vel caumatibus minimè perurgentur; ſed brumalibus rigoribus, & algoribus diutiùs conſtringuntur, habitatores qui defœcatioris, & aeris, & parſimoniæ frugum, olerum, aquæ, ac lactis, ſeu ſeri alimonijs enutriri quidam quidem patrium ſolum colunt ruricolæ, paſtores, & armentarij; verùm plures, quin ferè omnes laborioſi opifices, & artifices induſtrij ad exteras terras, & remotas plagas egrediuntur, ibiq; tamdiù circumeuntes infatigabiliter operantur; quamdiù temporum inclementia nequaquam ſuis ab operibus ceſſare coguntur: tunc enim proprios lares repetunt, ſtatis temporibus iterum ad labores egreſſuri ab alpeſtribus, & agreſtibus ſuis domicilijs, quæ non in coadunatis pagis, vel coædificatis Oppidis cohærentia, ſed patriæ regionis ineptitudine diſtantes per populationes diſperſa poſſident, & incolunt. Populationes igitur inſigniores citrà, & transfluuium ſitæ circiter 25. enumerantur, quæ totidem fermè familijs coaceruantur. Illarum nonnulla vulgata nomina, barbarico latino idiomate expreſſa, ſic licèt obiter recenſere: Ingriam, quaſi inter Graias Alpes, Boburiam, Frailinum, Codybium, Sallam, Montemalbum, Siuiam, Crottum, ideſt Cryptam, Tiliettum, Coſtambinam, Montemueterem, Beſtoldum, Guariam, Pinetiam, Planumboſcum, Frigulettum, Arcantum, Vallem forzij, ideſt Pecertum, Terſitum, Forlium, Boſchettum, Boſchiatenam, Alpetam, Runchum, Noueliaſtrum, Cernilium, Scandoſium, Ceruinum, Vcceleram hæc ſub Cura Parochiali Ronchi. Petretum, Corzoneriam, Caſale, Vallemprati, ideſt Cunionum, Planetum, Planumpratum, quæ eſt amœnior, vel potiùs minus aſpera (licèt remotior) pars Vallis, & Pratumrotundũ, in Cura Corzoneriæ: Campia verò ex ſe ſola remanet Parœcia, quæ olim erat Matrix totius Vallis Planiprati. His quibuſdam obſcurioris notæ viculis conflata

Soanæ Vallis ſitus.

Terræ ſterilitas, Aeris puritas, habitatorumq; victus, & propenſio.

Quot, & quibus populationibus conſtet hæc Vallis,

Vallis Soana, quaſi ſuperna, pro occidente Auguſtæ Prætoriæ, pro aquilone Brotij, pro meridie Locanæ Conualles compuſat, ſed pro oriente Ponti veſtibulum, & Oppidum conſpectat.

Politicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. II.

PОnti Conualles Canapitiæ regionis terminis cum includantur; iiſdem, quibus Salaſſi cæteri populi dominationibus per temporum vices obtemperauerunt: nempe Eporedienſibus quondam Marchionibus, Arduini Regis ſucceſſoribus, donec legitima Prouinciæ iura ad Sabaudos Italiæ Marchiones peruenerunt. Qui Salaſſorum Metropoli, ad inferiores Auguſtanæ Vallis (cuius ad verticem Auguſta Prætoria eminet) fores, Eporedienſi ſcilicet ciuitate validis aggeribus, Caſtello, ac mœnijs obſirmata; proximè cohærentibus Conuallibus tutum ſatis Vallum prouidiſſime eſſe autumarunt; Pontiq; magis: eò quòd ad indè deſſluentis Orci fluminis conſuetum decurſum, & cum Pado angularem occurſum, Clauaſium munitiſſimum Oppidum propugnaculis inſignioribus, atq; iugibus aquarum ſcaturiginibus circumuallatum ſtatuerunt, poſtquàm proxima peruetuſta Caſtra corruerunt. Supra Pontum vallare ſolum ferè inacceſſibile pacificis cum ſemper exiſtat, multò magis hoſtilibus acceſſibus non acceſſibile apparebit; accurrentibus ſibi, præcipuè in opportunitatibus, Vallis Condominis DD. Valpergæ Comitibus.

Ducibus Sabaudiæ, Comitibus Valpergæ ſubſunt Vallis incolæ.

Hierarchicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. III.

EPorcdia, ſiue Iporedia peruetuſta Salaſſorum Ciuitas, & antiqua Romanorum Colonia, Auguſtanæ Vallis valuis inhęrens, & præſidens ad Graiarum, ſeu Penninarum Alpium decliuiores, & planiores radices conſtituta, Duriæ Balteæ ſua mœnia alluentis & deſſluentibus verticibus, quaſi impermeabili vallo munitur, & ex ea eſſluentibus aquarum irriguis *proprius illius* ager fęcundatur. Non infęcunda ipſa patria clariſſimorum Quiritum, inſigniorumq; virorum, qui religione, doctrinaq; præclari pacis, & belli pertractandis negotijs excelluerunt. Præeminet ipſa partim in eleuato, partim in decliui, ſeu complano ſolo poſita, potitur indem fauorabiliori & cęli, & aeris influxu, fruitur non mediocris ſui circumadiacentis, & agri, ſeu prati, atque vineti feracitate, ſimul & amœnitate, ſicutq; piſcibus aquæ, ità gregibus, & armentis abundat terra. Supereminet Ciuitati peruetuſtum validum caſtrum, nec ciuibus ſpectabilia ædificia inhabitanda deficiunt. Habitatores tum litteris, tum negotijs gerendis idonei, chriſtianæ pietati ſimul operibus addicti, vtriuſque hominis culturam exercent. Prouinciali Præfecturæ pro regionalibus iuribus adminiſtrandis aperto ibi, & ſtatuto tribunali, ſtationarius Præfectus præſidet: Reſidet etiam ibi pro martialibus, & politicis rebus gerendis Ducalis Ciuitatis, & regionis Gubernator; ſiuè adminiſtrator præcipuus; præcipuè attamen & peculiariter inter & peculiaria, & præcipua Eporedienſis Ciuitatis ornamenta eminet antiquiſſima Dięceſani Epiſcopi inſula à priſcis, ſiue primis enaſcentis in Subalpinis Eccleſiæ temporibus inibi erecta, & conſtituta: conſtructa, & ſibi inuicem cohærentia permanent & magnifica Epiſcopalis domus, & ingens Metropolitana Baſilica, Aſſumptæ Cęlorum Reginæ Sacra, ex quibus Sacri Præſules vtraque neceſſaria iura populis ſibi ſubiectis adminiſtrant; ſpiritualis proprij gregis ſaluationis ſolicitiorem curam gerunt, ſuamq; ſolicitè primariam curant Ciuitatem, in qua geminæ Parochiali cuſtodiæ inuigilando, geminus cuſtodialis Præpoſitus ciuium ſalutem colit, excoluntq; pariter ſæculares Canonici inſignioris vnicæ Collegiatę Cathedralem Eccleſiam. Manebat quondam Eporedię Monachorum plurium celebris Abbatia, cuius modo ſola veſtigia remanent, permanent tamen vſque in hodiernum diem monialium gemina Monaſteria, Religioſorum rurſus quina Cęnobia, Eremitarum Sancti Auguſtini vnū, Prædicatorum Sancti Dominici alterum, Conuentualium tertium intrà, extra mœnia vero Obſeruantium quartum, & Capuccinorum quintum. Plura itidem pia Oratoria, & Sacræ Ædes enumerantur intrà domeſticos lares. Canapitijs verò remotioribus etiam oris haud defuerunt congruæ Sacrorum Præſulum ſolicitudines; Nam in primis Gulielmus Roberti Comitis Vulpiani Filius, Monachus, atque præclariſſimus Abbas, inter Orcum, ac Amalonum flumina, in loco Fructuaria dicto, celeberrimam Sancti Benedicti plurium Monachorum in SS. Tiburtij & Be-

Eporedienſis Ciuitatis deſcriptio.

Pluribus ſpiritualibus præſidijs fulta.

Ann. Chriſti 1003.

nigni

nigni honorem Abbatiam conſtruxit, anno Domini 1003 atque conſtituit in Sanctorum Religioſorum Seminarium (vti teſtatur Dominus Epiſcopus Salutiarum), qui pro accolentium fidelium æterna ſaluatione & procuranda, & promouenda iugiter elaborare ſtudebant. Sed propiùs, & proprius vigilantiſſimi Eporedienſes Antiſtites ſuæ Diœceſis aſperrimos hos ſcopulorum anfractus haud incuratos, ſeù inexcultos dimiſerunt, quinimmò diſperſas illas, atq; diſparatas, diſtanteſq; agreſtes populationes quaterna ad Coloniarum communia deductas, ternos ad Parochiales conuentus reduxerunt, nempè Campiliæ, Corzoneriȩ, & Ronchi: binis primò recenſitis ſingulari ſinguli miniſtrant Sacerdotes, Tertiæ verò & multitudine, & latitudine verè primȩ, & prȩcipuȩ, eò quòd gemino Parochiali membro coaleſcat, geminus itidem Parochus adminiſtrat: Miniſter mercenarius in Biolij Vallecula, propriùs Paſtor Ronchi primaria in Paræcia.

Epiſc. Salu. Chron. c. 27.

Eporedienſes Antiſtites Vallis Soanæ curam gerēt.

Erroris, ideſt Hæreſis originem perhibet Præambulus

Num. IV.

VNde procul abeſt error; indè fruſtrà erroris initia exquiruntur: & vbi nulla viget impietas; inibi in vanum infidelitatis primordia inquiruntur. Hȩc igitur ſiuè Vallis, ſiuè Conuallis Ponti, vel Soanæ Catholicam Fidem perpetuò ſe ſe tenere profeſſa eſt, licèt eam inibi perturbare Sathanȩ Miniſtri aliquando tentauerint. Gulielmo enim Baldeſſano referente: Gebennenſis Synagoga propriæ & dominationis legitimæ, & Catholicæ Eccleſiȩ rebellis, & perduellis, ſcaturigo effecta omnis impietatis, non contenta iugum Sabaudi Domini iniquè proieciſſe; etiā reliquum eius dominium hȩretica labe inficere ſatagebat, quare plures Caluini aſſeclas, Sathanæ adminiſtros ad Conualles Subalpinas ſubuertendas deſtinauit, & ſignanter ad Ponti Vallem miſit, & eò peruenit Pſeudo Nicolaus Georgius, qui errores diſſeminare, & plures decipere aggreſſus eſt: nec ſemel eiectus quieſcens, iterum regreſſus, & iterum expulſus, in itinere niuium copia obrutus interijt. Nam Pius V. patria Lombardus, olim Epiſcopus Montiſregalis in Pedemontio, indè Cardinalis, tandem Pontifex Maximus, experientia edoctus Valles Alpium Subalpinarum eſſe quȩdam oſtia, per quȩ hereſes (quæ omne malum dici merentur à ſcriptura) ab aquilone in Italicum regnum peruehuntur, & occidentales Sectarij in Eccleſiaſticum regnum irruentes ad damna Catholicæ Fidei progrediuntur: plures viros Apoſtolicos ad has oras deſtinauit (vti ſuo loco) inter quos Fratrem Cyprianum Vbertum Vercellenſem Inquiſitorem ad Vallem Ponti delegauit; vt è latebris infernalibus erumpentia monſtra extingueret, & repelleret, quod & ſolicitè iſte perfecit, effugatis Harpijs hereticalibus, Fidē Orthodoxam confirmauit, & cuſtodiam illam, ac Italici regni oſtium contrà aduerſarios obfirmauit, Incolis perpetuò in integritate Romanȩ Fidei perſeuerantibus, & regnum Eccleſiaſticum agnoſcentibus vſque in hodiernum diem. Verum enimuerò quoniam non ſola integra Fide iuſtificatur homo, ſed & operibus iuſtis: & ſicut corpus ſine anima, ità & fidelitas abſque operatione emortua iacet, & fȩtet: nec minus hominum ſaluti conducit obſeruantia mandatorum, quàm illibata profeſſio credendorum; Vallis Soanȩ incolȩ, ſi alterum ſeruabant, alterum negligebant, ſi de primo gloriabantur, in ſecundo deficientes arguebantur: nam inter rupes, & montium angulos, vel iuga degentes, exortos & enutritos etſi regionis aſperitas, & ſterilitas induſtrios pariat, & efficiat; nequaquam tamen ſciendorum, & operādorum chriſtiano viro peritia excultos; quinimmò virtutum ignaros, ad chriſtiana facinora ignauos, & natura ad nonnulla ignorantiæ, ſcilicèt & ſuperſtitionis crimina procliues generat. Hinc & naturȩ lȩtȩ procliuitate, & artis, ſeù culturȩ neglectæ defectu, quàm pluribus vitijs implieiti, ac dediti, in deteriora ruebant, religioſas traditiones, & chriſtianas conſuetudines aduerſantes, teterrimos abuſus amplexabantur.

Baldeſſ. hiſt. Eccl. Ped. l. 11.

Tentata aliquando Catholica Fides harum Conuallium.

A Pio V. ad Vallem Pōti delegatus Inquiſitor.

Soanȩ Vallis habitatores aliquos abuſus amplexabantur.

Miſsionis exordium perhibet Præambulus

Num. V.

QVamobrem prȩdiues quidam Taurinenſis Mercator, Ioannes Antonius Ferraris nomine, ex Conualle Soanæ oriundus expertus, & conſcius miſerrimæ illius Eccleſiæ religionis, conditioniſq; antiquo ſuo generi vicem rependere cupiens: vnde temporalem hauſerat vitam, eò ſpiritualem reſtituere excogitauit: ad hocq; nihil magis expedire adiudicauit, quàm ſi inibi

Capuccinorum habitationem, & reſidentiam induceret. Quamobrem cum noſtræ Religionis cultor ſingularis, & beneficus liberalis exiſteret; fretus antiqua ſua in Capuccinos beneuolentia, & benemerentia, ſciens eos non emolumento, aut ſpe lucri excitari ad egregia facinora peragenda, ſed ſolo Dei obſequio, & proximi bono; Prouincialem Miniſtrum, tunc nempè anno 1632. Fratrem Ioannem à Montecalerio ſuppliciter, & piè interpellauit; vt ſuæ patriæ excolendæ aliquos ex ſuis fratribus, proprijs ſuis ſumptibus alendos deſtinaret. Huius benigni ſui contribulis deſiderium, & conatum homines regionis intelligentes, illius poſtulationi ſuas ſupplicationes addiderunt, enixè deprecantes; vt quod beneuolus Ioannes Antonius Ferraris poſtulabat, benignè concederetur, eóq; bini in Miſſionem Capuccini mitterentur. Pro qua Miſſione Ioannes Antonius religioſum domicilium cum Oratorio adiuncto, in loco ſuæ natiuitatis, ſe breui conſtructurum pollicebatur, & indè miſſis alimenta religioſa ſuppeditaturum in annos profitebatur. His addebant incolæ; ſuis eleemoſynis, & elargitionibus, numquam ſe ſe defuturos Religioſis Operarijs, quin cuncta neceſſaria ſe iterum adminiſtraturos liberè, & liberaliter, quæ omnia datis libellis ſcripto aſſerebant. Vndè Fr. Ioannes prędictus Miniſter Prouincialis audita, & excepta poſtulata Romam detulit, & retulit Patribus Comitiorum generalium, tunc inibi congregatorum, qui Sacræ Congregationis requiſito oraculo, facta facultate Miniſtro Prouinciali Apoſtolatus inibi inſtituendi auctoritate Apoſtolica, ipſe regreſſus permiſſionis commonefecit Ioannem Antonium Ferrarium, & Vallis incolas. Ferraris igitur protinus manus operi admouit, & in ſolo ſuæ natiuitatis, nempè in Vico dicto Frandoleto, ad Septentrionem in radice montis ſito, ſub principaliori Parochia Ronchi nuncupata, in loco ab Eccleſia Parochiali dimidio milliari diſtante iecit fundamenta, & breui perfecit exiguum, ſed ſufficiens Oratorium religioſo habitaculo adnexum pro cōueniente, & neceſſaria fratrum habitatione. Verùm quidem eſt, quòd tartareus aduerſarius ſuis infernalibus progreſſibus timens; varijs modis deſignatum opus præpedire tentauit: excitauit enim quoſdam ex indigenis, qui varijs titulis inſtitutionem hanc improbabant, alij impediebant, alij retardabant, vel obſtacula immittendo, vel adminicula ſubtrahendo: at tandem Dei ope, cunctis aduerſantibus ſublatis, & remotis, anno 1636 die 14. menſis Septembris Fr. Michael Angelus à Taurino, qui in Prouincialatu Fratri Ioanni ſucceſſerat, dum Prouinciam more ſolito perluſtraret; Corniatum appulſus Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi Eporedienſis Octauij Aſinarij benigno habito aſſenſu, pluribus ex ſuis Religioſis ſecum aſſumptis, Vallem Soanam penetrauit, & Ronchum peruenit, vbi celebri & ſupplicatione, & populorum concurſu, in Parœcia inter Miſſarum ſolemnia præhabita concione à Fratre Gregorio Montregalenſi, tunc Eporediæ Guardiano, ab Eccleſia Parochiali ordinata, & directa generali proceſſione, aſſiſtente Reuer. Martino Perrachino Rectore, ad deſtinatum Miſſioni locum, domicilium, & Oratoriū ventum eſt, vbi dictus Prouincialis Miniſter in ipſo Exaltationis Sanctæ Crucis celebriori die eleuato Crucis vexillo, & in pietatis trophæum erecto, ac fixo, Miſſionem auctoritate Apoſtolica inſtituit, & Apoſtolatum conſtituit, adſtantibus, & comitantibus quibuſdam proceribus Valpergenſibus San-Martinis, cōmuni totius conuallis applauſu, & acceptatione, cunctis proſpera ominantibus ex huiuſmodi pia erectione. Cuius perennis memoria in confecta ſcriptura apud nos aſſeruatur.

Indigenæ mercatores interpellat pro Miſſione Capuccinorum.

Ann. Chriſti 1632.

A Sacra Congregatione facta facultas Miniſtro Prouinciali erigendi Miſſionem.

Apoſtolici Domicilij, & Oratorij fundamenta iaciuntur.

Ann. Chriſti 1636.

Tandem conſūmata ædificij conſtructione à Miniſtro Prouinciali inſtituitur Capuccinorum Apoſtolatus.

CALCVLVS PRIMVS

Prioris Apoſtolici Operarij Fratris EVSEBII ab EPOREDIA Concionatoris per annos 1637. 1638.

I. PRæmonendum ideò præmittendum cenſeo; Apoſtolatum hunc Capuccinorum, licèt commune cum ceteris nomen ſortiatur; haud tamen communi cum reliquis robore eodem fulciri. Et ſi namque à Generalis Capituli, Romę anno trigeſimo tertio ſupra ſexcenteſimum milleſimum celebrati, Generalibus Patribus & Miniſtro, & Diffinitoribus, Romanæ ad hoc Curiæ explorato, & relaro oraculo, & beneplacito inſtitutus extiterit; nequaquàm tamen Apoſtolicæ Sedis ſeu temporalibus ſubſidijs fruitur, ſeu ſpiritualibus indultis iuribus, idest facultatibus, ſicut cæteri vtitur Apoſtolicus hic Stationarius in abſoluendo, ac diſpenſando &c. ſed ſolummodò veluti peculiaris Euangelicus Cooperator de Sacræ Congregationis Regularium conſenſu, & licentia à proprijs Prælatibus è Clauſtro dimiſſus, Regulari eorum legitima de iure communi ſibi competente auctoritate munitus, Epiſcopali approbatione admiſſus ad Conciones habendas, & cõfeſſiones excipiendas, ſimul & Catechiſmum exercendum egreditur: abſoluendo, & diſpenſando in ordinarijs, prout de communali, vel priuilegiato iure, cęteris regularibus conceſſo, ſibi competere cognouerit: in extraordinarijs verò, ſi & in quantum peculiari conceſſione à Reuerendiſſimis Epiſcopis permiſſum fuerit, vel Pontificia permiſſione indultum acceperit. Huic ergo Regulari Apoſtolatui adminiſtrando cęperunt Religioſi Operarij Capuccini, ab annis triginta quatuor vltra ſexcentum, & mille mitti à Patribus, Capitularibus prouiſionibus deſignati, & deſtinati. Priores quidem enumerantur Fr. Paulus primus, ſecundus verò Fr. Amedeus ambo Taurinenſes: quorum tamen neuter, licèt emiſſus, illò aduenit, quia aduenientes à quibus reciperentur, & exciperentur, ſeu alerentur, non inueniebant: nondum completa domo, aut domeſtica, & ſi paupercula ſupellectile inſtructa, nec dum oppoſitis, ſiue interpoſitis ſublatis impedientibus Tandem aliquando præparato religioſo domicilio, appoſito exiguo, ſed deuoto Oratorio, prædiſpoſitis requiſitis cõgruis, ſiue neceſſarijs, cõcordatiſq; diſcordantibus, obſtaculis, & impedimẽtis amotis, anni milleſimi ſexcẽteſimi trigeſimi ſeptimi in initijs, à Prouinciali Miniſtro tunc Fr. Michaele Angelo Taurinenſi electus, vocatus, & ad hunc Apoſtolatum ordinatus fuit Fr. Euſebius Eporedienſis, Cadralio huc ad hoc aduocatus: qui obedientialibus regularibus literis præmunitus ſtetit coram Reuerendiſſimo Eporedienſi Antiſtite, ordinario Diœceſano Commiſſę Conuallis Soanæ. Suſtinebat tunc Epiſcopalem Eporediæ inſulam Dominus Octauius Aſinarius, Vir non auita modo generis nobilitate, ſed & propriæ vitæ integritate inſignis; inſignioris namque Congregationis Clericorum Regularium S Pauli inſtitutum plures per annos iam profeſſus, Artium, ſcientiarumque humanarum, ſimul & Sacræ Theologiæ profeſſor eximius, in omni diſciplinarum genere profecerat Vnde & iuremeritò à Sabaudo Duce Victorio Amedeo propoſitus, ab Vrbano Octauo Summo Pontifice electus, ad Pontificalem baculum dirigendum, atque ſuſtentandum olim ſuffectus, atque præpoſitus tunc præſidebat: proſequebatur religioſiſſimus Prælul pro ſua ſingulari pietate Capuccinorum Religionem exuberantiori affectu; Vbi igitur primum Capuccinum Euangelicum Operarium adſtantem proſpexit, & deſtinatum intellexit: & cõfeſſiones excipiendi, & cõfeſſos à ſuis reſeruatis caſibus abſoluẽdi non in Soana ſola, ſed & in Chiuſellæ Cõualle amplam facultatem benigniſſimè fecit, quin in cunctis abundantiùs ſupplicanti ſatisfecit.

Exordialis præmonitio

An. Christi 1637.

Reuerendiſs. Epored. Epiſcopus primũ operariũ benignè excipit

II. A quo Fr. Euſebiùs expeditè digreſſus, iter ſuum expeditius perfecit, & feſtinus peruenit, huius anni nono Kalendas ſextilis ad conſtitutam ſibi ſtationem, cuius Aquilonari poſitione, & circumſtantium Alpium altitudine, Valliſque profunditate perſpectis primiori in aſpectu ille obſtupuit, primoq; congreſſu expauit: vlterius verò interim progreſſus, cum ſibi paratum habitaculum tum a populationibus, tum à Parochialibus Sacris Ædibus diſſitum, conſpexiſſet; cępit illum propoſiti operis tædere (ſecundum hominem dico) In craſtinum igitur in profeſto nempe S. Iacobi Apoſtoli ad Ronchi Parochiale Templum, & Parochum Sacerdotem inuiſendum voluit exire, & digreſſus eò vſque cum ſe contuliſſet; animaduertit lugentem Eccleſiam, & Eccleſiaſticum cultum, ſimul & Presbiterum Rectorem Eccleſiæ funeri iàm proximum, nulli omninò, niſi morti aptum, ſine idoneum deſeruire, trium licèt Paręciarum obſequijs ſpiritualibus, ſiue melius neceſſitatibus populorum ſubleuandis deputatum: cum ipſe ſibi, grandiori ſenio con-

Fr. Euſebius illius Eccleſiæ miſerrimũ [illegible] accedit.

fectus

fectus, ſat eſſe nequiret. Dū igitur Fr. Euſebius viſitando ſenlori Sacerdoti moras traheret; repente ſuperuenit nuncians, ægrotum quendam ex Parochianis hominibus morti iam proximum Eccleſiaſtica Sacramenta ad ſalutem neceſſaria expoſtulare feſtinanter, eò quòd iàm iàm animam ageret, quare accurrentem Sacerdotem Curatorem anxiè præſtolabatur: cui impotens ſenex inhabilitatis propriæ, & manifeſtæ cauſas prætexens, & proteſtatus fruſtratum dimittebat, quando præsēs Fr. Euſebius ſui Apoſtolatus primordia aggrediendi, & initiandi nactus hanc opportunitatem, ſe ſe expeditum, & paratum ad hoc fraternæ charitatis opus præſtandum vltro obtulit: quare ex-tempore iter arripiens, reptando coactus fuit iuga rupis ſuperare, difficiliora itinera calcans; vt in ſublimi poſitam ad habitatiunculam perueniret: laborioſè quidem aſcendit; ſed & ad grauiter laborantem charitatiuè acceſſit, quem humanioribus verbis, & blando alloquio poſtquam extitit conſolatus, ad pęnitentiam eſt adhortatus, vnicam poſt naufragium ſecundam Tabulam, quam ille pelagus mortis ingreſſurus, ne naufragium pati contingeret ęternæ perditionis, ſtatim oblatam arripuit, & coram Fratre Euſebio plenariam ſuorum criminum confeſſionem aperuit, à quo Sacramentaliter abſolutus, & ad mortales angores fortiter ſufferendos, agoneq; validè peragendos animatus, religioſis adhortationibus mirificè mente, & ſpiritu recreatus, paulò poſt animam Deo reddidit Sacris munitus.

A charitatiuo opere ſuæ Miſſioni primordia dedit

III. Poſtridie illius diei, indicta ſolemniùs agebatur celebritas S. Annæ Matris Dei Genitricis Mariæ, peculiari in vna ex compluribus illis Vallaribus populationibus nomine Scandoſio: ſcandebant quidem turmatim Vallicolæ ad ædem Diuæ Sacrā; ſed qui Sacra faceret, non aderat Sacerdos; quamobrem vix appulſus Apoſtolicus Operarius aſcendentibus, & præcedentibus populis, aſcendit & ipſe ad diem feſtum, quem vt pio, atq; Chriſtiano cultu (vt par erat) excolerent vniuerſi, primò publicè ſe ſe excipiendis cunctorum aduenientium confeſſionibus patienter expoſuit, vnde expeditus Sacroſancta Myſteria oblaturus ad altare acceſſit, tandem Dei Verbum præſtolanti concioni breuiter propoſuit, & expoſuit, ſicq; congregatis turbis & Sacramentatum Verbum, & Verbi panem charitatiuè fregit, & appoſuit. Quam impoſterum conſuetudinem, & religioſam methodum numquam aliquando depoſuit, ſed perpetuò adhibuit in occurrentium feſtorum celebrioribus ſolemnijs peragendis: aderat enim ſemper conuenientibus fidelibus ad vnam aliquam Sacram Ædem ſolemnitatem peculiarem peracturis Fr. Euſebius, & ad ſtantiū ægrotantes animas Sacramento pęnitentiæ priùs à languoribus curare, poſtmodum conualeſcentes Vitali Euchariſtica alimonia confirmare, tandem Euangelico delitioſo pabulo prædicatæ veritatis recreare ſolebat, & recreatos confirmatos, atq; ſanatos ad propria dimittebat.

Populis ad Sacellum SS. Annę aſcēdētibus, & ipſe aſcendit vt fidelibus miniſtret.

Ann. Chriſti 1638.

IV. Vallis huius Soanæ ideſt ſupernæ, infernæ potiùs, quàm ſupernæ Patriæ idonei tunc cenſebantur adſcribi Vallicolæ: Valles enim magis, quàm montes colebant, per deteriora nempe, & decliuia viriorum ruebant, non per meliora, & eminentiora virtutum aſcendebant: Gens fera à natura, facinorum ferax, profanis, & ſęcularibus intendens, ſolum non cęlum pertractare conſueta, nullo vel morum, aut diſciplinæ, ſeu pietatis ſiue Religionis vomere exculta, inculta in dies magis ſilueſcebat: vniuerſam conuerſationis exterioris ſuperficiem operuerant ſpinæ, repleuerant vrticæ, ſentes compleuerant: incompoſiti mores, Irreligioſa verba, aſperiora opera paſſim conſpectabantur. ſuperſtitionibus dediti habitatores diuinandi, & ariolandi auguria vana colebant, & Diuinum cultum inexcultum negligebant: Sacramentalia contemnebant, à Sacramentis abſtinebant, ne dicam abhorrebant, feſta conſueta opere mechanico profanare, Sacroſancto Miſſæ Sacrificio vix ſemel in anno adſtare, iam aſſueuerant: homines quidem erant; ſed humanitatem, aut Chriſtianitatem nuſquam præſeferebant, aut redolebant; nec erat, qui ad meliora reduceret, quando ſuperuenientes Euangelici Cultores, ſentes, & vepres, quin ſerpentes, & angues ab agro Dominico extricare voluerunt, & omni ſolicitudine, atque diligentia curarunt: diuerſis medijs, varijs modis inueteratis illis morbis mederi ſatagentes, quo errantem plebem, erroneos mores, deuios fideles reducerent, corrigerent, emendarent: montanos Incolas ſublimiora aſcendere, non inferiora ſequi docerent.

Frequentiori prædicatione ſilueſtres populos excolere pergit.

V. Apoſtolico igitur ſuo vt munere fungeretur Fr. Euſebius; Euangelico vomere, ideſt prædicationis opere Syluestres populos occeptauit excolere: peragebat, aſcendebat, quin manibus, pedibuſq; reptabat, remeabat, deſcendebat: per alpes, rupes, montium iuga, & Vallium decliuia peruias, & inuias Villulas perluſtrabat, vt cunctis ſaluationis ſemitam demonſtraret, & ſalutis documenta adminiſtraret, vel familiaribus collocutionibus, vel publicis ſermocinationibus, ſignanterq; cum apud proprium cuiuſq; populationis Sacellum, Sacram Ædem, vel parœciam peculiaris Patroni, vel Sancti Tutelaris profeſtus dies celebrior ageretur: Tunc enim nulla habita ratione difficultatis, vel itineris aſperitatis, ſeu prolixitatis, nullo

Spiritualis animarū ſtatus inexcultus.

dcl ectu

delectu temporis æſtiui, vel hyemalis detentus, nulla aquarum, vel nimium exuberantia retentus, nullo ruentis Aquilonis, vel Boreę infrenato impetu præpeditus, diuino ſubſidio fretus, fructificandi ſpe confortatus ad feſta conſcendebat, atque coadunatis populis & ſalutaria verba, & ſpiritualia pabula, & pocula apponebat, atque propinabat, ſicq; à malis auertebat, ad bona incitabat: malitiam exuere, & iuſtitiam induere perſuadebat; vnde nunquam aliquando vacuus fructu diſcedebat.

VI. Pernicioſi quidem quidam, imò quamplurimi inoleuerant abuſus apud ſuperos Vallicolas; ſed pernicioſior, quinimmò pernicioſiſſimus multiplex error inualuerat circa Pęnitentiæ Sacramentum. Primò enim plurimi inter illos ſuperſtitiones criminoſas, & excantationes, ſeu ſacrilegas coniurationes paſſim, publicéq; exercebant in curando languentes, ſeu in occulta diuinando: & cum grauioribus huiuſcemodi facinoribus perpetrandis diu incumberent; non tamen aliquo, vel minimo conſcientiæ ſtimulo tenebantur, vnde nec confitebantur crimen, nec criminalem deteſtabantur profeſſionem. Secundò atrociora quidam frequentabant delicta, ſuádoras, & peccaminoſas operationes factitabant, quas tamen criminoſas eſſe, ignorare, & denegare perſiſtebant. Inuerecundus tandem pudor apud impudentem gentem illam præualuerat, non verenda perpetrandi; ſed perpetrata pudenda coram proprio Sacerdote confitendi; vnde voluntario, intrinſeco, vltroneoq; errore decepti propria crimina ex toto, vel ex parte non liberè fateri, ſed nequiter reticere, & ſilentio obuoluere profitebantur. Facinus, vt in plurimùm, mulieribus familiare, ſed iſtis & pluribus viris, ac fęminis domeſticum: itaut labore plurimo, ſolicitiori opere, operoſo ſtudio ſatagendum, & enitendum fuerit Apoſtolico Operario, ad hunc teterrimum abuſum Sacramentorum de medio auferendum. Inuehebatur pro ſuggeſtu acerrimis increpationibus, ſed ſimul inſtruebat apertioribus demonſtrationibus, tandem aſtruebat familiaribus ſuggeſtionibus, & commonitionibus neceſſariam integritatem plenariæ confeſſionis perpetratorum. Docebat eos lepram à lepra diſcernere, & grauiora peccata cognoſcere, nec mediocria, aut minora negligere in pęnitendo: Pęnitentiam peccantibus abſolutè ad ſalutem neceſſariam, ſed veram non fictam, integram non diminutam, ex corde, non ex ſolo ore: ore quidem completè confitendum; ſed corde perfectè pęnitendum, & opere denique corrigendum, quod confeſſum, & deteſtatum fuerat. Quibus frequentiùs adhibitis, & exhibitis doctrinis, commonitionibus, & inſtructionibus tādem aliquando reſipiſcentes, deſipientem ſuam hactenus cogitationem, & conditionem animaduertentes, ſanioribus conſilijs in futurum acquieſcere, & propriæ ſaluti ſalubriùs conſulere decreuerunt: quamobrem coram Fratre Euſebio quàm plurimi viri, & mulieres opportunè, & importunè comparentes, neglectas hactenus proprias conſcientias intrinſecè rimari, & pleniùs perſcrutari voluerunt, recogitantes Deo annos vitæ ſuæ in amaritudine animarum ſuarum: quapropter generales expiationes accuratè inſtituebant, & exactè perficiebant: fatebantur delicta, deflebant præterita, prætermiſſa repetebant, omiſſa requirebant, præſentia deteſtabantur, à futuris abhorrebant, & de vniuerſis deniq; conterebantur: debita perſoluebantur, aliena reſtituebantur, damna, & offenſioes remittebantur, & quidquid iniunctum à Confeſſario exceperant, exequebantur, & ſic conuerſationem, & profeſſionem propriam ſinguli mutabāt in melius. Bonum autem, quod ſemel acceperunt, fortius vt teneant; non pauci ex eis ad hanc vſque diem aliquoties, & aliquando generaliter confiteri perſeuerāt, vnde frequenter multorum inualidæ validantur expiationes, & confeſſiones ope, & opera eruditorum Sacerdotum, qui ſuſtinent pauperculorum ſaluti inſiſtere, & ſaluari cupientibus patienter aſſiſtere: inſcientium conſcientiam, & inſcientiam ſubleuare, ſiue etiam malitiæ, ſeu incuriæ ſuccurrere; hincq; fit, vt ſæpè ſæpius neglectorum facinorum plurium annorum rationarium proferant, & ratiociniationes completas perficiant, atque alieno ære diuinæ iuſtitiæ debito perſoluendo ſoluantur, diuinæque gratiæ reſtituantur.

VII. Antiquus ille dierum Sacerdos, dum viribus, & annis vigeret, ſicque per ætatem liceret, pueris educandis, & edocendis perpetuò incubuit; verùm ſenior effectus, ſegnior etiam, quin inhabilis ad hæc, & alia populis obſequia etiam debita præſtanda euaſit: quamobrem & grandiores progenitores abſque Rectore, atq; Curatore, & nati adoleſcentiores ſine educatore, atq; Præceptore derelicti, per vitiorum deuia, & praua iniquitatis, pietatis ſemita ignorata, ruebant; ideo Fr. Euſebius rem Deo gratiſſimam, & miſerrimæ illi Genti proficuam ſe præſtiturum exiſtimauit, ſi non viros modo reducendos; ſed ſi & pueros educandos, inſtruendoſq; ſuſciperet: vnde propria in habitatiuncula ludum litterarium aperuit, aduenienteſq; & conuenientes montanos puerulos, & granduſculos rudes, & ſimplices vicillim ipſe, & ſocius Sacerdos rudimenta litteralia, & Chriſtianę vitę prima elementa edocere & ceperunt, & proſequuti ſunt: indeq; ſenes, adoleſcentes,

Anno Chriſti 1632.

Inuehitur aduerſus introductos abuſus.

Quāplurimi generales cōfeſſiones inſtituunt.

Puerorū inſtruendorum laborem ſuſcipit.

ac

ac impuberes (non mediocri ſpiritualium, & ciuilium rerum emolumento) manſueſcere didicerunt in patriæ bonum. Nam aliquali eruditione exculti, publico in Theatro actus morales repræſentare, à Fratre Euſebio edocti, valebant, quibus reprobos perſequi, probos actus proſequi excitabantur, & admonebantur: virtutis decore, & vitiorum præoſtenſo in ſcæna dedecore, & conſequente ſupplicio. VIII.

Cum hoc anno, Reuerendiſſ. Dominus Octauius Epiſcopus Diæceſanus, ſolicitus ſpeculator remotiores etiam ſuæ Diæceſis receſſus, & intra montium cacumina, ſeu rupium anfractus abſconditos ſeceſſus penetrare, & perluſtrare perſonaliter accederet, contigit aliquando; vt à Locana ad Soanam Conuallem per montium iuga tranſmeare pedeſter (equis intra petroſas vias, & aſperiores ſemitas progredi non valentibus) contenderet: Dum igitur interpoſitarum Alpium prominentiora culmina ſuperare progrediendo laborioſè eniteretur, aſperumq; propoſitum iter proſequeretur; longitudine, & difficultate peregrinationis diutius præter opinionem detentus, nocturnis tandem obſcurioribus tenebris intra tortuoſos, & diſcriminoſos calles præoccupatus fuerit; quare quò pergerent, famulis ignorantibus, & viæ ducibus, quò tenderent perſpicere iam non valentibus, & tamen progredi volentes, & tentantes, iam iam præcipitio inſtabant, cum periclitantis Præſulis accepto nuncio, Fr. Euſebius protinus luminaribus accenſis, quibuſdam ex indigenis expertis viæ comitibus, & ducibus ſecum aſſumptis, Reuerendiſſ. Antiſtiti ex-tempore occurrit, & peregranti accurrit, præuioq; lumine, & ductante homine recto itinere cum comitatu gradientes ad Apoſtolicum Domicilium perducit, Apoſtolicèq; exceptum, nocte illa apud pauperes Chriſti eum hoſpitari coegit. Mane autem facto admoniti accurrentes populi, cum Parocho ſolemniter aduenientem proprium Paſtorem Dominũ Epiſcopum exceperunt, qui directè ad primariam Ronchi Parœciam greſſus ſuos dirigens, ad hanc vt primum peruenit; Viſitationi principium dedit, indixitq; pro ſequenti futura die Plenariam Indulgentiam: concurrentes itaq; populos & Sacramentis Pęnitentiæ explare, & Euchariſtiæ propria manu ipſe reficere non ceſſauit per ſubſequentes dies, donec tres illas Parochiales & Eccleſias, & populationes plures exactè viſitaſſet, & infatigabiliter perluſtraſſet: conſolando, exhortando, admonendo, corrigendo, prouidendo cunctis gentis ſibi commiſſæ neceſſitatibus, indigentijs ſpiritualibus, & temporalibus, pro virili accurrendo: auferendo ſcandala, noxia ſubmouendo, & cuncta profutura procurando, Cooperante, & perpetuò comitante, atq; inſeruiente Apoſtolico cooperatore Fratre Euſebio, declamando pro Concione, & Sacramenta impartiendo. IX.

Reuerendiſſimus Epiſcopus Soanam Vallè viſitat, Cooperante perpetuò Fr. Euſebio.

Sapiens Antiſtes populationes illas dum percurreret, haud ſine intimiori animæ ſuæ ſenſu, & compaſſiuo conſenſu offendit; tres illas numeroſiori populo curando ſtatutas Parœcias, ſenio, & impotentia decrepito deficiente Rectore ſolitario, valente curatore derelictas, omni decore deſolatas lugere, lugentemq; & Diuinum cultum, & animarum culturam proteſtari; illjuſq; Fidẽ, & prouidentiã obteſtari; quamobrem tactus dolore cordis intrinſeco, ingemuit ſuper Eccleſiæ illius deplorabilem, & miſerrimam conditionem, quapropter annoſo ſeni, ſenili ætate conſummato ſuaſit; vt ſponte ſe officio, & beneficio abdicaret, ne in propriam, & commiſſorum perditionem diu inutiliter retinere, quod adminiſtrare non valebat onus, & opus perſeueraret: annuit ſenex, Presbyterium renuit, & Idoneo Miniſtro ceſſit miniſterium, quare prouidus Pręſul ſufficientem nouum Rectorem ſufficere excogitauit. Ex hac igitur perſonali ſui gregis perluſtratione, & viſitatione tum incolarum communi atteſtatione, tum propria ipſe experientia commonefactus Reuerendiſſ. Epiſcopus, cum Euangelici Operarij & iuges labores, & quotidianas ſollicitudines, perpetuamq; vigilantiam animaduertiſſet, ſimul & vbertimos ſpirituales pro animarum ſalute prouentus iam relatos, & in proximo referendos deprehendiſſet; eo quòd Fr. Euſebius agrum illum, olim inexcultum, iam ſufficienter excoluiſſet, Montanis illis, atq; alpigenis incolis in cunctis ſedulò adminiſtrando, nulloq; præpeditus incommodo perpetuò Indigentibus, ſaltem in ſpiritualibus aſſiſteret, & inſeruiret; coram congregata, & ſibi adſtante multitudine Vallicolarum publicè vniuerſam ſuam auctoritatem (Vicariam ſcilicet) Fratri Euſebio communicauit, & ſuum in Conualle Vicarium Generalem conſtituit, tum ad eum ſtantem conuerſus dixit: Pater ſaluandi huius populi tuæ Fidei, & curę commiſſi ſollicitudine impoſterum non amplius angar, vel vrgebor: veſtrę enim vigilantię, & integritati innixus, & fretus ſecurus quieſcam. Et ſi Eccleſiarum Pręſules Miſſionariorum Capuccinorum labores, ſtudia, & diligentias curandæ ſalutis animarum intelligerent; pluris eos facerent, atq; impenſiùs miſſiones colerent: & his dictis, vale populo dicto, & benedicto, receſſit, illiq; recedenti humiliores gratiarum actiones Fr. Euſebius rependit.

Ann. Chriſti 1638.

Reuerendiſſimus Præſul annoſo Rectori ſponta neã abdicationẽ à beneficio ſuadet.

Vicarius Foraneus in Valle conſtituitur Fr. Euſebius.

Nouo exoriente anno trigeſimo octauo, vltra milleſimum ſexcenteſimum, aduentantibus diebus quadrageſimalibus, quibus Apoſtolicis Operarijs fuſiùs, & X.

fortiùs

fortiùs enitentibus, ſeù elaborantibus, largior prouentus cęleſti horreo ſolet contingere; dum conſuetis quotidianis concionationibus incumberet Fr. Euſebius; ſtuduit inconſueta, ſed proficua, atq; vtilia, quin neceſſaria moliri tàm ſpirituali animarum ſaluationi, quàm materiali templorum reſtaurationi congrua conamina. Ad hęc maximoperè conducere, & apprimè conuenire cum excogitaſſet quadraginta horarum exercitium; illud ipſe inſtituere, & exercere decreuit, non qualicunque ſed omni meliori, & ſolemniori modo; quapropter huius ſacræ præexcogitatæ celebrationis per litteras ipſum in primis, & ante omnia certiorem fecit Reuerendiſſimum Epiſcopum Eporedienſem, vt beneplacitum ei ad hoc ſuum præberet aſſenſum; quo relato, & congrua accepta facultate, ad ſolemniorem celebritatem, & vberiorem animarum prouentum, vniuerſalioremq; populorum interuentionem celebrandæ quadraginta horarum orationi nō feriale ſed Paſchale, & feſtiuum triduum elegit, ac deputauit: tamquam conuenientium ruricolarum commodo, & opportunitati magis opportunum, ne agricultura detenti homines, cęli cultum ſiue regnum negligerent. Indulgentiarum ergo, & quadraginta horarum publica Diplomata edidit, & ad omnem viciniam promulganda tranſmiſit, quibus fideles cunctos aduocabat, & interpellabat; vt diebus Paſchalibus religioſioribus inſtitutis pijs exercitationibus intereſſe non grauarentur. Nec eum concepta ſua ſpes fefellit: In Parochiali namque Sacra Æde Oppidi Ronchi compoſito apparatu, & congruo luminarium præparatu Sanctiſſimo expoſito, per triduum copioſiores, & frequentiores cęperunt, & perſtiterunt fieri populorum concurſus: turmatim, ſed ordinatim confluebant ſingulæ populationes, continuæ, & innumerabiles fiebant peccatorum confeſſiones, Sacræ Synaxis communicationes, importuna adeò aduentantium frequentia; vt plures Miniſtri in miniſterio fatigarentur. Oppidani licèt pauperculi alienigenis cunctis superuenientibus liberaliter, & affluenter victui neceſſaria gratis ſuppeditabant proprijs in domibus, quos poſtea in Templo Fr. Euſebius ſingulos ſingulis ſermocinationibus ſtatis, & diſtributis oris, cęleſti alimonia recreabat ſucceſſiuè per vices, & turmas: & mente, & animo ad bonum proſequendū, & amplexandū roborabat, concitato adeò ſpiritu, & efficaciori ſermone, & diuina manu præueniente, vt plures etiam ex facinoroſioribus reſipiſcerent, errantes reuerterentur, criminoſi corrigerentur, publicè peccantes palam facinora ſua profeſſi deteſtarentur, noxas dimitterent, offenſiones condonarent, & noxia cuncta remouerent, vt vniuerſa proficua amplexarentur.

In Paſchate Quadraginta horarum orationē celebrat.

XI. Cum verò Frater Euſebius vrgentioribus conſulens, & incumbens, vniuerſas ferè per declamationes horarias aduerſus Templorum neglectum, & Sacrorum incuriam proclamaret, vehementiuſq; inueheretur; accenſus adeò audientes, ſignāter Oppidanos, zelus, & ardentior feruor inuaſit; vt Ronchi Incolæ, nulla interpoſita mora, operi manus admouentes, Parochiale ſuum Templum vſquequaque derelictum inſtaurare certatim homines, & mulieres aggrederentur, & progrederentur, nec prius quieſcerent; quàm inſtaurata, & perpolita ſtructura murorum, & Sacellorum, ſacram ſupellectilem decentiorem, & ornatiorem, tàm pro primaria, quàm pro collateralibus octo aris adamuſſim prouiderent: Sacris Iconibus, deuotis imaginibus, & picturis, picturatis ornamentis comparatis, adhibitis, & exhibitis: pro quorum ſufficientiori, congruentiori, & diuturniori manutentione, conſeruatione, ſeu noua requiſita prouiſione, adæquata, & proportionata, ſiue prouida facta diſtributione, ſingula Parçciæ Sacella ſingulis Parochialibus populationibus curanda aſſignarunt, & commendarunt, hincq; factum eſt; vt excitati populi zelantes, pia æmulatione prouocati decertent; quæ decentiùs inter cęteras ornatior ædicula Sacra reniteat, ita vt æmulantes vnicuiq; altari peculiare ſacrarium, & propria paramenta comparaſſe, decoramenta, exornamentaq; paraſſe videantur.

Anni Christi 1638.

Populū inducit, vt reſtauratam Parochialem ornarent.

XII. Dum igitur Frater Euſebius ad inſtauranda Templa, & ad Ædes Sacras reſarciendas cęteros adduceret; non ipſe otio torpeſcens languebat, vel profanis intentus vacabat, quin ſacratioribus incumbens, & ſecretioribus conſulens, cum Euchariſticum Sacramentum minus honeſtè, & decenter aſſeruari conſpexiſſet; quibuſdā piorum collectis elargitionibus, Parochialis Eccleſiæ præcipui Oppidi recenſiti, Ronchi ſcilicèt, præſtantiori Aræ elegantius, & conuenientius Tabernaculum, decentiori ſtructura fabrefactum prouidit; Cumque iterum ea in Eccleſia pro Dei verbo publicè proponendo nullus ſufficiens ligneus gradus adeſſet; ipſe congruū ſuggeſtum fabrefieri, & in Templo erigi curauit, appoſito deuoto Crucifixi ſeu ligneo ſimulacro. Quò verò ſanctioribus celebritatibus honorificentiùs Sacroſancta myſteria perficerentur; holoſerica ipſe paramenta ſolerter, & induſtriè parauit; quibus pro aptiùs aſſeruandis latiora Hierophylacia conſtruenda mandauit. Templi ligneis foribus vetuſtate corroſis, & attritis eiectis, nouas confici, & apponi ſategit, & deſolatæ Eccleſiæ lapideum ſolum, ſolidum pauimentum fabrefaciēdum ſolicitauit. Cumq; tandem congruæ, & ſufficientes Parochiali in Pinnacu-

Parochiali Tabernaculū, & ſuggeſtū prouidit.

Tres Campanas refarciẽdas, & conflã das curat.

lo non reſonarent campanæ, pro remotioribus ad Sacra conuocandis, nec ad hoc pecuniaria ſubſidia oblata ſufficerent; ipſe vicatim, & oſtiatim peragrando, ſtipem quæritabat, cuiuſlibet generis metalla congregando, quibus competenti in quantitate coaceruatis, tres campanas conflandas, & campanili ſuperponendas, & coaptandas curauit.

XIII. Inter prædicata Sacella ſingularibus Pagis diſtributa, & in Eccleſia Parochiali Ronchi conſiſtentia, ſtat vnum peculiare Foſij Vici habitatoribus aſſignatum, in quo, vt inſigniori, inſignem Sodalitatem Fr. Euſebius erigendam excogitauit, quare à legitimis ſuperioribus congrua ad hoc, & legitima obtenta facultate, Societatem Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo fundauit, cui quàmplures, imò ferè omnes Vallicolæ protinus deuotè adſcribi, & connumerari feſtinarunt. Feſtinantes igitur vt ad decentiorem, & honeſtiorem cultum, atque frequentiorem Virginis Dei Matris alliceret, & induceret; ex eleemoſynario collecto ære formoſum, & elegans Deiparæ brachijs dulcem Ieſum amplexantis ligneum ſimulactum Mediolani fabrefactum, inde huc aſportandum, & in prædicta ſacra ædicula collocandum curauit: inde conſtituta Congregatione fidelium Carmeli habitum geſtantium, procurauit pariter, vt deſcriptorum, & congregatorum geſta, atque operationes Vexilliferæ Matris Archetypo configurarentur; quare ſtatis diebus feſtiuis, & celebrioribus propoſitis elucrandis Indulgentijs, ad remiſſionem ſuorum criminum conſequendam hortabatur, & impellebat: præſcriptis pijs exercitationibus, & ſtatis ſupplicationibus eos adeſſe, & intereſſe interpellans, quibus ſuauioribus ſollicitationibus interpellati, & impulſi, Eccleſiaſtica Chriſtiana exercitia Pietatis, & Religionis impenſiùs colere didicerunt.

Virginis de Carmelo Societatem inſtituit.

Ann. Chriſti 1638.

Elegans Deiparæ ligneũ ſimulacrum deauratum Aræ apponi curauit.

XIV. Hanc verò ordinario Apoſtolico domicilio proximiorem Parœciam dum ſollicitè curare ſategit; geminas diſtantiores nequaquam tamen procurare neglexit: frequenter enim eò ventitans proprio Paſtore, & Curatore deſtitutos greges inuiſebat, viſitabat, curabat, paſcebat verbo, & Sacramentis ſanabat. Tergeminæ quidem Eccleſiæ Parochiales inueniebantur; ſed vnicus Parochus reperiebatur, qui Ronchi conſiſtens, & primariæ deſeruiens viciniori, longè lateq; diffuſis, & diſtantibus copioſioribus, & numeroſioribus Vallicolis populationibus nequaquam inſeruire valebat, nec valebant prouentus tenuiores cęterarum duarum Parœciarum Campiliæ, & Corzoneriæ proprium ſibi ſingularem Sacerdotem ſingulæ conducere, & ſuſtentare, nec erat, qui inter rupes & alpes agreſtes populos conſiſtentes curandos exiguiori ſtipendio ſuſcipere vellet: quare pauperes ſpiritu, pauperiores cenſu, pauperrimi ſpiritualibus ſubſidijs deſtituti, & neglecti deperibant. Apoſtolicus igitur cooperator intelligens, ſe pererranti ouiculæ deſpectæ inter montes, & ſyluas periclitanti inquirendæ, & reducendæ à Præſulibus emiſſum, veluti emiſſarius eques per aſpera, & inuia curſitabat, & ad deuios veniebat, vt obuios quoſcunq; indigentes, egentes, afflictos, & oppreſſos releuaret, adiuuaret, vel ſaltem humanioribus officijs ſolaretur: captata præcipuè opportunitate ſingularium peculiarium ſolemnitatum Eccleſiarum illarum. Tunc enim matutiùs accedens, confeſſiones aduenientium excipiebat, confeſſos verbo Euangelico confirmabat, tum inter celebriora Miſſarum ſolemnia propria manu Euchariſtico pane reficiebat, nec priùs recedebat; quin cunctis Eccleſiaſticis officijs perſolutis, populis illis plenariè ſatisfeciſſet. Sibi tamen haud ſatisfactum cenſebat; ſi vicinioribus ſolis Vallicolis adfuiſſet, niſi etiam Accolis remotioribus pręſtò eſſet, vnde & Campiliæ alpes prominentiores aſcendit ſæpiùs, ſignanter, vt in die D. Laurentij Martyris, vndique aduentanti populo, vt Sancti Beſſi Thebęi locum ſanguine, & Martyrio conſecratum venerarentur, ſpiritualia ſubſidia miniſtraret: atq; inter Locanam, & Soanam Conualles ſtantia montium culmina tranſlineauit, vt Ribordonum veniens, apud Matris miſericordiæ Sacras Ædes feſtiuis ibi celebratis diebus Dei verbum congregatis fidelibus proponeret, atq; ad feruentiorem Virginis cultum excitaret: quod cum ſemel, & iterum perfeciſſet; in regreſſu itineris difficultate, & aſperitate feſſi adeò laborare, & nutare cæperunt, vt retrore correpto ſocio Sacerdote, regredi cogerentur, & per aliam longiorem, & planiorem viam ad proprium domicilium remeare admonerentur, ne grauius iterum periclitari contingeret.

Vniuerſis pro virili opitulatur.

XV. Dum geminas illas Parochiales Ædes Campiliæ, & Corzoneriæ frequentiùs inuiſeret; vidit Dei Domos pauperie, & incuria non mediocriter laborantes: deſtituta Templa, vacua Sacraria, neglecta Sacella, vacantia altaria, quamobrem cæpit ipſe priùs pro concionibus publicis, vel priuatis adhortationibus habitatores Villarum cohortari, & excitare ad communem Parochialem ſibi ipſis peculiarem Eccleſiam inſtaurandam, & reſtituendam, decentiùs vt Diuinum cultum inibi religioſi exercere valerent, quare admoniti, & commonefacti homines illi voluerunt, & voluntatem opere complerunt: nam paramenta, atque ornamenta decentia ſinguli Parochiani populi, pro ſingulis ſuis Parochialibus Templis & Cam-

Parœciarum deſtituta Tẽpla reſtituẽda procurat.

pi liæ,

Ann. Chriſti 1638.

pilia, & Corzoneriæ parauerunt, vnde honorificentiùs impoſterum ſacra peragebantur duabus his in minoribus Eccleſijs, ſicuti & in maiori, ſeu ampliori Ronchi præſtabantur, ad quam exornandam, & prouidendam bis millenas Ducales libras liberaliter homines illi erogarunt, & impenderunt.

XVI. Intercedebant inter contribules, vel conuallicolas quædam inualeſcentes ſimultates, & pernicioſa diſſidia: iam enim iracundia, & furore perciti, & Sathanicis furijs exſtimulati vſque ad ſanguinis plures effuſiones, rixationes, ſeu digladiationes proceſſerant: vnde effuſo cruore exardeſcebant feruentiùs inimicitiæ, & in mutuam perniciem inſurgebant: quare Frater Euſebius ne iracundiæ furor in vlteriores progreſſus, & grauiora damna procederet; inſurrexit ipſe, & validioribus orationum, ac precationum armis præmunitus inter diſſidentes acceſſit, & interceſſit, ac tantum efficacioribus perſuaſionibus, adhortationibus, admonitionibus, obſecrationibus, & perterrefactionibus profecit; vt tandem Deo operante diſſidentibus pacem, diſcrepantibus concordiam, & rixantibus tranquillitatem reliquerit, & conciliauerit. Per biennium igitur circiter hic commoratus, atq; operatus, ad quadrageſimales conciones habendas aliò aduocatus receſſit. Exardeſcentes inimicitias extinguit

APPENDIX.

FR. Ioachim à Foſſano Quadrageſimalium ad concionum ſtadium in Vallis Soanæ Miſſione excurrendum deſtinatus, aduenit ſub his temporibus, aliò properante Fr. Euſebio. Hic igitur Capuccinus Læuita Apoſtolico Spiritu imbutus, & Seraphico zelo ductus cepit pro ſuis Concionibus ardenti, & efficaci voce pertonare: Penitentiam agite, & acriter aduerſus enormiora quædam illis gentibus familiaria crimina inuehere; quare criminoſi quidam illius capiti minitari voluerunt, quorum minas floccipendens, à conſimili arguendi modo in genere capitalia piacula nequaquam abſtinuit ſacer orator, quinimmò cum iidem ſicarij graſſatores quibuſdam aduenis eò peruenientibus inſidiari, & in itinere mala inferre molirentur; admonitus Euangelicus Cuſtos, regredientes hos alienigenas per tantum viæ ſpatium cum ſocio comitatus eſt, quantum eorum incolumitati neceſſarium fore exiſtimauit, ſicque prædonum nequiorem ſpem deluſit. Furentes igitur eluſi prædones religioſum excubitorem ſua in domeſtica ſtatione quieſcentem noctis tempore aggreſſi ſunt, minis, & inſultationibus eum perterrefacere conantes: verùm intrepidus Capuccinus Athleta, poſtquàm manſuetioribus reſponſionibus illos nequaquam manſueſieri conſpexit; acrioribus increpationibus aggredientes repulit, & reiecit. Vnde illi indignantis ſacerdotis iuſtæ iræ cedentes receſſerunt, & breui tempore miſerrimè interierunt. Concionibus habendis in quadrageſima aduenit F. Ioachim.

CALCVLVS SECVNDVS

Fr. IOANNIS BAPTISTÆ à CAMBIANO Concionatoris per annos 1639. 1640. 1641.

I. FÆrocioribus, atque truculentioribus cicurandis Populis miſſurus Dominus ſuos Apoſtolos quondam, & diſcipulos, docebat illos, ac dicebat illis: *Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum* quinimmò Luc. eod. cap. *Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos*. Quare non potius, vt rugientem leonem Marci Euangeliſtæ Symbolum, & Euangelici Prædicatoris Propheticum ſignum? Reſpond. Chryſoſtomus: *vt lupi ab ouibus ſuperati in agni naturã conuerterentur*. Verè huius Dominicæ Miſſionis typum proſequentes regulares Miſſionum Præfecti, hoc anno miſerunt ouem ſimul, & agnum inter lupos, dum Fr. Ioannem Baptiſtam à Cambiano ſimplicitate, & innocentia agnum, fecunditate, & vtilitate ouem in luporũ nempè Vallicolarum Ponti medium ad Apoſtolandum miſerunt: nequaquam tamen à propria ſpe defraudati, ſuaq; expectatione fruſtati euaſerunt, quia ouis religioſa non luporum morſibus lacerata defecit, quinimmò agnus manſuetudine luporum ferociam ſuperando, feros Incolas in mites Chriſticolas transformauit, vt ex infrà numerandis mox patebit. Matt. c. 10. Ann. Chriſti 1639. D. Chryſoſtomus hom. 34.

II. Quoniam igitur primum peculiarè, ac præcipuum Apoſtolicæ Miſſionis à mittente Domino præceptum miſſis diſcipulis præſcriptum hoc vbiq; ab Euangeliſtis legimus deſcriptum: Prædicate Euangelium, Prædicate Regnum Cœlorum, Prædicate, & dicite. Fr. Ioannes Baptiſta Capuccinus Theologus, & ſacer orator Sacræ Euangelicę Miſſionis Canones, & normam haud ignorans, ſui Apoſtolici muneris exercendi primum peculiare & pręcipuum exordium, illud Dominicum

præceptum, & preſcriptum eſſe voluit: prędicate, dicite. Dicebat igitur pro ſimplicium Catechiſmo, ſiue pro familiari congreſſione, aut domeſtica religioſa ſua conuerſatione humaniter adeò, ac benignè Chriſtianę diſciplinę rudimenta explicando, quinimmò ſpiritualia, & animæ proficua perpetuò pertractando; vt ab illius ore penderent vniuerſi, olim Vallicolæ etiam agreſtiores. Prędicabat autem, imo vt prędicaret ſolicitè, ac ſedulò quin perpetuò inſatigabiliter circuibat, peragrabat, ſed quid dico peragrabat? pedibus, manibus per prominentiores alpes, & aſperiores rupes, ſiuè brumalibus algoribus obrigeſcens, ſiue æſtiualibus ardoribus liqueſcens reptabat, cunctis illis in vicis, ac diſcretis, ſeu longiùs diſſitis populationibus declamando. *Pœnitentiam agite appropinquauit enim in vos regnum Dei. Ecce iam ſecuris ad radicem arboris poſita ſtat.* Tanto autem ſui zelotis ſpiritus feruore, & ſuæ operoſę charitatis ardore ſimplicia illa, ſed efficaciora, & vehementiora ſua oratoria verba pro ſuggeſtu promebat, & proferebat; vt velut forti ex arcu emiſſæ ſagittę, à validioriq; manu eiaculatę validiùs audientium corda & pulſarent, & vulnerarent, atq; ex ſalubri vulnere ſaluificos lachrymarum riuulos effluere facerent. Prędicati igitur verbi penetrabilior efficacia, cum innocentia vitę ac morum religioſa compoſitione ſęderata, tantum apud efferos illos alpium rudiores, & inhumaniores Incolas, ac ruricolas valuit; vt eorum & mores, & conuerſationem, & vitam in meliùs commutare prępualuerit. Vnde irreligioſi quondam Populi, & Sacrorum oſores homines, diuinorum ſoliciti cultores, atq; Sacroſanctorum myſteriorum cernui veneratores, ſpiritualiumq; exercitationum ſinceri amatores euaderent, ita vt religio, & quam maxima eſſet apud illos, vel bucellam panis prius attingere, quàm Sacroſancto Miſſę Sacrificio aſſiſtere. Qui rurſus olim abſtinentiæ, & ieiuniorum leges, vix ſi inter Chriſtianos ſeruarentur, audiuerant, ab Eccleſia præſcripta ſignanterq; Quadrageſimalia ieiunia inuiolabili obſeruantia, etiam mechanico labore fatigati cuſtodiebant. Qui tandem ſemel in anno confitentes, vix in Paſchate Sacrę Synaxi communicabant, mox proprijs conſcientijs ſacramentaliter expiandis, & Sacramentis in frequentandis, à mane in Veſperam Sacerdotes, prę̨cipuè Capuccinos, ſępè ſępiùs fatigabant, ſicuti huius Coapoſtolici ſucceſſores teſtatum nobis reliquerunt.

Explicat rudimẽta Chriſtianæ diſciplinæ.

Matth. 3. Luc. 3.

Ann. Christi 1640.

Sua prædicatione illorum hominũ mores in meliùs commutat.

III.

Bonum iugiter teſtimonium propria ſibi conſcientia perhibente ſingulari fiducia, & fiducialiori in Deum confidentia ferebatur. Quamobrem cum Conuallis illa, Soanę dicta, frequentioribus, atque vehementioribus tempeſtatibus quateretur, pertonantibus tonitruis, & procellis per totam æſtatem ruentibus ad frugum deuaſtationem; Fr. Ioannes Baptiſta miſeris Vallicolis compatiens, cum compaſſiua deuotione in Crucifixi Ieſu Crucem afficeretur, atq; in Crucis virtute plurimum confideret; Crucium ſufficientem quantitatem præparari fecit: tum opportuna ſolemni die proceſſionaliter ad Montium cacumina cum Populo ſcandens, ſupra eminentium rupium culmina diſtributas allatas cruces erexit, & ſtatuit; à cuius Sanctę Crucis erectionis, & exaltationis die tonitruorum quidem mugitus, & tempeſtatum impetus ſuper altiora alpium iuga, & audiuntur, & conſpiciuntur per aera euagari, verùm cum ad erectos Crucis terminos peruenerint, gradum ſiſtunt, feros fluctus confringunt, & retrorſum feruntur, videntibus, & admirantibus Vallicolis, qui Crucis efficaciori Vexillo, & ſigno alligatum in Montibus Sathanam confitentur. Rurſus cum Vicum ad quemdam concionaturus perueniſſet Fr. Ioannes Baptiſta; circiter ſermocinationis terminum copioſiores de Cœlo imbres vehementiùs adeò ruere cœperunt; vt per octo conſequentes continuos dies perſeuerantes, imbriferis aquis continuò ſuperuenientibus, præterlabentis amnis fluenta copioſiùs ita intumeſcerent; vt & Apoſtolico Operario ad propria regrediendi aditum occluſerint, & ditioris cuiuſdam ædes, ad quas malè ſe habens Capuccinus confugerat, validioribus in illas irruentibus vndis obruere, & per præceps ſecum mox pertractura viderentur: quare & ipſe Pater familias, & familiares cuncti iam iam de domeſtica tota ſupellectile velociter auferenda cogitabant, proprium tamen cogitatum viro Dei Capuccino decumbenti in lectulo, & grauiter febricitanti primo annunciare voluerunt: quos tamen ille meliora ſperare iubens, de ſtrato æger conſurgens, vix ſuis pedibus conſiſtens, quod ſecum perpetuò circumſerebat arrepto Crucifixi Saluatoris ſimulacro, ad fluminis ripas acceſſit, atque intumeſcentibus in horas magis vndis in Crucifixi Ieſu nomine cõminatus, baculum in crepidine fluuij pro termino fixit, & ſuper baculum ſuum crucifixum confixit, & ad cubile regrediens receſſit, nec vltra violentus aquarum decurſus, Crucifixi imaginem venerans, acceſſit; quinimmò recedens, ſtupentes periclitantis domus habitatores illæſos, & incolumes dimiſit.

Super culmina Montium ligneas Cruces erigit.

Ann. Christi 1641.

Crucifixi ſimulacro ad ripam intumeſcentis fluminis defixo, vndas reprimit.

IV.

Templorum non modò venerationem, ſed & exornationem, ac reſtaurationem Fr. Ioannes Baptiſta omni ſtudio proſequebatur: quapropter (ſicuti teſtes omni exceptione maiores referunt) ipſe Parochialem præcipuam Vallis Eccleſiam quadratis lapidibus ſterni, & ſubſterni curauit: Eccleſiaſticam ſupellectilem pariter

multum

multum cumulauit. Holoſerica nonnulla pro Calicibus ſcutulata vela Mediolano aduehenda procurauit. Sacerdotibus fideliter obſequebatur, & cooperabatur: populis verò in Sacramentis, & pijs Charitatis officijs ſpiritualibus, & temporalibus miniſtrandis numquam defuit, quinimmò perpetuo adfuit: ægrotos inuiſendo, infirmos roborando; morientibus adſtando, viuentibus autem, vel potiùs ad vitam, ſeu ad victum vix neceſſaria habentibus ſuccurrebat, & pro virili eleemoſynaria ſubſidia impendebat: Confeſſiones Sacramentales infatigabiliter perſtabat excipiendo: tumq; errantes monebat, deuios reducebat, & perditos ad ſaluationis ſemitam reuocabat. Sic faciebat fidelis ſeruus Fr. Ioannes Baptiſta cunctis ſuæ operationis diebus, per triennium intra rupes commoratus.

Ann. Christi 1642.

CALCVLVS TERTIVS

Fr. STEPHANI à VICONOVO Concionatoris per annum 1642.

1. HIeroſolimitanæ olim vrbis decor Leuita Stephanus à Chriſti morte primus, à prædicationis tamen Euangelicæ primordijs in numero martyrum tertius computatur, poſt Præcurſorem namque Baptiſtam, & Mundi Saluatorem Ieſum enecatus occubuit: dum æternæ vitæ gaudia, & nouæ legis gratiam, ac ſuauitatem inueteratis à malitia Iudæis Euangelizando nunciaret; cuius ad numeri imitationem, non æqualitatis æmulationem Fr. noſter Stephanus à Viconouo, licèt ipſe nunc primò ad Apoſtolatum electus fuerit; tertius tamen in Apoſtolico hoc exercendo in Soana Valle munere numeratur: poſt namq; F F Euſebiũ, & Baptiſtam Vallicolanos hos excolendos ſuſcepit, & ſuſceptos ſolerter, ac diligenter excoluit, crebrius Euangelium prædicando, Euangelicis prædicationibus vitia eradicare, virtuteſq; conſerere totis conatibus ſatagendo: vnde corrigebat errantes, peccantes monebat, ignorantes docebat, ſtantes confirmabat, & fortes ad fortiùs proficiendum animabat, penitentium confeſſiones Sacramentales longanimiter excipiebat, atque deuios per penitentiam, ſimul & medicinam curatiuã, ſiue præſeruatiuam reducere, & perfectè curare ſtudebat: Indigentibus opitulabatur, ſolabatur mœrentes, atq; pro ſuo virili, ac impoſito onere omnibus, per annum operans, benefacere curauit, & tandem reuocatus ad clauſtra remeauit.

F. Stephanus omnibus benefacere ſtudet.

CALCVLVS QVARTVS

Fr. HONORATI à SANCTO STEPHANO Concionatoris per annos 1643. 1644. 1645.

I. NOmina & agnomina ab hominibus imponuntur ad libitum, & ad placitum; à Deo autem ad præſagium futurorum, & meriti, ſeu operis vaticinium: ſic Mariæ filius nuncupatus eſt Ieſus, ideſt Saluator, filius Ionæ, ideſt Columbæ Simon vocatus eſt Petrus, Zebedæi autem bini nati agnominati ſunt Boanerges, ideſt Euangelicè tonantes, ſiuè Apoſtolica tonitrua. Noſter hic Apoſtolicus Operarius, Seraphici Patris Franciſci legitimus filius, ipſo in Capuccinæ religionis ingreſſù, Fr. Honorati à Sancto Stephano copulatum, & congeminatum nomen, atq; religioſum agnomen accepit: ad libitum, & placitum quidem ab hominibus impoſitum; verùm ad futurorum præſagium, & meriti, ſiue operis vaticinium à Deo imponentibus inſpiratum. Iure namque meritò Capuccino huic alumno & Honorati nomenclatura, & vitronei Martyris Analogicus titulus adæquatè perpetuò conuenit: nam honorato exteriori aſpectu, honorata magis religioſa conuerſatione, pluſquàm honoratis moribus conſpicuus, honorabili vitæ ſanctimonia clarus, honorifica fama cunctis ſuis confratribus notus, honorandus à cunctis, etiam apud extraneos habebatur: quia honorificanda illius, honorum memoria digna, vita, iuge religioſum incruentum martyrium nuncupari valet. Aſſero ego de viſu, & confirmant vniuerſi oculati pariter teſtes, quia haud longioris illius peregrinationis curſus perpetuus fuit cum domeſtico ſuo hoſte, ideſt corpore conflictus: in frigore namq; & nuditate, in ieiunijs, & aſſiduis vigilijs, in macerationibus, flagellationibus, & aſperioribus tractationibus, cilicijs, abſtinentijs, inedijs, & vſque ad animi deliquium rigidioribus afflictationibus carnem ſuam cum Chriſto Crucifixo quotidie crucifigebat: ſecum rigidus, inhumanus, & crudelis; cæteris verò benignus, pacificus, modeſtus, manſuetus, affabilis, & humanus. Hic

Ann. Christi 1643.

Fr. Honorati virtutes referuntur.

præclarus Minorita pluribus quidem religioſis virtutibus effulgebat; verùm charitatis in indigentes, ſeu infirmos proximos, oratione, nempè eleuatione mentis in Deum, exactiore ad ſuperiores ſubiectione, & obedientia, abiectiore in ſemetipſo exiſtimatione, & deſpectione, chariſmatibus genuinis perfectionis ſignaculis perexcellebat: quare moderandis Capuccinorum Conuentibus ſępiùs prępectus, aliquando etiam Apoſtolico ſuſtinendo oneri fuit ſuffectus, hocq; anno ad Vallicolas hos ſpiritualiter exercendos deſtinatus à ſuperioribus, velocioribus greſſibus acceſſit.

II. Opus autem ingreſſus, & agreſſus ab operando numquam quieſcere, aut ceſſare paſſus eſt, nulla vel nimis ardui facinoris, vel periculoſioris itineris difficultate retardatus: quinimmò rudioribus Vallicolis illis Euangelizando verbum Dei, perpetuò circuire, montium iuga ſuperare, Valliumq; receſſus penetrare indeſinenter & occeptauit, & perſeuerauit: Triennalis ſuę Miſſionis temporibus, ſuperuenerunt aliquando brumæ rigores, & glacies, ac niues altiores, quàm vt per rupes, & anfractus illos peruius acceſſus pateret: niuium namq; immenſiori copia præcluſi illis in oris viarum aditus, difficulter admodum, & periculosè ab vna ad alteram illarũ populationum accedere, ac permeare permittunt. Anguſtum rurſus Capuccinorum Operariorum domicilium quoddam intra rupes ſepoſito angulari in receſſu aquilonari ſitum latet magis, quàm iacet, atq; à Parochialibus Sacris Ædibus in Auſtrali Ronchi oppoſito vico poſitis quaſi per milliare diſtat, inter diſtantes rurſus & principale Vallis flumen, & collateralis amnis præterfluendo intercedunt; Quando iterum hyemali vehementiori frigore, ac gelu conſtrictis aquis conſueti decurſus occluduntur meatus, ſuperuenientes de nouo intumeſcunt vndę, & per circumadiacentia complana, vel decliuia effunduntur; vnde itinerantibus vel per glacies, vel per aquas, vel per niues, quinimmò per hæc omnia ſimul neceſſariò permeandum eſt. Hæc igitur omnia conſueta, & euidentiora itinerandi diſcrimina, quæ indigenas per vniuerſos illos dies domi ſedentes concludunt, Euangelicum ſatorem Fr. Honoratum nequaquam remorari valebant, quin per niues, glacies, & gelidas aquas irrumpendo, etiam pedibus acerbioribus offendiculis cruentatis, prædicando, & ſimplices docendo peragraret: ſaluationis enim animarum feruentiori zelo ductus, & in proximos ardentioris charitatis ſtimulis impulſus, proprij corporis, & corporeæ valetudinis incolumitatem floccipendebat: pro Dei honore, ac Fratrum ſalute ſeipſum impendere, & ſuperimpendere geſtiens: Vnde cum aliquando charitatiuæ zelotypię facibus exagitatus, ad concionandum per media brumalis algoris acerbiora pericula egrederetur; vix per aliquot paſſus progreſſus Dei famulus nudipes (nõnumquam enim vt per gelidas reptaret ſemitas etiam ſandalia abijciebat) aſperiori frigore correptus obrigeſcens, geluque conſtrictis pedibus, medio in itinere corruens defecerit, nec per ſe regredi valuerit, ſed ſuper accurrentium brachia ad propria deferri neceſſe fuerit, vnde & grauiorem in languorem incidit.

Per gelidas niues, & aquas peragrat ad verbum Dei prędicandũ.

Ann. Christi 1644

III. His igitur, & conſimilibus Apoſtolici zeli, & Seraphicæ charitatis in Deum, & proximum demonſtrationibus euidentioribus editis, apud Vallicolas illos religioſa æſtimatione, ac veneratione tantum valere, & pro concionibus, ſiue domeſticis commonitionibus, atque cohortationibus pręualere cœpit; vt mirabiles ac innumerabiles ſpirituales prouentus reportauerit, illius gentis in moribus agreſtibus reformandis, atque in melius commutandis, peccatoribuſq; pluribus ad pęnitentiam prouocandis: quorum poſtea in Sacramentalibus confeſſionibus excipiendis longanimiter laborabat, ſicuti iuuandis miſeris, egenis, & ægrotis plurimùm inſiſtebat. Nec tamen in ſimplicioribus erudiendis deficiebat; imò Catecheſi neſcientium in preſtanda plurimam operam nauabat, ingiterq; enitebatur, quò vniuerſi & ſinguli illi alpeſtres habitatores neceſſaria ad ſalutem ſufficienter calllerent. Inſtruendis igitur, & Chriſtianè inſtituendis agreſtibus his Montanis hominibus ſtudio ſolicitiori cum teneretur; aliquando præter Parochi propoſitum, & beneplacitum ſuggeſtum in diei Paſchatis mane conſcendit, quare ille publicè in ſacrum oratorem inſurrexit, atq; à prædicatione ceſſare compulit, quod libenter ille, & ſapienter ſufferens, ex-tempore præſtitit, & pacificus diſceſſit. Cum verò Clericus iterum, & tertio Capuccinorum declamatorem à proprio munere præſtando præpedire perſeuerauerit; indignati Populi ad Reuerendiſs. Eporedienſẽ antiſtitem Sacerdotis renitentiam deferentes pro remedio expoſtularunt: ad ſe igitur accerſitum Leuitam Rectorẽ zelans D. Epiſcopus acriter corripuiſſet; niſi Fr. Honoratus pro eo interceſſiſſet. Vix igitur paucis elapſis diebus grauiorem in morbum Parochus cum incidiſſet; ad decumbentem Capuccinus Cooperarius acceſſit, & blandis ægrotum, ſuauioribuſq; allocutionibus conſolatus, languenti illi omnem ſuam opem, & operam ſignanter perſonalem pro illius infirmitatibus, & neceſſitatibus ſubleuandis ex toto corde obtulit, vnde inconſuetæ virtutis ſplẽdore ille confuſus, palam coram adſtantibus propriam culpam profeſſus, ab hu-

Spirituales prouentus reportat.

Ann. Christ 1645.

A prędicatione ceſſare cõpellitur, & patienter ſuſtinet.

Parocho grauiter ægrotãti, perſonalẽ opem, & operam obtulit.

mili

mili religioſo ſuorum erratorum veniam eſt deprecatus. Fr. Honoratus ergo triennio ſuæ Miſſionis expleto, inde remeauit.

CALCVLVS QVINTVS.

Fr. HILARIONIS à BOVISIO Concionatoris per annos 1646. 1647. 1648. 1649. 1650.

I. EVangelicis vocibus clamabat Verbum: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde, iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue;* Quaſi diceret: ego labore diutino feſſos, & onere grandiori preſſos vt reficiam, & iugum tollendum, & nouum onus ſubeundum propono, & præcipio: ſed iugum quidem manens, iugum ſuauè cognoſcitur, & onus itidem remanens, onus leue ſentitur; ſed quibus hoc? ijs dumtaxat, qui cæleſtis Parentis Filij ad exemplum miti ſpiritu, & humili corde pariter, & animo hilari onus ſuſcipiunt. Horum in epygraphe inter cæteros adſcribendum cenſeo noſtrum hunc Fratrem Hilarionem à Bouiſio, cuius & pronomen, & nomen Euangelica & iugum, & onus quaſi peculiaria propria ornamenta, ne dicam reficiamenta reſpiciunt. Bouiſium namque, ideſt Boum ornamentum computatur iugum, & animo hilari onus reficiamentum videtur. Quod autem verbali ſignificatione in religioſo nomine, & pronomine voces oſtendunt, virtuoſa ipſe, & iugi operatione Fr. Hilarion à Bouiſio, hoc anno, ad hanc Soanæ Vallis Cuſtodiam ab Apoſtolici operis Præfecto vocatus, & emiſſus demonſtrauit. Nam miti ſpiritu, & humili corde ſimul, & animo hilari onus Euangelicum, Propheticiſ Bouis iugum tulit, & quamdiù in agro dominico arauit, nempe per integrum luſtrum laborans, velut ſuaue, & leue infatigabiliter portauit. D. Mat. c. 11.

Ann. Chriſti 1646.

II. Euangelica igitur in primis gratioſa ſemina vt ſufficiẽter ſereret; non temporis opportunas commoditates præſtolabatur, ſed continuata, & aſſidua dierum feſtiuitatum, & dominicarum ſeriè, ac perſeueranti fatigatione, quaſi ſtatione, aut ſarritione diuina ſemina, & ſupra petras. & iuxta viam, & inter ſpinas, ac tandem in terrã bonam & pro Cõcionibus, & pro Catechiſmis iactare non ceſſabat: per inclementiorem aerem, & aſperiorem plagam aſſiduè circumeundo, vel frigore obſtupefactus, vel imbribus madefactus, vel nimio æſtu in ſudores liquefactus montana, & Vallis complana perluſtrabat, tam efficaciter Euangelicum illud pronunciando, & auditorum pectoribus inferendo: *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum Cælorum.* vt ad huiuſcemodi prædicationis Clariores, & efficaciores radios, propriæ conſcientiæ hactenus abſcondita proſpicientes, & abdita rimãtes quàmplures inualidè ſe iamdiù confeſſos, & abſolutos intelligentes, pleniùs, & perfectius ſuarum animarum receſſus perſcrutantes, & corda perluſtrantes, coram Capuccino Sacerdote retroactas cunctas Sacramentales confeſſiones de neceſſitate repeterent, & de totius anteactæ vitæ decurſu completè confiterentur. Quod cum multoties exaudire cogeretur Operarius Euangelicus; diutiùs etiam in Confeſſionali per integros dies plures commorari compellebatur itaut, vix à Confeſſionario digreſſus, pulpitum conſcenderet, & à ſuggeſtu ad confitentes audiendos regrederetur: ſingulari cum fidelium reſipiſcentium multorum emolumento; D. Matt. c. 3. Aſſiduè circumeũdo pœnitentiã prędicat.

III. Prudenti viro haud mirandum, aut reprehendẽdũ videbitur; ſi Capuccini hi Theologi, & Cõcionatores, vt alpeſtribus illis habitatoribus, & amnicolis intra aſperiores rupes caprearum more degentibus, verbum vitæ proponant; manifeſtiori vitæ, & incolumitatis diſcrimini toties ſe ſe exponunt. Quia non ſolius verbi prædicandi gratia, ſed & rudes catechizandi, atq; Penitentiæ neceſſarij Sacramenti adminiſtrandi præcipuè perurgente cauſa, huiuſcemodi diſcrimina ſubeunt, ſicuti conteſtantur, quæ numeranda ſequuntur. Fr. Hilarion igitur cum Campię ad populationem, vt ſacra verba auditoribus proponeret, & confeſſionis verbum à pęnitentibus ipſe exciperet, hyemali tempore peruenisset; breui copioſior nix de Cœlo ruere cœpit, quàm vt regredienti pateret aditus: quamobrem per triduum ibi apud Campienſes, licèt minus commodè, commoratus, eos, qui inibi ſanatione ſpirituali indigebant, curauit, poſtmodum religioſum ad domicilium regredi vt valeret; præcedentes duodecim robuſtos viros, & validè, vt per niues ſemitam licèt anguſtam aperirent, laborantes ipſe ſequebatur. Rurſus æſtiuo tempore, cum Sanctis Petro, & Paulo Apoſtolis Sacro die ad vnius cuiuſdam Vallani pagi Eccleſiam, in qua plenariæ comparabantur Indulgentię, Capuccinus Concionator & pro concionibus habendis, & pro confeſſionibus ſpecialiter audiendis, Vitæ diſcrimina ſubijt.

acceſſiſſet, poſtquàm iugiter tota die vtroque in miniſterio laborioſè admodum operatus fuiſſet; veſperam circiter obnubilato Cęlo, & improuiſa imbrifera tempeſtate aere perturbato, & occupato, ad propria remeandi aditus extitit intercluſus; quare ſubdiò ſuper fœnum inibi pernoctans, cum mane ſurgens de regreſſu cogitaret, cogitanti en adſunt, qui annuociant, infirmos quoſdam illius viſitationem expoſtulare, & vt coram eo confiterentur præſtolari: illicò pius, ac charitate feruidus Sacerdos infirmantium habitacula verſus, inceſſanter adhuc cadentibus pluuijs, dirigit, & ſuos veloces greſſus conuertit, diuerſoſq; ad iacentes perueniens pro ſuo munere, & Sacerdotali officio humaniter, & plenariè illis miniſtrauit. Quoniam verò ea tempeſtate morbificus in Subalpina tota regione febrium influxus prædominabatur; innumeri intra illos Montes egrotantes periculoſè languebant, quamobrem ſuperuenientis, & per vicinia perambulantis Fr. Hilarionis opportunam commoditatem nacti Vallicolani; vnus poſt alium, tamdiù Capuccinum confeſſarium pro ſuis Sacramentalibus expiationibus excipiendis interpellarunt, quamdiu ipſe cunctis compatiens, & omnibus accurrere, & ſuccurrere volens, per biduum in opere perſeuerans, fluentibus inceſſabilibus imbribus perpetuò madefactus, aſperiores per rupes & alpes laborioſè admodum peragrauit: vnde tandem domum reuerſus, diſcriminoſo ex itinere contracto morbo, in mortalem ægritudinem incurrit, ex quà vix, & ægrè admodum, tandem aliquando, poſt diutinum languorem euaſit.

Ann. Christi 1650.

Cõtumelias patienter ſuſtinet; & pro conuerſione laſciuientis mulieris laborat.

Non peruaſit tamen Parochi cuiuſdam publicas contumelias, & confuſiones, IV.
quas ipſe humiliter, & patienter ſuſtinuit: publicam pellicem, & laſciuientem mulierculam vt reduceret, plurimùm itidem laborauit. Cum enim illa à principio honeſtè intra domeſticos lares degẽs, ſępiùs ob formoſitatẽ à laſciuiẽtibus ſolicitaretur, validèq; ſolicitantibus aliquandiù reluctaretur; tandẽ muliebri infirmitati, & concupiſcentiæ ſtimulis ſuccumbens, laſciuire & ipſa, & pellex facta cęteros ad turpia pellicere, atq; allicere ſtudebat: nec mali dumtaxat plurimo multiplicato genere ſe ſe miſera implicabat; ſed etiam veluti deſipiens, & phrenetica à bonis cunctis quoq; recedebat: non enim amplius ad Eccleſiã, ſeu Sacramenta, vel ſaltem Sacramentalia accedebat; ſed à religionis cultu, quantum valebat, volebat diſcedere. Quare deſperatæ huius mulieris ſalutem vt inquireret Fr. Hilarion, mediis, & modis omnibus pertentatis, ad Eccleſiam primò ſpontaneam eiectam exulem deducere procurauit. Receſſit igitur Fr. Hilariõ poſt quinquennij laborem, & aliò operaturus conceſſit.

CALCVLVS SEXTVS.

Fr. MAVRITII CEVENSIS Concionatoris per annos 1651. 1652. 1653.

POſtquàm per quinquennlnm inuigilaſſet in Petruxina, per triennium in So I.
ana Valle ad excubandum deſtinatus venit Minorita hic Sacer Orator, qui cum exercitæ eſſet Apoſtolicæ militiæ iam veteranus miles; vbi primùm ad commiſſam ſibi hanc ſtationem acceſſit; incępit protinus ad Euangelicum opus, hoc eſt Euangelicæ doctrinæ ſemen ſeminandum manum admouere, & verbum Dei per Vicos, & Villas diſſeminare: aſperiora illa, & alpeſtria itinera calcando, aeris, temporumq; inclementiam pro diuerſis opportunitatibus ſuſtinendo. Nam cum ſingulis diebus & Dominicis, & feſtiuis, ſignanter ſolemnioribus ad populos, ſiue diſcretas populationes illas agreſtes euangelicæ doctrinæ pabulum vt proponeret, penetrare niteretur, & iouiarũ viarũ aſperitates, & tempeſtatum acerbitates perpeti, & ſufferre cogebatur: ſignanter cum periclitantibus alpigenis infirmis, & agonizantibus ægris ad ſuccurrendum, & ſpiritualiter miniſtrandum omni tempore properaret.

F. Mauritius, Euãgelicum opus aggreditur.

Ann. Christi 1651.

Nec panem verbi dumtaxat gentibus illis porrigere, aut ægrotantibus ſolum II.
modò accurrere ſatagebat; verùm & corporaliter valentibus, ſpiritualiter autem infirmantibus peccatoribus accurrere ad ſalutem geſtiebat: vnde per integros dies confeſſionibus excipiendis publicè expoſitus, ab ortu ad ſolis occaſum perſeuerabat, quibuſcumq; ad ſe accedentibus Pęnitentiæ Sacramentum adminiſtrare omni ſufferentia, & longanimi patientia, prolixiores criminum accuſationes, neſcio an dicam, excipiendo, an ſolerter à pluribus extorquendo, ſatagens. Huic oneri ſuſtinendo impenſiùs laborabat, quia propriorum operariorum, hoc eſt Sacerdotum nequaquam ſufficiens numerus collaborabat: curandæ namq; trium Paręciarum copioſæ multitudini terni ſolitarij Rectores aſſiſtebant, vnde cooperatori Capuccino præcipua ponderis, & oneris portio incumbebat: diſcordibus

Pęnitentiæ Sacramento admini ſtrando incumbit. Inimicitias ſuſtulit.

præ-

præcipue pluribus frequenter pacificandis, quibus conciliandis ſedulus ſtudebat Fr. Mauritius. Qui nihilominùs vltra ſpirituale Eccleſiaſticum, temporale etiam domeſticum ædificium promouere accelerabat; ideo religioſo domicilio cohærentem hortulum proprijs manibus altiori conſtructa maceria ſępiuit, & circummuniuit, pluraq; immò cuncta Apoſtolicis excubitoribus conſueta facinora ſolerter præſtare ſatagens, ſuæ reſidentiæ triennium abſoluens, Pancalerium ad inuigilandum accerſitur.

CALCVLVS SEPTIMVS.

Fr. IOSEPH à SVMMARIPA Concionatoris Operarij deſignati per annum 1654.

I. PRæſenti anno quinquageſimo quarto extra ſexcentum & mille præualentibus, & prædominantibus auſtralibus imbriferis ventis, ſuperabundanter in dies ruentibus imbribus, huiuſcemodi copioſioribus aquis de montium verticibus defluentibus vehementer adeò intumuerunt Subalpinæ Prouinciæ quamplurima flumina; vt alterius cataclyſmi inſtar, integras regiones abſorbere minarentur, quod inter alios præſertim præſtitit, qui Soanam Vallem alluit fluuius: hic enim pluuialium aquarum recollectis intra Vallares anguſtias abundantioribus, & copioſioribus vndis, intumeſcentium vorticum validiori facto impetu, grandiora ſaxa, & ponderoſiores lapides violento ſuo curſu ſecum pertrahens & ædificia ſubuertere occeptauit, & propè ſtantia, ac longè diſtantia prata, & agros non inundare modò, ſed & penitus abradere, excolibilem tellurem auferendo, & diſperdendo, perſeuerauit. Inter cęteras verò pauperculas Vallis habitationes, ſeù populationes, quas inuaſerunt aquarum fluenta, vna fuit Ronchi Villula, & Miſſionis Capuccinorum domuncula, cuius partem, & adhærentis Oratorij portionem cum aſportaſſent ruentes vndę; reliquo adhuc ſtanti profundam voraginem de vicino adeò aperuerunt, & effoderunt; vt ſuperpoſitæ altiori rupi potiùs præcipiter adhęrere, quàm ſtabiliter inhęrere videretur habitaculum. Dum igitur hę ruentium fluuiorum alluuiones, & ſubmerſiones per Pedemontij regionem inundarent, à noſtrę Pedemontanę Prouincię Capuccinis Patribus, Prouincialia comitia in Lancei Cęnobio celebrantibus ad Vallem Soanam curandam Fr. Ioſephus à Summaripa Euangelicę agricolationis peritus vir, & exercitus religioſus eò deſtinatus, cum deſtinatam ſibi cuſtodiam, ſiue neceſſariam habitationem fluuiali incurſione labefactaratam, immò ex parte diminutã totali ruinę fore iam proximam conſpiceret; Taurinum tum ad regulares ſuos Superiores, tũ ad Seculares Miſſionis fundatores Dominos de Ferrarijs ſe contulit, quibus cum labentis domus, & periclitantis Religioſi & habitaculi, & Oratorij neceſſitatem expoſuiſſet, congruamq; pro reparatione, & inſtauratione prouiſionem expoſtulaſſet; dum de ea cogitant, & diſponunt fundi Domini pręiudicati, ipſe à Miſſionum Pręfecto, & Capuccinorum ſuo Prouinciali intra clauſtra ad Guardianatus officium Auilianę exercendum applicatur, & ſic ceſſationem hoc anno accepit Soanę Vallis Religioſa cuſtodia.

Ann. Christi 1654.

F. Ioſeph eò ſpecta Apoſtolica Domo fluuiali incurſione ruinę proxima receſſit.

VALLIS VARI APOSTOLATVS RATIOCINIVM QVINTVMDECIMVM.

D. O. M.

CHRONOTAXIS.

ANNIS QVADRAGINTA VNO MINVS PRÆSENTIS SEPTIMI DECIMI SÆCVLI, SEXTODECIMO KAL. FEBRVARII.

VRBANO OCTAVO PONTIFICE MAXIMO REGNANTE, ET ANNVENTE: CHRISTINA FRANCICA SABAVDA DVCISSA REGENTE: FAVSTO CAFFARELLO APOSTOLICO NVNCIO TAVRINI IN AVLA PERSEVERANTE: IACOBINO MARENCO NICIENSI ANTISTITE ENIXE POSTVLANTE: FR. AVGVSTINVS A SAVILIANO MINISTER PROVINCIALIS, ET PEDEMONTANÆ MISSIONIS PRÆFECTVS CAPVCCINOS DECLAMATORES VERITATIS, PIETATIS, ET FIDEI PROPVGNATORES IN VILLARIO OPPIDO COLLOCAVIT.

VALLIS VARI RATIOCINII
SYNOPSIS.

Præambuli Numeri Quinque.

Primus	Geographicam	Relationem exhibet.
Secundus	Politicam	
Tertius	Hierarchicam	
Quartus	Errorum, & Hæreſis	Originem perhibet.
Quintus	Apoſtolatus,ideſt,Miſſionis	

Calculus Primus.

Prioris Apoſtolici Operarij Fr. Ioannis à Pigna Concionatoris per annos 1639. 1640.

Calculus Secundus.

Fr.Io. Thomæ Braydenſis Concionatoris per annum 1641.

Calculus Tertius.

Communis

Fratrum Alexandri Oxibienſis, & Ioachim à Gaxino Concionatorum per annum 1642.

Calculus Quartus.

Fr. Pauli Taurinenſis Concionatoris per annum 1643.

VALLIS VARI, SIVE VILLARII IN APOSTOLATV

CAPVCCINORVM OPERARIORVM

Pro Eccleſiaſtico Regno laborioſi Proceſſus numerantur, & calculantur.

RATIOCINIVM QVINTVMDECIMVM.

Geographicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. I.

ITALICA Regio Europæ Reginæ legitima Regia Alpibus (vti hactenus explicauimus) contra occiduas, & aquilonares Prouincias vniuerſas diuerſis vallatur, ſignanter verò à Narbonenſi Gallia maritimis diſgregatur, atque diſcernitur: quæ prolixo nimis ductu, & amplo latis, licèt anfractuoſo tractu extenſæ, conualles innumeras ſinuoſo ſuo complexu ferè complectuntur, eamq; præcipuam, quàm Varus fluuius, quaſi varius à tortuoſis aluei meandris appellatus, decurrentibus vndis pandit; qui altioribus ex alpium iugis ſupra Antraunas ab aquilone exoriens, perq; flexuoſos rupium anfractus multiplices diu progrediens, diuerſis hinc inde ex conuallibus confluentibus congregatis riuis inſignis tandem amnis euadens, contra meridiem ad mediterraneum mare vadit, ſuoq; non admodum regulari curſu inter Italiam, & Narbonenſem Galliam limitares, vel liminares terminos & ſignat, & ſtatuit, propria interpoſita Valle: cuius ad Vallum quamplurium conuallium decliuia declinant, ſimul & deſcenſus concurrunt. Et primò Sancti Stephani Vallis, ex cuius vertice à Septentrione vltrà Sanctum Dalmatium agreſte dilapſus Tinea fluuius per plura milliaria tandem ad montis angulum Varum ingrediens, interamnem angularem plagam ibi conformat, in qua terna ſibi inuicem cohærentia Oppida poſita enumerantur: Villare nempè, Maſſuinum, & Tornafortum, quibus circumſtant ad Varum Toetum, Mallenſana, ad Tineam Bairolum, Cleans. Turris. Ab his per vtriuſq; conuallis gradus, innumeri poſſent aſcendendo numerari Pagi, ſignanter Bolium intrà Varum, & Tineam ſupra iugum montis ſitum ad occidentem. Secundò ab aquilone concurrit ſecunda Vallis ab inſigniori Oppido in capite poſito Sancti Martini vocata, numeroſiſq; Villis conflata. Tertiò tandem accurrit ab occaſu Iſtheron fluuius, per Valleculam multiplicatis pagis inhabitatam ad Varum vſque diſcurrens. Huic ad mare vlterius decurrenti hinc indè Oppida plura vtraque in crepidine adſtant.

Situs, & poſitio Vallis.

Varana igitur hæc Vallis, vel potius coaceruatio huiuſcemodi Vallium, ad aquilonem alpes Cottias, ad Occaſum Galliam Narbonenſem, ad Auſtrum mediterraneum Fretum, ad Orientem verò Marinam Liguriam, vel Nicæam Vrbem aſpicit, & per quinquaginta circiter milliaria ſolum proprium protrahit. Regio hæc alpeſtris tota, haud tamen tota ſterilis, vel infæcunda, iterum nec plenè fertilis, aut planè fęcunda fruges, ac fęnum, vinum, & oleum parcè attamen profert: habitatores gignit ſimplices, rudes, agreſtes, qui vel agriculturæ, vel paſcendis gregibus, ſeù armentis, in plurimum, occupantur, nonnulli licèt litteris, & doctrinæ, plures verò mercimoniæ, & negotiationi ſedulam operam nauent. Vniuerſi tamen longæuam, quin longiorem vitam producunt, tum alimoniæ parſimonia, tum ſalubrioris climatis coadiuti temperie.

Regionis, & incolarũ cōditio.

Politicam notitiam exhibet Praambulus.

Num. II.

MAritimarum noſtrarum alpium vniuerſis, & Vallibus & Villis, quin innumeris Vicis, Villulis, ſeù viculis vnicus, ſed ampliſſimus Comitatus conſtituitur, cui præclara propè vetuſtioris Cemelæ reſidua rudeta poſita Nicienſis Ciuitas præficitur: quæ Mediterraneo Æquori in ipſo littore, & extremis Italiæ terminis ad Vari diuitorij amnis oſtia adſtat. Stat equidem Ciuitas ad latera Collis partim in plano, partim in decliui ſolo poſita, magnificentioribus ædificijs exornata. Illam in primis inſuperabiles & muri, & aggeres circumdant, & protegunt atque longè validior inexpugnabilis Acropolis ſuperpoſita cuſtodit. Præeminet in promontorio, & adiacenti Salo prominet, ſimul & præſidet Arx eminentiſſima(ne dicam Europæ vniuerſæ perecelebre Caſtrum) quæ populoſi Pagi potius inſtar, quàm bellicoſi anguſti Caſtelli commodiorem intrà tergeminum receſſum habitationem exhibet. Ex auguſto Templo ſpirituales Chriſtianę Religionis lymphas, & ex profundo puteo limpidos exuberantes latices exhauriunt excubantes milites, quibus eructantia promptuaria ſicut ſaluationi propriæ neceſſaria ſubſidia, ita hoſtium perditioni congrua ſuppeditant præſidia: & martialibus machinis, & vectigalibus opificijs nequaquam deficientibus. Circumſtans mare amaris vorticibus, tumentibus fluctibus arcis ſcopulares baſes, quò magis offendere nititur, magis defendit, refractis regredientibus vndis. Ciuitatis męnia freti ſalſis ad meridiem, dulcibus aquis Pelionis fluuij alluuntur ad occaſum, cum ad ortum ſolis Nicienſi Arci in Albano ſupereminente proximo monte inuigilet ſtatuta firma munitio; trans quam iterum ad Orientem prægrandis quidem, latiſſimuſq; portus à natura mirè fabrefactus, & ſpatioſè excilus inſignis adaperitur littoreus ſinus inter littoralia bina protenſa ſcopulorum lacerta, vel potius capita, quorum in ingredientium dextero Sancti Hoſpitij fortalitium, in interiori verò ſiniſtro latere portui præpoſitum cuſtodiale caſtrum aſſiſtunt: cum Villæfrancæ opportunum Oppidum ipſo in obtuſo ampliotis ſemicircularis ſpatij angulo ad aduentantium neceſſitates, vel delicias conſiſtat. Cuſtodit autem fortis Sabaudus Princeps armatus præſidialibus cohortibus, & Gubernatoribus ſolicitè hoc atrium ſuum, & ideo in pace ſunt & ferax ager, & abundans vinetum, nec non exuberans oliuetum, cuncta denique ea, quæ in comitatu maritimo poſſidet. Illis enim recta vt iura diſtribuat; in Nicęa Vrbe prouidus Princeps Patrum Conſcriptorum Prouincialem Senatum conſtituit, cui primarius Præſes præſidet, aſſidentibus illi collateralibus conſulibus, quibus accedunt ex ciuibus numeroſi cauſidici, ac grauiores iuris prudentiæ profeſſores: reſidentibus in Ciuitate antiquioribus patritijs, ſimul & clarioribus Quiritibus, pace deniq; ac bello, iuribus, & armis proceribus eximijs. Propitijs enim & ſolo, & ſalo, & cœlo cum perfruantur; limpido pariter, & ſereno, quin acuto, & perſpicaci intellectu à natura præditi perſpiciuntur, & qui in Ciuitate, & qui in agro, & qui in planis, & qui in montanis enaſcuntur, animoſitati magis, quam puſillanimitati propenſi, cuiuſlibet generis mercimoniæ & dediti, & idonei.

Ciuitatis Nicienſis deſcriptio.

Villæfrancæ Portus.

Sabaudus Dux poſſidet hoc atrium.

Hierarchicam notitiam exhibet Praambulus

Num. III.

ILluſtriores etiam & vitæ Sanctimonia, & morum integritate, & virtutum excellentia Præſules Eccleſiaſtico Nicienſi regimini haud defuere per ſæcula: qui non verbo, aut exemplo dumtaxat, ſed & ſanguine proprio littoreos illos populos contra Orthodoxæ religionis infenſiſſimos hoſtes acerrimè propugnarent. Adfuerunt enim à priſcis temporibus, & adhuc præſto ſunt littoralibus illis plagis Lerinenſis Sancti Honorati celeberrimi Monaſterij Sanctorum Monachorum, atque Abbatum religioſa agmina, quæ ex Inſula deſilientia apud Cemelienſem quondam Ciuitatem inſigne Sancti Pontij Cęnobium fundauerunt, vbi Cęnobiticam quàmplurium Antagoniſtarum Stationem firmauerunt: & ex hoc, & ex illo ſanctiores plures Præſules egreſſi, Epiſcopalia Paſtoralia ſceptra laudabiliter rexerunt: In Cemelienſi, vel Nicienſi Cathedra præcipuè, in qua poſt S. S. Martyres, & Antiſtites Baſſum, & Pontium, S.S. Valerianus & Siagrius Monachi præſidium Religionis, & Fidei erexerunt, dum Canonicorum regularium Collegium in Cathedrali Eccleſia inſtituerunt, qui ad noſtra ferè ſæcula regulariter conuiuere

Spirituali regimini Epiſcoporū Nicienſium obtemperat.

perſeuera-

perſeuerarunt. Coluit perpetuò Nicienſis populus Catholicæ veritatis integerrimam profeſſionem; quarè intra domeſticos lares, veluti tutelares adſciuit regulares Mendicantium multiplicatas turmas, quibus & domicilia religioſa conſtruxit? Sanctì Auguſtini Eremitanis, & Diſcalceatis, Carmelitis, Prædicatoribus Sanctì Dominici, Minoribus Sanctì Franciſci Conuentualibus, Obſeruantibus, Capuccinis, Ieſuitis, & Paulinis, tandem Monialibus Sanctæ Claræ, Sanctæq; Mariæ de Viſitatione, ne iterum repetam Sanctì Pontij Monachis erecta clauſtra: prætermitto pariter conſultò diſciplinatorum nonnulla Oratoria, & pia Xenodochia.

Erroris, id eſt Hæreſis originem perhibet Præambulus

Num. IV.

CVm autem vniuerſa Gallia Caluinianis ſeditionibus, & rebellionibus quateretur, ſpecialiter Narbonenſis, & Viennenſis; per conſenſum & viciniam Vallis hæc ſuos paſſa eſt manes, nempè Hæreticorum incurſus, inuaſiones, errorum diſſeminationes, & Orthodoxæ Fidei diminutionem. Verùm licèt ſollicitudo Sabaudię Principum, & Epiſcoporum vigilantia Caluiniana dogmata his in regionibus diù perſiſtere, & conſiſtere minimè paſſę fuerint, nihilominus ſublata impietate exilis admodum, & irreligioſa ibi derelicta fuit pietas Diuini Cultus: intrinſecè adhuc ſeruatis, & ſerpentibus infectis radicibus, ex de propinquo, ac vicino Caluiniſtis adiacentibus in oris, & oſtijs Galliarum. Quamobrem à Salutienſis ad Nicienſis Epiſcopatus infulam aduocatus Dominus Iacobinus Marencus Monſregalenſis ciuis, cum amplę ſuę diœceſis receſſus perluſtrando peragraret, Bolij comitatum appulit, ex cuius viſitatione proſpexit plebis illius deprauatos adeò mores, vt ferè ſolo Catholici titulo gaudere viderentur. In Sanctis enim ſuis reperit prauitatem, nempè quibuſdam in Eccleſiaſticis ignorantiam, irreligioſitatem, Simoniam, vſuram, & concubinatum, cuius iam inueterata conſuetudo omnem erubeſcentiam excludebat, horumq; ad exemplum totus ferè grex carnis illecebras colebat, & ſequebatur. Sacras Ædes adinuenit derelictas, indecoro religioſo cultu, & ornatu excultas, quinimmo indecorè neglectas: depauperatis, vel potius depopulatis incuria Sacrarijs, & Sacellis, non dicam ornamentis, ſed & paramentis vacuis. Languebat Diuinus cultus, animarum cura torpebat, Chriſtiana diſciplina exulabat, verbum Dei iam à pluribus annis nuſquam porrigebatur: vndè nec Sacra curabant, nec Sacramenta requirebant, nec Sacramentalia recipiebant, niſi fortè aliquando potius, vt communi conſuetudini, quàm propriæ ſaluti ſatisfacerent: Sacram expiationem Sacramentalem ſignanter omittebant per continuatos annos, & luſtra, diuerſas prætexentes cauſas, & excuſationes, ne proprijs, vel alienis Sacerdotibus ſua crimina fateri cogerentur. Ea denum neceſſariorum inſcitia laborabant; vt quid Indulgentiæ, quid animarum purgantium ſuffragium eſſet ignorarent.

Prædominãte ignorãtia, error inualeſcit, & religio effunatur.

Ann. Chriſti 1634.

Miſſionis exordium perhibet Præambulus

Num. V.

HIs igitur omnibus, & alijs ex viſitatione proſpectis Dominus Epiſcopus Iacobinus, & pro paſtoralis officij munere, & ſui zeli ardore de remedio huic perditioni prouidendo efficaciter excogitauit, multiſq; hinc indè recurrentibus, & accurrentibus diſcuſſis medijs, tandem vnicum Capuccinorum Apoſtolatum omnibus remedijs præſtare adiudicauit, vt plebis ſuæ laborantis languorem curaret. Vnde anno 1638 ſuper hoc Miniſtris & Prouinciali Pedemontium, & Generali totius Ordinis Capuccinorum litteras exarauit. Verùm cum nihil ab his, niſi humilem, & expeditum conſenſum, promptumq; iuſſa Apoſtolica exequendi animum retuliſſet; Sedi Apoſtolicæ ſupplices litteras porrexit, cui & ſui gregis indigentiam, & illius curandi, ac illi ſubueniendi propriam ſollicitudinem, & deſiderium expoſuit, & excogitatum remedium propoſuit, quibus à Sacr. Generali Cōgreg. de propaganda Fide maturè diſcuſſis, haud difficulter poſtulatum Apoſtolatum conceſſerunt, emiſſo decreto ſub die 17. Ianuarij 1639. quo Ordinis Procuratori iniuncto, & ad Dominum Epiſcopum tranſmiſſo, ab hiſq; Fratri Auguſtino Prouinciali Pedemontij communicato; Ipſe de conſilio Diffinitorum Prouincię acceptato de erigenda noua Miſſione mandato, anno 1639. ad hoc ordinauit, & deſtinauit Fratrem Ioannem à Pigna, ſui Ordinis Concionatorem, qui primò Nicæam appulſus à Reuerendiſſimo Epiſcopo congruas facultates, & pro-

Rogante Reuerendiſſimo Nicienſi Epiſcopo Capuccinorũ inſtituta Miſſio.

Anni Chriſti 1639.

uiſiones

uiſiones accepit, Inde ad deſtinatum locum perrexit, vbi benignè, & lætanter ab vniuerſis illis populis exceptus, in inſigniori Comitatus Oppido, Villarium dicto, Apoſtolatum erexit, & fundauit, ſumptibus, & expenſis Domini Iacobini Epiſcopi Nicienſis, cuius ære alendi mittebantur illuc Capuccini: qui tamen & incolarum liberalem charitatem experti ſunt per opportunitates. Extremis ergò illis in Italicis liminaribus, pro Eccleſiaſtici regni accuratiori cuſtodia, intrà maritimarum alpium aſperiora iuga, eminentiora montium cacumina, Fratres Minores Capuccini Euangelicam Stationem, in qua iuges exercerent Excubias, veluti limitanei milites, Pontificali, Epiſcopali, & Regulari præmuniti facultatibus firmauerunt circà dimidium ſeptimidecimi ſeculi, quò & Catholicos Incolas edocere, & Sectarios accolas longiùs arcere, & Pſeudopaſtores per poſticum irruentes validius reijcere præualerent.

CALCVLVS PRIMVS.

Prioris Apoſtolici Operarij Fratris IOANNIS à PIGNA Concionatoris per annos 1639. 1640.

I. PRæfatus Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus Nicienſis, Iacobinus Marencus, hoc eſt Marinus ſupplantator, ſiue Marinus cuſtos maritimarum Alpiũ, aſperioribus in illis ſuæ Diæceſis liminaribus oſtijs, limitaneos Vicecuſtodes Capuccinos cum ſubſtituiſſet, vel quaſi ſublocaſſet; remotiores, difficiliores, indigentiores, ſeu periculoſiores inter Diæceſanos illius regionis pagos vicenas populationes curandas commendauit, nempè barbarico patrio idiomate nuncupatas.

1. Villarium, vel Villare.	8. Illaiam.	15 San Saluatorem.
2. Toetum Villarij.	9 Maſſuinum.	16. Ilolam.
3. Liochiam.	10. Tornafortum.	17. San-Stephanum.
4 Pierles.	11 Turrem.	18 San-Dalmatiũ Syluestre.
5 Robionum.	12 Vrelle.	19 Vallem Bloræ.
6. Rurem.	13. Cleantium.	20. Tierium.
7. Beirolium.	14 Mariam.	

Quarum vel à malis expurgationem, correctionem, atque emendationem, ſiue in bonis meliorationem, ſimul & confirmationem, ſeu profectum, quantum valuit, impenſius voluit deſtinatis Capuccinis Operarijs iterum commendare zelotes Antiſtes. Nec iniuria: iuſta enim trutina perpendentibus, atque perſcrutantibus Incolarum rudem, atque inexcultam conditionem, regionis pauperiem, plagæ aſperitatem, viarum difficultatem, idoneorum Operariorum penuriam, ordinariorum exiſtentium incuriam, à Curia Epiſcopali, & Epiſcopi præſidente cura diſtantiã, Hæreticorũ viciniã, manifeſtè apparebit, accõmodè ſatis, ſimul & opportunè Fratres Minores Capuccinos Cooperatores ſelectos: quippe qui aſperioris inſtituti, humilioris propoſiti, minimi, & aſperi populi Inſtruendi libenter minus commodas, quin difficiliores cuſtodias excolendas acceptare, & inhabitare conſueuerunt. Sicuti Apoſtolicarum noſtrarum Stationum ſeriem perluſtrantibus liquidò conſtabit.

Ann. Chriſti 1639.

Opportunè ad curandas has populationes ſeligũtur Capuccini.

II. Ambulans Ieſus iuxta mare Galileæ, vidit duos Fratres Iacobum, & Ioannem: perambulantibus nobis iuxta Niceę Maritima occurrent cõtemplandi gemini, nõ tamen Fratres, ſed Pater vnus, nempe Dominus Iacobinus Epiſcopus, Filius alter, nempe Fr. Ioannes à Pigna Seraphici Patris alumnus: Erat hic homo Religioſus venerandi aſpectus, macilentioris vultus, deſpectioris habitus, & abiectioris cultus, ſuauioris alloquij, religioſiſſimæ confabulationis, & humillimæ conuerſationis: ſermocinationes, vt in plurimum, ſanctiores proponebat; ſemperq; etiam pro domeſtica cõgreſſione ſpiritualia pertractabat, ad cęleſtia prouocabat. Cõcionatorio igitur munere inſignitus, inſigniter per pagos, & Oppida etiã inſigniora plures per annos laudabiliter declamauerat, & vtiliter: cũ enim valeret efficaciori ſermone, & ardentiori, ſeu potentiori perſuaſione, concitatoq; ſpiritu, & vehementiori concione proponere Dei Verbum conſueſceret; commota frequenter multitudine, & lachrymas ciere, & planctus excitare, & pœnitentium voces, ac fletus aſſueuerat concitare, ſicq; haud mediocriter animarum ſalutem promouere. Talem igitur & Sacerdotem, & Leuitam Fratrem Ioannem Reuerendiſs. Iacobinus Epiſcopus cum perſpexiſſet; Sacri huiuſcemodi Oratoris ſtudio allectus, à Fratre Auguſtino Prouinciali Miniſtro Miſſionum Præfecto, vt à ſe inſtituto Apoſtolico operi exercendo foret Fr. Ioannes delectus, enixè expoſtulauit, cuius rationabili poſtulationi expeditè annuens prædicatus Præfectus, primum Fra-

Fr. Ioannes mittitur ad huius Miſſionis erigenda primordia.

trem Ioannem Varanæ Vallis excolendæ miſſioni libenter præfecit,

Eò igitur (vti ſupra dedimus) profectus Fr. Ioannes peruenit anno nono cum trigeſimo extra ſexcenteſimum millenum, & inuenit tàm Clericorum; quàm Laicorum (vt in pluribus, non in cunctis) & immorigeratos mores, & irreligioſam religionem, ne dicam, impiam, ſaltem non piam Chriſtianam pietatem: negligebant Eccleſiaſtici Eccleſiarũ cultũ, quia diligẽter colebãt vẽtris, carnis, & ſanguinis culturã: Indignè, indecorè Sacra tractabãt Sacerdotes, & ideò ſpiritualia abhorrebant, & à Sacramentis diù abſtinebant ſæculares: Irreligiosè conuerſantes non Deo fruebantur; ſed diuinis ad lucrum, & luxum vtebantur Parochi; vnde & Sacroſanctis Myſterijs abutebantur Parochiani. Conticuerat iamdiù non prædicatũ Diuinum Verbum Paſtorum vel ignorantia, vel negligentia, quapropter laborabant ineruditæ oues non diutius negligenda etiam neceſſariorum ad ſalutem damnabili inſcientia. Conſcientiæ igitur dupliciter, vel multipliciter errantium præſtò vt adeſſet Fr. Ioannes; venit in omnem regionem illam prædicans, & euangelizans regnum Dei: circuibat infatigabiliter, nulla habita conſideratione, vel ratione longioris, vel aſperioris itineris difficultatis, aquarum, vel niuium abundantiæ, ſeu neceſſariorum inopiæ: perambulabat per vicos illos, & per viginti ſuæ Fidei, & ſollicitudini commiſſa Oppida: tàm feſtiuis, quàm feriatis diebus, non in Eccleſia modò, ſed vbicunq; congregatos populos reperiebat, ex-templò proponebat eis, & porrigebat Verbum, docebat eos diſcernere inter legitima, & adulterina Caluiniana dogmata: ſpuria commenta reijcere; & deierare admonebat: ad Catholicam Fidem inuiolabiliter proſequendam adhortabatur: praua effugere, recta, & legalia opera præſtare, pietatem colere, nequitiam execrari cohortabatur. Tandem pro virili Chriſtiano viro congruas cognitiones tradebat, & ad debitas operationes perurgebat. III.

Fr. Ioannes, explorato illarum populationum ſpiritual: ſtatũ cepit vbique Euãgelizare

Vt autem in ſpirituali, & rationali hoc conuiuio Summi Regis vnuſquiſque ſecundum ſuam ebiberet ætatem; grandioribus generoſiori prædicati Euangelij vino porrecto, paruulis facilioris eruditionis lac propinabat, & proponebat: illis enim conuocatis, & rudioribus coadunatis prima fidei rudimenta omni patientia ſubminiſtrabat, & facilitate frangebat: elementa primaria Catechiſmi infirmioribus faciliori methodo exhibendo, adiunctis impulſiuis ſermocinationibus, adhortationibus, quibus vnumquemq; pro propriæ conditionis, artis, ætatis, vel ſexus opportunitate, ſuarum animarum ſaluti incumbere monebat: non perpetuò terram verſare, contrectare, *vel aſpectare pecudum inſtar; ſed Cęlum ſurſum aſpicere*, & acquirere inſtruebat: Cumq; priuatæ huiuſcemodi inſtructioni frequentiùs, & ſedulò inſiſteret; haud mediocre inde ſpirituale emolumentum retulit. IV.

Ann. Chriſti 1639.

Paruulis Fidei rudimẽta patienter ſub miniſtrat.

Illud verò inter plura vnum præcipuum mihi modò recenſendum occurrit, ſcilicet: quod cum Fr Ioannes accepiſſet, quin ipſe obſeruando perſpexiſſet; plures ex illis hominibus proprijs Sacerdotibus, diuerſis ex cauſis, non ſatis fidentes, eorumque integritati, ſiue intelligẽtiæ haud multum tribuentes, per nonnullas iam olympiades, vel etiam luſtra à proprijs grauioribus criminibus confitendis abſtinere; non abſtinuit ipſe, ſed inualuit pro ſuggeſtu contra dimidiantes ſacrilegè confeſſiones acriùs inuehi, demonſtrando manifeſtè perpetrata ſcelera, ſi non proprio, cooperatori ſaltem etiam alieno Sacerdoti de neceſſitate ſacramentaliter manifeſtanda, acceptanda & condigna pęnitentia exequenda, expianda ſub ſempiternæ perditionis comminatione. Commonefacti igitur, & ſimilibus comminationibus perterrefacti viri, & mulieres quàmplures ad Apoſtolicum Operatorem Fratrẽ Ioannem Concionatorem confitendi gratia accedebant, ſincerèq; & plenariè criminoſæ conſcientiæ vulnera, vel vlcera aperiebant: fętebant quidem diuturnitate, & enormitate purulenta, ſed fatebantur fętentes ſe ipſos à penitentiali, & Sacramentali cura abſtinuiſſe, & abhorruiſſe tàm diù, propter aliqualiter rationabilem ſuam de ordinarijs Miniſtris diffidentiam, quæ fortiter adeò apud illos conualuerat; vt impęnitentiæ lethalem morbum ſupremum vſque ad animæ funus inualiturum pertimeſcerent, niſi Deus miſericors Capuccinos illuc Apoſtolicos Sacerdotes opportunos deſtinaſſet. Opportunè ergo, & importunè confeſſionibus excipiendis Fr. Ioannes inſiſtebat: nullo delectu, vel nulla admiſſa perſonarum, vel temporũ, ſeu difficultatum acceptione, ſiue exceptione. Excipiebat patienter cunctis horis confluentium expiationes & annuales, & biennales, quadriennales, quin vt in plurimum generales; pęnitentes animabat, & ad congruam penitentiam præſtandam confortabat: de reliquo abſtinendum admonebat, & ſic cunctis proficiebat. Nec ab aliquo Oppido, vel populatione priùs diſcedebat, quin indigentibus cunctis, & accedentibus, ſeu poſtulantibus ſatisfeciſſet. V.

Acriùs inuehitur aduerſus inualidè confeſſos.

Confluentiũ confeſſiones aſſiduè, & laborioſe excipit.

Pęnitentialibus igitur his miniſterijs frequentiùs cum ſtuderet, accidit aliquando; vt cum feruentiùs aduerſus voluntariè in peccato ſordeſcentes declamaſſet, è ſuggeſtu deſcendenti accurreret mulier vehementiùs eum interpellans; vt confiteri coram illo properantè exaudiret: non renuit Fr. Ioannes, ſed breuiuſcu- VI.

lam morulam, pro ex declamatione contracto ſudore detergendo, & deponendo expoſtulat: inſtat illa, & moras denegat, & ex-templo ſe penitere volentem auſcultari iterum rogat, ſimili obteſtatione proteſtans: Pater ſi inconfeſſa modò ab Eccleſia egreſſa fuero; à preſtolantibus impudicis Ganeonibus præ foribus ad lupanar rapiar. Periclitanti igitur, & penitenti compariens Euangelicus Sacerdos, inclinatus fatenti mulieri & benignum præbuit auditum, atque vniuerſaliter cōfeſſe plenariam impendit criminum abſolutionem, à Deo ſolo remiſſionem ſperādam, penitentia mediante, conteſtans.

Feruētiùs cū declamaſſet mulierē penitentē recipit

VII. Verùm enimuerò vt à radice morbum euacuaret, ſiue reſecaret; ſacerdotum inſcitiæ, & incuriæ occurrere inprimis ſategit: pro contingentium igitur opportunitate & publicis concionibus, & priuatis collocutionibus ſtudebat eos inſtruere, eorum proprio muneri congruentia explicare, ſpectantia aperire, conuenientia tradere, humiliter, & charitatiuè inſcientes Leuitas, & Curatores commonefacere: quos ſimul & admonebat, & iuuabat; vt imposterum circa ea, quę ſunt Diuini cultus, ſolicitiores exiſterent: orationibus, precationibus, frequentioribus Sacrificijs, ſpiritualibus exercitijs pietatis, ceteriſq; Chriſtianitatis operibus ſolicitius incumberent: Sacroſanctas Ædes, aras, & Sacella elegantiori, ſaltem decentiori cultura vt colerent: Sacram ſupellectilem congruam curarent, ac prouiderent: & quod primum, præcipuumq; eſt, mores ſuos componerent, crimina emendarent, conuerſationem corrigerent, ſcandala populi auerterent; vt ſic Sacerdotali oneri laudabiliter, & ſufficienter ſatisfacerent in propriam, & proximorum, quin commiſſorum populorum ſaluationem.

Sacerdotes instruere laborat.

VIII. Huic Euangelico Satori taliter montana illa ſerenti, auſpicaciores nō modò apparuerunt ſtellę, ſed & adfuerunt, imò & influxerunt Eccleſiaſtici Celi micantiora ſcilicet, & quędam ex maioribus miſtica ſydera: Primò enim Eminentiſſimus Antonius Barberinus Cardinalis S. Onuphrij, quondam noſtræ Religionis alumnus, ab eo admonitus de indulgentiarum his in oris neglecta cultura, plures populis indulgentias diſpartiendas Fratri Ioanni tranſmiſit: quibus ille acceptis, & gratanter exceptis, captata conceſſi muneris diſtribuendi opportunitate, Indulgentiarum Catholicas veritates comprobare, & aduerſus purgantium animarum ſuffragium hæreticas prauitates reprobare validioribus ſermocinationibus perſeuerauit, atque vbique elegantiori apparatu, ſimul & multiplicatis luminaribus venerandum, & adorandum Auguſtiſſimum Euchariſticum Sacramentum ſolemniter proponendum curauit.

Acceptas Indulgētias populo diſtribuit.

IX. Iterum pius Inſtitutor Apoſtolici operis, D. Epiſcopus Nicienſis Iacobinus Marencus impenſiùs emiſſum Operarium fouere haud ceſſabat: non alimenta modò ſufficienter ſuppeditando; ſed & congruas, atq; neceſſarias Euangelico muneri facultates ordinarias, & extraordinarias contribuendo. Cum enim Apoſtolici miniſterij ritè adminiſtrandi expoſtularet exigentia; Eccleſiaſticas cenſuras excommunicationis, ſuſpenſionis, ſeu interdicti promulgandi, & fulminandi auctoritatem concedebat, quò & Clericos, & Laicos contumaces compeſceret, quibus validioribus adminiculis confortatus inualuit mirificè ad abuſus tollēdos, ad malos in bonos vſus conuertendos, ad mores tandem componendos.

Ann. Chriſti 1640.

Abuſus tollit

X. His viriliter dum incumbit, grauioribus incommodis, imò offenſionibus vt ſuccumberet, ſathanas expetiuit, ſceleſtiores quoſdam grauioribus ſuggeſtionibus pelliciens; vt religioſi Sacerdotis capiti mortales inſidias aliquando ferro, aliquando veneficio ſiue in menſa, ſiue in itinere inſtruerent ſed ab inſtructis, & tentatis liberauit Dominus Fratrem Ioannem vitæ diſcrimine iam laborantem, vnde ille nō ſegnior, ſed gnauior factus, validiùs præinceptū proſequebatur opus: nec opē, aut operā ſuā retrahebat, aut à cōtinua peragratione, ſiue Potētiorū redargutione abſtinebat, quā pluribus licèt minacibus, & acerbioribus acceptis nūcijs.

Mortales inſidias paratas euadit.

XI. Inſtitutæ deniq; à Reuer. D. Nicienſi Antiſtite miſſionis, & Miſſorum proficuę operationis fama iā iam maritimas per illas oras cū percrebuiſſet, atq; ad Reuer. Glandeuenſis Prēſulis aures peruenisset; zelans ille, & anhelans, proprię ditionis vt populi ſalubrioribus his commodis, & ſpiritualibus ſubſidijs communicarent; per ſuas litteras Fratrem Ioānem ad ſuos greges iuuandos, inuiſendos, & celeſti pabulo paſcendos interpellauit, tranſmiſſo ad hoc ampliori facultatū diplomate, quo Rectoribus, & ſibi ſubditis Parochis Eccleſiarum præcipiebat; vt aduenienti Apoſtolico viro modis omnibus obſequerētur, & proprijs eorum muneribus, atq; oneribus Sacerdotalibus cooperanti fauerent, ſimul & operantem fouerent, pro virili charitatis amplexibus illum excipientes. Ideò Fr. Ioannes explorato prius, & relato D. Nicienſis Epiſcopi benigno aſſenſu, ad illas ſe pro opportunitatibus ſępè ſępiùs conferebat plagas, vbi celeſtis pabuli multiplicem alimoniam gentibus indigentibus liberaliter, & abundanter diſpertiebat: ſicq; indigenis, & alienigenis proficuus, atque vtilis apparens vniuerſis inſeruiebat.

Glandeuēſis Epiſcopus F. Ioanni cōmēdatitias litteras dat.

CALCVLVS SECVNDVS

Fr. IOANNIS THOMÆ BRAYDENSIS Concionatoris per annum 1641.

PRæceſſerat ſuperiori anno quadrageſimo percurrentis ſeptimi decimi ſæculi Fr. Ioannes à Pigna, nec modò Præcurſoris inſtar Euangelicæ Prædicationi Varanos Vallicolas prædiſpoſuerat; ſed & tanquam primus, ac ſtrenuus Operarius Euangelium prędicando bonum ſemen in Dominico agro ſeminauerat. Ne igitur dormientibus hominibus, ſuperueniens inimicus homo ſuperſeminaret zizania; ſpeculator vigilax Reuerendiſſimus Dominus Nicienſis Epiſcopus in recedentis præcedentis locum, ſubſequentem Apoſtolicum Capuccinum Operarium ſubrogandum curat. Quare Pedemontanæ Prouinciæ Præſules, ſequenti hoc anno primo poſt ſexcentum mille, & quadraginta, ſolicitum, & magis idoneum ſtationarium ad Sacras in Villario Excubias obſeruandas, ex Induſtria prouiſum, deſtinarunt Fr Io. Thomam à Brayda, ſcholaſticum peritiſſimum, Cōcionatorē egregium: quem & eminentiori eruditione conſpicuū, artium, ac Sacræ Theologiæ prælectorē intra Capuccinorū Clauſtra per geminatū ſeptenniū conſtituerunt; & Religioſis virtutibus, Regulariſq; obſeruantiæ zelo præclarum ad Guardianatus, ac Diffinitoriatus miniſteriū elegerunt noſtræ Prouinciæ Prouinciales P P. Surgens igitur Fr. Io. Thomas de Capuccinis Clauſtris, intrauit in domū Simonis, ideſt obedientiæ onus libenter exercendum ſuſcipiens, ad Villaris Oppidum peruenit: exurgenſque eadem hora aggreſſus eſt, per vniuerſa ſuæ Miſſionis Oppida peragrando Verbi Dei ſacra ſemina fideliter diſtribuere, tàm indefeſsè, ac infatigabiliter; vt non dumtaxat ſemel, & bis, ſed ter, & quater in die diuerſarum Eccleſiarum diſtinctas ad plebes ſermones proficuos, & valdè vtiles haberet, nec à circumeundo ſimul, & concionando ceſſaret; niſi omnibus æquus, æquas portiones Euangelici pabuli Pagis ſingulis impertiret, exuberantiori cum fidelium animarum ſpirituali emolumento, qui eruditis, & dilucidis ſermocinationibus edocti, & admoniti in dies magis reſipiſcere, & pęnitentiæ dignos fructus edere conſpiciebantur. I.

Ann. Chriſti 1641.

Peragrando per Oppida prædicat ter, & quater in die.

Nec patiebatur accuratus, atque ſedulus *Apoſtolici Operis cultor, & ſui Domini* Vineæ delegatus Cuſtos, quos rationales plantæ partus concepiſſe cernebantur, veluti abortiuos deperire; ſed ipſe animabus concipientibus, ac parturientibus obſtetricari accurrebat: ad pęnitentiam accedentium Sacramentales confeſſiones iugiter, & longanimiter excipiendo, Sacramentaq; adminiſtrando: tunc ignaros inſtruebat, erroneos reducebat, conſilio deſtitutis meliora proponebat, peccantes monebat, corrigebat, & cunctis tandem benefacere, prodeſſeq; ambiebat. Quòd abundantiùs, & pleniùs vt præſtaret; cum regionis illius alpeſtris Sacerdotes non vſquequaque Leuitici, & Sacerdotalis miniſterij peritos deprehendiſſet; apprehendit ipſe nouum onus, & opus pręcipuum, ac ſummæ proficuum exercere: nempè ad ſe conuocatis, & domeſticè conuenientibus Sacerdotibus regionis moralem Theologiam explicare, omniq; faciliori methodo tradere: ſicque per annum inibi commoratus, caſuum conſcientiæ notitiam & populis, & Parochis, ſimulq; cōfeſſarijs dilucidauit, & exhibuit. Poſtea ad maiora vocatus diſceſſit. II.

Sacerdotibus, & Clericis moralem Theologiam explicat.

Ann. Chriſti 1641.

CALCVLVS TERTIVS

COMMVNIS.

Fr. Fr. ALEXANDRI OXIBIENSIS, & IOACHIMI à GAXINO Concionatorum per annum 1642.

CVm Sabaudi Ducis vniuerſus hic Pedemontanus tàm Ciſalpinus, quàm Tranſalpinus Principatus varijs ciuilium bellorum tempeſtatibus, ſub his temporibus, quateretur, & agitaretur; varijs pariter & motibus, & mutationibus concutiebantur Regulares religioſorum Subalpinę regionis familiæ: vnde mirum nulli videri debet; ſi Fr. Io. Thomæ ſublato vnus poſt alium, in Varenſi Apoſtolatu, vnico hoc anno, ſucceſſere Fr. Alexander I. poſtmodum verò Fr. Ioachim, ambo ſimul exercitæ Apoſtolicæ militiæ veterani milites: ſed priùs precedere debet, qui prior ad Apoſtolicum Miniſterium electus, vocatus, & ordinatus eſt, nempè Fr. Alexander: qui per quadrimeſtre ſolùm in Vari Valle com- I.

F. Alexander per quadrimeſtre in hac Miſſione cōmoratus egregiè laborat.

moratus, ſuæ commorationis breuiori tempore laborioſiùs operans,& enitens, Prædicationi Euangelicę, ſimpliciumq; inſtitutioni ex profeſſo incumbebat: nec Sacramentis, ſiuè Sacramentalibus ab adminiſtrandis vacabat; quinimmò toto ſtudio cunctis in miſeris ſubleuandis perſiſtebat. Sed ibi diù per obedientiam ſta re non licuit: ad Petruxinam namq; inſigniorem Cuſtodiam aduocatus, Villario diſceſſit.

II. Cui immediatè ſucceſſit homo de tribu Leuitica, nempè de Capuccina Religione alumnus, Concionator, & Theologus Fr. Ioachim à Gaxino: Qui in ſua Miſſione iam ſtabilis ordinatus, immobilis tamen in Euangelico munere non ſtetit; ſed ſtatum Conuallis accuratè explorans, cunctos Bollienſis comitatus pagos, & vicos perluſtrauit, atq; ſua exactiori peregrinatione, ſeu peragratione vniuerſos Vallicolas ad cęleſtem patriam dirigere curauit concionando, ſermocinando, docendo, & adhortando: tunc enim eſurientibus alimentum ſpirituale diſtribuebat grandioribus, paruulis autem, & rudibus lac potum dabat, Chriſtianæ doctrinæ rudimenta explicando etiam ſępiùs in die, & per plures dies pro ſuggeſtu declamabat: ante verò, & poſt inges declamationes, & ſermocinationes Penitentiales expiationes ad ſe accedentium fidelium patienter exaudiebat; vnde vberiores redeuntium cum fletu manipulos in Cęleſte horreum reponendos recolligebat. Crimina enim olim ſibi familiaria, & conſueta deteſtabantur multi, Sacramenta frequentabant plures, ad Sacroſancta myſteria frequentiùs celebranda, & colenda confluebant vniuerſi non publicis modò prædicationibus pellecti, ſed & familiaribus pariter admonitionibus, & ſuaſionibus allecti. Capuccino ergo Operario ſolicitè, & ſolerter agricolante, vberes adeò, & copioſos fructus Eccleſiaſticus ille ager eò tempore attulit; vt prudentioribus quibuſdam ex Vallicolis Optimatibus publicè conteſtantibus, ab Apoſtolicorum Cultorum Capuccinorum aduentu, atq; Eccleſiaſtica ſpirituali cępta agricolatione, ità illarum Eccleſiarum, & gentium religionis, & pietatis facies appareret immutata; ità vt de ſenticeto in hortulum, de deſerto in agrum, pratum, & vberrimam vineam tranſlata regio videretur: tamquam enim de tenebris ad lucem reuocati, qui quondam Pęnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramenta vix ſemel in anno pertingere formidabant, & ſuper leuiſſimo (dicebant) cibo anima eorum nauſeabat; poſtmodũ prę delitijs exquiſitiores illorũ cibi cõputabantur: nam etiam Sęcularibus negotijs, & mercimonijs, ſeu agriculturę impliciti homines, qui olim Paſchali tempore Sacris approximare vix valebant; modò crebrioribus, etiam nõ ſolemnioribus celebritatibus appropinquare Sacroſanctis myſterijs volebant; vt quaſi nouum pietatis, ac religionis Chriſtianæ aſpectum antiqua hæc Eccleſia induiſſe videretur. Suarum igitur partium, quæ erant, munera cum præſtitiſſet Fr. Ioachim, hoc eodem anno Cadralium euocatus inibi laboraturus, hinc receſſit.

Ann. Chriſti 1642.

Fr. Ioachim vniuerſos Vallicolas ad cęleſtem patriam dirigere ſtudet.

Ad penitentiæ, & Euchariſtię Sacramentorũ frequentiã nauſeantes inducit.

CALCVLVS QVARTVS
Fr. PAVLI TAVRINENSIS Concionatoris per anunm 1643.

I. EXpleto igitur Apoſtolicæ Capuccinorum agricolationis primo triennio, Vari Amnicolæ, ſiue Varanæ Vallis Incolæ religioſorum virorum virtuoſa, atq; exemplari conuerſatione pariter, & integerrimæ vitæ pręclaris exemplis, Seraphicæ paupertatis, & ſtrictioris, ſiue arctioris regularis diſciplinę exactiori inſtituto, & obſeruantia, necnon Orthodoxę doctrinę, atque Euangelicę veritatis aſſidua, & gratioſa prędicatione iam edocti, & ędificati, talium religioſorum ſtudio allecti, & illecti: loquentibus factis, & conteſtantibus ab illis geſtis operibus ſuaſi, adducti, & perducti tantum Capuccinis Stationarijs, & Prædicatoribus deferre in cunctis cęperunt, atque tàm libenter, & expeditè eis obſequi, ſimul & auſcultare, ac obtemperare voluerunt; vt communiter eorum nutibus ſenes, cum iunioribus, magni, & paruuli dirigerentur: itaut exorientibus in dies diſſidijs, & cuiuſcumque qualitatis litibus exurgentibus, diſſidentes protinus vnanimiter ad religioſum doctorem, & Theologum Miſſionarium conuenientes, ſuiſque illi pacificè prętentionibus expoſitis, enarratis litigijs, ſummariæ Capuccini deciſioni lites cunctas terminandas compromitterent. Si autem ſimultates, & odia etiam inteſtina manifeſtas in rixationes, ſiue digladiationes irrumperent; ad conſpectum Apoſtolici Sacerdotis inter eos ſtantis, & diſcordes pacificantis illicò ceſſabant iurgia, auferebantur diſſidia, extinguebantur inimicitiæ. Rurſus cum illis gentibus Euangelicus Miniſter Capuccinus etiam pluries, vel frequentiùs ieiunandum vel gratioſè proponeret, vel ex Eccleſiaſtico præſcripto nunciaret; ipſi ieiunabant: ſi communiter, & prolixiùs pro bono publico orandum; orabant: ſi ad Diuina ce

Ann. Chriſti 1643.

Capuccinorũ religioſa cõuerſatione allecti Vallicolæ, ipſis in omnibus obtemperant.

lebranda Myſteria conuenire; conueniebant: demum ſi quòdlibet bonum opus præſtandum illis ſuadebat; pro virili illi præſtabant: ſicq; in omnibus vel præcipientibus, vel perſuadentibus Sacris Præceptoribus obtemperabant: ſacra venerabantur, & Sacerdotes quondam deſpectui habitos, modò reuerebantur: ſicuti experientia edoctus conteſtatus eſt plenariè Fr. Paulus Taurinenſis, qui in fine Olympiadis ad hunc Apoſtolatum exercendum venit deſtinatus.

Pietatis ergo, & Chriſtianæ Religionis rebus hactenus iam ritè compoſitis, cum à prædeceſſoribus cultoribus Eccleſiaſticum agrum, & hortum à ſentibus, ſpinis, & vrticis expurgatum iam adinueniſſet Fr. Paulus; tamquàm Apoſtolica in ſatione verſatus, perpurgato à vitijs, ac gratiæ prædiſpoſito in ſolo non ſolitarias virtutes ſerere; ſed & chariſmata à ſupero flamine præſtita conſerere, ac mores reformare, & componere ſtuduit. Quare nullis laboribus parcens, à nullis fatigationibus abſtinens alpeſtria, & montana, non ſola aſperiora complana calcabat; vt ad agreſtes populationes perueniens, incxcultis habitatoribus Euangelicos theſauros communicaret, ſimplicium que, ac rudium animarum ſalutem procuraret, atque promoueret. Quamobrem, quò feraciùs, & exuberantiùs exercita terra plenos ſegetis manipulos proferret; & Sacro verbo non pro Concione dumtaxat, ſed abundantiùs pro catecheſi diſtribuendo, & Sacris Sacramentis ſubminiſtrandis ſedulus incumbebat: Nulli autem vt deeſſe contingeret; benignè adeò, atque humaniter etiam paruulos, & deſpectos Charitatis amplexu complectebatur, ſui muneris beneficia, & officia indifferenter præſtans; vt cunctis amabilis, vniuerſis deſiderabilis breui euaderet. Quapropter cum ſingula ſuæ Miſſionis Oppida, ſibi ſingularis Capuccini Excubitoris præſentiam, atque reſidentiam peculiarem in opportunum auxilium, ſiue ſubſidium poſtularent; ipſe verò ſimul, & ſemel expoſtulantibus vniuerſis nequaquam ſufficienter annuere, & obſequi valeret; excogitato conſilio, prouidè Fr. Paulus petentibus cunctis ſatisfacere decreuit: quò enim ſimul indigentibus pariter, & ſingulis, & omnibus ſua præſentia ſubuenire, & perſonaliter miniſtrare poſſet; mobilem Apoſtolatum, ſiue Miſſionem inſtituere, & exercere excogitauit, & mox numerando ordine, exercendam populis illis indixit. II.

Deſtinatus F. Paulus, & à pluribus populationibus poſtulatus, excogitato conſilio omnibus ſatisfacere decreuit

Excogitatam igitur, & prudenter decretam, ac prouide Vallicolis ſingulorum pagorum indictam generalem viſitationem, ſequenti methodo adminiſtrare occepauit. Viginti Oppida in Vari Valle Capuccinorum Cuſtodiæ curanda commiſerat Reuerendiſſimus Nicienſis Epiſcopus: illis igitur ſingulis, ſingularibus diſtributis temporibus, nempè ſeptimana, & menſe, ac ſui peculiaris aduentus die certo, ac determinato, ad proximiorem ſibi Pagum vigeſimam circiter ſecundam aut tertiam horam accedere feſtinabat: opportunè igitur præmonitus illius Villæ Parochus; vt ſuum pariter Populum tempeſtiuè præmoneret, circa præſcriptam horam edito ſolemniori campanarum ſonitu, in agro laborantes, ſiue in foro, aut in domo otiantes de Concionatoris aduentu commonebat: admoniti igitur illi ſingulis, & omnibus, quæ præ manibus habebant, occupationibus, etiam legitimis ſepoſitis, feſtinanter viri, ac mulieres ad Eccleſiam confluebant, quò appulſus Fr. Paulus & exponendum Sanctiſſimum, & Veſpertinas perſoluendas, ac decantandas horas, aut pro populorum opportunitate, ſiue locorum exigentia alias habendas præcationes procurabat: quibus abſolutis, & congregatis gentibus ligneum gradum conſcendens ipſe breuiori, ſed efficaciori ſermocinatione peracta, populum pro craſtina luce ad Diuina celebranda, & ſacra percipienda publicè interpellabat. Vix autem eluceſcente poſtera die, Capuccinus Excubitor ad Eccleſiam pergebat, & repetita campanarum celebri pulſatione, plebem ad ſpiritualem exercitationem in Eccleſia habendam excitabat, & inuitabat: excitati igitur, & ſolicitati ad Templum concurrebant turmatim mares, & fœminæ, vbi Apoſtolicum Sacerdotem pro eorum Sacramentalibus confeſſionibus excipiendis expoſitum inueniebant: quo in charitatiuo exercitio tamdiù ille infatigabilis perſeuerabat; quamdiù intra decantatæ Miſſæ ſolemnia ſuggeſtum conſcendendi hora nondum interpellaſſet: tunc enim per directum à Confeſſionario ad Concionandum pergens, prolixiorem, & vehementiorem ad adſtantem populum habebat ſermonem, quo malos ad reſipiſcendum, & bonos ad perſeuerandum, imò proficiẽdum vehementiùs cohortabatur. Expletis autem matutinis ſolemnijs, à prandio ſi quod pertractandum, aut definiendum negotium publicum, aut priuatum occurriſſet, propoſito incumbebat; inibique per diem integrum, vel per plures, ſi exigentia ſpiritualium, aut tẽporalium poſtularet, commorabatur: alioquin vix refectus à prandio hoſpitibus ſalutatis, & cunctis vale dicto, ad proximiorem Villam, eadem Apoſtolica munera, officia, ac concionandi, docendi, & Sacramenta miniſtrandi, ſeu ſęculiaria conciliandi beneficia prę̃ſtaturus, expeditè, & feſtinè procedebat; ſicq; montanos illos Pagos perluſtrãdo, infatigabiliter peragrabat, & laborabat, non ſolis manibus, ſed conatibus omnibus enitendo, & Chriſtianam pietatem ac fidelem religionem promouendo, atque exuberantiora ad incrementa perducendo. III.

Anni Chriſti 1643.

Singulorſq; Pagorum generalem viſitationem indicit.

Perluſtrationis methodus, & labores referuntur.

Exper-

IV. Expertus ergo, & propria, ac manuali experientia admonitus Fr. Paulus, hanc mobilis Miſſionis per circuitum exercendæ methodum apprimè animarum ſaluationi, & Eccleſiaſtici Regni promotioni conducere, diutiùs eam frequentare decreuit, & perſeuerauit, nulla omnino vel itinerandi difficultatis, vel perpetuæ fatigationis, aut improbi nimis laboris habita ratione: & niuium copiam, & hoſpitum inopiam, & glacierum algorem, & æſtus ardorem, & imbrium tempeſtates, & temporum calamitates, ſeu viarum, ac rupium aſperitates floccipendendo. Incredibili namque perfundebatur ſpirituali interiori letitia, & gaudio apoſtolico ſuperabundabat; cum vniuerſam gentem illam expeditè horis ſingulis, etiam illis inopportunis, & importunis, ad Sacerdotis nutum ad Sacra pertractanda, & Sacroſanctis myſterijs aſſiſtendum conuenire conſpiciebat: Dei cultum, & Sacramētorum venerationem honorificè pertractari aſpiciebat: ideò & ipſe exultans in ſpiritu, Apoſtolicū, & Angelicum miniſterium laborioſè admodum ſuſtinebat, & illi Euangelicum operarium tamquam Apoſtolum, & Angelum ad ſe venientem excipiebant: nec plebei duntaxat Capuccinum Miſſionarium venerabantur; ſed & optimates Laici, & Clerici Euangelicum excubitorem honorificè colebant. Quod ex eo datur nobis intelligi; quia religioſi illi vallicolani Parochi nullum inter ſe Sacerdotale conuiuium celebrabant, quin Apoſtolici Sacerdotis deſiderabilē præſentiā ſibi adeſſe procurarent, illūque in conſpectu ſeniorū honorarent.

Mobilis Miſſionis em ɔlu mento cogni to, præſcriptam methodum frequentare decernit.

V. Inuigilabat interim ipſe in Catholicis Excubijs, ſiquid fortè haud longè morantes Philiſthijm, ideſt Narbouenſis Galliæ Caluiniſtæ aduerſus Orthodoxam Eccleſiam molirentur; & intellexit Comitiſſam quamdam, nobilem mulierem ex Vallis Vari Villis Caſtri vnius Dominam prius Catholicam, poſtmodum impoſturis Pſeudodoctorum deprauatam deſipientem, & in malitia hæreticali perſeuerantem deceſſiſſe, & in ſterquilinium proiectam ad inferos deſcendiſſe. Cum rurſus publicè coram populo à nonnullis blateronibus, & perfidis circulatoribus, quibuſdam hæreticalibus propoſitis, & euomitis immunditijs, aliquos ex ſimplicioribus infectos, & conſpurcatos, ac contaminatos accepiſſet; opportunè pro ſuggeſtu vehementiùs adeò in huiuſcemodi circuitores, & hæreticarum quiſquiliarū, ſeu ineptiarum venditores, atq; emptores inuehere cępit, & ad finem vſque perdurauit; vt impoſterum à conſimilibus, publicè ſaltem, penitùs abſtinerent. Quidam inter vallanos Parochos eruditus, imò eruditior Sacerdos, qui, ob ſuæ eruditionis conceptam exiſtimationem, paſſim Doctor antonomaſticè vocitabatur, publico in Religioſorū conuiuio, & dogmatico corā Fr. Paulo familiari congreſſu, quoſdam ex Canonicis Scripturæ libros, non Agiographos, ſed Apocryphos eſſe contendebat; Verùm Capuccinus Theologus, & Apoſtolicus magiſter, Sacri Concilij Tridentini Canone producto, & adducto, religioſum doctorem cautiùs ſapere, & magis Catholicè in publico, & vbique docere, & eloqui humiliter docuit. Quibus, & conſimilibus experientijs quotidianis inſtructus Fr. Paulus, Apoſtolicę Stationis, ſiue Capuccinorū Miſſionis perſeuerantiā, atq; continuationem in Conualle Vari apprimè neceſſariam pluribus adductis rationibus eſſe commendebat, & affirmabat. Verùm quando præter conſuetum, atq; aſſignatum in Villari habitaculum, nouum iam aliud in Manſuini Oppido domicilium Oppidani Capuccinis commodauerant; vt eò aduenientes, & inibi apoſtolantes longiores commodè moras religioſi operarij traherent: quando etiam vndiq; copioſiores ſubuentiones, & elargitiones alimoniarias Populi offerebant, & afferebant Leuiticis cultoribus: & ipſi copioſiores ſpirituales pro animarum ſalute prouentus referebant; inexpectatus accidit Reuerendiſſimi Nicienſis Epiſcopi Iacobini Marenci, Apoſtolici operis fundatoris, & promotoris interitus, qui inſtitutam, & conſtitutam, atque à Capuccinis operatoribus ſuſtentatam per olympiadem Euangelicam Miſſionem ſubuertit: Cum enim nullus eſſet, qui vocaret, & mitteret, Capuccini per ſe currere, & non vocati temerè accedere ad Eccleſiaſtica obeunda munera non conſueuerunt: & ideò licèt reclamantibus illis populis, ab incæpto tamen Apoſtolico miniſterio receſſerunt, expectantes Apoſtolicæ Sedis, & Curiæ beneplacitum, & auctoritatiuum oraculum, quod venerantur.

Comitiſſa quędā à Pſeu du miniſtris deprauata Caluiniſtica moritur.

Ann. Christi 1643.

Inuehitur aduerſus hæreticalia profe rentes.

Libros Canonicos defendit.

PORTARVM APOSTOLATVS RATIOCINIVM SEXTVMDECIMVM.

D. O. M.

CHRONOTAXIS.

MILLENVS SEXCENTENVS QVINQVAGENVS QVINTVS ANNVS POST PRIMVM FILII DEI IN CARNE ADVENTVM COMPVTABATVR.

QVANDO SEPTIMI ALEXANDRI, MAGNI ROMANORVM HIERARCHÆ PROVISIONE: QVARTIDECIMI LVDOVICI GALLIARVM REGIS SVB DOMINATIONE, ATQVE PROTECTIONE: VIGILANTISSIMI ALEXANDRI CRESCENTII BITVNTINI EPISCOPI, ET APOSTOLICI NVNCII PRVDENTI NEGOTIATIONE: ZELANTISSIMI MICHAELIS ANGELI BROLIÆ, S. MARIÆ DE PINEROLIO ABBATIS PERMISSIONE: FR. PAVLVS A NICIA MARITIMA, CAPVCCINORVM PROVINCIALIS MINISTER, ET SVBALPINÆ PROVINCIÆ MISSIONVM PRÆFECTVS SVOS SERAPHICOS VIGILES AD APOSTOLICAS EXCVBIAS IN PORTIS ITALIÆ OBSERVANDAS DESTINAVIT. SICQVE ECCLESIASTICAE MISSIONIS IN PORTARVM OPPIDO PRIMORDIA OPPORTVNE PARAVIT.

PORTA-

PORTARVM RATIOCINII

SYNOPSIS

Præambuli Numeri Quinque.

Primus	Geographicam	Relationem exhibet.
Secundus	Politicam	
Tertius	Hierarchicam	
Quartus	Errorum, & Hæreſis	Originem perhibet.
Quintus	Apoſtolatus, ideſt, Miſſionis	

Calculus Vnicus.

Communis.

Fr.Fr. Hieronymi à Pamparato, Angeli à Foſſano, Pauli à Taurino Concionatorum per annos 1655. 1656. 1657. 1658.

PAGI PORTARVM IN APOSTOLATV

CAPVCCINORVM OPERARIORVM

Pro Eccleſiaſtico Regno laborioſi Proceſſus numerantur, & calculantur.

RATIOCINIVM SEXTVMDECIMVM.

Geographicam notitiam exhibet Praambulus.

Num. I.

Pagi Portarum ſitus, & conditio.

PETRVXINÆ inferiori Valli geminæ ſicut ſuperſtant in culmine ſuperiores Conualles San-Martini, & Prati-Iallati; ita perſtant in atrio inferiori & Pineroliensis Ciuitas, & Portarum Oppidum, medio ipſo in communi itinere ſitum; conſimili nomenclatura vocitatum ex eo, quod complanus latior Pinerolianus ager ad rupium alpeſtres fauces accedendo, ſiue aſcendendo anguſtetur adeò; vt præterfluentibus Cluſonij fluminis vndis arctum aquagium, ſimul & pertranſeuntibus viatoribus anguſtam, & petroſam ſemitam proprio in concluſo territorio ægrè admodum adaperiat, accedentibuſq; ſeu recedentibus proximis Conuallicolanis Pratimollis, San-Germani, Pratiruſtini, Rochæ Piatæ, Miradolij, San-Secundi, *San-Bartholomæi*, Abbatiæ, & Villarij adſtantium Pagorum vix viam concedat. Prouidet nihilominus haud omninò infœcundum illius ſolum aliqualem ſufficientiam vini, tritici, fœni, ac frugum ſuis cultoribus operoſæ conditionis, & laborioſæ profeſſionis, iuxta morem regionis agriculturam, atq; penurioſam mercaturam exercentibus.

Politicam notitiam exibet Praambulus.

Num. II.

Francico dominio ſubiacet.

POrtarum Villa, quemadmodum & vniuerſa Petruxina Vallis ab antiquis ſæculis Sabaudi Regalis Ducis politico ſceptro dirigebatur, ab anno tamen trigeſimo decurrentis decimi ſeptimi ſæculi ad Gallicanum Dominium ſimul cum dimidiata Petruxiæ Valle, & Pinerolij Arce tranſlata, muralis quoq; aggeris tranſlationem experta eſt. Francus namque Chriſtianiſſimus Rex Pinerolij Ciuitatem & mœnium, & Acropolis firmiſſimis munimentis communitam proprij & acceſſus, & receſſus cuſtoditum tutiſſimum oſtium conſtituit.

Hierarchicam notitiam exhibet Praambulus.

Num. III.

Hierem. c. 17.

Abbatiali iuriſdictioni ſubeſt.

NOn ſic tamen deſtitutum Portarum Pagum dimiſerunt Sacri Præſules, quinimmò per Prophetam Hieremiam admonenti Domino auſcultantes: *Hæc dicit Dominus ad me vade, & ſta in Porta filiorum populi, per quam ingrediuntur Reges, & egrediuntur; & in cunctis Portis Hieruſalem, & dices ad eos: Cuſtodite animas veſtras.* Vt cuſtodirent ſuas animas, ideſt ſibi commiſſum fidelem populū, in Portis Parœciam vnam Reueren. Rectori Præpoſito commendatam ſtatuerunt Reuerendiſſimi Sanctæ Mariæ de Pinerolio Abbates Regulares, quorum ſpirituali iuriſdictioni Pineroliensis tractus ſubijcitur.

Erroris, ideſt Hæreſis originem perhibet Præambulus.

Num. IV.

VAticinatus quondam legitur Abdias Propheta: *In die cum ſtares aduerſus eum quando capiebant alieni exercitum eius, & extranei ingrediebantur Portas eius*, quando ſcilicèt per poſticum irruentibus Sectarijs Occiduis Vualdeſijs, Lutheranis, ac Caluiniſtis, coacto deſertorum deceptorum agmine, alieni nempè Religionarij capiebant exercitum eius, ideſt Eccleſiaſtici Regni: fideles enim ad perfidiæ rebellionem pertrahentes, pertractorum deficientium acies aduerſus propriam Matrem Eccleſiam debacchari perurgebant: tunc enim per Portas ab Alpibus, & hæreticis Conuallibus deſcendentes Interalpini deliri Subalpinam hanc Italicam plagam aggreſſi ſunt ſubuortere, ſimul & religionem peruertere. Nam iuxta Iſaiæ pronuntiatum: *Relicta eſt in Vrbe ſolitudo, & calamitas opprimet Portas*. Per apoſtaticam, & politicam ab vtroq; Principatu & Eccleſiaſtico, & Sæculari turpem defectionem relicta in Gebennenſi Ciuitate ſolitudine pietatis, & Diuini cultus, calamitas hæreticalis oppreſſit has Subalpinas oras cuſtodiales, ſcilicèt tres Prati Iallati, Perrerij, & Petruxiæ Valles, ſignanter Portarum Villam circiter dimidium ſeculi ſextidecimi. Quoniam prædixerat Nahum: *Portæ fluuiorum apertæ ſunt, & Templum ad ſolum dirutum*. Ianuæ interorum apertæ ſunt, hoc eſt hæreticalium errorum profanationes tamquàm tumentia flumina inundauerunt, flauerunt Boreales, & Aquilonares Pſeudodoctorum Hæreſiarcharum ſcilicèt prædicationum venti, deſcenderunt Antiregnorum grandiores lapides, ideſt potentiores impulſiones, & irruerunt in Catholicam Eccleſiæ domum, & proſtrauerunt illam, Sacrum Dei Templum diruentes. Ad hunc enim Pagum violenter ſuperuenientes Hæretici Parochiale Templum expilauerunt, ſimul & expoliatum, ac profanatum ad Sacrilega exercenda ſua religionaria miniſteria abuſi ſunt, per octo circiter olympiades.

Abdias c. 1.

Iſaias c. 14.

Inficiuntur hæreſi.

Nahum c. 2.

Apoſtolatus, ſiue Miſſionis originem perhibet Præambulus.

Num. V.

QVamobrem ſicuti Summus ille, antiquuſq; Iudæorum Antiſtes Ioiadas: *Conſtituit quoque Ianitores in portis domus Domini, vt non ingrederetur eam immundus*. Ita ter Maximus de nouo creatus Chriſtianorum Pontifex Alexander nomine, numero ſeptimus, cum Clemens VIII. Sacerdos Summus olim loci Portarum Eccleſiam Petruxino Excubitori cuſtodiendam commiſiſſet; ipſe quoq; in Portis, non dumtaxat domus Domini conſtituit, immò in Regis Chriſti Regiæ, nempè Italiæ ianuis Ianitores fideles adhibuit; vt non ingrediatur eam immundus Hæreticus Lutheranus, ſeu Caluiniſta, dum Capuccinos Miſſionarios in Portarum Auſoniæ Pago oſtiarios Euangelicos ſtatuit, primò ſui Pontificatus anno quinquageſimo quinto ſupra milleſimum ſexcenteſimum: quando Illuſtriſſimo alteri Romano Alexandro, Reuerendiſſimo Bituntino Epiſcopo, & Taurinenſi vigilantiſſimo Nuncio ſuggerenti annuens, tranſmiſit in mandatis; vt Prouincialis Capuccinorum Miniſter Pedemontanus Fr. Paulus Nicienſis, Miſſionum Præfectus nouam Eccleſiaſticam Stationem in Pago Portarum, Apoſtolico ære ſuſtentandam, firmaret: quod & iſte perficere non recuſauit; ſed geminos ſuos Capuccinos alumnos eò deſtinauit. Vnde fælix illud auſpicium gentibus his applicandum videtur: *Et erunt electæ Valles tuæ plenæ quadrigarum, & equites ponent ſedes ſuas in Porta*. Equites ſcilicèt religioſi Pugiles emiſſarij, vel emiſſi ad Eccleſiaſtici Regni fores aſſeruandas; ideò ſuperaddit Propheta: *Aperite Portas, & ingrediatur gens iuſta, & cuſtodiens veritatem. Vetus error abijt. Quoniam confortauit ſeras Portarum tuarum, benedixit filijs tuis in te.*

Paralip. lib. 2. c. 23.

Statuitur in Portis Apoſtolatus.

Iſai. c. 22.

Idem c. 26.

Pſalm. 147.

CALCVLVS VNICVS COMMVNIS

Fr. Fr. HIERONYMI à PAMPARATO, ANGELI à FOSSANO, & PAVLI à TAVRINO Concionatorum per annos 1655. 1656. 1657. 1658.

I. PArabolicis notis inſipientem feminam ſic deſcribebat, ac delineabat Sapiens: *Mulier ſtulta, & clamoſa, plenaq; illecebris, & nihil omnino ſciens, ſedet in foribus domus ſuæ ſuper ſellam: Qui eſt paruulus declinet ad me.* (Prou. c. 9) Stultæ huius mulieris typus veri nihil omnino ſcienti Hæreſi (iuxta legitimos Sacrorum interpretes) apprimè conuenit, quæ fraudulenter pariter, & violenter acquiſito, ac ſibi ternis in Conuallibus his ſtatuto, ac firmato domicilio, ſedebat in foribus domus ſuæ, nempè in Portarum Pago, vnde Italici atrij Subalpini propinquis habitatoribus clamoroſis, ſimulq; illecebroſis vocibus, atq; ſolicitationibus à recto Orthodoxæ veritatis tramite declinare, nec non ad Hæreticum ſuum proſtibulum diuertere ſuadebat importunè, nōnulloſq; iam incautos, ac paruulos, nempè ignaros alliciebat, præoſtenſis, ac promiſſis carnis illecebris ad ſpiritus incuriam, ſpiritualiumq; neglectum, quinimmò contemptum pelliciendo. Quamobrem: *Sapientia ædificauit ſibi domum, miſit ancillas ſuas, vt vocarent ad arcem, & ad mœnia Ciuitatis.* (Prou. c. 9.) Diuinæ namq; Sapientiæ radijs illuſtratus, non minus quàm domus Dei, nempè Eccleſiæ zelo ductus, & excitatus Reuerendiſs. D. Alexander Creſcentius Taurinenſis Nuncius pro Eccleſiaſtici ſpiritualis Regni Portis his cuſtodiendis Portarum in Villa ædificauit, hoc eſt, ex ære Apoſtolico comparauit ſapientiæ domum, ideſt Euangelicis Doctoribus, ac Prædicatoribus domicilium præparauit: hinc illico miſit ancillas; ſibi enim delegata Canonica auctoritate, Capuccinorum Miſſionem inibi inſtituit, eòq; per Miſſionum Præfectum Miſſionarios Theologos, atq; Cōcionatores emiſit primū Fr. Hieronymū à Pāparato, ſecūdū Fr. Angelū à Foſſano, tertiū Fratrē Paulū à Taurino, ſucceſſiuè per præſignatā olympiadē, obmurmurantibus ſecretò, & latenter obluctantibus Religionarijs incolis, & accolis.

II. Hoc eodemmet quinquageſimo quinto cū milleſimo ſexcenteſimo anno, quo nouam in Portis Miſſionem Eccleſiaſtici Regni Miniſtri ſtatuere elaborabant, Antiregni Pſeudominiſtri veteres ſacras Stationes deſtruere accelerabant: in Conuallibus tum Lucernæ, tum San Martini excitata aduerſus legitimum Principatum Sectariorum ſeditione (vti fuſiùs proprio calculo numeramus) Quamobrem de ſua conſueta Cuſtodia Perteriana excluſum Fr. Hieronymum à Pamparato, (Fr. Hieronymus primus operarius.) Apoſtolicæ Militiæ veteranum Athletam haud diutiùs quieſcere voluerunt Euangelici certaminis Duces, quinimmò geminato operi incumbere mandauerunt, dū illum primum Operarium Portarum cuſtodiæ præfecerunt: vndè huic nouæ inſiſtens, veteri quoq; Perterianæ conſulere valebat, ſicq; Miſſionum Præfectis dicere poterat propheticum illum canticorum verſiculum: *In portis noſtris omnia poma noua, & vetera dilecte mi, ſeruaui tibi* (Cant. c. 7.) Obſeruaret igitur vt ſacras excubias Fr. Hieronymus, ad conſtitutum ſibi Portarum Oppidum perueniens; comparatam iam, atq; Capuccinis excubitoribus præparatam domum minus aptam, quàm vt religiosè in ea degere valerent Sacri Cuſtodes offendit; quapropter ex ſuppeditatis ſibi elargitionibus aliquali conflata eleemoſynaria pecunia, peruetuſtum paratum habitaculum in congruam habitationem conſtruere & excogitauit, & occeptauit: adcitis opificibus, atq; neceſſarijs operarijs, qui Inſtaurationi incumbentes, ſolicitante Capuccino Vigile, breui temporis ſpatio non commodum, ſed ſufficiens aliquatenus domicilium reddiderunt: vnde & Fr. Hieronymus ordinariam ſuam Stationem inibi firmam excolere cæpit, quò Apoſtolica miniſteria ordinariè, & aſſiduè ibi quoq; colere, & exercere perſeueraret. (Ann. Chriſti 1655.) Perſtitit igitur validè enitendo, vt primaria fundata fūdamēta firmaret, cōfirmaretq; fidelibus in Portis, ad Perterianas excubias reuocatus trāſmearit, ſicq; ceſſationē aliquā recēs hæc Cuſtodia perpeſſa eſt in Italiæ Ianuis, politicis quibuſdam de cauſis. Ne tamen extranei fruſtra cauſarentur, ſeu incuriæ inſimularentur Sacri Præſules, & Miſſionalis militiæ Præſides; ordinarios Cuſtodes, & Miſſionarios ſubannales prouidere non deſtiterunt: quinimmò electos, & ordinatos ad Apoſtolicum munus in Portis exercendum, vnum poſt alium Fratres Angelum Foſſanenſem, & Paulum Taurinenſem emiſerunt quò proximo in noſtro Pinerolienſi Cænobio conſiſtentes, per opportunitates, & congrua tempora ad opus egredientes, peruenirent ad Portas cuſtodiendas, & aſſeruandas, ne Fidei hoſtes per poſticum irrumpentes Catholicæ Religioni pernicioſiùs inſidiarentur: donec Chriſtianiſſimi accepto oraculo, & beneplacito, pacificè in Euangelicis excubijs inuigilare valeant, ſiue Fr. Paulus de præſenti miſſus, ſiue Capuccini vigiles, qui impoſterum mittentur. (Cōpoſito domicilio excolere incipit.)

APPENDIX OROPPAEI APOSTOLATVS D. O. M.

CHRONOTAXIS.

AB EXORTA SALVATIONE, ET NATO MVNDI SALVATORE DE VIRGINE MARIA ANNIS TRIBVS, ET TRIGINTA POST SEXCENTOS CVM MILLE, OCTAVO IDVS IVNII.

VRBANVS VIII. VRBIS, ET CHRISTIANI ORBIS VNIVERSALIS, PASTOR IACOBO GORIA VERCELLENSI ANTISTITE EFFLAGITANTE, VICTORIO AMEDEO APVD CISALPINOS REGNANTE, ALEXANDRO CASTRACANIO EPISCOPO NEOCASTRENSI APVD ILLVM NVNCIATVRAM EXERCENTE, FR. IOANNI A MONTECALERIO PROVINCIALI MINISTRO PEDEMONTII TRANSMISIT IN MANDATIS, VT CAPVCCINOS IDONEOS OPERARIOS; ET POENITENTIARIOS CONFESSARIOS SACRO IN OROPPÆO MONTE IN AGRO BVGELLENSI SITO AD VNDIQVE CONFLVENTIVM POENITENTIVM EXPIATIONES EXCIPIENDAS PROVIDERET, ET STATVERET: QVO ACCEPTO, ET EXCEPTO MANDATO EX TEMPORE PRÆSTITIT.

OROPPAEI APOSTOLATVS

SYNOPSIS

Præambuli Numeri V.

Primus	Geographicam.	Relationem exhibet.
Secundus	Politicam.	
Tertius	Hierarchicam.	
Quartus	Concurſus,& deuotionis.	Originem perhibet.
Quintus	Apoſtolatus,ideſt Miſſionis.	

Calculus Primus

Communis

Gemini Seraphici Præcurſoris Fr. Fr. Fidelis à Sancto Germano, & Iacobi Vercellenſis per annum 1620.

Calculus Secundus

Communis.

Bini Prioris Operarij Fr. Fr. Franciſci à Sandiliano Concionatoris, & Aegidij a Brotio Guardiani per annos 1633. 1634. 1635.

Calculus Tertius.

Communis

Fratrum Antonij Mariæ Aſtenſis Guardiani, & Thomæ à Moretta Concionatorum per annos 1636. 1637.

OROP-

OROPPÆ IN PACIFICO CATHOLICORVM APOSTOLATV

Capuccinorum Operariorum pro Eccleſiaſtico Regno laborioſi Proceſſus numerantur, & calculantur.

APPENDIX

Geographicam notitiam exhibet Præambulus.

Num. I.

PERAMPLA, & prædiues olim Ciuitas Bugellenſis partim in colle eminens, in planitie partim reſidens ad Penninarum Alpium baſes ſita, in Inſubriæ conterminis reperitur, quæ ſpectabilium ædificiorum quamuis magnificentiſſimis ſtructuris percelebris, celebrior attamen, quia celeberrima æſtimatur conciuium ſuorum multiplicatis nobilium inſignioribus ſtemmatibus, & explicatis Illuſtrium Procerum pacis, & bellis egregijs facinoribus. Bugellenſes namque Ciues ingenij perſpicacioris acumine naturaliter pollentes, Togæ, militiæ, atque mercimoniæ ſtudijs excellere valent, & volunt. Bugella (olim Ptolomeo Ghumelum) benigno admodum cęlo, necnon fęcundo, & amæno ſatis ſolo fruitur, frigidioris quidem, verum ſalubrioris aeris temperie etiam vtitur. Ad Orientem Mediolanenſes, ad Meridiem Vercellenſes, ac Occidentes Salaſſos, tandem Valeſianos ſibi coherentes contuetur, ad Aquilonis plagam trans Penninas difficillimas Alpes, inter quarum aſperiores rupes prægrandis quidam patet montium hiatus, ſiuè ſcopulorum receſſus, qui ad breuioris cuiuſdam Vallecul æ formam per quinque millia paſſuum aſcendit, vnde iterum & ex pluribus ſcaturientibus fontibus, & ex alto monte exuberante regurgitante lacu collectis vndis mediocris quidam efformatus fluuius Oroppa nomine per anfractus deſcendit. Stat in extremo, ſeù remotiori huius aſcenſus receſſu quoddam veluti abſconditum Theatrum cacuminibus, atque alpium acuminibus circumuallatum, cuius in vmbilico elegantiores Ædes Sacræ inter numeroſiores profanas conſpiciuntur in titulum Virgini Deiparæ erectæ, cuius ligneum admirandum ibi iamdiù colitur, & aſſeruatur ſimulacrum, vtpotè à Sanctiſſimo & Martyre, & Vercellenſi Antiſtite Euſebio Primo eò Palęſtina aduectum (vt conſtans, perpetuaque traditio vulgaris affirmat) inibique in ſacro ſpecu, ſacratoque Sacello ſtatutum.

Bugellenſis Ciuitatis deſcriptio.

Beatiſs. Virginis Oroppę ſitus.

Politicam notitiam exhibet Præambulus

Num. II.

STat inter Penninas Alpes circiter paſſuum ſeptem millia protenſa Andurni, ſiuè Ceruij Amnis Vallis, cui veluti Conuallis ad meridiem adiacet recenſita Vallecula dilabentis Oroppæ fluuij, qui vnà cum Ceruio conueniendo nomen proprium ibi amittit, vbi conſtructis ſupra decurſus aquarum multiplicibus variæ artis diuerſorum opificū varijs opificinijs, ſuburbiorum ſuorum exordia

Allobrogis Principibus ſubiecta.

reperit Ciuitas Bugellenſis, quæ quondam & validis mœnijs, & munita Arce firmata, hinc indè propè fluentibus fluminibus aquarum veluti Vallo præcingebatur, nequaquam tamen firmo temporali ſceptro accincta vnicæ dominationi diutius aliquandò obtemperauit, donec Regalium Allobrogum Principum Coronæ imperium ſubijt: horum enim ſub præualido tutamine, & auſpicato patrocinio inſigniter effloruit, vnico ex ſuis Ciue à conciuibus electo Rectore in Bugellenſi Comitatu, vniuerſa & politica, & ciuilia & criminalia iura adminiſtrante, ducali attamen Gubernatore pro Supremo dominio præſidente.

Hierarchicam notitiam exhibet Præambulus

Num. III.

PRæemineat licèt Vercellenſis Epiſcopalis Cathedra celeberrima natalium ſuorum peruetuſtiſſima origine, celebriori Præſulum ſuorum & vitæ Sanctimonia, & virtutum præclariori culmine; celebris nihilominus ipſa proclamatur diœceſanorum confinium ſuorum latitudine: vltra enim Vercellarum antiquiſſimam, ac nobiliſſimam præclaram à ſæculis, etiam Bugellenſem pregrandem complectitur & agrum, & Ciuitatem, in qua iampridem Orthodoxæ Religionis clariſſima monumenta enumerantur. Nam ſupra ſena Sęcularia Oratoria, Monachorum Sancti Hieronymi extra muros ſpectabile vnum, monialium intra alterum, Canonicorum Regularium Lateranenſium inſigne tertium monaſterium conſiſtit, Sancti Auguſtini Eremitanorum, & Diſcalceatorum duo, Prædicatorum Sancti Dominici vnum, Somaſchorum alterum, Minorum ſtrictioris obſeruantiæ, & Capuccinorum vnum, & alterum Cęnobia coexiſtunt. Perſiſtit tamen, & vniuerſo populo aſſiſtit Sęcularium Canonicorum Sancti Stephani Collegiata vnica, quæ binis in Ciuitate Parecijs præſidet, & prouidet, propriè ſcilicèt intra Sanctum Stephanum in planitie, & Sancti Iacobi Prioratui in vertice. Geminas præterea inter cæteras Collegiati Canonici adminiſtrant Dei Matris celebriores Eccleſias, nempè Sancto Stephano cohęrens Sanctæ Mariæ ingens Templum, & Glorioſiſſimæ Matris Miſericordiæ Virginali Simulacro in Oroppęo culmine piorum aduentantium eleemoſynario ære exędificatas Sacras Ædes.

Quibus Spiritualibus præſidijs fulta.

Religionis, ideſt Sacri Cultus originem perhibet Præambulus

Num. IV.

QVarum & perantiquæ ſtructuræ, & celebrioris cultus, frequentioriſque concurſus originale principium, ſiuè cauſam, & originem celeberrimum Vercellarum Antiſtitem, Orthodoxæ veritatis aſſertorem, & propugnatorem acerrimum, Martyremque inuictiſſimum Euſebium & aſſignant, & aſſerunt plures & peruetuſti teſtimoniales codices, in typis edito relatorio libello de antiquitate, & veneratione cultus Oroppęo Simulacro adhibitis citati, & allati Cap. 3. de origine Simulacri, vbi primo ſic legitur: In antiquo libro de rebus notabilibus, & particulariter de rebus Bugellæ reperitur inter cætera notatu digna infraſcripta clauſula: Indefeſſus demum plana omitto à verò ducente Deo per deſerta, niues, nemora, vepres, & tribulos ad Reginæ Cælorum Sacello ſub fonte Oroppæ poſitum feſtinus aſcendo, cuius primum lapidem Sanctus Dei Martyr Euſebius proprijs manibus collocauit, & in eo loco Beatiſſima Virgo tanta ſtupendiſſimorum miraculorum ſanctitate refulget; vt non ſolum populi finitimi, ſed ex remotis quorumcumque partibus turba confluat, vt debita vota perſoluat. Iterum prædicato & libello, & capite ex impreſſa eiuſdem Martyris vita ſic deſcribitur: Conſtans traditio eſt Sanctum Euſebium non modò ad occaſionem tollendam, qua populus Ariana inuidia ſeductus in eum peccaret, ſed etiam ardenti ſtudio vacandi ſibi, & Deo, ſeceſſiſſe in Montes Bugellenſis ditionis, atque in Montibus præcipuè Oroppæ loco gelidiſſimo, vbi etiam ſaxa frigore, humiditateque corroduntur illæſa adhuc extat poſt mille trecẽtos ferè annos imago lignea Beatiſſimæ Virginis, cuius vicini populi Sanctum Lucam Euangeliſtam auctorem credunt. Tandem c. 5. de cedrina materia imaginis firmius adduur teſtimonium ex Indulgentiarum diplomate Pontif. Clementis VIII. dicentis: Quod in Montibus illic adiacentibus de Oroppa nuncupatis quædam antiquiſſima, & ex ligno confecta imago B. Mariæ Virginis reperitur, ad quam aliàs Sanctus Euſebius dum

Cap. 3.

A Diuo Euſebio Virginis cultus, & veneratio.

Cap. 5

vixit Epiſcopus Vercellenſis fugiens Arianorum effrænatam in ſe rabiem, & per-
ſecutiones confugit, eamque fuit maximo honore proſecutus, quin etiam, vt qui-
buſdam argumentis euidenter colligitur, ex tunc de cetero pro opere Sancti Lucę
habita fuit, & æſtiuo tempore infinitus peregrinorum, qui inibi nouem dierum
ſpatio cum maximo deuotionis feruore perſiſtunt, numerus concurrit. Hæc ibi.
Ann. 362. Originale igitur principium, præcipuaque efficiens cauſa huius Deiparæ Virgini
dicati in Montibus Oroppęis cultus Sanctus Epiſcopus, & Martyr Euſebius ab exi-
lio regreſſus (iuxta placitos Eminentiſſimi Baronij tom. 4. Calculos) anno ſexa
geſimo ſecundo, vel tertio ſupra trecenteſimum, per decennium adhuc Vercellen-
ſis Eccleſiæ clauum ſanctiſſime, & conſtantiſſime adminiſtrauit, & aduerſus Schiſ-
maticos ſtrenuiſſimè propugnauit. Interim ergò iterum Arianis furentibus con-
tra acerrimum Catholicę veritatis propugnatorem Euſebium celeberrimum Ver-
cellarum Antiſtitem poſt regreſſum ab oriente, vbi exul propter fidem, Fidei illis
in regionibus non parua accrementa promouerat, & fideles confirmauerat: Ipſe
impauidus Hereticorum Anthagoniſta tempori obſequi, & ſuo gregi conſulere
peroptans Bugellam verſus iter arripiens in ſuæ Diœceſis aſperrimos hos angulos
Boreales ſe recepit. Vbi quò ſi non humano, ſaltem cęleſti ſolatio ſuas alleuaret
ærumnas perſecutionis; in receſſu ſecum aſportauit quoddam Matris Dei, & affli-
ctorum conſolatricis ligneum Simulacrum, quod à Sancto Luca exculptum (vt
viget, & aſſerit antiqua traditio) ſecum ab Oriente, nempè Palæſtina detulerat,
coram quo in parua Sacra Æde compoſito, vel Sacrato antro poſito & ſacra fa-
cere, & precarionibus inſtare, & diuinas perſoluere laudes conſueuerat toto eo
Ann. 363. temporis ſpatio, quo inibi moras trahere libuit. Euſebius inde Vercellam ad gre-
gem inuiſendum reuerſus; tandem ab Arianis crudeliter necatus circiter annum
ſeptuageſimum primum extra trecenteſimum, ætatis ſuę annorum circa octuagin-
ta Martyr occubuit. Primordiale igitur venerabilis huius, & venerari Reginæ
Cœlorum Simulacri, in Alpibus Collocationis exordium calculandum venit à
quarti ſæculi quartodecimo luſtro.

Huius Virginis ſacri ſimulacri primordiale collocationis, & venerationis exordium.

Miſſionis exordium perhibet Præambulus

Num. V.

V. QVando ipſius Archetypi in primis, deinde Architecti, ſeù cęlaturæ artificis,
tandem tranſlationis, & ſituationis atque culturæ Auctoris excellentiæ, ac
Sanctimoniæ radijs illuſtrata Cedrina imago, celeberrima effigies, pulcherrima
Deiparæ Virginis ſtatua Hyperduliaco cultu excoli occœptauit; Inter rupes
in antro repoſitum ſimulacrum, cuſtodientibus Angelis diu aſſeruatum, qua-
ſi abſconditum ſacra in ſpecu deſituit, donec Eccleſiæ tranquillitate reſtituta à
vicinarum Conuallium, & Bugellenſibus incolis ſacratiori diuino impulſu exci-
tatis aliqualiter coli, nomineque à præterfluente amne mutuato Beatæ Virginis
de Oroppa vocitari cœpit. Cum vero prius indigenæ, poſtea alienigenæ eò voti
cauſa accedentes per ſubſequentia diuturniora tempora crebra cœleſtium gratia-
rum beneficia, & admirabiles incurabilium morborum curationes, ſanationeſq;
frequentiores reciperent; ampliori cultu, & numeroſiori frequentia venerari
perſeuerauit, Sacrato Sacello adaucto, & quibuſdam conſtructis, & inibi adiun-
ctis habitaculis. Cum verò copioſiores in dies eò fieri populorum concurſus ani-
maduerterent Bugellenſes Ciues; locum illum impenſius colere, & perantiquum
ſacellum latius in delubrum abundantioribus elargitionum pijs ſubſidijs commu-
tare excogitauerunt; quò honeſtius, ſeu decentius, immò magnificentius à Vi-
ris Religioſis, ſacriſque Sacerdotibus excoleretur. Interpellatus ad hoc Roma-
nus Antiſtites Pius II. in Mantuano Concilio ſanctione edita Incarnationis Do-
minicæ anno quinquageſimo nono vltra milleſimum quadringenteſimum; kalen-
dis Decembris Sacram Beatę Virginis Oroppęam ædem Sancti Stephani Collegia-
tæ Bugellenſis copulauit vna cum iuribus, atque pertinentijs, quò pro tempore
exiſtentes collegiati Canonici illius ad ſe peculiarem curam, atque piam cultu-
Ann. 1459. ram de iure pertinere intelligerent, intelligentes curarent, nec negligerent. Quod
iterato Apoſtolico Diplomate confirmauit Alexander VI, Anno pr. ſæculi xvj Ro-
mæ Kal. Auguſti. Verū ſub ipſis initijs ſæculi xvij. cū Bugellenſis Ciuitas à Diuina
iuſtitia Epidemiæ acerbiſſimo flagello pulſata, Oroppęę Deiparæ Tutellari emiſſo
voto curata conualuiſſet; anguſtum delubrum in auguſtius templum communi
publico ære transferre voluit, ſicuti exculpta monumenta teſtantur. Auitæ at-
tamen in Patriæ Patronam peculiarem pietatis monumentum præclarius ſcalpe-
re, peractis iam quatuor luſtris Bugellenſes & populus, & Proceres, ſimul & Ver

Ad promouẽdum cultum Deiparæ Virginis emittũtur Capuccini FF. Fidelis, & Iacob.

cellenſis Præſul Diœceſanus Antiſtes cum prediuites & Genitrici, & Genito Filio Dei gemmatas coronas ſculpendas decreuiſſent, ad arduum, ſed pium promouendum opus Capuccinos Declamatores F.F. Fidelem à Santo Germano, & Iacobum Vercellenſem emittunt (vt fuſius infra) collaboratores. Tandem pertientantibus, quinimmo excrebeſcentibus aduenientium etiam à remotis regionibus fidelium concurſibus, vel turmatim proceſſionaliter per vices totius Prouinciæ Sodalitatibus, & Confraternitatibus iuxta cuiuſque morem, vel ſingillatim vnicuique aduenienti pro ſua pietate Collegium Sacerdotum, & cõfeſſorũ ſæcularium via ſufficere poterat. Quare dictus Dominus Iacobus Gorias Epiſcopus Vercellenſis cooperatores in auxilium mittere deſtinauit delectis ad hoc Capuccinis. Anno igitur 1633 cum probe calleret quam ſtrenuè in miſſionibus Subalpinis laborarent, & collaborarent in ſalutem animarum, nec ignoraret Capuccinos huius operis etiam promotores, & Cooperatores extitiſſe, illorum inſtituti non inſcius ab Eminentiſſimo Cardinali S. Honuphrij Antonio Barberino olim Capuccinæ Religionis alumno ſuppliciter expoſtulat, vt binos Capuccinos Confeſſarios pio huic loco concedat, & aſſignet, qui aduentantium fidelium confeſſionibus excipiendis collaborent inſigni hoc in Dei Matris Templo, ſub titulo, & facultate Miſſionis in Bugellenſi Monaſterio erigendæ, vnde pro temporum, & feſtiuitatum, ac concurſus opportunitate aduocati aduenientes Apoſtolicum munus exercerent. Eminentiſſimus Cardinalis ſupplicibus litteris Miniſtro Generali Capuccinorum tunc Romæ degenti tranſmiſſis mandat poſtulata Reuerendiſſimo ſupplicanti concedi. Inde Fr. Antonius Murinenſis tunc Generalis emiſſo decreto tranſmittit litteras Fratri Ioanni à Montecalerio Pedemontanæ Prouinciæ Miniſtro; vt expoſtulatam Miſſionem Confeſſariorum inſtituat; iuxta placitum Domini Epiſcopi Vercellenſis. Dat. Romæ 1633. die ſexta Iunij. Quibus acceptis, & gratanter exceptis, protinus Miniſter Prouincialis huic Miſſioni ordinauit, & aſſignauit Fratrem Franciſcum à Sandiliano Theologum, & Diffinitorem noſtræ Prouinciæ, & Fratrem Egidium à Brotio Sacerdotem tunc Bugellenſis Conuentus moderatorem, quibuſdam præſcriptis canonibus, quos perlegens Epiſcopus Vercellenſis, eos Spiritu Sancto dictatos affirmauit.

Ann. 1633.

Rogante Reuerendiſſimo Vercellenſi Antiſtite, de mãdato Eminentiſs. Cardinalis Sanc. Honuph per Fr. Io. à Montecalerio inſtituta, & erecta Oroppæa miſſio ad hoc deſtinatis F. F. Franciſco, & Ægidio.

CALCVLVS PRIMVS COMMVNIS

Gemini Seraphici Præcurſoris Fratr. FIDELIS A S. GERMANO, ET IACOBI VERCELLENSIS per anno 1640

Eccleſiaſt. 1.

CVncta res difficiles (proclamabat Eccleſiaſtes primo) *nec poteſt eas homo explicare ſermone*: Cunctæ res eò difficiliores, quo præclariores, nec poteſt eas quilibet homo opere implere quolibet modo. Cogitauerant Bugellenſes Ciues: Annuerat Vercellenſis Dominus Antiſtes, inde, & hic & illi ſimul decreuerant, atque ad inuicem conuenientes ſibi condixerant celebriori ſolemnitate percelebranda die ligneis Genitricis, Deique Vnigeniti ſimulacris Oroppæo iamdiu in ſpecu aſſeruatis Pietatis, Clementiæ, miſericordiæq; regni inſignia ſuponere Diademata, ſiue aureas Coronas prediuites gemmariæ cælaturæ opere mirifico ſcalpturatas ponderis haud exigui, ac valoris eleemoſynario ære conflandas, ſiue conficiendas: quarum magnificæ, & opulentiori ſtructuræ cum plum ſacræ ędis ærariũ haud ſufficere rationabiliter pertimeſcerent, perficiendo huic operi Præfectis, & Sacerdotes, & Proceres (ait auctor impreſſę Relationis huius coronationis parte 2. §. 9.) inter plurima neceſſaria præuidenda, ac prouidenda neceſſariiſſimum illud adiudicarunt, egregium ad excogitatum facinus promouẽdũ, eximium aliquẽ, inſignemque facundum Oratorem conducere, qui validioribus Prędicationibus cõmouendo populos, liberalioribus, largioribuſque præſtationibus deſignato Sancto operi ad cooperandum eos deduceret. Ex multis igitur Eccleſiaſticę Hierarchię diuerſorum Ordinum Religioſis Præconibus in Ciuitate reſidentibus propoſito Concionatorio muneri, ſeu oneri vnus inter omnes ſufficens extitit, & ſelectus Venerabilis Pater Frater Fidelis à San Germano Capuccinus, feruentioris ſpiritus, & non vulgaris eruditionis Concionator, Apoſtolica in declamandi paleſtra inſigniter exercitus, ſed nunquam aut diuturna, aut laborioſa exercitatione feſſus,

I.

Pio operi promouẽdo proponitur neceſſitas alicuius inſignis Sacri Oratoris.

Ann. Chri. 1640.

Inter Præcones eligitur, & deſtinatur Fr. Fidelis.

in ſer-

in ſermone potens, quippe, qui ſæpe ſæpius primarijs in Italicis Vrbibus præclarè declamando peragraret; conſimilibus Deiparę promouendi cultus conatibus à Præſulibus, vel Proceribus aduocatus, ſiue interpellatus ſtrenuè adnixus cooperatus egregiè fuerit.

II. Intra Seraphica Clauſtra noſtrę Pedemontanæ Prouincię commorabatur tunc Frater Fidelis, atque Capuccinę puſillę Reipublicę haud inferiora religioſa Prouincialia munia ſuſtinebat, & munera exercebat. Ad propriosigitur vt mos lares illum accerſerent Bugellenſes Ciues, Sereniſſimi Sabaudici tunc Cardinalis Mauritij auctoritatiua intercedentis voce euocare excogitauerunt, vnde in conuocato Taurini Prouinciali Capitulo prouocati Prouincię Præſides (inter quos & ipſe vnus Diffinitor præſidebat) Fratrem Fidelem Bugellenſi noſtro Conuentuí adminiſtrando præfecerunt Anno vigeſimo poſt ſexcenteſimum millenũ. Emiſſus ille præſto adfuit geminum præſtiturus opus, vel ſuſtentaturus onus monaſticum, & Apoſtolicum. Nam cum non Archimandritæ modo, quin ambidexter ipſe exiſteret, ex vtroque Cælum expugnare, id eſt vtriuſque & contemplatiuæ, & operatiuæ vitæ ſibi demandata opera laudabiliter adminiſtrare conſueuerat. Efferueſcebat iterum Fratris Fidelis in præcordijs accenſus in Deiparam Virginem vegetior affectus, quare affectatam opportunitatem Virginis Matris Dei honorabiliorem cultum prouehendi nactus, vniuerſis viribus, & conatibus eniſi occupauit, vt cunctæ res difficiles faciliores euaderent, & difficiliores ſuperaret opere, & ſermone: valebat ille multum verbo, ſed plurimum ſpiritu: timebant Præfecti Mariani initiati ne perficiendi gemini Diadematis præſtantiori valori præſtando valerent piorum iam depoſita; ſed prævaluit validus cooperator valens, quia volens cuncta ſibi poſſibilia præſtare, ne quid perficiendis coronis deficeret.

III. Perficiendo igitur exantlando labori fidenter, lętanterque ſe accinxit Religioſus conductus Operarius ipſa in Bugellenſi Ciuitate primum, poſtremo vero illis in Bugellenſis Prouinciæ Oppidis, quoniam incolę ſeſe difficiliores propoſitæ coronationi promouendæ oſtentabant, ſiquę religioſa ſubſidia ad hoc aperte denegabant. Aggreſſus eſt igitur non demonſtratiuis peregriphicis perorationibus, id eſt ad circinum concinnatis, ſed ſeruentioribus prædicationibus, validioribus declamationibus, quinimmo vehementioris ſpiritus impulſiuis adhortationibus, ſummi & compulſiuis perſuaſionibus vel ſtertentes excitare, vel oſcitantes ſollicitare, quin ipſos reſiſtentes pulſare efficeret, adeo, vt non propenſiores modo, ſed & quondam perdifficiliores Sancti Operis fautores non indigenas modo, ſed & alienigenas illius ſollicitos promotores efficeret; in cunctis opportunis propè feſtis diebus aliquando in Ciuitate, aliquando in inſignioribus adiacentibus in Pagis pro ſuggeſtu conſtanti congeniter, & concesſa, qua pollebat, facundia, & teſimonijs exuberanti vehementia demonſtrans, quam propoſitum proficuum, & peruitle perpetuò extiterit Chriſtianis populis inſigniori cultu, & religioſiori cordis affectu Piam Dei Genitricem, Aſſiſtentem conſolatricem deuotè colere, & de proprijs ſubſtantijs ſacratioribus donarijs præſtitis honorare.

IV. Verum enimuero quoniam Bugellenſis tractus, quin Vercellenſis Diœceſis longè, latèque abundantiores per populationes, & pagos adeo diſtenditur, quam vnicus emiſſus Apoſtolicus Emiſſarius Orator vniuerſa peragrare, & cunctis populis propoſitum mox perficiendum opus propoſitere exponere, & illos ad conueniendum, atque cooperandũ diſponere ſat eſſet; ideo prudens ſpeculator Reuerendiſſimus Dominus Iacobus Epiſcopus Iacobum alterum Fratrem Capuccinum Concionatorem Vercellenſem priori Operatori prudenter adiunxit, & laborioſo primo operoſum ſecundum cooperatorem coniunxit, qui communi cura commendato pio operi collaborantes, diſcretis in locis, & diſtinctis infatigabilibus fatigationibus, peregrinationibus, & prędicationibus vniuerſam regionem illam perluſtrantes igneis, & ardentioribus ſuis cohortationibus, & inflammatis concionibus populorum pium in Deiparam affectum ita excitare, & accendere perſeuerauerunt per aliquot menſes, vt timpatiuim omnes coronandæ Reginæ Cœlorum aſſiſtere, & ſingillatim, & communiter pro viribus virium, ſeu vtcatim largiora offerre munera decreuerint, ſicuti ſuo tempore præſtiterunt.

V. Relatiui impreſſi libelli Auctor circa quæ prædicto loco ſubiungit: Conſtanter, ſine congregandarum oribus pro conficiendis coronis pecuniæ difficultas Patrem Fidelem nequaquam ſegniorem effecit, vel exanimauit, quin vegetiorem illum, & ardentiore reddidit in declamando feruentius, inſiſtendo in bonis patientia, & doctrina in Diuinum Filium, & in Deiparam ſpes fidentior, vnde & præter communem omnium expectationem abundantiores, atque copioſiores oblationes, erogationes, quin largiſſimæ effuſiones præſtari cœperunt, & perſeuerauerunt, vt admirandum Virginis Matris, eudemque patrocinium digno ceperunt, opportunumque ſubſidium: non enim auri, vel argenti numeroſa numiſmata ſolum offe-

rebant

Vegetiori ſpiritu in Deiparam Virginem accenſus Fr. Fidelis, Apoſtolicum onus accepat, & Virginis cultum pro viribus promouere conatur.

Feruentioribus prædicationibus in Ciuitate, Pagis etiam, renitentium pijs pro pluribus promouere.

Fr. Fideli Apoſtolicum onus ſupplendum adiungitur Fr. Iacobus.

rebatur, ſed & annuli, monilia, gemmæ, veſtes, & quidquid præſtantius in mundo muliebri à fœminis aſſeruari ſolet, proferebatur, & afferabatur, ita vt cum aliud non ſuccurreret expedientius, vel præſtabilius, ipſum ſponſalē annulum mulierculæ deferebant: inter quas pauperculas pauperior vna pauperrimam domunculæ ſuæ ſupellectilem perſcrutata, cum idoneum, vel ſufficiens nihil repetiſſet in Matris Dei obſequium conferendum; ipſum in quo quieſcebat lectulum, ſuper nudam humum deinceps cubitura, obtulit conſtanti adeo, & firmo mentis propoſito, vt nullis Patris Fidelis Concionatoris admonitionibus, ſeu cohortationibus retrotrahi valeret. Ditiores plurimi, quibus ex tempore non ſuppetebant nummi, vectigalia velut triticum afferebant, &, vt ſemel dicam, vndique confluebant offerentes, & vbiq; oblata munera affluebant in tantum, vt mirificis magnificè fabrefactis coronis aureis non argento modo vermiculatis, ſed lapidibus pretioſis ornatis ſuperfluerent pecuniaria dona, ſacris in ædibus Marianis ampliandis, & exornandis inſumenda.

Ardentioribus Fr. Fidelis prædicationibus copioſiores eleemoſynæ præſtantur.

Fidelis reuera ſeruus, & prudens Frater Fidelis Altiſſimi humillimus famulus pro miſericordiæ Reginæ Mariæ, & Clementiæ Regis Ieſu dulciſſimi venerabilibus ſimulacris ſpecioſioribus diadematibus decorandis copioſiſſimas ad exteriorum bonorum effuſiones fideles populos incitauit pluribus declamando diebus, & locis; VI.
verum ipſo in ſtatuto ſolenniori die & celebriori hora, ſimul & patenti loco Coronationis coram Reuerendiſſimo Vercellenſi Præſule, & Cleri, ac Religioſorum pluribus agminibus adſtante innumerabili populorum multitudine, quæ quinquaginta millium numerum excedere cenſebatur; ſublimiorem conſtructum ligneū gradum conſcendens propoſito occurrentis Dominicæ pro themate ex Lucæ X. *Beati oculi qui vident, &c.* Concitato adeo ſpiritu perorauit, feruentiorique ea peroratione ita congregatarum turbarum deuota corda pulſauit, & pulſata ad compunctionem excitauit; vt concionem illam vniuerſam ad perennes riuulos lachrymarum effundendos ipſis ex intimioribus præcordijs, atque acutiſſimarum vocum ſæpius repetitos accentus; & miſericordiæ reginam miſerorum patronam inuocantium, miſericordiam inclamantium proferendos, & multiplicandos concitauerit: quinimmo ad pœnitentiam delictorum peragendam efficaciter ita cunctos eſt adhortatus, vt patentia plura, atque correctionis manifeſta indicia apparuerint. Comparuerat hactenus (proſequitur citatus libellus) ſereno in Cœli ſtadio refulgens ſol calidiores exercens, & multiplicans radios (decurrebat enim tunc Auguſti trigeſima dies) quam vt numeroſiores turmæ, vel congregatorum turbæ commodè ſufferre valerent: quamobrem incaleſcente ſole, & inualeſcente æſtu, rem in meridiè ecce ex-templo nubes lucida obumbrauit Oroppæam Vallecullam, quæ ſicut à principio leniter exufflantis Zephyri ſuauiori refrigeratione cunctos exhilarauit, & recreauit, ſic in progreſſu pluuiali ſuperefflante Auſtro imminentis procellæ timore vniuerſos perculit, ſtillantibus iam e conturbato aere grandinoſis guttulis: quare perterrefacta multitudini iam tumultuanti, & de receſſu conſulenti, & præcipiti excogitanti adfuit Frater Fidelis, & communi cum ipſo, & Præſulæ, preces in coronatæ Imperatricis auxilium, ac patrocinium erigens, & dirigens clara, & vehementiori adhortatione, illico adhortantis voce, ſed magis patrocinantis ope effugatis nubibus, tempeſtatibus pulſis, pacato, & tranquillo cœlo, tranquillè, & pacatè regredi ritè, & ordinatè valuerunt vnuſquiſque in domum, & in Terram ſuam.

Dum concionatur F. Fidelis, adſtantes ad inclamandā miſericordiam, & peragendā pœnitentiam prouocat.

Mirificaq; ſigna eduntur.

A relatore ſiue relationis libello relata referre proſequor, & numeros claudo VII
cum concludente illius paragrapho, & claudentibus his verbis: Pater Frater Fidelis, cui pro magnificentius colenda Deipara laborare nunquam ſatis, qui ſatis nunquam apparuit pro Bugellenſibus & Ciuitatis, & Ciuibus benefaciendo; quo egregio huic operi celeberrimo vltimam manum apponeret, appoſuit ſingulis Bugellenſis regionis oppidis perſuadere, vt ſingula ſacella communibus ſumptibus conſtruenda ex deſignatis, & erigendis deſtinatis in Vallari decliuitate, & circumuallari maioris templi circuitu ad Mariæ Virginis vitæ exculptis ſimulacris myſteria repræſentanda eligerent. Cui cum plures annuiſſent, & ſtructuræ manum admouiſſent; ipſam Bugellenſem Ciuitatem cohortationibus pellectam adduxit; vt ſacellum inſignius, & magnificentius ipſa publico ære exædificandum elatiori in colle curaret, in quo ſuper æthera aſſumptæ Cælorum Imperatricis glorioſiſſimæ Coronationis Triumphus coram cœleſti vniuerſa Triumphante Curia à ſuperexcelſa Triade coronatæ formoſioribus effictis imaginibus repræſentatus præmonſtraretur: quod Religioſi Viri, & Prudentiſſimi Patris monitum gratanter acceptantes pij Ciues, non mediocri ſumptu breſſimam factam ædem erigere, & exornare accellerauerunt, cooperantibus pijs ſodalitatibus tam Artium, quam Chriſtianæ doctrinæ, & Congregationibus Diſciplinatorum ipſius Bugellenſis Patriæ, ad hoc à Fratre Fidele ſollicitis perſuaſionibus adductis.

Fr. Fidelis Sacella ad repræſentanda Mariæ Virg. myſteria erigenda curat.

CALCVLVS SECVNDVS COMMVNIS

Bini Prioris Operarij F.F. FRACISCI à SANDILIANO, & ÆGIDII à BROTIO per annos 1633. 1634. 1635.

I.

TRibus ergo à ſolemni, ac celebri ſimulacrorum Coronatione excurſis, & decurſis olympiadibus, à Reuerendiſſimo Vercellenſi Antiſtite Iacobo Goria reportata (vti ſupra numerauimus) à Romana Curia opportuna facultate, antiqui deuotæ Virg. Matris in Oroppæo Monte venerationis promotores Capuccini in Eccleſiæ Vineæ inibi conſtitutæ cultores, & cooperatores aduocantur hoc anno tertio ſupra trigeſimum, & milleſimum, & ſexcenteſimum: quamobrem Prouinciales Patres in celebratis Comitijs ſub huius Anni initijs FF. Franciſcum à Sandiliano Diffinitorem, ac Ægidium à Brotio Bugellenſis tunc de nouo Cõuentus electum moderatorem ad hoc pium onus ſubeundum, & religioſum opus exercendum deſtinatos emiſerunt: Fulgebat primus benigna, ac humana deſiderabili conuerſatione, inſignis ſcholaſticę facultatis eruditione, atq; Concionãdi non vulgari exercitatione: vndè & maiorum prelationum gradibus ſuſtinendis pluries fuit electus: excellebat ſecundus auſterioris vitę ſanctimonia, diſciplinęque regularis exactiori obſeruantia, geminę tandem in Deum, ac proximos charitatis mirificis ſplendoribus; quia proximè elapſo trigeſimo extra ſexcentos, & mille anno infauſtiori peſtifera lue laborantibus, & morientibus vt obſequeretur, & miniſtraret, in Epydimicorum Taurinenſi Noſocomio etiam bis, vel ter ipſe lethaliter ſauciatus per plures Menſes Intrepidus, & infatigabilis perſtiterat, ac perſeuerauerat: vnde & Magiſtri Nouitiorum aliquandiu, & Guardiani munere præclarè functus fuerat. Vocati ergo gemini hi prærecenſiti Seraphici Patris legitimi alumni ad Confeſſionis præcipue, Prædicationiſque conſequenter in Oroppeæ Deiparę Sacro & Tempio, & Theatro munia adminiſtranda, Bugellam peruenientes Monaſterij Capuccinorum quidem intra religioſa limina inhabitare ordinariè ambo conſueuerant; verùm opportunis temporibus, nempè cunctis Matris Dei profeſtis, ſiuè prouigilijs diebus per anni circulum occurrentibus, quinimmò conuenientium Populorum cunctis interpellantibus exigentijs de Clauſtris expediti exurgẽtes, & volucres procedentes ad Montana cum feſtinatione perueniebant, & domum Dei ingreſſi excipiendis accedentium vniuerſorum Sacramentalibus Confeſſionibus ſe ſic per integros dies exponebant, & iugiter infatigabiliter perſiſtebant: ſi quando autem alienigenarum (iuxta conſuetum) Confraternitatibus, ſiue conſodalitatibus, copioſiſque turmis aduenientibus prędicandi ſe ſe opportunitas obtuliſſet; Fr. Franciſcus de laudibus, & miſericordiæ Reginæ Clementia, ac benignitate, deque illius efficaciori Patrocinio, & pro peccatoribus interceſſione Sermocinationes ad confluentes Populos deuotas habebat: vnde vtriuſque muneris fideliter in proximos exercita cultura, ſignanter in Pœnitentiæ Sacramenti diutina, & longanimi ab vtroque præſtita adminiſtratione frequentiores errantium, atque impęnitentium reductiones, & reuerſiones, ſeu conuerſiones exuberabant.

Ann. Chri. 1633.

A Reuerendiſſimo Vercellenſi Antiſtite facultate reportata, Miſſionarij deſtinantur.

CALCVLVS TERTIVS

COMMVNIS

Fr. Fr. ANTONII MARIÆ ASTENSIS Guardiani, & THOMÆ à MORETTA Concionatorum per annos 1636. 1637.

Eccleſ. 4.

I. MElius eſt Duos eſſe ſimul (teſtatur Eccleſ. 4.) *quam vnum; habet enim emolumentum ſocietatis ſuæ, ſi vnus ceciderit ab altero fulcietur. Væ ſoli, quia cum ceciderit non habet ſubleuantem ſe, & ſi quiſpiam præualuerit contra vnum duo reſiſtunt ei*. Expleto igitur priorum duorum operariorum primo biennio, binos rurſus Capuccinos inſignes cooperarios ad Oroppæ in Monte Angelorum Patronæ religionem, & deuotionem promouendam Capuccinorum Prouincialis Capituli Patres Bugellam hoc trigeſimo ſexto cum mille ſexcẽtis anno emiſerunt, nempè Fr. Fr. Antonium Mariam Aſtenſem, & Thomam à Moretta ambos Concionatores, & eximios Theologos. Primus namq; per ſeptenniũ ſcientiarum, & Theologicæ facultatis Lector Magiſtralem Cathedram apud ſuos laudabiliter adminiſtrauit, & per multos annos celebrioribus in Italię vrbibus Quadrageſimales conciones habuit, per plures autem habuiſſet; niſi perpetuò Diffinitor, & Cuſtos, ſiue in Pedemontanæ ſuę Prouincię inſignioribus locis Gurdianus, ſemel, & iterum in Prouincialem Miniſtrum aſſumptus fuiſſet. Secundus autẽ prioris condignus diſcipulus, & alumnus ſui doctoris veſtigijs pręclaris inhęrendo, Subalpinę in regionis Ciuitatibus, & grandioribus Oppidis honorificè verbum Dei aſſiduè diſſeminauerat, atque Guardianatus continuo munus egregiè adminiſtrauerat. Conuenientes igitur ſimul obedientiali diſpoſitione aſſociati diſcipulus, & Magiſter, quia iuxta Euangelicum Oraculum non eſt diſcipulus ſuper Magiſtrum; Fr. Antonius Maria in Bugellenſis Conuentus Guardianum aſſumitur, Fr. Thomas verò in pij operis ſocium, & cooperatorem fideliſſimum eligitur, & ſuperadditur: quia melius eſt duos eſſe ſimul quam vnum, habent enim emolumentum ſocietatis ſuę: quod manuali, & pręſentanea in hac Miſſione Oroppęa experientia comprobatur. Licet namque prior Fr. Antonius Maria tamquàm prouidus, oculatus, & multũ dexter, imò ambidexter ſtrenuus Operarius plurimum nõ Theorica modò, ſed & peculiari, atque accurata praxi, rerumque gerendarum eximia prudentia excelleret, moraliſque Theologiæ congrua peritia polleret, ſicque demandatum ſibi Eccleſiaſticum onus viriliter ſuſtinere valeret, & de facto ad opus per exigentias, & opportunitates aduocatus laudabiliter, & viriliter ſuo in officio ſtaret; tamen (vt vulgari fertur prouerbio) nec Hercules contra duos: duplicato igitur ponderi, & Guardianatus, & Apoſtolatus ſufferendo, & ſuſtinendo inbiacebat Fr. Antonius Maria: quare à Bugellenſibus Ciuibus pro Dominicalibus annualibus Prædicationibus in ſua Collegiata exercendis, & perficiendis rogatus vtrique ſimul muneri ſatisfacere cum nequiret; in altero defeciſſet, ſi ſolus fuiſſet. Vę igitur ſoli: melius ergo illi fuit duos eſſe ſimul, Patrem, & Filium, Pręceptorem, & Alumnum, habuerunt enim emolumentum ſuæ ſocietatis: quia primo feſtiuis Concionibus in Ciuitate incumbente, ſecundus longius congruis pro opportunitatibus Sacramentis miniſtrandis in Montanis perſiſtebat, hocque pacto & Vrbanis Ciuibus indigenis, & alienigenis in Montanis pijs exercitationibus inſiſtendo, ac inſeruiendo ſatisfacere pro virili nitebantur.

Inſigniores Viri emittũtur F. F. Antonius Maria, & Thomas,

Ann. Chri. 1636.

In Ciuitate, & in Montanis ambo viriliter opus ſuſtinent demandatum.

II. Integrum igitur Catholici huius Oroppęi Apoſtolatus onus Fr. Thomæ ſolertiæ, & ſolicitudini cum commendaſſet Fr. Antonius Maria; gratanter, & hilariter impoſitę pię, ac religioſę ſarcinæ licèt ponderoſę ſuos vtriuſque hominis humeros ille ſuppoſuit, & Euangelicum munus validè pro ſuis viribus portare, & ſuſtinere fidenter propoſuit. Cum enim peculiari in miſerorum aduocatam veneratione, & deuotione afficeretur; ſui affectus veritatem arduis licèt operibus conteſtari geſtiebat. Quare ſingulis infra annum Sabbathis, & prouigilijs feſtorum occurrentium ad Montem Sanctum aſcendebat, & in Sacro Sacello, in quo Veſpertinis quotidianis horis ab inibi ordinariè commorantibus Sacerdotibus adſtantibus, qui eo voti cauſa conuenientes per tempora mares, & fœminę religioſas exercitationes per nouem continuos dies perſoluunt, feruentiorem ſed breuiorem de pia ac deuota Matris Dei inuocatione, ac veneratione ſermocinationem habe-

bat,

bat, cuius efficacioribus adhortationibus commoti auditores in Deum magis, ac magis incenſi, ac religioſiores effecti in Virginem proprias conſcientias ſolicitiùs, atque exactius diſcutere aggrediebantur, ſemetipſos ad pleniorem, quinimmò integrã criminũ ſuorum hactenus inconfeſſorum expiationem totius anteactæ vitę generalẽ perficiendã excitantes: vnde ſequenti luce ſummo mane Capuccinũ Sacerdotem, & Confeſſarium in Eccleſia Confeſſionibus excipiendis paratũ adinuenientes; vt coram eo confiterentur, vniuerſi ferè accedebant; alienigenęque precipuè ex Inſubria tota, & Pedemontana, ſeu Monsferratenſi regione ventitantes, quibus audiendis, & abſoluendis tota die iugiter incumbebat, nec à charitatiuo opere diſcedebat, niſi cum ſuperuenientibus diſciplinatorum aduenarum turmis de Confeſſionario ad ſuggeſtum conuolabat, atque aduentatis, & in Templo iam congregatis huiuſcemodi religioſis aciebus congruam de Mariæ Gratiarum Matris, & afflictorũ Conſolatricis pietate, pariter & clementia, deq; ab ea in Sacra ſpecu mirabilibus pro cuiuſcumque ſpeciei infirmorum ſanatione patratis Concionẽ proponebat, propoſitoque ſermone pręſentes varios populos ad piam Deiparę inuocationem excitabat, deque ſuorum piaculorum expiatione, & pęnitentia admonebat, ſicque cunctis ſucceſſiuè ſuperuenientibus faciebat, à Confeſſionibus tamen minimè per interpellata tempora deficiendo. Quamobrem religioſiores, & feruẽtiores euadentes circumuicini Populi, iam non feſtiuis modo, ſed & feriatis diebus frequentius ad venerabile ſimulacrum deuote venerandum accedentes, Fr. Thomam etiam ad illuc crebrius, & laborioſius properandum, & impenſius operandum interpellabant: nec ceſſabant ventitantes Chriſtianorum acies effuſiores pecuniarias elargitiones pro religioſi loci ampliori, & commodiori conſtructione erogare: ſicuti enim à Fr. Fidele Capuccino Oratore fuerant quondam edocti, ſic vſque in præſentem diem Eleemoſynas afferre, & offerre iugiter perſeuerant.

III. Egregiè igitur, & laudabiliter Oroppęo in Sacro Monte elaborantes, atque in Chriſtianæ pietatis, ac Religionis profectum fideliter miniſtrantes, & ſtrenuè cõſuetis operarijs cooperantes, gratiſque omnino interuenientes pauperculi Minoritæ Capuccini infatigabiles perſeuerauerunt, donec zelotypia impulſi quidam æmulatores Religioſi Reuerendiſſimo Vercellenſi Epiſcopo ſupra recenſito examinãdos Capuccinos Confeſſarios malitioſa ſuggeſtione propoſuerunt. Prætenſi igitur, & prætentati examinis notitia ad Pedemontanæ noſtræ Prouinciæ Patres & Prouincialem, & Diffinitores vbi primum perueniſſet; ex-tempore & ſe, & ſuos Religioſos Theologos, ac Sacerdotes à delegato illo Eccleſiaſtico in Oroppęo Monte Miſſionis miniſterio ſponte abdicarunt, anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo ſeptimo. A qua abdicatione elapſo biennio ſuggerentium æmulatorum deprehenſa zelotypia, idem Dominus Epiſcopus eoſdem Capuccinos Leuitas fideliſſimos quondam exercito muneri reſtituere voluit: verum etiã ſi & verbo, & ſcripto & coram Romana Curia, & Prouinciali Diffinitione ad hoc diutius, & validius laboraſſet; Miniſterium, quod ſemel aliorum Clericorum Capuccinis inuidiam, & maleuolentiam pro benefactis conciliaſſet, quibuſuis etiam honorificentioribus, & fauorabilioribus conditionibus oblatum iterum reaſſumere conſtanter renuerunt occulati Minoritani Præſules. Perſtitit nihilominus, & impenſius interpellauit Prudentiſſimus Præſul Iacobus Goria Vercellenſis (cuius prudentia, integritas, & erudita experientia, ac manifeſta rerum gerendarum peritia Italicę Eccleſiæ toti innotuit) vt Capuccinos ad ſuæ Religioni non conſuetum opus aſſumeret: non quod doctiſſimi, & integerrimi diuerſi ordinis, & Profeſſionis religioſi in ſua Diœceſi deficerent; ſed quia experimentali cognitione (proprio ore millies fatebatur ipſe) Capuccinos Minoritas inter ceteros Leuitici ordinis profeſſores verè Apoſtolicam viuendi normam, & Euangelicam regulam profiteri, inque Eccleſiaſticis Miniſterijs exercendis, diuinoque cultu excolendo nullo temporali lucro, quinimmò nullius ſæcularis emolumenti ſpe allectos miniſtrare intellexi: meque (addebat) nimis credulum examini eos ſubijcere facilius tentaſſe perpetuo pęnitet.

Ann. Chri. 1637.

Ab Oroppęa Miſſione ſpõte ſe abdicãt Capuccini.

Oblatũ iterum à Reuerendiſs. Epiſcopo Apoſtolicum munus conſtanter reaſſumere renuerũt.

RATIO-

RATIONARII CHRONOGRAPHICI BIPARTITI

Vniuerſalis completa, atque vltimata Ratiocinatio,

IDEST.

Rationarius Index Notabilium.

RATIONARIOS officiorum, ſiue negotiorum codices conficientes ſignandis quidem dati, & recepti, vel elaborati quotidianis in rationibus numeris, & calculis perutentes, ipſos quoque calculos, & numeros interdiù ſingularia ad Ratiocinia reducentes, ſupputata tandem, calculata, ac numerata omnia, & ſingula vltimata generali perfecta ratiocinatione reſoluunt in ſolidum. Hactenus nos Fratres Minores Capuccini Pedemontanæ Prouinciæ concrediti nobis Apoſtolici officij dati, recepti, atque exculti Rationarium codicem conficientes numeris, & calculis, pariter & ſingularibus ratiocinijs quotidianas Apoſtolicas prouiſiones, ſingulareſque Apoſtolicos actus ſignauimus: Modo autem abſoluto rationum volumine, ordinariæ Euangelicæ adminiſtrationis vniuerſaliores rationes pleniores redditurí, completum generale Ratiocinium, ſiue vltimatam ratiocinationem fideliter computatam coram Summo Hierarcha, Romanæque Curiæ Eminentiſſimis Conſcriptis Patribus proferimus, & offerimus: ſupputandi huiuſcemodi ſeruata ratione; vt præmiſſos quinque præambulos calculos ſingulorum ſeptemdecim Ratiociniorũ diſcretiuę calculationes ſequantur, quò vltimata plenaria ratiocinatio congruè tandem ſubſequi valeat.

CALCVLVS PRIMVS

PRÆAMBVLVS

ROMANI PONTIFICES MAXIMI SEX Inſtituerunt, reſtituerunt, & confirmarunt Miſſiones ſexdecim.

I. CLemens VIII. Summi ſui Pontificatus ab anno 1592. ad annos 1604. primus Capuccinorum Apoſtolatum in Gallia Ciſalpina fundauit, Perrerij, Perruſiæ, Draconerij, Aceelij, Sancti Damiani, Seguſij, Verzolij, Caſtridelphini Miſſiones octo. par. 1. fol. 89. 9 . 9 . 92 93 num. 1.

II. Paulus V. Summi ſui Sacerdotij ab anno 1605. ad annos 1620 octo antiquas ceſſantes reſtituit, Cadralijque nouam, ſiue nonam vnam inſtituit Miſſionem. par. 1. fol. 93. 94 num. 1.

III. Gregorius XV. Romani ſui Pontificatus ab anno 1621 ad annos 1623 biennali ſua ſeſſione binas Capuccinorum Miſſiones, Paduanæ initiatam vnam, Pancalerij fixam alteram collocauit. par. 1 fol. 95. 9 . num. 1.

IV. Vrbanus VIII. almi ſui Sacerdotij ab anno 1623. ad annos 1644 quatuor Capuccinorum Miſſiones fundauit, Paduanæ, Demontij, Vallis Soanæ, Vallis Vari, & quintam conſiderabiliorem in Cluſonia Valle Prati-Iallati dictam,

par.

par. 1. fol 95. 96. 97. 98. num. 1. 2. 3. 4 5. 6 7. 8. 9.
V. Innocentius X. Supremi ſui Pontificatus ab anno 1644 ad annos 1655. enumeratas Capuccinorum Miſſiones confirmauit. par 1. fol 99. 100. num. 1.
VI. Alexander VII Maximi ſui in Sacerdotij progreſſu proficuas antiquas fouit, cum primiori Pontificatus in ingreſſu nouam vnam in Portis, hoc eſt Portarum Italiæ Pago, ſuperaddiderit, par. 1. fol. 101. 102. 103. 104. 105. 106 nu. 1.

SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIAE CARDINALES EMINENTISSIMI

Inſtitutioni, reſtitutioni, & confirmationi Miſſionum cooperantes

NVMERO DECEM.

I. IVlius Antonius Sanctorius Cardinalis Sanctę Seuerinæ, Ordinis noſtri Protector, ab anno 1595 ad annos 1602. par. 1. fol 116. 117. 118 num. 1.
II. Petrus Aldobrandinus Cardinalis Sancti Nicolai in carcere, Congregationis Sanctæ Inquiſitionis Officij dictæ Pręfectus, anno 1602. par. 1. fol. 119. num. 2.
III. Cardinalis Sancti Euſebij, Vicarius Pontificius, ab anno 1602. ad annos 1603. par. 1. fol. 120. num. 2.
IV. Pompeius Arigonius Cardinalis Sanctæ Marię in Aquiro, Catholicę Fidei promotor, ab anno 1611. ad annos 1613. par. 1. fol. 120 num. 2.
V. Ioannes Garzias Mellinus Cardinalis Sanctorum Quatuor Coronatorum, Congregationis Sacræ Inquiſitionis Præfectus, ab anno 1613. ad annos 1620. par. 1. fol. 121. 122. num. 1.
VI. Antonius Saulus Cardinalis Sancti Vitalis, in prima inſtitutione Congregationis de Propaganda Fide factus Præfectus, anno 1622. par. 1. fol. 122. 123. num. 1.
VII. Octauius Bandinus Cardinalis Sanctæ Sabinæ, promotor Congregationis de Propaganda Fide, præcipuuſque director conſtitutus à Gregorio XV. ab anno 1624. ad annos 1629. par. 1. fol. 123. num 2.
VIII. Ludouicus Ludouiſius Cardinalis Sancti Laurentij in Damaſo, & Viceccancellarius, Ordinis Capuccinorum Protector, ab anno 1625. ad annos 1629. par. 1. fol 124. num. 1.
IX. Antonius Barberinus Cardinalis Sanctæ Marię in Aquiro, Sacræ Congregationi de Propaganda Fide Præfectus ab anno 1633. ad annos 1635 par. 1. fol. 125. 126. num. 3.
X. Fr. Antonius Barberinus Cardinalis Sancti Onuphri; Ordinis Capuccinorum Protector, ab anno 1643. ad annos 1649 par. 1. fol 126 num. 1.
XI. Cardinales Congregationis de Propaganda Fide, ab anno 1622. ad annos 1658. par. 1. fol. 127. 128 129. 130. num. 1.

APPENDIX.

REuerendiſſimi Franciſci Ingoli Sacræ Congregationis de Propaganda Fide Secretarij, ab anno 1646. ad annos 1649 par. 1. fol. 130 131. num. 1.

ILLVSTRISSIMI, ET REVERENDISSIMI TAVRINENSES NVNCII APOSTOLICI.

I. IVlius Cęſar Ricardus Archiepiſcopus Barienſis, ab anno 1596. ad annos 1601 par. 1. fol. 136 137. 138. num. 1.
II. Conradus Tartarinus Epiſcopus Foroliuienſis, ab anno 1601. ad annos 1602 par. 1. fol. 138. 139 140. num. 1.
III. Do. Paulus Toſoia Epiſcopus Bouinenſis, ab anno 1602. ad annos 1607. par. 1. fol. 141. 142. 143. 144 num 1.
IV. Petrus Franciſcus Coſta Epiſcopus Saonenſis, ab anno 1607. ad annos 1625. par. 1. fol. 145. 146. 147. 148. 149 150 num. 1.
V. Laurentius Campeggius Epiſcopus Cæſenas, ab anno 1625. ad annos 1628. par. 1. fol. 150. 151. num. 1.

VI. Aloyſius Gallus Epiſcopus Anconitanus, ab anno 1628. ad annos 1630 par. 1. fol. 152. num. 3.
VII. Alexander Caſtracanus Epiſcopus Neocaſtrenſis, ab anno 1630. ad annos 1634. par. 1. fol. 151. 152 153. num. 1.
VIII. Fauſtus Caffarellus Archiepiſcopus Sanctæ Seuerinæ ab anno 1634. ad annos 1641 par. 1. fol. 153 154. num. 1.
IX. Gaſpar Cechinelus Epiſcopus Montisflaſconi, & Corneti, ab anno 1641. ad annos 1644 par. 1. fol. 154 155. num. 1.
X. Ioannes Baptiſta Landus Epiſcopus Foroſempronij, ab anno 1644. ad annos 1646. par. 1. fol. 155. num. 1.
XI. Alexander Creſcentius Epiſcopus Bituntinus ab anno 1646 ad annos 1659 par. 1. fol. 155. 156. 157. 158. 159 num 3.

A P P E N D I X.

De Epiſcopi Carpentoratenſis Vicelegati Auenionenſis anno 1627. par. 1. fol. 159. 160. num. 1.

ILLVSTRISSIMI, & REVERENDISSIMI ARCHIEPISCOPI TAVRINENSES.

I. Carolus Brolia Cherienſis, Archiepiſcopus ab anno 1595 ad annos 1617. Par. 1. fol 167. nu. 1.
II. Philibertus Miliettus Sabaudus, ab anno 1619. ad annos 1623. Par. 1. fol. 171. num. 1.
III. Frat. Ioannes Baptiſta Ferrerius Pineroliensis, ab anno 1626. ad annos 1627. Par. 1. fol. 173. 174 num 1. 2.
IV. Antonius Prouana Taurinenſis, ab anno 1632. ad annos 1640. Par. 1. fol. 175. num. 1 2.
V. Iulius Cęſar Bergerla Taurinenſis, ab anno 1644. ad annos 1659. Par. 1. fol. 176. num 1. 2.

ILLVSTRISSIMI, & REVERENDISSIMI EPISCOPI SALVTIENSES.

I. Iuuenalis Ancina Foſſanenſis ab anno 1602. ad ann. 1605. Par. 1. fol. 176 num 1 2.
II. Octauius Vialius Taurinenſis, ab anno 1608. ad annos 1624 Par. 1. fol. 177. num 1. 2.
III. Iacobinus Marencus à Monteregali, ab anno 1627. ad annos 1635. Par. 1. fol. 179 num. 1. 2
IV. Petrus Bellinus à Matthijs, ab anno 1636. ad annos 1641. Par. 1. fol. 182. nu. 1 2. 3.
V. Franciſcus Auguſtinus ab Eccleſia, ab anno 1642. ad annos 1659. Par. 1. fol. 183. 184. num. 1. 2.

ILLVSTRISSIMI, ET REVERENDISSIMI EPISCOPI ALIARVM DIOECESVM.

I. Octauius Aſinarius Eporediæ Epiſcopus, ab anno 1636. ad annos 1656 par. 1. fol. 184. num. 1.
II. Carolus Argenterius Epiſcopus Monſregalenſis, anno 1616. 1628. par. 1. fol. 185. num 1.
III. Nicolaus Dalmatius Epiſcopus Foſſanenſis, ab ann. 1649. ad ann. 1653. par. 1. fol. 185. num. 1.

Google

REVERENDISSIMI ABBATES, ET INQVISITORES.

I. RVgerius Tritonius Romanus Abbas Sanctæ Mariæ de Pinerolio, anno 1600. par. 1. fol. 190. num. 1.
II. Alexander Scalia Taurinenſis, Abbas San. Iuſti de Secuſia anno 1611. par. 1. fol. 191. num. 1.
III. Thomas Franciſcus Brolia Cherienſis, Abbas SS. Conſtantij, & Victoris in Villario, ab anno 1634. ad ann. 1649. par. 1 fol. 191. num. 1.
IV. Rinaldus Reſſanus Prępoſitus, & Vicarius Generalis Abbatialis Sanctę Marię de Pinerolio anno 1596. par. 1 fol. 197. 198. num. 1.

INQVISITORES TAVRINENSES

I. PAt. Bartolomæus Rocca fol. 191. 192 num. 1. — ab anno 1596. ad annos 1606. par. 1.
II. Pat. Camyllus Ballianus fol. 193 num. 1. — ab anno 1606. ad annos 1627. par. 1.
III. Pat. Hieronymus Rebiolus fol. 193. num. 2. — ab anno 1627. ad annos 1633. par. 1.
IV. Pat. Franciſcus Maria Blancus fol. 193. num. 3. — ab anno 1633. ad annos 1657. par. 1.

INQVISITORES SALVTIARVM.

I. PAt. Ioannes Franciſcus Cicada fol. 194. num. 1. — ab anno 1603. ad annos 1630. par. 1.
II. Pat. Petrus Maria Dulcertus fol. 194. num. 2. — ab anno 1610. ad annos 1639. par. 1.
III. Pat. Hieronymus Maria Ponzonus fol. 195. num. 3. — ab anno 1639. ad annos 1644. par. 1.
IV. Pat. Thomas Maria Talcardinus fol. 195. 196. num. 1. — ab anno 1644. ad annos 1653. par. 1.
V. Pat. Ioannes Baptiſta de Alexandris fol. 196. num. 1. — ab anno 1653. ad annos 1657. par. 1.

RELIGIONIS CAPVCCINÆ PRÆSVLES MINISTRI GENERALES.

I. PAt. Silueſter à Monteleone ſtetit fol. 205. num. 1. — ab anno 1593. ad annos 1596. par. 1.
II. Pat. Hieronymus à Sorbo fol. 206 num. 2. — ab anno 1596. ad annos 1599 par. 1.
III. Pat. Hieronymus à Caſtroferretrorum fol. 206 num. 3. — ab anno 1599. ad annos 1602. par. 1.
IV. Pat. Paulus Cæſenas fol. 208. 209. num. 1. — ab anno 1613. ad annos 1618. par. 1.
V. Pat. Clemens à Noto. fol. 210 num. 1. — ab anno 1618. ad annos 1625. par. 1.
VI. Pat. Ioannes Maria à Noto fol. 210. num. 2. — ab anno 1625. ad annos 1633. par. 1.
VII. Pat. Antonius à Mutina fol. 210 num. 1. — ab anno 1633. ad annos 1637. par. 1.
VIII. Pat. Ioannes à Montecalerio fol. 211. 212. num. 1. — ab anno 1637. ad annos 1643. par 1.
IX. Pat. Innocentius à Calatayerone fol. 212. num. 1. — ab anno 1643. ad annos 1650. par. 1.
X. Pat. Fortunatus à Cadoro fol. 213. num. 1. — ab anno 1650. ad annos 1656. par. 1.
XI. Pat. Simplicianus à Mediolano fol. 213. num. 1. — ab anno 1656. ad annos 1659. par. 1.

PROCVRATORES GENERALES.

I.	P. Hieronymus à Caſtroferretrorum fol. 210. num. 5.	ab anno 1613. ad annos 1625. par. 1.
II.	Par. Franciſcus Ianuenſis fol. 211. n. 1.	ab anno 1625. ad annos 1637. par. 1.
III.	P. Felicianus à Placentia fol. 212. n. 4.	ab anno 1637. ad annos 1643. par. 1.
IV.	P. Simplicianus Mediolanenſis fol. 213. n. 1.	ab anno 1643. ad annos 1650. par. 1.
V.	P. Marcus Antonius à Carpinedulo fol. 213. n. 1.	ab anno 1650. ad annos 1659. par. 1.

MINISTRI PROVINCIALES.

I.	P. Gabriel Caſalenſis fol. 206. 207. n. 1.	ab anno 1595. ad annos 1598. par. 1.
II.	P. Zacharias de Manarola fol. 207. n. 1.	ab anno 1609. ad annos 1613. par. 1.

PRÆFECTI MISSIONVM.

I.	P. Valerianus à Pinerollo fol. 219. 220. 221. n. 1.	ab anno 1596. ad annos 1602. par. 1.
II.	P. Philippus à Pancalerio fol. 222. 223. 224. n. 1.	ab anno 1602. ad annos 1605. par. 1.
III.	P. Valerianus à Pinerolio fol 225. n. 1.	ab anno 1605. ad annos 1608. par. 1.
IV.	P. Philippus à Pancalerio fol. 225. 226. n. 1.	ab anno 1608. ad annos 1617. par. 1.
V.	P. Ioannes Baptiſta Vercellenſis fol. 227. n.	ab anno 1619. ad annos 1621. par. 1.
VI.	P. Paulus Maria Aſtenſis fol. 228. n. 1.	ab anno 1621. ad annos 1624. par. 1.
VII.	P. Ioannes à Montecalerio fol. 229. n 1.	ab anno 1624. ad annos 1628. par. 1.
VIII.	P. Paulus Maria Aſtenſis fol. 230. n. 1.	ab anno 1628. ad annos 1632. par. 1.
IX.	P Ioannes à Montecalerio fol. 231. n. 3. 4.	ab anno 1632. ad annos 1635. par. 1.
X.	P. Michael Angelus à Taurino fol. 231. 232. n. 1.	ab anno 1635. ad annos. 1638. par. 1.
XI.	P. Auguſtinus à Sauiliano fol. 232. n. 3. 4.	ab anno 1638. ad annos 1642. par. 1.
XII.	P. Antonius Maria Aſtenſis fol. 232. n. 5. 6.	ab anno 1643. ad annos 1646. par. 1.
XIII.	P. Auguſtinus à Sauiliano fol. 233. n. 7.	ab anno 1646. ad annos 1649. par. 1.
XIV.	Pater Antonius Maria Aſtenſis fol. 233. n. 8.	ab anno 1649. ad annos 1652. par. 1.
XV.	P. Ioannes à Foſſano fol. 233. 234. n. 1.	ab anno 1652 ad annos 1655. par. 1.
XVI.	Pat. Paulus à Nicia Maritima fol. 234. n. 2.	ab anno 1655. ad annos 1658. par. 1.

CALCVLVS SECVNDVS

PRÆAMBVLVS

Reges, Supremique Principes Miſsionibus fauerunt Chriſtianiſsimi Franciæ Reges Duo.

I. LVdouicus XIII. Regnum adminiſtrauit ab anno 1615. ad annos 1644. par. 1 fol. 238. 239. 240. num. 1.
II. Ludouicus XIV. cępit regnare anno 1651. par. 1. fol. 241. 242. 243. 244. 245. num. 1.
III. Magiſtratus Gratianopolitanus ab anno 1605. ad annos 1653. par. 1. fol. 245. 246. 247. num. 1.
IV. Magiſtratus Pinerolienſis ab anno 1632. ad annos 1636. par. 1. fol. 247. 248. 249. num. 1.

SERENISSIMI, REGALESQVE SABAVDIÆ DVCES, PEDEMONTII PRINCIPES.

I. EMmanuel Philibertus ab anno 1553. ad annos 1580. par. 1 fol. 253. 264. 265. 266. num. 1.
II. Carolus Emmanuel I. ab anno 1580. ad annos 1630. par. 1. fol. 266. num. 1.
III. Victorius Amedeus ab anno 1630. ad annos 1637. par. 1. fol. 287. num. 1.
IV. Chriſtina Francica ab anno 1637. ad annos 1648. par. 1. fol. 290. num. 1.
V. Carolus Emmanuel II. cępit regnare anno 1648. par. 1. fol. 300. num. 1.
VI. Mauritius, & Franciſcus Thomas Fratres Sabaudi Principes, ab anno 1622. ad annos 1654. par. 1. fol. 307. num. 1.

CALCVLVS TERTIVS

PRAEAMBVLVS

Facultatès Spirituales per tempora Miſsionarijs conceſſæ, & ſæpius confirmatæ, vel reformatæ.
Num. XXXIII.

I. Euangelizandi verbum Dei totius anni tempore in cunctis Subalpinę regionis, & Salutienſis Marchionatus Vallibus, Villis, ſimul & adiacentibus locis par. 1. fol. 138. n. 5. fol. 139. n. 2. fol. 142. n. 2. fol. 143. n. 3. fol. 144. n. 4. fol. 146. num. 2. fol. 147. n. 6.
II. Dogmatizandi, & aduerſus fidei aduerſarios diſputandi. par 1. fol. 90. nu. 3. fol. 120. 121. num. 1. fol. 139. num. 2.
III. Cathechizandi, ſiue Catechiſmum, Chriſtianamq; Doctrinam explicandi par. 1. fol. 121. num. 1. fol. 139. n. 2.
IV. Retinendi apud ſe, & legendi libros prohibitos Hæreticorum, & infidelium, de eorum religione tractantium, & aliorum. par. 1. fol. 90. n. 3. fol. 94. nu. 2. fol. 116. n. 3. fol. 120. 121. n. 3. fol. 122. n. 2. fol. 138. n. 5. fol. 14[illegible]. fol. 147. n. 6. fol. 148. n. 7. fol. 192. n. 3.
V. Recipiendi, abſoluendi, & Eccleſiæ reconciliandi Hereticos, etiam relapſos, in locis præcipuè vbi non exercetur Officium Sanctæ Inquiſitionis. par. 1. fol. num. 6. fol. 94. n. 2. 3. f. 98. n. 2. f. 118. n. 6. f. 137. n. 3. f. 144. n. 4. f. 14[illegible]. n. 6. f. 190. n. 3. He fuerunt limitatæ.

VI. Abſoluendi ab excommunicationibus, & Cenſuris Eccleſiaſticis: etiam reſeruatis. par. 1. fol. 6. n. 3. f. 98. n. 3. f. 117. n. 4. f. 168. n. 3.

limitata. VII. Abſoluendi à Caſibus, & Cenſuris, etiam in Bulla Cœnæ Domini reſeruatis in foro conſcientiæ tantum. par. 1. f. 90. n. 5. f. 117. 118. n. 5. f. 138. n. 5. f. 146. n. 2. fol. 148. n. 7.

VIII. Audiendi confeſſiones quorumcumque fidelium ad ſe accedentium. par. 1. f. 96. n. 3. f. 17. n. 5. f. 122. n. 2.

IX. Diſpenſandi ſuper illegitima matrimonia contra formam ſacri Concilij Tridentini contracta, atque omiſſis denunciationibus de nouo contrahere faciendi. par. 1. fol. 90. n. 5. f. 38. n. 5. fol. 41. n. 1. fol. 144. n. 3.

X. Legitimandi prolem ex huiuſcemodi coniugijs ſuſceptam. par. 1. fol. 90. n. 5. f. 98. n. 9. f. 4. n. . f. 44. n. 3.

XI. Diſpenſandi ſuper matrimonia ab Hæreticis contracta in tertio, & quarto affinitatis, & conſanguinitatis gradibus prohibitis. par. 1. f. 98. n. 9. f. 148. 149. n. 7.

XII. Reconciliandi, & benedicendi Eccleſias ab Hæreticis pollutas, aqua luſtrali ab Epiſcopo benedicta. par. 1. f. 9. n. 7. f. 149. n. 10. f. 169. n. 5.

XIII. Exercendi omnia munia Parochialia, & Sacramenta in abſentia, vel defectu Parochi Miniſtrandi. par. 1. f. 96. n. 3. f. 98. n. 1. f. 138. n. 5.

XIV. Conducendi ſecum pios, & Catholicos viros, etiam ſæculares ad Hæreticorum prædicationes, vel precationes dum ad eos coarguendos eò accedunt. par. 1. f. 192. n. 2.

XV. Celebrandi, & Diuina perficiendi, etiam coram Hæreticis, & Excommunicatis, abſque cenſurarum incurſu. par. . f. 49. n. 12. f. 49. n. 8. f. 192. n. 3.

XVI. Vtendi de præſtitis, & oblatis pecuniarum eleemoſynis. par. 1. f. 9. . n. 8.

XVII. Creandi religioſos ſocios in Notarios Apoſtolicos pro legitimis actis recipiendis. par. . f. 121. n. 1. f. 149. n. 9.

XVIII. Communicandi Parochis facultatem legendi Bibliorum codicem idiomate Gallico excuſſum. par. 1. f. 121. n. 1. f. 122. n. 2.

XIX. Procedendi ad recuperationem bonorum Eccleſiæ ab Hæreticis vſurpatorum, de licentia Ordinarij. par. 1. f. 122. n. 2. f. 149. n. 13.

XX. Abſoluendi originarios, & Vallium incolas ab excommunicatione ob duellum contracta, ſed in Foro conſcientiæ tantum. par. 1. f. 148. n. 7.

XXI. Abſoluendi in foro conſcientiæ omnes (etiam relapſos) ab Hæreſi, apoſtaſia à fide, à ſchiſmate: item recipiendi, & reconciliandi Hæreticos vniuſcuiuſque nationis in vtroque foro dummodo non ſint ex partibus, in quibus exercetur Sanctæ Inquiſitionis officium. par. 1. fol. 149. n. 8.

XXII. Commutandi vota ſimplicia, dummodo non ſint Caſtitatis, & Religionis. par. 1. f. 94. nu. 3. f. 98. n. 7.

XXIII. Abſoluendi, & diſpenſandi in quacumq; Simonia, & in reali dimiſſis beneficijs, & ſuper fructibus male perceptis, impoſita ſalutari pœnitentia eleemoſynæ ad libitum. par. . f. 8. n. 4.

XXIV. Celebrandi miſſam quocumque in loco decenti, etiam ſub dio, ſub terra, vna hora ante auroram, & altera poſt meridiem, bis in die (ſi neceſſitas fuerit) ſuper altari portatili, etiam fracto, aut læſo, & ſine reliquijs, præſentibus Hæreticis. par. 1. f. 96. n. 3. f. 98. n. 6. f. 149. n. 8.

XXV. Diſpenſandi in Foro conſcientiæ ſuper irregularitate ex delicto occulto proueniente, & non deducto ad forum contentioſum, non tamen ex homicidio voluntario, aut bigamia par. 1. f. 98. n. 8.

XXVI. Diſpenſandi cum primò conuerſis ſuper impedimento publicæ honeſtatis, & iuſtitiæ ex ſponſalibus proueniente. par. 1. f. 98. n. 10.

XXVII. Diſpenſandi cum eiſdem ſuper impedimento criminis, neutro tamen coniuge machinante par. 1. f. 98. n. 12.

XXVIII. Diſpenſandi in impedimentis cognationis ſpiritualis, excepto inter leuantem, & leuatum. par. . f. 98. n. 12.

XXIX. Reſtituendi ius petendi debitum. par. 1. f. 98. n. 14.

XXX. Concedendi ter in anno Indulgentias Plenarias in oratione quadraginta horarum par. 1. f. 98. n. 15.

XXXI. Concedendi Indulgentiam Plenariam primò conuerſis, & quibuſcumque in articulo mortis, & eas ſibi lucrandi. par. . f. 98. n. 16. 17.

XXXII. Celebrandi Miſſam pro defunctis ſemel in hebdomada, & animam à Purgatorio liberandi. par. 1. f. 98. n. 8.

XXXIII. Vtendi his facultatibus in Vallibus, & in locis ſolitis citra, & vltra montes, & eas ſibi ſubditis Miſſionarijs communicandi. par. 1. fol. 99. n. 21.

CALCVLVS QVARTVS

PRAEAMBVLVS

DIVINA, ET HVMANA SVBSIDIA MISSIONARIIS PRAESTITA.

QVotidiana in bonis exhibendis ſunt innumerabilia, ideò nonnulla dumtaxat in malis arcendis, ſiue maleuolis coercendis diuina ſubſidia Apoſtolicis viris Capuccinis exhibita calculamus.

POTENTIORES CLERICI SAECVLARES.

CApuccinis Miſſionarijs perpetuò aduerſantes feraliter extincti miſerrimè expirarunt: Vnus immaniter in foro trucidatus: Alter ſpontaneo ſuſpendio extinctus: Tertius horribili ferè volontario pręcipitio colliſus: Quartus hoſtili ferro enecatus: Quintus tandem (licèt mortem non obierit) dedecus tamen, & ignominiam manifeſtiorem ob proprias turpitudines ſubijt, quam ſufferre non valens, ſpontè ſe opulentiori beneficio abdicauit: Sextus ignita glande plumbea in genitalibus vulneratus, lethaliter decubuit.

POTENTES MILITIAE DVCES.

VNus, & alter, cui cooperans tertius omnes ſimiliter infauſta, vel violenta nece deceſſerant.

TABELLIONES, ET MERCATORES.

NOnnulli perſecutores, & Miſſionariorum percuſſores & mala morte conſumpti ipſi interierunt, & eorum bona pariter, & familiæ diſperſæ perierunt.

GLADIATORES PROSCRIPTI.

SIcarij, & Sectarij in Apoſtolicos viros malefici, & iniurioſi dolorosa, & hoſtili trucidatione iugulati ſunt. Quorum vniuerſorum nomina iuſto, ac prudenti ſilentio teguntur.

HVMANA NECESSARIA SVBSIDIA, ET STIPENDIA ALIMONIARIA.

ROmani Summi Pontifices ſupra recenſiti per Taurinenſes Illuſtriſſimos Nuncios quondam menſtrua, modo placita pecuniaria de Apoſtolicę Cameræ ærario Apoſtolicis Stationarijs hactenus ſuppeditare conſueuerunt. par. 1. fol. 93. num. 12. fol. 94. num. 4. fol. 99. num 9. fol. 100. num. 4. fol. 102. num. 2.

TAVRINENSIS, NICIENSIS, SALVTIENSIS.

SIngulares Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi quidam Præſules pecuniarias ſubuentiones Miſſionarijs aliquando prouidere voluerunt. Carolus Brolia Archiepiſcopus Taurinenſis. Octauius Vialus Saluſſienſis Epiſcopus. Iacobinus Marenaus Nicienſis Epiſcopus. par. 1. fol. 170. num. 9. fol. 171. num. 12. fol. 179. nu. 6. fol. 182. num. 2.

CHRI-

CHRISTIANISSIMI GALLIARVM GENEROSI REGES.

DE Regali ærario nonnullis Capuccinis Miſſionarijs commeatum aliquando præſtiterunt, Ludouicus XIII. pius parens, & Ludouicus XIV. illius filius. par. 1. ſol. 238. num. 2. Par. 2. fol. 591. num. 10. par. 1. ſol. 241. num. 1. par. 2. fol. 404. num. 13.

REGALES SABAVDIÆ DVCES, SERENISSIMI PEDEMONTII PRINCIPES.

CArolus Emmanuel I. abundantiſſimè; Victorius Amedeus opportunè, & liberaliter: Chriſtiana Francica olim illius coniux, modò vidua largè pro Carolo Emmanuele II. ſuo dilecto nato dominationis clauum regens. par. 1. fo. 269. 270. num. 6. fol. 287. num. 34. par. 2. fol. 43. num. 2. fol. 172. num. 4. fol. 174. num. 7. par. 1. fol. 289. 290. num. 4. par. 2. fol. 481. num. 9. fol. 531. num. 4. par. 1. fol. 290. num. 1. fol. 298. num. 4. par. 2. fol. 90. num. 12.

SINGVLARES VEL PERSONÆ, VEL OPPIDORVM COMMVNITATES.

PAncalerij, & Paduſanæ ex conuentione menſtruas ſubuentiones Miſſionarijs contribuunt, Sic Draconerij, & Demontij pro Aduentus, & Quadrageſimę concionibus. Ceterorum Miſſionalium Oppidorum, vel Vallium habitatores vltroneas plures quotidianas ęlargitiones paupereulis Euangelicis Operarijs dilargiuntur, vltra lignorum combuſtibilium prouiſionem Iure Ducali debitam. Domini de Ferraris Ciues Taur. alimoniam *Miſſionarijs Vallis-Soanæ* ſuppeditare ſpontè polliciti ſunt. par. 2. fol. 515. num. 5. par. 1. fol. 150. 151. num. 2. par. 2. f. 468. num. 5. fol. 597. 598. num. 5.

CALCVLVS QVINTVS

PRÆAMBVLVS

Miſſionum.

Ordo.	Nomen.	Fundatio.	Duratio.	Ceſſatio.	Miſſionarij.
I.	Perrerij	Ann. 1596. fol. 41.	Ann. 62.	Ann. 0.	Num. 30. par. 2. fol. 36.
II.	Petruxiæ	Ann. 1596. fol. 107.	Ann. 62.	Ann. 0.	Num. 25. par. 2. fol. 102.
III.	Draconerij	Ann. 1595. fol. 169.	Ann. 62	Ann. 0.	Num. 42. par. 2. fol. 164.
IV.	Accelij	Ann. 1596. fol. 231.	Ann. 62.	Ann. 0.	Num. 25. par. 2. fol. 226.
V.	San-Damiani	Ann. 1597. fol. 270.	Ann. 16.	Ann. 1613.	Num. 11. par. 2. fol. 268.
VI.	Seguſiæ	Ann. 1602. fol. 285.	Ann. 4.	Ann. 1612.	Num. 1. par. 2. fol. 282.
VII.	Verzolij	Ann. 1602. fol. 298.	Ann. 56.	Ann. 0.	Num. 35. par. 2. fol. 292.
VIII.	Caſtridelph.	Ann. 1602. fol. 340.	Ann. 55.	Ann. 0.	Num. 24. par. 2. fol. 334.
IX.	Cadralij	Ann. 1610. fol. 419.	Ann. 47.	Ann. 0.	Num. 35. par. 2. fol. 414.
X.	Paduſanæ	Ann. 1620. fol. 467.	Ann. 38.	Ann. 0.	Num. 28. par. 2. fol. 462.
XI.	Pancalerij	Ann. 1622. fol. 515.	Ann. 36.	Ann. 0.	Num. 21. par. 2. fol. 510.
XII.	Demontij	Ann. 1633. fol. 549.	Ann. 25.	Ann. 0.	Num. 19. par. 2. fol. 545.
Reſtituitur. XIII.	Prati-lallati	Ann. 1628. fol. 579.	Ann. 2.	Ann. 1630.	Num. 3. par. 2. fol. 576.
XIV.	Vallis Soanę	Ann. 1636. fol. 597.	Ann. 18.	Ann. 1654.	Num. 8. par. 2. fol. 594
XV.	Vallis Vari	Ann. 1639. fol. 616.	Ann. 5.	Ann. 1644.	Num. 5. par. 2. fol. 613
XVI.	Portarum	Ann. 1615. fol. 627.	Ann. 3.	Ann. 0.	Num. 3. par. 2. fol. 625

APPENDIX.

Ordo.	Nomen.	Fundatio.	Duratio.	Ceſſatio.	Miſſionarij.
XVII.	Oroppæ	Ann.1633.fol.629	Ann. 5.	Ann.1638.	Num.6.par.2.fol.629.

Miſſionarij igitur per annum ſaltem reſidentes. Num. 320.
Quibus ſi addas per Aduentum, & Quadrageſimam, vel Anni partem, Cooperatores erunt vltra. Num. 350.

PERRERIANI RATIOCINII
PRIMI DISCRETA CALCVLATIO.

AB Archiepiſcopo aſſumpti Capuccini Miſſionarij Coadiutores in viſitatione Vallium. Semel par. 2. fol. 48.
Altaria vel reſtituta, vel à fundamentis erecta. Sex. par. 2. fol. 44. 65. 74.
Antichriſti cathedra, ac menſa Sathanicæ ſubuerſæ, & combuſtæ. Ambæ par. 2. fol. 44. 45.
Aſſiſtentia Miſſionariorum Parochis in Sacris functionibus, & cęteris omnibus. Quotidiana. par. 2 fol. 58. 81
Campanæ Eccleſijs prouiſæ, & ſæpiùs reſtitutæ. Octo. par. 2 fol. 43 73. 75 91.
Clerici Parochialem œconomiam exercentes, dum a Vallicolis ad mortem quæruntur, à Miſſionarijs Capuccinis liberati. Duo par. 2. fol. 72. 81.
Clericus à duplici apoſtaſia retractus. Vnus. par. 2. fol. 81.
Codices deprauati, & prohibiti, Mercatoribus erepti, ignibuſque traditi. Plurimi. par. 2. fol. 60.
Cœmeterium Parochiale muro circumuallatum ex proprijs alimentarijs eleemoſynis Miſſionariorum. Vnum. par. 2. fol. 90.
Connubia inualida conualidata. Aliqua. par. 2. fol. 73.
Conſodalitas Sanctiſſimi Roſarij inſtituta, & reſtituta. Ter. par. 2. fol. 45. 65. 90.
Cruces ingentes ligneæ ad montium cacumina erectæ, & alibi. Plures. par. 2. fol. 65 75. 83.
Diſputationes inſigniores aduerſus Pſeudominiſtros, Antianos, & cęteros hereticos. Vigintiquinque. par. 2. fol. 43. 51. 53. 54. 56. 59. 65 70. 72. 74 77. 78. 80. 81. 84.
Diuinus cultus, ſeù Miſſarum celebratio, ac Sacramentorum adminiſtratio, reſtitutus. Ter. par. 2. fol 43 69. 97.
Eccleſiæ recuperatæ, ſiue ab Hæreticis ereptæ, & reconciliatæ. Quatuor. par. 2. fol. 43. 44.
Eccleſiæ prouiſæ paramentis, ſupellectilibus, & vtenſilibus. Tres. par. 2 fol 73. 74. 79.
Eleemoſynæ diſtributæ miſellis Catholicis, & pauperibus etiam hæreticis. Copioſæ. par. 2. fol. 55. 57. 50. 61. 64 70. 76. 91. 92.
Excuculatus bis apoſtata in vltimo vitæ termino Catholicam Romanam Fidem confitetur. Vnus par. 2. fol 62.
Feſtorum obſeruantiam, ſacrorumque dierum venerationem circumeundo per Villas vbique curarunt Miſſionarij. Perpetuò. par. 2 fol. 72. 74. 75. 77. 78. 83.
Gymnaſium apertum pueris, in quo & ſcientiam, & morum reformationem edocentur. Continuè. par. 2. fol. 85.
Hæreſum origo à quibus, & quando. par. 2. fol. 40. 41.
Hæretica parricida mulier adultera à proſcriptionis ſententia liberata. Vna. par. 2 fol. 58.
Hæretici malefici, Iudicis ſententia concremandi, ad Fidem reducti opera Capuccini Miſſionarij. Nonnulli. par. 2. fol. 57.
Hæretici inſurgentes aduerſus legitimam dominationem ſpiritualem, & temporalem compeſcuntur. Sæpè ſæpiùs. par. 2. fol 42. 48. 92. 93
Hæreticorum cadauera à Catholico Cœmeterio eiecta, & ne in futurum inibi tumularentur prouidit Miſſionarius. Aliquando. par. 2. fol 75.
Indulta, ac reſcripta fauentia Catholicis contra hæreticalem perfidiam reportata. Plura par. 2. fol. 46. 47. 83. 84. 87.

Inſidia-

Inſidiatores tumultuantes Hæretici caſtigati, & à Valle expulſi. Sex. par. 2 fol. 44 46 67.
Itinera laborioſa aggreſſi ſunt, & aggrediuntur Miſſionarij in Fidei ſimul, & fidelium bonum. Frequentiora. par. 2 fol 48 60. 86 87. 88. 93. 95 98.
Liberati Catholici à diuexationibus Hæreticorum opera, ac ſtudio Miſſionariorum. Aſſiduè. par. 2. fol 66 86. 87. 91 93. 95. 96 98.
Ludimagiſter bis apoſtata, imò Magus, & veneficus, à Valle expulſus. Vnus. par. 2 fol. 86
Miſſionarij contagij tempore, conſtanter adminiſtrando Sacramenta Fidelibus, & ipſi morbo percuſſi moriuntur. Duo. par. 2. fol 68.
Miſſionarij ad Matrimonia, & ad turpia ſolicitati ab Hæreticis. Quatuor. par. 2. fol 53. 56 66.
Miſſionis exordium quo anno, & à quibus. par. 2. fol. 41. 42.
Mulier impudica à Miſſione expulſa. Vna. par. 2. fol 53.
Oeconomiam Eccleſiarum exercuerunt, & cum facultate Ordinarij egerunt ad recuperationem bonorum Eccleſiaſticorum Miſſionarij noſtri. Aliquoties. par. 2 fol 70 74 75. 79.
Parochialis Eccleſia ab hæreticis recuperata. par. 2. fol. 43.
Parochus Parochiali Eccleſiæ reſtitutus. Semel. par. 2. fol. 43.
Parochiale onus ſuſtinent Miſſionarij defectu Parochi, per menſes integros, imò annos. Sæpiùs par. 2 fol. 68. 72 74. 76 81. 86.
Parocho pauperculo indumenta Sacra, & vaſa comparata. Semel. par. 2. fol. 58.
Paramenta prouiſa Eccleſijs: Albæ Duæ: Calices Duo: Caſulæ Duæ: Crucifixi grandiores Duo: Icones, & aliæ Sacræ imagines Quinque: Mappæ pro altaribus Numeroſiores: Pixis Vna: Pluuiale Vnum: Statuæ ligneæ pictura, & auro ornatæ Beatiſſimæ Virginis, & Angelorum Tres: Tabernaculum pro aſſeruando Sanctiſſimo Vnum: Tenta ſerica ad religiosè deferendum Sanctiſſimum: & Vela ſerica pro Tabernaculo, & Calicibus. Quatuor. par. 2. fol. 47. 58. 73. 74. 75. 79 83
Periclitantes in Fide ſtabiles aſſeruati. Quinque. par. 2. fol. 91.
Perſecutiones acerbiſſimas, & percuſſiones (ad vitæ periculum) paſſi ſunt, & patiuntur Miſſionarij, & Catholici fideles in odium Romanę Eccleſiæ. Frequentiùs. par 2. fol 44 47. 48. 51. 54. 62 65. 77. 82. 83. 86. 88. 89. 90 93. 94. 96 97. 99.

Prædicationes. Aduentus.	Num.	62.
Annuales.	Num.	62.
Quadrageſimæ.	Num.	63.
Omnes ſimul calculatæ ſunt.	Num.	187.

Prouentus Parochialis Eccleſiæ recuperati. Semel. par. 2. fol. 43.
Pſeudoctoris violenta temeritas coercita. Aliquando. par. 2. fol. 43.
Sacerdos ſubſidiarius adauctus Parocho opera Miſſionariorum. par. 2. fol. 65.
Templa Parochialia, & Sacella campeſtria reſtituta, ſiue reædificata, & pluries reſtaurata, & in meliorem formam redacta, ac etiam aliqua à fundamentis erecta. Vndecim. par. 2. fol. 44 65. 74. 83. 98.
Templi profani hæreticorum impedita conſtructio. par. 2. fol. 46.
Tributa debita Principi opera Miſſionariorum Catholicis indulta. Omnia. par. 2 fol. 81.
Violatores Sacrorum correpti, & caſtigati. Plurimi. par. 2. fol. 63. 75. 92. 93.
Vt Sacrum Viaticum congruo cum decore portaretur infirmis, prouiſæ à noſtris Miſſionarijs candelæ. Plures. par. 2. fol. 73.

Catholizationes.

A Capuccinis Miſſionarijs catholizati fuère ab exordio Miſſionis vſque ad preſens perſonæ circiter. Num. 300. Par. 2. fol. 45. 46. 48. 54. 55. 56. 57. 58. 63. 66. 73. 75. 78. 81. 82. 88. 91. 92.

PETRVXINI RATIOCINII SECVNDI

Diſcreta calculatio.

AB Archiepiſcopo rogati ſibi aſſiſtentes Miſſionarij Capuccini in viſitatione Vallium Hæreticarum. Semel & iterum. par. 2 fol. 110 115.

Altaria

Altaria erecta, reſtituta, vel reſtaurata. Plura. par. 2. fol. 129. 141. 145. 149.

Apoſtatantes à Fide reconciliati, catholicæque Eccleſię reſtituti. Viginriſeptem. par. 2. fol. 128. 129. 130. 137. 140.

Apoſtatæ infideles à Valle expulſi. Aliqui. par. 2. fol. 149.

Aſſiſtentia Parochis in Diuinis, & cęteris omnibus. Continua. par. 2. fol. 127. 141. 144. 153.

Campanile ſacrum erectum. Vnum. par. 2. fol. 141.

Campanilia hęreticorum diruta, eorumque noua conſtructio impedita: Cęmeterijque erectio prohibita. Pluries. par. 2. fol. 126. 135. 138. 145. 160. 161. 162.

Catholicorum confeſſionem ſacramentalem caluiniſtica iuſtiorem palam confitentur Heretici. par. 2. fol. 152.

Cęmeteria Sacra muro cincta. Duo par. 2. fol. 145. 161.

Clerici ſcandaloſi à Valle expulſi. Aliqui. par. 2. fol. 143.

Codices deprauati ab hęreticis erepti, ignibus cum debita facultate conſumpti. Multi valdè, par. 2. fol. 129. 140. 145.

Concionandi methodus in Miſſionibus. par. 2 fol. 152.

Confodalitates Roſarij, & alię inſtitutæ, & reſtitutæ progreſſu temporis, & Miſſionis. Quinque. par. 2. fol. 109. 145. 162.

Cultus Diuinus, ſcilicèt, Miſſarum celebratio, & Sacramentorum adminiſtratio, reſtitutæ à Capuccinis. Semel & iterum, quas & tertiò conati ſunt reſtituere. par. 2. fol. 109. 133. 150.

Decimæ, Annui redditus, Eccleſiarumque prouentus recuperati opera, & labore Miſſionariorum. Tertiò. par. 2. fol 109. 139. 148.

Domus Miſſionis erecta, reſtaurata, ac prouiſa vtenſilibus ad religioſum cultum neceſſarijs. Pluries. par. 2. fol. 123. 146.

Diſputationes celebriores cum Pſeudominiſtris, Antianis, & cęteris Hęreticis. Frequentiores. par. 2. fol. 112. 117. 124. 227. 131. 133. 136. 139. 144. 148. 152. 154. 159.

Eccleſia recuperata ab Hæreticis, & reconciliata. par. 2. fol. 129.

Eccleſiæ à fundamentis erectę, reędificatę, vel reſtauratę. Vndecim. par. 2. fol 129. 141. 142. 145. 146. 149. 160.

Eccleſiarum œconomiam exercuerunt Miſſionarij. Semel. par. 2. fol. 139.

Eleemoſynas largiuntur egentibus, infirmis, & pauperibus credentibus, & incredulis. Quotidianas. par. 2. fol. 129. 134. 144. 151. 160.

Feſtorum obſeruantiam curant Miſſionarij diſcurrendo per montana, & complana ad corrigendos profanatores. Semper. par. 2. fol. 140.

Fidelibus nonnullis in Fide vacillantibus accurrit Miſſionarius, & in Fide confirmat. par. 2. fol. 161.

Gymnaſium apertum pueris ad eos imbuendos litteris humanis, Fide Catholica & bonis moribus. Sępiùs. par. 2. fol. 144. 147. 154.

Hæreſum introductio quo tempore, & à quibus. par. 2. fol. 106. 107.

Hęreticorum cadauera à Sacro cęmeterio expulſa. par. 2. fol. 135. 139. 161.

Hęreticorum ſeditiones, & odia maligna aduerſus religioſos, & catholicos omnes eorumque verberationes, & trucidationes. Innumeræ. par. 2. fol. 108. 111. 113. 116. 122. 128. 130. 133.

Itinera difficiliora aggreſſi ſunt, & aggrediuntur Miſſionarij Taurinum, Pariſios & aliò ad habendas prouiſiones contra Hæreticos. Frequentiora. par. 2. fol. 113 124. 131. 156.

Ludimagiſtri Hęretici à Valle expulſi. Sex. par. 2. fol. 117. 123. 124. 138. 139. 149

Matrimonia illegitima impedita. Quaterna. par. 2. fol. 135.

Medici Caluiniſtæ infelix, & horrenda mors. par. 2. fol. 150.

Miſſionarij eorumque ſocij tentati ad matrimonia, & ad turpia. Quatuor. par. 2 fol. 113. 141.

Miſſionarij mortui peſtis tempore in adminiſtratione ſpirituali, & corporali laborantium. Duo. par. 2. fol. 132.

Miſſionum Præfectus laborat pro periclitanti Catholica Fide. par. 2. fol. 156.

Miſſionis huius primordia. par. 2. fol. 107. 108.

Nouam Miſſionem inſtituere tentant Capuccini in hac Valle. Semel & iterum par. 2. fol. 118. 140.

Officiola, Roſaria, Coronæ Beatę Marię Virginis, ac libelli Doctrinę Chriſtianæ deuotionis gratia, in Fidei Catholicę prouentum populis diſtributa, ex eleemoſynis Miſſionariorum empta. Numeroſiora. par. 2. fol. 145.

Parochiales Eccleſię recuperatę. Quatuor. par. 2. fol. 129.

Paramēta Eccleſiaſtica prouiſa. Albę Sex: Cāpana Vna: Cādelabra ex ligno deaurata Quatuor: Calix Vnus: Caſulę Octo: Crucifixi grandiores Duo: Icones ſeptē Mappę Plures: Pixis Vna: Statuæ ligneę picturis, argento, & auro ornatæ Tre:

Tenſum

Tenſum ſericum ad deferrendum Sanctiſſimum: Vela ſerica pro Tabernaculo, Pixide, & Calicibus, Multa. par. 2. fol. 139. 14 . 142. 145. 145.
Parochialem curam exercuerunt Miſſionarij Sæpiſſimè. par. 2. fol. 127. 133. 137. 14 . 43. 153. 57.
Pontificis mandato , è Valle Perruxina ad Gebennenſem Miſſionem tranſlatus Miſſionarius ex noſtris. par. 2. fol. 111.
Percuſſiones, & perſecutiones acerbiſſimas paſſi ſunt, & patiuntur noſtri Miſſionarij. Omni tempore. par. 2. fol. 109. 122. 127. 133. 140. 143. 45. 146. 158 159.

Prædicationes; Aduentus	Num. 62.
Annuales	Num. 62.
Quadrageſimales	Num. 63.
Omnes ſimul ſunt	Num. 187.

Præſcripta Iura , & limites violantibus Hæreticis quotidie reſiſtunt Miſſionarij. Vbique , & ſemper. par. 2. fol. 117. 118 124. 135. 137. 138. 139. 148. 150. 155. 158.
Pſeudominiſtri expulſi à Valle. Tres. par. 2. fol. 144. 145. 149.
Pſeudominiſtrorum quorundam mors infelix, & deſperata. par. 2. fol. 150. 61.
Puellæ catholizatæ, ne ſeducerentur à parentibus, extra Vallem collocatæ . Aliquæ par. 2. fol. 37. 46 150.
Rixæ ablatæ Multæ. par. 2. fol. 144.
Sectarios Caluiniſtas à Ciuitate Pinerolienſi diſcedere cogit Miſſionarius noſter Capuccinus Quoſdam. par. 2. fol. 156.
Templa, & Sacella ſacris paramentis prouiſa. Vndecim. par. 2. fol. 129. 141. 142. 145. 146
Templa hæreticalia conſtructa, demolienda curarunt. Sex. par. 2. fol. 124. 126.
Templa hæreticalia de nouo conſtruenda prohibuerunt. Duo. par 2. fol. 124: 160.
Vicarius Foraneus electus Miſſionarius. Semel. par. 2. fol. 139.

Catholizationes .

IN hac Miſſione catholizati ex inſignioribus, ſcilicet Theologi & ſæculares, & regulares Num. 6 Sacerdores. Num. 4. Pſeudominiſtri, & Antiani Num. 4. Doctores , & Militiæ Duces Num. 8. Reliqui verò promiſcui ſexus. Num. 430. par... fol. 109. 113. 124. 130 131. 132. 142. 46. 150 157.

DRACONERIENSIS RATIOCINII TERTII.

Diſcreta Calculatio.

CAluiniſtæ in exilium miſſi, patrios lares repetentes Tribunalibus denunciati. Nonnulli. par. 2 f. 07.
Catholica exercitia reſtituta. Semel. par. 2 f. 190.
Cœmeterium ſ etum illæſum ſeruatum à pollutione cadauerum hæreticorum. Semel par 2 f 190.
Cemeterium profanum hæreticorum deſtructum. par 2 f 190.
Confodalitates Diſciplinarorum, Roſarij, Doctrinæ Chriſtianæ, & aliæ reſtitutæ. & inſtitutæ. Septem. par. 2. fol. 173. 174. 176 195. 209. 210:
Conuentus Capuccinorum extructus. par 2. fol. 195.
Diſputationes inſigniores aduerſus Pſeudodiaconos, & Antianos hæreticos. Quedam. par. 2. fol. 189. 190.
Eccleſiaſtici prouentus, Decimæ, & Annui redditus Eccleſiarum recuperati . Aliquando par. 2. f 1 2.
Eleemoſynæ pauperibus collatæ. Frequentiores. par. 2. f. 74. 179. 208 222.
Epiſcopo aſſiſtunt , & interuiunt Miſſionarij Capuccini in viſitatione huius Miſſionis. Semel, & iterum par. 2 f. 189.
Feſtiuis diebus debitum honorem, & cultum tribuendum ſolicitè curarunt Miſſionarij. Vbique & ſemper par. 2. f. 97. 198. 205.
Graſſatores viarum reducti. Aliqui. par. 2. f. 180
Hæreſis quo tempore, & à quibus diſſeminata. par. 2. f 169.
Hæreticorum furor, & violentia aduerſus Catholicam Fidem , & fideles repreſſa labore Capuccinorum. par. 2. f. 188.
Indulgentiæ Plenariæ à Miſſionarijs reportatæ . Nonnullę. par. 2. f 200.
Itinera in neceſſitatibus Fidei aggreſſi ſunt Miſſionarij non ſine animi, & corporis labore. Plura. par. 2. f. 192.
Legum, ac finitum hæreticis perſcriptorum tranſgreſſores coarctari , & coerceri fecerunt Plures, & pluries. par. 2. f. 178. 189. 19 .

Libros deprauatos hæreticorum, & aliorum à diuerſis ereptos, Vulcano ſacrificandos curarunt. Seacentos circiter.par.2.f.179 199.207.218. 2 9.
Luſor ab vltroneo ſuſpendio liberatus. par.2.f. 2 7.
Miſſionarij, ac collegæ adiuncti, vt laborantibus peſte inſeruirent, & ſacramenta adminiſtrarent, mortui. Tres.par.2.f. 203.
Miſſionis eaordium quando, & quorum opera.par.2.f.169.170.
Oeconomiam Eccleſię Parochialis exercuerunt Miſſionarij Semel. par.2.f 211.
Optimates hæretici ſeditioſi à Draconerio expulſi. Quatuordecim. par. 2.f.190 192. 194. 198.
Orationes quadragintahorarum inſtitutæ, & plurimo cum animarum prouentu repetitæ, & abſolutę Quater.par.2 f.180. 205. 210. 214.
Paramenta prouiſa Eccleſijs. Calices Duo. Campana Vna: Caſulæ Quædam: Icon Vna: Piais Vna: Statua deaurata Beatæ Virginis, & Tabernaculum pro aſſeruando Sanctiſſimo. par.2.f.174.208.212.
Parochiale onus ſuſtinuerunt ſæpiſſimè Miſſionarij, ſed per diuturnum tempus. Quinquies.par.2.f.200.203.205..209.212.210.
Parochis perſecutionem patientibus adfuerunt Capuccini Miſſionarij. Aliquando par.2.f.178.188.
Parochus à furore populi ereptus, & liberatus.par.2.f.213.
Perſecutiones crudeliſſimas paſſi ſunt miſſionarij à perfidis inſidiatoribus hæreticis. Innumeras. par.2.f.178.181.190.199.201.202. 203.214.216. 219.
Pontificis Romani præceptum Capuccinis de non diſcedendo ab hac Miſſione. par.2.f. 174.

Predicationes Aduentus.	Num. 62.
Annuales.	Num. 62.
Quadrageſimales.	Num. 63.
Omnes ſimul ſunt.	Num. 187.

Prouiſiones, ac facultates congruę, pro reſtituenda Catholica Fide, & reprimenda perfidia, à Miſſionarijs reportatæ. Plures.par.2.f.173.176.177.178.179.192.194.
Puellæ honeſtioris conditionis in tuto poſitæ poſt catholizationem. Binæ. par.2. f. 194
Relapſi reductores hæretici carcerati. Quidam. Suſpendio necati. Bini. par. 2. f. 179. 185. 192.193.
Rixę, & lites extinctæ, & cōpoſitæ innumerabiles, ex inſignioribus verò, Viginti. par.2.f.206.211.221.222.223.
Templa ſacra reſtaurata, & à fundamentis erecta. Tria.par.2.f. 208.211.
Templa prouiſa ſacris paramentis, & ſupellectile. Tria.pa.2.f.174.208. 212.
Vacillantes in fide confirmati. Multi.par.2.f.172.178.
Vicarias vices Sanctæ Inquiſitionis exercuerunt Miſſionarij. Sæpè par.2.f.179.206. 209. 222.

Catholizationes.

Catholizati Optimates, Doctores, & Militiæ Duces. Num. 40.
Ceterorum verò promiſcui ſexus. Num. 1710. par. 2.fol.172.174.177.182.184.185.193.194.197.200.207

ACCELIENSIS RATIOCINII QVARTI
Diſcreta Calculatio.

Apoſtatans mulier à Fide, à perfidia retracta par.2 f.261.
Catholicę Religionis deplorandus ſtatus in hac Valle.par.2 f.232.246.
Charitatis opera cunctis exhibita belli, & peſtis temporibus. Indeſinenter. par. 2. f.255.259.
Clerici pauperculi ex proprijs Miſſionariorum eleemoſynis enutriti, veſtiti, ac educati in litterali ſcientia, & moribus religioſis. Permulti. par.2 f 253.256.
Codices deprauati per domos inuenti, erepti, & ignibus traditi. Pluries. par.2. fol. 251. 256.
Confraternitates, ac ſodalitia Diſciplinatorum, Roſarij, & alia inſtituta, & reſtituta. Vltra decem.par.2.f.240.257 262.
Cultum Diuinum, ſcilicet Miſſarum celebrationem, & Sacramentorum adminiſtrationem integrè reſtituerunt Capuccini. Aliquibus in locis.par.2 f. 232.233. 235. 238. 255.

Diſputationes cum Pſeudopaſtoribus, Pſeudodiaconibus, Antianis, & cæteris innumerabiles, inſigniores verò. Viginti circiter. par. 2. fol. 239. 242.
Domus Miſſionis reſtaurata, & iterum ad meliorem formam redacta, religioſaque ſupellectile, ac libris inſtructa. Pluries. par. 2 fol. 243. 262. 266.
Eccleſiarum quarundam recuperati prouentus, & annui redditus. Semel. par. 2. fol. 234. 237. 255.
Eleemoſynas liberaliter elargiuntur miſeris, & pauperibus. Aſſiduè par. 2. fol. 241. 251.
Gymnaſium ad imbuendos pueros in ſcientia, deuotione, & bonis moribus aperiunt Miſſionarij. Frequenter par. 2. fol. 253.
Hereſum origo quando, & à quibus. par. 2 fol. 230. 231.
Hæreticorum tumultus, & ſeditiones repreſſe. Sepiſsimè. par 2. fol. 236. 254. 255.
Itinera laborioſa Miſsionariorum ad compeſcendos hæreticos. Multa. par. 2. fol. 247. 248.
Limitum tranſgreſſores, & latarum legum preuaricatores coercuerunt. Quam ſæpiſſimè. par. 2. fol. 235. 236. 242. 243. 247 248. 250. 255. 251 262.
Miſsionarij Capuccini paſsi ſunt acerbiſsimas perſecutiones. Frequentius. par. 2. fol. 235. 239 240. 244 259. 260. 263.
Obſeruantiam ſacrorum dierum ſuſtinent, diſcurrendo per aſpera, & montana ad explorandos, & corrigendos profanatores. Opportunè par 2 fol. 255.
Paramenta Sacra Eccleſijs ſuppeditata. Albæ, & Amictus, Plures: Campanę Quędam: Candelabra lignea circino fabrefacta, Multa: Caſulę, Contraltaria, & Corporalia, Numeroſiora: Icones, & ſacræ imagines, ſex: Mappæ pro altaribus, plurimæ: Pixis, vna: Purificatoria, & ſuperpellicea, Quædam: Tabernacula pro aſſeruando Sanctiſsimo, Aliquibus Eccleſijs: Vela ſerica pro Tabernaculo, Pixidibus, & Calicibus, Permulta. par. 2. fol 239. 244. 250. 251. 257. 262 266.
Parochorum officium, deficientibus, aut abſentibus Parochis, exercent noſtri Miſsionarij. Semper. par. 1. fol. 239 258.
Parochis Diuina facientibus, & ſacra adminiſtraotibus Miſsionariorum aſsiſtentia Continua. par. 2 fol 245.
Parochus quidam pauper ex eleemoſynis Miſsionariorum ſubleuatus, & adiutus; Alter verò à periculo liberatus. par. 2. fol. 151.
Parochis perſecutionem patientibus protectio: Indefeſſa. par. 2. fol. 246. 248 251. 266

Prędicationes. Annuales	Num. 60.
Aduentus	Num. 60.
Quadrageſimales	Num. 61.
Omnes ſimul ſunt.	Num. 181.

Puellę dotatę, vt honeſtis viris matrimonio iungerentur Binę. par. 2. fol. 251.
Roſaria, Coronę, libelli Doctrinę Chriſtianæ proprio ære empta, & populis liberaliter diſtributa Innumerabilia. par. 2. fol 240. 241.
Rixę ſublatę quampluримę, ex inſignioribus verò. Sex. par. 2. fol. 263.
Seditioſi hæretici tumultus excitantes carcerati, & à Valle expulſi. Nouem. par. 2. fol. 248 255.
Seditioſi Antiani turbarum aſſertores ſuſpendio necati. Bini. par. 2. fol. 249.
Templa, & Saeclla ædificata, vel reſtaurata, ſeù in meliorem formam redacta. Pluſquam triginta par. 2. fol. 234. 237 243. 244. 245. 251. 257. 262. 264. 265.
Templa prouiſa ſacris paramentis, & neceſſaria ſupellectile. Vltra vigintiquatuor. par. 2. fol. 239 244 251. 257 262. 266.
Vicarias vices Epiſcopales, & Sanctę Inquiſitionis exercuerunt noſtri Miſsionarij. Quinquies. par. 2 fol. 248. 256.

Catholizationes

ADnumerantur Catholizati à Capuccinis in hac Miſsione, ideſt Valle, ſeù Villis, promiſcui generis, & conditionis. Num. 1400. par. 2. fol. 234. 235. 237. 24 . 242. 245. 249. 250. 251. 261.

SAN DAMIANI RATIOCINII QVINTI
Diſcreta Calculatio.

ALtaria erecta, ſiue reſtituta. Quatnor. par. 2. fol. 275. 278.
Caluiniſtæ exules, patriam repetentes, carcerati. Quatuor. par 2. fol. 277. 280.
Conſodalitates Roſarij, & Corporis Chriſti inſtitutę. Duę. par. 2. fol. 277. 280.
Diſputationes multæ aduerſus hereticos, inſigniores autem. Tres. par. 2. fol. 273. 275.

Domus Miſsionis reædificata, ac religioſè prouiſa vtenſilibus, libris, & cęteris ad miniſterium ſpectantibus. par. 2. fol. 272.
Eccleſia Parochialis, & ſacella campeſtria prouiſa ſacris paramentis, & ſupellectile. Quinque. par. 2. fol. 275.
Eccleſię reſtauratę à ruinis hęreticorum, ſiue reędificatæ. Quinque. par. 2. fol. 273. 275.
Eccleſię ornatę iconibus, & deuotis picturis ex proprijs expenſis Miſsionariorum eleemoſynis. Tres. par. 2. fol. 275. 276. 277. 278.
Eleemoſynę indigentibus familijs, ac alijs miſeris, & pauperibus diſtributę. Abundanter. par. 2. fol. 275. 276. 277. 278. 279.
Hæreſum introductio, & progreſſus quando. par. 2. fol. 270.
Miſſionis fundamenta quo tempore, & à quibus iacta. par. 2. fol. 270.
Parochialem curam exercuerunt Capuccini Miſſionarij. ſemel par. 2. fol. 279.
Parochialibus functionibus adſuerunt. Semper. par. 2. fol. 273.

Prædicationes. Annuales	Num. 14.
Aduentus	Num. 14.
Quadrageſimales	Num. 15.
Omnes ſimul ſunt	Num. 43.

Sacerdotes irregulares, diſpenſati, & rehabilitati. Bini. par. 2. fol. 279.
Simulacrum grande Ieſu Chriſti crucifixi Parochiali Eccleſiæ prouiſum. Vnum. par. 2. fol. 276.
Templa erepta hæreticis, & Catholicè reconciliata. Tria. par. 2. fol. 272.

Catholizationes.

Vniuerſorum Eccleſiæ Catholicę reconciliatorum. Num. 300. par. 2. fol. 273. 276. 277. 280.

SECVSINI RATIOCINII SEXTI
Diſcreta Calculatio.

ARchiepiſcopus vtitur obſequio, & aſſiſtentia Capuccinorum in viſitatione Vallis huius. Semel. par. 2. fol. 286.
Cultus Diuinus reſtitutus quibuſdam in locis ſemel. par. 2. fol. 288.
Hæreſis quorum opera, & quando diſſeminata. par. 2. fol. 284.
Miſſionis exordium quo anno, & à quibus. par. 2. fol. 281. 285.

Prædicationes. Annuales	Num. 1.
Aduentus	Num. 2.
Quadrageſimales	Num. 1.
Sunt	Num. 4.

Rixa inſignis inter Parochum, & populum ſedata. par. 2. fol. 289.

Catholizationes

Catholizati fuere in hac Miſſione vtriuſque ſexus perſonæ. Num. 600. par. 2. fol. 287.

VERZOLIENSIS RATIOCINII SEPTIMI
Diſcreta calculatio.

ABuſus profani, & irreligioſi ſublati ſtudio Miſſionariorum Capuccinorum. Plurimi. par. 2. fol. 315.
Altaria reſtituta, & erecta. Tria. par. 2. fol. 308. 320. 329.
Campanile à fundamentis erectum. Vnum. par. 2. fol. 322.
Codices prohibiti collecti ignibus traditi. Plures. par. 2. fol. 326. 329.
Conſodalitates diuerſæ reſtitutæ, & inſtitutę. Decem. par. 2. fol. 308. 311. 317. 320. 326. 330.
Cultus Diuinus reſtitutus, & adauctus. Semel. par. 2. fol. 304.

Doctrinę Chriſtianę rudimenta à Miſſionarijs explicata Sæpè. par. 2.fol.314 819 321.
Domus Miſſionis reſtaurata,& ad formam meliorem redacta, atque prouiſa, cum paruula bibliotheca par.2.fol 310.313.322.
Eccleſiæ reædificatæ,& ad meliorem formam redactæ.ſiue à fundamentis erectæ. Quatuor.par.2.fol 320.322. 331.
Eccleſiæ prouiſę ſacris paramentis. Quatuor.par.2.fol.308.313.317. 320.
Eleemoſynas neceſſitatē patientibus elargiuntur. Quotidie.par.2 fol.308.309.329.
Gymnaſium pueris apertum à Capuccinis Miſſionarijs. Aliquando. par.2. fol. 312. 315.
Hęreſum origo in hac Villa quando,& à quibus.par 2 fol.297.
Hęreticus blaſphemias euomens in Deiparam Virginem percuſſus à fulmine moritur.par.2.fol. 320.
Miſſionarius peſtis tempore ſacramenta fidelibus adminiſtrando moritur, Sacerdote ſocio morbo vulnerato.par.2.fol.318.
Miſſionarius Epiſcopo inſeruit in Diœceſana viſitatione.Semel.par.2.fol.312.
Miſſionarij dogmatici congreſſus cum Gubernatore cuiuſdam Pedemontanę Ciuitatis,& Protophyſico Pſeudominiſtri officio fungentibus. Opportunè. par. 2. fol.323.
Miſſionis huius initia quis dederit,& quo tempore.par.2.fol.298 299.
Orationes Quadragintahorarum inſtitutæ in hac Miſſione,&repetitę.Quindecies. par.2.fol.301.316.317.319.321.330.
Paramenta diuerſa prouiſa Eccleſijs. Caſulæ ſex: Icones Duæ: Palia Tria : Statuæ deauratæ Beatæ Virginis, & Angelorum Tres: Tabernaculum pro aſſeruando Sanctiſſimo.par 2 fol.308.313.317.320.322.
Parochialem curam exercuerunt Miſſionarij Pluries.par.2.fol.318.323.
Parochis aſſiſtunt in Diuinis. Perpetuò.par.2.fol.308.320.
Perſecutiones paſsi ſunt. Quaſdam.par.2.fol.305.
Pluries relapſus apoſtata iterum ad catholicam Eccleſiam reuocatus.par.2.fol.312

Prędicationes Annuales	Num. 57.
Aduentus	Num. 58.
Quadrageſimales	Num. 57.
Omnes ſimul ſunt	Num. 172.

Puellę à duplici periculo liberatę,& in tuto poſitæ.Binæ.par.2.fol.309.
Quamplurimæ rixæ ſedatę diuerſis temporibus,inſigniores attamen. Nouem. par. 2.fol.304.309.319. 326.332.
Sacrorum dierum veneratio procurata,profanatoreſque correpti.Indefeſsè. par.2. fol.317.
Sectarios Caluiniſtas tumultus excitātes à ſacris Tribunalibus reprimi,& caſtigari curarunt Miſſionarij.Frequenter.par.2.fol.309.
Vicarias vices Epiſcopales,& Sancti Officij exercuerunt per tempora. Quinquies. par.2.fol.311.316.

Catholizationes

Catholizatorum ex omni genere conditionis,& ſexus. Num. 443. par.2.fol. 301.304.305.326.332.

CASTRIDELPHINENSIS RATIOCINII OCTAVI
Diſcreta calculatio.

ABuſus pernicioſi ſublati. Plurimi.par.2.fol.393.
Altaria à fundamentis erecta,vel reſtituta,ſiue reſtaurata. Quędam. par. 2. fol.382.390.411.
Caluiniſtę Optimates expulſi à Valle. Aliqui.par.2.fol.384.385.391.
Campanile reſtauratum. Vnum: Alter verò Parochialis Eccleſię à fundamentis erectum.par.2.fol.345.381.
Cœmeterium Catholicorum muro cinctum.par.2.fol.381.
Clerici ex proprijs Miſſionariorum eleemoſynis enutriti,veſtiti, ac ſcientijs litteralibus,religioſiſque moribus inſtructi. Plures.par.2 fol.343. 374.
Clericos ſcandaloſos à Miſſionis contermino curarunt expelli Miſſionarij. Quoſdam. par.2 fol.403.407.408.
Codices, & liberculos damnatos collegerunt, ignibuſque cum debita facultate tradiderunt. Plures. fol. 404.

Conſodalitates Roſarij, Diſciplinatorum,& aliæ reſtitutæ, & inſtitutæ. Nouem par. 2. f. 381. 382. 383. 402.

Cruces ligneæ grandiores erectæ. Quædam. par. 2. f. 403. 410.

Cultus Diuinus penè extinctus Miſſionariorum opera reuiuiſcit, necnō Catholica exercitia reſtituuntur. Semel & iterum, ac tertio. par. 2. f. 345. 354. 387.

Decreta,& prouiſiones neceſſariæ reportatę in fauorem Fidei Catholicæ. Multæ. par. 2. f. 347. 356. 364. 370. 393. 395. 404.

Decimæ, Annui redditus, legata pia, Eccleſiarumq; prouentus recuperati. par. 2. f. 347. 384. 385. 390. 392.

Diſputationes cum Pſeudominiſtris, Antianis, & hæreticis multæ, ex inſignioribus autem Vigintiquatuor. par. 2. f. 351. 358. 361. 363. 365. 372. 373. 380. 381. 383. 395. 399 409.

Diuina vltio oſtenſa in perfidum hæreticum. par. 2. f. 375.

Eccleſiæ, & ſacella recuperata, Catholicisq; reſtituta· Alia verò reędificata, aut ad meliorem formam redacta, à fundamentis erecta Triginta circiter. par. 2. fol. 345. 346. 383. 390. 392. 395. 405. 411.

Eccleſiæ prouiſæ paramentis ſacris,& ſupellectile Quatuor. par. 2. f. 345. 346. 392. 396.

Eleemoſynæ indigentibus, & miſeris liberaliter erogatæ Quotidie. par. 2. f. 354. 362. 395. 397. 406. 411.

Feſtorum obſeruantiam promouerunt ſine intermiſſione, diſcurrendo per loca, explorando, & corrigendo inobedientes. Aſſiduè par. 2. f. 379. 383

Gymnaſium publicè apertum non ſolis pueris iſtius Vallis, ſed & aduentantibus quibuslibet alienigenis. Solicitè. pa. 2. f. 348. 352. 353. 379. 405.

Hęreſum origo quando,& quibus Pſeudoministris. par. 2. f. 339. 340.

Indulgentiam Plenariam Parochiali Eccleſiæ reportarunt Miſſionarij par. 2. f. 390.

Itinera difficiliora aggreſſi ſunt, & aggrediuntur (etiam multoties cum vitæ periculo) Taurinum, Brigantium, Ebredunum, Gratianopolim, Pariſios, & aliò, pro Catholica Fide promouenda, & propaganda aduerſus hęreticorum perfidiam. Frequentiora. par. 2. f. 347. 356. 360. 368. 370. 371. 373. 375. 384. 410.

Libelli deuotionis Miſſionariorum eleemoſynis comparati, populiſque fidelibus diſtributi plures. par. 2. fol. 374. 404.

Limitum pręſcriptorum, & legum latarum hæreticis tranſgreſſoribus reſtiterunt, & reſiſtunt Miſſionarij. Indeſinenter. par. 2. f. 361. 371. 378. 384. 404.

Matrimonium illegitimum, ex defectu religionis, impeditum. par. 2. f. 361.

Miſſionarij mortui in charitatiuo ſpirituali,& corporali miniſterio morbo epidemico laborantibus præſtito. Bini. par. 2. f. 387.

Neophyti ab hæreticorum perſequentium infeſtationibus liberati. Quidam. par. 2. fol. 408.

Oeconomiam Eccleſiarum exercuerunt Miſſionarij ad recuperandos earum prouentus. Quater. par. 2. f. 347. 390. 392 396.

Paramenta Eccleſiaſtica diſtributa Albæ Duodecim. Amictus Plurimi Calices Quinque: Campanæ ſexdecim· Caſulæ Duodecim: Icones Triginta: Candelabra ex ligno deaurata Quatuor: Miſſalia Aliqua· Pixides Duę: Statua lignea picturis, auro, & argento ornata: Tenſum ſericum pro deferendo Sanctiſſimo: Tabernaculum pro eodem aſſeruando: Vela ſerica pro Tabernaculo Quatuor. par. 2. f. 345. 346. 356. 380. 382. 390. 396. 402. 403. 406. 410. 411.

Parochialem curam exercuerunt Miſſionarij ſemper, & vbique abſentibus Parochis, tamen per diuturnum tempus. Quindecies. par. 2. f. 348. 349. 361. 389. 392. 406.

Parochi exules reuocati opera Capuccinorum. Quatuor. par. 2. f. 347.

Parochus item & adiunctus. par. 2. f. 348.

Parochis pauperibus ex proprijs aſſignatis eleemoſynis ſubuenerunt Miſſionarij, magiſque tandem competentia procurarunt ſtipendia. Tribus. par. 2. f. 348. 384.

Parochis ſacra facientibus,& Sacramenta adminiſtrantibus cooperantur. Perpetuò. par 2. f 380. 403.

Parochis perſecutionem patientibus adfuerunt. Fideliter. par. 2. f. 344. 345. 368.

Perſecutiones, immò acerbiſſimas verberationes paſſi ſunt,& per tempora patiuntur Miſſionarij in executione ſui miniſteri. Frequenter. par. 2. f. 344. 348. 351. 354. 355. 361. 365. 367. 371. 372. 374. 377. 385. 396. 411.

Prædicationes Annuales	Num. 56.
Aduentus	Num. 56.
Quadrageſimales	Num. 57.
Omnes ſimul ſunt	Num. 169.

Presbyter apoſtata Ludimagiſtri Officio fungens à Valle diſcedere cogitur.par. 2 f.352 353.
Pſeudominiſtros Seductores à Valle expellendos curarunt MiſſionarijVniuerſos. par.2.f.356. 378 411.
Rixæ crebriores ſedatæ,ex inſignioribus autem. Decem.par.2 f.400.407.
Sacerdotes adaucti Eccleſijs opera Miſsionariorum.Quidam.par.2.fol.406.
Templa ſacra è manibus Hæreticorum erepta,& recuperata.Tredecim. par.2. fol. 345.345.
Templa à Miſſionarijs (habita facultate) benedicta, & reconciliata.Sex.par.2.fol. 345 346.390.
Templum hæreticorum ereptum,& purificatum.Vnum.par.2 fol.409.
Templorum hæreticalium impedita conſtructio.Duorum.par.2.fol.371.372.378.
Vallis deplorandus ſpiritualis ſtatus deſcribitur.par.2.fol.339 340. 344.
Vicariam poteſtatem & Archiepiſcopalem , & Sanctæ Inquiſitionis exercuerunt Miſſionarij. Quinquies. par. 2.fol.342.408.

Catholizationes,

ANtianus quidam quaſi Pſeudominiſter. Vnus:Reliqui verò promiſcuæ conditionis,& ſexus notantur vltra. Num. 400.par.2.fol.342.343.358. 362.363.369.373.375.378.380. 385.388.397.398 399.403.410.411.412.

CADRALIENSIS RATIOCINII NONI

Diſcreta Calculatio,

ALtaria reſtituta, aut reſtaurata , vel à fundamentis erecta.Nouem.par. 2. fol 425 441.445.446 447.450.
Caluiniſtæ tumultus excitantes Tribunalibus traditi,& carceribus mancipati.Quidam.par.2 fol.425.426.432.
Campanile à fundamentis erectum.Vnum.par.2.fol.434.
Catholica antiqua exercitia reſtituta à Capuccinis. Semel.par.2.fol.423.
Conſodalitates Diſciplinatorum, Roſarij,Carmelli, Suffragij , Doctrinæ Chriſtianæ,& aliæ reſtitutæ, vel inſtitutæ. Octo.par.2.fol.430. 441. 444. 453.
Doctrinæ Chriſtianæ rudimenta à Miſſionarijs tradita pueris , & ſimplicioribus. Frequenter. par.2.f.434.440.444 447.449.451.453.
Eccleſiæ ſacris paramentis , & ornamentis prouiſæ. Quatuor. par. 2. fol. 434. 438. 44?.446.
Eleemoſynæ pauperibus, & neceſſitatem patientibus diſtributæ , & diſtribuuntur. Crebriores. par.2.fol.439.453.
Gymnaſium per tempora apertum adoleſcentibus. Aliquando par.2. fol.439.444. 458.
Hæreſum initia à quibus, & quando accepta.par.2.fol.418.
Indulgentias Plenarias procurarunt Eccleſijs noſtri Miſſionarij. Sepiùs par. 2. fol. 455.456.
Librorum damnatorum collectorum,& combuſtorum. Multitudo maxima.par.2. fol 432.448.456.
Legum, ac limitum tranſgreſſores hæreticos corrigi , & mulctari curarunt . Multos.par.2.fol.432.
Miſſionis exordium quis dederit , & quo anno. par.2.fol.418. 419.
Miſſionis domus pluries reſtaurata,prouiſaque ſupellectile religioſa. par.2. fol. 431.435.453.
Miſſionarius viriliter epidemicis inſeruiendo moritur. Vnus.par.2.fol.442.
Orationes quadragintahorarum inſtitutæ in hac Miſſione, magno cum animarum ſpirituali emolumento,& repetitæ. Octies.par.2.fol.426.441.444.448.
Paramenta quibuſdam Eccleſijs prouiſa. Albæ Plures : Calices Tres : Campana Vna: Caſulæ Quatuor: Crucifixi grandiora ſimulacra Duo: Icones Duodecim: Mappæ pro Altaribus Aliquæ: Miſſalia Quædam: Pixides Tres: Pallia Duo: Statuæ ligneæ deauratæ Beatiſſimæ Virginis, & Angelorum Quinque : Vela ſerica pro Tabernaculo,Pixide,& Calicibus Diuerſa. par.2.fol.423.435.441. 448. 450. 451.454.455.457.
Parochiale onus adimplent Miſſionarij deficiente, vel abſente Parocho . Semper. par. 2. fol. 456.
Parochis in functionibus ſacris aſſiſtentia . Perpetua. par. 2. fol. 422. 429.

Prædicationes. Annuales. Num. 48.
Aduentus. Num. 49.
Quadrageſimales. Num. 48.

Omnes ſimul ſunt. Num. 145.
Puellæ nubiles in matrimonium collocatæ ex eleemoſynis Miſſionariorum. Binę. par. 2. fol. 453.
Rixæ ſedatæ innumerabiles, ex inſignioribus verò. Vltra viginti par. 2. fol 426. 428. 437. 439 445 447. 448. 450. 454 456.
Templa reędificata, vel reſtaurata, ſiue à fundamentis erecta. Nouem. par. 2 fol. 423. 424. 429. 433. 439. 440 446. 449 455.

Catholizationes.

Catholizatorum diuerſorum numerus circiter 90. par. 2. fol. 420. 426 432. 435. 438. 447. 448. 451.

PADVSANI RATIOCINII DECIMI

Diſcreta Calculatio.

ABuſus indecori, inueterat æque ſuperſtitiones ablatæ. Quædam. par. 2. fol. 474. 506.
Campanile erectum. Vnum. par. 2 fol. 483.
Campanę prouiſæ. Binæ. par 2. fol. 489.
Catholica exercitia reſtituta vbique. Semel par. 2 fol. 472. 473.
Cruces ingentes ligneæ erectæ in ſummitatibus montium, & alibi. Plures. par. 2. fol. 482 485 487 503
Diſputationes Fidei aduerſus hęreticos. Plurimæ, inſigniores verò. Tres. par. 2. fol. 479. 483.
Doctrinæ Chriſtianæ rudimenta populis tradita. Sæpè ſępius. par. 2 fol. 489 495. 502.
Domus Miſſionis cum Eccleſia à fundamentis erecta, muniraque ſupellectile ſacra, & communi. par 2 fol. 479. 481. 494.
Eccleſiarum prouentus recuperati. Aliquando. par. 2. fol. 483.
Eccleſiæ reſtauratæ, & à fundamentis erectę. Quatuor par. 2. fol. 483 489.
Eleemoſynæ indigentibus quibuſcumque, & pauperibus diſpertitæ. Multiplices. par. 2 fol. 481. 503.
Epiſcopus Capuccinorum obſequio vſus in Diæceſana viſitatione. Semel & iterum. par. 2 fol 474. 485. 487.
Phana profana hęreticorum incenſa. Tria. par. 2. fol. 485.
Gymnaſium apertum ſtetit pueris. Per tempora. par. 2 fol. 474.
Hæreſum origo quando, & à quibus. par. 2 fol. 467.
Hęreticos omnes à Valle expelli curarunt Capuccini. Aliquando. par. 2. fol. 486.
Hęreticorum habitacula igne conſumpta. Multa. par 2 fol. 486.
Hęreticis extorribus, ne antiqua repetant domicilia, totis conatibus obſtant Miſſionarij. Iugiter. par. 2. fol. 488. 507.
Miſſionarij charitatiuè inſeruierunt infectis peſte, deficientibus Parochis. Per menſes. par. 2. fol. 480.
Miſſionarij tentati ad turpia ab hæreticis mulieribus. Semel. par 2. fol. 487.
Miſſioni initia quis dederit, & quibus annis. par. 2. fol. 467 468 469.
Mulieres à ganeonibus liberatæ, & in tuto poſitæ. Tres. par. 2 fol 469 499.
Paramenta Eccleſiis prouiſa: Icon Vna: Tenſum ſericum pro deferendo Sanctiſſimo: Velum ſericum pro tabernaculo, & alia. par 2. fol 475 483. 493.
Parochiale miniſterium exercuerunt Miſſionarij pluries, deficientibus Parochis, ſed præcipuè Nouies par. 2 fol. 481. 488 489 491. 493.
Parochis in omnibus ad Eccleſiam ſpectantibus Miſſionariorum aſſiſtentia. Continua. pàr. 2 fol. 475. 477. 491.
Perſecutiones grauiores paſſi ſunt Miſſionarij. Frequenter. par. 2. fol. 471. 499.
Prædicationes Annuales. Num. 32.
Aduentus. Num. 32.
Quadrageſimalęs. Num. 33.

Omnes ſimul ſunt. Num. 97.

Presbyteros ſcandaloſos à Valle eijciendos curarunt. Quoſdam. par. 2. fol. 482 499.
Rixæ ſedatæ, diſcordiæque extinctæ innumerabiles, ex inſignioribus autem numerantur. Decem. par. 2. fol. 489. 493. 494. 495. 497. 498.
Seditioſi ſeductores hæretici optimates, & alij eiecti: legumq; & iurium tranſgreſſores carcerati, & ad triremes damnati. Multi. par. 2. fol. 471. 490. 494. 497. 500. 501.
Vicariam vicem Sanctæ Inquiſitionis exercuerunt Miſſionarij Capuccini. Sæpè. par. 2. fol. 505.

Catholizationes.

CAtholizati per tempora in hac Miſſione numero circiter 80. par. 2. fol. 471. 474. 475. 485. 486. 489. 491. 492. 507.

PANCALERIENSIS RATIOCINII VNDECIMI

Diſcreta calculatio.

ABuſus inueterati ſtudio Miſſionariorum ſublati. Plurimi. par. 2. fol. 520. 521. 522.
Altaria reædificata, ſiue reſtaurata, vel à fundamentis erecta. Sex. par. 2. fol. 526. 527. 536.
Campana Eccleſiæ prouiſa. Vna. par. 2. fol. 542.
Campanile à fundamentis erectum. Vnum. par. 2. fol. 528.
Clerici educati in litterali ſcientia, & religioſis moribus. Quidam. par. 2. fol. 542.
Cœmeterium ſacrum muro circumuallatum. Vnum. par. 2. fol. 528.
Conſodalitates diuerſæ reſtitutæ, & inſtitutæ. Nouem. par. 2. fol. 526. 527. 528. 534. 539.
Doctrina Chriſtiana populis tradita. Opportunè. par. 2. fol. 517. 521. 523. 525. 530. 535.
Domus Miſſionis reædificata, & ad Conuentus formam redacta, prouiſaque ſupellectile, & vtenſilibus. par. 2. fol. 530. 534. 535. 540.
Hæreſim in hoc loco quis aliquando diſſeminare tentauerit. par. 2. fol. 514. 515.
Libri corrupti hæreticorum, & aliorum collecti, & in tuto poſiti. Quamplurimi. par. 2. fol. 530. 541.
Ludimagiſter Magus, & Veneficus inuentus, expulſus opera Capuccinorum, & carceribus traditus moritur. par. 2. fol. 528. 529.
Miſſionarij Sacramenta adminiſtrantes oppidanis epydemia laborantibus. Terni. par. 2. fol. 531. 532.
Miſſionis huius exordia quando, & à quibus. par. 2. fo. 515. 516. 518.
Oppidi huius ſpiritualis ſtatus. par. 2. fol. 5.9. 523.
Orationes quadragintahorarum inſtitutæ, & repetitæ. Pluries. par. 2. fol. 527. 533. 536. 537.
Paramenta Eccleſijs prouiſa. Albæ Quędam: Caſulæ Nouem: Candelabra ex aurichalco, & ex ligno deaurata Decem: Crucifixi grandior imago Vna: Icones, & aliæ picturę Sex: Statua deaurata Beatæ Marię Virginis Vna: Tabernaculum pro aſſeruando Sanctiſſimo: Vella ſerita pro tabernaculo, pixide, & calicibus Octo. par. 2. fol. 521. 527. 528. 534. 537. 542.
Parochialem curam ſuſtinuerunt Miſſionarij Capuccini. Quater. par. 2. fol. 424. 531. 532. 535.
Perſecutiones acerbiſſimas, vſque ad mortis periculum, paſſi ſunt. Nonnullas. par. 2. fol. 528. 530.
Plebanus irreligioſus Sacerdos beneficio expoliatus. Vnus. par. 2. fol. 520.

Prædicationes. Annuales.	Num.	38.
Aduentus.	Num.	38.
Quadrageſimales.	Num.	38.
Omnes ſimul ſunt.	Num.	114.

Rixæ ſublatæ, & lites compoſitæ. Quædam. par. 2. fol. 521. 537. 539. 540.
Seditioſus ſeductor hęreticus ſuſpendio, & flammis extinctus. Vnus. par. 2. fol. 518.
Templa, & Sacella reędificata, ſiue reſtaurata, vel à fundamentis erecta. Octo

par.

par. 2 fol. 527. 528. 530. 534. 540. 541.
Vicarias vices Inquiſitionis exercuerunt Miſſionarij Capuccini. Semel & iterum. par. 2. fol. 530. 542.

Catholizationes.

CAtholizati in hac Miſſione deſcribuntur circiter num. 24. par. 2. fol. 529. 530. 534. 537. 538. 539.

DEMONTANI RATIOCINII DVODECIMI

Diſcreta Calculatio.

ABuſus teterrimi Miſſionariorum opera eliminati. Plures. par. 2. fol. 556. 557.
Adulteri ſæculari brachio repreſſi. Bini. par. 2. fol. 565.
Altaria erecta. Duo. par 2 fol. 559 567.
Archiepiſcopus vſus Capuccinorum obſequio in viſitatione Vallis. Semel. par. 2. fol. 562.
Caluinizantes carceribus traditi, & à patria exulare coacti. Quidam. par. 2. fol. 563. 556 570.
Campanæ Eccleſijs prouiſæ. Tres. par. 2 fol. 572.
Clerici ſcandaloſi tribunalibus caſtigandi traditi, & à Valle expulſi. Aliqui. par. 2 fol. 566. 572.
Confodalitates reſtitutæ, & inſtitutæ. Sex. par. 2 fol. 559. 561. 567. 57..
Diſputationes aduerſus Pſeudominiſtros, & Caluiniſtas alienigenas. Quidam. par. 2. fol 565.
Doctrinæ Chriſtianæ rudimenta pueris, & ſimplicioribus tradita. Frequenter. par. 2. fol. 559 563. 570.
Domus Miſſionis erecta, reſtaurata, & in meliorem formam redacta, prouiſa ſupellectile neceſſaria. par. 2. fol 564. 572. 573.
Eccleſiaſtica paramenta ſurrepta, iura, & legata occupata Miſſionariorum ſtudio reſtituta. Semel. par. 2 fol 555.
Eleemoſynæ pauperibus, & Indigentibus ſubminiſtratæ. Quotidianæ. par. 2 fol. 563. 567.
Feſtorum obſeruantiam, ſacrorumque dierum debitum cultum curarunt Miſſionarij. Vbique. par. 2 fol. 558.
Gymnaſium pueris apertum ſtetit. Opportunè. par. 2. fol. 556. 561.
Hæreſium infectio hac in Valle quo tempore, quorum perfidia. par. 2. fol. 548. 549.
Miſſioni principia quis dederit, & quibus annis. par. 2. fol. 549. 550. 551.
Mulieres fornicariæ expulſæ, & à Valle proſcriptæ. Quadam. par. 2 fol. 5 0. 566.
Oratio quadragintahorarum inſtituta, & perfecta cum animarum incredibili emolumento. Semel. par. 2. fol. 553. 554 555.
Paramenta prouiſa Eccleſijs. Albæ aliquæ: Calices Tres: Caſulæ Tres: Icones Quatuor: Pluuialia, cum Dalmatica, ac Tunicellis Quinque: Tabernaculum pro aſſeruando Sanctiſſimo par. 2. fol. 559 560 56. 569. 571. 572.
Parochiale pondus ſuſtinuerunt Miſſionarij per diuturniora tempora. par. 2. fol. 561. 567.
Parochis ſolemniter celebrantibus, Diuinaque populis miniſtrantibus aſſiſtentia. Quotidiana. par. 2. fol. 567.
Parochus à mortali populi furore liberatus. par. 2. fol. 561.
Puellæ in matrimonium collocatæ, vel in tuto poſitæ, vt à duplici periculo liberarentur. Aliquæ. par. 2. fol. 562. 571.
Rixæ extinctæ, & inimicitiæ ſublatæ multæ, inſigniores autem. Decem & octo. par. 2. fol. 554. 556 560. 561. 56. 5 6. 570 57.. 57.
Perſecutiones crudeliores paſſi ſunt Miſſionarij. Multoties. par. 2. fol. 551. 561. 56..
Seductus homo à Dæmone liberatus induſtria Miſſionarij. par. 2. fol. 568.
Templa reſtaurata, vel à fundamentis erecta. Sex. par. 2. fol. 560. 569. 571. 572. 573.

Prædicationes Annuales.	Num. 25.
Aduentus.	Num. 25.

Quadrage-

Quadrageſimales. Num. 25.

Omnes ſimul ſunt. Num. 75.
Vallis huius miſerrimus ſpiritualis ſtatus. par. 2. fol. 550. 558.
Vicariam Vicem Sanctæ Inquiſitionis exercuerunt Miſſionarij. Ter. par. 2. fol. 569.

Catholizationes.

Catholizatorum cathalogus ex noſtris manuſcriptis extat circiter num. 700. par. 2. fol. 551. 563.

PRATI-IALLATI RATIOCINII TERTIIDECIMI

Diſcreta Calculatio.

Codices deprauati hæreticorum collecti, & combuſti. Quidam. par. 2. fol. 589.
Diſputationes aduerſus Pſeudominiſtros, & Antianos. Aliquæ. par. 2. fol 583. 585. 586.
Eccleſiaſticorum prouentuum vſurpatorum à Capuccinis tentata recuperatio. Semel. par. 2 fol. 590.
Hæreſum origo in hac Valle quando, & à quibus. par. 2. fol. 578.
Miſſionarij tentati ad turpia. Duo. par. 2 fol. 584.
Miſſionis exordium quorum opera, & quo tempore. par. 2. fol. 579. 580 587. 588. 591.
Miſſionis huius ſtatutum domicillum, & reſtitutum quando. par. 2. fol. 580. 591.
Perſecutiones acerbiores paſſi ſunt Miſſionarij. Plurimas. par. 2. fol. 585. 589.
Pſeudominiſtrorum inſultus varios tolerauere. par. 2. fol. 582. 583.

Catholizationes.

Catholizati ex inſignioribus, Theologi Num. 3. Sacerdotes Sæculares, & Regulares 3. Antiani, & Pſeudominiſtrorum filij 4. Doctores, & militiæ Duces 4 Reliqui promiſcui ſexus, & conditionis. Num. 70. Omnes ſimul collecti ſunt. Num. 84 par. 2. fol. 582. 585. 586. 588. 589.

VALLIS SOANÆ RATIOCINII QVARTIDECIMI

Diſcreta Calculatio.

Abuſus veteres pernicioſi ſublati. Plurimi. par. 2. fol. 601.
Confodalitas Beatæ Virginis de Monte Carmelo inſtituta. par. 2. fol. 604.
Cruces ingentes ligneæ ad montium ſummitatem erectæ. Plures. par. 2. fol 606.
Doctrinæ Chriſtianæ rudimenta explicata. Sæpiùs. par. 2. fol. 606.
Eccleſiæ ſacris paramentis prouiſæ. Tres. par. 2. fol. 603. 604. 607.
Epiſcopus in viſitatione Vallis Miſſionarium in cooperatorem ſibi aſſumit. Semel. par. 2. fol. 603.
Gymnaſium apertum pueris inſtruendis grammaticali ſcientia, & chriſtianis moribus. Aliquando. par. 2. fol 601.
Miſſionis huius initia quando, & cuius opera. par. 2. fol. 597. 598.
Oratio quadraginta horarum inſtituta. Semel. par. 2. fol 603.
Paramenta Eccleſijs prouiſa. Campanæ Tres: Icones Duo: Statua lignea deaurata Beatiſſimæ Virginis: Tabernaculum pro aſſeruando Sanctiſſimo: Vela Serica pro tabernaculo, & calicibus. Octo. par. 2. fol. 603. 604. 607.
Parochialem curam exercuerunt Miſſionarij. Aliquoties. par. 2 fol. 610.
Parochis operam, & ſubſidium præſtiterunt. Semper. par. 2. fol 604. 607.
Prædicationes. Annuales. Num. 18.
Aduentus. Num. 17.
Quadrageſimales. Num. 17.

Omnes ſimul ſunt. Num. 52.

Rixæ ſedatę. Quamplurima. par. 2. fol. 605. 611.
Status ſpiritualis huius Vallis. Miſerandus. par. 2. fol. 600
Templa reſtaurata, ac decentiùs ornata. Tria par. 2. fol. 603. 604.
Vicariam vicem Epiſcopalem exercuit Miſſionarius. Semel. par. 2. fol. 602.

VALLIS VARENSIS RATIOCINII QVINTIDECIMI

Diſcreta Calculatio.

ABuſus inueterati ſtudio Miſſionariorum ſublati. Quidam. par. 2. fol. 619.
Indulgentiæ populis diſtributæ Aliquæ. par. 2. fol. 619.
Miſſionis inſtitutio quo anno, cuius ſenſu, & opera. par. 2 fol 616.
Mortales inſidiæ Miſſionario paratæ, ac perſecutiones. Quædam. par. 2. fol. 619.
Modus viſitandi, & docendi populos Miſſioni ſubiectos. par. 2. fol. 622.
Prædicationes. Annuales. Num. 5.
Aduentus. Num. 5.
Quadrageſimales. Num. 5.

Omnes ſimul ſunt. Num. 15.
Sacerdotes Inſtructi in Clericali Doctrina, & moribus. Pęnè Omnes. par. 2. fol. 619.

PORTARVM RATIOCINII SEXTIDECIMI, ET VLTIMI

Diſcreta Calculatio.

DOmus Miſſionis empta, reædificata, ac religiosè prouiſa. Semel. par. 2. fol. 628.
Hæreſum ſtatus, ac quotidiana periculoſa infectio. par. 2. fol. 627.
Miſſio hæc à quibus exordia acceperit, & quando. par. 2. fol. 627.

GENERALIS, VLTIMATA,

COMPLETA, ET COLLECTIVA RATIOCINATIO.

Sexdenis in Subalpinis Miſſionibus à Capuccinis præſtiti, totidemque in ſingularibus Ratiocinijs diſcretè à nobis enumerati, pariter & calculati, vltimata hac completa ratiocinatione copulatiuè ſupputati collectiuè computantur, vt infrà inſigniores

ACTVS APOSTOLICI.

ABuſus teterrimi irreligioſi, & profani, iàm inueterati, ſublati opera, & ſtudio Miſſionariorum Capuccinorum, diuerſis in locis. Quamplurimi. par. 2. fo. 315. 393. 474. 506. 520. 521. 523. 556. 557. 619.

Ædes, ac ædiculæ ſacræ reſtitutæ, vel reſtauratæ, ſiue à fundamentis erectæ, aut exornatæ. Centum & quindecim. par. 2. fol. 44. 65. 74. 83. 90. 129. 141. 142. 145. 146. 149. 160. 208. 211. 234. 237. 243. 244. 245. 251. 257. 262. 264. 265. 275. 300. 322. 331. 345. 346. 383. 390. 392. 396. 405. 411. 423. 424. 429. 433. 439. 440. 446. 449. 455. 483. 489. 527. 528. 530. 534. 540. 541.

Altaria reſtituta, ornata, aut à fundamentis erecta. Quadraginta quatuor. par. 2. fol. 44. 65. 74. 129. 142. 145. 149. 275. 278. 308. 320. 329. 382. 390. 411. 425. 441. 445. 446. 447. 450. 526. 527. 536. 559. 567.

Annui redditus, Decimæ, Eccleſiarum prouentus, & iura Parochialia, ac pia legata aliarum Eccleſiarum recuperati, opera, & labore noſtrorum Miſſionariorum, in octo Miſſionibus. Quamplures. par. 2. fol. 43. 109. 139. 148. 212. 234. 235. 245. 347. 384. 385. 390. 392. 404. 483. 555.

Antichriſti cathedræ, ac Sathanicæ menſæ ſubuerſæ. Binis in Miſſionibus. par. 2. fol. 44. 45. 488.

Apoſtata pluries relapſus ad Catholicam Eccleſiam Romanam reſtitutus. Quidam. par. 2. fol. 312.

Apoſtatæ infideles tumultus excitantes expulſi à pluribus locis. par. 2. fol. 149. 190. 192. 194. 198. 384. 385. 391. 425. 426. 432. 488. 507. 563. 566. 571.

Apoſtatantes à Fide reuocati circiter, Quinquaginta. par. 2. fol. 128. 129. 130. 137. 140. 261.

Archiepiſcopi Taurinenſes, & Epiſcopi Salutienſes, & Eporedienſes vſi ſunt obſequio Miſſionariorum Capuccinorum in viſitatione Vallium ſuarum Diœceſum. Aliquando. par. 2. fol. 48. 110. 115. 189. 286. 312. 474. 485. 487. 562. 602.

Aſſiſtentia Miſſionariorum Parochis Sacra facientibus, & Sacramenta adminiſtrantibus fideliſſima vbique, & Perpetua. par. 2. fol. 58. 81. 127. 141. 144. 153. 245. 273. 308. 320. 380. 403. 422. 429. 425. 477. 491. 567.

Beatiſſimæ Virginis Officiola, Roſaria, Coronæ, Libelli Doctrinæ Chriſtianæ, Imagines, & alia deuotionis gratia in Fidei Catholicæ prouentum, empta ex alimentarijs ſubtractis eleemoſynis Miſſionariorum, populiſque liberaliter diſtributa. Numeroſiora. par. 2. fol. 145. 240. 241. 374. 404.

Caluiniſtæ proſcripti patrios lares furtim repetentes, tribunalibus denunciati, carceribus traduntur. Aliqui. par. 3. fol. 207. 277. 280.

Campanilia Sacra ſiue reædificata, aut reſtaurata, ſiue à fundamentis erecta. Septem. par. 2. fol. 141. 322. 345. 381. 434. 483. 528.

Campanilia profana hæreticorum deſtructa, & impedita noua conſtructio. Quatuor. par. 2. fol. 126. 135. 138. 145. 160. 161. 162.

Campanæ pluribus Eccleſijs prouiſæ, vel refectæ, circiter. Quadraginta. par. 2. fol. 43. 73. 75. 91. 146. 212. 257. 266. 322. 345. 346. 396. 405. 411. 435. 489. 542. 572.

Catechiſmo, ſiue Doctrinæ Chriſtianæ operam dederunt, & dant noſtri Miſſiona-

rij ad erudiendos idiotas, ſimplices, & pueros in Fide Catholica: Confeſſionibuſque audiendis aſſiſtunt. Omni tempore. par. 2. fol. 314. 319. 321. 350 351. 356. 363. 405. 434. 440. 444. 447. 449. 452. 453. 489. 495. 502. 535. 559. 563. 570.

Catholica exercitia reſtituta. Pluribus in locis. par. 2 fol 173. 194. 423. 472. 473.

Catholicorum confeſſionem ſacramentalem Caluiniſtica iuſtiorem, palam confeſſi ſunt hæretici. Semel. par. 2. fol. 152.

Cœmeteria Sacra Catholicorum muro circumuallata. Quinque. par. 2. fol. 90. 145. 161. 381. 528.

Cœmeteria profana hæreticorum demolienda curarunt Miſſionarij, nouorumque conſtructionem impedierunt. Bis. par. 2. fol. 161. 190.

Clerici pauperculi ex proprijs Miſſionariorum eleemoſynis alimentati, veſtiri, ac educati in litterali ſcientia, & bonis moribus. Vltra viginti. par. 2. fol. 253. 256. 348. 374. 442. 482. 485. 487. 503. 619. 620.

Clerici liberati à mortali perſecutione: Alter verò à duplici apoſtaſia. Tres. par. 2. fol. 72. 81.

Clerici ſcandaloſi à diuerſis Miſſionum locis expulſi. Duodecim. par. 2. fol. 143. 403. 407. 408. 482. 499. 520. 566. 571.

Concionandi fructuoſa methodus in Miſſionibus aſſeritur. par. 2. fol. 152.

Connubia inualida conualidata. Quædam. par. 2. fol. 73.

Conuentus Capuccinorum extructus in Draconerio. par. 2. fol. 195.

Cruces ingentes ligneæ in montium cacuminibus, & alibi diuerſis in locis, in Fidei Catholicæ trophæum erectæ. Multæ. par. 2. fol. 65. 75. 83. 403. 410. 482. 485. 487. 503. 606.

Cultus Diuinus, ſcilicèt, Miſſarum celebratio, Sacramentorumque adminiſtratio, reſtitutus. Diuerſis in locis. par. 2. fol. 43. 69. 97. 109. 133. 150. 232. 233. 235. 238. 255. 314. 319. 321. 345. 355. 387.

Diſputationes aduerſus Pſeudominiſtros, Pſeudodiaconos, Antianos, & cæteros quoſque hæreticos multitudo infinita: inſigniores verò notantur. par. 2. fol. 43. 51. 53. 54. 56. 59. 65. 70. 72. 74. 77. 78. 80. 81. 84. 112. 117. 124. 127. 131. 133. 136. 139. 144. 148. 152. 154. 159. 189. 192. 239. 242. 273. 275. 351. 358. 361. 363. 365. 372. 373. 380. 381. 383. 395. 399. 409. 479. 483. 565.

Domus Miſſionis reædificatæ, ſiue reſtauratæ, & in meliorem formam redactæ, vel à fundamentis erectæ, & prouiſæ ſupellectile religioſa, libris, cæteriſque ad neceſſarium vſum requiſitis. Viginti. par. 2. fol. 45. 58. 65. 79. 83. 88. 97. 123. 146. 243. 262. 266. 272. 310. 313. 322. 380. 401. 411. 431. 435. 453. 479. 481. 494. 530. 534. 536. 540. 564. 572. 573. 580. 591.

Eccleſiæ Hæreticis ereptæ, ſiue recuperatæ, & reconciliatæ. Viginti. par. 2. fol. 43. 44. 129. 273. 275. 345. 346.

Eccleſiæ prouiſæ ſacrorum paramentorum, atque ornamentorum ſupellectile. Vltra quinquaginta. par. 2. fol. 73. 74. 79. 159. 234. 251. 262. 275. 308. 315. 317. 320. 345. 346. 392. 396. 434. 438. 440. 445. 603. 604. 607.

Eccleſiarum Oeconomiam exercuerunt noſtri Miſſionarij pluries, præcipuè tamen. Duodecies. par. 2. fol. 70. 74. 75. 79. 139. 211. 347. 390. 392. 396.

Eleemoſynas pauperibus, miſellis, & indigentibus familijs copioſas elargiuntur, ſicuti elargiti ſunt. Perpetuò. par. 2. fol. 55. 57. 60. 61. 64. 70. 76. 91. 95. 129. 134. 144. 151. 160. 174. 179. 208. 222. 241. 251. 275. 276. 278. 279. 308. 309. 347. 360. 392. 396. 483. 555.

Excuculatus bis apoſtata in vltimo vitæ termino Catholicam Romanam Fidem, & Eccleſiam veram, & legitimam eſſe fatetur. par. 2. fol. 62.

Phana profana Hæreticorum incenſa. Tria. par. 2. fol. 485.

Phanum profanum Hæreticis ereptum, & purificatum. Vnum. par. 2. fol. 407.

Feſtorum obſeruantiam ſine intermiſſione procurant Miſſionarij diſcurrendo per loca, explorando profanatores. Aſſiduè. par. 2. fol. 72. 74. 75. 77. 78. 87. 140. 197. 198. 205. 255. 317. 379. 383. 558.

Fidelibus vacillantibus in Fide accurrit Miſſionarius, & in Fide confirmat. Nonnullos. par. 2. fol. 161.

Gymnaſia publicè aperta omnibus, & quibuſcunque in Miſſionibus per tempora. Quamplura. par. 2. fol. 85. 144. 147. 154. 253. 312. 325. 348. 352. 353. 379. 406. 459. 444. 458. 474. 556. 561. 601.

Graſſatores viarum reducti. Aliqui. par. 2. fol. 180.

Hæretica parricida mulier adultera à proſcriptionis ſententia liberata opera Miſſionarij. par. 2. fol. 58.

Hæretici malefici Iudicis ſententia concremandi, ante mortem ad Fidem reducti Quidam. par. 2. fol. 57.

Hæretici inſoleſcentes aduerſus legitimam dominationem ſpiritualem, & tempo-

ralem

ralem compeſcuntur. Omnes. par. 2. fol. 42. 48. 92. 93. 108. 111. 113. 116. 121. 128. 1 0 133. 236. 254. 255.

Hæretici obſtinatiores omnes à Padi Valle expulſi, & ne iterum regrediantur laborant noſtri Miſſionarij. Iugiter. par. 2. fol. 485. 488. 507.

Hæreticorum cadauera a Catholico Cœmiterio eiecta, impeditaque, ac prohibita de futuro tumulatio. Aliquando. par. 2. fol. 75. 135 1 9 161.

Hæreticorum furori, & violentiæ aduerſus Catholicam Fidem, & fideles reſiſtentia. Continua. par. ?. fol 188.

Hæreſum origo in locis Miſſionum quando, & à quibus. par. 2. fol. 40. 41. 106. 107. 169. 2 0. 251. 270. 284. 97. 3 9 3-0. 418. 467. 514. 515. 518. 549. 578. 6 7.

Hæreticus blaſphemias euomens in Virginem Deiparam, percuſſus fulmine moritur. Quidam. par. 2. fol 319. 321.

Indulgentias Plenarias pro Eccleſijs reportarunt Miſſionarij Capuccini. Plures. par. 2. fol. 00. 390. 455. 456. 629.

Indulta, ac reſcripta in fauorem Fidei, & Catholicorum contra perfidiam Hæreticorum obtenta. Multa. par. 2. fol. 46. 47. 83. 84. 87. 347. 356. 361. 370. 393. 395. 414.

Inſidiatores Hæretici caſtigati, & electi. Plurimi. par. 2. fol. 44. 46 67.

Itinera plura, difficilioraque aggreſſi ſunt, & aggrediuntur Miſſionarij, etiam cum vitæ periculo Taurinum, Pariſios, Ebrodunum, Gratianopolim, Brigantium, & aliò pro Catholica Fide ſuſtentanda, & propaganda, reportandiſque ſubſidijs contra Hæreticorum proteruiam. Frequentius. par. 2. fol. 48. 60. 86. 87. 88. 93. 95. 98. 113. 124. 131. 156. 191. 247. 248. 347. 356. 360. 368. 370. 371. 373. 375. 384. 410.

Legum, & limitum hæreticis præſcriptorum, tranſgreſſores corrigi, & mulctari curarunt Miſſionarij diuerſis in Miſſionibus. Multos. par. 2. fol. 117. 118. 124. 135. 137. 138. 1 9. 148. 150. 155. 158. 178. 189. 191. 235. 236. 24 . 243. 247. 248. 250. 255. 261. 262. 432.

Liberati Catholici oppreſſi diuexationibus Hæreticorum, opera, & ſtudio Miſſionariorum. Sæpiſſimè. par. 2. fol. 66. 86, 87. 91. 93. 95. 96. 98.

Libri prohibiti per domos vbicumque diſperſi collecti, itemque à pluribus mercatoribus erepti, ignibuſque cum debita facultate conſumpti multi valdè. par. 2. fol. 60. 129. 140. 145. 179. 199. 207. 218. 219. 251. 256. 326. 329. 404. 432. 448. 456. 479. 484. 530 542. 589.

Ludimagiſtri Hæretici bis apoſtatæ, immò quidam ſeditioſi, venefici, & magi, expulſi de locis Miſſionum, & Vallibus. Nouem. par. 2. fol. 86. 117. 123. 124. 138. 139. 149. 352. 353. 528. 529.

Luſor ab vltroneo ſuſpendio liberatus. Quidam. par. 2. fol 217.

Miſſionarij perſecutiones acerbiſſimas, & percuſſiones plurimas (ad vitæ periculum) paſſi ſunt, & patiuntur in odium Romanæ Eccleſiæ. Frequentius. par. 2. fol. 44. 47. 48. 51. 54. 62 65. 77. 82. 83. 86. 88. 89. 90. 92. 93. 96. 97. 99. 10?. 122. 127. 133. 14?. 143. 145. 146. 158. 159. 178. 181. 190. 199. 201. 202. 209. 214. 216. 219. 238. 239. 240. 244. 259 260. 263. 305. 344. 348. 351. 354. 355. 361. 365. 3?7. 371. 372. 374. 377. 385. 396. 411. 471. 499. 528. 530. 552. 561. 565. 585. 589. 619.

Miſſionarij illecti ab Hæreticis ad matrimonia, & ad turpia. Decem. par. 2. fol. 53. 56. 66. 113 141. 487. 584.

Miſſionarij mortui in charitatiuo ſpirituali, & corporali miniſterio morbo epidemico laborantibus præſtito. Vndecim. par. 2. fol. 68. 132. 203. 218. ?87. 442.

Miſſiones ſingulæ à quibus habuerint exordia, & quo anno. par. 2. fol. 41. 42. 107. 108. 169. 170. 232. 270. 281. 285. 298. 299. 340. 341. 343. 418. 419. 467. 468. 469. 515. 516. 518. 579. 580. 587. 591. 597. 598. 616. 627.

Miſſionum Capuccinarum Præfectus pro periclitanti Catholica Fide in Italia laborat. Per diuturnum tempus. par. 2. fol. 156.

Matrimonia impedita ob deformitatem Religionis. Quinque. par. 2. fol. 135. 361.

Mulier impudica à Miſſione expulſa. Semel. par. 2. fol. 53.

Nouas Miſſiones inſtituere tentarunt Capuccini in Vallibus. Pluries. par. 2. fol. 118. 140.

Optimates Heretici ſeditioſi, turbarum aſſertores, eiecti à Vallibus, & Miſſionum conterminis. Quindecim. par. 2. fol. 190 191. 198. 384 385. 391.

Orationes quadraginta horarum inſtitutæ, & ſæpiùs repetitæ, cum indicibili animarum fructu, multis in Miſſionibus. par. 2. fol. 180. 205. 210. 214. 301. 316. 317. 319. 321. 330. 4?6. 441. 444. 448. 527. 533. 536. 537. 553. 554. 555. 605.

Paramenta plurimis Eccleſijs prouiſa, ſcilicet: Albæ Triginta: Calices Sexdecim: Candelabra ex aurichalco, & ex ligno deaurata Decem & octo: Candela-

bra lignea ſimpliciter ad circinum fabrefacta Plura. Caſulæ Vltra quinquaginta: Crucifixi grandiora ſimulacra Octo: Icones, aliæque Sacræ imagines, & picturæ Octoginta: Mappæ pro altaribus Copioſæ: Miſſalia Nonnulla: Palia Quædam: Pixides Nouem: Pluuialia, Dalmatica, & Tunicellæ Octo: Statuæ ligneæ Beatiſſimæ Virginis, & Angelorum picturis, argento, & auro ornatæ Decem & octo: Superpellicea Aliqua: Tabernacula pro aſſeruando Sanctiſſimo Quindecim: Tenſa ſerica ad deferendum Sanctiſſimum Quinque: Vela ſerica pro Tabernaculo, Pixide, & Calicibus Quinquaginta circiter. par. 2. fol. 47. 58. 73. 74 75. 79. 83. 1 9. 141. 142. 145. 146. 174. 208. 21[illegible]. 2[illegible]9 244. 251. 257. 262. 266. 276. [illegible]08. [illegible]13. 317. 320. 322. 345. [illegible]46. 356. 380. 382. 390. 396. 402. 403. 406. 410. 411. 423. 435. 441. 448. 450. 452. 454. 455. 457. 475. 483 493. 521. 527. 528. 534 537. 542. 559. 560. 5[illegible]7. 569. 571. 572. 603. 604. 607.

Parochi exules proprijs Eccleſijs reſtituti opera Miſſionariorum Capuccinorum. Sex. par. 2. fol. 43. 347.

Parochi pauperiores ex proprijs Miſſionariorum aſſignatis eleemoſynis coadiuti. Decem. par. 2. fol. 58. 255. 348 384.

Parochi à mortali furore populi erepti, liberati, & ſaluati. Quidam. par. 2. fol. 72. 81, 213. 251.

Parochis perſecutionem patientibus adfuerunt, & adſunt Capuccini Miſſionarij. Vbique, ac ſemper. par. 2. fol. 178. 188. 246 248. 251. 265. 344 345. 368. 561.

Parochis celebrantibus, & Sacramenta adminiſtrantibus Miſſionariorum aſſiſtentia. Perpetua. par. 2. fol. 245. 273 308. 320. 380. 403. 422. 429. 475. 477. 491. 567. 604. 607.

Parochiale onus ſuſtinuerunt, & ſuſtinent Miſſionarij, etiam diuturniora per tempora ſæpiſſimè defectu Parochi, ſingulares tamen vices. Sexagies. par. 2. fol 68 72. 74. 76. 81. 86. 127. 133 137. 141. 143. 153. 157. 200. 203. 205. 209, 212, 220. 2[illegible]9. 258. 279. 318 323. 348. 349. 361. 389. 392. 406. 456. 481. 489. 491. 494. 524. 531. 532. 535. 567. 610.

Periclitantes in Fide ſtabiles aſſeruati labore Miſſionariorum. Quinque. par. 2. fol. 91. 172. 178

Pontificis mandato, è Valle Petruxina ad Gebennenſem Miſſionem tranſlatus Miſſionarius ex noſtris. Vnus. par. 2. fol. 111.

Pontificis Romani præceptum Capuccinis de non diſcedendo à Draconeriana Miſſione. Singulare. par. 2. fol. 174.

Prædicationes Annuales	Mum. 540.
Aduentus	Num. 542.
Quadrageſimales	Num. 556.
Omnes in vnum collectæ, & calculatæ ſunt.	Num. 1628.

Prouiſiones, ac facultates congruæ pro Catholica Fide reſtituenda, & perfidia reprimenda, reportatæ à Miſſionarijs. Innumeræ. par. 2. fol. 173. 176 177. 178. 179. 192. 194.

Pſeudominiſtri expulſi à locis Miſſionum. Tres. par. 2. fol. 144. 145. 149.

Pſeudominiſtri violenta temeritas coercita. Aliquando. par. 2. fol. 43.

Pſeudominiſtrorum inſultus aduerſus Miſſionarios. Varij. par. 2. fol. 582. 583.

Pſeudominiſtros ſeductores à Vallibus expellendos curarunt Miſſionarij. Vniuerſos. par. 2. fol 356. 378. 411.

Pſeudominiſtrotum quorumdam mors infelix, & deſperata. par. 2. fol. 150. 152.

Puellæ nubiles Catholizatæ, ne ſeducerentur, in tutum repoſitæ, ac in matrimonium collocatæ. Multæ. par. 2. fol. 137. 146. 150. 194. 251. 309. 453. 562. 571.

Relapſi Hæretici quidam, & Antiani ſeditioſi turbarum aſſertores, & tumultus excitantes in Vallibus, & locis Miſſionum, carceribus traditi, & ad triremes damnati. Multi: ſuſpendioque necati. Bini. par. 2. fol. 179. 185. 192. 193. 249. 277 280 518.

Rixæ ſedatæ, lites compoſitæ, & diſcordiæ reconciliatæ innumerabiles, inſigniores verò. Vltra centum quinquaginta. par. 2. fol. 144. 206. 211. 221. 222. 263. 289. 304. 309. 319. 326. 332. 400. 407. 426. 428. 437. 439. 445. 447. 448. 450 454. 456. 489. 493. 494. 495. 497. 498. 521 537. 539. 540. 554. 556. 560. 561. 565. 566. 570. 571. 572 6[illegible]5 611.

Sacerdotes diuerſis Eccleſijs adaucti opera, & ſolicitudine Miſſionariorum. Decem. par. 2. fol. 65. 248. 406.

Sacerdotes irregulares diſpenſati, & rehabilitati, habita facultate. Bini. par. 2. fol. 279.

Sacrorum violatores coerciti, correpti, & caſtigati. Aliqui. par. 2. fol. 63. 75. 92. 93.

Seditioſi Hæretici tumultus excitantes expulſi à Vallibus, & à Pineroliensi Ciui-

tate. Multi. par. 2. fol. 156. 248. 255. 305. 425. 426. 432. 471. 490. 494. 497. 500. 501. 563. 570.

Societates, ſiue Confraternitates variæ Sanctiſſimi Sacramenti, Sanctiſſimæ Trinitatis, Roſarij, Beatiſſimæ Virginis de Monte Carmelo, Doctrinæ Chriſtianæ, Diſciplinatorum & Suffragij reſtitutæ, & nouiter inſtitutæ. Septuaginta. par. 2. fol. 45. 65. 90. 109. 145. 162. 173. 174. 176. 195. 209. 210. 240. 257. 262. 278. 308. 311. 317. 320. 326. 330. 381. 382. 383. 402. 430. 441. 444. 453. 526. 527. 528. 534. 539. 559. 561. 567. 571.

Templa profana hæreticorum deſtructa, nouorumque impedita conſtructio, ſimul & Phanum ereptum, & purificatum. Duodecim. par. 2. fol. 46. 124. 126. 160. 371. 372. 378. 409.

Vicarias vices Epiſcopi, & Sanctæ Inquiſitionis exercuerunt Miſſionarij pluries, ſed ſpeciatim vices. Vigintiquinque. par. 2. fol. 139. 179. 206. 219. 222. 248. 256. 311. 326. 505. 530. 542. 569. 602.

Vt Sacrum Viaticum congruo cum decore portaretur infirmis, prouiſæ fuerunt à noſtris Miſſionarijs candelę. Plures. par. 2. fol. 73.

Catholizationes.

Inſigniores Theologi ſiue ſæculares, ſiue regulares, bis apoſtatæ reducti.	Num. 9.
Sacerdotes item & ſæculares, & regulares.	Num. 7.
Pſeudominiſtri, Antiani, & eorum filij.	Num. 9.
Militiæ Duces, legum doctores, & Optimates.	Num. 57.
Cæteri verò promiſcui ſexus, & conditionis.	Num. 6455.
Qui omnes vna ſimul enumerati ſunt.	Num. 6537.

par. 2. fol. 45. 46. 48. 54. 55. 56. 57. 58. 63. 66. 73. 75. 77. 81. 82. 88. 91. 92. 109. 113. 124. 130. 131. 132. 142. 146. 150. 157. 172. 174. 177. 182. 184. 185. 193. 194. 197. 200. 207. 234. 235. 237. 240. 242. 245. 249. 250. 251. 261. 273. 276. 277. 280. 287. 301. 304. 305. 326. 351. 410. 416. 432. 455. 458. 457. 448. 451. 471. 474. 478. 485. 486. 489. 491. 492. 507. 529. 530. 534. 537. 548. 539. 551. 568.

Tributa Principi debita à ſubditis, opera Miſſionariorum indulta catholizatis in Miſſionibus. Omnia. par. 2. fol. 81.

REGESTVM ALPHABETICVM.

§ * † A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk

Omnes ſunt Terniones pręter, * qui eſt duernio.

FINIS.